M. ACCI PLAUTI ... COMOEDIAE 20. SUPERSTITES. EX SOLIS MSS.TIS CODD. ARCHI-PALATINAE...

Titus Maccius Plautus, Johann Philipp Pareus

Digitized by Google

6
30-g
11

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
17 E
62

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

18-e-26

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

COMOEDIAE XX.
SVPERSTITES.

EX SOLIS MSS^tis CODD. ARCHI-PALATINÆ BIBLIOTHECÆ PRISTINÆ ANTIQUITATI FIdeliter restitutæ: ac Notis tam practicis, quàm criticis, sedulò illustratæ.

Operâ & industriâ

JOH. PHILIPPI PAREI.

Ejusdem ANALECTA PLAUTINA, *quibus hæc cummaximè Editio à virulentis* JANI GRUTERI *cavillationibus ac strophis ritè vindicatur, seorsim exstant.*

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M. ACCIUS PLAUTUS

FRANCOFVRTI
APVD HÆREDES JACOBI FISCHERI.
ANNO ∞ IↃ XXIII.
Cum Christianissimi Regis Galliarum PRIVILEGIO *ad Sexennium.*

B. S.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

LOVIS par la Grace de Dieu Roy de France & de Navarre. A nos amès & feaux conseilliers, les gents tenans nos cours de Parlements, Prevost de Paris, Baillif de Rouen, Seneschaux de Tholose, Bordeaux, Lion, & Poictou, ou leurs Lieutenants: & à tous aultres Iusticiers, & Officiers, qu'il appartiendra: SALVT.

Nostre cher & bien-aymé IEHAN-PHILIPPES PAREVS, Professeur de Bonnes lettres, Nous a treshumblement fait dire, & remonstrer, qu'ayant employé tout son aage, & son loysir à l'estude des bonnes lettres, & à prouffiter au public par la publication de plusieurs ourages, il à pour la seconde foys reveu & corrigé les COMEDIES de PLAVTE, & de beaucoup augmenté ses Notes, servans à l'illustration de cest Autheur: comme aussi parachevé deux Volumes, intitulés, PANOPLIA SAPIENTIÆ HVMANÆ: qu'il desireroyt mettre en lumiere: mais il craint, qu'apres avoir faict imprimer les dicts liures par quelques libraires, & imprimeurs, tels, qu'il vouldra choisir: quelques aultres libraires & imprimeurs de Nostre Royaulme se voulussent ingerer, de l'imprimer; & par ce moyen frustrer tant luy Suppliant du contentement, qu'il pourroyt avoir de ses labeurs, que les dicts libraires, qui en auroyent entreprins l'Impression, du prouffit, qu'ils en peuvent esperer: Nous suppliant, & requerant à ceste cause, qu'il Nous plaise sur ce accorder Nos lettres à ce necessaires. A ces causes inclinant tres volontiers à la supplication & requeste dudict IEHAN-PHILIPPES PAREVS, & pour l'inciter de plus en plus de contribuer, ce qui sera de ses estudes a l'advancement des bonnes lettres, luy Avons permis de choysir, & faire imprimer, par tel Imprimeur, que bon luy semblera, les dicts Liures, pendant le temps & espace de Six Ans consecutifs: à conter du jour & datte, qu'ils seront parachevé d'imprimer: Faisant pour cest effect tres expresses inhibitions & deffences à tous libraires, & inprimeurs de Nostre Royaulme, & toutes personnes, de quelque qualité & conditions, qu'ils soyent, d'imprimer, ou faire inprimer, vendre, ou distribuer, dans ledict temps, sans le congé du dict Suppliant: sur peine aux contrevenants d'amende arbitraire, & de tous despens, dommages, & interest: & confiscation des exemplaires, qui se trouveront imprimés, & mis en vente au prejudice de ces presentes. Si Vous Mandons, ordonnons, & enjoignons, que du present Privilege Vous facies jouir & user le dict suppliant pleinement, & paisiblement: non obstant oppositions, ou appellations quelconques. &c. Donné à Paris le xxv. jour de May: l'An de grace Mil six cents dixhuict: & de Nostre Reigne le neufiesme.

Par le Roy en son Conseil.

Fardoil

Seau de cire jaulne.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

JOHANNI-CHRISTIANO:

DVCI SILESIÆ: LIGNIC. ET BREG. &c.

Sacræ Cæs. Majest. Consil. necnon supremo per utramque

SILESIAM CAPITANEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TANTA olim Comicorum Poëtarum apud Athenienses fuit libertas in peccata Reipublicæ palam invehendi, ut majorem vim in emendando Populo illorum Personata sæpè habuerit Oratio, quàm aliorum Legislatorum severiora Decreta. Ab hâc quidem reprehendendi acrimoniâ a Veterib. Poëtas Comicos Σωτῆρας τῶν πόλεων: SERVATORES CIVITATUM, *dictos fuisse, memoriæ proditum est.*

Nec verò apud Athenienses solùm laudem hanc obtinuit licentia Comica: verùm etiam à Palliatâ Græcorum Scenâ in Togatum Romanorum Amphitheatrum, non sine claro PLAUSU *eadem* παῤῥησία *postmodùm commigravit. In hoc post* LIVIUM ANDRONICUM *primum veteris Comœdiæ Auctorem: itemq; Cn.* NÆVIUM *Campanum, palmam facilè meruit* M. ACCIUS PLAUTUS Sarsinas Vmber, *qui cæteros omnes ævi sui Poëtas in eo agendi & scribendi genere longo post se intervallo reliquit. Sive enim Prudentiæ Civilis aculeos requiramus, sive venustatem sermonis, jocandique urbanitatem desideremus, neminem utiq; inveniemus, qui cum* PLAUTO *comparari meritò queat.*

Me quidem certè jam à primâ adulescentiâ hujus Poëtæ Fabulæ mirificè semper recrearunt: è quibus limpidos veræ Sapientiæ fontes, incredibilemq; dicendi ac scribendi copiam hauriri posse persuasissimum semper mihi habui: adeò ut post varios variorum in hunc Comicum doctorum Virorum labores, desiderio meo non antè satisfacerem, quàm si & ipse Spicilegium aliquod è privatis curis mihi relictum cum Juventute litteratâ publicè communicarem. Commodùm igitur ex Illustri Bibliothecâ Archi-Palatinâ nactus antiquissimos, eosq; optimos Codices Manuscriptos, labore sanè ærumnabili integrum hunc Auctorem cum iisdem denuò comparavi, innumerabilesq; locos pristinæ Antiquitati jure quasi postliminij restitui: maculas reliquas, quibus fortè deturpatus fuit, sinceritate Membranarum Veterum detersi. In qua quidem industria mea summa fide ac religione versatus sum, operamq; adeo dedi, ut nihil huic Auctori accederet, quod non de consensu sacro-sanctæ Antiquitatis omninò probum ac verum judicarem.

Ac cùm exactis jam vigiliis meis, de publica luce cogitarem, quod Veteribus magnopere curæ fuit, NUMEN *aliquod* TUTELARE *quærendum mihi duxi, cui adversus* LIVOREM *an* CALUMNIAM *Musivos hosce labores meos unicè commendarem. Occurristi protinùs, Illustrissime* PRINCEPS, *ac mentem meam Virtutum Tuarum splendore divino quasi quodam fulgure inflammasti, adeò ut cùm scirem, mihi apud alios pro laboris modulo laudem minime procedere, eamdem tamen si tua mihi indulgeret benignitas, majorem laudem, quàm laborem invenire me posse planissimè considerem. Excitavit apud me hanc fiduciam, tùm avita Majorum Celsitudinis Tuæ, tùm propria erga omnes Litterarum Mystas innata* συμπάθεια. *Magnis namq; Regibus atq; Imperatoribus oriundus es*, PRINCEPS CELSISSIME: *quorum & pietatem, & in omni aliarum Virtutum circulo laudem non adæquas solùm, verùm etiam propemodùm superas. Nam ut nihil dicam de retriori tua prosapia, quam ab ipso Carolo Magno, Regibusq; Poloniæ tractam; ad posteros tuos laudabiliter derivas, quis nescit* FRIDERICI II. *Proavi tui, in promovendis Bonis Litteris ardorem? Celebrabit tanti Principis memoriam, quamdiu Litteræ vigebunt, Illustre Gymnasium* AURIMONTANUM, *auspiciis illius & erectum & amplificatum. Eadem clementia atq; favore Princeps* GEORGIUS *Avus Tuus, florentissimum Musarum* ἀσκητήριον *in Ducali* BREGA *prosequutus est, quod multis immunitatibus ac beneficiis liberaliter dotavit. Successit Celsitudinis Tuæ Pater* JOACHIMUS-FRIDERICUS *(at qui* PRINCEPS!) *Imago Veræ Pietatis, & Doctrinæ. Scilicet nihil prius aut antiquius is habuit, quàm ut bonarum litterarum studia, eorumq; cultores in Principatu suo florerent, vigerentq;. Testantur id subsellia Illustris* MUSEI AURIMONTANI, *quod ut auspiciis Magni* FRIDERICI *est exstructum, ita incrementa sua feliciter cepit sub* JOACHIMO. *At cùm boni Principis sit non curare modò, ut Rempublicam rectè administret, dum adhuc ipse in vivis est, verùm etiam, ut ejusmodi Successores sibi substituat, qui eandem Republicæ salutem felicitatemq; conservent. Tibi*, PRINCEPS, *reliquit Rempublicam, suis quondam Virtutibus auctam, tuis verò vel maximè constabilitam, atque firmatam.* Specimen est florentis Reipublicæ, *inquit Symmachus*, ut Disciplinarum Professoribus præmia opulenta pendantur. Bonæ enim Artes Honore nutriuntur. *Gaudet hodierno tempore hoc præconio Inclytum* GYMNASIUM BREGENSE: *in quo Professores Linguarum bonarumq; Artium Celsitudo Tua fovet Viros pietate, doctrina, ac Virtute præstantes: inter quos familiam ducit Vir Clarissimus* MELCHIOR LAUBANUS. *Hunc accitum è celebri Gedanensium Gymnasio* πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων MUSIS *tuis præfecisti unicum* APOLLINEM. *Ad hujus oracula avida & attenta aure imbibenda certatim confluunt Musarum Alumni.*

Summi olim Imperatores in contubernio suo, jugi adsiduaque consuetudine, prudentissimis, rerumq; experientia pollentissimis viris delectati fuerunt: quos Veteres Μαικήνας *appellarunt. Sic Augustus Agrippam, & Statilium Taurum, Mæcenatem, aliosque habuit in deliciis: Scipio Africanus Polybium, Panætiumque: Themistocles*

Mnesi-

Mnesiphilum: Pericles Anaxagoram: Alexander Aristotelem: alij alios. Cingeris Tu quoque, PRINCEPS, *hujusmodi Semonibus: è quorum numere honoris causa nomino Nobilissimos & Magnificos Viros :* MELCHIOREM à SENITZ: *nec non* PETRUM à SEBOTTENDORF: *quorum alter*

Jura colit, magnisque agitat sub legibus VRBEM:

alter additus Florentissimo Principi DN. GEORGIO *Celsitudinis Tuæ filio natu maximo*,

monitus qui tradat ut acres,
Magnorumque illum qui laudibus urat AVORUM.

Quæ quidem felicitas omnis cùm singulari DEI *munere Tibi affatim contigerit*, RECTE & ORDINE *me facturum existimavi, si ipse quoque votis meis, piaque ac humili acclamatione Celsitudinem Tuam prosequerer.*

Jubet id interior Animi affectus ergà Terram ac Gentem, è qua ortum meum natalem duco: quamque ut alteram PATRIAM *meritò amplector.*

Accipe igitur, DOMINE CLEMENTISSIME, *serena fronte hoc perpetuæ devotionis meæ ἄγαλμα, quod in templo* MEMORIÆ *Celsitudini Tuæ L. M. Q.* STATUO. DICO. CONSECRO.

JOH. PHILIPPUS PAREUS:
Philosophiæ, & Bonarum Litterarum
Professor Publicus.

ΕΥΦΗΜΙΑΙ

DOCTORUM VIRORUM *IN* JOH. PHILIPPI PAREI CURAS PLAUTINAS.

DIONYSIUS GOTHOFREDUS IC. CL. VIRO JOH. PHILIPPO PAREO *S. P.*

QVÆ à te magno ſtudio ad Comicorum Latinorum Principem ſunt notata, modis omnibus mihi probantur, adeò ut Livoris Invidiæque morſus metuere nullâ cogitatione debeas. Res ipſa te non ſuperſtitibus modò, ſed & poſteris prodeſſe voluiſſe: immò iam multis profuiſſe, ac quotidiè prodeſſe, ſatis ſuperque declarat. Carpant† Invidi, dummodò meliore ſucceſſu, meliora, ſi poſſint, audeant, vel præſtent. Labor tuus, crede, nec tempore veteraſcet, nec ab alio ſuperabitur. Adeò namque fundum illum Plautinum neceſſariis omnibus luculenter inſtruere cæpiſti, ut qui te ſequi poſthàc, vel imitari voluerint, à te paſſim mutuum ſint ſumturi, tuaque repoſituri. Macte, mi PAREE. Nam ita PLAUTO (jam TUO) IDONEE CAVISSE VIDERIS, UT AB EIUS RESTITUTIONE IN INTEGRUM SANOS OMNES DETERRUISSE (abſit Invidia verbo) mihi pænè videaris, *&c.* VALE.

† Fecit id JANUS GRUTERUS: qui ut olim DIONYSII GOTHOFREDI eruditiſſimos labores in SENECAM atroci ſtilo furiosè impetiit: ita PAREI ærumnabiles CURAS PLAUTINAS funeſtis nuper calumniis traduxit. Cui proin abundè ſatisfactum in ANALECTIS PLAUTINIS, ad defenſionem Editionum Plautinarum à PAREO adornatarum. Vide; LECTOR.

ERY-

ERYCIVS PVTEANVS: PROFESSOR LOVANIENSIS, Historiographus Regius & Belgicæ Principum Consiliarius

CL. VIRO JOH. PHILIPPO PAREO
S. D.

NISI affectum tuum æstimem, Clarissime VIR, ab omni humanitate, nisi munus, ab omni elegātia, & his ipsis Litteris alienus sim. Jam merebaris ipse affectū, priusquā munus mitteres, dignus munere potiùs aliquo meo. PLAUTUM igitur mittis, & observantiæ tuæ τεκμήριον nominas. Vin' dicam? doctrinæ, industriæ & perennioris etiam famæ. Euge! Herculis vicisti labores omnes hoc labore, Virtutes hac Virtute. Et quàm arduum fuit, extra nubem nobis ponere Solem ipsum, & impeditum hactenus omnis elegantiæ jubar! Posuisti: sed ut non minùs ipse jam resplendeas. PLAUTUS sic tandem PLAUTUS esse cœpit; quia à te expurgatus, & protrusus: tu te PAREUM ostendisti. Ergò quantus hic Scriptor, tantum tuum quoque beneficium est, majoresque omni barbarie radios spargit. Confide: quamdiu honor socco Romano erit, honorem invenies, inter Litterarum Heroës censendus: & quandiu Decima illa Musa Comœdiæ nectar fundet, suum te velut Apollinem agnoscet: agnoscent Viri omnes Docti, censuræ tuæ candore Æternitatis albo inscripti. Mehercle, qui lucem Plauto fecisse dicuntur, tuo elogio, quàm suo ingenio feliciores. Laudes istæ, gemmæ sunt, & Libri vestibulum insigniter exornant. Sed quid? Me quoque dignum laude habes; Vnionem inter gemmas nominas; an quia perenni aliquâ luce perfusum? Tu me facis, cùm sic nominas: tuum facis, quem sic amas: amas autem, ut illustres. Sanè cupio porrò tuus esse, ne ignotus sim: clarus esse, ut in te, quam accipio lucem, regeram. Vale & quemadmodum de PLAUTO meritus es, ita & de Comico Afro merere: majus beneficium his Litteris nemo dabit. Lovanij, in Arce, prid. Kal. Septemb. ∞ IↄC. XIX.

ΓΕΩΡΓΙΩ·

ΓΕΩΡΓΙΩ-ΜΙΧΑΗΛΙ τῷ ΛΙΓΓΕΛΣΕΜΙΩ

λαμπροτάτῳ ἀνδρὶ: τῷ τοῦ ἠπιωτάτου ἡμετέρου χωράρχου, καὶ κυρίου, ΦΡΕΔΕΡΙΧΟΥ τοῦ ἀρχαιρεσιαστοῦ, συμβούλῳ φρονιμωτάτῳ

Ι. ΦΙΛΙΠΠΟΣ ὁ ΠΑΡΕΙΟΣ

εὖ πράττειν.

Οὐκ οἶδα, τί σου μᾶλλον θαυμάσαιμι, ὦ Λιγγελσέμιε λαμπρότατε, ἢ τὴν τοῦ τρόπου πίστιν, ἢ μεγάλην τὴν εὔνοιαν καὶ φιλανθρωπίαν, ἥσπερ ἐγὼ προθύμως μάλα ὀρεγόμενος ἐτύγχανον. Εἰ μὲν γὰρ τὸν τρόπον σου ἐπισκοπῶ, ὅλως ἂν τῇ φύσει πεφυκὼς Μουσῶν καὶ Χαρίτων ἱερὸν θάλος παρὰ πᾶσιν εἰκότως τιμᾶ καὶ θαυμάζῃ. Τὴν δὲ εἰς ἐμὲ εὔνοιάν σου ἐνθυμούμενος, τὰς ἀξίας χάριτας οὐκ ἔχω τοσαύτης ἀρετῆς ἀποδοῦναι. ὁ μὲν γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει: ὥσθ' ὅμοιον ὁμοίῳ κατὰ θεῖον ἀεὶ προσπελάζει. Τίς δ' ἐγώ; ὁ ἐν τῇ σκιᾷ καὶ φωλεῷ διάγων, καὶ ταῖς Μούσαις λατρεύων ταπεινὸς μύστης:. σὺ δὲ οὐ τῶν τυχόντων τοῖς μεγάλοις βασιλεῦσί τε καὶ ἐπισημοτάτοις δυνάσταις πεφιλημένος ἀνήρ. Φεῦ τῆς τύχης! Εἰ δὲ καὶ τῆς ἐμῆς συνεχῶς ἐπαισθάνομαι οὐθενείας, ἀλλ' οὖν ἔμοιγε πολλάκις συνῄσθην τῆς τῶν λαμπροτάτων ἀνδρῶν φιλίας. Καὶ γὰρ ἔναγχος καλῶς ἐγένετο, ὅτι τὴν ἀφορμὴν ἐπιζητούμενος κτήσασθαι τὴν φιλίαν σου, τῆς αὐτῆς παραχρῆμα μετέσχηκα ἀνάξιος ὤν ὅμως ἐπιτυγχάνων τοσαύτης προθυμίας, ἣν καὶ τότε οὐ μόνον λόγῳ περισσῶς ἐπέδειξάς μοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις καλὴν καὶ φιλάνθρωπον πρὸς ἐμὲ ἔπεμψας ἐπιστολήν, τὴν δηλώσασαν ἅμα τε ὡς ἔχεις πρὸς ἡμᾶς, καὶ παροξύνουσαν τὰς ἐμὰς Μούσας ἐπὶ σπουδὴν πάντων τῶν μαθημάτων, μάλιστα δὲ ἐπ' ἀνάγνωσιν τῶν ἑλληνικῶν γραμμάτων καὶ ξυγγραφέων, ἐν οἷσπερ πᾶσαν τὴν σοφίαν ἐστὶν εὑρίσκειν. Ταύτην τὴν γνώμην σου, ἄνερ φρονιμώτατε, οὐ μόνον αἰεὶ σφόδρα ἀπεδεχόμην,

o

ἀπεδεχόμην, ἀλλὰ καὶ νυνὶ οὕτως διάκειμαι, ὥστε οὐκ ἔσται οὐδεὶς ὅπως ἂν μεταπεῖσαι δυνηθείη με. Σὺ δὲ οὐκ ἀγνοεῖς τὰς ἐν τῷ παρόντι διατριβάς μου, τὰς δηλονότι περὶ τὸν ΠΛΑΥΤΟΝ τὸν ἐπιφανέστατον καὶ ἐλλογιμώτατον κωμῳδόν. τοῦτον περὶ ὀλίγου κατὰ δύναμιν παρ' ἐμοῦ διορθωθέντα εὐξαίμην ἂν ἐγὼ παντάπασιν καλῶς ἔχειν: καὶ διὰ τοῦτο πάσας τὰς ἀνθολογίας ὡς ἐν πίνακι συλλέγω, πάντως νομίζων, οὐδὲν τὸ λοιπὸν πρὸς τὴν τοῦ αὐτοῦ τελειότητα οὐχ οἷόν τε γενέσθαι ἀκριβέστερον, καὶ πρὸς τὸ τὰς κωμῳδίας κατανοῆσαι ἐναργέστερον. Πάντων δὲ τούτων πραχθέντων, ὅλος καὶ πᾶς σὺν ταῖς Μούσαις μέλλω ἐσόμενος ἐν τῇ ἐπιτηρήσει καὶ ἀναγνώσει καλλίστων τῶν ἑλλήνων, λέγω τῶν τοῦ Ἀθηναίου, Πολυβίου, Πλουτάρχου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὴν δύναμιν πρός τι τοὺς λόγους, καὶ τὸν βίον ἐχόντων. σὺ δέ, εὐγενέστατε ἄνερ, καὶ πρὸς ταῦτα, καὶ πρὸς ὅπερ ἂν ἄλλο ἐπιξυμβαίη εἰς τὸ συμφέρον ἐμοῦ ἕτοιμον καὶ εὔνουν πάρεχε σεαυτόν. Καὶ οὕτως μοι ἐρρωμένως διαβιώης ψυχῇ τε καὶ σώματι, λαμπροτάτη κεφαλή!

Ἐνετίηθεν ἀνθεστερεῶνος ἐνδεκάτῃ ἀπιόντος κατὰ τὸ ᾳχθ' ἔτος τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν.

ΙΩΑ'ΝΝΗι ΦΙΛΙΠΠΩι τῷ ΠΑΡΕΙΩι ἀνδρὶ ἐλλογιμωτάτῳ.

ΦΡΙΔΕΡΙΧΟΣ ὁ ΛΙΓΓΕΛΣΕΜΙΟΣ χαίρειν.

ΗΙ ἔπεμψας πρὸς τὸν πατέρα μου ἐπιστολῇ ἀποκρινούμενος πάρειμι, ὦ ἐλλογιμώτατε Παρειέ, πεπιστευκὼς πρῶτον μὲν τῇ τοῦ πατρὸς ἐντολῇ, δεύτερον δὲ τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ὡς ἀνάγνωσε ταύτην τὴν ἐπιστολήν, μέγα ἡσθεὶς, ἐξ αὐτῆς μοι προσέταξε (ὡς ἐν τοῖς τῶν Ἑλλήνων σπουδάζοντι) ἀμοιβαῖα σοι ἀντιδοῦναι. Τὴν δὲ φιλανθρωπίαν σου, καί τι καὶ εἰς ἐμὲ τὸν ταπεινὸν εὔνοιαν, οὐ μόνον ἐκ Σναβελίου

Georgij-Michaëlis Lingelshemij Magni Patris incomparabilis Filius. Decessit Haidelbergæ præmaturâ morte peremtus. Anno ∞ IϽC XVI. Idibus Septembr.

*** τοῦ

τοῦ Φίλου, ὅς τις ξένος ὡς σὺ ὢν ἐτύγχανε, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων μεμάθηκα. Τούτων ἕνεκα μάλα πρόφρων ἐγὼ καὶ εὐφραινόμενος περὶ τούτου σπουδὴν εἶχον. σφόδρα μὲν καὶ πρότερον καὶ νῦν γε φιλῶν καὶ θαυμάζων τὴν σὴν περὶ τὰς Μούσας ἐπιμέλειαν μάλιστα δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων Μουσῶν πατέρα, τοῦτ᾽ ἐστι, τὸν ΠΛΑΥΤΟΝ. ἥνικα, μὰ τὸν θεὸν καὶ τὰς Μούσας! (αἵτ᾽ ἐμὶν ἱλάοιτε καὶ εὐμενέες πελέθοιεν,) τίνες λαμπρὸν ἆθλον, τίνες μέγα ἔργον, ὃ οὐκ ἄλλος ἀνὴρ οἷός τε νοῆσαι. ὦ τῆς σπουδῆς! ὦ τῆς γνώσεως μυρίου! Οὐ δὲ τοῦτό γε ἔσχατον μέλλει ἔσεσθαι τὸ ἐκ Μουσῶν ἔργον, ἀλλὰ καὶ νῦν ἔτι γινώσκω σε περὶ ἄλλα ἐόντα, πολλά τε ἄλλα ἔχοντα Μουσῶν τόξα, ὥσπερ ὁ Πίνδαρος λέγειν φιλεῖ.

Ἔξεχε, ἔξεχε! ὦ Μούσαις πεφιλημένον ἔρνος.

ἡμεῖς μὲν οἷς αὐτὸς ὁ δρόμος (εἰ ἔστι μικρὰ τὰ ἡμέτερα μεγάλοισι συμβαλέειν) πολλά σε ἀείδοντες, τιμήν τε καὶ δόξαν ἀθάνατόν σοι προσφωνοῦμεν.

Ἐκ Διὸς αἰγιόχου τιμὴν ἔχει αἰετὸς οὗτος.

ὡς εἶναι σὺν τῷ σικελῷ ποιητῇ εἰπεῖν.

Καὶ νῦν μὲν ἐμοὶ ἅλις εἰρήσθω ἐν τῷ πρωτίστῳ ὡς σὺ, ὦ ἐλλογιμώτατε Παρεῦ, προσόδῳ, οἵτινες καὶ ἄλλως καλοῦνται εἶναι φίλοι. Τὸ λοιπὸν δέομαί σου ἀξιοῦσθαι ἐμὲ τῆς σῆς φιλίας, ἐνδυόντα θυμὸν εὐνόως πρὸς μὲ διακεῖνται. Συγγνώμην αἰτῶ καὶ τῇ ἐμῇ ἐν τῷ λέγειν θρασύτητι καὶ ἀβουλίᾳ, ἧς μὲν ῥᾳδίως ἐλπίζω τύξεσθαι ἀπὸ σοῦ ἐνθυμουμένου θυμὸν τὸν ἐμὸν ἐλεύθερον καὶ εὐγνώμονα. Πρὸς δὲ τούτοις τὸ μὴ πολλὴν ἐν ταύτῃ τῇ σπουδῇ διατριβὴν ἔχειν, ἐποίησέ με (σαφ᾽ οἶδα) πολλάκις βαρβαρίζοντα, καὶ μικροῦ δεήσει, σολοικίζοντα ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ. Τοῦτον μὲν γὰρ ἦε πρῶτον ἦε δεύτερόν ἐστι τὸ ἀπ᾽ ἐμοῦ ἑλληνιστὶ γεγραμμένον. ἅλις δὲ μοὶ ἦν τὸ λέγειν. Σύγγνωθι οὖν ἔτι μοι ἐν τούτῳ. Καὶ οὕτως σοι ὤ-

ερα πάντα γένοιτο! ὦ ἐκ Μουσῶν ἀιερ. Ἔρρωσο. Ἐιδελβέργηθεν, τῇ τρίτῃ τοῦ ἱσταμένου Ποσειδῶνος,

ἔτει ἀπὸ Χριστογονίας

α. χ. θ.

MARQVAR

MARQVARDVS FREHERVS
Vir Nobilis.

FAx Sarsinatium, olim iniquis casibus
Pistrini Alumne, pòst-Parens Comœdiæ,
Scenæ Voluptas, Ardor Orchestræ, novus
Gregi Noueno Frater addite, & Mari
Latina Siren: Auctor elegantiæ,
Pater jocorum, risuum, facetiæ:
Acumen exercere Criticum prósate:
Proh! quantus in te liberando cladibus
Morbisque desudat labor? quàm non manu
Aliquid vel invito est datum pulvisculi,
Aciesve scalpri adacta vel novaculæ?
Deficere poteras inter æmulas manus,
Et illud exclamare cognitum vetus:
PERI MEDENTUM COPIA PLANISSUME!
Ni cura gnavi, & singularis cautio, &
Pietas PAREI; condolens vicem tuam,
Vitæ ruentis sisteret cæptam fugam:
Non hercle deposito modò dans spiritum,
Sed & colorem, quo placebas integer.
Non Medicus, aſt MEDEA veriùs cluet,
Idem recocto quæ PELIÆ fecit Seni.

IDEM AD EVNDEM.

A prælo calidum, fabrâque incude recentem,
Ingenij & variæ, Iuppiter! artis opus,
Accipio PLAUTUM, nitidum non pumice multo,
Sed radiantem auro, & vellere serico.
Munus amo (quis non?) lepidum nimis atque venustum:
Muneris Auctorem sed magis intus amo.

Pronus id affectus in nos: id cura meretur;
Commoda agens studio publica pervigili.
Quando erit, ut parili dono hunc novus Editor ornem?
Non ea vis nobis, non favor hic Superûm.
Nec tamen Hercle nihil donanti reddere certum est:
Commendabit amor qualiacumq; meus.
Delphica det grandes Cyathos, Abaciq; Potentum:
Talia Fortunæ dona favore beant.
Nos transmissa juvent chartacea mutua Vates.
Musarum an donis grandius æstimium est?

JACOBUS LECTIUS JC.

SÆPE vetus turbam fama insectata medentum
Cæsaribus vitam quòd rapuêre suis.
Sic senio & morbis fœto tibi tristibus, Acci,
Multorum intulerant vulnera multa manus.
Hærenti jam penè Erebi sub faucibus atris
Et solidam Pæon sufficit alter opem
Quippe intus Decimam PAREUS, *& in cute Musam*
Novit, & , ô! Musa est, fallor an Vndecima?

SCIPIO GENTILIS JC.

INDUPERATORUM quondam ceu Caria fertur
Ip[illegible] copia:
In[illegible] [illegible]iticorum turba necarat
T[illegible] PLAUTIUM molæ
P[illegible] parem. Vidit gemuitq; PAREUS
Propinqua Vatis funera:
Auxiliumq; tulit, quo non Pataræus Apollo
Tulisset efficacius.

Ite

Ire procul, dixit, tot pocula amara, tot herbæ:
Auraſque Plautus liberas
Purâ in luce trahat, gratâque in veſte niteſcat,
Mea quam laboravit manus.
Debemus PLAUTO linguamque ſaleſque Latinos:
Plautus PAREO ſpiritum.

CVNRADVS RITTERSHVSIVS JC.

HVmanæ ſpeculum vitæ Comœdia Plauto
Immane quantum debeat.
Quippe repræſentanti hominum ſenſa intima, dictaque
Et facta congruentia.
Lingua deinde Latina, ferè omnem fuſa per Orbem,
Eſt grata PLAVTO debitrix.
Si placeat Muſis uti ſermone Latino,
Plauti ore credam eas loqui.
Sed multùm huic ſpeculo deceſſerat ante-nitoris.
Rubigo quem infuſcaverat:
Romanæque decus linguæ manus improba paſſim
In Barbariem converterat.
Vt Plautus ſeſe jam vix cognoſceret ipſum,
Inſulſa gens effecerat.
Non tulit hoc Magnus Patrum CAMERARIVS ævo:
Hic Soſpitator exſtitit.
Primus PLAVTE tuus. Certatim deinde ſecuta
Turma eruditorum frequens.
Præſtitit, ut paulò meliùs mox Vmber haberet,
Politiusq́; eſſet ſpeculum
Vitæ hominum, abſterſis maculis mendisq́; pudendis.
Sed ſparſa quæ fuerant priùs,
Obvia nec cuivis feſtivi pharmaca PLAVTI,
Induſtriâ admirabili,

TAVBMANNVS collecta meus quasi apicula dulcis
In alveolos hæc contulit.
Ipse etiam voluit non prorsus asymbolus esse
Lucem inferens multis novam.
Ejus porrò legens vestigia pressa PAREVS
Parem jam inivit gratiam
A PLAVTO & Plauti cultoribus, ipsaq; linguæ
Commercia auxit Romulæ.
Plautinasq; ut opes faceret magis usibus aptas,
Lectori ut in mundo forent,
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Depastus est dicta aurea
Inque novas retulit cellas. Fruere cuge labore,
Lector bone, Auctori & fave:
Candida quem extentum celebrabit fama per ævum,
Quoad sales Plautini erunt
In precio, & linguæ florebunt scripta Latinæ.
Hæc sunt PAREI præmia.

IDEM.

Βίȣ βροτῶν κάτοπτρον ἡ κωμῳδία
Πλαύτῳ ὀφείλει πλεῖστ᾽. ὁ δὲ Παρεῷ πάλιν
Σώστρων ὀφειλέτης μέγιστος τυγχάνει.
Πλαῦτον Παρεὺς σῶσε καὶ κωμῳδίαν.

GEORGIVS REMVS
Vir Nobilis.

VMBER Poeta, cujus ore farier
Novensiles voluisse fama pervetust',
Princeps Theatri, Vrbe quod habuit Quiritium,
Totiens recusus, & politus hactenus,

Totiens

Totiens recensitus, recoctus denique.
Verùm ille persanatus est nulli, ut reor.
Nam Critica passim natio atq; factio
Hunc usq; dubia pendet animis in diem,
Sit ecqua potior, melior usquam lectio.
Nævis, lacunis multus est super locus.
At jam PALATINIS (bonum fero nuntium!)
Adjutus, ô PAREE, Membranis bonis,
Næ næ PALATINUS videris protinùs
Mihi esse APOLLO SARSINATI, cui manum
Medicam admoves, certissima & malagmata:
Hinc ille persanatus erit publicè!
Hinc ille personatus intrà pérsonat
Scenam, & Theatris servit Europæ integer.
Adorea in solidum, PAREE, hæc est tua
Dum fatur amodò PLAUTUS Plautinissumè.

VITTORIO EMANUELE

SIMO STENIUS.

Κεκροπίδαις φθονεροῖς ἀγαθῶν διασυρτικὸς ἀνδρῶν
Βωμολόχος, φίλος ἦν, δεινὸς Ἀριστοφάνης.
Μάρκου δὲ ΠΛΑΥΤΟΙΟ παλαιῶν δῆμος ἀγήνωρ
Αἰνεαδῶν μύθοις ἥδετο εὐτραπέλοις.
Οὓς ἐπίηρα φέρων Μούσαισι, ΦΙΛΙΠΠΕ ΠΑΡΕΙΕ
Ξὺν Μούσαις σχολίοις φώτισας ὠφελίμοις.

Hoc est: *Interprete PAREO.*

INVIDA *Cecropidum Gens magno affecit honore*
Æmulum Aristophanem Socratici generis.
Umbrigena at PLAUTI recreata est Scena Quiritum
Innocuis salibus, compositisq; jocis.

Hi, so-

Hi, foret absq; tuis opibus dextrâq; Minervâ,
Vmbræ perpetuæ, culte PAREE, forent.

CASPARVS VVASERVS.

QVISQUIS Plautum adamas, polite Lector,
PAREUM quoq; certè ames necesse est:
PLAUTI qui monumenta reddit Orbi
Tàm purè Scholiis Notisq; doctis
Illustrata labore permolesto.
Non hîc ergò nimis dein requiras
Quos dedêre alij priùs labores:
Illa hæc integra Scena jam PAREI est.

MICHAEL PICCARTVS.

POST *Genium* LIPSI, *post limam* SCALIGERI*que*,
Post studium CAMERARIADÆ, *ingenium* GULIELMI,
Post DOUZÆ *Suadam, post Herculeosq; labores*
TAUBMANNI, PLAUTO *qui sese afferre medelam*
Postulet, & nec dum perpurgatum adserat esse:
Illi non facilis, mihi credite! palma paratur;
Nec labor in tenui molimine sumitur. Ecquis?
Ecquis enim tantis cum animis committere sese
Audeat? aut illis palmam sperare negatam?
Est tamen, est magnis qui viribus adgrediatur
Tantæ molis opus, nec spe urgeat usq; minori,
Maximo at ingenio & studio fervente PAREUS:
Iamq; dedit nobis metiri ex ungue Leonem,
Nec vim Naturæ effœtam testatus abundè est.
Macte animo ingenioq; tuo! VIR MAXIME, *nos jam*

Despe-

Desperare nihil docuisti. Tempora certè
Virtutem neq; nostra negant, heroaq; dona.
Absit eis tantùm Veterum obtrectatio fœda.
Non ita carceribus virtutum includitur arctis
Campus, inoffenso quin curru currere possis
Ad Famam, tecumq; alius. sua quemq; manebit
Gloria pro merito. Majorum haud lumina Famæ
Officient, mihi crede, tua. Tu sedulus urge,
Quodq; minaris opus Musis Phœboq; favente
Ede citò: vivum te Gloria lata beabit,
Quæ solet innumeris demùm post fata favere.

CHRISTOPHORVS HOEFLICHIVS.

PAREE laudatissime,
  Vatumq; flos, decusq;;
Proles Minervæ, Apollinis,
  Frater Camenularum:
Ergò nitori pristino
  PLAUTUM, Latinitatis
Patrem, Magistrum risuum,
  Faventiæ, & leporum,
Restituis? ô Factum Bonum!
  Dignum cedris. fac euge
Vt prodeat citissimè
  Opus diu petitum.
Tuus efficacis IngenI
  Volitet labor per Orbem;
Vt, literis quotquot favent,
  Studiaq; amant, ad astra
Summis ferant Te laudibus:
  Tibi debitas canantq;

Digitized by Google

Grateis, tuum optatissimum
Opus velut meretur.

JOHANNES VVEITZIVS.

OMNIA TAVBMANNO deberi sostra, PAREE,
Credidit Aonio dedita turba DEO.
Quippe operâ cujus, Pharos ut Nilotica, lumen
Conspicuum PLAVTI Comica Musa vibrat:
Purpureumq; nitor cælo caput arduus effert,
Et quasi Titanis lampas ephéba micat.
At nunc ipse fidem facis, óbsita cuncta colore
Esse nigræ noctis, cunctaq; nube tegi.
Nube; sed offudit Criticorum quam æmula turba,
Indulsit Zephiro dum nimis Ingenij,
Cuncta secans sicâ cotem redolente nitentem,
Aut spuria insertans, aut genuina movens.
At tibi librorum, quam BIBLIOTHECA ministrat,
Nempe PALATINI Bibliotheca DVCIS,
Copia aratorum calamô, unica puppis & aura est,
Quâ fisus, creperas spernis agisq; crises.
Sit sua TAVBMANNO: Tua laus tibi, Docte PAREE!
Ex hederâ meritus Civicam uterq; fuit.
Per vos purpureâ renovatus membra juventâ,
Exsutô seniô, Comicus Vmber ovat.
Vt, quam Cinnameis reparant incendia nidis,
Quando decem vixit secula Solis Avis.
Grandis honos volucri famâ super æthera utrumq;
Et pennâ fatum-non-metuente vehat.
In vos mordaci grassans infamia chartâ
Haut probra vipereô lurida felle vibret.
Nemo ajat: Regem Medicorum turba peremit;
Viresq; ac vitam sed Panacéa dedit.

CVN-

Digitized by Google

CVNRADVS SCHOPPIVS

De Curis Plautinis IOH. PHILIPPI PAREI:
Ad Lectorem.

NIL legisse juvat permulta, nisi arbiter usus
Obtineat solidum jure Magisterium:
Quo sine cunctus abit labor exanclatus inanis,
Perditur atq; oleum turpiter, atq; opera.
Hoc duce disce Libro, PLAUTI quis plurimus Usus;
Quáq; revolvendus quilibet arte liber.
Ac meritas celebri grates persolve PAREO,
Ingenio cujus PLOTIA Pallas ovat.

JOH. JACOBVS GRASSERVS.

HACTENUS erubuit Roma calcasse Theatrum
PLAVTVS, & Ausonios exposuisse modos.
Pluribus infandâ corpus lue tabuit annis,
Et malè Pieriis marcuit artis opus.
Flêrat, & ingentes geminarat SARSINA planctus
Sarsina Musæis tot celebrata choris.
Nunc postquam, sed enim divinâ mente, PAREVS
Abstersitq; luem, restituitq; decus:
Et Vatem Romam duxit, jussitq; Theatrum
Et Phœbi illustres indugredi usq; tholos.
Grande Palatinos Capitolium adornat honores,
Et figit meritis oscula mille rosis.
Vt juvat! ut volupe est! redivivum audire Poëtam,
Qui nitido Latias eloquio auxit opes.

Digitized by Google

Vmbria avvinis decerpe superba Poëtis
Pro subole aeternum ritè anadema tuâ.
Sed tu quæ tantum genuisti Sarsina Vatem,
Quæ tandem Medico præmia digna dabis?

JOHANNES FORBESIVS
Scoto-Britannus.

QVI tibi par esse volet, PAREE,
Ille terreni haud capiatur oris
Punctuli angustis: superet necesse est
Vertice nubes.
Sæpè te Pindi juga transvolantem,
Sæpè Parnassus volucri vehentem
Pallados cursu, gelidusq; sæpè
Suspicit Hæmus.
O Novem turba quoties Sororum
Vidit in notis comitante ripis,
RHENUS, agnatusq; NICER, DEûMq;
HAIDELUS Aula!
Tu nites intra patrios, & extrà
Limites, magno celeber Parente
Quâ DEUS Mundum beat, & triumphat
Lampade Mundus.
Gloria hæc magni Patris in recentem
Transiit ramum: neq; dignus hæres
Deficis tanti decoris, PAREE,
Nate PAREO.
Et tui splendor procul in remotas
Nominis terras penetravit: oris
Lacteo quondam est hilarata rivo
Gallia felix.
SARSINAS per te redivivus aurâ
Vescitur Vates, tibi Scena plausum
Læta dat, Risus redit & Jocus, Comœdia gaudet.

Per

Per tuæ mellita fluenta linguæ
Gratus est Phœbo, Aonidumque turbæ.
Quæ tuam cingunt meritâ decoram
Daphnide frontem.

At tibi mellita fluenta linguæ
Portio tantum decoris, per Artes
Altius rimaris iter, Lycéi in
Intima dux es.

Docta testantur monumenta acuti
IngenI, rectæ Rationis Vsum
Quæ docent, contràq; dolos Σοφιςῶν
Arma ministrant.

Plurima ut paucis loquar: Haud, PAREE, es
Degener. notum mihi jam Parentis;
Et tuum novi studium. Atque Amoris
Sum memor usque.

Nec PAREANÆ Δυάδ©· priores
Arguent horæ immemorem, per artus
Dum mihi sanguis calidos meabit,
Vsque ero vester.

THEODORVS RHODIVS.

FAVETE ô teneri boni Poëtæ,
Et quantum est Hominum elegantiorum.
PLAVTVS pellepidus bonus Poëta,
Et quantum pote plurimum facetus,
Musarum Decima, & Latina Siren;
In manus hominum venire gestit,
Cultu scilicet ac nitore tanto:
Quanto ausus fuerit venire numquam.
Nam licet nitidissimus Poëta
Esset, ac Veneres haberet omnes,
Omnes delicias, Iocos, Lepores;

Digitized by Google

Illum sic tamen inficetior gens
Dente arroserat improbè maligno:
Vt, nî vindiciis politioris
Sæculi sibi restitutus esset,
Obrutus tenebris situq; turpi,
Turpi pulvere perpetim jaceret,
Infelicibus esca amica blattis.
Verùm non ita restitutus umquam est,
Quin nevi & maculæ locum invenirent:
Quos novos maculasque nunc PAREVS,
Phœbi delicium, Minervæ alumnus,
Omnes eluit, abstulitque: multa
Notis perpetuis quaq; expolivit
Aerumnabili & improbo labore.
O factam benè restitutionem!
Non Vmbro est malè, sed benè ac beatè:
Quod ipsi rediit nitor, venustas,
Et Venus rediit, ferens Amores
Secum, & blanditias, jocos, lepores.
Proin, ô teneri boni Poëtæ,
Et quantum est hominum elegantiorum,
Adeste, obsecro, quotquot estis, omnes:
Et PAREO animis FAVETE, & ore:
Et blandis numeris facetiisq;
Incensi, pariter Favete PLAVTO.
Quin suis meritis & hunc & illum
In cælum lepido vocate cantu.
At vos intereà, quibus Poëta hic
Ad gustum minus est, & ad salivam
Queis olet stabulum; VALETE, ABITE,
Musis & Charisin creati iniquis!

IDEM AD EVNDEM.

PLAUTUS, *qui Latiæ norma est & regula linguæ*
Multa aliis debet: plurima DOUZIADIS,

Quorum

Quorum ille expertus studium est, operamq; fidelem:
Et quorum jam nunc munere salvus ovat.
Nulli plura tamen sese debere fatetur,
Quàm (cur dissimulem?) docte PAREE, tibi:
Qui navos omnes maculasq; abstergis: & ipso hoc
Audenter nisûs Herculeos superas.
Quæ tibi Pierides digna hostimenta rependent?
Quid tibi pro studio, proque labore dabunt?
Quid, nisi, dum PLAUTI numerique salesque legentur,
Laude vehent meritâ nomen ad astra tuum?
Intereà macte hoc Genij Ingenijque vigore!
Summus eris Vates, summus eris Criticus.

IDEM
In Effigiem PAREI.

SIc oculos, sic ora gerit, vultumque PAREUS:
Quem fovet in gremio Dia Minerva suo.
Cui Phœbus viridi velavit timpora Lauru:
Et dedit auratam Calliope cytharam.
Hinc est, quod Phæbo sacrum facit, atque Minervæ:
Et colit Aonias, Numina casta, DEAS.
Applaudunt omnes Vati. quin ipsa Minerva
Ipse etiam Phœbus plaudit: & Aonides.

IN EANDEM.

NOn finxit Sculptor te, Docte PAREE: sed Umbram
Corporis. ipsum te fingere non potuit.
At facit hoc PLAUTUS: cujus numerosque salesque
Restituis Genij dexteritate tui.

RICHAR-

RICHARDVS HEMELIVS.

Ἄρρηκτον πέτρην τε, πολύκμητόν τε σίδηρον,
Καὶ χαλκὸν τήκειν ὁ χρόνος οἶδε πολύς.
Ἀλλὰ τὸ σὸν γλυκύμολπε κλέος μέγα ΠΛΑΥ͂ΤΕ Λατίνων
Φωσφόρε Κωμῳδιῶν ἤματα πάντα μενεῖ.
Εἰσόκε δοῦλοι φῶρες, ἀγήνορες ἀσπιδιῶται
Εἰσί, φιλόχρυσοι θ᾽ οἱ πολιοκρόταφοι,
Ψεύδορκος πορναγωγός, ἐρωτομανὴς νέος ἀνὴρ
Πόρνη μισθοφόρος, γραῖα φίλοινος ἔφυ.
Ἶσον νῦν σε ΠΑΡΕΙΕ μένει κλέος, εἰς φάος αὖθις
Ὅττι νέον θυμῷ ἴδμονι ΠΛΑΥ͂ΤΟΝ ἄγεις
Εἰσόκε γραῦς οἶνον ποθέει, καὶ μισθὸν ἑταίρα,
Ἠΐθεος κούρην ψευδαλέος τε πέλει,
Μαστρωπὸς, πλεονός τε γέρων ἐπιμαίεται ὄλβου
Καὶ θρασὺς αἰχμητὴς, καὶ λάτρις ἐστὶ κλοπεύς.

IDEM LATINE.

Et rupes solidas, & ferri robur, & æris,
Longinquum tempus conterit atq; domat.
Sed tua præsignis qui Scenæ es stella Latinæ
Laus in perpetuum, PLAVTE, superstes erit;
Donec erunt Servi fures, jactator alumnus
Bellonæ, atque Senex donec avarus erit,
Leno perjurus, Iuvenis sectator amorum,
Mercedis Meretrix anxia, Anusq; bibax.
Iam tibi laus similis contingit, Docte PAREE,
Qui PLAVTI in lucem scripta redire facis.
Donec Anus vinum cupiet, Meretricula quæstum,
Lascivus Iuvenis donec Amator erit.
Mendax Leno, Senex cupidus majoris acervi,
Miles jactator, Servaque turba rapax.

MELCHIOR

ed by Google

MELCHIOR ADAMUS.

PAREE, primas nunc Critici óccupas
Choragi, & agmen Vaticinum præis.
Non antè depulsis ab Vmbro
Noctibus, illuvieique Socci
Indis nitorem. Quis tibi Gloriæ
Currus per Orbem nomina differet?
Pectus quod è Pindo sagaci
Non referet capiti usque grates,
Flagrans Poëtam volvere Comicum
Mente evolutâ? quis neget, arduos
PLAUTI adsequi jam posse sensûs;
Gentibus & Latium reverti?
Quando coactis undique Apógraphis
Gazamque Belgæ, & lámpada Francicam
Inferre perplexis locorum
Expediens meliora, quæris.

IDEM AD EVNDEM.

QVI Chronicas novit Medicus depellere Febres;
Felicis laudem dexteritatis habet.
Qui tollit veteres librorum corpore mendas,
Et lucem cæcis sufficit; ille vir est.
Inde, PAREE, tibi surgit laus justior: Vmbri
Qui priscâ corpus labe maloque leves.
Vt legi, possitque capi Phrasis illa Quiritum;
Iudicij rarâ dexteritate facis.
Hi Latijque sales, & Plauti hæc Dramata vivent;
Dum patrias Nicri Rhenus amabit aquas.
PLAUTO munditiem qui demit cumque loquendi,
Haud sanè lauto præditus ingenio est.

***** ABRAHA-

Digitized by Google

ABRAHAMUS KIMEDONCIUS.

QUEIS labor est vigili studio prodesse Camenis:
Scilicet ut Pylios traducant molliter annos.
Excedant etenim terris, vitamque relinquant,
Non sibi, non alijs qui vivunt, pessima terrae
Pondera, nec praeter fruges consumere nata.
Rectior at tibi mens primis concessa sub annis
Caelitus, haecq; fuit semper tibi cura laboris
Solliciti, ut possis quondam prodesse Camenis,
Dotibus ingenij, Patris vestigia calcans.
Nec malè cessit opus, nec te tua cura fefellit.
Vix quartum aetatis fuerat tibi namque peractum
Lustrum, cùm Musis doctis, & Apolline sacro
Instructi Ludi Latij sunt tradita sceptra.
Nec satis esse putas pro viribus optima quaque
Tradere, dum ducis vitales luminis auras,
Ni Musarum etiam superent monumenta tuarum
Post mortem; ut prosis, vitam cùm clauseris arctam.
Hinc tibi cura fuit nuper, conscribere libros,
Doctrinae LOGICAE mentem queis dirigis aequam,
Quâ ratione queat falso discernere verum.
Ac modò PLAUTUS adest, mendis purgatus, & omni
Parte Notis auctus. Sic sic juvat esse labores
Perpetuos, possis studio ut producere famam.
Vivas ergò diu, seris dignissime canis:
Et cùm depones odiosa taedia vitae,
Parte tamen meliore tui post fata superstes
Cantatus celebri famâ volitato per Orbem.

JOHAN-

JOHANNES SCHMIDIVS.

DISCERPIUS veluti juveniles VIRBIUS artûs,
Viribus haud esset, non miserante DEO.
Sic quoque, MARCE, tuum, quod si divina PAREI
Virgula cessasset, grande jaceret opus.
Reddidit hæc numeros, risus, ludosque jocosque,
Et quoscunque dedit Lingua Latina modos.
Ergò redonato tibi gaude, PLAUTE, lepore:
Plaude redonato Musa Latina Choro.
Quod redière sales; tua laus est sola, PAREE:
Quod numeri innumeri; Gloria sola tua est.

BALTHASAR VENATOR.

ROMVLA si turbam recrearet lingua novenam,
Nil nisi Plautinos redderet ore sonos.
At nunc reverâ quòd non nisi Comica gustant
Mulsa, damus loto, Docte PAREE, tuæ.
Nam cùm Barbarica his quondam sociasset Arachne
Virosam illuviem non sine fraude favis.
Iudicij virtute tui, notha quæq; remôsti
E medio, exornans quæ genuina magis.
Nunc quoque non cessas Latio benè velle lepori,
Et calathos fætos sufficis ecce rosis.
Fallor? an ut Pindi Plautino affamine Divas
Vti, quod nuper vix potuêre, lacis:
Sic nunc, quæ nudo finguntur poplite, nudis
Et quæ dicuntur ludere brachiolis,
Orchomeni Divas Plautino è flore docebis
Dapsile velle sibi conduplicare peplum:

Digitized by Google

In quo si texet tibi nomen Dædala Pallas,
Quod legat abrupto termate posteritas.
An te pœniteat, pigeat, PAREE, laboris?
Quem dederas Musis, quem dederas Charisin.

MELIORIS ADAMI ANAGRAMMA.

IOANNES PHILIPPUS PARÆUS.
IN PURA SOPHIA PLENUS ES PIA.

A TENERIS omnes noverunt unguibus; ut sis
In sacra grassatus, docte PARÆE, juga;
Illa in Parnassi juga, queis Latous Apollo
Explicat Aonio cæca reperta Choro.
Rursùs simplicibus quàm sis veneratus ab annis,
Quicquid depurgata édocet Eusebie;
Non me teste opus est; cùm res testetur abundè:
Et tua sit specimen Sparta datura grave.
Ergò ne valeam nisi verum anagrammate dico:
IN SOPHIA PURA PLENUS ES ipse PIA.

PAREVS

Digitized by Google

PAREVS

LECTORI PHILOLOGO SALVTEM.

NON te longùm morabor, Lector Philologe. Redit ecce in publicum Orbis Theatrum Romanæ Scenæ Delitium, Risuum Pater atque Jocorum M. ACCIVS PLAVTVS. sed socco haud paulò, ut opinor, augustiori: hoc est, se, & suis virtutibus propriè digno. Ornamenta à variis varia & luculenta accepit. Singulis istis Chori Arcuspletis æterna laus. Eius aliquam quoque portiunculam vel mihi citrà fascinum delibare propositum fuit. Nihil affecto, nihil mihi arrogo, polite Lector. Tu modò voluntati meæ fatiscentem hanc Scenam iuvandi bonam scævam dicito. PLAVSVM enim à Posteris ut mihi certò polliceri ausim, facit conscientia industriæ meæ, quam in Fabulis hisce reliquis iterùm recensendis suprà omnem fidem ærumnabiliter exhausi. Narro tibi, mi Lector. Hunc mihi Auctorem, cùm alias quascumque litteras curiosè, atque

Digitized by Google

contētè tractarem, ipsa Fatorum domitrix ἡ Ἑιμαρμένη unicè conciliavit. In hoc igitur pòst immortales aliorum μελέτας meum quoq; studium experiri libuit, citrà ullius præiudicium aut intertrimētum. Factum itaq; est, ut altero abhinc lustro facetissimo huic Comico manum admoverem. Ibi tum eam apud Bonos (his enim solis placere solidam semper duxi laudem) gratiam me inivisse sensi, ut cōtinuis eorum hortatibus meritò locum dandum esse arbitratus sim. Sic enim illi voluerunt, ut ea, quæ fortassis errore quodam & exemplo pervulgato à me in Primâ Editione sequiùs essent concepta, in Alterâ hâc ipse reprehenderem, & ad obrussam solius ANTIQVITATIS, quam præposterè multi è Censorum turbâ insuperhabere consueverunt, omnem meam curam componerem. Obsecutus sum tam benivolæ Amicorum faventiæ: ac novum mihi laborem ipse imposui, sanè plus quàm Herculeum. Nam omnes huius Poëtæ Fabulas superstites ad novem alia Exemplaria partim in Membranis, partim in Chartâ antiquitùs Manudescripta, anquisitè, immò superstitiosè comparavi: adeò ut ne syllabam quidem, aut litterulam vel minimissimam visum meum passus fuerim effugere, aut elabi, quàm non enotarim, adnotarimque: erronea ea fuerit, an recta & vera, nihil

Digitized by Google

nihil pensi habens. Scilicet sic sanxerunt Magni olim Reip. Litterariæ Dictatores: quorum EDICTA in formulâ paulò pòst legere te malim, quàm pluribus verbis huius mei propositi sententiam hoc loco prædicare. In eo quidem studio conferendi Codices plutearios non adhibui alienos oculos, quibus numquam tutò creditur, sed hos ipsos gemellos meos, quos in lacunis istis Veterum Chirographorum perscrutandis mirum quantum ad ipsam sæpè lippitudinem miserè defatigavi. Libros verò illos MANVSCRIPTOS, quibus usus sum, ex Illustri suâ BIBLIOTHECA PALATINA Serenissimus Princeps ELECTOR FRIDERICVS QVINTVS pro innatâ in Viros doctos, Litterasque adeò universas clementiâ promptè nobis suppeditavit: Parario ad eam rem accedente summo Litteratorum Mæcenate, Viro Nobilissimo GEORGIO-MICHAELE LINGELSHEMIO: cuius si in me comitatem benivolentiamque dignè satis velim commemorare, longiùs fortè, quàm instituti mei ratio nunc ferret, diverterem. Inter eos autem Codices familiam facilè ducit is, quo in Europâ antiquiorem nullũ exstare, consentiens semper doctorũ fuit opinio. Descriptus est in Veteri Membranâ, integer quidem: sed, ut apparet è vestibulo, octo

dunta-

duntaxat primores Fabulas initio habuit: donec à Scribâ aliæ duodecim fuerunt adiectæ. Quod ad initium Bacchidum in Notis Criticis paulò uberiùs exposui. Expertus quoque erat manum Recensoris non omninò ineruditi: cuius proindè emendationibus sæpenumerò admodùm adiuti fuimus ad investigandam veram ac genuinam lectionem. In calce eius libri observare est, eundem Anno 1512. ab Doctore MARTINO POLICHIO Mellerstatensi Franco, PAVLI MELISSI nostri quondam populari, dono datum fuisse VITO VERLERO bonarum litterarum olim Professori in Academiâ Lipsensi. E cuius loculamentis librariis depromptum hunc Codicem MICAELVS ROTINGIVS utendum illum dedit Magno Germaniæ nostræ *φωστῆρι* JOACHIMO CAMERARIO, PLAVTI Sospitatori Optimo-Maximo. Ab huius tandem hæredibus Regiæ planè Bibliothecæ Palatinæ velut *Ἑρμαθήνην* quædam, & æternum *Ἀνάθημα* consecratum dicatumque est. Hunc igitur *κατ' ἐξοχὴν τινα* perpetuò appellamus VETEREM CODICEM, hâc notâ: V.C. Absque hoc solo namque Codice fuisset, conclamatum iam foret de Comœdiis Plautinis. Accessit alius, quem eâ de causâ DECVRTATI nomine insignimus, quòd duodecim solummodò posteriores contineret

ret

ret Fabulas. Optimæ quidem ille notæ: & eiusdem Magni CAMERARII custodiâ Posteritati reservatus. Tum supererant alii sex: quibus PALATINORVM nomen propriè iuxtà numeros adsignavi. E quibus quintus Membranaceus non nisi Comœdias quatuor priores descriptas habuit. His omnibus adnumero EXCERPTA in Membranis medius fidius optima: modò plura ἀποσπασμάτια è Fabulis repræsentassent. Editos libros de industriâ multos usurpare nolui: quòd turpissimum illi, quotquot erant, Correctorum mangonium præseferrent. Arrisit namque TIMONIS illius Phliasii ἀπόφθεγμα. Is interrogatus ab ARATO, undè censeret exempla Homericæ Poëseως integerrima paranda esse; respondisse fertur: *maximè vetera, & minimè-correcta, optima sibi semper visa.* Nonnunquam tamen, quamquam rariùs, inspexi duas principes Editiones; alteram ab GEORGIO ALEXANDRINO Venetiis primitùs adornatam Anno 1472. è Bibliothecâ Archi-Palatinâ: alteram è meâ ADELPHI MVLINGII, Argentinæ excusam Anno 1508, quæ illius Venetianæ propriè tradux est. Atque hoc Librorum apparatu instructus Bonâ Avi Recensionem Auctoris nostri denuò adgressus sum: sedulò id agens, ne quid ὑποβολιμαῖον adscititiúmve in Textum irreperet, quod

non consensu venerandæ ANTIQVITATIS probè munitum, corroboratumque esset : eòque litteras, syllabas, dictiones, & fortean integros etiam versûs, si abnuerent Chirographi, non quidem planè ejeci, sed diverso charactere expressi; duplici motus ratione: vel quòd hucusque individuâ annorum serie in plærasque Editiones ista omnia pertinaciter essent recepta: vel quòd absque ipsius sensûs detrimento expungi haud facilè quirent. Solam igitur νόθευσιν diversitate typorum indigetavi: ne ut-Plautina in posteris Editt. à Criticis an Typographis deinceps frequentarentur. Quod meũ consilium Viris doctis minimè improbatum iri confido. De cætero hoc verè affirmare possum: mille ampliùs locis ACCIVM nostrum à me redditum meliorem, integriorem, ac nervosiorem: idque è solis Libris Manu cascâ exaratis. Neque hoc verbis meis credi volo: verùm rem ipsam testem laudo. PRAEFISCINI! Fatebitur id ipsum, nisi ratio omnis me fallit, cuicumque non erit mala mens, malus animus, mala lingua, mala penna.

Rationem Emendationum singularum reddidi in NOTIS CRITICIS: ubi Variantias è Membranis Palatinis summâ religione ac fide à me érutas, κατὰ πόδας protuli: Textum exindè constabilivi: Auctoritatem deniq; Chirographorum, ipsiusque

que adeò Antiquitatis, contrà ſpurias aliorum ἐκλο-γὰς, quoties uſus fuit, adſerui: eâ adhibitâ ſtyli modeſtiâ, ut nemini, quæ hodiè meſſis mala morum malorum eſſe ſolet, ignominioſiùs inequitarim: contentus nudo ac ſimplici indicio τῆς ποικίλης ἀναγνώσεως. At verò *eò iam ſtultitiæ ventum eſt* (Verba ſunt MARCI ANTONII MVRETI Lib. XIV. Var. Lect. cap. IX.) *ut ſatis non ſit, in his quisquiliis laudandis dicere*: ELEGANTER! ACVTE! INGENIOSE! εὐςόχως! *Dicendum*: NIHIL DIVINIVS! *ne frigidè laudaſſe videaris.* Quam Viri Docti, & in his Litteris exercitatiſſimi ſententiam non ideò adſcribo, quòd quemquam laude ſuâ privandum cẽſeam: (μὴ γένοιτο!) *Laudem* namque *perennem proba facta conciliant*; inquit SYMMACHVS noſter: ſed quòd Animadverſionum noſtrarum ratio eas πανυγήρεις nequaquam ferret: quippe quæ iſtâ μακρολογίᾳ in immenſum excreſcere potuiſſent. Interiorem igitur animi mei cultum brevi Tabellâ omnibus iis, qui in hunc Auctorem aliquid vel opis, vel Medicinæ contuliſſent, καταλογάδην ἐν τῷ προθύρῳ expromere malui, quàm phaleratis concionib. Virorũ doctorum ſollicitare modeſtiam. *Jactantia* namq; *avara laudis multum decoquit de pudore*: ſcitè iterùm pronunciat Vrbis Præfectus. Porrò λεπτολογήματα quædam in NO-

TIS CRITICIS quà lectionem, quà priscam scribendi rationem curiosiùs me sectatum dicet quispiam. Fateor. neque id inconsultò: ast magnorum Virorum compulsus Auctoritate, qui aut eandem institerunt viam in hâc Criticâ functione, aut enixè idem ab aliis, ut facerent, efflagitarunt. ἡ μὲν γὰρ πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα. Collatione istâ institutâ apparere potest, quę sint ἐσθλὰ, quæ χέρεια. Sed desino, LECTOR Philologe: teq; ad EDICTA Critici Senatûs ablego: queis ego meipse LVBENS VOLENS subiitio. Tu illa vacivâ ac benivolâ aure imbibens MIHI & LABORIBVS meis BENEDICE!

EDICTA

Digitized by Google

EDICTA

PATRUM SENATUS CRITICI: De ratione emendandi Auctores Utriusque linguæ.

In restituendis utriusque linguæ Auctoribus unica ac pæne solitaria norma sunto libri Manu casca scripti. Contra quos nihil temere audento, nihil transponunto. Hariolationibus, Coniecturis sobrie utuntor. KAPUT I.

Sic volunt, sic iubent è primis, mediis, imis subselliis Patres Conscripti.

JUSTUS LIPSIUS.

Satirâ Menippeâ.

SI quis è libris bonis fidisque correxerit, laudi semper est. Si quis è Conjecturis, noxæ: nisi eæ claræ, liquidæ certæ sint. Qui aliter cumque Divinationibus usus; in eo Leges Veteres, & Edicta de Mathematicis valebunt: Porcia, Fabia, Sempronia non valebunt.

IDEM. Lib. 3. Epistol. Qu. Ep. 6.

Quanto nobis ambitu conquirendi libri scripti? quod tædium illud conferendi? Nam quod vicarium ponas, & alienis oculis isthæc agas: proinde est, quasi alieno ore comedas, bibas.

Digitized by Google

JOACHIMVS CAMERARIVS.
Præfat. in Annotat. Cicer.

TEMERE *aliquid in scriptis Auctorum Veterum, vel reponere, vel inducere, omnium semper Doctorum indignationem meruit. neque est ferendum. Itaque illos Correctores, cùm sic quærere video:* Quid si ita legas? Quid si ita? *Et rursùm:* Potest fieri, ut hoc rectum sit: potest ut hoc. *atque ita deinceps plura; ridere nonnũquam soleo: venitque tandem in mentem ferè joci illius, quo L. Crassus fertur testem quendam leviorem refutasse. Cùm enim volente illo Crassus posse fieri dixisset, ut quod commemorasset, id audysset ab altero irato, posse etiam fieri, ut non audierit omninò. Nam & his mutatoribus suarum quoque Correctionum idem dicere liceat, posse etiam fieri, ut nil sit verum eorum, quæ conyciendo collegerint.*

IDEM ad Cistell. Plauti.

Illa in Veteribus Auctoribus scribendi licentia, quod fortè libuerit, nullo modo est permittenda.

JSAACVS CASAVBONVS
Animadverſ. Athen Præfat.

S*ED enim destitutum libris melioribus ad emendationem accedere, hoc verò erat, sine navigio mare magnum velle transmittere.*

PETRVS VICTORIVS
Castig Cicer. p. 126.

De Marullo Byzantino Lucretii emendatore.

C*VM nimis ingenio suo indulgeret, nonnulla, quæ corrigere voluit, depravavit. Parum enim Mss. Codd. cùm tàm corruptos passim inveniret, sequebatur: quæq; suo judicio probasset, ea recta judicans, multis locis deceptus est.*

CARO-

Digitized by Google

CAROLVS LANGIVS
In Offic. Cicer.

ACCESSIT ultimũ malum, quod omnes bonos scriptores invasit, audacia etiam Doctorum virorum, qui pro suo arbitratu nihil non ausi sunt in alienis lucubrationibus: vel defecti vetustis Exemplaribus, vel, quod sæpius, quia tanti eis non erat.

IBIDEM. *Hoc tibi Lector persuadeto, me ne apicem quidem mutasse præter fidem Antiquorum librorum.*

IBIDEM. *Multi Auctores adeò sunt corrupti: ut mirer, si se ipsi si nossent, ut Asinus ille in Milesiis.*

JANVS PALMERIVS
Specileg. pag. 203. b.

IPSO sæpè meridie cæcutimus, nisi duces sint Vetusti Codices.

JANVS GVLIELMIVS
Ad Cicer. lib. 1. ad Heren. cap. 1.

MISERAM verò optimorum scriptorum sortem: si hoc modo illis præscribere, & pro captu quid vis immutare nobis licebit.

JANVS GRVTERVS
Not. Cicer. Philipp. cap. 5.

QVI sine subsidio Membranarum adgreditur medicinam facere Auctori alicui, nihil debet doctis ac bonis præter ludibrium.

IDEM Not. Acad. Quæst lib 4. cap. 1.

CRITICIS non solùm opus ingenio, judicioque. Sed & oculis & attentione superstitiosissimâ. Certè adquiescere variantibus Lectionibus, quas alius quis nostrâ causâ enotavit, est hominis nimis securi, nimis creduli: immò multa nosmet ipsos fugiunt, tunc quoque, cùm singulis quasi verbis litterisque inhæsisse putamus.

IDEM

Idem Not. ad Martial. lib. 9. Epig. 49.

Placeret admodùm Douzae illud pallida, *si niteretur adminiculo alicujus Membranulae. Sed conjecturas quei digner contextu? sine notâ nationis Criticae?*

Idem ad Plaut. Asin. Sc. Sequere. vers. 17.

Id sanè tàm hìc apposité, ut nihil suprà, haud ita tamen ausus sum recipere: quia nullâ Auctoritate niteretur calamo scriptorum libb.

Aul. 4. 1. vers. 12. *Quis Apollo dixit? hoc excidisse. Certè Mss. sex nihil habent eo loco.*

Pro Quintio. cap. 8. *Lambinum secutus est Manutius contrà omnes omnium Editiones, & Mss. nostros decem. Scilicet hoc est exhibere nobis genuinam Auctoris scripturam!*

Pro Rosc. Amer. cap. 11. *Duae istae voces cùm restent in Mss. omnibus, nobis non licet esse tàm licentiosis.*

Pro Muraenâ cap. 35. *Non esse in Mss. hoc scio: ideòque non admitto.*

In Verr. lib. 2. cap. 14. *Lambinus praeposuit* domum refertam: *stultissimè, & praeter libb. Mss.*

Pro Sullâ cap. 22. *Erat viri probi* (de Lambino loquitur) *seorsim exhibere Cod. Ms. lectionem: & sic deinde subijcere divinationem suam.*

Ibidem. *Quod sanè admisissem, si tale quid offendissem in Mss. nostris.*

Asin. sc. Ain. tu vers. 6. Τὸ fui *hìc quidem propriè conveniret: sed non ausus sum reijcere testimonium tot Mss. libb.*

Ibidem vers. 44. *Malè ibi Lambinus, & invitis omnibus Libb. Mss.*

Taubm. Trin. 4. 1. c. 1. *Quid ineptius? quàm abire à consensu Mss. libb.*

Taubm. Cist. 2. 3. vers. 14. *Nobis placet exemplum priscorum, qui Apelléam Venerem imperfectam maluerunt retinere, quàm integratam à manu extraneâ.*

Amph. 1. 1. vers. 251. *Malo versum claudicare, quàm ei adponi aliquid exolitum, cùm absit ab omnibus Mss. Libb.*

Amph.

Digitized by Google

Amph.1.1.verſ.14. *Malo ruat verſus, quàm ut quid adulterinum adſingatur Comico.*

Ibid.verſ.17. *Sed cui bono tanta licentia?*

Ibid.verſ.38.apud Taubm.*Probarem,niſi præſtaret,mutilum habere Auctorem,quàm non ſuis honeſtatum membris: utique cùm nemo noſtrum facilè id poſsit,quod potuit circa Pelopis humerum Iupiter.*

Pro Domo cap.58.*Irrepſerat* expetendam. *Sed invitis Pall. noſtris omnibus & vetuſtè impreſsis. hujusmodi mille mutationes erueret, qui olim cuſos: qui Membranas Bibliothecarum, non raptim, & carptim legeret, ſed verbatim: immò ſyllabatim ſequeretur.*

De Haruſp.Reſp.5. *Lambinus id obtruſerat nobis: ſed nullo libb. ſuffragio.*

Pro Milone cap.20. *Flagitium Lambini: qui hæc omnia perverterat duobus verbis ejectis omninò neceſſariis.*

Aſin.3.3. verſ.71. *Lambinus ſic legit: ſed ſcire vellem, quâ Auctoritate.*

Aſin.2.2.verſ.40. *Sic Camerarius: ſed nullo ſubnixus Codice ſcripto.*

Aſin.1.1.verſ.32. *Vix mihi dubium eſt, quin poſt iſthac ponendus ſit verſus 69* Demiror. *haud tamen id auſus ſum facere invitis Mss.*

Ibid.verſ.69. *Hunc verſum diſpungendum cenſeo. Sed nõ diſpunxi: quod non adſtipularentur Mss.*

Lic.2.de Finib.cap.13. *Malim ego repræſentare nævos Auctoris, quàm ſubſtituere qualecumque mangonium.*

Philip.1.cap.14. *Lambinus heic eſt Lambinus. interpolat faciem pulchram, merdoſo fuco.*

Amph.Prol.verſ.106. *Aldus oppidò benè, ſi liceret curioſum eſſe in opere alieno.*

Ibid.verſ.134. *Tanti mihi nullus verſus, ut ejus fulciendi causâ quid admittam, quod nuſquam in Mss.*

Taub.pag.625: *Sic Mss. probatque Gruterus, nullo habito reſpectu verſûs.*

Pag.751. *Deſit tunc quidem pes: ſed deeſſe malo, quàm nothos ſupponi tibicines.*

****

DANIEL

Digitized by Google

DANIEL HEINSIVS
Epist. ad Is. Casaub. Anno 1609. a. d. Martij.

MEnses jam propemodùm sex sunt, cùm de Editione Plautinâ, urgente Raphelengio nostro, qui sciret, quantum apud eum (SCALIGERUM) *solus propè & ex omnibus, qui hîc essent, possem, capi agere. Quâ in re sive Amici, sive precibus meis hæc dedit, ut quod constantissimè omnibus negaret, meâ & Typographi causâ susciperet. Itaq. inter nos convenerat, ut uterque in hanc curam incumberemus: Ego ipsam Editionem adornarem, & certissima quæque è Codicibus, pauca è Doctorum emendationibus sed quæ firmis niterentur rationibus, aut posteà à Libris confirmata essent, in Textum reciperem.*

VALENS ACIDALIVS
apud Taubm. pag. 1096.

LAbor ingeniorum sine Codicibus scriptis sæpè vanus est.

IDEM Divinat. pag. 17.

REquirunt hæ tam variæ & dissentaneæ sæpè in toto PLAVTO *undique ab omnibus collatæ Emendationes Censorem aliquem industrium, qui lineâ albâ signet, & discriminet à veris, aut verisimilibus falsas: à certis, aut quæ pro certis, incertas: à tolerabilibus apertè improbandas.*

IDEM Divinat. pag. 311.

SIC scilicet Ævi superioris Descriptores grassatos in PLAVTO *scimus, ut tam incredibile nihil objici nobis possit, quin ab eorum temeritate partim, partim negligentiâ provenire potuisse credamus, adeòque miremur, id, quantillum est, quod sanum habemus, ita sanum ad nos pervenisse.*

FRIDE-

Digitized by Google

FRIDERICVS TAVBMANVS
Epistol. ad Ioh. Philipp. Pareum. 1610. a. d. 17. Martij.

MIHI *constat, nihil in Contextum recipiendum, quod non Mss. Libb. fide, aut Veterum Editionum consensu, aut evidentissimâ hominis docti & judiciosi, ut sic dicam, correctione stabilitum sit.*

IDEM Plaut. pag. 1. *Antiquarum Lectionum discrepantiæ: quas* Karolus Langius *è tribus Mss. Exemplaribus digessit, pro thesauro semper habitæ sunt.*

Pag. 95. *Quadriformem in uno versu correctionem, sine ullo libro, quis probet?*

Pag. 149. *Sed tamen cur nullus Mss ita habet?*

Pag. 205. *Quam tamē* TRAIECTIONEM *mirer ego potiùs, quàm imiter, præsertim in consensu tam pertinaci omnis ævi Codicum.*

Pag. 374. *Ita uno consensu omnes Mss. ut mirum sit,* TURBARE *hic Acidalium.*

Pag. 376. *Vulgatum illud est à Camerario: neque visitur in Mss. Audacter quidem: sed audacter magis Aldus, qui versuum constituendorum causâ verba abscidit.*

Pag. 432. *Quæ Acidalius è superiori Scenâ hic attexit, mirari, quàm imitari malui.*

Pag. 448. *Acidalius totum hunc locum* TRANSFORMAT. *Omnia sic aptissimè cohærere, nemo neget: sic tamen à* PLAUTO *esse, fortassis multi.*

Pag. 468. *Quæ alia hîc* TURBAT *Acidalius, apud ipsum vide. Nam & hunc versum aliò* TRANSFERT: *& illi statim subjicit. &c.*

Pag. 484. *Versus, qui sequuntur, ad finem Scenæ, Acidalius ita constituit, ut Trochaici omnes fiant. Laudo ingenium, & industriam: sed eos in Textum non receperim.*

Pag. 538. *Ego tam pertinacem consensum librorum qui damnem? bono præsertim sensu, & qui Scenam juvet.*

Pag. 562. *Nos meritò tenemus, quod est in Mss. utroque.*

Pag. 566. *Cætera non libet huc transferre: multò minus in Textum recipere contrà consensum Mss.*

Pag. 667. *At mihi judicium Antiquitatis magis placet.*

Digitized by Google

Pag.777. *Sed à consensu Mss. nolui divortium facere.*
Pag.805. *Nos meritò tenuimus, quod Mss. omnes.*
Pag.908. *Acid.* patrare. *Sed quo Auctore? certè nullo. nam omnes Mss.* *illud* impetrare *propugnant.*
Pag 991. *Muretus Scenæ hujus versus in aliam faciem* TRANSFORMAT*: cujus tamen confidentiam non potest satis mirari Gruterus: tamquam sit agere Alexandrum, qui nodum Gordium non solvebat, sed discindebat. Sanè nihil hic turbant Mss.* Vide etiam quæ nos scripsimus Notis Criticis ad Mostellar.
Pag.1006. *Sed potior apud me est consensus Mss.*
Pag.1035. *Ita supplet Lambinus: sed ex merâ libidine. nam nullos laudat Codices.*
Pag.1053. *Ista omnia damnat Mss. consensus.*
Pag.1228. *Hoc alij deleverunt. Ego qui debui, aut potui? cùm omnes Mss. tam pertinaciter teneant.*

KAPUT II. CORRECTORES È VETUSTIS MEMBRANIS MINUTA QUÆQUE VERA-FALSA, HISQUE SIMILIA ENOTANTO: PUNCTA, APICES, CHASMATA OBSERVANTO: ABSQUE DOLO EXSCRIBUNTO.

SIC VOLUNT: SIC IUBENT PATRES CONSCRIPTI.

FRANCISCUS ROBORTELLUS.

INPRIMIS *in Emendatore librorum requiritur fides, ut ne fucum faciat ullum: ut ne Lectori imponat. si dixerit, se in Manuscriptis libris invenisse, quod ipse excogitarit, possit fortasse decipere imperitos: at peritis necesse est, ut se deridendum præbeat.*

ADRIANUS.

Digitized by Google

ADRIANVS TVRNEBVS
Lib. 11. Adverſ. cap. 29.

VELLEM mediusfidius, qui Plautinis Codicibus emendandis operam navarunt, quibus in locis dubitarunt, nobis veterem ſcripturam repræſentaſſent, ut conjecturæ noſtræ ſagacitatem, & ingenij vim experiremur. Nunc, quia eam non retulerunt in Codices ſuos, ſed fiduciâ à ſe ſcripturæ freti, exulem extorremque fugant, de mendo interdum ſuſpectare libros, verùm emendare non poſſumus, quibus quidem in locis eam conſervarunt, aliquid non incommodè cominiſci fortaſſe poſſumus.

LVCAS FRVTERIVS
Epiſt. ad Dionyſium Lambinum.

CVPIO vehementer, ut liceat mihi unam rem à te petere, & etiam auferre: nimirùm, ut quæ Vetuſti Codicis ſit lectio, SEMPER admoneas in Commentariis tuis, ſive ea ſit SANA, ſive INSANA, ut Plauti verbo utar: ſive etiam obſcura, & incognita. ſic fiet, ut de fide tuâ nulli non ſis gratus futurus: tum occaſionem dabis Studioſis, ut ex corruptâ illâ lectione tuâ integram, & ſinceram conentur educere. quod Vir omninò Maximus VICTORIVS ſuâ fide fecit: idque rectiſſimè.

IDEM Veriſim. lib. 2. cap. 20.

VELLEM equidem PLAVTVM & TERENTIVM perpetuo charactere olim editos fuiſſe: vel ſanè, ut in libris Chirographis deſcripti erant. jam certè via mollis eſſet, & prompta Carminum ſobriè inquirendorum.

PETRVS VICTORIVS
Caſtigat. Cicer. pag. 155.

NON parùm hæc menda, quæ alioquin MINVTA videntur, ſæpè tenebrarum offundunt: ut OMNIA animadvertere non inutile, nec ineptum negotium eſſe videatur.

IDEM Castig. Cic. pag. 43.

QVAM *scripturam etsi procul dubio depravatam, volui hic notare: ut possint ex vestigiis studiosi veram lectionem indagare: & suo loco inventam reponere.*

IDEM Castigat. in Cicer. pag. 417.

LOCVS *hic mancus, depravatusque est: nec melior sanè est aut integrior (ut videtur) antiqua lectio: quam tamen hic omnibus proponemus: si fortè alicujus industriâ in integrum, deletis maculis, & perversionibus, quæ eam occuparunt, restitui possit.*

JANVS GRVTERVS
Præfat. in Senecam.

RIDEBVNT *has MINVTIAS multi; scio. verùm neque nos ista multis laboravimus: sed iis ferè tantùm, quibus notum, quàm vehementer Turnebus, Fruterius, aliique, desiderarint, ut incomparabilis ille IOACHIMVS CAMERARIVS vitiosas saltim Membranacei sui Codicis PLAVTI plures repræsentasset scripturas.* Vide ibidem plura in hanc sententiam.

JOH. ALBERTVS BVRERIVS
Præfat. in Velleium.

CVM *hunc recentem VELLEIVM, Vetusto Codici conferrem, non modò versum versui, sed etiam syllabam syllabæ, & (quod alicui plus quàm curiosum, ac panè stultum videri queat) etiam litteram litteræ contuli: ne quid non ageretur in rem studiosorum.*

PETRVS VICTORIVS
Castigat. Cicer. pag. 87.

QVOD *etsi non probo (perversum enim & inquinatum omninò est) non-*

nihil

nihil tamen relinquit, non esse, quam habemus, genuinam lectionem, & fortasse aliter legendum locum illum esse.

IDEM Ibid. pag. 417.

LOCUS *hic mancus, depravatusque est: nec melior sanè est, aut integrior (ut videtur) antiqua lectio: quam tamen hîc omnibus proponemus, si fortè alicujus industriâ in integrum, deletis maculis, & perversionibus, quæ eam occuparunt, restitui possit.*

HIERONYMVS COMMELINVS
Præfat. in Terent.

HABUIT FAERNUS *Mss. eosque optimæ notæ libb. à quib. ipsum vel unguem latum discedere videas: sed Exemplarium veterum consensui, plus quàm vulgatæ lectioni, aut ingenio tribuere. aliquot enim locis expunctâ lectione novâ non-bonâ, veterem restituit: quamvis sensum non satis assequi sese ingenuè fateatur. Vtinam qui Veterum scripta tractarunt, pari diligentiâ ac fide id præstitissent! Omnibus enim id insitum est, ut quæ minus intelligimus, ea facilimè repudiemus.*

M. ANTONIVS MVRETVS
Lib. II. Var. Lect. cap. XVI.

SOLEO *libenter Veteres libros, quicunque in manus meas incidunt, evolvere: cuicui modi tandem illi sint, & quocunque tandem literarum charactere exarati. quod enim Plinius de toto librorum genere dicere solebat, nullum esse tàm malum, ex quo non caperetur aliquis fructus: id ego in his maximè verum esse comperio. multos enim nanciscor mutilos, laceros, corruptos, evanescentibus literis: tum, quod molestius est, descriptos ab hominibus imperitissimis, ideòque* ἕλκυσι βρόντας, *ut in eis legendis incredibilis quædam molestia exhaurienda sit. Sed non in multos incido, qui omni ex parte frustrentur opinionem meam. ferè enim semper aliquid tamen lucelli facio. Sive autem hæc constantia vocanda est, sive etiam quidam mentis error (non enim, quo minus quo quisque volet nomine appellet, impedio) ita obstinato*

animo

animo sum, nulla ut sit tanta erratorum multitudo, quæ me à legendo absterreat. neque mihi malè operam collocasse videor, cùm ex illis difficultatibus, tamquam è salebris quibusdam emersus, in recensione reperio, unum aut alterum boni alicuius scriptoris locum bidui tridui ve labore purgatum esse.

Et lib. 7. cap. 12.

NON *eos modò, qui corruptos præstantium scriptorum locos emendant, præclarè operam suam ponere arbitror: verùm illos quoque, qui cùm aliud nil possunt, eos indicant. proponunt enim hominibus ingeniosis, & copiosâ veterum Codicum supellectile instructis, materiam, in quâ se exerceant: eosque excitant ad aliquid excogitandum.*

Lib. 8. cap. 4.

QVOTIDIE *magis intelligo, verum esse id, quod semper existimavi: nullam esse mendam ita pusillam, quam non permagni intersit, è Veterum monumentis tolli, ac corrigi: neque ullum hominum genus magis prodesse studiis, quàm eos, qui accuratè & fideliter operam in illis purgandis emendandisque ponunt. Vnius enim literulæ erratum interdum eas etiam eruditissimis hominibus offundit tenebras, ut tamquam in illuni nocte errantes, quóvis potiùs perveniant, quàm quò volunt.*

Lib. 9. cap. 11.

INCREDIBILE *dictu est, quàm pusilla menda, quantas tenebras interdũ etiam eruditissimis hominibus obyciant: ut quod multa interdum secula summos viros latuit, id posteà indicatum vel pueri primis literis imbuti assequi debuisse videantur.*

CVNRADVS RITTERSHVSIVS
Comment. in Oppian.

NON *deerunt fortassis, qui sic existimabunt: Non omnem aberrantem hallucinantemve ac vitiosam scripturam attendi, vel adnotari in Auctorum Editione debere. A quibus mihi paulùm dissentire liceat, qui ne quidem mani-*

Digitized by Google

dem manifestè falsas lectiones omninò insuperhabendas Critico arbitror. Ea res hanc, opinor, utilitatem habet, ut animadversâ librariorum consuetudine aberrandi, faciliùs errata aliarum lectionum, quæ nobis fortè probæ videbantur, cùm sint nothæ, deprehendantur. Deinde & hoc ex eâ annotatione discimus: Non statim pro verâ quamlibet lectionem recipiendam esse, dummodò in libro scripto, quantumvis antiquo, reperiatur: sed judicio accurato & diligenti circumspectione utendum esse; quid Auctore dignum eive consuetum esse videas: odorandisq; vestigiis etiam falsarum lectionum paulatim ad cubilia verarum penetrandum.

JANVS PALMERIVS
Spicileg. pag. 80.

PARVA *res, nosse, olim quid, quomodo, scripserint. parva: fateor. & adde, si quid vis. At parva res quotiens non parvas turbas dedit?*

JANVS GVLIELMIVS
Aulul. 1. 1. vers. 16.

PUSILLUM *hoc, sed doctis etiam perpusilla elegantia suavis est.*

JANVS GRVTERVS
Cas. 3. 3. vers. 12.

HÆC *talia infrà omnes videantur* MINUTIAS: *nisi decretum mihi exprimere religiosâ fide Ms. illius Veteris scripturam qualem qualem.*

IDEM Lib. II. de Finib. cap. 14.

Quàm PUSILLIS *cogor inhærere! sed aliter fieri non potest, si velim munire me contrà eos, qui in me incurrerent, ac si quippiam temerè mutassem.*

********   CRITICI

KAPUT III.

CRITICI PRÆTER ARTEM GRAMMATICAM LINGUAM LATINAM PRISCAM AC ROMANAM PARITER PERCALLENTO. RATIONEM ANTIQUAM SCRIBENDI LOQUENDIQUE NE IGNORANTO: EAMDEMQUE È LIBRIS SCRIPTIS ADCURATIM ERUUNTO.

SIC VOLUNT: SIC IUBENT PATRES. CONSCRIPTI.

AVSONIVS POPMA
De usu Antiquæ locutionis lib. 1. cap. 1.

ANTIQUI *& idonei Latinæ Linguæ Auctores multa vocabula usurparunt abusu & consuetudine sermonis nostri penitùs remota: multa longè aliter protulerunt, quàm à nobis hodiè vulgò efferuntur. Vtriusque generis Exempla in ipsorum Scriptis non pauca reperiuntur: & plura exstarent, nisi imperiti Librarij antiquam & minùs usitatam locutionem ferè ubiq; ejecissent.*

JVSTVS LIPSIVS
Antiqq. Lect. lib. 1. cap. 15.

ANTIQUITATIS *in* PLAUTO *vestigia multa superant: plura per Exscriptorum imperitiam mutarunt. Habuit enim prisca illa, & horridula ætas, ut verba quædam propria: ita & scribendi peculiarem modum. Quæ in libb. Antiquis & reconditis sincerè inventa, quidnî tamquam Vetusta Signa aut Nummos miremur?*

HIERONYMVS COMMELINVS
Præfat. in Terent.

VISUM *est in Orthographiâ Veteri nihil immutare: quæ Tirunculis, qui Veteres Grammaticos non legerunt, in quibusdam insolentior videbitur;*

Digitized by Google

debitur: quibus tamen si paulatim Iuvenum aures assuefiant, magnum indè operæ pretium fore existimo. Videre enim est; Viros Doctissimos dum istas MINUTIAS *in Veterum Scriptis non satis observant, Vitiorum Monstra præterire.*

PETRUS VICTORIUS
Lib. 13. Var. Lect. cap. 22.

IMPERITIA *Librariorum ex ignoratione permutationis litterarum* I *&* L. C *&* G. *item* V *&* B. *multos Auctorum locos corrupit ac depravavit. Sic Cicero Pro Quint. cap 2.* telum nullum jecerit. *ubi Mss. Pall. septem*: legerit. *Sic* majorum *pro*; malorum; *sæpè in Cicerone & Plauto. Vide Victorium loco prædicto: & Notas nostras Criticas in Plautum. Ita Cicero Pro Cecin. cap. 23.* niBe irrident. *pro*; nive. *Vide Pandect. Florent. & Notas Criticas in Plautum passim.*

ENCOMIA VETERIS CODICIS MEMBRANACEI.

JOSEPHUS SCALIGER
Epistolâ ad F. T.

QVOD SI *potuisses adipisci* CODICEM *illum, quo usus est ὁ θαυμάσιος Ioachimus, non dubito: quin plura fugitiva retraheres, quæ sine Codice nulla vis ingenii deprehendere possit.*

IDEM De re Nummariâ pag. 10.

OPTIMUS *Codex Camerarii legit: &c.*

JANUS GRUTERUS
Aul. 4. 1. vers. 15.

VETERI *Codici tantum fidei tribuo, quantum ferè Pandectis Florentinis Iurisconsulti.*

Asin.3.3.vers. 85. *Ferè dicere ausim, Veterem Codicem esse Archetypum omnium aliorum Manuscriptorum, qui hodiè supersunt: certè nullum eo antiquiorem.*

IBIDEM. *Aldus invito illo Codice Optimo sic legit.*

Asin.4.1.vers.53. *Sic vetus Codex unus pro omnibus.*

Amph. Prolog.vers.14. Taubm. pag. 10. *Quod sanè vix esset, ut non probarem, nisi haberem Camerarianum Codicem pro antiquissimo omnium, qui in Europâ.*

IBID. vers. 32. *Quod non insolens, nisi obstaret auctoritas Camerarianarum Membranarum.*

CVNRADVS RITTERSHVSIVS
Præfat. in Querolum.

IN *Feriis nostris æstivis Anno abhinc tertio contigit mihi videre hanc Comœdiam Manuscriptā in pulcherrimo illo, & antiquissimo Codice Membranaceo CL. V. IOACHIMI CAMERARII: in quo & Plautinæ Comœdiæ Manu descriptæ sunt non paucis locis emendatiores, & auctiores, quàm sint Editiones vulgò vulgatæ.*

TAVBMANNVS COMMENT. PLAVT.

Pag.452. *Ita Ms. & ille integer & melior.*

Pag.480. *Ita Ms. primus, & optimus.*

Pag. 643. *Codicem Camerarij optimum fuisse, res ipsa loquitur.*

Pag 710. *Ita optimi illi, & vetustissimi Mss. Camer. sive jam Palatini.*

Pag.740. *Nos, quod in utroque Mss. Cam. optimis illis, & antiquissimis est, tenuimus.*

Pag 743. *Sic Sch. ex Ms. Cam. pr. at Gruterus retinet alterius scripturam, expertus jam sæpiùs Codicem istum meliorem.*

Pag.992. *Veterrimi Mss. Camer. nullam præbent suspitionem defectûs.*

Pag.1029. *Ita optimi illi & vetustissimi Mss. Camer.*

IOH.

Digitized by Google

JOH. PHILIPPI PAREI

DISSERTATIO DE VITA ET SCRIPTIS M. ACCI PLAUTI.

POSTQUAM Comœdia Græca ad Latinos derivata est, in eâ LIVIUS ANDRONICUS primùm inclarescere cœpit: deindè NÆVIUS Campanus. Huic in agendi facultate successisse fertur M. Accius PLAUTUS. in cujus Vitam & Scripta paulò accuratiùs nunc inquirere animus est.

Dictus initiò fuit Vmbrica, hoc est, sua lingua, non PLAUTUS, sed PLOTUS, πλατύπους: propterea quòd planis foret pedibus, teste Grammaticorum optimo Pompeio Festo.

Nomen. Festus in PLOTVS. Hieron. in Chron. Euseb.

Oriundus ex Oppido SARSINA (Parrhasius, alijq;, FARSINAM nominare malunt) Vmbriæ regionis clarissimo, cujus Geographorum Aquila STRABO meminit lib. V. in hæc verba: *Tusciæ applicatur ex parte Orientis Vmbria, quæ ab Apenninis incipit, & ultrà etiam ad sinum Adriaticum. Hi enim à Ravennâ inchoantes, propiora deinceps tenent, SARSINAM, Ariminum, Senam, Camarinum.* Et Plautus ipse in joco patriam suam prodidit Mostell. 3. 2. v. 83.

TR. *Quid? Sarsinatis ecqua est? si VMBRAM non habes.*

Patria. Pervulgatum, & ut ita dicam, tralatitium est: ut præstantiorum Ortus Poetarum fere ignoretur. Et in hoc credo nos divinitatem affectasse, inquit Magnus IC. GIFANIVS. Vide etiam Plin. lib. 3. cap 14.

Nobile scilicet municipium fuit SARSINA, in fide olim splendidæ & nobilissimæ familiæ CÆSIORUM, in quo natus quoque Plauti popularis CÆSIUS SABINUS: &, si credendum est viris in omni historia exercitatis, eadem patria fuit D. FRANCISCO, quem alij Assisio è Spolletana valle, Vmbriæ oppido, prognatum commemorant. Secessum præterea Romanorum amœnissimum fuisse doctissimus Poeta ad Nympham scripsit in hæc verba:

Martial. lib. 9. Epigr. 59. Martial. lib. 3. Epig. 57.

Digitized by Google

Sic montana tuos semper colit Vmbria Fontes,
Nec tua Bajanas SARSINA *malit aquas.*

Idemque ut mellis lactisque copiosissimum promptuarium prædicavit alibi de villa Faustini cujusdam

Fert ille ceris cana cum suis mella
Metamque lactis SARSINATE *de Sylvâ.*

Cui consonat gravissimus Poetarum Silius l. 8. versu 461.

—— His populi fortes: Amerinus, & armis
Vel rastris laudande Camers, his SARSINA *dives*
Lactis.

Quando floruerit. Sequot computum Dresseri, Pantaleonis, Bucholceri, qui annum Nat. Chr. ponunt in Annum M. 1970. vide Agell. lib. 17. cap. 21. VVernerus Rolevvinck Carthusiensis Fasciculo Temp. Ætate V. Anno Mundi v ∞ XXXIII. ante Christum CXCV. PLAVTVS eloquens fuit. Vide Cistell. I. 3. v. 54.

De tempore eo, quo Vmber hic Vates primam vitæ usuram accepit, aut deseruit, magna inter doctos est dissensio: ita ut quid hîc statuere tutò possim, vix inveniam. Constans tamen plærorumque est sententia, in Scena eum floruisse Quintodecimo anno postquam bellum secundum Punicum, in quo quindecies centena millia hominum perempti, inceptum esset: quando nimirum Rom. Impp. POENOS vincere cœpissent.

Nunc si ad calculum referas ORBIS, vixisse & FLORUISSE dixeris Anno MUNDI creati termillesimo, septingentesimo, sexagesimo nono: antè CHRISTUM natum ducentesimoprimo. VRBIS CONDITÆ quingentesimo quinquagesimo; OLYMPIADIS verò Græcorum centesimæ quadragesimæ quartæ Anno tertio.

Mors Plauti. Parrhas. CXLV. ponit. Cicero in Bruto. & 1. Tuscul.

ROMÆ verò mortuum, calculo eodem, quem de vita modò posuimus, servato, constabit, Anno conditi Orbis Terrarum termillesimo, septingentesimo, octuagesimo secundo, Olympiadis centesimæ quadragesimæ nonæ Anno tertio: non multis annis post ENNIUM, nobilem illum Poetam Rudium: Anno V.C. Quingentesimo, sexagesimo nono: COSS. Rom. P. Claudio, & C. Portio, Censore Catone: ijs ipsis temporibus, quibus in Republ. P. Scipio. M. Cato, & Fulvius Nobilior excellebant Post Cethegi & Tuditani Consulatum, Anno vicesimo; quingentesimo verò trigesimo secundo, postquàm Romulus Vrbis Romæ fundator morte defunctus esset. Denique, si quis hæc etiam non nescire flagitat, millesimo anno post Ilij Trojani direptionem. Ex quo, calculis ita inter se collatis, intelligitur;

Digitized by Google

telligitur; ſummum illud Ingenium adhuc dum florente Æta-te, vix cùm quadrageſimum attigiſſet annum, morte eſſe exſtin-ctum.

Quo anno Ætatis mortuus.

Cæterùm qualis de facie fuerit PLAUTUS noſter, quam-quam ſui imaginem graphicè admodùm nobis in Fabulis ſuis depinxit, tamen curioſè anquiſivi hactenus, nec verò certi quid compertum habere potui. Probabilis videtur eorũ ſententia, qui in perſona Pſeudoli, ipſum PLAUTUM deſcribi conijciunt his verſibus:

Effigies Plauti.

Ruffus quidam, ventrioſus, craſſis ſuris, ſubniger,
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodùm
Magnis pedibus.

Pſeud. 4.7. verſ. 117.

In Gloſſis Antiquis neſcio-quid legitur: PLAUTUS; βαρύωτος. Si quid ſit, ſurdaſtrum Plautum fuiſſe oportet. Quod non crediderim in tanta libertate jocandi. Alij leg. βαρύωπος. quod eſ-ſet; *hebetiori viſu*. Altera tamen Phyſiognomonia nihil repu-gnat generi aut conditioni Poëtæ noſtri. Nam cùm de Ortu Majorũ ejus, monumenta vetuſtatis inquiro ſtudioſiùs, inve-nio è ſervili proſapia oriundum, & humili admodùm genere prognatum. Quod è vulgatiſſimo illo verbo, quod apud MI-NUTIUM Scriptorem ſacrum occurrit, perſpicuum fit, quo PLAUTINÆ PROSAPIÆ hominem, abjectum, & vulgarem innuere voluerunt. Hîc verò liceat mihi cum Poeta exclamare: *Vt ingenium ingens ignoto latet hoc ſub corpore!* Ingenio namque fuit perurbano & faceto; quemadmodum omnes, quotquot de eo ſcripſerunt, teſtantur, adeòque ex ejuſmet ſcriptis haud obſcu-rè, quâ fuerit indole & natura, conſpicitur.

Genus Plauti.
Minutius Felix in Octavio. pag. 338. Edit. Pariſ.
Incertus Auctor de vitâ Philoſophorum cap. CII. Plautũ TVLLII DISCIPVLVM facit. Et certè idẽ elogium Plauti offendi ad calcem Ms.ti Pal. primi. Quod de facundiâ Plautinâ capiundum, non ætate: cùm longe ante Tullium vixerit.

Fabularum ſtudio vehementer flagravit, in quo doctiſſi-mos quoſque Græcorum: DIPHILUM, PHILEMONEM, DE-MOPHILUM, MENANDRUM, SICULUM EPICHARMUM, EUBULUM, ARISTOPHANEM, APOLLODORUM, POSI-DIPPUM, alioſque ſibi ad imitandum propoſuit. Hâc ſpe fretus, fore, ut eorum fieret quàm ſimilimus, quos ſibi ipſe delegerat ad imitandum. Neque profectò eum fefellit opinio. Admo-dùm enim adoleſcens, omnes eos, qui in Fabulis ſcribundis flo-rerent,

Ingenium & indoles Plauti.
Studia.
Imitatio.

rerent, non adæquavit solùm, sed factum etiam, ut *equis illis*, ut Poeta canit, *præcurreret albis*. Atque hisce non pauci magnorum Virorum, quorum deinceps Testimonia proferam, suffragantur.

Agell. lib. 3. cap. 3. pag. 126. Auctor nescio quis Hispanus scribit, PLAVTVM in juventute variis fuisse motibus: sectatũ esse militiam: per maria circumvectum esse: pistorem fuisse: mercaturam, & inprimis Oleariam exercuisse: factum etiam Vestiarium, & sarcinatorem: tandemque bonis litteris acquievisse. At quis auctor? Athen. lib. 4. & Laert. *Plautus Pistor.* Hieron. apud Eus. in Chron.

Cæterùm in hac sua Comœdias scribendi ubertate quæstui dicitur habuisse suas Fabulas, ita ut Mercaturam exercere non dubitarit, quæ cùm votis suis & commodis non per omnia respondisset: omnisque pecuniæ, quam è Fabulis suis acquisivisset, jacturam fecisset non exiguam, ROMAM, omnibus rebus exhaustus, venit, ubi ob quærendum victum quotidianum, sive, ut alij malunt, ob Annonæ caritatem ad Molas manuarias, seu Trusatiles, quas vocabant, exemplo fortè commotus MENEDEMI, ASCLEPIADIS, CLEANTHISQUE, triũ prudentissimorum Philosophorum, Pistori suam operam locare coactus fuit. Interim tamen in ijsdem Pistrinis tres Fabulas, quos commentatus fuerat, SATYRIONEM, ADDICTUM, & tertiam quamdam, sicut Poeta NÆVIUS duas in carcere, spe lucri vendidit. Atque hinc ortum esse existimo, quòd aliqui cognomentum ASINII PLAUTO attribuerunt, ut ex varijs Mss. alijsque antiquitùs cusis est observare.

Quot Fabulas scripserit. Agell. lib. 3. cap. 3. vide etiam Servium in . Æn. Est & PLAVTVS HYPOBOLIMÆVS, quem post principia collocavimus. Ibi videsis, & si placet, lege.

De definito Fabularum numero Auctores mirum quantum variant. Alius enim dicit, scripsisse PLAUTUM Fabulas viginti unam, alius quadraginta, alius centum. Quin imò Varronianis temporibus centum & triginta quinque Comœdiæ sub PLAUTI nomine in vulgus passim fuerunt sparsæ. Homo tamen eruditissimus L. ÆLIUS STILO, quinque & viginti Plauti fœtûs germanos esse existimavit: è quibus VARRO unam & viginti, quæ ideò etiam VARRONIANÆ usurpatæ, selegisse fertur, propterea quòd dubiosæ non essent, sed omnium consensu Plautinæ esse censerentur. Verùm *quot capitum vivunt, totidem millia sententiarum*. Iccircò flamma & aqua in gratiam coibunt faciliùs, quàm ut ambigua Criticorum factio in unum hac de re conveniat. Quare & nos nodum in scirpo quærere nolumus, sed VIGINTI illas Fabulas, Grammaticorum decretis acquiescentes, quas temporum injuria nobis reliquas fecit, tamquam genui-

Digitized by Google

genuinam Plautini ingenij imaginem suspiciemus, atque admirabimur. Et quid id nî faciamus meritò? Quis enim Plautinas Fabulas, *vitæ imitationem, speculum consuetudinis* (id quod Cicero de unaquáque Comœdia asseveravit) *veritatisque imaginem* vocitare dubitet? Sermo illis inest Latinus, verba non abjecta, res compositæ ad retrioris Antiquitatis Genium, & mores, quàm diligentissimè. Quid? an tu ullum locum in totá Philosophia reperiri existimas, quem Plautus non uno ad minimum exemplo illustraverit? Quodsi dubitare velis, adi ELECTA nostra PLAUTINA, quæ seorsùm collegimus. Præterea quàm ficetè omnia salsèque, quæcumque scripsit, commentatusve est, à Plauto in lucem sint producta, quanta urbanitate dictio ejus efflorescat, ipsum Plautum testem habemus locupletissimum. Hæc enim Cygnéa morientis fuit cantio: apud Agellium lib. 1. cap. XXIV.

Viginti Comœdiæ γνήσιοι & fœtus Plauti.

Traslatitia Fabularum Plautinarum.

Facetia Plauti.

Postquam est mortem † aptus Plautus, COMOEDIA luget:
Scena est deserta: hinc LVDVS, RISVSque, IOCVSque,
*Et numeri * innumeri simul omnes conlacrumarunt.*

† Est genus loquendi Hebr. Esaiæ cap. 18. ℣. 3. & ℣ penultimo. Ierem cap. 10. ℣. 18. Alii legunt: *morte captus*. Quomodo fortè intelligendus locus Act. 2. ℣. 14. Nonnulli etiam in senarios cogũt hos versus, seu parum promovẽt.

* Innumeri Numeri ipsam Comœdiam notant: seu scriptionem Comicam, & Scenicam. Horatius vocat *Numeros æg[illegible]*.

Idem sensit Oratorum Maximus TULLIUS CICERO. *Duplex omninò*, inquit, *est jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscænum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum; quo genere non modò Plautus & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt.* Neque aliter judicavit *Divus HIERONYMVS*: *Post noctium*, (inquit ille) *crebras vigilias, post lachrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorum ex imis visceribus eruebat, PLAVTVS sumebatur in manus. Atque eo nomine à Rufino PLAVTINAE ELOQVENTIAE SECTATOR appellatus fuit.*

Lib. 1. Offic. cap. 18. Ad Eustoch. de Virginitate.

Quod si igitur hîc nulla delectatio ostenderetur, sique ex Plautinis facetijs voluptas nulla peteretur, numquam tot ac tanti viri animùm suum amœnitatibus hujusmodi reficiendum Plauto tradidissent. Hoc eos dicendi genus delectabat, illud afficiebat. Perelegans nimirùm, & cum gravitate salsum; non forensium solùm actionum, sed omnium sermonum condimentum judicaverunt. Ad summam, ne agam de singulis, Plautum ipsam SUADÆ MEDULLAM verissimè dixeris. Dictio namque Plautina, tota quanta quanta est, est ipsa Latinitas. Non hîc ob-

Plauti Fabulæ Romanæ sunt & Latinæ.

********* scuritas

ſcuritas verborum dominatur, non barbaries pugnat, non voces abſonæ, & inconditæ; ſed puritas vincit ſermonis, verba mirâ ſuavitate veluti in cratére Philoteſio concordant, Atticiſmi glorioſè triumphant. Quod ſi auctoritatibus ſingula firmanda, & aſſerenda mihi fuerint, teſtem adducam virum maximarum rerum peritiſſimum AGELLIUM, qui PLAUTUM non dubitavit nominare *ipſum linguæ atque elegantiæ Latinæ principem, verborumq. Latinorum elegantiſſimum artificem*: Et MACROBIUM, ſummũ in omni genere Auctorem. *Animadverto*, inquit, *duos, quos elegantiſſimos antiqua ætas tulit, Comicum Plautum, & Oratorem Tullium, eos ambos etiam ad iocorum venuſtatem cæteris præſtitiſſe. Plautus quidem câre clarus fuit, ut poſt mortem ejus Comœdiæ, quæ incertæ ferebantur, Plautinæ tamen eſſe, de jocorũ copiâ noſcerentur.* Eſt & M. VARRO Togatorum doctiſſimus, qui vel ſolus Plauti oſoribus aſininam poſſit pellem detrahere. Hic enim è ſententiâ Ælij Stilonis tamquam ab ipſo Apolline admonitus, palàm edixit. *Ipſæ*, inquit, *Muſæ, ſi Latinè loqui voluiſſent, ipſo Plautino genere uſæ fuiſſent.* Quod Varronis oraculum in numeros ſic redactum eſt:

Lib.[illegible] cap. 7. Lib.7.cap 17. Lib.[illegible].cap. 8. Lib [illegible].Saturn. cap.1.

Lactant:& Cicero. Quintil.lib.10. cap.1.

Si Muſæ vellent uti ſermone Latino,
Eligerent numeros, PLAUTE, *ſaleſque tuos.*

Iſtis & hæc doctorum præconia conſonant: quòd PLAUTUS ſit ipſa MUSA DECIMA: ROMANÆ LINGUÆ LEX QUÆDAM: MUSARUM ET GRATIARUM HORTUS: OPTIMUS LOQUENDI MAGISTER: OMNIUM POETARUM INGENIOSISSIMUS, POLITISSIMUS, FESTIVISSIMUS: LATINA SIREN: AUCTOR ELEGANTIÆ, PATER IOCORUM, RISUUM, FACETIÆ: quòdque inter omnes Latinæ elegantiæ Scriptores familiam jure ducat meritiſſimo.

Faceſſant proindè longè ab-hinc, & ad Morboniam migrent, quicumque Accianam lectionem aliis ſupercilioſo admodùm auſu diſſuadere ſatagunt. Moveat illos potiùs graviſſimorum virorũ exemplum, qui tantum Poetam in magno ſemper honore habuerunt. Quid enim cenſemus judicaſſe olim M. VARRONEM, L. ÆLIUM STILONEM, AURELIUM Q. FABIUM, MACROBIUM, AGELLIUM, SERVIUM, PAPIRII BOE-

THI

THI FRATREM [a] L. SISENNAM, ASPERUM, [b] ARUNTIUM CELSUM, SCAURUM, FLAVIUM, [c] CAPRUM, aliosque, quos passim Commentariis suis illustrasse Comicum nostrum, magnisque in delicijs semper habere solitos, legimus? Nec verò hoc gravissimorum hominum de Plauto judicium obscurari ullo modo potest: quin potiùs consentiente doctissimorum virorum calculo magis ac magis confirmatur. Imprimis omni laude dignissima est vox illa HERMOLAI BARBARI, qui litteras humaniores ab opicâ Barbarie primitùs liberavit. PLAUTUS, ait ille, *eminentissimus Poëta, & qui tot seculis in supremo stetit, nec in comparationem venit, nec in ordinem se cogi patitur.* Et tamen in ordinem redigere conatus est VOLCATIUS SEDIGITUS, qui de Latinis Poëtis hanc tribunitiam tulit sententiam:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam Poëtæ Comico cui deferant.
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi:
Ut contrà si quis sentiat, nil sentiat.
CÆCILIO *palmam* STATIO *do Comico:*
PLAUTUS *secundus facilè exsuperat cæteros.*

Hic quamvis non primas, secundas tamen Plauto inter Fabularum Scriptores honorificè tribuere non dubitavit.

Iam minimè admittendos puto illos, qui contentione institutâ (id quod Afranium: Itemque *Asulanum* quendam; aliosq; factitasse legimus) Comicum Afrum Sarsinati nostro, judicio nescio-quo longè prætulerunt. Qui si justâ priùs trutinâ omnia examinassent, tubam cum tibiâ se comparasse, ipsimet facilè animadvertissent. Nam quidem certè TERENTIUM AFRUM huic nostro longè esse inferiorem, indè manifestum est, quòd elegantias suas, si non omnes, plærasque saltim non sibi ipsi peperit, sed ita mutuatus est, ut alterius quasi plumis sese cohonestarit. Atque hinc est, quòd LAVINIUS, Poeta non ignobilis, Terentium FUREM PLAUTUM non dubitavit appellare: teste adeò ipso Terentio Prologo Eunuchi. Rectè. Nam ut rursùm alius quidam non insulsè judicet, PLAUTUS, *ex potissimâ parte, tantum, quantus est, fecit Terentium.* Placuit omninò judicium doctissimi HIE-

a Scripsit Comment. in *Poenulum* & *Amphitruonem*. Vide Rufinum de Metris Comicis in Opere Grammaticorum ex Editione Helij Putschij.
b Scripsit Comment. in *Stichum*.
c Scripsit Comment. in *Mostellariam*.
Ad Phosphorum Episcopum Signinum.
A. Gell. lib. 15. c. 24.
Fr. Asulanus ad Ioh. Glorierium Reg. Gall. secret. & Insubriæ Quæstorem in Præfat. Terentij: quamquam Andreæ Navagerii illam esse quidam arbitrentur. vide etiam Comment. Seb. Corradi in Brutum Cic. H. Steph. Dissert. de Criticis pag. 21. & seqq.

RONYMI GEBVVILERI, qui Fabulas aliquot Plautinas cum Commentariis *Pyladis* Brixiani in lucem edidit Argentinæ. Anno ∞ IↃXIII. Ita enim ſcribit: *Terentij Comœdias non rejicio, verùm quàm Phœbus cæteris aſtris lumine, tàm Plautus Terentium longè præcellit latinitate. Quidquid enim ſcommatum & ſalium illic reperias, id totum ex Plautinâ depromptum eſt officinâ. Quocirca non temerè cognomentum* PLAUTINÆ SIMIÆ *Terentius meruit.* Idem ſanè CÆSAR de Terentio ſenſit his verbis:

Lenibus, atque utinam ſcripto adjuncta foret vis
Comica! ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neq; in hâc deſpectus parte jaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe, Terenti.

Quid hîc deſideratur? Non hac deſtituitur varietate PLAUTUS: ſed abundat, ſed prægnans quaſi eſt. Modò namque aſſurgit, modò ſubmittit: nunc protrita, nunc grandiora dicit: ptoponit vitia, & caſtigat: Locos Communes Virtutum & Vitiorum admiſcet, tamquam aliud agens, quando hoc ipſum unicê agit: Omnia denique tamquam ſale venuſtiſſimis jocis adſpergit. Ad ſummam: Veteris Comœdiæ acerbitatem cum novæ ſuavitate temperat. Accedit eòdem teſtis locuples M. VARRO, cujus hoc circumfertur judicium: CÆCILIUS *in Argumentis Palmam poſcit, in Ethesin* TERENTIUS; *in ſermonibus* PLAUTUS. Ecce Terentianæ lectioni antefertur dictio Plautina! Suffragatur item J. LIPSIUS, vir in omni litteraturâ longè politiſſimus. *Terentium*, inquit, *ipſum amo, admiror, ſed Plautum magis: uterque Adoleſcentibus in ſinu, in manu, in oculis ſit. Conferantur etiam, ſi placet, inter ſe: tantùm Plauto Terentius ne præferatur.*

Nonius in Poſcere.

Vide Lipſ. Epiſt. Quæſt. lib. 2. Epiſt. 18.

E quibus liquidò perſpicitur, quæ excellentia, quæ Plauti ſit dignitas. Profectò, ut nemo pictor eſt inventus, qui Apellem vinceret, Veneris imaginem ita eleganter depingentem, ut oris pulchritudo formæ inchoatæ, reliqui corporis ſuperandi ſpem reliquis auferret: Sic neminem eſſe arbitror, qui ſcribendi genus Plautinum, quod omne tulit punctum, quantumvis doctus, adæquare, nedum ſuperare poſſit.

Facere hîc non poſſum, quin in gratiam Eloquentiæ ſtudioſorum

dioſorum

Digitized by Google

diosorum certis argumentis demonstrẽ, lectionem Plautinam, nihil omninò, quod nonnulli arbitrati sunt, officere facundiæ Tullianæ; sed eam potiùs multis modis adjuvare. Audi igitur ipsum Eloquentiæ Romanæ Patrem Tullium. *Finitimus est quidem,* (inquit Cicero) *Oratori Poëta, cujus virtutes omnes persequitur, cùm numeris sit adstrictior, ornandiq; generibus socius, ac penè par.* Magnifica verò vox, & magno viro ac sapiente vel maximè digna! quæ, si suo æstimetur honore, & gravitate, excellentem Poeticę facultatis speciem atq; formam nobis adumbrat. Nam cùm nihil tam cognatum sit mentib. nostris, quàm Numeri, atque Voces, quibus modò excitamur, & languescimus, modò incendimur, & lenimur, mox ad hilaritatem, mox iterùm ad tristitiam deducimur: summa illa vis carminibus, atque adeò Comœdiis aptior, non neglecta (ut mihi videtur) est à Plauto nostro. Nam, ut monumenta ejus ad nostram prolata ætatem satis superque testantur, eâ fuit in agundis Comœdiis dulcedine, ea suavitate, quâ perfunderet animos, ut recordationem concinnitatis suæ cum delectatione conjunctam, aculeos etiam quandoque relinqueret in animis eorum, à quibus esset auditus. Atqui cùm in totâ Eloquentia nihil pręstabilius sit, quàm posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluptates impellere, quó velis, undè rursus velis, deducere: an tu Comœdiæ hanc laudem præripies? an eam planè obteres? nihil minus. tantum abest, ut laudibus Comœdiarum hac in parte obscuritas aliqua adferatur, ut etiam plurimarum palmarũ facilè nobilissima sit. Quis enim vel Lysippus corporis imaginem meliùs cælo effinxit? vel quis Apelles corporum lineamenta, ac formas contemplatus est exquisitiùs, suoque penicillo expressit feliciùs? quàm ingenia & mores hominum effinxerunt Comœdiæ? quis animorum motus? in quibus ad fidem faciendam plus etiam, quàm in argumentorum pondere, positum est momenti; quippe ijs, qui benè tractati (teste Cicerone) admirabilem faciunt Eloquentiam. Quis, inquam, affectus cùm lenes illos, sive mites, tum vehementiores seu concitatiores, in quibus potissimùm regnat Oratio, illis ipsis Comœdiis tractavit commodiùs, atq; ad naturam

Plautinam lectionem plurimùm juvare facundiam Tullianam.

Digitized by Google

cujusque, & fortunam, & ætatem, observata in singulis decori ratione, accommodavit rectiùs? Introducuntur à Comico ab ægritudine contabescentes, ferventes avaritia, luxu perditi, insani amore, ambitione tumidi, exspectatione suspensi. Quid? annon licet ora ipsa cernere iratorum? annon eorum, qui aut libidine constricti, aut metu commoti, aut voluptate nimia gestiunt, quorum omnium vultus, voces, motusque, quàm potest evidentissimè permutantur, atque ita permutantur, ut ab his Oratori vis maxima existat in hominum mentibus, vel ad iram, vel ad odium, aut dolorem incitandis, vel ab his ijsdem permotionibus ad lenitatem misericordiamque commovendis. Verùm, quid in re nō incerta longiore utor oratione? quove argumento dissuadere aggredior diutiùs? ut Eloquentiam Ciceronis nullo modo impediri, sed juvari vel maximè Plautino sermone deinceps credant Adolescentes. Certè quidem ipse Cicero, ne longiùs discedamus, *Flexanimam* semper suam existimavit orationem, si collustrata esset exemplo aliquo Comico: propterea, quòd hac ratione effícti hominum mores in alienis Personis, expressaque imago vitæ quotidianæ, accenso quodam quasi lumine, videri conspicique planè paulò antè posset. Hinc nota illa Fabella Cæciliana, in Oratione, qua bona S. Roscij contra Lucij Syllæ dominantis potentiam defendit: hinc illa in Oratione Cæliana, alia in Miloniana: quibus Fabulis ad animos hominum impellendos usus est. Nec verò minorem vim atque utilitatem ad impellendas mentes salis atque urbanitatis esse omninò arbitror. Sæpè enim numerò lepore res graviores magis elevantur venusto; quàm contentione licet gravissima confringuntur. Iam verò Plautum nostrum facetiis reliquis longè excelluisse, quis ignorat? vicerunt ergò joci facetiæque Eloquentiam verbosam: Immò verò facultas dicendi secuta est. Cæterùm cùm Orator omnem suam operam, curam, & diligentiam in nulla ferè alia recollocare soleat, quàm ut in dictione sua sermonis elegantia eniteat, haud scio meliùs, an ullibi, præterquàm apud Comicum verborum illa mundicies atque elegantia, quam Orator studiosè observat, eminentior sit, magisq; conspicua. Perelegapter enim Poeta ait: *Mortales*

Mortales immortales flere si foret fas,
Flerent Divæ Camenæ Nævium Poëtam.
Itaque postquam est Orcino traditus thesauro
Obliti sunt Romæ loquier lingua Latina.

Nævius apud Agell lib. 1. c. 24.

Etenim si MUSÆ IPSÆ, quod anteà dixi, PLAUTINO VOLUERUNT LOQUI SERMONE: si ROMANÆ [a] LINGUÆ LEX quædam est PLAUTUS, [b] si ROMANA LOQUENDI FIGURA in Plauto efflorescit: [c] si denique NULLA ELOCUTIONIS FIGURA à GRAMMATICIS TRADI POTEST, CUJUS APUD PLAUTUM NON EXEMPLUM PETATUR: ecquam ejus dictionem putabimus? an hac festivitate Plautina ac lepore ullam scriptionem conditiorem reperiemus?

a Jul. Cæsar Scaliger.
b Cal. Rhodiginus.
c Alciatus.

Sunt tamen, qui aures mihi scalpuriunt, & nescio-quâ freti audacia PLAUTI laudes non modò verbis, sed reabse extenuare mollireque suis conantur dicteriis. Et hi vel antiquiores sunt, vel recentiores. Inter Veteres Plauti contemptores familiam ducit HORATIUS FLACCUS, qui tale seu seriò seu joco in Plautum effutivit cavillum.

At nostri proavi (inquit) *Plautinos numeros &*
Laudavêre sales; nimiùm patienter utrumque:
Ne dicam stultè mirati, si modò ego & vos
Scimus inurbanum lepido seponere dicto.
Legitimumque sonum dictis callemus & aure.

In Arte ad Pisones.
Vide Dissertationem eruditam Danielis Heinsij in hunc locum: nec non Floridi Sabini Apologiam pro Plauto à nobis editam.

Ecce exortus est Antesignanus omnium Obtrectatorum Plauti Horatius; cujus è ludo tamquam ex equo Trojano innumeriRanniones egressi sunt. Hinc clamosus alius Corax, Terentianus ille Aristarchus, qui in PLAUTUM audacter, ne quid graviùs dicam, hæc talia pronunciare non erubuit: *Hæc Plautina sunt,* inquit, *cùm in iisdem longa sit disputatio, sed mirè à Terentio proferuntur ad ejus exemplum, & quod est plus, carent Plautinis nugis.* Quibus è Recentioribus consonat nescio-quis MINTURNUS, qui insulsè *nō pauca insulsa in Plauto nostro reperiri* vehementer admodū disceptavit. Sed quid tandē? an ista patienter adeò in Plautum quotidiè dici patiemur? Nihil minus. Sublinendum est os eruditulis istis, audacu-

Donatus in Eunuchum act. 4. sc. 4.
De Poeta pagin. 505.

audaculisq; Zoilis, ut cùm se cicadam ala corripuisse animadverterent, palinodiam canere incipiant. Sed ne longior sim, quàm necesse est, justoque magis excandescam, sententiam illam Horatianam, in qua multi sese ad insaniam usquè jactitarunt hucusque, probabilibus, uti spero, argumentationibus refellam. Laudent ergò, quicumque velint, Horatium dictionis Plautinæ arbitrum, laudent judicium ejus gravissimum, admirentur etiam, modò & ipse tutò assentiri queam ijs viris, qui mihi videntur quasi quædam platanus satis spaciosa, ad opacandum hunc locum, patulis undiquáque diffusa veritatis ramis: Varroni puta, Ælio Stiloni, Macrobio, Agellio, sexcentis aliis, quorum suprà mentio facta, neque id, ut opinor, injuria. Quandoquidem enim constat, Horatium fuisse hominem iracundum, judicium hoc ejus tanti non videtur faciendum quod scilicet ex præcipitato affectu sic temerè effudit. Sed sic agam. Aut Horatius veritatem hac in parte dissimulavit, aut Poeta non fuit. At Poetam fuisse Horatium, præconio domestico edicit ipse Horatius:

Lib. 4. Od. 4.

Spiritum Phœbus mihi: Phœbus artem
Carminis, nomenque dedit Poëtæ.

Pseud. 1, 4. v. 8.

Atqui *Poëta*, ut Plautus noster monet, *cùm fabulas cepit sibi, quærit, quod nusquam est gentium.* Et Lucillius antiquus & nobilis ille Satirarum Scriptor dixit:

Testant. lib. 2. cap. 12, Passerat. Perticæ legit.

Pergula pictorum; veri nihil, omnia ficta.

Ex quo illud intelligitur, Horatium Flaccum cùm hanc tulisset sententiam, subventanea velut anicularum deliramenta peperisse. Et quid mirum est? Nam idem prorsùs judicium præposterum valdè tulit de Laberio & Chœrilo, Poetis præstantissimis antè Horatium. Archelaum quippe legimus, numisma aureum pro singulis versibus Choerilo numerasse. Scilicet id verum est, quod dici solet!

Tres tibi convivæ propè dissentire videntur
Poscentes vario nimiùm diversa palato.

Itaque ut rex Atheas religiosissimo sanctissimoque se obstringebat Juramento (jurabat enim per Aquilonem, & Acinacem) se Equi

Digitized by Google

se Equi hinnitum potiùs, quàm Ismeniæ Tibicinis Græcorum præstantissimi modulos malle audire. quo quid absurdius? Sic ROMULUS, cùm ceteri alerentur Ambrosia & Nectare, rapis vescimaluit. Nec invenustè Proverbio dici solet: *Præterit asparagos, ut edat carduos Asellus.* Simili mihi ratione judiciū illud Grammaticelli mangonisque nescio-cujus *Minturni* coërceri reprimiq; videtur posse.

Sed missis istis Plauti contemptoribus, de ijs aliquid dicam quoque, qui dictare non erubescunt, Juventutem Christianam lectione Plauti Comœdiarum plurimùm corrumpi: redolere item antiquitatem obsoletam, & denique dictionem Plautinam esse corruptam, in pravumque planitùs conversam: negligendā igitur, & ab omni lectione arcendos humaniorum litterarum studiosos. De prioribus ut primò dicam, non sum nescius, D. AUGUSTINUM omnem suam ætatem gravissimè detestari, quam in lectione profanorum Auctorum consumsit. Neque hoc etiam diffiteri possum, in Comœdiis Plautinis introduci sæpè Meretrices procaces, avaros Lenones, Parasitos edaces, Adolescentes dissolutos, Senes stultos: veteratores, & fallaces Servos, mores mollissimos, Massilia dignos vel Tarento, jocos denique non facetos, sed obscœnos, tamquam è Suburra aut Velabro, Tuscoque Vico oriundos. Sed quid tum? an propterea è manib. Adolescentum humaniorum excutiendus est is, qui tot annis, tot sęculis in doctissimorum virorum oculis; qui in manu sinuque fuit perpetuo? Minimè gentium. Si enim in his inest aliquid probri, quod capiat incautos: nemo tamen tam inconsideratus erit judex, qui id non Plauto, sed Comœdiæ imputandum & dicat, & sentiat. Atqui ne huic quidem jure tribui posse fatebitur is, qui consideraverit, esse illam *imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginemq; veritatis.* Nimirùm in hac bona ratio cum perdita: mens sana cum amentia: optima deniq; spes cum omnium rerum desperatione vt plurimùm confligit: adeòque à tot ac tantis turpissimis sceleribus præclarissimæ virtutes quasi superantur. Quæ cùm ita sint, mihi id Hominum

Recentiorum cavilli refutantur.

Livius Andronicus & Cicero.

*********** genus

genus Comœdiæ ideò irasci solitum, quòd vitia & mores depravati ibi continentur, simile videtur illis Mulierculis, quæ ipsæ turpes & deformi præditæ vultu cùm sint, speculo suo irascuntur, quòd formosam sui non referat imaginem. Quapropter qui petulantiam, fraudationem, scelus, turpitudinem, libidinem avaritiamque sibi in Comœdia, tamquam in speculo proposita, non ægrè modò ferunt, sed & ira, stomachoq; idcircò ardent: iis hoc do consilij, ut ne peccent, certò persuasi, ab omni Comœdiæ immitiore morsu tum demùm se fore immunes. Et si hanc ob causam PLAUTUS legendus non esset, quod vitia perstringit: quis quæso Homeri Iliada, quis ejusdem Odysséam hinc indè variorum hominum vitiis sceleribusque conspersam, in unum collegisset? quis unquam legisset? Non minus enim quàm PLAUTUS noster vitia sæpiùs taxat, adulterium videlicet Paridis, Circes, Calypsûs, Veneris; intemperantiam Procorum; scelera alia. An Augustus Virgilium, Didonis & Æneæ amores lascivos pertractantem, tanto umquam habuisset in honore? Nec ARISTOPHANIS Comœdiæ satis nonnullibi flagitiosæ à Chrysostomo fuissent absque flagitio tanta lectitatæ diligentia, & accuratione. D. Hieronymus signandus nigro calculo, quòd Plautina lectione tantoperè delectatus fuit. Ciceronem denique non semper Vestæ pedissequos imitatum, quis sequeretur? quis Iuvenalem? Horatium? Et quid multis? abjiciendæ Epistolæ D. Pauli, gentium illis Doctoris; quibus præsertim introducit flagitium horrendum incestûs; Ethnicorum nefanda scelera; cane pejus, & angue fugienda! Quin imò tota Scriptura sacra perpetua foret obliteranda oblivione: omnique ætati, ad Catonum severiorum normam de vitiis fugiendis conticescendum. Sed & illi ipsi liberiorum morum Aristarchi hisce facilè assentiunt, qui, ut Poeta canit, ut plurimùm

Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

Quemadmodum igitur Sacratum litterarum monimenta non idcircò videntur vitia recensere, ut ea imitemur, sed (quod optimum est) ut aliena insania ad nostram utilitatem fruamur: ita Poetarum Scena Comicorum scelera (quorum messem undiquaqu-

diquaqu-

Digitized by Google

diquaque maximam licet metere) tamquam in speculo eminentiore depingit, ut peccatorum turpitudine propalàm conspecta; hominibus terrorem incutiat, contrà ad pietatem sedulò colendam excitet. Nam quid causæ fuisse putamus? cur Demodocus ille Phæacensis Martis & Veneris amplexus decantarit? an quòd adulterio adularetur? Non, Non: sed quòd cauterium libidini adhibere cuperet. Et si (ut Lex vult Iulia) *non verba mæchantia, sed ipsa facta puniuntur:* quis Plauto jure succenseat? Facit enim id suo quodam jure, si puerilia quædam, & indecora adducit in Theatrum: hanc, ut opinor, ob causam, ut hac ratione homines vel solo recogitatu mores improbos amitterent: Quare ut vina opposita vinosum faciliùs proritant ad bibendum, quàm abstemium: ita libertas illa in Comœdia animum nequam & improbum incitare facilè potest: castum virum & integrum non potest. Non immeritò ideó etiam Poetarum lectio immenso alicui Mari comparatur, in quo licet scopuli sint acuti, vada etiam difficilima; non tamen cautus idemque diligens Nauta ad ea Navem suam impellit: pari ratione in Poetarum libris sunt scopuli quidam, ad quos cùm impelli non expedit, vir bonus strenuè prætervehitur. Non secus atque socij Vlyssis, qui, ut Sirenum dulcissima modulamina devitarent, aures sibi cerâ liquefacta obturarunt: atque ne blandimentis illis ad libidines allecti naufragium facerent, scopulos prætervolarunt. Rectè igitur etiam Livia viros nudos nihil differre castis fœminis à Statuis dixit. Cùmque in studiis nostris nihil aliud præter delectationes quæramus; quid impediat, quominùs jocos ejusmodi facetiasque urbanas severioribus nostris studiis admisceamus, ut ita animus ex forensi strepitu reficiatur, & aures convitio defessæ, nonnunquam conquiescant. Nec verò propterea Plautinas Fabulas abijciendas censeo, licet maculæ quædam ijs vel sui, vel sæculi vitio inspersæ inveniantur. Vt enim vinum generosum, vinum esse nullo modo desinit, etiamsi guttis aliquot aquæ sit cōmistum: ita nec splendorem suum, & gratiam Plautum nostrum aliosque Poetas apud doctos, etsi humani quid intervenit, amisisse arbitror. Sed de his hactenus. apud bonos

Scal. Præfat. in Catullum.

enim satis tela objecta retorta videntur esse: malis autem nil satis, quamvis Achilléis pugnes argumentis, potest disputari.

Antiquitatem verò Plautinæ dictionis quod attinet, utitur Plautus ijs verbis in scena, quę convenienti loco singulis rebus & personis sunt attribuenda. Cùm res describit serias, heroicis utitur verbis: cùm ridiculas, facetis: cùm antiquas, verbis antiquis utitur: & sic porrò alia. Appositè igitur Tullius, qui quædam Plautina in deliciis habuisse perhibetur, inquit: *Cùm audio Socrum meam Læliam, eam sic audio, ut Plautum mihi, aut Nævium videar audire.* Ecquis novem illas Musas; Ecquis Apollinem, Præsidem Musarum culpabit, quòd verbis obsoletis locutus interdum fuit? nemo profectò; nisi & me juxtà atque illum fallit omnis ratio. Quod si itaque Musæ cum Plauto (uti jam sæpiùs commonefeci) loqui voluerunt: facessat hinc novitas illa delicata, seseque quàm citissimè reprimat: contrà nisi cum Musis loqui inhonestum, aut indecorum quis judicet, antiquitatem illam nobilem, & verè Latinam quotquot rectiorib. studiis imbui satagunt, unicè admirentur, imitenturque.

Lib. 1. de Oratore ex persona L. Crassi.

Postremò minimè quoque ferendam esse arbitror eorum accusationem, qui PLAUTUM ita esse corruptum, ita depravatum affirmant, ut neque legi, neque intelligi (ita clamitant!) à quoquam ampliùs possit. Id etsi forsitan negari planè non potest: non tamen Plauto nævi isti ascribendi sunt: sed iis potiùs, qui elegantissimam ejus purissimamque imaginem tantoperè deformarunt. Adhæc licet antè sæcula aliquot adeò deturpatus fuerit Comicus hic; opera tamen atque industria nostra, uti confidimus, tàm nitidæ ejus factæ sunt Comœdiæ, tàm illustris lucubrationib. nostris redditus est is, qui etiamnum in tenebris jaceret, nisi veteris Musarum alumni commiserti, omnem maculam ita ab divino corpore abstersissemus, ut eum porrò jam quivis, quamvis mediocriter doctus, nullis aliis adminiculis adjutus, sed (quod aiunt) proprio Marte & legere possit, & intelligere. Vt igitur tandem Dissertationi huic meæ Plautinæ finem imponam, facere non possum, quin in gratiam humaniorum Adolescentum, eorum inquam, qui non indiligenter, immò verò quam

Digitized by Google

rò quandoq; nimis superstitiosè, ne quid gravius dicã, in Plauti lectione esse solent, Coronidis loco subjiciam Admonitionem perquàm salutarem & prudentem magni illius Plautopoli JOHANNIS PASSERATII.

Quadruplicem, inquit Regius Interpres, *cautionem adhibeant ingenui Adolescentes in evolvendo Plauto.* Primùm, *si qua verba ridiculi causâ confingit, ut multa procudere solet, vel si qua jungit audacius Aristophanis more, ea Comicæ putent esse licentiæ, neq; sibi permittant.* Deindè *si qua occurrent obscœniora, ut lasciva fuit Scena illorum temporum, nullam indè concipiant turpitudinis maculam, sed per ea sic incedant, quasi per mediam Suburram properent ad sobrium Vicum, aut ad aliquod Pudicitiæ sacellum.* Præterea *nimis prisca verba, & ferê desita, sibi tantùm seponant, ad cognitionis oblectationem: ut elegantes consueverunt homunculi antiqua vasa, sigilla & nomismata: quæ recondita delectant, neque depromta inter quotidianam supellectilem deteruntur.* *Sirpos* denique *vitent, & Plautinarum Quæstionum cruces: in quibus videmus frustrà se torsisse viros doctissimos M. Varronem, Aelios, Gallum, & Stilonem, Ateios, Capitonem, & Philologum.* (Adderem ego decumanam cohortem Criticorum nostri sæculi, si crambem illam, quam ærumnabili meo labore in castigando Plauto devorare coactus fui, jam nunc recoquere allubesceret.) *Cætera omnia meo bono periculo studiosè consectentur: quæ si fuerint assecuti, non erit, quod alium Latini sermonis fontem ad hortulos suos irrigandos desiderent,*

1. 2. 3. 4.

Atque tantum de Vitâ & Scriptis Plauti nostri è monumentis Veterum, aliorumque hoc tempore commentari libuit.

FINIS DISSERTATIONIS PLAUTINÆ.

TESTIMONIA ET ELOGIA AUCTORUM

In Dissertatione prætermissa:

DE PLAUTO ET SCRIPTIS EIUS.

CICERO Lib. IV. de Republ apud AVGVSTINVM de Civ. Dei. lib. II. cap. IX.

SED Periclem, cùm jam civitati maximâ auctoritate plurimos annos domi, & belli præfuisset, violari versibus, & eos agi in Scenâ non plus decuit, quàm si PLAVTVS noster voluisset, aut NÆVIVS P. & Cn. Scipioni, aut CÆCILIVS M. Catoni maledicere.

Idem Epist. Fam lib. IX. ad Papyrium Pætum.

SED tamen ipse Cæsar habet peracre judicium, & ut Servius frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico, facilè diceret; hic versus PLAVTI non est, hic est: quod tritas haberet aures notandis generibus Poetarum, & consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, &c.

PLINIVS NEPOS Epist. lib I.

LEGIT mihi nuper Epistolas, quas Vxoris esse dicebat: PLAVTVM vel Terentium metro solutum legi credidi.

D. HIERONYMVS Epist. ad Pammachium.

HÆC est Plautina elegantia, hic lepos Atticus, & Musarum, ut dicunt, eloquio comparandus.

SIDON. APOLLINARIS Panegyrico ad Pammachium.

Quâ CRISPVS brevitate placet, quo pondere VARRO,
Quo genio PLAVTVS, quo flumine QVINTILIANVS.

LAMBERTVS PITHOPOEVS.

INGENIVM est aliis aliud; sua cuique voluptas:
Sit tua Sponsa tibi, sit mea sponsa mihi:
Pace mihi liceat morosi dicere vostrâ,
Grammatici: vestra hic Regula crimen habet.
Non capit à planis pedibus cognomina PLAVTVS;
Est major PLAVTI gratia lausque mei.
Vnica de *lauto*, me judice, littera PLAVTVM
Efficit, ut *flhtem* lis odiosa suam.
Credite, non ludo. Nam sunt mihi Dramata PLAVTI
Nil nisi *lautitiæ*, deliciæque meræ
Ambrosiæ succo, Siculisque in montibus orto,
Melle mihi, & quovis Nectare grata magis.
Quòd si (quemque trahunt propri, figmenta cerebri)
Forte minus ratio nominis illa placet,
Ecce aliam vobis, vicinâ voce petitam,
ACCIVS à *plaudo* nomina PLAVTVS habet.
SARSINA quem genuit, cultissima Dramata PLAVTI,
Attentè quisquis lecta, relecta leget.
Huic Latiæ cedet verissima laurea laudis,
Et læta Aonides, PLAVDITE! voce canent.
Romulidas inter VARRO doctissimus omnes,
Tanta tibi laudis præmia, PLAVTE, dedit.
Ipse suis, dicens, Musis comitatus Apollo
Si velit humano more modoque loqui,
Cuncta peregrinæ linquens idiomata linguæ,
Non nisi PLAVTINO solverit ora sono.
Tullius & gentis laus magna Terentius Afer,
Dulces PLAVTINIS fontibus hausit aquas.
Ergò tibi PLAVTVS placeat, lectusque legatur,
Vere Romano qui cupis ore loqui.

FRID. TAVBMANVS.

ET Venere, & Charisin, Musis prognatus iniquis,
Cui Genius PLAVTI non sapit ad genium.
Ipsæ adeò Musæ PLAVTI sermone loquuntur,
O Vmbri umbellam sit mihi posse sequi!
Hic Veneres habet omnes: miscet hic utile dulci:
Ausit & huic punctum quisque negare suum?
PLAVTVS Musarum decima, & flos Atticus, idem
Sermonis Latij Regula certa fuit.
Hunc penitus solers adytis sapientia clausum
Distinet, atque animas huc vetat ire rudes.
Sat nobis hujus pulvisculus esse farinæ
Creditur, & Latiæ mica pusilla molæ:
O studiis damnate Puer, ne scena Terenti
Vilescat mundi simplicitate sui!
Ni prius hic animum coluit, me judice, nusquam
In PLAVTI Orchestrâ jure sedere potes.
COME, Venus, Charites, Musæ, date Lætheus imber
Supra Vmbras Vmbri depluat uvidulas.

IOSEPHVS SCALIGER.

PLAVTVM emendatum dare, non cujusvis est: & cujus est, ejus & magna laus est.

LÆLIVS PATAVINVS.

Mihi decretum est, dum Litteræ & Artes bonæ florebunt, floridam semper eorum famam futuram, qui in Plautinis Fabulis, Musarum, ut Veteres & minime suspecti Judices volebant, Eloquio comparandis, studium & industriam suam posuerunt.

CÆLIVS

CÆLIVS RHODIGINVS.

PLAVTVS Poëta doctissimus juxtà & festivissimus. Certè non superficiaria est ejus eruditio, sed intercutanea prorsùs, & quæ vulgarâ specie sæpissimè fallat.

IVL. CÆSAR SCALIGER.

PLAVTINÆ dictionis genus non est nostrum emendare, qui illi sanè barbari sumus: aut si Latini, Latini certè illius beneficio. Numeros non desideramus. Antiquas dicendi figuras non nisi inepti carpere autint. Erant enim Romæ tùm Atticismi, quos curiosius Sæculum posteà est aspernatum.

IOACH. CAMERARIVS.

Præclarè & utiliter opera sumitur ab iis, quorum provincia est Litterarum doctrina, in explicatione PLAVTINORVM scriptorum, præcipue si Latina lingua discenda sit. PLAVTINA enim scripta quo minus curâ quasi concinnata, & arte elaborata sunt, eo manifestius & certiùs in his *proprietas & natura linguæ Latinæ conspicitur.* &c.

HARD. TVRNEBVS.

PLAVTVS valde elegans Latinusque Comicus.

P. VICTORIVS.

PLAVTVS eruditus Auctor, ac mirum in modum sermoni Latino utilis.

IACOBVS SADOLETVS.

PLAVTVS fortasse licentiosior; sed tamen, quid eo ad locupletandam orationem Latinam, & facilitatem sermonis, copiamque verborum potest esse utilius?

CL. CHIFLETIVS.

Meliore Antiquitatis Auctore non utimur, quàm PLAVTVS est, ille Musarum sermone locutus.

I. LIPSIVS.

PLAVTVS ille Scriptor est, qui puritatem, qui proprietatem sermonis suppeditet: ille qui urbanitatem, jocos, sales, & eam Atticorum Venerem sufficiat, quam frustrà in reliquo Latio quæras. IDEM.

PLAVTVS, illud Delicium, & ille, ut sic dicam, pullus Romanæ Musæ, in litterarum quasi penetrali est, quò non nisi initiati accedant: & qui à se spernat profanum vulgus & arceat.

IDEM. PLAVTVS decima Musa.

IDEM. Nemo PLAVTVM amat, quem non melior Musa & Phœbus.

IDEM. PLAVTVS Musarum & Gratiarum Hortus.

OBERT. GIFANIVS.

Optimus loquendi magister PLAVTVS.

ISAAC. CASAVBONVS.

Ingeniosissimus & facetissimus Poëtarum PLAVTVS.

IOH. MEVRSIVS.

QVI Plautum Comœdiæ Latinæ Parentem despectui habent; de Apuleii mihi prosapiâ videntur: id est, inter Asinos præcipui, nam aureus ille fuit.

LVDOVICVS ODEBERTVS.

VT Canio Gades, Mantua fausta Marone,
Vt Flacco gaudet Euganis ora suo.
Corduba Lucano: ut gelidi Nasone Peligni:
Sic gaudet numeris Vmbria PLAVTE tuis.
Tota perillustris numeretur fama Menandri:
Disperean si non schemate major eris.

PLAVTVS LOQVITVR.

HOC opus exegi solidante perennius ære,
Quod non bruma potens nec edax everterit imber:
Non Aquilo, ævi non series, nec temporis ordo,
Fata teret nomen, nullo delebile rostro.
Ipse legar, super astra ferar, per sæcula vivam.

EPITAPHIVM PLAVTI.

VMBRIA me genuit: Romanæ gloria linguæ
Summa fui: sprevit nostra Thalia dolos.
Morum custodi pressans mihi nupsit Egestas,
Scire cupis Manes sint ubi? Vita docet.

AD SPECTATOREM TVMVLI.

HÆC loca Plautus habet, famæ sectator honestæ.
Vis brevius? Lapis hic contigit omne Decus.

IOACH. CAMERARIVS.

NON Scena tantùm morte, PLAVTE, deserta
Olim fuit, COMOEDIA aut tua luxit,
Risusve, Ludusve, ac Ioci, atque Numeri tum
Innumeri, ut inquis ipse, lacrumaverunt;
Sed FABVLIS illis tot amissis,
His inquinatis reliquis, quod ille alter
De se Poëta dixit, haut tamen ROMÆ
Modo, sed in universitate terrarum
Hominum est Latinè mox genus loqui oblitum.

PETRVS LINDENBERGIVS.

ROMANÆ pullum Musæ qui nescit, & illud
Delitium Phœbi, delitium Charitum,
Mellifluum relegat PLAVTVM. hic ex omnibus unus
Verba habet Aonijs ebria delitijs.
Hic Veterum Auctorum Genios, hic pectora Phœbi
Possidet, hic Suadam spirat, itemque Sales.

IANVS GVLIELMIVS.

MARCE ACCI, sanctámne rear te Cyprida pullum
Eduxe? an Paphio, an Idalio in nemore?
Indè adportasse Hyblæo mage dulcia melle
Verba, & Acidaliis ebria delitiis.
Si certè est, testes tua vetusta cæla Poesis;
Omnibus unum omnes subripuisse Sales.
Et quid! verba habeas si nupta. Venustior haut est,
In placido quàm cum ludit Amore Venus.

FRANCISCVS MODIVS.

QVICQVID Aristophanes dulce-utile miscuit olim,
Quoscumque in Scenam protulit ille jocos;
Transtulit Ausonium ad PLAVTI nova Musa Theatrum.
Nam PLAVTVS Romæ hâc primus in arte fuit.
PLAVTVS vel solâ hâc meruit, simili arte Camœnæ ut
Credantur superos inter & ore loqui.

M. AccI

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

COMOEDIAE XX.
Superstites.

AMPHITRVO. pag. 5.
ASINARIA. pag. 49.
AVLVLARIA. pag. 81.
CAPTEIVEI. pag. 119.
CVRCVLIO. pag. 155.
CASINA. pag. 183.
CISTELLARIA. pag. 217.
EPIDICVS. pag. 239.
BACCHIDES. pag. 267.
MOSTELLARIA. pag. 311.
MENÆCHMEI. pag. 351.
MILES GLORIOSVS. p. 391.
MERCATOR. pag. 439.
PSEVDOLVS. pag. 479.
POENOLVS. pag. 525.
PERSA. pag. 573.
RVDENS. pag. 605.
STICHVS. pag. 653.
TRINVMMVS. pag. 683.
TRVCVLENTVS. pag. 723.

M. AccI

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

AMPHITRVO.

ARCHIPPUS Comicorum φορτικώτατος: dicitur duas Fabb. hoc nomine AMPHITRUO scripsisse: teste Athenæo.

Jul. Cæsar Scaliger.

Festivê, ut solet, Plautus *Amphitruonem* suam Tragico-Comœdiam appellavit: in quâ personarum dignitas atque magnitudo Comœdiæ humilitati admistæ sunt.

Hadr. Turnebus.

Amphitruo Plauti, & genera loquendi, & jocorum argutias habet, quæ tenebras offundere lectoribus possunt.

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

MERCURIUS, Prologus.
SOSIA, Servus, ἀπὸ τῦ σώσειν.
IUPPITER.
AMPHITRUO, à circumstantiâ laborum, ἀμφιτρεύων. Vide quomodo infra describatur Amphituo, 4.4. v.50.
ALCMENA, quasi ἀλκιμήνη, *à vi & vehementiâ fortitudinis.*
BLEPHARO, Gubernator. *à palpebris,*
THESSALA.
BROMIA, Ancilla.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

AMPHITRVO *profectus in hostes Teleboas, gravidam ex se reliquit uxorem Alcumenam: cuius amore captus Juppiter, versus in formam eius absentis coniugis, fingit ab exercitu noctu rediisse: illam comprimit; noxq; illa Jovis iussu facta longior. Mercurius ut suo obsequeretur patri summo Jovi, in servum Amphitruonis Sosiam se transformavit. Horum Alcmena deluditur dolis, fitq; rursus ex Jove gravida. Interim victor hostium rediens Amphitruo, domum præmittit Sosiam, ut nuntiet uxori reditum. Is offendit Mercurium sibi similem servum: ambo rixantur invicem: à Mercurio excluditur domo. Jd idem contingit redeunti domum Amphitruoni: quem uxor rata se ab illo deludi sannis, non admodùm benignè excepit; fitque illi obvius pro Amphitruone Juppiter: sicq; falsus ab uxore, atq; ab Jove simul. fiuntq; gemini Amphitruones & Sosiæ. Tandem arbiter accersitur Blepharo, uter eorum verus esset Amphitruo, rectè ut discerneret; obstupuit ille: & certi nihil proferens, abiit. Interea tempus pariendi cùm esset, Alcmena ex Jove atq; viro geminos uno enixu parit. horum alter, qui postmodùm dictus Hercules, ex Jove genitus, (nam ex Amphitruone Iphiclus) binos enecat angues manu. Igitur Juppiter ut mulierem insontem ostenderet, quam vir insimulaverat probri, magnũ intonuit, rem professus ut erat. Jubet igitur reconciliari viro conjugem.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

AMPHITRVO.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...

* ARGVMENTVM.

AMORE captus [a] Alcumenâs Juppiter,
M utavit sese in [b] ejus formam [c] conjugis.
P ro patriâ Amphitruo dum [d] cernit cum hostibus,
H abitu [e] Mercurius ei subservit Sosiæ.
I s [f] advenientis, servum ac dominum, [g] frustra habet.
T urbas [h] uxori ciet Amphitruo: atque invicem
R aptant [i] pro mœchis. Blepharo captus [k] arbiter,
V ter sit, non quit, [l] Amphitruo, decernere;
O mnem [m] rem [n] noscunt: geminos Alcmena [o] enititur.

ALIVD.

IN [p] faciem Amphitruonis vorsus Juppiter,
Dum [q] bellum gereret cum [r] Telebois hostibus,
Alcmenam uxorem cepit [s] usurariam.
Mercurius formam Sosiæ servi gerit
Absentis. his Alcmena decipitur dolis.
Postquam red'ere [t] veri, Amphitruo & Sosia,
Vterque luduntur [u] dolis mirum in modum.
Hinc jurgium, [x] tumultus, uxori & [y] viro:
Donec cum tonitru voce missâ ex æthere
Adulterum se Juppiter confessus est.

* Existimant Auctores ab ipso Plauto Acrosticha hæc singulis Fabulis esse præfixa: eo quod a Nonio versus Argumenti *Militis* proferatur tanquam Plautinus. Alij id pernegant, ac Prisciano adscribunt. Certè quidem antiqua sunt. Plæraque tamen ex ipsis Prologis & Fabulis confecta esse apparet.

a *Alcumenæ*, patrio casu, ἀρχαϊκῶς. vide Lex. *Genitivus*.

b Alcmenæ.

c Viri Amphitruonis.

d Certat, pugnat. In *cum* τὸ *n* non eliditur.

e Ordo est: *Merc. habitu* seu cultu *Sosiæ ei subs.*

f Advenientes. ἀρχαϊκῶς.

g Frustratur, fallit.

h Excitat turbas adulteræ.

i Conviciantur, mala ingerunt.

Nempe, Iupiter & Amphitruo. k Iudex. l discernere. Totus versus infra occurrit 4. 5. ℣. 6. m Spondæus est κατ' ἐπ αυτα σιφλον. Vel sane the *gemino* A c. secus versus hiatum patitur. n Amphitruo, Alcmena, & familiares rei veritatem cognoscunt. o Nitendo parit. p In formam Amph. mutatus. q Interea dum Amphitruo. r vide Lexicon. *Teleboæ* dicuntur populus Thebanus, ἀπὸ τῆς τῆλε βοῆς. h. e. à voce, quæ eminus auditur. Vide Stat. lib. 1. Sylv. 1. ℣. 130. s Quâ utebatur, ut mutuatitiâ. t Quia Iupiter, & Mercurius fuerunt simulati. u Decipiuntur à Iove & Mercurio. x vide Lexicon. *Tumultus*. y Marito.

PROLOGUS.

MERCURIUS.

VT vos in vostris voltis mercimoniis
Emundis vendundisq; me [a] lætum lucris
Adficere, atq; adjuvare in rebus omnibus:
Et ut [b] res [c] rationesq; [d] vostrorum omnium
Bene expedire voltis, [e] peregriq;, & domi,
Bonoq; atq; amplo [f] auctare perpetuo lucro,
Quasq; [g] incepistis res, quasq; inceptabitis:
Et uti bonis vos vostrosq; [h] omnis nuntiis
Me adficere voltis: ea adferam, eaq; ut nuntiem,
Quæ maxumè in rem vostram communem sient.
(Nam vos quidem id iam scitis concessum & datum
Mihi esse ab DIs aliis, [i] nuntIs ut præsim, & lucro.)
Hæc [k] ut me voltis [l] adprobare, adnitier,
Lucrum ut perenne vobis semper suppetat:
Ita huic facietis Fabulæ silentium,
Itaq; aqui & iusti hic eritis omnis [m] arbitri.
Nunc quojus iussu [n] venio; & quamobrem venerim,
Dicam: simulq; ipse eloquar nomen meum.
Jovis iussu venio: nomen MERCURI est mihi:
Pater huc me misit ad vos oratum meus,
Tametsi [o] pro imperio, vobis quod dictum foret,
Scibat [p] facturos; quippe qui intellexerat,
Vereri [q] vos se, & metuere, ita ut æquom 'st, Jovem:
Verùm profectò hoc petere me [r] precariò
A vobis jussit leniter dictis bonis.
Etenim ille quojus jussu huc venio, [ſ] Juppiter,
Non minus quàm vostrûm quivis formidat malum:
Humanâ matre natus humano patre,
Mirari non est æquom, sibi si [t] prætimet.
Atq; ego [u] quoq; etiam, qui Jovis sum filius

a Propitium, bono publico lubẽtem, ac lætificantẽ vos, Quirites. Vide Lex. *Lætus*, & *Afficere*. *Sensus hujus loci integer est*: Quemadmodum a me expoteretis, ut in mercibus vestris ultro citroque accipiundis & dandis, vobis lucrum felix semper fiat: utque me vultis de reb. promercalibus, tum ad Remp. pertinẽtibus bonum nuntium adferre: ita & vos huic Fabulæ facite silentium. Tale ὑπέρβατον est in Prol. Asin. sed brevius.

b Negotia domestica, rem familiarem.

c Nomina, & quæ in codicem accepti & expensi referuntur.

d *Vestrûm*. ἀρχαϊκῶς.

e *Peregri* in loco: *Peregre* notat ad locum. *Charis*. Vide Lex.

f Locupletare. Nota tergeminum epithetum: Græcorum more.

g Et in iis reb. quas instituistis, & in iis quas instituetis.

h Omnes. ἀρχαϊκῶς

i Vide Elect. *Deorum. Mercurii*. k ἀπόδοσις demùm hyperbati longioris hic ponitur. Hæc inquam, &c. l Date, adniti ut accipiatis. m Spectatores. n Veniam. o Quod vobis esset imperatum. Phrasis Ciceroni sæpius usurpata in VI. Verr. p Sciebat. ἀρχαϊκῶς. q Vereri ut patrem, metuere ut potentissimum. r *Petimus* precariò, *poscimus* pro imperio, *postulamus*, jure. Vide Lex. *Verborum differentia*. ſ Iovem hic innuit illum histrionem nequam, qui Iovem scenicum agebat. Sic deinceps Mercurium. t h. e. ante timet; ut habet glossa Pal. tert. Et ita Seneca Ep. 98. Vbi vulgo, *semper timet*. u Vide Lex. *Pleonasmus*.

Contagione

Digitized

Contagione [a] mei Patris metuo [b] malum;
Propterea [c] pace advenio, & pacem ad vos adfero.
Justam rem & facilem esse [d] oratum à vobis volo.
Nam justè [e] ab justis justus sum [f] orator datus.
Nam injusta ab justis inpetrari non decet:
Justa autem ab injustis petere, insipientia 'st:
Quippe nulli iniqui [g] jus ignorant, neque tenent.
Nunc jam [h] huc animum ad ea, quæ loquar, [i] advortite.
Debetis [k] VELLE QUÆ VELIMUS. [l] meruimus
Et ego & Pater de vobis, & Republicâ.
Nam quid ego memorem (ut alios in Tragœdiis
Vidi, [m] Neptunum, [n] Virtutem, Victoriam,
Martem, [o] Bellonam, conmemorare; quæ bona
Vobis fecissent) [p] quîs benefactis meus Pater
Deûm regnator, architectus omnibus?
Sed illê mos numquam fuit Patri meo,
Vt exprobraret, quod bonis faceret boni.
Gratum [q] arbitratur esse id à vobis sibi,
Meritoq; vobis bona se facere, quæ facit.
Nunc quam rem oratum huc veni, primùm proloquar,
Post Argumentum hujus eloquar Tragœdiæ.
Quid [r] contraxistis frontem? quia Tragœdiam
Dixi futuram hanc? Deus sum: conmutavero
Eamdem hanc, si voltis: faciam ex Tragœdiâ
Comœdia ut sit, omnibus Isdem vorsibus.
Vtrum sit, annon, voltis? Sed ego stultior,
Quasi nesciam, vos velle, qui [s] Divos siem.
Teneo quid animi vostri super hac re siet.
Faciam ut conmixta sit Tragico-Comœdia,
Nam me perpetuò facere, ut sit Comœdia,
Reges quò veniant, & Dij, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic [t] Servos quoq; parteis habet,
Faciam hanc, proinde ut dixi, [u] Tragico-Comœdiam.
Nunc hoc me orare à vobis jussit Juppiter,
Vt Conquisitores [x] singuli in subsellia

a Contagione nocet, quod ab uno ad alium transit, quidni igitur metueret Mercurius, si & pater ejus metuebat. Vide Elect. Contagij.

b Serviles intelligit pœnas, ulmos punta, stimulos, laminas, cruces, compedesque, nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boiàs; ac cætera de genere horum.

c Pacatis, sive tempore pacis, quo nullum vobis bellum cum hostibus.

d Sic Cicero: *sperant hanc rem præsidio sibi futurum*. Neque aliter glossæ MS. Pal. tert. Antiquus & latinus sermo, quo nûc quoque uti possumus. Vide Lex. Syntax.

e A conjugatis eleganter arguit. *Ab justis* est justorum, usitatâ ratione loquendi.

f *Orare* heic *rogare* est, & petere. Vide Lexic.

g Proinde inanem sumit operâ, quia justa ab injustis petit.

h Alterutrum παρέλκει ex consuetudine Plauti, Terentij, Symmachi. Vide Lexic. Παρέλκειν

i Phrasis Comica.

k Antiqua formula, VELLEM EAM QVÆ VELLES. Vide Calep. Tit. *Gratificandi, Vovendi*. l Subaudi, *ita*. m Maris Deum. n Cui templum dicatum, sicut & Victoriæ. o Dea belli, unde & nomen accepit. p *Hoc est*, quorum tamen omnium beneficiorum par[illegible]neus Iupp. auctor est. Dativus, pro genitivo. q *Hoc est*, vos habere gratias, sibi pro eo, quod vobis præstitit: quæ glossa est MSS. Pall. tert. & sext. Aliter: cum vobis aliquod beneficium facit, aliud à vobis accipere videtur: quia ita grati estis. r *Hoc est*, Quare tristitiam præ vobis fertis contractione frontis? s Divus, Deus. t Servus Sosia. u Læta miscens tristibus. Vide Iul. Cæsar. Scal. de Poet. lib. *. cap. * & Lexicon nostrum. x *Sensus est*: Nunc hoc me Iupp. à vobis petere jussit; ut spectatores, & quasi ὠτακουσταί, & auricularij, spectatoribus appositi, in & per singula subsellia per totam caveam eant, si cui histrioni fautores assignatos animadverterint, ut ab his togæ auferantur in pignus. *Conquisitores* hic sumuntur pro exploratoribus, & speculatoribus.

Egant per totam [a] caveam, Spectatoribus.
Si cui fautores [b] delegatos viderint,
Uti Is in caveâ pignus capiantur togæ.
Sive etiam qui [c] ambissent [d] palmam Histrionibus,
Seu cuiquam artifici, seu per scriptas litteras,
Sive ipsi ambissent, sive per internuncium,
Sive adeò Ædiles [e] perfidiosè cui [f] duint,
SIREMPSE [g] *lege jussit esse Juppiter,*
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.
Virtute dixit vos victores [h] vivere,
Non ambitione, neque perfidiâ. [i] quî minus
Eadem Histrioni sit lex, quæ summo viro?
VIRTUTE *ambire oportet, non favitoribus.*
Sat [k] habet favitorum semper, qui rectè facit,
Si illis fides est, quibus est ea res [l] in manu.
Hoc quoq; etiam mihi in mandatis dedit,
Ut Conquisitores fierent Histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent;
Quive, quò placeret alter, fecissent, minus;
Ejus [m] ornamenta, & corium uti conciderent.
Mirari nolim vos, quapropter Juppiter
Nunc Histriones curet; ne miremini.
Ipse hanc acturu'st Juppiter Comœdiam.
Quid admirati estis? Quasi verò novom
Nunc proferatur, Jovem facere [n] histrioniam.
Etiam Histriones [o] annò cùm in [p] proscenio hic
Jovem invocârunt, venit: auxilio Is fuit.
Præterea [q] certò prodit in Tragœdiâ.
Hanc fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipse aget,
Et ego unà cum illo nunc. VOS *animum advortite,*
Dum hujus ARGUMENTUM *eloquar* COMOEDIÆ.

HÆC *Urbs est* THEBÆ. *in illisce habitat ædibus*
Amphitruo, natus Argis, ex [r] Argo patre,
[s] *Quicum* ALCUMENA *est nupta,* [t] *Electri filia.*
Is nunc Amphitruo præfectu'st legionibus.
Nam cum Teleboïs est bellum Thebano [u] poplo.

a *Cavea* locus est unde populus spectat. Vide Elect. Pl. Tit. *Theatri.*
b Assignatos, adjudicatos.
c Ambiverint aliqui.
d Palmam dare Ædiliũ fuit: quia hi Ludis præerant. Artificem intelligit scenicum. Vide Elect. Pl. *Fabularum. Aedilium.*
e Iurabant enim Ædiles, se ei daturos palmam, qui omnium optime egisset. Vide Elect. Pl. *Ludorum.*
f *Dederint.* ἀρχαϊκῶς.
g Auferendi casu positum. *Sensus est*: Quâ pœnâ afficiuntur, qui magistratũ largitione, & consimili pacto adipiscuntur, eadẽ pœnâ affici voluit Iupp. & illum histrionem, qui sibi palmam ambiverit, & eum spectatorem, qui histrioni palmã ambitione conciliarit. De *Sirempse* vide Lexicon nostrum.
h Esse, pro victoribus se gerere. Sich bessen konnen rühmen.
i Quomodo?
k Qui recte facit, suâ virtute nititur potest, si modo virtutis alienæ æstimatores fidi sunt, & integri.
l Penes quos ejus rei potestas est.
m *Hoc est*: vestitu spoiient, & tergum loris discindant, si quos tales histriones invenerint, qui certis spectatoribus mandarunt, ut sibi plauderent, perfecerunt que, quo minus alter histrio placeat. n Sic dicitur, ut *Alimonia, Querimonia,* &c. o Ante annum. Lex. p Pars anterior scenæ. q Sine controversiâ, & sine cujusquam reprehensione. Est autem Fabula hæc Tragico-Comœdia, versu 59. r Ex Argivo patre. s Nota & sic Latinè dici vulgò: *Nupsit illi.* t ἤλεκτρος pater Alcmenæ: Aliàs ἠλεκτρύων. Vide Lex. D. o Troj. u κατὰ συγκοπὴν. populo.

Is prius

Is priusquam hinc abiit ipsemet in exercitum,
Gravidam Alcumenam uxorem fecit suam.
Jam ego vos novisse credo, [a] *ut sit Pater meus:*
Quàm liber [b] *harum rerum multarum siet,*
Quantusq; amator siet, quod complacitu'st semel.
Is amare occepit Alcumenam [c] *clam virum,*
Usuramq; ejus corporis cepit sibi,
Et gravidam fecit is eam compressu suo.
Nunc de Alcumenâ, ut rem teneatis rectius,
Utrinq; est gravida, & ex [d] *viro, & ex summo Jove.*
Et meus Pater nunc intus hic cum illâ cubat:
Et hac ob eam rem nox est facta longior,
Dum illa, quâcum volt, voluptatem capit:
Sed ita adsimilavit se, quasi Amphitruo siet.
Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quod ego huc processi sic cum [e] *servili schemâ.*
Veterem atq; antiquam rem novam ad vos proferam.
Propterea ornatus in novom incessi modum.
Nam meus Pater intus nunc [f] *en-eCum Juppiter*
In Amphitruonis vortit sese imaginem.
Omnisq; eum esse censent servi, qui vident:
Ita [g] *vorsipellem se facit, quando lubet.*
Ego servi sumpsi Sosiæ mihi imaginem,
Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum:
Ut præservire amanti meo possem Patri:
Atq; ut ne, qui essem, familiares quærerent,
Versari crebrò hic quòm viderent me domi.
Nunc quòm esse credent servom, & conservom suum,
Haut quisquam quæret, qui siem, aut [h] *quid venerim.*
Pater nunc intus suo [i] *animo morem gerit,*
Cubat [k] *complexus, quojus cupiens maxum' est,*
Quæ [l] *illi ad legionem facta sunt, memorat Pater*
Meus Alcumenæ. at illa illum censet virum
Suum esse, quæ cum mœcho est. ibi nunc meus Pater
Memorat legiones hostium ut fugaverit:
Quo pacto sit donis donatus plurumis.
Ea dona, quæ illic Amphitruoni sunt data,
Abstulimus. facile meus Pater, quod volt, facit.
Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu,
Et Sosia servos quojus ego hanc fero imaginem.
Nunc internosse ut nos possitis facilius,

a Qualis sit. Lex. *Ut.*
b Adulteria & stupra significat: quæ Iup. liberè & licenter facere solet.
c Aliàs, *clam viro.*
d Marito.
e *Schema*, est ornatus. σχῆμα, & σχῆμα teste Hesychio. Antiqui nomina neutra tertiæ declin. protulerũt in primâ. Vide Lexicon. *Schema.* Vide etiam Pers. act. 4. sc. 2. vers. 2.
f *Eccum* etiam absentib. accommodatur. Vide Lex.
g Alios atq; alios vultus sumit, tamquam Proteus.
h Ad quid. quare ven.
i Suæ libidini servit.
k *Scil.* eam.
l Pro *illic.* Lex.

Digitized by Google

Ego has habebo hîc usq; in [a] *petaso* [b] *pinnulas.*
Tum meo Patri autem [c] *torulus inerit aureus*
Sub petaso: id signum Amphitruoni non erit.
Ea signa nemo horum familiarium
Videre poterit: verùm vos videbitis.
Sed Amphitruonis illic est servos Sosia.
A portu illic nunc cum laternâ huc *advenit.*
Abigam jam ego illum advenientem ab ædibus.
Adest: ferit. operæ pretium hic spectantibus,
Jovem & Mercurium facere Histrioniam.

ACTUS PRIMI
SCENA I.

SOSIA. MERCURIUS.

QUI *me alter est audacior homo? aut qui* me *confidentior?*
Juventutis [d] *mores qui sciam, qui* [e] *hoc noctu solus ambulem?*
Quid faciam? si nunc [f] *tres viri me in carcerem compegerint.*
Inde cras quasi è promptariâ [g] *cellâ depromar ad flagrum,*
Nec causam [h] *liceat dicere mihi, neq; in ero quicquam auxilij siet.*
Nec quisquam sit, quin me omnes esse dignum deputent:
Ita quasi incudem me miserum homines [i] *octo validi cadant:*
Ita peregre [k] *adveniens hospitio publicitùs accipiar.*
Hæc [l] *eri immodestia coëgit, me qui hoc*
Noctis à portu [m] *ingratIs* [n] *excitavit.*
Nonne idem [o] *hoc luci me mittere potuit?*
Opulento [p] *homini hoc* magis *servitus dura'st,*
Hocque magis *miser est divitis servos.*
Noctesq; diesq; [q] *adsiduo satis superq; est,*
Quo facto aut dicto od *est opus, quietus ne sis.*
Ipse Dominus [r] *dives operis, & laboris expers,*
Quodcumq; homini accidit [s] *libére, posse retur,*
Æquom esse putat, non reputat laboris quid sit,
Nec æquom, anne iniquom inperet, cogitabit.

a *Petasus* est pileus viatorius solē defendens. à πετάννυμι, *dilato*. Idem est cum *Causia*.
b *Pinnulæ* sunt parvæ pennæ.
c *Torus* est quivis funis ex loris retortus. unde nomen habet. Quod autem toris lecti tenderentur, ab eo toros vocarunt. Vide Lex.
d Sic solebat juvẽtus Attica tota luxu perdita publicā pacem turbare nocturnis grassationibus. Trin. 2. 2. v. 34.
e Tam serâ & intempestâ.
f *Sc.* tanquā grassatorem nocturnū, sicarium aut parentum percussorem. Vide Elect. Pl. Tit. *Noctiv. Grassation*.
g Vide Lex. *Cella promptuaria.*
h Nec mihi licet verbis purgare, quo minus cædar.
i Trium viri enim octo lictores habebant, qui eorum jussu in damnatū animadvertebant. Vide Elect. Pl. Tit. *Magistratuum*. & Victor. lib. 3. c. 1. Var. L.
k Alludit ad eos qui peregre advenientes honoris causâ publicè excipiuntur. Vide Elect. Pl. *Peregrinationis*.
l Hæc omnia, inquit, quæ dixi, heri procuravit immodestia, qui me, &c.
m Vide Lexicon.
n A portu exegit, nec ibi quietem ducere passus est. Vide Lexicon. o Huc. Vide Lex. p Sub opulento homine in eo servitus est durior, quam sub paupere, quod dies noctesque satis negotij est servo, neque unquam quiescit. *Servitus opul. hom.* quam servit quis homini opulento. q Diviti. Vide Lex. r Dives servis seu operariis. s Quicquid accidit, ut homini assubescat, id retur posse sibi libere.

Ergò

Ergò in servitute [a] *expetunt multa iniqua:*
Habendum, & ferundum hoc onus est cum labore.
ME. *Satius est me queri illo modo servitutem hodie,*
Qui fuerim liber, [b] *eum nunc potivit Pater*
Servitutis: hic [c] *qui verna natus est, queritur.*
Sum verò verna, [d] *verbero.* SO. *Nunc vero mihi in* [e] *mentem fuit,*
DIs advenientem gratias pro meritis agere, atq; [f] *adloqui.*
Na illi edepol, si merito meo referre studeant gratias,
Aliquem hominem adlegent, qui mihi advenienti os [g] *occillet probê:*
Quoniam benè quæ in me fecerunt, ingrata ea habui, atq; inrita,
ME. *Facit ille quod volgo haut solent,* [h] *ut quid se sit dignum, sciat.*
SO. *Quod numquam opinatus fui, neq; alius quisquam civium*
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi potiremur domum.
Victores victis hostibus legiones reveniunt domum,
Duello extincto maxumo, atq; [i] *internecatis hostibus,*
Qui multa Thebano populo acerba objecit funera,
Id [k] *vi & virtute militum victum atq; expugnatum oppidum'st,*
Imperio [l] *atq; auspicio eri mei Amphitruonis maxumè,*
Qui prædâ, atq; agro, [m] *adoreâq; adfecit populares suos,*
Regiq; Thebano Creonti regnum stabilivit suum.
Me à portu præmisit domum, [n] *ut hæc nuntiem uxori suæ:*
Vt [o] *gesserit Rempublicam ductu, imperio, auspicio suo,*
Ea nunc [p] *meditabor, quomodo illi dicam, quòm illò advenero.*
Si dixero [q] *mendacium,* [r] *solens meo more fecero.*
Nam quòm illi *pugnabant maxumê, ego* tum *fugiebam maxumê.*
Verumtamen quasi adfuerim, simulabo, atq; audita eloquar.
Sed quomodo & verbis, quibus me deceat fabularier,
* *Prius ipse mecum etiam volo hic meditari, sic hoc proloquar.*
Principiò, [f] *ut illò advenimus, ubi primùm terram tetigimus,*
Continuò Amphitruo delegit viros [t] *primorum principes.*
Eos legat: Telebois jubet sententiam ut dicant [u] *suam.*
Si [x] *sine vi, & sine bello velint rapta, & raptores tradere,*
Si quæ asportassent, redderent; se exercitum [y] *extemplò domum*
Reducturum, abituros [z] *agro Argivos, pacem atq; otium*
Dare illis, sin aliter sient animati, neq; dent, quæ petat:
Sese [aa] *igitur summâ vi, viruq; eorum oppidum* [bb] *expugnassere.*
Hæc ubi Telebois Ordine iterarunt, quos [cc] *præfecerat*
Amphitruo, magnanimi viri, freti virtute & viribus
Superbi nimis, ferociter legatos nostros increpant.

a Accidunt, eveniunt. *Nonius.*
b Me, qui fui liber, pater pro suo nunc compotem servitutis fecit. De *Fano.* Vide Lex.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Servitutis.*
d Paronomasia.
e Vide Calligr. tit. *Animi.* & Lex. *In.*
f Salutare Deos, ut peregre advenies. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinat.*
g Vide Lex. Os pugnis frangat atque contundat.
h Sosia scit se nequam esse, & malo dignũ, quod pauci faciunt.
i Penitus interfectis. Vide Lex.
k Vide Lex.
l Neq; enim iidem semper sunt duces belli, qui auspices.
m Vide Lex.
n Vide Elect. Plaut Tit. *Peregrinat.*
o Vide Calligr. Pl. Tit. *Reipub.*
p μελετήσω. Ea mihi curæ erunt.
q Vide Lex.
r Vt soleo.
* Hic versus in Fragmentis vulgo recitatur.
f Artificium Poëtæ notandum. Vide Elect. Pl. Tit. *Fabularum.*
t Vt legatos. Den Kern auß der Ritterschafft.
u Ad Amphitruonem hoc reciprocatur.
x Vide Elect. Plaut. Tit. *Belli.*
y Vide Lex.
z Quia Amphitruo etsi Argivus, tunc tamen Imperator fuit populi. Theb.

aa Vide Lex. *Igitur* pro *deinde.* *bb* Expugnaturum esse. Vide Lex. *Infinitivi.* *cc* Postquam eadem iisdem verbis retulerunt ij, quos ad Teleboas legatos miserat.

Respondent, bello & se, & suos tutari posse: proinde uti
Properè de suis finibus exercitus deducerent.
Hæc ubi Legati pertulére, Amphitruo castris ilicò
Producit omnem exercitum: contrà [a] *Teleboæ ex oppido*
Legiones educunt suas, nimis pulcris armis præditai.
Postquam utrimq; exitu'st maxumâ copiâ,
Dispertiti viri, [b] *dispertiti Ordines:*
Nos nostras more nostro, & [c] *modo instruximus legiones. item*
Hostes contra legiones suas instruunt:
Deinde utriq; Imperatores in medium exeunt
Extra [d] *turbam Ordinum, conloquuntur simul,*
Convenit, victi utri sint eo prælio,
Vrbem, agrum, aras, focos, seque uti [e] *dederent.*
Postquam id actu'st, tubæ utrimq; canunt. contrà
Consonat terra, clamoremque utrimq; efferunt.
Imperator utrimq; hinc & illinc Jovi
Vota suscipere, hortari exercitum
Pro [f] *se quisq;* [id quod quisq; potest, & valet]
Edit, ferro ferit, tela frangunt; boat
Cælum fremitu virûm: ex spiritu atq; anhelitu
Nebula [g] *constat: cadunt vulneris vi, & virium.*
Deniq;, ut [h] *volumus, nostra superat manus,*
Hostes crebri cadunt: nostri contrà [i] *ingruunt. Vicimus vi feroces.*
Sed [k] *fugam in se tamen nemo convortitur,*
Nec recedit loco, quin [l] *statim* [m] *rem gerat.*
Animam omittunt, priusquàm loco demigrent:
Quisq; [n] *ut steterat, jacet, obtinetq; Ordinem.*
Hoc ubi Amphitruo erus conspicatus est meus,
Ilicò equites jubet dexterâ inducere.
Equites parent citi: ab dexterâ maxumo
Cum clamore involant, impetuq; alacri
Fœdant, & proterunt hostium copias, [o] *jure injustas.*
ME. *Numquam etiam quicquam adhuc verborum'st proloquutus perperam.*
Namq; ego fui illic in re [p] *præsenti, & meus, quòm pugnatu'st, Pater.*
SO. *Perduelles* [q] *penetrant se in fugam. ibi nostris animus additu'st.*
Vortentibus Telebois, [r] *telis conplebantur corpora.*
Ipsusq; Amphitruo Regem Pterelam suâ obtruncavit manu.
Hæc [s] *illic est* [t] *pugnata pugna usq; à mane ad vesperum.*
Hoc adeò [u] *hoc conmemini magis, quia illo die inpransus fui.*
Sed prælium id tandem diremit nox interventu suo.
Postridie in castra ex urbe ad nos veniunt flentes Principes:

Vc

[a] Vide Lex. *Legiones.*
[b] Formulæ ex strictiâ militari. Vide Elect. *Militar.*
[c] Arbitratu nostro.
[d] Multitudinem, sive exercitum.
[e] Vide Lex.
[f] Studiosè, summâ ope, omniq; conatu.
[g] Conflatur. erigitur.
[h] Vide Lex. *Ut volo.*
[i] Vide Lex.
[k] Fugam in se: h. e. in castra nemo cõversam inclinatiq; habet. Vide Lex. *Converti.*
[l] Vide Lex.
[m] Pugnet, hostem feriat.
[n] Vbi. Vide Lex.
[o] Injustissimas. MS. Pal. quart. notat: *id est, odiosas.* Servius.
[p] Cas. 2. 8. v. 65.
[q] Vide Lex. *Verba neutra.*
[r] Versis. Vide Lex. *Verba activa.*
[s] Illic.
[t] Vide Lex. *Atticismus.*
[u] Ideò.

Velatis [a] *manibus orant,* [b] *ignoscamus peccatum suum:*
Deduntque se, divina humanaque omnia, Urbem, & liberos,
In deditionem, arbitratum, cuncti, Thebano poplo.
Post ob virtutem ero Amphitruoni patera donata 'st aurea,
Qui [c] *Pterelas potitare Rex solitu' st. hæc sic dicam eræ.*
Nunc pergam eri imperium exequi, & me domum capessere.
ME. *At at! illic hucituru' st, ibo ego illi obviam.*
Neque ego huc hominem hodie ad ædis has sinam umquam accedere,
Quando imago 'st hujus in me, certu' st hominem eludere.
Et enim verò quoniam formam capi hujus in me, & statum; [d]
Decet & facta; moresque hujus habere me similes item.
Itaque me malum esse oportet, callidum, astutum admodùm.
Atque hunc [e] *telo suo sibi, malitiâ à foribus pellere.*
Sed quid illuc est? cælum adspectat. observabo, quam rem agat.
SO. *Certè edepol scio, si quicquam 'st aliud, quod credam, aut certò sciam,*
Credo ego hac noctu [f] *Nocturnum obdormisse ebrium.*
Nam neque se Septemtriones quoquam in cælo commovent.
Neque se Luna quòquam mutat, [g] *atque uti exorta 'st semel.*
Nec [h] *Jugulæ, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.*
Ita [i] *statim stant signa: neque nox quòquam concedit die.*
ME. *Perge, Nox, ut occepisti. gere Patri morem meo,*
Optumo [k] *optumè optumam operam das: datam pulcrè locu.*
SO. *Neque ego hac nocte* [l] *longiorem me vidisse censeo.*
Nisi item unam, verberatus quam pependi [m] *perpetem.*
Eam quoque edepol etiam multò hæc vicit longitudine.
Credo edepol equidem dormire Solem, atque [n] *adpotum probè.*
Mira sunt, [o] *nisi invitavit sese in cenâ plusculum.*
ME. *Ain' verò? verbero. Deos esse tui similis putas?*
Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis, furcifer,
Accipiam; modò [p] *sis veni huc: invenies infortunium.*
SO. *Ubi sunt isti scortatores? qui soli inviti cubant.*
Hæc nox scita 'st exercendo scorto, conducto [q] *malè.*
ME. *Meus Pater nunc pro hujus verbis rectè & sapienter facit,*
Qui [r] *complexus cum Alcumenâ cubat amans, animo obsequens.*
SO. *Ibo, ut, erus quod imperavit, Alcumenæ nuntiem.*
Sed quis est hic homo, quem ante ædis video hoc noctis? non placet.
ME. *Nullus est hoc* [s] *metuculosus æquè.* SO. *quòm* [t] *mihi in mentem venit,*
Illic hoc homo denuò volt pallium [u] *detexere.*
ME. *Timet homo: deludam ego illum.* SO. *perij! dentes pruriunt.*
Certè advenientem hic me [x] *hospitio pugna accepturu' st.*

a vide Elect. Plaut. Tit. *Supplicat.*
b vide Calligr. *Ignoscendi.*
c Quà. Vide Lex. Et *Pterelas*, pro, *Pterelaus.*
d vide Lex.
e Suo ipsius telo.
f Noctis Deus. vide Elect. Plaut. *Deorum*, h. e, Noctis spatia nimis longè prorogantur à Nocturno.
g Quam ubi ex.
h Vide Lexicon.
i fixè.
k elegans παρήχησις.
l Quâ natus est Hercules. vide Elect. Pl. Tit. *Noctis.*
m Perpetuam. *Festus.*
n ebrium. vide Lex.
o Nisi meracius & plus æquo bibit. Vide Lex. *Invitare.*
p Si vis. vide Lexic.
q Carè, dispendiosè, magno. Lex. *Male.* & *pre.*
r Passivè. vide Lex.
s Meticulosior. vide Lex. *Periphrasis.*
t Cùm cogito. ὅταν ἀνοῶ.

u Proindè quasi hoc pallium meũ textoris operà adhuc indigeat: ille autem ut textor id sit perfecturus, eo me despoliare ac nudum statuere cogitat. Mercurius enim se ad pugnam componens brachia huc, & illuc jactabat in morem textoris.
x Accipiet me peregre advenientem non hospitio aut cenis, sed pugnis: ita ut alludatur ad hospitium, cui *Pugna*, vel adeò *Pugnus* fuerint insignia. Vide Pœn. . 3. . .

Credo misericors est nunc propterea, quòd me meus
Fecit ut vigilarem; hic pugnus faciet hodie ut dormiam.
Oppidò interii! obsecro hercle, quantus, & quàm validus est!
ME. *Clarè* [a] *advorsùm fabulabor. hic auscultet, quæ loquar.*
Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum.
Agite pugni! iam diu'st, quod ventri [b] *victum non datis.*
Jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor
In [c] *soporem conlocastis* [d] *nudos.* SO. *formido malè,*
Ne ego hic nomen conmutem meum, & [e] *Quintus fiam è Sosiâ.*
Quatuor viros sopori se dedisse hic [f] *autumat;*
Metuo ne numerum augeam illum. ME. *hem! nunc jam ergò sic colo.*
SO. [g] *Cingitur; certè expedit se.* ME. *Non feret, quin vapulet.*
SO. *Quis homo?* ME. *Quisquis homo huc profectò venerit, pugnos edet.*
SO. *Apage! non placet, me hoc* [h] *noctis esse: cenavi modò:*
Proin tu istam cenam largire, si sapis, esurientibus.
ME. *Haut malum huic est pondus pugno.* SO. *Perii! pugnos ponderat.*
ME. *Quid si ego illum* [i] *tractim tangam? ut dormiat.* SO. *Servaveris.*
Nam continuas has tris noctis pervigilavi. ME. *Pessimum'st*
Facinus, nequiter ferire malam [k] *maledicis; Manus,*
Altâ formâ oportet, quem tu pugno [l] *legeris.*
SO. *Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuò.*
ME. *Exossatum os esse oportet, quem probè percusseris.*
SO. *Mirum, ne hic me quasi muranam exossare cogitat,*
Vltrò [m] *isthunc, qui exossat homines. perii! si me aspexerit.*
ME. *Olet* [n] *homo quidam malo suo.* SO. *Hei! num nam ego obolui?*
ME. *Atque haut longè* [o] *abesse oportet, verùm longè hinc* [p] *absuit.*
SO. *Illic homo* [q] *superstitiosus est.* ME. *Gestiunt pugni mihi.*
SO. *Si in me* [r] *exerciturus, quæso in parietem ut primùm domes,*
ME. *Vox mihi ad aures advolaBit.* SO. *Næ ego homo infelix fui,*
Qui non alas [s] *intervelli,* [t] *volucrem vocem gestito.*
ME. *Illic homo à me sibi malam rem arcessit* [u] *jumento suo.*
SO. *Non equidem ullum habeo jumentum.* ME. *Onerandu'st pugnis probè.*
SO. *Lassus sum hercle è navi, ut huc vectus sum, etiam nunc nauseo.*
Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existumes.
ME. *Certè enim hic nescio quis loquitur.* SO. *Salvos sum, non me videt,*

Ne-

a Cõtra alloquar. ut infr. ℣. 182.
b Imitatur minas velit res Plani ac spoliatoris, grassatoris.
c Plagis malè mulctatos & ictibus sopitos, propeque exanimatos stravistis.
d Vestimentis spoliatos. Vide Lexicon.
e Locus ex ambiguo. *Quintus* prænomen. & nomen ordinis.
f dicit, prædicat.
g Accingitur, gradum ad præliandum componit.
h Non lubido est nocte tam serâ edere. Vide Lex. *Esse.*
i Quemadmodum videl. nutriculæ, quæ pusiones palma leninscule demulcent, ut dormiant.
k *Quasi dicat.* Cum prorsus iniquum sit, maledicis hominibus leviter, & leniter præcidere os, oportet, ô Manus, ut quemcumque tu composita in pugnum percusseris, formam totam immutet.
l *Legere* vindemiatorum est. Vide Lex. m Procul esto à me, & capite meo. vide Lex. *Vitr.* Cas. 2. ℣. 3. n Hominis cujusdam odor ad nares meas pervenit, magna ipsius pœna. Vide Herald. ad Arnob. pag. 2'4. o Malum scil: cito fiet, ut mihi pœnas det. p Sosia, qui nunc præstò est. q Ariolus, qui scit me longe abs. Vide Lex. r Pugnos scil. s locus natus ex verbo *advolavit.* Ergò mea vox alas habet. s Pinnatam. t Plagas quærit, & verbera, sua opera', & suo malo. Vide Callígr. Tit. *Infortunij.* est enim locutio proverbialis. u Vide Callígr. *Defatigandi.* E navigatione lassus sum.

Nescio-quem [a] *loqui autumat: mihi certò nomen Sosia 'st,*
ME. *Hinc enim mihi dextera vox aures, ut videtur,* [b] *verberat.*
SO. *Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat.*
ME. *Optumè eccum incedit ad me.* SO. *Timeo: totus torpeo.*
Non edepol nunc, ubi terrarum sim, scio, siquis roget.
Neque miser me [c] *commovere possum præ formidine.*
Ilicet [d] *mandata eri perierunt, unà & Sosia.*
Verùm certu 'st confidenter hominem contra conloqui.
Igitur qui possim videri huic fortis, à me ut abstineat manum.
ME. *Quò ambulas tu? qui* [e] *Volcanum in cornu conclusum geris.*
SO. *Quid id exequiris tu? qui pugnis os exossas hominibus?*
ME. *Servos 'ne an liber?* SO. *Vtcumque animo conlibitu'st meo.*
ME. *Ain' verò?* SO. *Ajo enim verò.* ME. *verbero!* SO. *Mentiris* [f] *nunc jam.*
ME. *At jam faciam ut verum dicas dicere.* SO. *Quid eo 'st opus?*
ME. *Possum scire quò profectus, quojus sis, aut quid veneris?*
SO. *Huc eo, eri mei sum servos. numquid nunc es certior?*
ME. *Ego tibi istam hodie, sceleste, conprimam linguam.* SO. *haut potes.*
Benè pudicéque adservatur. ME. *Pergin' argutarier?*
Quid apud hasce ædis negotî 'st tibi? SO. *immò quid tibi 'st?*
ME. *Rex Creo vigiles nocturnos singulos semper locat.*
SO. *Benè facit: quia nos eramus peregrè, tutatu'st domi.*
At nunc abi sane; advenisse [h] *familiarem dicito.*
ME. *Nescio quàm tu familiaris sis: nisi actutùm hinc abis,*
Familiaris accipiére faxo haut familiariter.
SO. *Hic, inquam, habito ego, atque horunc servos sum.* ME. [i] *At scin'? quomodo?*
Faciam ego hodie te [k] *superbum, nisi actutùm hinc abis?* SO. *Quonam modo?*
ME. *Auferêre; non abibis, si ego fustem sumpsero.*
SO. *Quin med esse hujus familiæ familiarem prædico.*
ME. *Vide sis, quàm mox vapulare vis! nisi actutùm hinc abis.*
SO. *Tun' domo prohibere peregrè me advenientem* [l] *postulas?*
ME. *Hæcine tua domus est?* SO. *Ita, inquam.* ME. *Quis erus est igitur tibi?*
SO. *Amphitruo, qui nunc præfectu'st Thebanis legionibus:*
Quicum nupta 'st Alcumena. ME. *Quid ais? quid nomen tibi 'st?*
SO. *Sosiam vocant Thebani,* [m] *Davo prognatum patre.*
ME. *Ne tu istîhic hodie malo tuo conpositis mendaciis,*
Advenisti, audaciæ columen, [n] *consutis dolis.*
SO. *Immò equidem tunicis consutis huc advenio, non dolis.*
ME. *At mentiris etiam: certò pedibus, non tunicis venis.*
SO. *Ita profectò.* ME. *Nunc profectò vapula ob mendacium.*

SO. Non

[a] Alluditur ad ἔπη Homericũ? [b] Vide Calligr. *Audiendi.* [c] Metus namque incertos ac trepidos facit. [d] Vide Lex. [e] Qui ignem in laternà corneà clausum geris. Vide Elect. Plaut. tit. *Laternarum.* [f] Vide Lexic. *Parelcon.* Mentiris te verberare. Iocus. [g] locus impudicus de lingua fellatrice. Vide Elect. Pl. *Rei Venereæ.* Rud. 4. . ℣. 20. [h] Quia Sosias solus præmissus erat domum absque ullo socio. Vide Lex. *Familiaris.* [i] Est formula minantis. Vide Aul. 5. 1. ℣. 22. Bach. 4. . ℣. 12. Rud. . 5. ℣. 15. [k] Iocus ex ambiguo. Faciam ut dives delicatus fias, qui pedibus tuis non ambules. Vide Lex. *Superbus.* Alij de mortuo interpretantur. [l] *Davus* hic idem est, quod *Vulpes* in Fabb. Æsopi. [m] Vide Calligr. *Fallendi.* [n] Vide Lex. Nota etiam argutiam. in *Trajectis.* Vide Curc. 2. 3. ℣. 41. Pœn. 5. 5. ℣. 4. Stich. 3. 2. ℣. 41. Terent. Andr. 2. 2. ℣. 30.

Google

SO. *Non edepol volo profectò.* ME. *At pol profectò* [a] *ingratIs?*
SO. *Hoc quidem profectò certu'st, non est arbitrarium.*
ME. *Tuam fidem obsecro! tun' te audes Sosiam esse dicere?*
Qui ego sum. SO. *Perij!* ME. *Parum etiam,* [b] *praeut futurum'st, praedicas.*
Quojus nunc es? SO. *Tuus. nam pugnis usufecisti tuum.*
Pro fidi [c] *Thebani cives!* ME. *Etiam clamas? carnufex.*
Eloquere, [d] *quid venisti?* SO. *Vt esset, quem tu pugnis caederes.*
ME. *Quojus es?* SO. *Amphitruonis, inquam, Sosia.* ME. *Ergò isthoc magis,*
Quia vaniloquus, vapulabis. ego sum, non tu, Sosia.
SO. *Ita DI faciant! ut tu potius sis, atque ego te ut verberem.*
ME. *Etiam* [e] *muttis?* SO. *Jam tacebo.* ME. *Quis tibi eru'st?* SO. *Quem tu voles.*
ME. *Quid igitur? qui nunc vocare?* SO. *Nemo, nisi quem jusseris.*
ME. *Amphitruonis te esse ajebas Sosiam.* SO. *Peccaveram.*
Namque *Amphitruonis* [f] *sociennum me esse volui dicere.*
ME. *Scibam equidem nullum esse nobis, nisi me, servom Sosiam.*
Fugit [g] *te ratio.* SO. [h] *Vtinam istuc pugni fecissent tui!*
ME. *Ego sum Sosia ille, quem tu dudum esse ajebas mihi.*
SO. *Obsecro, ut per pacem liceat te alloqui, ut ne vapulem.*
ME. *Immò* [i] *indutiae parumper fiant, si quid vis loqui.*
SO. *Non loquar, nisi pace factâ: quando pugnis plus vales.*
ME. *Dicito, si quid vis, non nocebo.* SO. *Tuae fidei credo?* ME. *Meae.*
SO. *Quid si falles!* ME. *Tum Mercurius Sosiae* [k] *iratus fiet!*
SO. *Animum advorte. nunc licet mihi liberè quidvis loqui.*
Amphitruonis ego sum servos Sosia. ME. *Etiam denuo?*
SO. *Pacem feci, fedus feci, vera dico.* ME. *Vapula.*
SO. *Vt libet, quid tibi libet fac: quoniam pugnis plus vales.*
Verùm utut es facturus, hoc quidem hercle haut reticebo tamen.
ME. *Tu me* [l] *vivo hodie numquam facies, quin sim Sosia.*
SO. *Certè edepol tu me* [m] *alienabis numquam, quin noster siem.*
Nec nobis, praeter me, alius quisquam 'st servos Sosia,
Quicum Amphitruone hinc unà ieram in exercitum.
ME. *Hic homo sanus non est.* SO. *Quod mihi praedicas vitium, id tibi 'st.*
Quid, malum! non sum ego servos Amphitruonis Sosia?
Nonne hac [n] *noctu nostra navis ex* [o] *portu Persico*
Venit, quae me advexit? nonne me huc erus misit meus?
Nonne ego nunc hic sto ante aedis nostras? non mihi est laterna in manu?
Non loquor? non vigilo? nonne hic homo modo me pugnis contudit?
Fecit hercle. nam mihi etiam misero nunc malae dolent.
Quid igitur ego dubito? aut cur non intrò eo in nostram domum?
ME. *Quid domum vostram?* SO. *Ita enimvero.* ME. *Quin* [p] *quae dixisti modò,*

Omnai

a Vide Lex. *Praeut.*
b Vide Calligr. *Inclamandi.*
c Quare huc venisti.
d Vide Lex.
e Vide Lex.
f q.d. Ne iterũ decipiat te proximitate soni, qui est inter *Sosiam*, & *socium*, dico me Amphitruonis *sociennum*. Vide Lex.
g errasti. Vide Calligr. *Errore*. Most. 3.2.7.6.
h utinam me pugni fugissent tui, sicut me rationẽ fugisse dicis.
i vide Lex.
k locus. DE DIs *iratis* vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*
l Dein lebetag nicht.
m Qui sum familiaris, & domesticus.
n hac nocte *Macrob.*
o Ex mari Euboico, quod in eo steterit classis Persarum, non procul à Thebis.

Digitized by Google

Omnia ementitus. equidem Sosia Amphitruonis sum.
Nam noctu [a] *hâc soluta'st Navis nostra è Portu Persico.*
Et ubi Pterela Rex regnavit, Oppidum expugnavimus:
Et Legiones Teleboarum [b] *VI pugnando cepimus.*
Et ipsus Amphitruo obtruncavit Regem Pterelam in prœlio.
SO. *Egomet mihi non credo, quòm illac autumare illum audio.*
Hic quidem certè, quæ illîc sunt res gestæ, memorat [c] *memoriter.*
Sed quid ais? quid Amphitruoni à Telebois datum'st?
ME. *Pterela Rex* [d] *quî potitare solitu'st; Patera aurea.*
SO. *Eloquutu'st. ubi Patera nunc est?* ME. *In Cistulâ,*
Amphitruonis obsignatâ Signo, est. SO. *Signi dic quid est?*
ME. *Cum* [e] *Quadrigis* SOL *exoriens. quid me* [f] *captas? Carnufex.*
SO. [g] *Argumentis vicit: aliud Nomen quærendu'st mihi.*
Nescio unde hæc hic spectavit. jam ego hunc decipiam probè.
Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius adfuit
In Tabernaculo; id quidem hodiè numquam poterit dicere.
Si tu Sosia es, Legiones quòm pugnabant maxumè;
Quid in Tabernaclo fecisti? Victus sum; si dixeris.
ME. *Cadus erat Vini: inde inplevi* [h] *Hirneam.* SO. *Ingressu'st* [i] *viam.*
ME. *Eam ego, ut* [k] *Matre fuerat natum; Vini eduxi meri.*
Factum'st illud, ut ego illic Vini Hirneam ebiberim meri.
SO. *Mira sunt, nisi latuit intus-illic in illâc Hirneâ.*
ME. *Quid nunc? vincón' argumentis? te non esse Sosiam.*
SO. *Tu negas med esse?* ME. *Quid ego nî negem? quid egomet siem.*
SO. *Per Jovem juro! med esse: neq; me falsum dicere.*
ME. *At ego per Mercurium juro! tibi Jovem non credere.*
Nam injurato, scio, plùs credet mihi, quàm jurato tibi.
SO. *Quis ego sum* [l] *saltem? si non sum Sosia: te interrogo.*
ME. *Ubi ego Sosia jam nolim esse, tu esto sanè Sosia.*
Nunc quando ego sum; vapulabis, nî hinc abis [m] *ignobilis.*
SO. *Certè edepol, quòm illum* [n] *contemplo, & formam cognosco meam,*
Quemadmodum ego sum: sæpè in Speculum inspexi; nimis simil' est mei.
Itidem habet Petasum, ac Vestitum: tam [o] *consimil' est; atq; ego.*
Sura; pes, statura, [p] *tonsus, oculi,* [q] *nasum, vel labra,*
Malæ, mentum, barba, collum: totus. quid verbis opu'st?
Si tergum cicatricosum, nihil hoc simil' est similius.
Sed quòm cogito; equidem certò idem sum, qui semper fui.
Novi Erum; [r] *novi Ædis nostras. sanè sapio, & sentio.*
Non ego illi obtempero, quod loquitur: pultabo foris.

C   ME. Quo

a ἀρχαϊσμός. *nocte.* Macrob. lib. 1. cap. 4. Nota etiam formulam: *Solvere navem.* Cicero absolutè dicit *solvere.*
b Ambig. sex pugn. cep. *Vel*: Vi & virtute Militum: non pactione. κατὰ τὸ κράτος. Vide Lex. *Capere.*
c Vide Lex. *Parallela.*
d Quâ.
e Vide Elect. Pl. Tit. *Annulorum.*
f Quid per captiosas interrogationes à me veritatẽ exquiris? cùm horum insciens videaris.
g Secum ista loquitur, usque ad vers. 271.
h Vas vinarium. Vide Lex.
i Asin. 1. 1. ℣. 38. Cas. 1. 1. ℣. 33.
k Ita ut ex vite seu ex uva potiùs expressum fuerat, exhausi. Significat ergò se meracum, non infucatum vinum bibisse. Vide Calligr. Tit. *Bibendi.* Nota etiam Græcismum. Nam Græci *Filiorum*: τῶν τέκνων, καὶ παίδων nomina tribuebant etiam rebus inanimatis.
l Vide Lex. *Saltem.* pro; *tandem*: vel; *igitur.* Confer Mil. 2. 5. ℣. 17.
m Ignotus, & sine aliquo nomine. Vide Lex.
n Vide Lex.
o Consimilis.

Vide Lex. p Tonsurâ. *Nonius.* q τὸ nasum. r Menæch. 5. 5. ℣. 58. & τὸ *Sanè*: est, *Saniter.*

ME. *Quid agis te?* SO. Domum. ME. *Quadrigas* [a] *si nunc inscendas Jovis,*
Atq; hinc fugias; ita vix poteris ecfugere infortunium.
SO. Nonne *Era mea nuntiare, quod Erus meus jussit, licet?*
ME. *Tua si quid vis nuntiare, hanc nostram adire non sinam,*
Nam si me inritassis, hodie [b] *Lumbifragium hinc auferes.*
SO. *Abeo potius.* DI *inmortales! obsecro vostram fidem!*
Vbi ego perii? ubi inmutatus sum? ubi ego formam perdidi?
An egomet me illic [c] *reliqui? si forte oblitus fui.*
Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac fuerat, possidet.
Vivo [d] *fit, quod numquam quisquam mortuo faciet mihi.*
Ibo ad Portum; atq; hæc ut sunt facta, Ero dicam meo.
Nisi etiam is quoq; me ignorabit; quod [e] *ille faciat Juppiter!*
Vt ego hic hodie [f] *raso capite calvos capiam Pileum.*

a ὑπερβολικῶς. Vide Calligr. *Celeritatis. Fuga.*

b Lumborum fracturam. Bringstu mich auff, so schlag ich dich, daß du die Lenden nachschleppest.

c An fieri forte potuit? ut egomet Sosia non iverim una cum Hero Amph. ad exercitum, sed illic domi restiterim: idque tamen nunc omnino dememinerim.

d Me vivo imago mea præfertur: quod nemo me mortuo faciet. Vide Elect. Plaut. Tit. *Funeris.* Mostell. 2. 1. ✠. 80.

e δεικτικῶς. *Ille* Iupp. in Cælo.

f *H. e.* ut fiam liber. Vide Elect. Pl. Tit. *Servitutis.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

MERCURIUS.

BENE prospereq; hoc hodie [g] *operis processit mihi:*
Amovi a foribus maxumam molestiam,
Patri ut liceret tuto illam amplexarier.
Jam ille illuc ad Erum quom Amphitruonem advenerit,
NarraVit Servom hinc sese a foribus Sosiam
Amovisse. ille adeo illum mentiri sibi
Credet, neq; credet huc profectum, ut jusserat.
Erroris [h] *ambo ego illos, & dementiæ*
Conplebo, atq; omnem Amphitruonis familiam
Adeo; usq; satietatem [i] *dum capiet Pater*
Illius, quam amat. [k] *igitur tum demum omnes scient,*
Quæ facta. deniq; Alcumenam Juppiter
Rediget antiquam in concordiam Conjugis.
Nam Amphitruo actutum Vxori turbas conciet,
Atq; insimulaVit eam [l] *probri. tum meus Pater*
Eam seditionem illi in [m] *tranquillum conferet.*
Nunc de Alcumena dudum [n] *quod dixi minus;*
Hodie illa pariet Filios Geminos duos:

g Quod confeci in Sosia amovendo a foribus.

h Ambos. Vide Lex. Nota syntax. τοῦ *Complere:* & *Implere.* Men. 5. 5. ✠. 3. Merc. 2. 1. ✠. 74.

i Eo usq; dum Pater libidinem suã explebit, Alcumenam complexus.

k Postea. Vide Lex. *Igitur.*

l Stupri.

m Sedabit.

n Quod vobis de Alcumena nondum edissertavi.

Alter

Alter decumo pòst mense nascetur Puer,
Quàm seminatus; alter mense septumo.
Eorum [a] *Amphitruonis alter est;* [b] *alter Jovis.*
Verùm [c] *Minori Puero Major est Pater;*
Minor [d] *Majori. jamne hoc scitis, quid fiet?*
Sed Alcumenæ hujus honoris gratiâ,
Pater curavit, uno [e] *ut fœtu fieret;*
Vno ut labore absolvat Ærumnas duas,
Et ne in [f] *suspicione ponatur stupri,*
Et clandestina ut [g] *celetur suspicio.*
Quamquam, ut jam-dudùm dixi, rescitet tamen
Amphitruo rem omnem. quid igitur? nemo id probro
Profectò ducet Alcumenæ. nam [h] *DEVM*
Non par videtur facere, delictum suum,
Suamq; culpam [i] *expetere in Mortalem ut sinat.*
Orationem conprimam: crepuit [k] *foris.*
Amphitruo subditivos, eccom! exit foràs
Cum Alcumenâ Vxore Vsurariâ.

a Iphiclus. De mulieris superfœtatione. Vide Elect. Pl. Tit. *Generationis. Partus.*
b Hercules.
c Herculi, qui minor, ratione fationis.
d Iphiclo.
e Vt geminos simul eniteretur.
f Secunda in *suspicione* producitur.
g Vt celetur illa suspicio: si quæ clam concepta est de stupro.
h Non videtur æquum, DEVM committere, ut sinat culpam suam expetere in Alcumenam; Hominem mortalem.
i Recidere. *Nonius.*
k Numero singulari. Vide Lex.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

IVPITER. ALCVMENA. MERCURIUS.

BENE *vale; Alcumena.* [l] *cura rem communem, quod facis.*
Atq; [m] *inperce, quæso:* [n] *menses jam tibi esse actos, vides.*
Mihi necesse 'st ire hinc: verùm quod erit gnatum, [o] *tollito.*
AL. *Quid istuc est, mi Vir, negotij? quòd tu tam subitò domo*
Abeas. JUP. *Edepol, haut quòd tui me, neq; domi distædeat;*
Sed ubi [p] SUMMUS INPERATOR *non adest ad Exercitum,*
Citiùs quod non facto 'st usus, fit; quàm quod facto 'st opus.
ME. *Nimis hic scitu' st Sycophanta, qui* [q] *quidem meus sit Pater.*
Observatote; quàm blandè Mulieri [r] *palpabitur.*
AL. *Ecastor! te experior, quanti facias Vxorem tuam.*
JUP. *Satin' habes? si feminarum nulla 'st, quam æquè diligam.*

l Rem familiarē, & liberos; quia Cōjugum omnia sunt communia.
m Diligentem curam gere corporis tui, cùm sis vicina partui.
n Legitimos ad partum.
o Nempe; sive puer sit, sive puella. Vide Elect. Pl. Tit. *Nativitatis.*
p Vide Elect. Pl. Tit. *Præsentia. Belli* τὸ *Ad*: pro, *apud* Vide Lex.
q Quamvis meus sit Pater. Sic Ovid. Epist. Heroid. XVI. ✝. 19.
r Vide Lexicon.

Digitized by Google

ME. Edepol [a] *næ illa si istis rebus te sciat operam dare,*
Ego faxim, te Amphitruonem esse malis, quàm Jovem.
AL. *Experiri istuc mavellem me, quàm mihi memorarier.*
Priùs abis, quàm [b] *lectùs, ubi cubuisti, concaluit locus.*
Erí venisti mediâ nocte: nunc abis: hocine [c] *placet?*
ME. *Accedam, atq; hanc adpellabo, & subparasitabor Patri.*
Numquam edepol quemquam Mortalem credo ego Vxorem suam
Sic [d] *ecflictim amare, proinde ut hic te ecflictim deperit.*
JUP. *Carnufex; non ego te novi? abín' à conspectu meo?*
Quid tibi hanc [e] *curatio'st rem? Verbero; aut* [f] *muttitio?*
Quoi ego jam hoc [g] *scipione!* AL. *Ah! noli.* JUP. *Muttito modò!*
ME. *Nequiter panê* [h] *expedivit prima Parasitatio.*
JUP. *Verùm* [i] *quod tu dicis, mea Vxor, non te mihi irasci decet.*
Clanculùm huc *abI à Legione;* [k] *operam hanc subripui tibi.*
Ex me primo prima scires, rem ut gessissem publicam.
Ea tibi omnia enarravi. nisi te amarem plurumùm,
Non facerem. ME. *Facítne? ut dixi.* [l] *timidam palpo percutit.*
JUP. *Nunc ne Legio persentiscat, clam illic redeundu'st mihi.*
Ne me Vxorem [m] *prævortisse dicant præ Republicâ.*
AL. *Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam Vxorem.* JUP. *Tace.*
Ne corrumpe oculos; redibo actutùm. AL. *Id* ACTUTÙM *diu'st.*
JUP. *Non ego te hîc lubens relinquo; neq; abeo abs te.* AL. *Sentio.*
Nam quâ nocte ad me venisti, eâdem abis. JUP. *Cur me tenes?*
Tempu'st: exire ex Vrbe, priusquàm [n] *luciscat, volo.*
Nunc tibi hanc Pateram, [o] *quæ dono mihi illic ob Virtutem data'st,*
Pterela REX *quî potitavit; quem ego meâ occidi manu,*
Alcumena; tibi [p] *condono.* AL. *Facis, ut alias res soles.*
Ecastor condignum donum! quale'st, qui donum dedit.
ME. *Immò sic condignum; quale'st, quoi dono datu'st.*
JUP. *Pergin' autem? nónne ego possum, Furcifer, te perdere?*
AL. *Noli, amabo, Amphitruo, irasci Sosiæ, causâ* [q] *meâ.*
JUP. *Faciam ita ut vis.* ME. *Ex Amore hic* [r] *admodùm quàm sævos'st!*
JUP. *Numquid* [s] *vis?* AL. *Vt quòm absim, me ames; me tuam absentem tamen.*
ME. [t] *Eamus; Amphitruo! luciscit hoc jam.* JUP. *Abi præ! Sosia.*
Jam ego sequar. numquid vis? AL. *Etiam* [u] *ut actutùm advenias.* JUP. *Licet.*
Priùs tuâ opinione hîc adero: bonum animum habe modò.
Nunc te, Nox, quæ me mansisti, mitto; ut cedas Diei:

Vt

a Næ & illa Iuno te unicé diliget, si tibi hoc cordi unice esse videat. Potest etiam ad Alcum. referri, nō ad Iunonem: Si te talem Alcumena norit, ita profectò te accipiet, ut simulationis hujus pœniteat.
b Casu gignendi. *Prisc.* Alij conjungunt, *lectus-locus:* & dictum putant, ut *manubiæ, machæra, & commeatus cibus.*
c *Sc.* Vt sic abeas.
d Valdè, usq; donec effligatur. Vide Lex.
e Vide Lex. *Verbalia in* lo.
f Quid muttis cōtrà? Was darffstu darwider muffen?
g ἀποσιώπησις hominis irati.
h Expedita est; peracta est. Es ist mir nicht wol abgangen. Vide Lex.
i Illud quod attinet, quod dicis, me nimis citò abire.
k Operam hanc furtim sumsi in tuam gratiam, ut nempe tibi complacerem, vomere meo sulcando arvuum tuum.
l Ægram, turbatam, commotam: abitu *sc.* viri.
m Ne dicant me uxorem pluris fecisse, quàm Remp.
n Priusquàm nox in diem eat. *Apuleius.*
o Hoc poculum, quod Iupp. pretiū concubitûs Alcmenæ dedit, oblongum fuit. *Macrob.* l. c. 21. Athen. l. XI. pag. 475. *Edit. Casaub.* p Dono. q In mei gratiam. Aliâs apud Plautum notat *quantum ad me attinet.* r *H. e.* nimiùm sævus. Alias: *Nimiùm-quantum. Immane quantum.* s Sermo discedentis. Vide Caligr. *Discedendi.* t Notat Dominum à servo suo nomine Amphitruonis compellari. u *Sc.* Volo, ut quamprimum domum revenias.

Digitized by Google

Ut [a] *Mortalis inlucificas luce clarâ, & candidâ.*
Atque quantò Nox fuisti longior hâc proxumâ,
Tantò brevior Dies ut fiat, faciam; ut [b] *aequè disparet;*
Et Dies è Nocte accedat. ibo; & Mercurium subsequar.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

AMPHITRUO. SOSIA.

AGE, *i tu secundùm. sequor.* SO. [c] *súbsequor te.*
AM. *Scelestissumum te arbitror.* SO. *nam quamobrem?*
AM. *Quia id, quod neque est, neque futurum 'st,*
Mihi praedicas. SO. [d] *ECere! jam tu autem*
Facis; ut tuis nulla apud te sit fides.
AM. *Quid est? quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam*
Scelestam, Scelus? linguam abscídam. SO. *Tuus sum:*
Proinde ut [e] *commodum 'st, & lubet, quidq; facias:*
Tamen, quin loquar haec, uti facta sunt hîc,
Numquam ullo modo me potes deterrere.
AM. *Scelestissume! audes mihi praedicare id?*
Domi te esse, nunc qui hîc ades. SO. *Vera dico.*
AM. *Malum!* [f] *quod tibi DI dabunt,* [g] *atq; ego hodiè dabo.*
SO. *Istuc tibi 'st in manu. nam tuus sum.*
AM. *Tun' me, Verbero; audes Erum ludificarier?*
Tun' id dicere audes? quod [h] NEMO *umquam Homo antehàc*
Vidit; NEC POTEST FIERI, TEMPORE UNO
HOMO IDEM DUOBUS LOCIS UT SIMUL SIT
SO. *Profectò, ut loquor, res ita 'st.* AM. *Iuppiter te perdat!*
SO. *Quid mali sum, Ere,* [i] *tuâ ex re promeritus?*
AM. *Rogásne; Inprobe, etiam? qui ludo facis me.*
SO. *Meritò maledicas mihi, si id ita factum 'st.*
|| Verùm haut mentior, resq; uti facta, dico.
AM. *Homo hic ebriu' st, ut opinor.* || SO. *Utinam ita essem!*
AM. *Opt. as, quae facta.* SO. *Egóne?* AM. *Tu istic; || ubi bibisti?*
SO. *Nusquàm equidem bibi.* AM. *Quid hoc* [k] *sit Hominis!*
|| SO. *Equidem decies dixi:*
Domi ego sum, inquam.
Ecquid audisti? apud te adsum Sosia idem.

[a] Accusandi casu. & τὸ *illucificas*, ἐνεργητικῶς positum.
[b] Faciam, ut quātū accessit noctis prolixitati, tantū de die decedat.
[c] Cominùs *sc.* Vide Lexic.
[d] Vide Lex. *Eccere.* q.d. *Per Cererem!*
[e] Pro arbitrio suo, & voluntate, quàdam cum opportunitate conjunctâ. Wie dir es wird gelegen seyn. Vide Lex.
[f] *τὸ malū* & Nomen & Interjectio esse potest. Atque hunc versum totum exscripsit Terent. Phorm. 5. 8. ℣. 83. Vide etiam Mostell. 3. 1. ℣. 121.
[g] Statim. Vide Lex.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Hominis & Corporis humani.*
[i] Quod in rem tuam esse possit: quodque in tuum commodum verti debuit.
[k] Sic in obliquo casu cū indignatione interrogat. Ey! wie bistu ein seltzamer Kerles!

|| *Sa-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

|| *Satin' hoc planè?*
Satin' disertè, Ere; nunc videor tibi locutus
Esse? AM. *Vah!* || *apage te à me!* SO. *Ecquid* [a] *est negotij?*
AM. *Pestis te tenet.* SO. *Nam* [b] *quur istuc* || *dicis?*
Equidem valeo, & salvos sum rectè; Amphitruo.
AM. *At te ego faciam hodiè* [c] *proinde ac meritus es:*
Vt minus valeas, & miser sis;
Salvos domum si rediero. jam
Sequere sis; Erum qui ludificas dictis delirantibus:
Qui, quoniam Erus quod imperavit, neglexisti persequi;
Nunc venis etiam ultrò inrisum Dominum. Quæ neque fieri
Possunt: neque [d] *fando umquam accepit quisquam, profers, Carnufex.*
Quojus ego hodiè in tergum faxo ista expetant mendacia.
SO. *Amphitruo!* MISERRUMA *istæc* MISERIA *'st* SERVO BONO,
Apud Erum qui verba loquitur; si id [e] *vi verum vincitur.*
AM. QUO *id (malum!)* PACTO POTEST *(nam mecum argumentis* [f] *puta)*
FIERI? NUNC UTI TU HÎC SIS, ET DOMI. *id dici volo.*
SO. *Sum profectò & hîc, & illîc. hoc quoivis mirari licet.*
Neque tibi istuc mirum magis videtur; quàm mihi, Amphitruo.
AM. *Quomodo?* SO. *Nihilo inquam mirum magis tibi istuc, quàm mihi.*
Neque ita me DI *benè amem! credebam primò mihimet Sosiæ.*
Donec Sosia ille egomet fecit, sibi uti crederem.
ORDINE *omne, uti quidque actum 'st, dum apud Hostis* [g] *sedimus,*
Edissertavit: tùm formam unà abstulit cum nomine.
Neque [h] *lac lacti magis est simile, quàm ille ego simil' est mei.*
Nam ut [i] *dudùm ante lucem à Portu me præmisisti domum.*
AM. *Quid igitur?* SO. *Priùs multò ante Ædis stabam, quàm illò adveneram.*
AM. *Quas, malùm! nugas? satin' tu sanus es?* SO. [k] *Sic sum, ut vides.*
AM. *Huic Homini nescio-quid est* [l] *mali malâ objectum manu,*
Postquam à me abijt. SO. *Fateor. nam sum obtusus pugnis pessumè.*
AM. *Quis te verberaBit?* SO. *Egomet memet,* [m] *qui nunc sum domi.*
AM. *Cave quicquam, nisi quod rogabo te, mihi responderis.*
Omnium primùm, iste qui sit Sosia; hoc dici volo.
SO. *Tuus est Servos.* AM. *Mihi quidem uno te plus etiam 'st, quàm volo.*
Neque postquàm sum gnatus, habui nisi te servom Sosiam.
SO. *At ego nunc, Amphitruo, dico, Sosiam servom tuum;*
Præter me alterum, inquam; adveniens faciam, ut offendas domi,
DaBo *prognatum: Patre eodem, quo ego sum: formâ; ætate item*
Quâ ego sum. quid opu' st verbis? geminus Sosia hîc factu' st tibi.
AM. *Nimia memoras mira. sed vidistin' Vxorem meam?*
SO. *Quin introire in Ædis numquam licitum 'st.* AM. *Quis te prohibuit?*

SO. *Sosia*

[a] Cur me abs te abigis?
[b] ἀναστροφή: cur nam?
[c] Vide Lex. *Proinde ac.* τὸ *At* Minitantis est particula.
[d] Passivè. quod nemo altero dicēte audivit. Vide Lex. *Gerundia.*
[e] Si Dominus, qui potentior est, vi extorquet id verū, quod locutus est.
[f] Disputa. *Nonius.*
[g] Desedimus, cōsedimus cū exercitu. Vide Lex. *Sedere.*
[h] Vide Calligr. Tit. *Comparandi.*
[i] Sententia hiulca hominis irati.
[k] De hac formâ Vide Calligraph. Tit. *Morum.*
[l] Nescio quis Veneficus ejus mentem excantarit. Vide Elect. Pl. Tit. *Excantationis.*
[m] *H.e.* Sosia alter.

Digitized by Google

So. *Sofia ille, quem jam-dudùm dico, is qui me cóntudit.*
Am. *Quis istic Sofia 'st?* So. *Ego, inquam: quotiens dicendum 'st tibi?*
Am. [a] *Sed quid ais? num obdormivisti dudùm?* So. *Nusquam-gentium.*
Am. *Ibi fortè istum si vidisses quendam in* [b] *somnis Sosiam.*
So. *Non soleo ego somniculosè Eri imperia persequi.*
Vigilans vidi, vigilans nunc te video, vigilans fabulor,
Vigilantem ille me jam-dudùm vigilans pugnis cóntudit.
Am. *Quis homo?* So. *Sosia, inquam ego, ille. quæso; nonne intellegis?*
Am. *Quî, malum! intellegere quisquam potis est? ita nugas* [c] *blattis.*
So. *Verùm actutùm nosces.* Am. *Quem?* So. *Illum nosces Servom Sosiam.*
Am. *Sequere hàc igitur me. nam mî istuc primùm exquisito 'st opus.*
Sed vide, ex Navi ecferantur, quæ jam imperavi omnia.
So. *Et memor sum, & diligens; ut quæ* [d] *imperes, compareant.*
Non ego cum Vino simitu ebiVi imperium tuum.
Am. *Vtinam DI faxint! infectâ dicta re eveniant tua!*

[a] Ita loquebantur Vett. cùm aliquid aliud, quàm quod ante dixerant, erant dicturi.
[b] Somniasses te vidisse.
[c] Vide Lex.
[d] Vide Calligr. Tit. *Mandandi. Imperandi.* Solemnis fuit Formula in Mandatis. FACIAM QVÆ IMPERASTI. Vide Pers. 1.1.ꝟ.3. τὸ *simitu*: antiquè est *simul*: uti ad oram adnotavit V. C. Ms. Palat. Et *ebiVi*: est, *ebibi*. τὸ V ἀντὶ τοῦ B. positum. ut suprà 1.1.ꝟ.67.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

Alcumena. Amphitruo. Sosia. Thessala.

Satin' *parva* [e] *res est Voluptatum in Vitâ, atque in Ætate agundâ,*
Præquàm [f] *quod Molestum 'st! ita quoique comparatum 'st in ætate hominũ.*
Ita DIs est placitum, Voluptatem ut Mæror comes consequatur:
Quin Incommodi plus Malique ilicò adsit, Boni si obtigit quid.
Nam ego id nunc experior domo, atque ipsa de me scio, quoi Voluptas
Parumper data 'st: dum Viri mei mihi potestas videndi fuit
Noctem unam modò; atque is repentè abijt à me hinc antè lucem.
Sola hìc mihi nunc videor, quia ille hinc abest, quem ego amo præter omnis.
Plus ægri ex abitu [g] *Viri, quàm ex adventu Voluptatis cepi.*
Sed hoc me beat || saltem. quòm perduellis vicit, & domum
Laudis compos revénit; id solatio 'st. || Absit! dummodò
Laude partâ domum recipiat se; feram, & perferam usque
Abitum ejus animo forti, atque obfirmato: id modò si mercedis
Datur mihi, ut meus Victor Vir belli [h] *clueat; satis*
Mihi esse ducam. Virtus *præmium 'st optumum.*
Virtus omnibus rebus anteit profectò.
Libertas, Salus, Vita, Res, & Parentes,

[e] In vitâ humanâ paucæ & raræ voluptates sunt, si cũ molestiis comparentur. Vide Lex. *Periphrasis.* & Elect. Pl. *Vita humana.* Truc. act. 1. sc. 1. ꝟ. 38. & Cistell. 1. 1. ꝟ. 72.
[f] Vide Lex. *Præquàm.* Præ eo, quod.
[g] Mariti. Vide Lex. *Vir.*
[h] Victor nominetur & omniũ sermone celebretur Vide Lex. *Clueo.* τὸ *Belli.* valet, *in bello.*

patria,

Digitized by Google

Patria, & Prognati [a] *tutantur, servantur.*
Virtus *omnia in se habet, omnia adsunt bona, quem pene'st Virtus.*
Am. *Edepol me Uxori exoptatum credo adventurum domum,*
Quæ me amat; quam contrà amo; præsertim re gestâ benè,
Victis hostibus, quos nemo posse superari ratu'st:
Eos auspicio meo, atque [b] *inductu, primo coetu vicimus.*
Certè enim me illi exspectatum optatò venturum scio.
So. *Quid me non rére exspectatum Amicæ venturum meæ?*
Al. *Meus Vir hic quidē'st.* Am. *Sequere hàc tu me.* Al. *Nam quid ille revortitur?*
Qui dudùm properare sese ajebat; an ille me temptat [c] *sciens?*
Atque id si volt experiri, suum abitum ut desiderem,
Ecastor med haut invitá se domum recipit suam.
So. *Amphitruo; redire ad Navem meliu'st nos.* Am. [d] *Quâ gratiâ?*
So. *Quia domi daturus nemo'st* [e] *Prandium Advenientibus.*
Am. *Qui tibi nunc istuc in mentem venit?* So. *Quia enim serò* [f] *advenimus.*
Am. *Qui?* So. *Quia Alcumenam ante Ædis stare saturam intellego.*
Am. *Gravidam ego illanc hic reliqui,* [g] *quàm abeo.* So. *Hei! perij miser!*
Am. *Quid tibi'st?* So. *Ad* [h] *Aquam præbendam commodùm adveni domum,*
Decumo [i] *pòst mense; ut rationem te dictare intellego.*
Am. *Bono animo es!* So. *Scin' quàm bono animo sim? si situlam jam cepero.*
Numquam edepol tu mihi divini quicquam [k] *creduis pòst hunc diem,*
Ni ego illi puteo, si occepso, [l] *animam omnem intertraxero.*
Am. *Sequere hàc me modò; alium ego isti rei adligabo: ne time.*
Al. *Magis nunc meum officium* [m] *facere, si huic eam adversùm, arbitror.*
Am. *Amphitruo Uxorem salutat lætus* [n] *speratam suam;*
Quam omnium Thebis Vir unam esse optumam dijudicat:
Quamque adeò Cives Thebani verò [o] *rumificant probam.*
Valuistin' [p] *usque? exspectatún' advenio?* So. *haut* [q] *vidi magis.*
Exspectatum eum salutat magis haut quisquam, quàm Canem.
Am. *Et quòm te gravidam, quòm te pulcrê* [r] *plenam adspicio; gaudeo.*
Al. *Obsecro, ecastor! quid tu me deridiculi gratiâ*
Sic salutas? atque adpellas, quasi dudùm non videris?
Quasi qui nunc primùm recipias te domum huc ex hostibus?
Atque me nunc proindè adpellas, quasi multò pòst videris?
Am. *Immò equidem te, nisi nunc hodiè, nusquam vidi gentium.*
Al. *Cur negas?* Am. *Quia vera* [s] *didici dicere.* Al. *Haut æquom facit,*
Qui, quod [t] *didicit, id dedidicit. an periclitamini?*
Quid animi habeam. sed quid huc vos revortimini tàm citò?
An te Auspicium [u] *conmoratum'st? an Tempestas continet?*
Qui non abîsti ad Legiones? ita uti dudùm dixeras.

Am. Du-

a *Tutantur*: passivè. Vide Elect. Pl. *Virtutis*.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Militia* ꝙ *coetu*: est, *coitu*. Terentius Phor. 1. 2. ℣. 32 dicit: *primâ coitione*. Sic alibi: *proelio*.
c Vide Lex. *Sciens* Latinum est: non; *Scius*.
d Cur? quare?
e Quia manè domum veniunt. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis*.
f Amphitruo, tametsi nunc mane sit; tamen sero videri nobis potest: quia Alcumena jam satur est; ut cui venter tantopere cibo repletus est.
g Priusquam.
h Quia a partu lavationibus multùm utebantur. Vide Elect Pl. Tit. *Partûs. Puerperij*.
i Aliàs nono. Quia olim mēses lunares breviores fuerunt.
k Credideris. Est autem elegans formula adseverandi.
l Nisi omnem aquam de puteo extraxero & illum desiccaro, atque exanimaro.
m Satisfacere me magis arbitror officio meo. Vide Lex. *Facere*.
n Vide Lex. *Virgo*.
o Vide Lex. *Rumificare*.
p Vide Lex. *Usque*.
q Q. d. Qui se adeò expectatum arbitratur venire, eum nemo quisquam vel salute dignatur. taq; acerbius dictum. Vide Lex. *Haut vidi magis*.
r Vide Lex. *Plenus*.
s Consuevi. Curc. 4. 1. ℣. 1.
t *Id*. Rectum, & verum esse.
u An tibi omen, vel religio objecta est? Vide Elect. Tit. *Auspiciorum*.

Digitized by Google

AM. Dudum! quàm dudum istuc factu'st? AL. Temptas: jamdudum, pridem, modò.
AM. Qui istuc potis est fieri, quæso, ut dicis, jamdudum, modò?
AL. Quid enim [a] censes? te ut deludam contra lusorem meum,
Qui nunc primùm te advenisse dicas, modo qui hinc abieris?
AM. Hæc quidem [b] deliramenta loquitur. So. Paulisper mane,
Dum edormiscat unum somnum. AM. Quæ ne vigilans somniat.
AL. Equidem ecastor vigilo, & vigilans id quod factu'st [c] fabulor.
Nam dudum ante lucem, & istunc, & te vidi. AM. Quo in loco?
AL. Hic in ædibus, ubi tu habitas. AM. Numquam factum'st. So. Non taces?
Quid si è portu navis huc nos dormientis detulit?
AM. Etiam tu quoq; [d] adsentaris huic? So. Quid vis fieri?
Non tu scis? [e] BACCHÆ bacchanti si velis adversarier,
Ex insanâ insaniorem facies, feriet sæpius:
Si obsequaris, unâ [f] resolvas plagâ. AM. At pol [g] qui certa res
Hanc est objurgare, quæ me hodie advenientem domum
Noluerit salutare. So. [h] Inritabis crabrones. AM. Tace
Alcumena; unum rogare te volo. AL. Quid vis? roga rerogâ.
AM. Nunc tibi aut stultitia accessit, aut [i] superat superbia.
AL. Qui istuc [k] in mentem est tibi, mi vir, percontarier?
AM. Quia salutare advenientem me solebas [l] antidhac:
Adpellare itidem ut pudicæ suos viros, quæ sunt, solent:
Eo more [m] expertem te factam adveniens offendi domi.
AL. Ecastor equidem te certò eri hîc advenientem ilicò
Et salutavi, & valuissesne usq; exquisivi simul,
Mi vir: & manum prehendi, & [n] osculum tetuli tibi.
So. Tun eri hunc salutavisti? AL. Et te quoq; etiam, Sosia.
So. Amphitruo, speravi ego istam tibi parituram filium:
Verùm non est puero gravida. AM. [o] Quid igitur? So. Insaniâ.
AL. Equidem sana sum, & Deos quæso, ut salva pariam filium.
Verùm tu magnum malum habebis, si hic suum officium facit.
Ob istuc omen [p] ominator capies, quod te condecet.
So. Enimverò prægnanti oportet & malum, & [q] malum dari,
Vt quod obrodat sit, animo si malo esse occeperit,
AM. Tu me eri hic vidisti? AL. Ego inquam, si vis decies dicere.
AM. In somnis fortasse. AL. Immò vigilans vigilantem. AM. Væ misero mihi!
So. Quid tibi 'st? AM. Delirat uxor. So. [r] Atrâ bili percita 'st.
Nulla res tam delirantis homines [s] concinnat citò.
AM. Vbi primùm tibi sensisti, Mulier, [t] implicscier?
AL. Equidem ecastor sana & salva sum. AM. Cur igitur prædicas?
Te eri me vidisse, quia hac noctu in portum advecti sumus.
Ibi cenavi, atq; ibi quievi in navi noctem perpetem:

a Sc. me ita respondere tibi.
b Q. d. quid opus est Alcumenę somno, quæ vigilans jã somniat? Iocus ex amb. in verbo *somniandi*.
c Loquor, dico. Vt supra.
d Obsequeris, morẽ geris. Vide Lex.
e *Sensus est*. Si Bacchæ bacchanti, & obvios quosq; ex more, thyrso percutienti, velis resistere, tanto plures ab eâ plagas accipies, quantò diutius adverseris. si cedis, & obsequeris, semel tantum feriet, non sæpius. Vnâ plagâ ipsi satisfiet.
f Vide Lex.
g Tmesis, p *Atqui*.
h Vide Calligr. tit. *Offensionis*.
i Abũdat. Vide Lex.
k Vide Callígr. *Animi*.
l Antehac. Lex.
m Sine parte. Lex.
n Vide Elect. Plaut. *Osculorum*. Peregrin.
o Quâ re igitur gravida est? Quid igitur gerit in ventre? Wom it gebet sie dann schwanger? Mit einẽ Narren.
p Quia dicis me insaniâ gravidam esse.
q locus amatorius. Opus habet vel Punicis malis, quæ cõtra gravidarum malaciã in usu. vel quod citrina mala conveniant: qualia amatores amicæ dare solent.
r Melancholiâ. Vide Calligr. Tit *Irascendi*.
s Vide Lex.
t Implicari, involvi istam atrã bilem.

Neq; meum pedem huc intuli etiam in ædis, ut cum exercitu
Hinc profectus sum ad Teleboas hostes, eosq; ut vicimus.
AL. Immò mecum cenavisti, & mecum cubuisti. AM. Quid id est?
Nihil te pudet, scelesta, populi in conspectum ingredi?
AL. Vera dico. AM. Non de hac quidem [a] hercle re; de aliis nescio.
AL. Primulo diluculo abisti ad legiones. AM. Quomodo?
SO. Rectè dicit ut [b] conmeminit, somnum narrat tibi.
Sed, Mulier, postquam experrecta es, [c] prodigiali Jovi,
Aut [d] mola salsa hodie, aut ture [e] conprecatam oportuit.
AL. Væ [f] capiti tuo! SO. [g] Tua istuc refert, si curaveris.
AL. Iterùm jam in me inclementer dicit, atq; id [h] sine malo.
AM. Tace tu: tu dic, egone abs te abii hinc cum diluculo?
AL. Quis igitur nisi vos, narravit mihi? [i] illi ut fuerit prælium.
AM. An etiam id tu scis? AL. Quippe [k] qui ex te audivi, ut urbem maxumam
Expugnavisses, Regemq; Pterelam tute occideris.
AM. Egone istuc dixi? AL. Tute [l] istic, etiam astante hoc Sosiâ.
AM. Audivistin' tu me narrare hæc hodie? SO. Ubi ego audiverim?
AM. Hanc roga. SO. Me quidem præsente numquam factum'st, quod sciam.
AL. [m] Mirum quin te advorsus dicat. AM. Sosia, age: me huc [n] adspice.
SO. Specto. AM. Vera volo loqui te, nolo adsentari mihi.
Audivistin' tu hodie me illi dicere ea, quæ illa autumat?
SO. Quæso edepol; num tu quoq; etiam insanis, quom id me interrogas?
Qui ipsus equidem nunc primùm istanc tecum conspicio simul.
AM. Quin nunc, Mulier, audin' illum? AL. [o] Ego verò, ac falsum dicere.
AM. Neq; tu illi, neq; mihi viro ipsi credis. AL. Eò fit, quia mihi
Plurumum credo, & scio ista hæc facta, proinde ut proloquor.
AM. Tun' me heri advenisse dicis? AL. Tun' te abisse hodie hinc negas?
AM. Nego enimverò, & me advenire nunc primùm ajo ad te domum.
AL. Obsecro, etiamne hoc negabis? te auream pateram mihi
Dedisse dono hodie, qua te illi donatum esse dixeras?
AM. Neq; edepol dedi, neq; dixi: verùm ita animatus fui,
Itaq; nunc sum, ut eâ te paterâ donem. sed quis istuc tibi
Dixit? AL. Ego equidem ex te audivi, & ex tuâ accepi manu
Pateram. AM. Mane, mane; obsecro te. nimis demiror, Sosia.
Qui illæc illic me donatum esse aureâ paterâ sciat,
Nisi tu dudum hanc convenisti, & narravisti hæc omnia.
SO. Neq; edepol ego dixi, neq; istam vidi, nisi tecum simul.
AM. [p] Quid hoc sit hominis! AL. Vin' proferri pateram? AM. Proferri volo.
AL. Fiat. Tu te, Thessala, [q] intus pateram proferto forás,
Quâ hodie meus vir donavit me. AM. Secede huc tu, Sosia.
Enimverò illud præter alia mira miror maxumè,
Si hæc habet pateram illam. SO. An etiam credis id? quæ in hac cistellulâ Tuo

a Sc. vera dicis. de aliis nescio, an vera dicas.
b Prout meminit, ita tibi recitat somnium.
c Prodigiorum depulsori. Vide Lex. & Elect. Pl. Deorum.
d Fruges molitæ. Vide Pl. Elect. tit. Sacrific.
e Vid. Lex. & Elect. Tit. Somniorum.
f Vide Elect. Plaut. Tit. Imprecationum.
g Illud quod mihi precaris, ad te pertinet, perinde quam ad me. Tu mala enim es, & eius indiges. Tibi id potius eveniet, quod mihi imprecaris, si in medicinam data fueris.
h Impune.
i Illic ut prægelium.
k τὸ quæ παρέλκει. Vide Lex.
l Sc. dixisti ibi.
m εἰρωνικῶς. q. d. non est mirum. Vide Lex. Ja er soll dir zu Fuß fallen. Nēpe quia tu herus Sosiæ es.
n Formula parandæ attentionis. Sic Most. 4.1.v.2. & 5.1.v.[illegible]
o Sc. audio, & hoc etiā audio, ipsum mentiri.
p Hæc setū Ampl. Das muß mir ein seltzames Weib seyn. Nota Homo de muliere.
q Profecto paterā eam, quam accepisti intus. Bringe herein.

Tuo signo obsignata fertur AM. Salvom signum 'st? So. inspice.
AM. Rectè, ita 'st, ut obsignavi. So. Quæso, quin tu istanc jubes
Pro [a] cerritâ [b] circumferri? AM. Edepol quin facto 'st opus.
Nam hæc quidem edepol [c] larvarum plena 'st. AL. quid verbis opu'st?
Hem! tibi pateram. eccam! AM. Cedò mihi. AL. Age, aspice huc sis nunc jam.
Tu, qui, quæ facta inficiare, quem ego jam hic convincam palam.
Estne hæc patera, quâ donatus illic? AM. Summe Jupiter!
Quid ego video? hæc ea 'st profectò patera. perij! Sosia.
So. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multò maxuma 'st.
Aut pateram hic inesse oportet. AM. Agedum! eam solve [d] cistulam.
So. Quid ego istam [e] exsolvam? [f] obsignata est. rectè. [g] res gesta 'st benè.
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam.
Nunc si patera pateram peperit, omnis [h] congeminavimus.
AM. Certum 'st aperire, atque inspicere. So. Vide sis, signi quid siet.
Nec [i] posterius in me culpam conferas. AM. Aperi modò.
Nam hæc quidem nos delirantis facere dictis [k] postulat.
AL. Unde hæc igitur est, nisi abs te? [l] quoi mihi dono data 'st?
AM. Opus mihi est istuc exquisito. So. Juppiter, pro Juppiter!
AM. Quid tibi 'st? So. Hic patera nulla in cistula 'st. AM. Quid ego audio?
So. Id quod veru 'st. AM. At cum cruciatu jam, nisi apparet, tuo.
AL. Hæc quidem apparet. AM. Quis igitur tibi dedit? AL. Qui me rogat?
So. Me captas, quia tute ab navi clanculùm huc aliâ viâ
Præcucurristi: atque hinc pateram tute exemisti, atque eam
Huic dedisti, post hac rursum obsignasti clanculùm.
AM. Hei mihi! jam tu quoque [m] hujus adjuvas insaniam?
Ain' eri nos advenisse huc? AL. Ajo adveniensque ilicò
Me salutavisti, & ego te, & osculum tetuli tibi.
AM. Jam illuc non placet principium de osculo; [n] pergam exsequi.
AL. Lavisti? AM. Quid? postquam lavi? AL. Accubuisti. So. Euge! optumè.
Nunc exquire. AM. Ne interpella: perge porrò dicere.
AL. Cena adposita 'st, cenavisti mecum, ego accubui simul.
AM. In eodem lecto? AL. In eodem. So. Hei' non placet convivium.
AM. Sine modò argumenta dicat. quid? postquam cenavimus.
AL. Te [o] dormitare ajebas, mensa ablata 'st, cubitum hinc abimus.
AM. Ubi tu cubuisti? AL. In eodem lecto [p] tecum unà in cubiculo.
AM. Perdidisti. So. Quid tibi 'st? AM. Hæc me modò ad mortem dedit.
AL. Quid jam? amabo. AM. Ne me adpella. So. Quid tibi 'st? AM. Perij! miser.
Quia pudicitiæ hujus vitium, me hic absente, est additum.
AL. Obsecro ecastor, cur istuc, mi Vir, ex [q] te audio?
AM. Vir ego tuus sim? ne me adpella [r] falsò falso nomine.
So. Hæret hæc res: siquidem hæc jam mulier facta 'st [s] ex viro.

a Insana. Vide Lex.
b Vide Lex. & Electa. vl. Tit. *Lustrationis.*
c Vide Lex. *Larva.*
d Resigna. Vide Electa. vl. Tit. *Tabularum. Epistolarum.*
e An rumpam signum & linum?
f Lino. Vide ibid. Electa.
g Es gehet recht zu. Alij ad seqq. trahunt. Q. d. Bene, quod e simplis gemini sumus facti.
h Gemini facti sumus.
i Postea. Vide Lex.
k Æquum putat. Vide Lex. *Postulare*
l à quo.
m Alcumenæ.
n Pergam inquirere. Vide Lex.
o Vide Lex.
p Diverso sc. à triclinari illo, cujus ante meminit.
q Vide Lex.
r Ne male me app. falso & alieno nomine.
s Sic Sosia de Amphitruone loquitur tanquã de muliere, utpote qui se virum negavit, ex opinione quidem Sosiæ.

Digitized by Google

AL. *Quid ego feci?* [a] *qua istaec propter dicta dicantur mihi.*
AM. *Tute edictas facta tua? ex me quaris, quid deliqueris.*
AL. *Quid ego* [b] *tibi deliqui! si cui nupta sum,* [c] *tecum fui.*
AM. *Tun' mecum fueris? quid illac inpudente audacius?*
Saltem tute, si pudoris egeas, sumas [d] *mutuum.*
AL. *Istuc facinus, quod tu insimulas,* [e] *nostro generi non decet.*
Tu si me inpudicitia [f] *captas,* at capere non potes
AM. *Pro DI immortalis! cognoscin' tu me saltem? Sosia.*
SO. *Propemodùm.* AM. *Cenavin' ego eri in navi in portu Persico?*
* AL. *Mihi quoq;* [g] *adsunt testes, qui illud, quod ego dicam, adsentiant.*
AM. Qui testes? AL. Testes. AM. Quid testiculare? Enim uno sat est.
Nec nobis præsente aliquis nisi servos Sosia affuit.
Si in actione hanc absente nobis invenerit puer.
SO. *Nescio quid istuc negotij dicam, nisi quispiam 'st*
Amphitruo alius, qui forte te hic absente, sic tamen
Tuam [h] *rem curet, teque absente hic munus fungatur tuum.*
Namq; de illo subditivo Sosiâ mirum nimi' st.
Certè de isto Amphitruone jam alterum mirum' st magis.
Nescio-quis præstigiator hanc [i] *frustratur Mulierem.*
AL. *Per supremi Regis Regnum juro! & Matrem-familiâs*
Junonem! quam me [k] *vereri & metuere est par maxumè,*
Ut mihi extra unum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit, [l] *quò me inpudicam faceret.* AM. *Vera istaec velim.*
AL. *Vera dico; sed* [m] *necquiquam: quoniam non vis credere.*
AM. [n] *Mulier es, audacter juras.* AL. *Quæ non deliquit, decet*
Audacem esse, confidenter, [o] *pro se, & protervè loqui.*
AM. *Satis audacter.* AL. *Ut pudicam decet.* AM. *In verbis* [p] *proba's.*
AL. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ* DOS *dicitur:*
Sed Pudicitiam, & Pudorem, & sedatum [q] *Cupidinem,*
Deûm metum, Parentum amorem, & Cognatûm concordiam.
Tibi morigera, atq; ut munifica sim bonis, prosim probis.
SO. *Næ ista edepol, si hæc vera loquitur,* [r] *examussim est optuma.*
AM. [f] *Delinitus sum profectò ita, ut me qui sim, nesciam.*
SO. *Amphitruo es profectò. Cave sis, ne tu te* [t] *usu-perduis.*
Ita nunc [u] *homines inmutantur, postquam peregrè advenimus.*
AM. *Mulier, istanc rem* [x] *inquisitam, certum' st non amittere.*
AL. *Edepol me libente facies.* AM. *Quid ais? responde mihi.*
Quid si adduco tuum cognatum huc à navi Naucratem!
Qui mecum unà vectu' st unâ navi; atq; is si denegat

Facta,

a *Tmesis. quapropter isthaec.*
b τὸ *tibi* παρέλκει.
c Vide Calligr. *concubitûs.*
d *Hoc est,* Etsi omnẽ jam pudorem fortasse deposueris, debebas saltẽ coram marito dissimulare, & mihi adscititio pudore imponere: eorum more, qui alienis opibus suam tegunt inopiam.
e Græcismus. Vide Lex.
f Per captiones decipere conaris, cũ abeas & redeas, & id fecisse neges. Vide Lex. *Capere.*
* Vide infra Notas ad hùnc locum.
g locus ex ambig. Vide Lex.
h locus ex ambig. Tuam uxorẽ subigat. Vide Lex. *Res.*
i Impellit in fraudem.
k Vide Lex. & supr. Prol. ✠. 21.
l Attigit.
m Frustrà.
n Vide Elect. Tit. *Mulierum, Juramenti.*
o Liberè. Similis locus capt. 3. 5. ✠. 45.
p Verbis tantum ostendis te probam esse, non a re ipsâ.
q Vide Lex.
r Vide Lex.
f Mente alienatus. *Nonius.* Vide Lex.
t Quia si nescires quis esses, posset alius in tui locum succedere, & sic privare te ipso, quia cũ per usum fuisset in possessione tui, ille te acquisivisset, & tu te perdidisses: ut in fundis contingit. De *usufacere, usuperdere,* Vide Lex. u *H. e.* nos: qui hinc ad bellum iveramus. x Non exquisitam, inexploratam, [illegible].

Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquom'st [a] *fieri?*
Numquid causam dicis? quin te hoc multem [b] *matrimonio.*
AL. *Si deliqui, nulla causa'st.* AM. [c] *Convenit. tu Sosia,*
Duc [d] *hos intrò ego huc ab navi mecum abducam Naucratem.*
SO. *Nunc quidem præter nos* [e] *nemo'st. dic mihi verum seriò,*
Ecquis alius Sosia intu'st, qui mei similis siet?
AL. *Abin' hinc à me* [f] *dignus domino servos?* SO. *Abeo, si jubes.*
AL. *Nimis ecastor facinus mirum'st. qui illi conlibitum siet?*
Meo viro sic me [g] *insimulare falsum facinus tam malum.*
Quicquid est, jam ex Naucrate Cognato id cognoscam meo.

ACTUS TERTII
SCENA I.
IUPITER.

EGO *sum ille Amphitruo, cui est servos Sosia,*
Idem Mercurius qui fit, quando [h] *commodum'st,*
In superiore qui habito [i] *cenaculo,*
Qui interdum fio Iuppiter, quando lubet.
Huc autem quom [k] *extemplò adventum adporto, ilicò*
Amphitruo fio, & vestitum inmuto meum.
Nunc huc honoris vestri venio gratiâ,
Ne hanc incoatam [l] *transigam Comœdiam,*
Simul Alcumenæ, quam vir insontem probri
Amphitruo accusat, veni, ut auxilium feram:
Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
Si id Alcumenæ innocenti huic [m] *expetat.*
Nunc Amphitruonem memet, ut occepi semel,
Esse adsimulabo, atque in horum familiam
Frustrationem [n] *hodie hic inlciam maxumam.*
Post igitur demum faciam, res fiat palam:
Atque Alcumenæ in tempore auxilium feram.
Faciamque, ut uno fetu, & quod gravida'st [o] *viro,*
Et me quod gravida'st, pariat sine doloribus.
Mercurium jussi me continuò consequi,
Siquid vellem [p] *imperare nunc hanc adloquar.*

[a] τὸ *Fieri* producit primorem syll.
[b] Numquid contra dicis, quin hoc matrimonium solvatur, & dotem amittas? Vide Fl. tit. *Divortium.*
[c] Inter nos conventum est.
[d] Captivos. Nota etiam significationem τοῦ *Abducere:* quod valet ex uno loco in alium ducere. Sic Terêt. Eun. 3. 1. ℣. 28. Cicero: *Abduxi exercitum ad infestissimam Siciliæ partem.* Liv. lib. 27. *cocie in hospitium abductis.*
[e] Nunc soli sumus.
[f] locus ex amb. Nam qui manumittuntur abire à Dominis jubentur.
[g] In me confingere falsum facinus.
[h] Quando lubet.
[i] *H.e.* in cœlo cum reliquis Dîs. vel in scenâ. Ambiguum enim est.
[k] Simul atque advenio. Vide Lex.
[l] *H.e.* Relinquam fabulam inabsolutam: ne inter initia perficiam.
[m] Eveniat. vide Lexicon.
[n] Errorem mentis.
[o] Ex viro atque ex me.
[p] Mercurio *scil.*

ACTVS TERTII
SCENA II.

Alcumena. Iuppiter.

a Vide Lexic.
b Vide Lexic.
c Patiar *scil.*

d Neglecturam, contemturam. Vide Calligr. Tit. *Spernendi.*
e Vide Elect. Plaut. Tit. *Injuriarum.*

f Si cupio mutuũ ut mecum faciat Alcmena, & amet pariter.
g Amphitruoni.

h Odi contra intueri, rectis oculis inspicere te. *Nonius.* Vide Elect. Tit. *Divortij.*
i Quia sæpaulò familiarius contrectata virgineam planè in morem te avertis. Vide Senecæ Controv. ult. *Ferat jacentes.* &c.
k Non continuò impudica es, etsi dixi te esse: & τὸ id valet, *Propter id.*

DVRARE [a] *nequeo in ædibus. ita me* [b] *probri,*
Stupri, dedecoris, à viro argutam [c] *meo!*
Ea quæ sunt facta, infecta refert, ac clamitat.
Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit,
Atque id me susque [d] *deque esse habituram putat.*
Non edepol faciam, neque me perpetiar probri
Falsò insimulatam. quin ego illum aut deseram,
Aut [e] *satisfaciat mihi ille, atque adjuret insuper*
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.
Iup. *Faciundum'st mihi illud, fieri quod illæc postulat,*
Si me illam amantem [f] *ad sese studeam recipere,*
Quando ego, quod feci, factum id Amphitruoni offuit.
Atque ille dudum meus amor negotium
[g] *Insonti exhibuit. nunc autem insonti mihi*
Illius ira in hanc, & maledicta expetent.
Al. *Et eccum video* illum, *qui me miseram arguit*
Stupri, dedecoris. Iup. *Te volo, Vxor, conloqui.*
Quo ted *avertisti?* Al. *Ita ingenium meum'st,*
Inimicos semper [h] *osa sum obtuerier.*
Iup. *Heia autem inimicos!* Al. *Sic est; vera prædico.*
Nisi etiam falsò dici insimulaturus es.
Iup. *Nimis* [i] *verecunda es.* Al. *Potin' es? ut abstineas manum.*
Nam certò si sis sanus, aut sapias satis,
Quantum tu inpudicam esse arbitrère, & prædices,
Cum eâ tu sermonem nec joco nec seriò
Tibi habeas, nisi si sis stultior stultissimo.
Iup. *Si dixi, nihilo* [k] *magis es, neque ego esse arbitror.*
Et id huc reverti, ut me purgarem tibi.
Nam numquam quicquam meo animo fuit ægrius,
Quàm postquam audivi ted esse iratam mihi.
Cur dixisti? inquies. ego expediam tibi.
Non edepol, quòd ted esse inpudicam crederem:

Verùm

Digitized by Google

Verùm periclitatus sum animum tuum,
Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.
Equidem joco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi causâ vel id hunc rogato Sosiam.
AL. *Quin huc adducis meum cognatum Naucratem:*
Testem quem dudum te adducturum dixeras
Te huc non venisse. IUP. *Si quid dictum'st per jocum,*
Non aequom'st id te [a] *seriò praevortier.*
AL. *Ego illum scio, quàm doluerit cordi meo.*
IUP. [b] *Per dextram tuam te, Alcumena, oro, obsecro!*
Da mihi hanc veniam; ignosce; irata ne sies.
AL. [c] *Ego istaec feci verba virtute irrita:*
Nunc quando factis [d] *me inpudicis abstines,*
Ab inpudicis dictis [e] *avorti volo.*
Valeas. [f] TIBI HABEAS RES TUAS, *reddas meas.*
Iuben' mihi ire comites? IUP. *Sanan' es?* AL. *Si non jubes,*
Mecum comitem [g] *mihi Pudicitiam duxero.*
IUP. *Mane; arbitratu tuo jusjurandum* [h] *dabo,*
Me, meam pudicam esse uxorem, arbitrarier.
Id ego si fallo, tum te, summe Iuppiter,
Quaeso, Amphitruoni ut semper iratus sies!
AL. *Ah! propitius sit potius!* IUP. *Confide fore.*
Nam jusjurandum verum te advorsum dedi.
Iam nunc irata non es? AL. *Non sum.* IUP. *Benè facis.*
Nam [i] *in* HOMINUM *aetate multa eveniunt hujusmodi:*
Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias.
Irae interveniunt, redeunt rursum in gratiam.
Verùm irae si quae eveniunt hujusmodi,
Inter eos rursum si reventum in gratiam'st,
Bis tanto [k] *Amici sunt inter se, quàm prius.*
AL. *Primùm* [l] *cavisse oportuit, ne diceres.*
Verum eadem si isdem purgas: mihi patiunda sunt.
IUP. *Iube verò vasa* [m] *pura adornari mihi,*
Ut, quae apud legionem vota vovi, si domum
Redissem salvos, ea ego exsolvam omnia.
AL. *Ego istuc curabo.* IUP. *Evocate huc Sosiam!*
Gubernatorem, qui in meâ navi fuit,
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.
Is adeo inpransus ludificabitur dolis.
Quom ego Amphitruonem collo hinc obstricto traham.

a Seriò accipere & praeoccupare. In ernst vfnemen.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Obtestationum.*
c Ego pudicitiâ meâ feci maledicta tua cassa, & inania.
d I. e. alienam ab ijs confiteris. Vide Lexic. *Verba neutra.*
e Nolo audire dicta inpudica, quibus aures verberas, quia à factis sum vacuus.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Matrimonij.*
g Pleonasmus.
h Iurabo te dictante, & verba mihi praeeunte. Nota formulam jurandi. v. 52.
i De his & seqq. dictis scitis vide Elect. Plaut. suis Tit.
k Subaudi: *magis.* Vide Elect. *Amicitiae.*
l Etsi decuisset te ptius cavisse ne diceres: quia tamen tu idem eadem, quae dixisti purgas, ea pati necesse est.
m Quae in alio usu non fuerunt. vide Lex. *Purus.*

AL. Mirum quid solus secum [a] secretò ille agat.
Atque aperiuntur ædis. exit Sosia.

a Seorsim.

ACTVS TERTII
SCENA III.

SOSIA. IVPITER. ALCUMENA.

AMPHITRUO, adsum: si quid opu'st. impera, imperium exsequar.
IUP. Optumè advenis. SO. Iam pax est inter vos, quæso, duos?
Nam quia vos [b] tranquillos video; gaudeo, & [c] volupe'st mihi.
Atque ita servom par videtur [d] frugi se se instituere;
Proinde eri ut sint, ipse item sit, [e] voltum è voltu comparet,
Tristis sit, si eri sint tristes: hilarus sit, si gaudeant.
Sed age, responde. jam vos redistis in concordiam?
IUP. Derides, qui scis, hæc jam dudum me dixisse per jocum.
SO. An id joco dixisti? equidem serio, ac verò ratus.
IUP. Habui [f] expurgationem, facta pax est. SO. Optumè'st.
IUP. Ego rem divinam intus faciam, [g] vota quæ sunt. SO. Censeo.
IUP. Tu gubernatorem à navi huc evoca verbis meis,
Blepharonem, ut re divinâ factâ mecum prandeat.
SO. Iam hic ero, quòm illic censebis esse me. Actutùm huc redi.
AL. Numquid vis? quin abeam jam intrò! [h] ut apparentur quibus opu'st.
IUP. I sanè, & quantum potest, parata facta sint omnia.
AL. Quin venis! quando vis, intrò, faxo haut quidquam sit moræ.
* Quando isthæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocum.
IUP. Rectè loquere, & proinde [i] diligentem ut uxorem decet.
Iam hi ambo, & servos & era frustrà sunt duo,
Qui me Amphitruonem rentur esse. errant probè.
Nunc tu, divine, huc fac adsis, [k] Sosia.
Audis quæ dico, tametsi præsens non ades:
Fac Amphitruonem jam advenientem ab ædibus
Vt abigas quovis pacto. fac [l] commentus sies.
Volo deludi illunc, dum cum hac usurariâ
Vxore nunc mihi [m] morigero, hæc curata sint
Fac sis: proinde adeò, ut velle me intellegis,
Atque ut ministres mihi, mihi quòm sacruficem.

b Lenes, non iratos.
c Vide Lex.
d Ita frugi se componere.
e Vultum suum è vultu heri fingat, & conformet.
f Purgavi me Alcmenæ.
g Faciam intus rem divinam, & quæ Dîs, si salvus redirem, à me vota sunt, ea persolvam.
h Vide Elect. Plaut. Tit. *Sacrificiorum.*
* Vide infr. Notas ad hunc locum.
i Amantem viri, vel strenuam & sedulam.
k Mercuri.
l Fac callidè excogitaveris.
m Morem gero. vide Lexic. dum Genio meo obsequor.

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS TERTII
SCENA IV.
MERCURIUS.

CONCEDITE [a], *atque abscedite! omnes de viâ decedite,*
Nec quisquam tam audax nunc [b] *fuat homo, qui obviam obsistat mihi.*
Nam mihi quidem hercle quî minus liceat Deo minitarier
Populo, ni decedat mihi, quàm servolo, in Comœdiis?
Ille aut *navem salvam nuntiat, aut irati adventum Senis.*
Ego sum Iovi dicto audiens; ejus jussu nunc huc me adfero.
Quamobrem mihi magis par est, viâ decedere, & concedere.
Pater vocat me, eum sequor, eius dicto inperio sum audiens.
Vt filium bonum Patri esse oportet, itidem ego sum Patri.
Amanti [c] *subparasitor, hortor, adsto, admoneo, gaudeo.*
Si quid patri volupe'st, voluptas ea mihi multò maxuma'st.
Amat, sapit; rectè facit, animo quando obsequitur suo:
Quod omnes homines facere oportet, [d] *dum id modo fiat bono.*
Nunc Amphitruonem volt deludi meus Pater; faxo probê
Iam hic deludetur, Spectatores, vobis spectantibus.
Capiam [e] *coronam mihi in caput, adsimulabo med esse ebrium:*
Atque illuc sursum escendero. indè optumè sic [f] *cispellam virum,*
De supero [g] *quòm huc accesserit: faciam, ut sit madidus sobrius.*
Deinde [h] *illi acturùm* [i] *sufferet suus servos pœnas Sosia.*
Eum [k] *fecisse* [l] *ille hodie arguet, quæ ego fecero hic. quid* id *meâ?*
Meo me æquom'st morigerum [m] *Patri, ejus studio servire addecet.*
Sed eccom Amphitruonem! advenit. jam ille hic deludetur probê;
Si quidem vos voltis auscultando operam dare,
Ibò intrò, ornatum capiam, qui [n] *potius decet.*
Deinde susum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeam.

[a] Vnà omnes secedite. Trett allzusammen ab.
[b] Sit. Vide Lex.
[c] Patri meo
[d] dum ne quid fiat contra leges
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Ebrietatis.*
[f] repellam vide Lex.
[g] Abigam Amphitr. matellâ aquæ in caput infusâ. Vide infr. Scen. *Tur.* ✝. 1c
[h] Amphitruoni.
[i] Sustinebit, subibit.
[k] Sosiam.
[l] Amphitruo.
[m] Esse, &c.
[n] Talem ornatum sumam, qui conveniat personæ meæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorũ.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.
AMPHITRUO.

NAUCRATEM, [o] *quem convenire volui, in navi non erat.*

[o] Nota synæzin.

Digitized by Google

Neque domi, neque urbe invenio quemquam, qui illum viderit.
Nam omnis plateas perreptavi, [a] gymnasia, [b] myropolia.
Apud emporium, [c] atque in macello, atque in palæstrâ, atque in foro,
In [d] medicinis, in tonstrinis, apud omnis ædis sacras.
Sum defessus quæritando: nusquam invenio Naucratem.
Nunc domum ibo, atque ex uxore hanc rem pergam exquirere,
Quis fuerit, quem [e] propter corpus suum stupri compleverit.
Nam me, quàm illam quæstionem inquisitam hodie amittere,
Mortuum satius est. sed ædis occluserunt. [f] eugepæ!
Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt; feriam foris.
Aperite [g] hoc. heus! ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?

a Vide Elect. Tit. *Gymnastices.*
b tabernæ unguẽtariæ. Epid. 2. 2. ✝. 13.
p Sc. fui.
d In medicorum officinis.
e ἀναστροφή *propter quem*, i. e. iuxta, ad. Vide Lex. *Propter.*
f εἰρωνικῶς.
g δεικτικῶς
h Necesse est te, quamdiu victurus es, esse infelicem & infortunatum, qui ita pulses fores, quasi eas frangere velle videaris.
i Semper. vide Lex.
k Nominis mei.
l de publico. Vide Lex.
m In cujus tergo quasi moriuntur ulmi. μεταφορικῶς.
n Quia & Acherũs fervet.
o Quare? quomodo?
* Vide infra Notas Criticas.
p magno tuo malo.
q Infortunio sc. nõ victimis. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*
r qui cædaris scuticis ex boum corio consutis.
s Saturno enim hostiæ humanæ immolabantur Vide Elect. Plaut, Tit. *Deorum.*
t Non homo sed larvæ quædam umbra.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

MERCURIUS. AMPHITRUO.

QUIS *ad fores est?* AM. *Ego sum.* ME. *Quid! ego sum!* AM. *Ita loquor.*
ME. *Tibi Iuppiter, DIque [h] omnes irati certò sunt, qui sic frangas fores.*
AM. *Quomodo?* ME. *Eo modo, ut profectò vivas [i] ætatem miser.*
AM. *Sosia.* ME. *Ita sum Sosia, nisi me esse oblitum [k] existumas.*
Quid nunc vis? AM. *Scelesto, at etiam quid velim, id tu me rogas?*
ME. *Ita rogo. panè effregisti, fatue, foribus cardines.*
An foris censebas nobis [l] publicitùs præberier?
Quid me adspectas? stolide. quid nunc vis tibi? aut quis tu es homo?
AM. *Verbero! etiam quis ego sim, me rogitas? [m] ulmorum Acheruns!*
Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciam [n] ferventem flagris.
ME. *Prodigum te fuisse oportet olim in adulescentiam.*
AM. *Qui dum? [o]* ME. *Quia senectâ ætate à me mendicas malum.*
* Quæso advenienti morbo jure medicabis.
AM. *Cum [p] cruciatu tuo istæc hodie, verna, verba funditas.*
ME. [q] *Sacrufico ego tibi.* AM. *Qui.* ME. *Quia enim te macto infortunio.*

* * * * *

AM. TUN' me mactes? carnufex: nisi formam Dij hodie meam perdui
Faxo ut [r] bubulis coriis onustus sis [s] Saturni hostia.
Ita ego te certè cruce & cruciatu mactabo; exi foras!
Mastiga. ME. Larva [t] umbratilis, tu me minis territas?
Nisi hinc actutùm fugias, si denuò pultaveris:
Si minusculo digito increpueris fores, hac tegulâ

Tuum

Tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam exſcrees.
AM. Tun', furcifer, meis me procul [a] prohibeſſis ædibus?
Tun' meas pultare fores? haſce ilicò toto demoliar cardine.
ME. Pergin? AM. Pergo. ME. [b] accipe! AM. Sceleſte, in herum? Si te hodie apprehendero,
Ad id redigam miſeriarum, ut ſemper ſis miſer.
ME. Bacchanal [c] te exercuiſſe oportuit, Senex. AM. Quî dum?
ME. Quando tu me tuum ſervom cenſes. AM. Quid cenſeo?
ME. Malum tibi! præter Amphitruonem, herum novi neminem.
AM. Num formam perdidi? mirum quin me norit Soſia:
Scrutabor: eho! dic mihi, quis videor? num ſatis Amphitruo?
ME. [d] Amphitruo? ſanusne es? nonne tibi prædictum? Senex.
Bacchanal te exercuiſſe, quòm qui ſis, alium rogites?
Abſcede, moneo; moleſtus ne ſies, dum Amphitruo
Cum uxore modò ex hoſtibus adveniens voluptatem capit.
AM. Quâ uxore? ME. Alcmenâ. AM. Quis homo? ME. Quotiens vis dictum? Amphitruo,
Herus meus: moleſtus ne ſies. AM. Quîcum cubat?
ME. Vide ne infortunium quæras, qui me ſic ludifices?
AM. Dic quæſo, mi Soſia. ME. [e] blandiris? cum Alcmenâ AM. In eodem ne
Cubiculo? ME. Immò, ut arbitror, corpore corpus incubat. AM. Væ miſero mihi!
ME. [f] Lucri'ſt, quod miſeriam deputas; nam uxorem uſurariam
Perinde eſt præbere, ac ſi agrum ſterilem fodiendum loces.
AM. Soſia. ME. Quid (malum!) Soſia? AM. non me noviſti? verbero.
ME. Novi te hominem moleſtum, [g] qui- ne emas litigium. AM. Adhuc
Amplius; nonne ego herus ſum tuus? Amphitruo. ME. Tu Bacchus es,
Haud Amphitruo. quotiens tibi dictum vis? num denuò?
Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexus tenet.
Si pergas, eum hic ſiſtam; neque ſine tuo magno malo.
AM. Cupio accerſi. utinam! ne pro benefactis hodie patriam,
Ædes, uxorem, familiam, cum formâ unà perduam.
ME. Accerſam equidem: ſed de foribus tu interea ſis vide.
[*] *Credo jam quæ volebat ſacrificia ad epulum conduxit.*
Si moleſtus ſis, evades numquam, quin te ſacrificem.

[a] Vide Lex.

[b] Da haſtu eins oſ' ein Aug. Vide Lex. [c] te inſanum fuiſſe, bacchantium ritu.

[d] deriſivè repetitur. Eo du ſchöner Amphitruo!

[e] Nihil eram tibi ultro reſponſurus, ſed quoniam adeo blandè me compellas, iterum repetam quæ dixi. Cum Alcmenâ.

[f] Pro lucro eſt.

[g] τὸ qui παρέλκει. Vide Lex.

[*] Hunc verſum ut turbatorem ſententiæ quidam eijciendum cenſent.

AMPHITRVO. BLEPHARO. SOSIA.

DI voſtram fidem! quæ intemperiæ agunt noſtram familiam? quæ mira

Video? postquam advenio peregrê. Iam vetu'st, quod olim est auditum
Fabularier. [a] mutatos Atticos in Arcadiâ homines:
Et sævas beluas mansitasse, nec umquam denuò parentibus
Cognitos. BL. Quid illuc Sosia? magna mira sunt, quæ prædicas.
Ain' tu alterum te reperisse modò consimilem Sosiam domi?
So. Ajo. sed heus tu! quòm ego Sosiam, Amphitruonē Amphitruo; q d scis? an
Tu fortè alium Blepharonem parias. O DI faciant! ut tu quoque
Concisus pugnis, & elisus dentibus, id impransus creduas.
Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis [b] multavit modis.
BL. Mira profectò, sed gradus condecet [c] grandire. nam, ut video,
Expectit Amphitruo, & vacuus mihi venter crepitat. AM. Et quid aliena
Fabulor? in nostro olim Thebano genere plus quàm mira memorant.
Martigenam [d] ille aggressus beluam magnus Europæ [e] quæstor, angvineo
Repentè hostes peperit seminio: & [f] pugnatâ illac pugnâ,
Frater trudebat fratrem hastâ & galeâ, & [g] nostræ auctorem gentis,
Cum Veneris filiâ anguis repsisse tellus Epirotica
Vidit. de summo summus Juppiter sic statuit, sic fatum habet.
Optumi omnes nostrates pro claris factis diris aguntur malis.
Fata istæc me premunt, [h] pertolerarem vim tantam, cladesque
Exanclarem [i] impatibiles. So. Blepharo! BL. Quid est? So. Nescio quid mali
suspicer.
BL. Quid? So. Vide sis, herus [k] salutator oppessulatas ante fores graditur.
BL. Nihil est, famem expectat obambulans, So. Curiosê quidem: fores enim
Clausit, ne [l] prævorteretur forás BL. Oggannis. So. Nec [m] gannio, nec latro.
Si me audias, observes, nescio quid secum solus; puto
Rationes colligit: quid memoret, hinc [n] excipiam, ne propera.
AM. Vt metuo! ne victis hostibus DI partam expungant gloriam:
Totam miris modis nostram video turbatam familiam.
Tum verò uxor vitio, stupro, dedecore me plena énicat.
Sed de paterâ miru'st: erat tamen signum obsignatum probè.
Quid enim? pugnas pugnata prolocuta, & Pterelam oppugnatum,
Nostris occisum manibus fortiter. at at! novi jam ludum,
Id Sosiæ factu'st operâ, qui me hodie quoque præsentem ausit
Indignê prævortier. So. De me locutus, & quæ velim minus.
[*] Hominem ne congrediamur, quæso, priusquam iram decoxerit.
BL. Vt lubet. AM. Si illum datur hodie mastigiam apprehendere ostendam
sit quid
Herum fallere dolis, & minis incessere. So. Audin' tu illum? BL. Audio.
So. Illæc machina meas onerat scapulas; compellemus sis hominem.
Scin' quid vulgo dici solet? BL. Quid dicturus sis, nescio:
Quid tibi patiundum, ferè hariolor. So. Vetu'st adagium; [o] Fames, & mora
Bilem

[a] In lupos & feras. Vide Elect. Pl. Tit. *Populorum*.

[b] Vide Lexic.
[c] grandiores facere. Vide Lexic.
[d] Cadmus Thebanus serpentem interfecit. Vide Ovid. Metam. III.
[e] quæsitor. Vide Fabb.
[f] Vide Lex. *Atticismus*.
[g] Cadmum Thebarum conditorē cum Hermioná uxore suâ angues ex hominibus factos repsisse. vide Fabb.
[h] ut pertol.
[i] vide Lex.
[k] vide Elect. Pl. Tit. *Salutant*.
[l] ne fames egressa eum anteverteret. locus.
[m] Vide Lex.
[n] quæ sc. loquitur.

[*] Quidam existimant, quæ hactenus fuerūt, Plauti γνήσια esse: quæ verò sequuntur, ὑποβολιμαῖα. Ego absque MSs. adfirmare nihil possum.

[o] Vide Elect. Pl. Tit. *Iracundia*.

Digitized by Google

Bilem in nasum conciunt. BL. Verùm quidem, & [a] loco compellemus
Alacrè: Amphitruo. AM. Blepharonem audio: mirum quid ad me veniat.
Opportunè tamen se offert, ut uxoris facta convincam turpia.
Quid huc ad me, Blepharo? BL. Oblitus tam citò, quàm diluculo
Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum [b] conviverem?
AM. Nusquam factum gentium; sed ubi illic scelestus? BL. Quis? AM. Sosia.
BL. Eccum illum! AM. Ubi? BL. Ante oculos: non vides? AM. Qui? vix video
præ irâ. adeó me istic
Hodie delirum fecit, ne te sacrificem, numquam evades.
Sine me, Blepharo. BL. Ausculta, precor. AM. Dic, ausculto. tu vapula.
SO. Quâ de re? num satis tempori? non ocyus quivi, si me,
* Dædaleis [c] tulissem remigiis. BL. Abstine, qua so: non potuimus
Nostros grandius grandire gradus. AM. Sive [d] gradatorius, sive
Testudineus fuerit, certum'st mihi hunc scelestum perdere.
Hem tectum! hem tegulas! hem obductas fores! hem ludificatum herum!
Hem verborum scelus! BL. Quid mali fecit tibi? AM. Rogas? ex illo
Tecto exclusum foribus, me deturbavit ædibus. SO. Egone?
AM. Tu quid minitabas te facturum, si istas pepulissem fores?
Negas? sceleste. SO. Quin negem? en testis ampliter, quicum venio,
Missus sedulò, ut ad te vocatum ducerem. AM. Quis te misit?
Furcifer. SO. Qui me rogat? AM. Quando gentium? SO. Dudum, jam, pridem, modò,
Ubi cum uxore domi rediisti in gratiam. AM. Bacchus te irritassit!
SO. Nec [e] Bacchum [f] salutem hodie, nec Cererem, ut purgari jusseras
Vasa, ut rem divinam faceres: ad hunc me accersitum mittis,
Ut tecum prandeat. AM. Blepharo, dispeream! si aut intus adhuc fui,
Aut si hunc miserum: dic, ubi me liquisti? SO. Domi cum Alcumenâ conjuge.
Ego à te abiens portum versus volito, hunc tuis verbis voco.
Venimus, nec te nisi nunc, video postea. AM. Scelestum caput! cum uxore
Numquam abis, quin vapules, SO. Blepharo, BL. Amphitruo, mitte hunc
meâ gratiâ,
Et me audias. AM. En mitto, quid vis loquere. BL. Istic jam dudum mihi
Maxuma memoravit mira: præstigiator fortè, aut veneficus
Hanc excantat tibi familiam, inquire aliunde, vide quid fiet,
Nec ante hunc excruciatum miserum facias, quàm rem intellegas.
AM. Rectè mones: eamus [g] te adversum uxori etiam advocatum volo.

JUPITER. AMPHITRUO. SOSIA. BLEPHARO.

QUIS * tam vasto [h] impete has fores toto convolsit cardine?
Quis ante ædes tantas tam diu turbas concitat? quem si comperero,

[a] Opportunè, suo tempore.

[b] Convivium agitarem. Vide Lex.

[c] Si volassem. Vide Calligr. Tit. *Volandi*.

* Multi isthæc ut Plautina allegare solent.

[d] Sive celerrimus sive tardissimus fuerit.

[e] Nihil hodie neq; comedi, neq; bibi.

[g] Salutare potui.

[f] Volo te mihi advocatum adversus uxorem.

* Nonnulli seqq. ut germanã Plauti sobolem tollũt. Sed nescio, quo præconc. nam in MSS. nostris neq; hæc, neq; præcedẽtia comparent.

[h] Vide Lex.

Telebois [a] sacrificabo manibus.nihil est,ut dici solet,
Quod hodie benè succedat mihi,deserui Blepharonem,& Sosiam,
Ut cognatum Naucratem convenirem:hunc non reperi,& illos perdidi.
Sed eos video:ibo advorsùm,ut si quid habét,sciscitēr. So. Blepharo, illic qui
Ex ædibus, erus est; hic verò veneficus. Bl. Pro Juppiter!
Quid intueor?hic non est,sed ille Amphitruo,istic si fuat.
Illum sanè non esse oportuit,nisi quidem sit geminus.
Jup. Eccum cum Blepharone Sosiam: compellabo hos prius:Sosia,
Tandem ad nos? esurio. So. Dixin' tibi hunc veneficum?
Am. Immò ego hunc, Thebani cives,qui domi [b] uxorem meam
Impudicitiâ impedivit, teneo thesaurum stupri,
* *Cuiq; med absente corpus* (uxor) *volgavit suum.*
So. Ere,si tu nunc esuris,ego satur pugnis ad te volito.
Am. Pergin' malitia? So. Abi ad Acheruntem, venefice. Am. Men' veneficum?
Vapula. Ju. Quæ [c] hospes, intemperiæ? ut tu meum verberes! Am. Tuum?
Ju. Meum.
Am. Mentiris. Ju. Sosia,i intrò:dum hunc sacrufico,fac paretur prandium.
So. Ibo; Amphitruonem,arbitror,ita comiter Amphitruo
Accipiet,ut dudum memet ego ille alter Sosia Sosiam.
Interea dum isti certant, in popinam devortundum 'st mihi:
Lances detergam omnes,omnesq; [d] trullas hauriam. Ju. Tun' me
Mentiri ais? Am. Mentiris,inquam,meæ corruptor familiæ.
Ju. Ob istuc indignum dictum,te obstricto collo hac arripiam.
Am. Væ misero mihi! Ju. At id præcavisse oportuit. Am. Blepharo, suppetias mihi.
Bl. Consimiles sunt adeò,ut utri assim,nesciam. [e] rixam tamen,
Ut potest, dirimam. Amphitruo,noli Amphitruonem duello perdere.
Linque collum precor. Ju. Hunc tu Amphitruonem dictitas?
Bl. Quid ni? unus olim,nunc verò partus est geminus,
Dum tu vis esse, alter quoq; esse formâ non desinit.
Interea quæso collum linque. Ju. Linquo? sed dic mihi videturne tibi
Istic Amphitruo? Bl. Uterq; quidem. Am. Pro summe Juppiter! ubi hodie
Mihi formam adimis, pergo quærere: tun' Amphitruo? Ju. Tu negas?
Am. Pernego, quando Thebis,præter me,nemo 'st alter Amphitruo.
Ju. Immò præter me,nemo;atq; adeò tu Blepharo judex sies.
Bl. Faciam id, si queo, signis palàm,tu responde prius. Am. Lubens.
Bl. Antequam cum Taphiis à te pugna sit inita,quid mandasti mihi?
Am. Parata [f] in ipso portu navi clavo hæreres sedulò.
Ju. Ut si nostri fugam facerent,illuc me tutò reciperem.
Am. Item aliud. ut benè nummatum servaretur marsupium.

Ju, Quæ

[a] Teléboarum interfectorum umbris mactabo.

[b] Imò ego hunc, Theb. cives, manifestum teneo thes. stupri. Vide Lexic. *Thesaurus*.

* Hunc versum è Nonio inserunt aliqui.

[c] Sic appellat ut ignotum, & non civem.

[d] Vide Lex.

[e] Vide Lex.

[f] Hoc Satyricè in palliatum Imperatorem detorquetur.

Ju. Quæ pecunia? Bl. Tace sis tu, meum'st quærere. scisti numerum?
Ju. [a] Talenta quinquaginta Attica. Bl. Hic examussim rem enarrat, & tu
Quot Philippéi? Am. Duo millia. Ju. Oboli verò bis totidem. Bl. Uterque
Rem tenet probè. intus intus in crumenâ clausum alterum esse oportuit.
Ju. Attende sis, hac dexterâ, ut nosti, Regem mactavi Pterelam,
Spolia ademi, & pateram, quâ ille potare solitus est, in cistellâ
Pertuli: dono uxori meæ dedi, quîcum hodie lavi.
Sacruficavi, cubui. Am. Heu mihi! quid audio? vix apud me sum.
Vigilans quippe dormio: vigilans somnio: vivus & sanus intereo.
Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, inperator Thebanorũ,
Et Creontis unicus, Teleboarum [b] perduellis, qui Acarnanes
Et Taphios vi vici, & summâ Regem virtute bellicâ.
Illisce præfeci Cephalum, magni Dionei filium.
Ju. Egoidem [c] latrones hostes bello & virtute contudi.
Electryonem perdiderant, nostræ & germanos conjugis,
Achaiam, Ætoliam, Phocidem, per freta Ionium, & Ægeum, & Creticum
Vagati, vi [d] vortebant piraticâ. Am. Di immortales, mihimet
Non credo. ita omnia, quæ facta illic, examussim loquitur. Vide
Blepharo. Bl. Unum superest: id si fuat, Amphitruones fitote gemini
Ju. Quid dicas, novi: cicatricem in dextero musculo ex illoc vulnere,
Quod mihi impegit Pterela. Bl. Eam quidem. Am. Appositè. Ju. Viden'? en aspice.
Bl. Detegite: adspiciam. Ju. Deteximus, vide. Bl. Supreme Juppiter!
Quid intueor? utriq; in musculo dextero, eodem in loco.
Signo eodem apparet probè, ut primùm coivit cicatrix rufula,
Sublurida. [e] Rationes [f] jacent, judicium [g] silet. quid agam, nescio.

[a] H. e. Vicena quina millia aureorũ Vngaricorũ, quadringentos, quinquaginta quatuor & dimidiato paulo plus.
[b] Hostis
[c] Milites conducti, quibus utebantur hostes.
[d] Evertebant.
[e] Vide Lex.
[f] Sunt conturbatæ.
[g] Vide Elect. Pi Tit. *Iudiciorum*.

ACTUS QUARTI
SCENA III.
BLEPHARO. AMPHITRUO. JUPITER.

VOs *inter vos* [h] *parcite: ego abeo. mihi negotium'st.*
Neq; ego umquam usquam tanta mira me vidisse censeo.
Am. *Blepharo! quæso, ut Advocatus mihi adsis, neve abeas.* Bl. *Vale.*
Quid opu'st me Advocato? [i] *quin utri sim Advocatus, nescio,*
Qui nequeo, vostrorum uter sit Amphitruo, decernere.
Jup. *Intrò ego hinc eo. Alcumena parturit. perij miser!*
Am. *Quid ego. quem Advocati jam omnes, atq; amici deserunt.*

[h] Parcite invicem inter vos.
[i] Immò verò, atqui, certe Vide Lex. *Quin*

Numquam

Numquam edepol me inultus istic ludificaVit, quisquis est.
Nam jam ad Regem rectà me ducam, resq; ut facta'st, eloquar.
Egopol illum ulciscar hodie [a] *Thessalum veneficum,*
Qui pervorsè perturbavit familiæ mentem meæ.
Sed ubi ille'st? intrò edepol abiit, credo ad uxorem meam.
Qui me Thebis alter vivit miserior? quid nunc agam?
Quem omnis mortalis [b] *ignorant, & ludificant, ut lubet.*
Certum'st; introrumpam in ædibus, ubi quemq; hominem adspexero,
Sive ancillam sive servom, sive uxorem, sive adulterum,
Seu Patrem, sive Avom videbo, obtruncabo in ædibus.
Neq; me Juppiter, neq; DI omnes id prohibebunt, si volent,
Quin [c] *sic faciam, uti constitui. pergam in ædibus nunc jam.*

a Thessali veneficiis infames. Vide Elect. Pl. Tit. *Populorum.*

b Ignorare se simulant. Vide Lex.

c Quominus. Vide Lex.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

BROMIA, Ancilla. AMPHITRUO.

SPES *atq; opes vitæ meæ jacent sepultæ in pectore,*
Neq; ulla'st [d] *confidentia jam meo in corde,* [e] *quin amiserim.*
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cælum [f] *consequi.*
Jam ut opprimar, ut enecer. me miseram! quid agam, nescio.
Ita tanta mira in ædibus sunt facta. væ miseræ mihi!
Animo [g] *male'st,* [h] *aquam velim, corrupta sum, atq; absumta sum,*
Caput dolet, neq; audio, neq; oculis prospicio satis.
Nec me miserior femina'st, neq; ulla videatur magis.
Ita eræ meæ contigit. nam ubi parturit, [i] *Deos sibi invocat.*
Strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus, ut subitò, ut properè, ut validè tonuit!
Ubi quisq; institerat, cóncidit crepitu. ibi nescio-quis maxumâ
Voce exclamat sic: Alcumena, adest auxilium, ne time.
Et tibi, & tuis propitius: cæli cultor ádvenit.
Exsurgite, inquit, qui terrore meo occidistis præ metu,
Ut [k] *jacui, exsurgo. ardere censui ædis. ita tum cónfulgebant,*
Ibi me inclamat Alcumena. jam ea res [l] *me horrore adficit.*
Erilis prævortit [m] *metus: ocius accurro, ut sciscam, quid velit;*
Atq; illam geminos filios pueros peperisse conspicor:
Neq; nostrûm quisquam sensimus, quòm peperit,
Neq; providimus. sed quid hoc? quis hic est Senex?

d Fiducia. Vide Lex.
e Quam non amis.
f In unum convenire & conspirare, ut opprimar. *Vel;* meipsam sequi.
g Mœrore gravi perculsa sum.
h Ut sc. illâ reficiar, & recreer, quæ exanimata pęne sum metu.
i Vide Elect. Plaut. Tit. *Puerpery.*

k Postquam.

l Jam inde statim inhorrescebam.
m Plus valet apud me Alcumenę metus, quàm meus.

Qui

Qui ante ædis nostras sic jacet? numnam hunc percussit Juppiter?
Credo edepol, nam pro Juppiter! sepultus est, quasi sit mortuus.
Ibo & cognoscam, quisquis est. Amphitruo hic quidem'st erus meus.
Amphitruo. Am. *Perii!* Br. *Surge!* Am. *Interii!* Br. *Cedo manū!* Am. *Quis me tenet?*
Br. *Tua Bromia ancilla.* Am. *Totus timeo ita me increpuit Juppiter.*
Nec [a] *secus est, quam si ab Acherunte veniam. sed quid tu foras*
Egressa's? Br. *Eadem nos formido timidas terrore inpulit:*
In ædibus, ubi tu habitas, nimia mira vidi. væ mihi!
Amphitruo! ita mihi animus etiam nunc abest. Am. *Agedum! expedi;*
Scin' me tuum esse erum Amphitruonem? Br. *Scio.* Am. *Vide etiam nunc?* Br. *Scio.*
Am. *Hæc sola sanam mentem gestat meorum* [b] *familiarium.*
Br. *Immò omnes sani sunt profectò.* Am. *At me uxor insanum facit*
Suis fœdis factis. Br. *At ego faciam, tu idem ut aliter prædices,*
Amphitruo. piam & pudicam tuam esse uxorem ut scias.
De eâ re signa, atq; argumenta paucis verbis eloquar.
Omnium primùm Alcumena geminos peperit filios.
Am. *Ain' tu geminos?* Br. *Geminos.* Am. *Di me servant!* Br. *Sine me dicere,*
Ut scias, tibi tuæq; uxori Deos esse omnis propitios.
Am. *Loquere.* Br. *Postquam parturire hodie uxor occepit tua,*
Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperæ,
Invocat Deos immortalis, ut [c] *sibi auxilium ferant,*
Manibus [d] *puris,* [e] *capite operto. ibi continuò contonat*
Sonitu maximo. ædis primò ruere rebamur tuas.
Ædis totæ consulgebant tuæ, quasi essent aureæ.
Am. *Quæso absolvito hinc me extemplò. quando satis deluseris,*
Quid fit deinde? Br. *Dum hæc aguntur, interea uxorem tuam*
Neq; gementem, neq; plorantem nostrûm quisquam audivimus.
Ita profectò sine dolore peperit. Am. *Jam istuc gaudeo,*
Ut ut erga me merita'st. Br. *Mitte istæc atq; hæc, quæ dicam, accipe.*
Postquam peperit pueros, [f] *lavere jussit nos. occepimus.*
Sed puer ille, quem ego lavi, ut magnu'st, & multum [g] *valet!*
Neq; eum quisquam conligare quivit [h] *incunabilis.*
Am. *Nimia mira memoras. si istæc vera sunt, divinitùs*
Non metuo, quin meæ uxori latæ suppetiæ sient.
Br. *Magis jam faxo mira dices postquam in cunas conditu'st;*
Devolant [i] *angues juVati deorsum in* [k] *impluvium duo*
Maximi: continuò extollunt ambo capita. Am. *Heu mihi!*
Br. *Ne pavete inquit angues oculis omnis circumvisere,*
Postquam pueros conspicati, pergunt ad cunas citi.
Ego cunas [l] *recessim* [m] *rursum-vorsum trahere, & ducere,*
Metuens pueris, mihi formidans: tantòq; angues acrius

a Und ist mir eben als wenn ich in der Hell were gewesen.

b Omnium f. servi, ancillæ, & uxoris.

c Vide Rud. I. 3. v. 17.

d Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*

e Vide Elect. Plaut. Tit. *Deorum & Adorationis.*

f Vide Elect. Plaut. Tit. *Puerperij.*

g Validus est.

h Cunis. Vide Lex.

i Vide Lex. Angues deorsum volant.

k Vide Lex.

l Retrò cessim. Retrorsum.

m Vide Lex.

Persequi. postquam conspexit angues ille alter puer,
Citus è cunis exsilit, facit rectà in anguis inpetum.
Alterum [a] *alterâ prehendit eos manu perniciter.*
AM. *Mira memoras. nimis formidolosum facinus prædicas.*
Nam mihi horror membra misero percipit dictis tuis.
Quid fit deinde? porrò loquere. BR. *Puer ambo anguis énicat.*
Dum hæc aguntur; voce clarâ exclamat uxorem tuam.
AM. *Quis homo?* BR. *Summus Imperator Divûm atq; hominum Juppiter.*
Is se dixit cum Alcumenâ clam [b] *consuetum cubilibus;*
Eumq; filium suum esse, qui illos angues vicerit:
Alterum tuum esse dixit puerum. AM. *Pol me haut penitet;*
Si licet [c] *boni dimidium mihi dividere cum Jove.*
Abi domum, jube vasa [d] *pura actutùm adornari mihi,*
Ut Jovis [e] *supremi multis hostiis pacem expetam.*
Ego [f] *Tiresiam conjectorem advocabo, & consulam*
Quid faciundum censeat. simul hanc rem, ut facta sit, eloquar.
Sed quid hoc? quàm validè tonuit! Dî obsecro vostram fidem!

a Unum dextrâ, alterum lævâ manu.
b Consuesse. consuevisse.
c Si licet mihi boni societate cum Iove côtractâ, eius boni partem dimidiam obtinere, alterâ dimidiâ ei relictâ.
d Vide Lex. *purus*.
e Iovem propitiû expetam.
f *H.e.* Vatem. Vide Elect. Pl. Tit. *Aruspicum*.

ACTUS QUINTI
SCENA II.
IUPITER.

BONO *animo es! adsum auxilio, Amphitruo, tibi, & tuis.*
Nihil est, quod timeas. hariolos haruspices
Mitte omnis. quæ futura, & quæ facta, eloquar.
Multò adeò melius, quàm illi, quòm sim Juppiter.
Primùm omnium Alcumenæ usuram corporis
Cepi, & concubitu gravidam feci filio.
Tu gravidam item fecisti, quom in exercitum
Profectus. [g] *uno partu duos peperit simul.*
Eorum alter, nostro qui est susceptus semine,
Suis factis te inmortali adficiet gloriâ.
Tu cum Alcumenâ uxore antiquam in gratiam
Redi. haut promeruit, quamobrem vitio verteres.
Meâ vi [h] *subacta 'st facere. ego in cælum migro.*

g Sc. es.
h Coacta est.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA III.

AMPHITRUO.

FACIAM ita, ut jubes; & te oro, promissa ut serves tua.
Ibo ad uxorem intrò: missum [a] facio Tiresiam Senem.
Nunc, Spectatores, Jovis summi causâ clarè PLAUDITE.

a Dimitto.

PLAUTI. AMPHITRIO. EXPLICIT.

INCIPIT
ASINARIA PLAUTI.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

ASINARIA.

Plautus Asin. Prol. vers. 13.

Inest lepos, ludusq; in hac Comœdiâ.

Janus Guilielmius.

Festiva Fabula est, & ridiculæ varietatis plena Asinaria. Eam Plautus è Demophilo (Al. Diphilo*) Latinam fecit. Prol. vers. 11. Græcè dicta fuit* ὌΝΑΓΟΣ.

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

LIBANUS, Servus. Gentile Syriacum.

DEMAENETUS, Senex. *à laude populari.*

ARGYRIPPUS, Adoleſcens: qui argenti causâ inequitatur. Alii *ἀπὸ τοῦ ἀγυρεῖν τὸν ἵππον.* quaſi Agyrippus: quemadmodùm eſt in MSS. Langg.

CLEAERETA, Lena. *Ab electione famæ.*

LEONIDA, Servus. *A leone.*

PHILENIUM, Meretrix. *A laudis ſtudio.*

DIABOLUS, Adoleſcens. *Calumniator.*

PARASITUS.

ARTEMONA, Vxor. *A velo nautico. ἀρτέμων.*

GREX.

MERCATOR: cum PUERO. infr 2.3. verſ.2.

BIBLIOTECA ... ROMA
VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

ARGYRIPPUS *adolescens mulierem deperibat Philenium: cujus Cleareta mater sagax lena, ut ab illo eliceret pecuniam, vetuerat amantes, amoribus suis indulgere. Adolescentis pater Demænetus suo obsequens filio, ut meretrici tradat, vult ei pecuniam dari. Servum igitur Libanum monet, undecumque ut potest surripiat, atriensem circumducat Sauriam: Artemonem, cujus sub imperio vivebat, uxorem fallat. Libanus conservum Leonidam convenit, rem aperit, opportunè simul confingunt fallaciam. Advenerat mercator daturus pro emtis asinis, unde Comœdia nomen invenit, pecuniam, quam se soluturum ajebat Atriensi Sauriæ, quem rei familiari Artemona præfecerat. Simulat Leonidas se Atriensem: suadet Libanus Mercatori, Leonidæ argentum ut dinumeret: assentitur Demænetus rectè solutum pretium. Igitur receptæ dantur mulieri viginti minæ: ob id Demæneto patri priorem noctem cedit filius: paratur convivium: senex, adolescens, ac meretrix accumbunt simul: interim hæc Diabolus rivalis resciens, qui jam fuerat per annum pactus, eam sibi meretriculam datum iri, Demænetum scortari, & filium uxori ejus Artemonæ per Parasitum nuntiat: uxor adveniens in virum convitijs agit, & extrudit è ganeo demum.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

ASINARIA.

ARGVMENTVM.

AMANTI argento filio auxiliarier
Sub [a] imperio vivens volt Senex uxorio.
Itaque ob [b] asinos relatum pretium [c] Saureæ
Numerarier jussit servolo Leonidæ.
Ad amicam id fertur. [d] cedit noctem filius.
Rivinus [e] amens ob præreptam mulierem
Is,rem omnem uxori per Parasitum nunciat.
Accurrit [f] uxor,ac [g] virum ê lustris rapit.

PROLOGVS.

HOC [h] agite,sultis,Spectatores,nunc [i] jam.
Quæ quidem mihi,atque vobis,res vortat benè,
Gregique [k] huic,& dominis, atque [l] conductoribus!
Face jam tu nunc,Præco,omnem auritum [m] poplum.
Age,nunc reside;cave modò,ne [n] gratiis.
Nunc quid processerim huc,& quid mihi voluerim,
Dicam,ut sciretis nomen hujus Fabulæ.
Nam quod ad ARGUMENTUM *attinet,sanè breve'st.*
Nunc quod me dixi velle vobis dicere,
Dicam. Huic nomen Græcè ΟΝΑΓΟ*'st Fabulæ.*
*Demophilus scripsit, M.*ACCIUS *vortit [o] barbarê.*
ASINARIAM *volt esse,si per vos licet.*
Inest lepos, ludusque in hac Comœdiâ.
Ridicula res est:date benignê operam mihi.
Vt vos item aliàs,pariter nunc [p] Mars adjuvet!

a Demænetus γυναικοκρατούμενος: sub imperio uxoris Artemonæ.
b pro asinis.infr.2.2.℣.80.
c Servo Atriensi.
d potestatem facit patri suo cubandi cum puellâ.
e Diabolus adol. rivalis Arg. ἀντίζηλος.
f Artemona.
g Demænetum.
h Ad hoc,quod agitur nunc,animos advortite.Vide Elect. Pl.Tit. *Actionum Sacrificiorum*.
i δισυλλάβως. iam.
k histrico: & Comœdis:sive histrionum dominis.
l qui ludos exhibent,quique histrionum operam conduxerunt.
m auritum & attentum instar leporis arrigentis aures. Pœn. Prol. ℣.11.Martial.l.9. Ep.70.& l.95.
n Gratis. Vide Lex. quia sc.vos Præcones soletis habere linguam &vocem venalem. Ideò taceris quidem, sed non sine mercede.Ne quidem tacere soletis gratis.
o Latinê: quia ex Græco.vide Lex.
p Deos quæso ,ut verâ virtute belli vincatis , nō fraude neque falaciâ. Vide Prol. Amph. & Pœn. & Elect. Tit.*Fabularum*.

ACTUS PRIMI

SCENA I.

LIBANUS, Servus.
DEMAENETUS, Senex.

SICUT [a] *tuum vis unicum gnatum tua*
Superesse vitæ sospitem, & superstitem:
Ita te obtestor tùm per senectutem tuam
Perque [b] *illam, quam tu metuis,* [c] *uxorem tuam!*
Si quid [d] *me erga tu hodie falsum dixeris,*
Ut tibi superstes uxor [e] *ætatèm siet:*
Atque illâ vivâ, vivos ut pestem óppetas.
DE. [f] *Per Dium Fidium quæris!* [g] *jurato mihi*
Video necesse esse eloqui, quidquid roges.
Ita me obstinatè adgressus, ut non audeam
Profectò, percunctanti quin promam omnia.
Proinde actutùm istud quid sit, quod scire expetis,
Eloquere: ut ipse [h] *scibo, te faciam, ut scias.*
LI. *Dic obsecro hercle seriò, quod te rogem.*
Cave mihi mendacij [i] *quicquam.* DE. *Quin tu ergò rogas?*
LI. *Num me illuc ducis, ubi lapis lapidem terit?*
DE. *Quid istuc est: aut ubi istuc est terrarum loci?*
LI. *Ubi flent nequam homines, qui* [k] *polentam pransitànt:*
Apud [l] *fustitudinas-ferricrepinas Insulas,*
Ubi vivos homines mortui incursant [m] *boves.*
DE. *Modò pol percepi, Libane, quid istuc sit loci.*
Ubi sit polenta, te fortasse dicere. LI. *Ah!*
Neque hercle ego istuc dico, neque dictum volò.
Teque obsecro hercle, ut quæ locutus, [n] *despuas.*
DE. *Fiat; geratur mos tibi.* LI. *Age, age; usque* [o] *exscrea.*
Etiam amplius! DE. *Nam quòusque?* LI. *Usque ad mortem volo.*
DE. *Cavesis malam rem.* LI. *Uxoris dico, non tuam.*
DE. *Dono te ob istuc dictum, ut expers sis metu.*
LI. *Di tibi* [p] *dent, quæcumque optes!* DE. *Redde* [q] *operam mihi,*

a Vide Elect. Plaut. Tit. *Parentum.*
b Vide Lex. *Tum.*
c vide Elect. Plaut. Tit. *Conjugij.*
d ἀντὶ πρὸς ἐμέ. erga me.
e Vide Lex. annos nimirum triginta & amplius.
f vide Elect. Plaut. Tit. *Iuramenti.*
g Obtestaris me per Deum Fidiũ, cujus Numen cũ verear fallere, necesse est omnia tibi dicã, tamquam juratus.
h Vide Lex.
i Sc. dicas.
k prandere cupiũt. Vide Lex. *Verbo.* & Elect. Plaut. Tit. *Moletrina.*
l Vocabula ficta κατ' ὀνοματοποιΐαν.
m lora ex pellibus bubulis facta i. e. ubi servi loris cæduntur.
n vide Elect. Plaut. Tit. *Abominationis.*
o Screando e pectore elice. Nota: post exscreationẽ Libani denuo rem screasse, illis verbis: *Etiam amplius!*
p Vide Elect. Pl. Tit. *Votorum.*
q Sc. auscultando.

Cur hoc ego ex te quæram? aut cur miniter tibi?
Quid istud est, aut ubi istuc sit, nequeo noscere,
Vbi flent nequam homines, qui polentam pransitant.
Propterea quod me non [a] *scientem feceris.*
Aut cur postremò filio suscenseam?
Patres vt faciunt cæteri? LI. *Quid istuc novi'st?*
DE. *Equidem scio iam, filius quod amet meus*
Istanc meretricem è proxumo Philenium.
Estne hoc, vt dico, Libane? LI. *Rectam* [b] *instas viam!*
Ea res est. sed eum morbus invasit gravis.
DE. *Etiamne?* LI. *age quæso hercle usque ex penitis faucibus.*
DE. *Quid morbi 'st?* LI. *Quia non* [c] *suppetunt dictis data.*
DE. *Tun' es adjutor nunc amanti filio?*
LI. *Sum verò, & alter noster est Leonida.*
DE. *Benè hercle facitis: & à me* [d] *initis gratiam.*
Verùm meam [e] *uxorem, Libane, nescis? qualis siet.*
LI. *Tu primus* [f] *sentis: nos tamen in pretio sumus.*
DE. *Fateor eam esse inportunam atque incommodam.*
LI. *Posterius* [g] *istuc dicis, quàm credo tibi.*
DE. *Omnes parentes; Libane, liberis suis,*
Qui mihi [h] *auscultabunt facient obsequellam:*
Quippe [i] *qui magè amico vtantur gnato & benivolo.*
Atque ego [k] *me id facere studeo; volo amari à meis,*
Volo me Patris mei similem, qui causâ meâ
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.
Neque puduit eum id ætatis sycophantias
Struere, & beneficiis me [l] *emere gnatum suum sibi.*
Eos me decretum 'st persequi mores Patris.
Nam me hodie oravit Argyrippus filius,
Vti sibi amanti facerem argenti copiam.
Et [m] *id ego percupio obsequi gnato meo.*
Volo amori [n] *obsecutum illius, volo amet me Patrem:*
Quamquam illum mater [o] *artè contemteq́; habet,*
Patres [p] *vt consuêrunt; ego mitto omnia hæc.*
Præsertim quòm is me dignum, quoi concrederet,
Habuit; me habere [q] *honorem ejus ingenio decet,*
Quom me adiit, vt pudentem gnatum æquom 'st, Patrem.
Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.

a Vide Lexicon. *Scient.*
b Du bist vffm recten weg.
c Non habet vnde promissum soluat.
d Mihi gratum facitis.
e Nota Syntaxin.
f Tametsi ut primus uxoris tuæ mores experiaris: nihilo tamen nos viliori pretio sumus. Tibi namque haud ingratiis primas concedimus.
g Quemadmodum ea, quæ tu experitis, nos longe ante prævidemus: ita quæ dicis longe ante credidi, & ita se habere scivi.
h Obsequentur, indulgebunt.
i Quippe ut filium suum habeant sibi magis amicum
k Vide Lex. *Studeo.*
l Devincire.
m In eodem χωρίς τοῦ.
n *Scil.* esse. pro, *obsecundatum.* παθητικῶς Vide Lexicon. *Verba.*
o Parce & continenter.
p Vide Elect. Plaut. Vit. *Indulgentia.*
q Morem ipsi gerere, indulgere.

LI. Demi-

Digitized by Google

LI. *Demiror, quid sit; & quò evadat, sum in metu,*
Equidem scio iam, filius quod amet meus:
LI. *Cupis id, quod cupere te nequiquam intellego.*
Dotalem [a] *servom Sauream uxor tua*
Adduxit, cui plus in manu sit, [b] *quàm tibi.*
DE. *Argentum accepi; Dote* [c] *imperium vendidi.*
Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.
Viginti [d] *jam usu'st Filio argenti minis.*
Face id ut paratum jam sit. LI. *Unde gentium?*
DE. *Me desudato.* LI. *Maxumas nugas agis:*
Nudo [e] *detrahere vestimenta me jubes.*
Desudem te ego? age sis, tu sine [f] *pennis vola.*
Tene ego desudem? quoi ipsi nihil est in manu.
Nisi quid tu porrò uxorem [g] *desudaveris.*
DE. *Quà me,* [h] *quà uxorem, quà tu servom Sauream*
Potes, circumduce, aufer. promitto tibi,
Tibi *non offuturum, si id hodie effeceris.*
LI. *Iubeas unâ operâ me* [i] *piscari in aëre,*
Venari autem [k] *rete-iaculo in medio mari.*
DE. *Tibi* [l] *Optionem sumito Leonidam,*
Fabricare quidvis, quidvis comminiscere,
Perficito argentum hodie ut habeat filius,
Amicæ quod det. LI. *Quid ais tu? Demænete.*
Quid si forte in insidias devenero!
Tun' redimes me? si me hostes interceperint.
DE. *Redimam.* LI. *Tum tu igitur* [m] *cura, quid lubet.*
Ego eo ad forum, [n] *nisi quid vis.* DE. *Fiet. ne ambula.*
Atque audin' etiam? LI. *Ecce.* DE. *Si quid te volam; ubi eris?*
LI. *Ubicumque libitum fuerit animo meo.*
Profectò nemo'st, quem iam dehinc metuam mihi.
Ne quid nocere possit, quòm tu mihi tuâ
Oratione omnem animum ostendisti tuum.
Quia te quoque ipsum facio haut magni, si hoc [o] *patro.*
Pergam, quò occepi, atque ibi consilia exordiar.
DE. *Audin tu? apud Archibulum ego ero* [p] *Argentarium.*
LI. *Nempe in foro?* DE. *ibi. si quid* [q] *opus fuerit.* LI. *Meminero.*
DE. *Non esse servos peior hoc quisquam potest.*
Nec magis vorsutus, nec [r] *quo ab caveas ægrius.*
Eidem homini, si quid recte curatum velis,
Mandes. moriri sese misere mavolet,

[a] Vide Lex. *Servus Dotalis.*
[b] quia uxor amplam dotem domum tuam attulit, quam ille tractat.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Conjugii.*
[d] *Σιδάρμα* [illegible] hoc loco notat *Muretus* lib. x. variarum Lect. cap. v.
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Paupertatis.*
[f] Vide ibid. Elect. Plaut.
[g] Vide Lex.
[h] Vide Lex. *Quà.*
[i] Vide Elect. Pl. Tit. *Laboris frustranei.*
[k] Vide Lex. *Retejaculum* & *Nomina substantiva.*
[l] Vide Lex.
[m] Tu de hac re sis securus, ego videro.
[n] Formula discedentium vide Lex.
[o] Vide Lex.
[p] Vide Lex. *Argentarius.*
[q] Vide Elect. Pl. Tit. *Negotiorum.*
[r] A quo.

Quàm me

Digitized by Google

Quàm non [a] *perfectum reddat, quod promiserit.*
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio esse, quàm me hunc scipionem [b] *contui.*
Sed quid ego cesso ire ad forum, quò d inceperam?
Ibo, atq; ibi manebo apud Argentarium.

a Effectum.

b Vide Lex.

ACTVS PRIMI
SCENA II.
ARGYRIPPVS, Adolescens.

SICINE *hoc fit? foras ædibus me* [c] *eici!*
Promerenti optumè, hocine pretij redditur?
Benè-merenti mala es, malè merenti bona es:
At malo [d] *cum tuo. nam jam ex* [e] *hoc loco*
Ibo ego ad tres viros [f], *vostraq; ibi* [g] *nomina,*
Faxo erunt, capitis te [h] *perdam ego, & filiam,*
Perlecebræ, permities, adulescentum exitium.
Nam Mare haut est mare, vos Mare acerrumum.
Nam in [i] *mari repperi, hic* [k] *elavi bonis.*
Ingrata atq; irrita esse omnia intellego,
Quæ dedi, & quod benè feci: at post hac tibi,
Male quod potero facere, faciam, meritoq; id faciam tuo.
Ego pol te redigam eódem, unde orta es, ad Egestatis terminos.
Ego edepol te faciam, ut quæ sis nunc, & quæ fueris, scias.
Quæ priusquam istam adij, atq; amans ego animum meum isti dedi,
Sordido vitam oblectabas [l] *pane in panis inopia.*
Atq; ea si erant, magnas habebas omnibus DIs gratias.
Eadem nunc, quom est melius, me, quojus opera est, [m] *ignoras mala.*
Reddam ego te ex fera fame [n] *mansuetem, me specta modo.*
Nam isti quid suscensceam ipsi, nihil est. nihil quicquam meret.
Tuo fecit iussu, tuo imperio paret. Mater tu, eadem era es.
Te ego ulciscar te ego, ut digna es perdam, atq; ut de me meres.
At scelesta viden' ut ne id quidem me dignum esse existumat,
Quem adeat, quem conloquatur, quoiq; irato supplicet.
Atq; eccam inlecebra exit tandem, opinor. hic ante ostium.
Meo [o] *modo loquar, quæ volam: quoniam intus non licitum 'st mihi.*

c Scil. æquum est; Pseud. c.1. ẏ.1. Hæc loquitur Adolescens eiectus Ad Lenam, quæ domi adhuc. nondū enim in proscenium prodiit.
d Vide Elect. Pl. Tit. *Minarum.*
e è vestigio. Bff der ftett.
f Qui sacramenta exigebāt, & iudicabant. Vide Elect. Pl. Tit. *Magistrat.*
g Vide Elect. Pl. Tit *Magistrat.*
h Nota syntaxin. Vide etiam Elect. Pl. Tit. *Illecebrarū,* & *Meretricum.* Itemq; Lex. *Pellecebræ, terni.*
i In mercaturā faciendā.
k Prodegi mea bona: Vide Lex.
l Vide Elect. Plaut. Tit. *Paupertatis.* Sensus est: Antequam mecum cōsuesceres, atro pane victitasti, in cujus inopiā nescio quibus aliis pro cibo usa es; quæ tamen ipsa si essent, magnas DIs gratias haberes. Vide Capt. 1. 2. ẏ. 27. Most. 3. 1. ẏ. 2.
m Vide Lex.
n Vide Lex.
o Meo arbitratu. Vide infra similem locum. 2. 1. ẏ. 41.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

CLEAERETA, Lena.
ARGYRIPPUS, Adolescens.

VNUMQUODQUE *istorum verbûm nummis* [a] *Philippéis aureis*
Non potest auferre hinc à me, si quis emptor venerit:
Nec-rectè [b] *quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum* [c] *merum 'st.*
Fixus hic apud nos est animus tuus [d] *clavo Cupidinis.*
Remigio veloque [e] *quantum poteris, festina & fuge.*
Quam [f] *magis te in* [g] *altum capessis, tam æstus te in portum refert.*
AR. *Ego pol istum* [h] *portitorem privabo* [i] *portorio.*
Ego te dehinc, ut merita es de me, & meâ re, tractare [k] *exequar:*
Quòm tu me, ut meritus sum, non tractas, quæ eicis domo.
CL. *Magis istuc percipimus lingua dici, quàm factis fore.*
AR. *Solus* [l] *solitudine ego te*..., *atq; ab egestate abstuli.*
Solus si ductem, referre gratiam numquam potes.
CL. *Solus ductato, si semper solus, quæ poscam, dabis,*
Semper tibi promissum habeto hac lege, dum [m] *superes datis.*
AR. *Qui modus dandi? nam numquam tu quidem expleri potes.*
Modo quod [n] *accepisti, haut multò post aliquid, quod poscas, paras.*
CL. *Quid modi 'st ductando?* [o] *amando numquam expleri potes?*
Modò [p] *remisisti, continuò jam ut remittam ad te, rogas.*
AR. *Dedi quidem, quod* [q] *mecum egisti.* CL. *Et tibi ego misi mulierem.*
Par [r] *pari datum* [s] *hostimentum 'st; opera pro pecuniâ.*
AR. *Malè agis mecum.* CL. *Quid me accusas? si facio officium meum.*
Nam neq; usquam [t] fictum, neq; pictum, *neq; scriptum in poëmatis,*
Vbi Lena benè agat cum quiquam amante, quæ [u] *frugi esse volt.*
AR. *Mihi quidem te parcere æquom 'st tandem, ut tibi durem diu.*
CL. *Non tu scis? quæ amanti* [x] *parcet, eadem sibi parcet, parùm.*
Quasi piscis [y], *itidem 'st Amator Lenæ: nequam 'st, nisi recens.*
Is habet succum, is suavitatem: eum quovis pacto condias,
Vel [z] *patinarium, vel assum,* [aa] *vorses, quo pacto lubet.*
Is dare volt, is se aliquid posci: nam ubi [bb] *de pleno promitur,*
Neq; ille scit, quid det, quid damni faciat; illi rei studet:
Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedissequæ,
Volt famulis, volt etiam ancillis, & quoq; catulo meo,
Subblanditur novos Amator, se ut quòm videat, gaudeat.

Vera

a Vide *Rei monetariæ* Elect. Plautin.
b Malè dicis.
c Solum.
d Solidissimo & plane adamantino vinculo copulatus.
e Vide Calligr. Tit. *Festinandi.*
f Vide Lex. *Quã.* & Elect. Pl. Tit. *Amorum.*
g In mare.
h Sc. lenam. Vide Elect. Tit. *Meretricum, Lenarum.*
i Quæstu meretricio. Vide Lex.
k Pergam.
l Te & locupletem & divitem feci.
m Abundes datis.
n τὸ quod παρέλκει, & sermoni vehementiam addit.
o Amator .n. dum ductandi scortum modum nõ facit, ne dandi quidem facere potest.
p Filiam ad me.
q Quod mecũ ut darem pepegisti.
r Neuter habet, qp alteri exprobret. Tu filiam meam amabas, missa est: ego pecuniam, tu dedisti.
s Vide Lex.
t Formatum, effigiatum. Nonius.
u Quæ suis rationibus consulit.
x Quæ amantem timide poscet, ea sibi erit damnosa.
y Vide Elect. Pl. Tit. *Piscium* & Tit. *Amorum.*
z Qui in patina cũ jure apponitur.
aa Amatorem ut piscem, qui assatur. Vide Lex.
bb Cùm amator nondum exhaustus est Truc. 2. 1. v. 14.

Veradico. [a] AD SUUM *quemq; hominem quæstum esse æquom'st* [b] *callidum.*
AR. *Perdidici istæc esse vera, damno cum magno meo.*
CL. *Si ecastor nunc habeas, quod des, alia verba perhibeas:*
Nunc quia nihil habes, [c] *maledictis te* [d] *eam ductare postulas.*
AR. [e] *Non meum'st.* CL. *Nec meum quidem edepol, ad te ut mittam gratis.*
Verùm ætatis atq; honoris gratiâ hoc fiet tui.
Quia nobis lucro fuisti potius, quàm dedecori tibi.
Si mihi dantur duo Talenta argenti numerata in [f] *manum,*
Hanc tibi noctem honoris caussa gratis dono dabo.
AR. *Quid si non* [g] *est?* CL. *Tibi non esse credam; illa aliò ibit tamen.*
AR. *Ubi illæc? quæ dedi ante.* CL. [h] *Abusa nam si ea durarent mihi,*
Mulier [i] *mitteretur ad te; numquam quicquam poscerem.*
Diem, Aquam, Solem, Lunam, Noctem, hæc argento non emo.
Cætera quæq; volumus uti, [k] *Græcâ mercamur fide.*
Quom a pistore panem petimus, vinum ex œnopolio,
Si [l] *æs habent, dant mercem: eâdem nos disciplinâ utimur.*
Semper [m] *oculatæ manus sunt nostræ; credunt, quod vident.*
Vetus est; [n] NIHILI COACTIO EST. *scis quojus: non dico amplius.*
AR. *Aliam nunc mihi orationem* [o] *despoliato prædicas.*
Longè aliam te inquam, præbes, nunc atq; olim, quom dabam.
Aliam atq; olim, quòm inliciebas me ad te blandè, ac [p] *benedicè.*
Tum mihi ædes quoq; [q] *adridebant, quom ad te veniebam, tuæ.*
Me unice unam ex omnibus te atq; illam amare, ajebas mihi.
Ubi quid dederam, quasi [r] *columbæ pulli in ore ambæ meo*
Usq; [s] *eratis, meo de studio studia erant vostra omnia.*
Usq; adhærebatis: quod ego jusseram, quod volueram,
Faciebatis quod nolebam, ac vetueram, de industriâ
Fugiebatis: neq; conari id facere audebatis prius.
Nunc neq; quid velim, neq; nolim, facitis magni, pessumæ.
CL. *Non tu scis? hic noster quæstus* [t] *aucupii simillimu'st.*
Auceps quando concinnavit aream, offundit cibum:
Aves adsuescunt. [u] NECESSE *est facere sumptum, qui quærit lucrum.*
Sæpè edunt; semel si sunt captæ, rem solvunt aucupi.
Itidem hic apud nos: ædis nobis Area st, Auceps sum ego.
Esca est Meretrix, Lectus inlex est, Amatores aves.
Bene [x] *salutando consuescunt, compellando blanditer,*
[y] *Osculando, oratione* [z] *vinnulâ-venustulâ.*
Si papillam pertractavit, haut id est [aa] *ab re aucupis.*
Savium

a Vide Elect. Pl. Tit. *Quæstus. Lucri.*
b [Quia operâ dabit quisque ut videat, quid e re suâ sit. Truc. [illegible] & [illegible]
c Quasi dictis, non datis.
d Filiam s. cui eadem & mater & hera sum.
e Q. d. non consuevi cũ maledictis, sed magnis ductare muneribus. Ich mache es nicht also.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Solutionis.*
g Q. d. non habeas.
h Utendo, vel in usum consumta. Unnütlich verbraucht.
i Gratis mitterẽ.
k H. e. Optima & repræsentatâ pecuniâ mercari. Galli. *argent tout content.* Vide Elect. Pl. Tit. *Emtionis.*
l Si præsentem pecuniam quis ei offert. Vide ibid.
m Vide Calligr. Tit. *Credendi.* Proverb.
n Nihili æstimatur coactio, quæ n. [illegible] protestur. Opus est enim inprimis Lenonibus, & Lenabus præsenti pecuniâ. Coactores namq; in auctionib. solebant pretia intra certũ diẽ prosequi: & colligere. Sic Seneca Epist. 82. *Venatorem non fugat a [illegible] coactor.* H. e. nõ [illegible]cè à foro abstinet, quod multa mala sint nomina coactoribus tradẽda, ut illa exigant. atq

n [illegible] quis [illegible]. o τό δε ἐστι [illegible] Vide Lex. p [illegible]: bonis & lenib. verbis. q Veluti risu ob adventum me[illegible] diffundi[illegible]bantur. r Vide Elect. Pl. Tit. *Amorum* & *Columbarum.* s Illa studia sola colebatis: quæ videbatis me colere. Vide Lex. t Q. [illegible] Pl. Tit. *Lenonum* & *Aucupii.* u Vide Fl. Pl. Tit. *Quæstus, Lucri.* x Dũ salutãtur πα[illegible]. y [illegible]: [illegible] Et hic tamen verbum nabor quoq; invenimus in Memorabilis Pall. ut suo loco notabimus. z Blandæ, allec[illegible] Vide Lex. aa Non est ei familiaris aucupis damnosum. Vide Lex. *Ab re.*

Savium si sumpsit, sumere eum licet [a] *sine retibus.*
Hacine te esse oblitum in ludo qui fuisti tam diu.
AR. *Tua ista culpa st, quæ discipulum semidoctum abs te amoves.*
CL. *Remeato audacter, mercedem si eris nactus: nunc abi.*
AR. *Mane, mane; audi: dic, quid me æquom censes pro illâ tibi dare,*
Annum hunc ne cum quiquam alio sit. CL. *Tune? viginti minas;*
Atq; eâ lege, si alius ad me prius attulerit, tu Vale.
AR. *At ego; est etiam prius quàm abis, quod volo loqui.* CL. *Dic, quod lubet.*
AR. *Non omninò jam perii; est reliquom,* [b] *quo peream magis.*
Habeo, unde istuc tibi, quod poscis, dem; sed in leges [c] *meas*
Dabo, ut scire [d] *possis, perpetuum annum hunc mihi uti serviat:*
Nec quemquam interea alium admittat prorsus, quàm me, ad se virum.
CL. *Quin, si tu voles, domi servi qui sunt, castrabo* [e] *viros.*
Postremò, ut voles nos esse, [f] *syngrapham facito adferas.*
Ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito;
Modo tecum argentum adferto, facile patiar cætera.
Portitorum simillumæ sunt januæ [g] *Lenoniæ:*
Si adfers, tum patent: si non est, quod des, ædes non patent.
AR. *Interii! si non invenio ego illas viginti minas.*
Et profectò nisi illud perdo argentum, pereundum'st mihi.
Nunc pergam ad forum, atq; experiar [h] *opibus; omni copiâ*
Supplicabo, exobsecrabo, [i] *ut quemq; amicum videro.*
Dignos, [k] *indignos adire, atq; experiri certum st mihi.*
Nam si mutuò non potero, certum 'st, sumam fenori.

a Habere eum licet spontaneum, non coactum.
b Restat aliquid quo tibi dem, neque adeo præcipitem.
c Meis conditionibus & pactis.
d Quæ te mihi præstare velim.
e Vide Lex. *Vir.*
f Vide Lex.
g Vide Elect. Plaut. Tit. *Lenocinq.*
h P. . omni facultate, & potestate mea. Vide Lex. *Ope.*
i Exquisitè obsecrabo.
k Vide Calligr. Tit. *Contrarietatis.*

ACTUS SECUNDI
SCENA I.
LIBANUS, Servus.

HERCLE [l] *verò, Libane; nunc te meliu'st* [m] *expergiscier,*
Atq; argento conparando fingere te fallaciam.
Iam [n] *diu'st factum, quòm discesti ab ero, atq; abisti ad forum,*
Igitur [o] *inveniundo argento ut fingeres fallaciam,*
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in otio.
Quin tu abs te socordiam omnem reice, & segnitiem amove,
Atq; ad ingenium vetus vorsutum te recipis tuum!
Serva erum: cave tu idem faxis, alii ut servi solent.

l Seipse hortatur & suscitat Libanus.
m Qui videris dormire.
n Nota syntaxin. Vide Calligr. tit. *Temporis.*
o [illegible] ea gra- [illegible]

Qui

Qui ad eri fraudationem [a] *callidum ingenium gerunt.*
Unde sumam? quem intervortam? quò hanc [b] *celocem conferam?*
Impetritum, [c] *inauguratum 'st,* [d] *quovis* [e] *ammittunt aves:*
Picus, & cornix est ab lævâ; corvos, [f] *parra, ab dexterâ*
Consuadent. certum hercle 'st vostram consequi sententiam.
Sed quid hoc? quòd picus [g] *ulmum tundit, non temerarium 'st.*
Certè hercle ego quantum ex augurio auspicij intellego,
Aut mihi [h] *in mundo sunt virgæ, aut* [i] *Atriensi Saureæ.*
Sed quid illuc? quòd exanimatus currit huc Leonida.
Metuo, quod illic [k] *obscævavit meæ falsæ fallaciæ.*

ACTUS SECUNDI
SCENA II.
LEONIDA. LIBANUS: Servi.

Ubi ego Libanum nunc requiram, aut familiarem filium?
Ut ego illos [l] *lubentiores faciam, quam* [m] *Lubentia 'st.*
Maxumam prædam, & triumphum eis adfero adventu meo.
Quando [n] *mecum pariter potant, pariter scortari solent.*
Hanc quidem, quam nactus, prædam, pariter cum illis partiam.
LI. *Illic homo ædis* [o] *compilavit, more si fecit suo.*
Væ illi! qui tam indulgenter [p] *observavit januam.*
LE. *Ætatem* [q] *velim servire, Libanum ut conveniam* [r] *modò.*
LI. *Meâ quidem hercle operâ liber numquam fies ocius.*
LE. *Etiam de tergo ducentas plagas* [f] *prægnatis dabo.*
LI. *Largitur peculium, omnem* [t] *in tergo thensaurum gerit.*
LE. *Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit,*
Numquam edepol [u] *quadrigis albis* [x] *indipiscet postea.*
Erum in subsidione linquet, inimicûm animos auxerit.
Sed si mecum occasionem [y] *opprimere hanc, quæ obvenit, studet.*
Maxumas [z] *opimitates gaudio effertissimas*
Suis eris ille una mecum pariet, gnatoq; & patri;
Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint [aa] *obnoxij,*
Nostro devincti beneficio. LI. *Vinctos nescio-quos ait.*
Non placet: metuo in [bb] *commune ne quam* [cc] *fraudem frausus siet.*
LE. *Perij ego oppido! nisi Libanum invenio jam,* [dd] *ubi ubi est gentium.*
LI. *Illic homo socium ad malam rem quærit, quem adjungat sibi.*

a Qui callidi & versuti sunt ad herum suum fallendum. Tu sis callidus ad servandum herum.
b Vide Lex. Quò mea consilia referam? ἀλληγορικῶς.
c Vide Lex. & El. Pl. tit. *Augurum.*
d Augurium actū & consultum est.
e In quamvis partem admittunt aves & consiliū suo garritu aut volatu ratum faciunt.
f Vide Lex. & El. Pl. Tit. *Augurij.*
g Unde virgæ conficiuntur.
h Paratæ sunt: expeditæ sunt. Vide Calligr. Tit. *Apparat.* ...
i Domesticο. Vide Lex. *Servus Atriensis.*
k Malam scævam sive omen attulit. Vide Lex.
l Hilariores. lætiores.
m Dea hilaritatis. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*
n Quoniam. Vide Lex.
o Spoliavit. Vide Lex.
p Vide Lex. & El. Pl. Tit. *Servorum.*
q Diutissimè. Vide Lex. & versu seq. τὸ *ætym* abundat, ut Rud. 4. 1. ꝟ. 9.
r Dummodo cōv.
f Eminentes, protuberātes. *Iocus est.* Ich will dir fein feiste Büff geben.
t In peculio nihil habet pter plagas.
u Iovis ꝭ. quæ celerrimo curriculo feruntur percœlū.
x Adipiscetur, assequetur. Vide Lex.

y Occupare, & ita subito arripere, ut elabi non possit. z Copias, res secundas, prosperitates. Vide Lex. aa Obligati. Vide Lex. bb Mihi & illi. cc Fraudem commiserit. *Fefus.* Contra ἀναλογίαν sic dicitur. Vide Lex. dd Vide Lex.

Non placet; pro [a] monstro extemplò est, quando qui [b] sudat, tremit.
LE. Sed quid ego hic properans concesso pedibus? linguâ [c] largior?
Quin ego hanc jubeo tacere! quæ loquens [d] lacerat diem.
LI. Heu! edepol hominem infelicem! qui patronam [e] conprimat.
Nam si quid scelestè fecit, lingua pro illo pejerat.
LE. Adproperabo; ne post tempus prædæ præsidium parem.
LI. Quæ illæc præda 'st? ibo advorsùm, atque [f] electabo, quicquid est.
Jubeo te salvere voce summâ, quoad vires valent.
LE. [g] Gymnasium flagri; salveto. LI. Quid agis? [h] custos carceris.
LE. O! catenarum [i] colone. LI. O! virgarum [k] lascivia.
LE. Quot pondo ted esse censes nudum? LI. non edepol scio.
LE. Scibam ego te nescire: at pol ego, qui te [l] expendi, scio.
Nudus vinctus centum [m] pondo es, quando pendes [n] per pedes.
LI. Quo argumento istuc? LE. Ego dicam, quo argumento, & quo modo.
Ad pedes quando adligatum 'st æquom [o] centupondium.
Ubi manus [p] manicæ conplexæ sunt, atque adductæ ad trabem,
Nec dependis, [q] nec propendis; quin malus [r] nequamque sis.
LI. Væ tibi! LE. [s] Hoc testamento servitus legat tibi.
LI. Verbis velitationem [t] fieri compendi volo.
Quid istud negotii 'st? LE. Certum 'st credere: LI. Audacter licet.
LE. Sis [u] amanti subvenire familiari filio,
Tantum adest boni inprovisò, verùm conmixtum malo.
Omnes de nobis carnuficum concelebrabuntur dies.
Libane, nunc audaciâ usu 'st nobis inventâ, & dolis.
Tantum facinus modò inveni ego, ut nos dicamur duo
Omnium dignissumi esse, quò cruciatus confluant.
LI. [x] Ergò mirabar, quòd dudum scapulæ [y] gestibant mihi,
Hariolari [z] quæ occeperunt, sibi esse in [aa] mundo malum.
Quidquid id est, eloquere. LE. Magna est præda, cum magno malo.
LI. Siquidem omnes conjurati cruciamenta conferant:
Habeo, opinor, [bb] familiare tergum, ne quæram foris.
LE. Si istam firmitudinem obtines animi, salvi sumus.
LI. Quin si tergo res soluenda 'st, rapere cupio [cc] publicum.
Pernegabo, atque [dd] obdurabo, perjurabo [ee] denique.
LE. Hem! [ff] ista virtus est; quando usu 'st, qui malum fert fortiter.
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.
LI. Quin rem actutum edisseris! cupio malum nanciscier.

a Monstri simile est. Vide Lex.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Sudoris*.
c Cur lingua largus sum, cùm interea pedib. meis parco? *concesso*, pro *cesso*. τὸ *Largior* verbum & nomen esse potest.
d Conterit diem.
e Linguam patronam suam coërcet. locus ex ambiguo.
f Eliciâ. Ich wills heraus locken.
g Homo in quo verberando se quotidie exercet dominus.
h Qui toties in carcerem cõpingeris, ut custos carceris videare.
i Qui assiduê catenas colis, ut colonus agrum.
k In cujus tergo lascivire & exsultare solent virgæ.
l Libravi heri jussu. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum*.
m Vide Elect. Pl. Tit. *Hominis*.
n Ut pedes deorsum vergant ad terram.
o Iustum centum libb. pondus.
p Vide Lex.
q Man wiege dich ubersich oder untersich / so wigstu ein Schalck.
r Inutilis *Caper*. Vide Lex.
s Hoc Væ tanquam legatum quoddam tibi servitus testamento reliquit.
t [illegible]. Pr.
[illegible] ipsam contentionem nostram, quæ fit verbis, volo [illegible], & non usurpari volo nos desinere verbis velitari. Vide Lex. u Vide Lex. [illegible]. x Certè. Vide Lexic. y Exsultabant, quasi præsagientes plagas. z Divinare. Vide Lexic. aa Vide Callig. *[illegible]*. bb Domi habeo tergum, ne mihi quærendum sit foris. [illegible]. Ego paratus sum ad verbera si quid fecero. cc Publicam pecuniam. dd Vide Lex. *Durare*, & Elect. Pl. Tit. *[illegible]*. ee Pejerabo. ff Ejus [illegible], qui quando us. Vide Elect. Pl. Tit. *Patientia*.

LE. Placidè ergò unumquidq; [a] derogita, ut adquiescam. non vides
Me ex cursurâ anhelitum etiam ducere. LI. Age, age, mansero
Tuo arbitratu, vel [b] adeò, usq; dum peris. LE. Vbinam est erus?
LI. Major apud forum 'st, minor hic est intus. LE. [c] Iam sati' st mihi.
LI. Tum [d] igitur tu dives es factus? LE. Mitte ridicularia.
LI. Mitto. istuc, quod adfers, aures exspectant meæ.
LE. Animum advorte, ut æquè mecum hæc scias. LI. Taceo. LE. Beas.
Meministin' asinos Arcadicos Mercatori [e] Pellæo
Nostrum vendere Atriensem? LI. Memini. quid tum postea?
LE. Hem! ergò is argentum huc remisit, quod daretur Saureæ
Pro asinis. adulescens venit modò, qui id argentum attulit.
LI. Vbi is homo 'st? LE. Iam [f] devorandum censes, si conspexeris.
LI. Ita enim verò. sed tamen tu nempe eos asinos prædicas
Vetulos, claudos, quibus subtritæ [g] ad femina jam erant ungulæ.
LE. Ipsos, qui tibi subvectabant rure huc virgas ulmeas.
LI. Teneo. atq; iidem te hinc vexerunt vinctum rus. LE. Memor es probè.
Verùm in tonstrinâ ut sedebam, me med [h] infit percontarier:
Ecquem filium Stratonis noverim Demænetum?
Dico me novisse extemplò, & me ejus servom prædico
Esse, & ædis demonstravi nostras. LI. Quid tum postea?
LE. Ait, se [i] ob asinos ferre argentum Atriensi Saureæ
Viginti minas: sed [k] eum sese non novisse hominem, qui siet;
Ipsum verò se novisse [l] callidè Demænetum,
Quoniam ille locutus hæc sic. LI. Quid tum? LE. Ausculta ergò; scies.
Extemplò [m] facio facetum me, atq; magnificum virum.
Dico med esse Atriensem. sic hoc respondit mihi.
Ego pol Sauream non novi, [n] neq; quâ facie sit, scio:
Te non æquom mî est suscensere. Si erum vis Demænetum,
Quem ego novi, adduce; argentum non morabor, quin feras.
Ego me dixeram adducturum, & me domi præstò fore,
Ille in balineas iturus 'st; inde huc veniet postea.
Quid nunc consilii captandum censes? dic. LI. Hem! istuc ago;
Quomodo [o] argento intervortam, & [p] adventorem, & Sauream.
Iam hoc opus est [q] exasciatum. nam si ille argentum prius
Hospes huc adfert, continuò nos ambo exclusi sumus.
Nam me hodie Senex seduxit solum sorsùm ab ædibus.
Mihi, tibiq; interminatu 'st, nos futuros [r] ulmeos,
Ni, hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ.
Jussit vel nos Atriensem, vel nos uxorem suam
Defraudare: dixit se se operam promissam [s] dare.
Nunc tu abi ad forum, adque erum, & narra hæc, ut nos acturi sumus;

[a] Vide Lex. De.
[b] Vide Lex.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. Nominum.
[d] locus ex fatu. verborum sc. & bonorum.
[e] Ex Pellâ, Vrbe Macedoniæ, in quâ natus Alex. Magn.
[f] Tanquam feram aliquam. Du wirst in gar wollen fressen. Pseud. 4. 7. ṽ. 26. Sed latet obscenior sensus: tanquam si aliter conditionem ejus ambiat, & desideret unà esse.
[g] Ad femora usq; h. e. usq; ad vivum fuerunt illis subtritæ ungulæ. Hyperbole.
[h] Incipit. Vide Lex.
[i] Pro asinis. infr. ṽ. 107.
[k] Sauream.
[l] Pernovisse, percallere. Vide Lex.
[m] Fingo me facetum. Vide Lex.
[n] Pseud. 4. 7. ṽ. 99.
[o] Quomodo utrũque argento circumducam, atq; evertam.
[p] H. e. Hospitem.
[q] Vide Lex.
[r] Vlmeis virgis vapulaturos.
[s] Filio suo.

Te ex Leonidâ futurum esse Atriensem Sauream:
Dum argentum adferat Mercator pro Asinis. Le. *Faciam, ut jubes.*
Li. *Ego illum interea hic* [a] *oblectabo prius, si fortè advenerit.*
Le. *Sed quid ais?* Li. *Quid vis?* Le. *Pugno* [b] *malam si tibi percussero,*
Mox quòm Sauream imitabor; caveto ne suscenseas.
Li. *Hercle verò tu cavebis, ne me attingas, si* [c] *me sapis.*
Ne hodie malo cum auspicio nomen [d] *commutaveris.*
Le. *Quæso æquo animo patitor.* Li. *Patitor tu item, quòm ego te* [e] *referiam.*
Le. *Dico, ut* [f] *usu'st fieri.* Li. *Dico hercle ego quoq; ut facturus sum.*
Le. *Ne nega.* Li. *Quin promitto, inquam,* [g] *hostire contra, ut merueris.*
Le. *Ego abeo. tu jam, scio, patiére? Sed quis hic est? is est,*
Ille'st ipsus. jam ego recurro huc, tu hunc interea hic tene.
Volo Seni narrare. Li. *Quin tuum* [h] *officium facis ergò, ac fugis!*

a Blandis verbis lactabo & retinebo.
b Si colaphum tibi impegero, quod poterant Atrienses.
c Vide Lex. Παρέλκον
d Ex Leonidâ factus sis Saurea.
e Repercutiam, reverberabo.
f Vt opus est fieri.
g Vide Lex.
h Quia es servus fugitivus. Vide Lex. *Officium.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.
MERCATOR. LIBANVS, Servus.

Vt demonstratæ sunt [i] mihi; hasce ædis esse oportet,
Demænetus ubi dicitur habitare. I puere pulta;
Atq; Atriensem Sauream, si est intus, evocato huc.
Li. *Quis nostras sic frangit foris? O he* [k]! *inquam, si quid audis.*
Mer. *Nemo etiam tetigit. sanun' es tu?* Li. *At censebam attigisse,*
Propterea huc quia habebas iter. nolo ego foris [l] *conservas meas*
A te verberarier: sanè ego sum amicus [m] *nostris ædibus.*
Mer. *Pol haut periculum'st, cardines ne foribus ecfringantur,*
Si istoc exemplo tu omnibus, qui quærunt, respondebis.
Li. *Ita hæc morata'st janua: extemplò janitorem*
Clamat procul si quem videt ire ad sese calcitronem.
Sed quid venis? quid quæritas? Mer. *Demænetum volebam.*
Li. [n] *Si sit domi, dicam tibi.* Mer. *Quid? ejus Atriensis?*
Li. *Nihilo mage intu'st.* Mer. *Vbi'st?* Li. *Ad tonsorem* [o] *ire dixit.*
Mer. *Quòm* [p] *venisset, post non rediit?* Li. *Non edepol. quid volebas?*
Mer. *Argenti viginti minas, si adesset, accepisset.*
Li. *Qui* [q] *pro istuc?* Mer. *Asinos vendidit Pellæo Mercatori*
Mercatu. [r] Li. *Scio. tu id nunc refers? jam hic credo eum adfuturum.*
Mer. *Quâ facie voster Saurea'st? si is est, jam scire potero.*

i Nam petierat ab obviis, quæ essent Demæneti ædes, & quales: uti faciunt peregrini in alienâ civitate.
k Vide Lex. *One.*
l Sic vocat fores domûs herilis.
m Domesticis nostris. μετωνυμικῶς.
n Dicerem tibi, si domi esset. Vide Elect. Tit. *Servorum.*
o *Sc.* se.
p Ad tonsorem. *sc.*
q Pro quo.
r In mercatu seu nundinis.

LI. *Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus,*
Truculentus oculis, [a] *commodâ ſtaturâ, triſti fronte.*
ME. *Non* [b] *potuit pictor rectius deſcribere ejus formam.*
Atque hercle ipſum adeò contuor, [c] *quaſſanti capite incedit.*
LI. [d] *Quiſque obviam huic hi[c] occeſſerit irato, vapulabit:*
Siquidem hercle [e] *Aeacidinis minis animiſq; expletus,*[f] *incedit.*
Si me iratus tetigerit, hîc iratus vapulabit.

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

LEONIDA. MERCATOR. LIBANUS.

QVID *hoc ſit negotij?* [g] *neminem meum dictum magnifacere?*
Libanum in tonſtrinam ut juſſeram venire, is [h] *nullus venit.*
Næ ille edepol tergo, & cruribus conſulit haut decorè.
ME. *Nimis imperioſu'ſt.* LI. *Væ mihi hodie!* LE. *Salvere juſſi*
Libanum libertum. iam manu emiſſus? obſecro te.
Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam occeſſiſti.
Cur non veniſti ut juſſeram in tonſtrinam? LI. *Hic me moratu'ſt.*
LE. *Si quidem hercle nunc ſummum* [i] *Iovem te dicas detinuiſſe,*
Atque is precator adſiet, malam [k] *rem effugies numquam.*
Tu, verbero, imperium meum contempſiſti? LI. *Perij! hoſpes.*
ME. *Qu[æ]ſo hercle noli, Saurea, meâ causâ hunc verberare.*
LE. *Vtinam nunc ſtimulus in manu mihi ſit.* ME. *Quieſce quæſo.*
LI. *Qui latera conteram tua, quæ* [l] *occaLuêre plagis.*
Abſcede, & ſine me hunc perdere, qui ſemper me irâ incendit,
Quoi numquam unam rem me licet [m] *ſemel præcipere furi,*
Quin centiens eadem imperem, atque ogganiam. itaque iam hercle
Clamore ac ſtomacho non queo labori [n] *ſuppeditare.*
Iuſſin'? ſceleſte, ab januâ hocce ſtercus hinc auferri.
Iuſſin'? columnis deIcier [o] *operas aranearum.*
Iuſſin'in [p] *ſplendorem dari* [q] *bullas has foribus noſtris.*
Nihil eſt. tamquam ſi claudus ſim, cum [r] *fuſti'ſt ambulandum.*
Quia triduum hoc unum modò foro [ſ] *operam adſiduam dedi abſens,*
Dum reperiam, [t] *qui quæritet argentum in fenus. hic vos*
Dormitis interea domi; atque herus in harâ, haut ædibus habitat.
Hem [u] *ergò hoc tibi!* LI. *Hoſpes, te obſecro, defende.* ME. *Saurea; oro*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Staturæ. Hominum.*
b Hyperbole.
c Quia iratus fuerat, & minitabundus incedebat. Bacch. 2. 3. ✝. 17.
d Quicunque.
e Etiamſi Pelidæ ſtomacho, cedere neſcio, faſtuque & iracũdiâ Achilléa plenus ac ſufflatus ambulet.
f incedat. ἀρχαϊκῶς.
g Hyperbole. Libanum enim notat, & eſt perturbati animi oratio.
h Vide Lex.
i Pſeud. 2. 2. ✝. 33.
k Plagas, verbera.
l Quæ obduruerunt verberibus.
m Sed ſæpius eſt mandandum ſervo furi.
n Par eſſe. *ſuppeditare*, eſt ἐπαρκεῖν. Vide Lex.
o Telas aran. quod erat ſervorũ ſcopariorum. Vide Elect. *Servorum.*
p Splendidas fieri perfricando.
q Ornamenta valvarum. Vide Lex. & Elect. Pl. *Ædiũ.*
r quo verberem ſervos improbos.
ſ Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum.*
t Argentarij in foro habebant conductas tabernas. Perſ. 3. 3. ✝. 30. Vide Elect. Pl. *Argentariorum.*
u Hæc verba ſunt verberantis.
Da baſtus!

Meâ caussâ ut mittas. LE. Eho! ecquis pro vecturâ olivi
Resolvit? [a] LI. Resolvit. LE. Cui datum'st? LI. Sticho [b] vicario ipsi
Tuo. LE. Vah! [c] delinire adparas. scio mihi vicarium esse,
Neque esse servom in ædibus eri, qui sit pluris, quàm ille'st;
Sed vina quæ eri vendidi [d] vinario Exærambo,
Jam pro Is satisfecit Sticho? LI. Fecisse satis opinor.
Nam vidi [e] ipsum adducere trapezitam Exærambum.
LE. Sic [f] dedero! prius quæ credidi, vix anno post exegi.
Nunc [g] satagit; adducit domum etiam ultrò, & [h] scribit nummos.
Dromo mercedem rettulit. LI. Dimidio minus, opinor.
LE. Quid reliquom? LI. Ajebat [i] reddere, quàm extemplò sibi redditum esset.
Nam [k] retineri, ut, quod sit sibi operis, locatum, efficeret.
LE. Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, rettulitne?
LI. Non etiam. LE. hem! non? si velis, da, [l] adcommoda homini amico.
ME. Perij hercle! jam hic me abegerit suo [m] odio. LI. Heus! jam satis tu.
Audin' quæ loquitur? LE. Audio, & quiesco. ME. Tandem, opinor,
Conticuit. nunc adeam optumum'st, priusquam incipit [n] tinnire.
Quàm mox mihi [o] operam das? LE. Ehem! optumê. quàm dudum tu advenisti?
Non hercle te provideram. quæso, ne vitio vortas.
Ita iracundia obstitit oculis. ME. Non mirum factum'st.
Sed si domi'st, Demænetum volebam. LE. [p] Negat esse intus.
Verùm istuc argentum tamen mihi si vis denumerare,
Repromittam, [q] istoc tibi nomine solutam rem futuram.
ME. Sic potius, ut Demæneto tibi ero præsente reddam.
LI. Erus istunc novit, atque erum hic. ME. Ero huic præsente te reddam.
LI. Da modò meo periclo; rem salvam ego exibebo.
Nam si sciat noster Senex, fidem non esse huic habitam,
Suscenseat, quoi [r] omnium rerum ipsus semper credidit.
LE. Non magni pendo, ne duit, si non volt: sic, sine, astet.
LI. Da inquam. vah! formido, miser, ne hic me tibi arbitretur
Suasisse, sibi ne crederes. da quæso, ac ne formida.
Salvom hercle erit. ME. Credam [f] fore, dum quidem ipse in manu habeo.
ME. Peregrinus ego sum: Sauream non novi. LI. At nosce sanè.
ME. Sit, non sit; non edepol scio. si is est, eum esse oportet.
Ego certè me [t] incerto, scio, hoc daturum nemini homini.
LI. Hercle istum DI omnes perduint! verbo cave supplicassis,
Ferox [u] est, viginti minas meas tractare sese.
Nemo accipit, aufer te domum, abscede hinc, molestus ne sis.
Nimis iracundê! non decet superbum esse hominem servom.

LE. Malo

a Reddidit id quod creditum est. Vide Lex.
b Vide Lex.
c demulcere, blandis verbis capere.
d dem weinstecher. Vide Lex. & Elect. *Servorum*.
e Stichum vicarium, ad ipsum argentarium.
f Si *sci*. statim repræsentetur pecunia. *Q. d.* Huij tam cito vinarius solvit? heri quæ vina vendidi, pro iis jā hodie Sticho satisfecit? Equidem sic lubeat dare. Nam ante hac sane lentum illi nomen, atque olim quæ credidi, vix anno ipso post exigi potuerunt. Vide Lex. *Sic atur*
g Nunc demum per argentarium satisfacit.
h certum diem solvendis nūmis apud trapezitam se obligat. Vide Calligr. *Solvendi*.
i pro *redditurum*.
k *Sc.* pecuniam reliquam. Et constructio ex distinctione petenda.
l Iron. So gehet es: leyhe nur etwz hinweg. Vide Elect. Pl. *Mutui*.
m odiosâ loquendi importunitate.
n Strepere, garrire. Vide Lex.
o Quando tandem me audies: Pseud. 4.7.#.70.
p Libanus *scil.*
q Repromittam tibi, neminem amplius isto nomine petiturum, teque omni obligatione liberum præstabo.
r Nota syntaxin, *h. e.* quod ad res omnes. Vide Lex. *Ellipsis*, & Calligr. *Asseverandi: Iurandi.*
f Salvum *scil.*
t Dum incertus ero.
u Vide Lex. *Ferox*. Macht sich breit mit ander Leut gelt.

Digitized by Google

LE. *Malo hercle jam magno tuo, ni isti* [a] *nec- rectè dicis.*
LI. *Inpure, nihili! non vides irasci?* LE. *Perge porrò.*
LI. *Flagitium hominis!* LE. *da, obsecro, argentum huic; ne malè loquatur.*
ME. *Malum hercle vobis quaritis.* LE. *Crura* [b] *hercle diffringentur.*
Ni istum inpudicum [c] *percies.* LI. *Perij hercle! age inpudice,*
Sceleste; non audes mihi [d] *scelesto subvenire.*
LE. *Pergin' precari pessumo?* ME. *Quæ res? tun' libero homini*
Malè servos loquere? LE. *Vapula!* ME. *Id quidem tibi hercle fiet,*
Vt vapules, Demanetum simulac conspexero hodie.
In jus [e] *voco te.* LE. *Non eo.* ME. *Non is?* [f] *Memento.* LE. *Memini.*
ME. *Dabitur pol supplicium mihi de tergo vostro,* LE. *Va! te.*
Tibi quidem supplicium, carnufex, de nobis detur?
ME. *Atque etiam pro vostris maledictis pœnæ pendentur mihi hodie,*
LE. *Quid? verbero. ain' tu? furcifer, erum nosmet fugitare censes?*
Et nunc jam ad erum, quò vocas jam dudum, quò volebas.
ME. *Nunc demum! tamen numquam hinc feres argenti nummum, nisi me*
Dare jusserit Demanetus. LE. *Ita facito. age, ambula ergò.*
Tu contumeliam [f] *alteri facias? tibi non dicatur?*
Tam ego HOMO *sum, quàm tu.* ME. *Scilicet ita res est.* LE. *Sequere hac ergò.*
Præfiscini [g] *hoc nunc dixerim! nemo etiam me accusavit*
Merito meo; neque me Athenis est alter hodie quisquam,
Quoi credi rectè æquè putent. ME. *Fortaßis! sed tamen me*
Numquam hodie induces, ut tibi credam hoc argentum ignoto.
LVPVS est HOMO *homini, non homo, quòm qualis sit, non novit.*
LE. *Iam nunc* [h] *secundâ mihi* [i] *facis: scibam huic te* [k] *capitulo hodie*
Facturum satis pro injuriâ, quamquam ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum, nec potest [l] *peculium* [m] *enumerari.*
ME. *Fortasse!* LE. *Etiam nunc dico: Periphanes* [n] *Rhodo mercator*
Dives absente ero solus mihi Talentum argenti
Soli adnumeravit, & mihi credidit, neque deceptus in eo.
ME. *Fortasse!* LE. *Atque etiam tu quoque ipse si esses percunctatus*
Me ex alijs; scio, pol crederes nunc, quod fers. ME. *Haut negaßim.*

a Non rectè. Vide Lex. *Nec.*

b Vide Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum.*

c Clare voce impudicum proclamas. Vide Lex.

d Mihi infelici, cui Dii sunt irati, ut scelesto.

e Vide Elect. Pl. Tit. *Iudicij.*

f Alludit ad formulam antestandi. Vide ibid. in Elect. Plaut.

g Vide Elect. Pl. Tit. *Injuriarum.* & Calligr. eodem Tit. *Contumeliam facere.*

h Vide Lex.

i succidanea *sc.* hostia. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorũ.*

k Vide Lex.

l Servolo.

m quod servo hero promisit ut proprium.

n Vide Elect. Pl. Tit. *Divitiarum.*

o Ex Rhodo. Rhodius Mercator.

ACTVS TERTII
SCENA I.

CLAERETA, Lena.
PHILENIUM, Meretrix.

NEQUEON' *ego te ed interdictis facere mansuetam meis?*

An ita tu es animata? [a] *ut qui Matris expers imperij sies.*
PHI. *Ubi* [b] *piem Pietatem? si isto more moratam tibi*
Postulem [c] *placere, Mater, mihi quo pacto praecipis.*
CL. *An decorum 'st? advorsari meis te praeceptis. quid est?*
Hocine est Pietatem colere? Matris imperium minuere?
PHI. *Neque qua rectè faciunt, culpo, neque quae* [d] *delinquunt, amo.*
CL. *Satis dicacula es amatrix.* PHI. *Mater; is quaestu'st mihi;*
Lingua poscit, corpus quarit, animus orat, res monet.
CL. *Ego te volui castigare; tu mihi accusatrix ades.*
PHI. *Neque edepol te accuso, neque id me facere fas existumo.*
Verùm ego meas queror fortunas, quòm illo, quem amo, prohibeor.
CL. *Ergò una pars orationis* [e] *de die dabitur mihi!*
PHI. *Et meam partem loquendi, & tuam, trado tibi.*
Ad loquendum, atque ad tacendum, tute habeas [f] *portisculum.*
Quin pol si [g] *reposivi remum, sola ego in* [h] *casteriâ*
Ubi quiesco, omnis familiae [i] *causa consistit* [k] *tibi.*
CL. *Quid ais? quam ego unam vidi mulierem audacissumam?*
Quotiens te votui Argyrippum filium Demaneti
Conpellare? aut contrectare, conloquive, aut contui?
Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? an tu tibi
Verba blanda esse aurum rère? dicta [l] *docta pro datis?*
Ultrò amas, ultrò expetessis, ultrò ad te accersi jubes,
Illos qui dant, eos derides: qui deludunt, deperis.
An te id expectare oportet? si quis promittat tibi,
Te facturum divitem, si moritur mater sua.
Ecastor nobis periculum magnum, & familiae portenditur,
Dum ejus expectamus mortem, ne nos moriamur fame.
Nunc adeò nisi mihi huc argenti adfert viginti minas,
Na ille ecastor hinc trudetur largos [m] *lacrumarum foras.*
Hic dies [n] *summu'st apud me inopiae excusatio.*
PHI. *Patiar, si cibo carere me iubes, Mater mea.*
CL. *Non voto ted amare, qui dant, quâque* [o] *amentur gratiâ.*
PHI. *Quid si hic animus* [p] *occupatu'st? Mater; quid faciam? mone.* CL. *Hem!*
Meum [q] *caput* [r] *contemples: siquidem ex re consultas tuâ.*
PHI. *Etiam opilio, qui pascit, Mater, alienas ovis,*
Aliquam habet [s] *peculiarem, qui spem soletur suam.*
Sine me amare unum Argyrippum animi caussâ, quem volo.
CL. *Intrò abi, nam te quidem edepol nihil est inpudentius.*
PHI. *Audientem dicto, Mater,* [t] *produxisti filiam.*

a Ut quae.
b Colam. *Nonius.*
c Vide Lex.
d In quibus del.
e Si tu continenter ita loqueris, mihi ab initio diei semel duntaxat loqui licebit? Werde ich dann auch einmahl zu reden kommen?
f Vide Lex. Significat celeustem sive pergulam in navi, & eos, qui in eâ
g Vide Lex. *Posivi.*
h Locus ubi navigatio quiescit. Vide Lex.
i Ubi ego vaco, vacat, & esurit mecum tota familia.
k In te sita est. vel sic: omne emolumentum, quod ex familiâ capis, cessat, & impeditur.
l Lepida, Urbana.
m Qui nihil largitur praeter lacrimas.
n Qui negat se nobis quicquam dare posse propter inopiam, is mihi quodammodo mortem denunciat. Deinde sensus est: Patiar non solum id, sed etiã si me cibo carere iusseris.
o Qui dant ea, propter quae digni sunt, ut amentur.
p Amore Argyrippi.
q Quod iam canum est.
r Vide Lex.
s Eximiam & propriam, & quae sit in ejus peculio.
t Educasti, instituisti.

ACTUS

ACTUS TERTII
SCENA II.

LEONIDA. LIBANUS: Servi.

PERFIDIÆ [a] *laudes, gratiasque habemus meritò magnas,*
Quòm nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,
Scapularum [b] *confidentiâ,* [c] *virtute ulmorum freti.*
Qui advorsûm [d] *stimulos;* [e] *laminas, crucesque, conpedesque,*
Nervos, catenas, carceris, [f] *numellas, pedicas,* [g] *bojas,*
Indoctoresque [h] *accerrumos, gnarosque nostri tergi,*
Qui sæpè ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt;
Ea nunc legiones, copiæ, exercitusque eorum,
Vi pugnando perjuriis nostris, euge! [i] *potiti.*
Id virtute hujus Collegæ, meâque comitate
Factum 'st. LI. *Qui me vir fortior est? ad sufferendas plagas.*
LE. *Edepol virtutes qui tuas nunc possis conlaudare?*
Sicut ego possim, quæ domí [k] *duellique male fecisti.*
Næ illa edepol pro merito nunc tuo memorare multa possunt:
Vbi fidentem fraudaveris, vbi ero infidelis fueris:
Vbi [l] *verbis conceptis sciens libenter perjuraris:*
Vbi parietis perfoderis, in furto vbi sis prehensus:
Vbi sæpè causam dixeris, pendens adversus octo
Astutos- [m] *audacis viros, valentis* [n] *virgatores.*
LI. *Fateor profectò, ut prædicas, Leonida, esse vera,*
Verùm edepol næ etiam tua quoque malefacta [o] *iterari multa,*
Et verò possunt, ubi sciens [p] *fideli infidus fueris:*
Vbi [q] *prehensus in furto sies, & manufestò verberatus:*
Vbi perjuraris: ubi sacro manus sis admolitus:
Vbi eris dampno, molestiæ, & dedecori sæpè fueris:
Vbi creditum tibi quod sit, tibi datum esse pernegaris:
Vbi amicæ, quam amico tuo fueris magis fidelis:
Vbi sæpè ad languorem tuâ [r] *duritiâ dederis octo*
Validos lictores vlmeis [s] *affectos lentis virgis.*
Num [t] *male relata 'st gratia? ut Conlegam conlaudavi!*
LE. *Vt meque, teque maxumè, atque ingenio nostro* [u] *decuit.*

a quia mercatorē decepimus.
b Scap. fiduciâ freti.
c plagarum vlmearum. Possumus fortiter ferre omnes plagas. ita callum obduximus tergo, & lateribus.
d *h. e.* Adversorū, Adversariorum. Vide Lex.
e candentes, quibus uremur. Vide Elect. l. Tit. *Suppliciorum.*
f Vide Lex.
g Vide Lex.
h Doctores *sc.* qui exercitum ulmorum in terga & scapulas inducerent. Vide Lex.
i Sc. Sumus *h. e.* expugnavimus, & cepimus, quasi vi & fortiter.
k Vide Lex. *Domi.*
l Alio præeunte: & jusiurandum dictante. Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti.*
m Ab astu, *h. e.* ab urbe: ut sit ambiguitas in voce ut cum sentiat de virgatoribus, velit tamen inducere Auditores, prius quam reliqua audierint, agere de octo viris.
n lorarios.
o memorati.
p qui tibi fidebat.
q Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.*
r tui tergi duritie, quâ fretus plagis non cedis.
s Instructos flexilibus virgis. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum.*
t nonne par pari retuli?
u Vide Lex. *Decet.*

L I. *Iam omitte ista; atque hoc, quod rogo, responde.* L E. *Rogita, quod vis.*
Argenti viginti minas habesne? L I. [a] *Hariolare.*
Edepol Senem Demænetum lepidum fuisse [b] *nobis.*
Vt adsimulabat Sauream med esse! quàm facetè!
Nimis ægrè risum contin̄ui, ubi hospitem [c] *inclamavit,*
Quòd se absente mihi fidem habere noluisset [d] tamen.
Vt [e] *memoriter me Sauream vocabat Atriensem!*
L I. *Manedum!* L E. *Quid est?* L I. *Philenium estne hæc? quæ intus exit.*
Atque Argyrippus unà. L E. *Os opprime; is est,* [f] etiam *subauscultemus.*
Lacrumantem [g] *lacinia tenet lacrumans. quid* id *nam esse dicam?*
Tacitè auscultemus. L I. *Atate! modò hercle in mentem venit.*
Nimis vellem habere perticam. L E. *Quoi rei?* L I. [h] *Qui verberarem*
Asinos, si forte occeperint clamare hinc ex crumina.

ACTVS TERTII
SCENA III.

ARGYRIPPUS. PHILENIUM.
LIBANUS. LEONIDA.

CVR *meretentas* nunc? P H I. *Quia tui amans abeuntis* [i] *egeo.*
A R. *Vale.* P H I. *Aliquantò amplius valerem ego, si tu hic maneres.*
A R. *Salve.* P H I. *Salvere me jubes quoi tu abiens offers morbum.*
A R. *Mater* [k] *supremum mihi tua dixit: domum ire jussit.*
P H I. *Acerbum funus filia faciet, si te carendum 'st.*
L I. *Homo hercle hinc exclusu'st foras.* L E. *Ita res est.* A R. *Mitte quæso.*
P H I. *Quò nunc abis? quin tu hic manes?* A R. [l] *Mox, si voles, manebo.*
L I. *Audin'* tu *hunc? operà ut largus est nocturna! nunc enim* hic *est*
Negotiosus [m] *interdius. videlicet Solonem esse,*
Leges ut conscribat: quibus se populus teneat. [n] *gerræ!*
Qui sese parêre apparent hujus [o] *legibus, profectò*
Numquam bonæ [p] *frugi fient; dies noctisque potent.*
L E. *Næ iste hercle ab ista non* [q] *pedem discedat, si* [r] *licessit*
Qui nunc festinat atque ab hac minatur sese abire.
L I. *Sermoni iam finem face tuo. hujus sermonem accipiam.*
A R. *Vale.* P H I. *Quò* nunc *properas?* A R. *Benè vale: apud Orcum te videbo.*
Nam equidem me jam, quantum potest, à vita [s] *abjudicabo.*

P H I. Cur

a Divinas, ariolus es. Du haste errahten.
b Subaudi: apparet, videlicet. Vide Lex. *Edepol.*
c Convitiis & maledictis incessiuit, & infestatus est. *F. Aur.*
d Lex. *Tamen.*
e Vide Lex. *Memoriter.*
f Etiamnum. vide Lex.
g Vide Lex. *Lacinia.*
h Qua pert *locus est.* Vide infra 3. 3. ℣ 63. & Eers. 2. ℣ v. 15. Intelligit autem pretium pro re emtâ. h. e. 20. minas pro asinis acceptas, μετωνυμικῶς. Sic Trucul. 3. 1. ℣. 5.
i Vide Lex. *Egeo.*
k Extremum *Vale* *dixit.* Vide Elect. Fl. Tit *Funerum.* Allegoricῶς capiendum hoc, ad ritum funerū. Vide etiam Elect. *Comitiorum.*
l h. e. paulò post sub vesperam.
m Interdiu est occupatus in conscribendis legib. noctu tantum vacat. *Ironice.* Vide Lex. *Videlicet.* & infr. 2. 1. v. 4.
n h. e. nugæ. vers. 1. 3. ℣. 9. Vide Lex.
o Convivalib. leg. Argyrippi
p Quia legislator malus est.
q ne latum quidem pedem.
r Ichenerit.
s Separabo. Vide Elect. Fl. Tit. *Iudiciorum.*

PHI. *Cur tu, obsecro,* [a] *inmerito meo me morti dedere optas?*
AR. *Ego te? qui si intellegam deficere vita, jam ipse*
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
PHI. *Cur ergo minitaris tibi? te vitam esse amissurum.*
Nam quid me facturam putas? si istuc, quod dicis, faxis.
Mihi certum 'st efficere in me omnia, eadem, quæ tu in te faxis.
AR. *O melle dulci dulcior mihi tu es!* PHI. *Certe enim tu vita es*
Mihi: complectere! AR. *Facio lubens.* PHI. *Utinam! sic* [b] *efferamur.*
LE. *O Libane! UT miser est HOMO, qui amat!* LI. *Immo hercle verò,*
Qui [c] *pendet, multò est miserior.* LE. *Scio, qui periculum feci.*
Circumsistamus: alter hinc; hinc alter adpellemus.
LI. *Ere, salve. sed num* [d] *fumus 'st hæc mulier? quam amplexare.*
AR. *Quidum?* LI. *Quia oculi sunt tibi lacrumantes, eò rogavi.*
AR. [e] *Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.*
Equidem hercle nullum perdidi; ideò, quia numquam ullum habui.
LE. *Philenium, salve!* PHI. *Dabunt DI, quæ velitis, vobis.*
LI. *Noctem tuam, & vini cadum velim, si optata fiant.*
AR. *Verbum cave faxis, verbero.* LI. *Tibi equidem, non mihi, opto.*
AR. *Tum tu igitur loquere, quod lubet.* LI. *hunc hercle* [f] *verberare.*
LE. *Quisnam istuc adcredat tibi? cinæde calamistrate.*
Tun' verberes? qui pro cibo habeas, te [g] *verberari.*
AR. *Ut vostræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longè!*
Qui hodie numquam ad vesperum vivam. LI. *Qui propter, quæso!*
AR. *Quia ego hanc amo, & hæc me amat: huic quod ego dem, numquam quicquam 'st.*
Hinc med amantem ex ædibus [h] *delegit hujus Mater.*
Argenti viginti minæ med ad mortem [i] *adpulerunt;*
Quas hodie Adulescens Diabolus ipsi daturus dixit,
Ut hanc ne quóquam mitteret, nisi ad se, hunc annum totum.
Videtin'? viginti minæ quid [k] *pollent, quidve possunt!*
Ille, qui illas perdit, salvos est: ego qui non perdo pereo.
LI. *Iam dedit argentum?* AR. *Non dedit.* LI. *Bono animo es; ne formida.*
LE. *Secede huc, Libane, te volo.* LI. *Si quid vis.* AR. *Obsecro vos!*
Eadem [l] *istac opera suaviu'st complexos fabulari.*
LI. *Non omnia eadem æque omnibus, ere, suavia esse scito.*
Vobis est suave Amantibus [m] *complexos fabulari:*
Ego complexum [n] *hujus nihil moror.* LE. *meum autem hæc* [o] *aspernatur.*
Proinde istud facias ipse, quod faciamus nobis, suades.
AR. *Ego verò, & quidem edepol lubens. interea, si videtur,*
Concedite istuc. LE. *vin' erum deludi?* LI. *Dignu' 'st sanè.*

[a] Sic dictum ut *injussu*, &c.
[b] in rogum. Vide Elect. II. Tit. *Funera*.
[c] Servus sc. manib. post terga vinctis.
[d] Quia fumus lacrimas commovet.
[e] Qui vos libertate donaturus fuit *sc.* velim.
[g] cui instar cibi sit verberari. Es ist dein täglich Brott/ dz du stöß kriegist.
[h] Vide Lex. *Deligere*, idem quod, ejicere, eliminare
[i] adegerunt.
[k] quid possint, quid valeant.
[l] Quia collatis capitibus fabulantur.
[m] vos qui collatis capitibus fabulamini.
[n] Leonidæ.
[o] *sc.* Philenium.

LE. *Vin' faciam? ut me Philenium præsente hoc amplexetur.*
LI. *Cupio hercle.* LE. *Sequere hac.* AR. *Ecquid est salutis? satis loquuti jam?*
LE. *Osculate, atque operam date, & mea dicta devorate.*
Primum omnium servos tuos nos esse non negamus.
Sed tibi si viginti minæ argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine? AR. *Libertos.* LE. *Non patronos?*
AR. *Id potius.* LE. *viginti minæ hic insunt in hâc* [a] *cruminâ.*
Has ego, si vis, tibi dabo. AR. *Dî te servassint semper!*
Custos [b] *erilis, decus popli, thensaurus copiarum,*
Salus interioris hominis, amorisq; imperator:
Hic pone, hîc istam conloca cruminam in collo planè.
LE. *Nolo ego te, qui erus sis mihi, onus istuc sustinere.*
AR. *Quin tu labore liberas te? atque istam inponis in me.*
LE. *Ego* [c] *bajulabo; tu, ut decet dominum, ante me ito inanis.*
AR. *Quid nunc?* LE. *quid est?* AR. *Quin tradis huc cruminam pressatum erum?*
LE. *Hanc* [d] *quoi daturus,* [e] *hanc jube petere, atque orare* [f] *mecum.*
Nam istuc [g] *proclive 'st, quod jubes, me planè conlocare:*
PHI. *Da meus Ocellus, da mea Rosa, da mi Anime, da mea Voluptas,*
Leonida, argentum mihi: ne nos [h] *dejunge amantis.*
LE. *Dic igitur me tuum Passerculum, Gallinam, Coturnicem.*
Agnellum, Hœdillum me tuum dic esse, vel [i] *Vitellum.*
Prehende auriculis, conpara labella cum labellis.
AR. *Ten' osculetur? verbero.* LE. *Quàm verò indignum visum 'st?*
Atqui pol hodie non feres, nî genua [k] *confricantur*
AR. *Quid vis* EGESTAS *imperat; fricentur. da nunc, quod oro.*
PHI. *Age, mi Leonida: obsecro, fer amanti ero salutem.*
Redime istoc beneficio te ab hoc, & tibi [l] *eme hunc istoc argento.*
LE. *Nimis bella es, atque amabilis: & si hoc esset meum, hodie*
Numquam me orares, quin darem: nunc [m] *illum te orare meliu' st.*
Illic [n] *hanc mihi servandam dedit. I sanè bella bellè.*
Cape hoc [o] *sis, Libane.* AR. *Furcifer! etiam me delusisti?*
LE. *Numquam hercle facerem, genua nî tam nequiter* [p] *fricares.*
Age sis tu in [q] *partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc.*
LI. *Taceas; me spectes!* AR. *Quin ad* [r] *hunc, Philenium, adgredimur?*
Virum quidem pol optumum, & non similem furis [s] *hujus.*
LI. *Inambulandum 'st: nunc mihi vicissim* [t] *supplicabunt.*
AR. *Quæso hercle, Libane; sis* [u] *erum tuis factis sospitari,*
Da mihi istas viginti minas: vides me amantem egere.
PHI. *Videbitur; factum volo: redito huc* [x] *conticinio.*
Nunc istanc tantisper iube petere, atque orare mecum.

[a] Vide Lex. *Crumina.*
[b] Heri. Vide Lex. *A'ντιμεταία.*
[c] quo premanus herum, *scilicet!* *οἰχοντικῶς.* Quin, *h. e.* cur non tradis mihi hero tuo cruminam? quæ herum tuum & me pressit. Vide Elect. Tit. *Crumine, Pecunie.*
[d] Philenium.
[e] Cruminam.
[f] Me. Vide Lex.
[g] Quin tu potius Philenium ipsam, cui daturus es argentum quod à me petis, mecum agere jubes. Nam quod petis, ut argentum hoc in collum tuum tanquam in locum planum collocem, nihil est. istuc enim *h. e.* ad Philenium, proclive est & decidit omne, quod in te collocatur.
[h] deiuga. vide Lex.
[i] à vitulo.
[k] vide quæso Trucul. . 7. ℣. 30. & hic, ℣. 88.
[l] Obnoxium tibi redde.
[m] Libanum.
[n] Libanus hanc crum.
[o] Si vis. vide Lex.
[p] nisi mihi tam languidè fricares gen. Vide Elect. *Supplicationum.*
[q] Pro tuâ parte.
[r] Libanum.
[s] Leonidæ.
[t] Arg. & Phil.
[u] Si vis, comitati tuæ salutem acceptum feram, trade huc mihi quas habes viginti minas.
[x] Uf den ersten schlaf. Vide Elect. Plaut. Tit. Noctis.

Amandóne

Amandóne exorarier vis te, an osculando?
LI. *Enimverò utrumq;.* PHI. *Ergò, obsecro te; & tu utrumq; nostrûm serva.*
AR. *O Libane! mi Patrone: mihi trade istuc; magis decorum 'st,*
Libertum potius, quàm Patronum, onus in viâ portare.
PHI. *Mi Libane! Ocellus aureus, Donum, Decusq; Amoris,*
Amábo. faciam quod vóles; da istuc argentum nobis.
LI. *Dic igitur mihi te Anaticulam, Columbam, vel Catellum,*
Hirundinem, Monedulam, [a] *Putillum, Passerculum* pusillum.
Fac [b] *proserpentem bestiam me, duplicem ut habeam linguam.*
Circumdatoq; me brachiis: meum collum [c] *circumplecte.*
AR. *Ten' complectatur? carnufex!* LI. *Quàm vero indignus videor!*
Ne istuc [d] *nequiquam dixeris tam indignum dictum* tu *in me,*
Vehes pol hodie me; siquidem hoc argentum ferre speres.
AR. *Ten' ego veham?* LI. *Tun' hoc feras argentum hinc aliter à me?*
AR. *Perij* [jam illice homo meos hic lumbos flocco habebit.]
Hercle! si verum quidem decorum, erum vehere servom;
Inscende. LI. *Sic isti solent superbi subdomari.*
Adsta igitur, ut [e] *consuetus es puer olim. Scin' ut dicam!*
Hem! sic abi. laudo: nec te equo magis est equus ullus sapiens.
AR. *Inscende actutum.* LI. *Ego fecero. hem! quid istuc est? ut tu incedis!*
Demam hercle jam tibi de ordeo, [f] *tolutim ni* [g] *badizas.*
AR. *Amábo, Libane: jam sat est.* LI. *Numquam hercle hodie exorabis.*
Nam jam calcari quadrupedo agitabo advorsùm clivom,
Tum postea ad [h] *pistores dabo, ut ibi cruciére currens.*
Adsta ut descendam nunc jam in proclivi, quamquam nequam es.
AR. *Quid nunc? quoniam ambo, ut est libitum, nos* [i] *ambo delusistis.*
Datune argentum? LI. *Siquidem mihi statuam, & aram statuis,*
Atq; ut Deo mihi hic inmolas bovem. nam ego tibi Salus sum.
LE. *Etiam tu, ere, istunc amoves abs te? atq; ipse me adgredere?*
Atq; illa sibi quæ hic jusserat, mihi statuis, nunc, supplicasq;.
AR. *Quem te autem Deum nominem?* LE. *Fortunam, atq;* [k] *Obsequentem:*
AR. *Iam istoc es melior.* LI. *An quid est olim homini Salute melius?*
AR. *Licet* [l] *laudem Fortunam; tamen ut ne Salutem culpem.*
PHI. *Ecastor ambæ sunt bonæ.* AR. *Sciam, ubi boni quid dederint.*
LE. *Opta id, quod, ut contingat tibi, vis.* AR. *Quid si optaro!* LE. *Eveniet.*
AR. *Opto annum hunc perpetuum mihi hujus* [m] *operas.* LE. *Inpetrasti.*
AR. *Ain' verò?* LE. *Certe inquam.* LI. *Ad me adi vicissim, atq; experire.*
Exopta id, quod vis maxumè tibi evenire; fiet.
AR. *Quid ego aliud exoptem amplius? nisi illud, quojus inopia 'st.*
Viginti argenti [n] *commodas minas, hujus quos dem matri.*
LI. *Dabuntur. animo sis bono; face exoptata obtingant.*

[a] Vide Lex. & Elect. Pl. *Avium.*
[b] Compone linguam tuam cum meâ inter osculandum, ut similis fiam serpenti. intr. 4. 1. v. 50.
[c] Complectere.
[d] Impune.
[e] Fias quadrupes, ut pueri. Forte obscænitas subest.
[f] Quasi volutim & glomeratim. Vide Lex.
[g] Incedis. βαδίζω.
[h] In pistrinum.
[i] Ambos. Vide Lex.
[k] Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum. Fortuna.*
[l] Ita mihi laudare Fort. licet, ut tamē Salutem non vituperem.
[m] Philenij noctes.
[n] Iusti ponderis, non adulterinas.

AR. *Vt consuêre homines, Salus frustratur, & Fortuna.*
LE. *Ego* [a] *caput huic argento fui hodie repperiundo.*
LI. *Ego* [b] *pes fui.* AR. *Quin* [c] *nec caput, nec pes sermonis apparet.*
Nec quid dicatis, nec me cur ludatis, scire possum.
LI. *Satis jam delusum censeo. nunc rem,ut est,eloquamur.*
Animum, Argyrippe, advorte sis. Pater nos ferre hoc jussit
Argentum ad te. AR. *Vt temporé,opportunéq; attulistis!*
LI. *Hic inerunt viginti minæ bonæ, malâ operâ partæ.*
Has tibi nos pactis legibus dare jussit. AR. *Quid id est? quæso.*
LI. *Noctem hujus, & cœnam sibi ut dares.* AR. *Iube advenire,quæso;*
Meritissumo [d] *ejus, quæ volet faciemus,qui hosce amoris*
Nostros dispulsos compulit. LE. *Patieris, Argyrippe,*
Patrem hanc amplexari tuum. AR. [e] *Hæc facile faciet,ut patiar.*
Leonida, curre obsecro, Patrem huc orato,ut veniat.
LI. *Iamdudum est intus.* AR. *Hâc quidem non venit; angiporto*
Illac per hortum circumiit clàm, ne quis se videret
Huc ire familiarium; ne Vxor resciscat,metuit.
De argento enim *si mater tua sciat, ut sit factum.* [f] *Heja!*
Benedicite! ite intrò citò! Valete! LE. *Et vos amate.*

a Origo & summa rei.
b Fundamentum.
c Proverb. Vide Lex.
d Substantivũ potius est,quam adverbium. Vt apud Terent. Phorm.
e Scrumina. *Ironicè*: nam manu eam interidem tractabat, ac vibrabat.
f Sic solebant vett. mala nomina vitare. V. de Elect. ul. Tit. *Nominum.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.
DIABOLVS, Adolescens. PARASITUS.

AGEDUM *istum ostende,quem conscripsisti* [g] *syngraphum,*
Inter me, & amicum, & Lenam. [h] *leges perlege.*
Nam tu [i] *poeta es prorsus ad eam rem:* [k] *unicus.*
PA. *Horrescet faxo, Lena, leges quòm audiet.*
DI. *Age quæso; mihi hercle translege.* PA. *Audin?* DI. *Audio.*
PA. *Diabolus Glauci filius, Clearetæ*
Lenæ dedit dono argenti viginti minas,
Philenium ut secum esset, noctis, & dies,
Hunc annum totum. DI. *Neq, cum quiquam alio quidem.*
PA. *Addóne?* DI. *Adde; & scribas, vide, planè, & probè.*
PA. *Alienum hominem intromittat neminem:*
Quod [l] *illa aut amicum, aut Patronum.* DI. *Neminem.*
PA. *Aut quod illa amica amatorem prædicet;*

g Syngrapham. *Nomen.*
h Pacta, conventa, conditiones.
i Artifex.
k Vide Lex. *Unicus.*
l Quantum ad illud attinet quod illa intromittat aut patronum aut amicum,nihil est; nemo intromittetur præter te. Dann daß sie meinet/ sie wölle einen oder den andern hinein lassen / so sollu wissen/ es solle niemand hinein kommen/ als du. Sic explico. Est enim sermo interruptus. Vide Caligr. Tit. *Excipiendi.* has formulas: *Quod sic, illa.* &c. & Lex. *Ellipsis.*

Fores

Fores occlusæ omnibus sint, nisi tibi.
In foribus scribat occupatam esse se.
Aut quod illa dicat, peregrè adlatam epistulam.
Ne epistula quidem ulla uspiam sit in ædibus,
Nec [a] *cerata adeò tabula. & si qua inutilis*
Pictura sit, eam vendat. ni in quatriduo
[b] *Abalienarit,* [c] *quo ex argentum acceperit*
Tuus arbitratus sit; conburas, si velis,
Ne [d] *illi sit cera, ubi facere possit litteras.*
Vocet convivam neminem illa; tu voces.
Ad eorum ne quem illa oculos adiciat suos.
Si quem alium adspexit, cæca continuò fiet.
Tecum unà postea æquè pocla potitet.
Abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas.
Ne illa minus aut plus, quàm tu, sapiat. DI. *Satis placet.*
PA. *Suspiciones* [e] *omnis abs se* [f] *segreget,*
Neq; illæc ulli suo pede pedem homini premat.
Quòm [g] *surgat, neq; in lectum inscendat proximum,*
Neq; quòm descendat, inde det quoiquam manum:
Spectandum [h] *ne quoi anulum det, neq; roget.*
Talos ne quoiquam homini admoveat, nisi tibi.
Quòm [i] *jaciat,* TE *ne dicat, nomen nominet.*
Deam invocet sibi, quam libebit, propitiam;
Deum nullum. si magis [k] *religiosa fuerit,*
Tibi dicat. tu pro illâ ores, ut sit propitius.
Neq; illa ulli homini nutet, nictet, adnuat.
Post si lucerna exstincta 'st, ne quid sui
Membri conmoveat quicquam in tenebris. DI. *Optumum 'st.*
Ita [l] *scilicet facturam. verùm in cubiculo*
Deme istuc; equidem illam moveri gestio.
Nolo habere illam [m] *causam, & votitam dicere.*
PA. *Scio;* [n] *captiones metuis.* DI. *Verum.* PA. *Ergò, ut jubes,*
Tollam. DI. *Quidni?* PA. *Audi reliqua.* DI. *Loquere; audio.*
PA. *Neq; ullum verbum faciat* [o] *perplexibile,*
Neq; ullâ linguâ sciat loqui, nisi Atticâ.
Fortè si tussire occœpsit, ne sic tussiat,
Vt quoiquam linguam in tussiendo [p] *proserat.*
Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat,
Hoc ne sic faciat; tu labellum abstergeas
Potiùs, quàm [q] *quoiquam savium faciat palàm.*

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Literarum. Scripturæ*, & *Feminarum.*
[b] Vel donando, vel vendendo.
[c] ἀναστροφή. *Ex quo.*
[d] Ne illa pictura materiam scortillo suppeditet, unde tantum ceræ abradat, in quâ litteras ad matrē perscribat.
[e] Ne in suspicionem ullam incurrat alterius amoris, si cum alieno poculū communicet. In V. C. *suspit.* per t. scribitur.
[f] *Spi.* producitur.
[g] E lecto triclinari Vide Elect. *Triclinij* & *Amatorum.*
[h] Inspiciendum.
[i] Cum jacit, ne dicat TE nullo certo nomine edito, sed nominatim te nominet, *Diabole.* Vide Lex. *Talorum.*
[k] Si plus nimio religiosa fuerit, ut putet, nō tantum Deas feminas, sed & Deos mares sibi invocandos, & propitiandos, ne ipsa faciat, sed te vicarium supponat.
[l] Scire licet. sup. 3. 3. ✠. 9.
[m] Nolo habere illam hunc prætextum, cur non moveatur in coitu. ut dicat se vetitam dicere.
[n] In verbis.
[o] Figuratū: quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Nonius.
[p] Supra dixit, proserpentum.

[q] Quàm sic os comparet, & formet, ut ad basiandum aliquem invitet.

Nec mater Lena ad [a] *vinum accedat interim,*
Nec ulli verbo malè dicat. si dixerit;
Hæc multa [b] *ei esto:* VINO VIGINTI DIES
VT CAREAT! DI. *Pulcrè scripsti: scitum syngraphum.*
PA. *Tum si coronas, serta, unguenta, jusserit*
Ancillam ferre suam [c] *Veneri, aut Cupidini;*
Tuus servos [d] *servet, Venerí ne eas det,* [e] *an viro.*
Si forte purè velle habere dixerit,
Tot noctes reddat spurcas, [f] *quot puras* [g] *habuverit.*
Hæc sunt non-nugæ [h]. *non enim* [i] *mortualia.*
DI. *Placent profectò Leges. sequere intrò.* PA. *Sequor.*

ACTVS QVARTI
SCENA II.
DIABOLVS. PARASITVS.

SEQUERE *hàc. egon' hæc patiar? aut taceam? émori*
Me malim, quàm hæc non ejus uxori indicem.
Ain' tu? apud [k] *amicam munus adulescentuli*
Fungare? uxori [l] *excuses te, & dicas senem?*
Præripias scortum [m] *amanti, atque argentum objicias*
Lenæ [n] *suppiles clam domi uxorem tuam?*
Suspendas potiùs me, quàm [o] *tacita tu hæc auferas.*
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem,
Nisi quidem illa ante [p] *occupassit te,* [q] *effliges, scio,*
Luxuriæ sumptus suppeditare ut possies.
Ego sic faciundum censeo. PA. *Me honestiu'st,*
Quàm te, palàm hanc rem facere; ne illa existumet
Amoris causâ pércitum id fecisse te
Magis, quàm suâ causâ. DI. [r] *At pol, qui dixti, rectius.*
Tu ergò fac, ut illi turbas, lites, concias,
Cum suo sibi gnato unà ad amicam [s] *de die*
Potitare, illam expilare. jam memor es?
PA. *Ego istud curabo.* DI. *At ego te opperiar domi.*

a Ad mensam, ad pocula.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Iudiciorum.* & *Ebrietatis.* Truc. 4. 3. v. 5.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum* & *Rei Venereæ.*
d Observet.
e An alicui Viro amatori, aut Veneri: si fortè cum nullo viro velit rē habere.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum. Rei Venereæ.*
g Vt producatur media syllaba. *bu.*
h Vide Lex. *Nugæ.* & Elect. Plaut. Tit. *Funeris.*
i Quia non sunt carmina inepta, atque inania.
k Tune, Senex, ea facere audes, quæ adolescenti conveniunt? Vide Lex. *Ain' tu.*
l Vxori officium tuum expetenti dicas, te senem, & ad Venerem ineptum.
m Argyrippo, vel mihi potius, ultrò in manum des.
n Vide Lex.
o Quàm hæc à me taceantur. *Tacitivè.*
p Pleonasmus.
q Tu quidem uxorem tuam nimis parcam, certò scio, occides tandem, ut sumtus ad luxuriam habere possis: nisi illa te prævenit, ut tibi inferat, quod à te expectat. Vide Lex.
r *H. e.* Tu potius, qui dixisti, rem palam facies.
s à primâ parte diei. Vide Elect. Plaut. Tit. *Conviviorum.*

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA I.

ARGYRIPPUS, Adolescens.
DEMAENETUS, Senex.

AGEDUM! [a] *decumbamus sis, Pater.* DE. *Ut jusseris,*
Mi Gnate, ita fiet. AR. *Pueri mensam adponite.*
DE. *Numquid nam tibi molestum 'st? Gnate mi, si hæc nunc mecum unà accubat.*
AR. *Pietas, Pater,* [b] *oculis dolorem prohibet: quamquam ego istanc amo,*
Possum equidem [c] *inducere animum, ne ægrè patiar, quia tecum accubat.*
DE. *Decet verecundum esse Adulescentem; Argyrippe.* AR. *Edepol, Pater,*
Merito tuo facere possum. DE. *Age ergò, hoc agitemus convivium,*
Vino & sermone suavi. nolo ego metui, amari mavolo,
Mi Gnate, me abs te. AR. *Pol ego utrumq; facio, ut æquom 'st filium.*
Credam istuc, si esse te hilarum videro. AR. *An tu esse me tristem putas?*
DE. [d] *Putem ego? quem video æquè esse mæstum,* [e] *ut quasi dies si dicta sit.*
AR. *Ne dixis istuc.* DE. *Ne sic fueris, ilicò ego non dixero.*
AR. *Hem! adspecta, rideo.* DE. *Utinam malè qui mihi volunt,* [f] *sic rideant!*
AR. *Scio equidem, quamobrem me, Pater, tu tristem credas nunc tibi,*
Quia istæc est tecum. atq; ego quidem hercle, ut verum tibi dicam, Pater,
Ea res me malè habet: ac non [g] *eò, quin tibi non cupiam, quæ velis:*
Verùm istam amo. aliam tecum esse facile possum perpeti.
DE. *At ego hanc volo.* AR. *Ergò sunt, quæ exoptas; mihi quæ ego exoptem, volo.*
DE. *Unum hunc diem perpetere, quoniam tibi potestatem dedi,*
Cum hac annum ut esses; atq; amanti argenti feci copiam.
AR. *Hem! istoc me facto tibi devinxisti.* DE. *Quin te ergò hilarum das mihi!*

[a] Ad mensam. Vide Lex. & Elect. *Triclin.*
[b] Pro, *ab oculis*. nempe quia pater mecum est. Vide Elect. Pl. Tit. *Molestia*; & *Indignationis*. Terent. Phorm. c. 9. *tuo vitio oculi do ent.* Vide P. Victor. lib. . var. cap. 5.
[c] Persuadere animo meo.
[d] *Q. d.* Nihil hic opus est existimare, cùm res ipsa loquatur, te tristem esse.
[e] Quasi capitis reus sis. Vide Lex. *ut quasi si.* & Elect. Pl. Tit. *Indiciorum*.
[f] Quia Argyr. non ridebat ex animo, sed tantum dentes restringebat.
[g] Non ob id, non ægrè velim, quin velim, quod tu velis: sed quia isthàc amo.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

ARTEMONA, Mulier. PARASITUS.
DEMAENETUS. ARGYRIPPUS.
PHILENIUM, Meretrix.

AIN' *tu? meum virum hic potare, obsecro, cum filio?*
Et ad amicam detulisse argenti viginti minas?

Meoq; filio sciente id facere flagitium Patrem?
PA. *Neq; divini, neq; mihi humani quicquam* [a] *adcreduas,*
Artemona, si hujus rei me mendacem esse inveneris.
ART. *At, scelesta! ego* [b] *prater alias meum virum fui rata*
Siccum [c], *frugi, continentem, amantem uxoris maxumè.*
PA. *At nunc dehinc scito, illum ante omnis minimi mortalem pretij,*
Madidum [d], *nihili, incontinentem, atq; osorem uxoris suæ.*
AR. *Pol ni ista vera essent, numquam faceret ea, quæ nunc facit.*
PA. *Ego quoq; hercle illum antehac hominem semper sum frugi ratus.*
Verum hoc facto sese ostendit, qui quidem cum filio
Potet unà, atq; unà amicam ductet [e] *decrepitus senex.*
ART. *Hoc ecastor est, quod ille it ad cenam cottidiè.*
Ait sese ire ad Archidemum, Chæream, Chæestratum,
Cliniam, Chremem, Cratinum, Dinian, Demosthenen:
Is apud scortum corruptelæ, & liberis lustris [f] *studet.*
PA. *Quin tu illum jubes ancillas rapere* [g] *sublimem domum!*
ART. *Tace modò. næ illum mecastor* [h] *miserum habebo.* PA. *Ego istuc scio,*
Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. ART. *Ego censeo*
Eum etiam hominem aut *in senatu dare operam, aut clientibus.*
Ibi [i] *labore* [k] *delassatum noctem totam stertere.*
Ille [l] *opere foris faciendo lassus noctu advenit,*
Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.
Is etiam corruptus, porrò suum corrupit filium.
Quin etiam me miseram famosam facit flagitiis suis.
PA. *Sequere hàc me modò. jam faxo ipsum hominem manufestò opprimas.*
ART. *Nihil ecastor est, quod facere mavelim.* PA. *Manedum.* ART. *Quid est?*
PA. *Possis, si forte accubantem tuum virum conspexeris,*
Cum [m] *coronâ amplexum Amicam, si videas, cognoscere?*
ART. *Possum ecastor.* PA. *Hem tibi hominem!* ART. *Perij!* PA. *Paulisper mane.*
Aucupemus [n] *ex insidiis clanculum, quam rem gerant.*
ARG. [o] *Quid modi, Pater, amplexandi facies?* DE. *Fateor, Gnate mi.*
ARG. *Quid fatére?* DE. *Me ex amore* hujus *correptum* esse *oppidò.*
PA. *Audin'? quid ait.* ART. *Audio.* DE. *Egon'? ut non domo uxori meæ*
Subrupiam in deliciis pallam, quam habet, atq; ad te deferam?
Non edepol conduci possum [p] *vitâ uxoris annuâ.*
PA. *Censen' tu illum hodie primùm ire adsuetum esse in* [q] *ganeum?*
ART. *Ille ecastor suppilabat me quod ancillas meas*
Suspicabar, atq; insontis miseras cruciabam. ARG. *Pater,*
Jube dare vinum; jam dudum [r] *factum'st, quòm primùm bibi.*
DE. *Da, puere, ab* [s] *summo. age, tu* [t] *interibi ab infumo da savium.*

ART.

a Prorsus mihi nihil credideris, nisi &c. τὸ *divini, humani* construo cū *quicquam*, non, cū *accreduas*. Amph. 2. 2. ✠. 40. Bacch. 3. 4. ✠. 5. Vide Calligr. Tit. *Credendi. Iurandi.*
b μάλιστα τῶν ἄλλων.
c Sobrium.
d Ebrium. ac τὸν *nihili* opponit τῷ *frugi.*
e Vide Lex. *Senex.*
f Quia cum filio apud meretricem desidebat in lustris publicis.
g Vt pedibus terram tangat, ut portetur.
h Torquebo, macerabo.
i In negotio clientum in foro.
k Defessum diurno labore, quem in negotiis publicis conficiendis susceperit.
l Vide Elect. Plaut. Tit. *Res Venerea.*
m Vide Elect. Pl. Tit. *Convivarum.* Men. 4. 2. ✠. 4.
n Vide Lex.
o Quem modum?
p Si quis mihi ita dicat: Demænete, Si pallā uxoris tuæ non surripies, quā in deliciis illa habet, neq; ad Philenium deferes, hāc tibi ejus rei mercedem promitto, quod tua uxor nō plus anno victura est: conditionem non accipiam, etsi morte ejus nihil mihi carius. Vide Cas. 2. 3. ✠. 20. & Elect. *Conjugij.*
q Vide Lex.
r Vide Calligr. Tit. *Temporis.* s Ab Argyr. filio, qui summam lecti convivalis partem premebat. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivarum.* t Interea. Vide Lex. *Tu Philæni.*

Digitized by Google

ART. Perij! misera. ut osculatur, carnufex, capuli decus!
DE. Edepol animam suaviorem aliquantò, quàm uxoris meæ.
PHI. Dic amabo: an [a] fœtet anima uxoris tuæ? DE. [b] Nauteam
Bibere malim; si necessum 'st, quàm illam oscularier.
ART. Ain' [c] tandem? Edepol næ tu istuc cum malo magno tuo
Dixisti in me. [d] sine! venias modò domum. faxo, ut scias
Quid pericli sit, dotatæ uxori [e] vitium dicere.
PHI, Miser ecastor es. ART. Ecastor dignu'st. ARG. Quid ais? Pater.
Ecquid matrem amas? DE. Egone illam? nunc amo, quia non adest.
ARG. Quid? quòm adest. DE. Perijsse cupio. PA. Amat homo hic te, ut prædicat.
ART. Næ ille ecastor fœneratò hæc fundit at. nam si domum
Redierit hodie, [f] osculando ego ulciscar potissumùm.
ARG. Iace, Pater, [g] talos; ut porrò nos jaciamus. DE. Maxumè.
Te, Philenium, mihi, atque uxori mortem. hoc Venerium 'st.
Pueri, plaudite! & mihi objectum cantharo mulsum date.
ART. Non queo [h] durare. PA. Si non didicisti fulloniam,
Non mirandum 'st; in oculos invadi nunc est optumum.
ARG. Egopol vivam, & tu isthæc hodie cum tuo magno malo
Invocasti. PA. Ecquis [i] currit [k] pollinctorem arcessere?
ARG. Mater, salve! ART. Sat salutis. PA. Mortuus 't Demanetus.
Tempus est subducere hinc me; pulcrè hoc [l] gliscit prælium.
Ibo ad Diabolum: mandata dicam facta, ut voluerit.
Atque interea ut decumbamus suadebo, hi dum litigant.
Post cum demùm hunc cras [m] adducam ad Lenam, ut viginti minas
Ei det, in parte hâc amanti ut liceat [n] ei potirier.
Argyrippus exorari, spero, poterit, ut sinat
Sese alternas cum illo noctis hâc frui. nam ni inpetro,
Regem [o] perdidi. ex AMORE tantum 'st homini incendium.
ART. Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? PH. Pol me quidem
Miseram [p] odio enicaBit. ART. Age! surge Amator; i domum.
DE. [q] Nullus sum. ART. Immò es, ne negato, omnium pol nequissumus.
At etiam cubat [r] cucúlus. surge Amator; i domum.
DE. Væ mihi! ART. Vera ariolare. [s] surge Amator; i domum.
DE. Abscede ergò paulùlùm istuc. ART. Surge, Amator; i domum.
DE. Iam obsecro, Uxor. ART. Nunc uxorem me esse meministi tuam?
Modò, quòm dicta in me ingerebas; Odium, non Uxor eram.
DE. Totus perij! ART. Quid tandem? anima fœtetne uxoris tuæ?
DE. [t] Murram olet. ART. Iam subrupuisti pallam? quam scorto dares.
ARG. Ecastor qui subrupturum pallam [u] promisit tibi.
DE. Non taces? ARG. Ego dissuadebam, Mater. ART. Bellum filium!
Istoscine Patrem æquom mores est liberis [x] largirier?

a Anhelitus uxoris tuæ male olet.
b Stinckwasser. Vide Lex.
c Vide Lex. *Ain' tandem.*
d Minantis est. Komm mir nur heim! du solst's kriegen!
e Vide Calligr. Tit. *Calumniandi.* Confer locum Merc. 4. 6. per totâ Scenam.
f Referendum ad id, quod de nauteâ dictum.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Talorum. Ludorum. Amatorum.* In ludo talorum invocabant suas amasias.
h Verbum est fullonum. Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Fullonum.*
i Nota synt. Græcam.
k Vide Lex.
l Crescit.
m Diabolum.
n Lenæ.
o Potentiorem amicum, qui me alit. Vide Lex.
p Odiosis dictis & factis me enicat Dem.
q Perij funditùs. Vide Calligr. Tit. *Miseriæ.*
r Vide Lex. *Cucúlus.*
s Rectè divinas, quia te miserè tractabo.

t Vett. etiam *Smyrnam* vocarunt.
u Minatus est, palam dixit. Men. 4. 2. v. 17.
x Largê suppeditare.

Nihilne te pudet? De. *Pol si aliud nihil sit, tui me, Vxor, pudet.*
Art. *Cano capite te cuculum, Vxor, ex lustris domum rapit.*
De. *Non licet manere, (cena coquitur) dum cenem modo?*
Art. *Ecastor* [a] *cenabis hodie, ut te dignum'st, magnum malum.*
De. *Male cubandum'st.* [b] *judicatum me Vxor adducit domum.*
Arg. *Dicebam, Pater, tibi; ne matri consuleres male.*
Phi. *De pallá memento, amabo.* De. *Iuben' hanc hinc abscedere?*
Phi. *Immò intus potius. sequere hac me, mi Anime.* De. *Ego verò sequor.*
Art. *I domum.* Phi. *Da savium etiam, priusquam abis.* De. *I in* [c] *crucem!*

a Nota synt. *Cœnare*. Lex.
b Damnatum Vide Elect. Pl. Tit. *Iudicatorum* & Lex. *Abducere.* Pœn. 5. 4. v. 10.
c Sc. dabo.

G R E X.

Hic *Senex, si quid clam* [d] *uxorem suo animo fecit voluptatis,*
Neq; novom, neq; mirum fecit, nec secus, quàm alij solent.
Nec quisquam'st tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,
Quin, ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat benè.
Nunc si voltis deprecari huic Seni, ne vapulet,
Remur inpetrari posse, si plausum *clarum datis.*

d Nota synt. Lex *Clam*.

PLAVTI ASINARIA EXPLICIT.

INCIPIT

Aulularia.

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

AVLVLARIA.

Janus Dousa.

ITA *me DI Deæque omnes amaverint: ut quidem ego Plauti Aululariam maximi feci semper: eamq; adeò præ cæteris dignam censui, quam non modò juventus hæc nostra, verùm etiam ætas omnis studiosissimè expeteret, nec umquam de manibus deponeret. Neque id adeò injuriâ Nam præter dictionis genus verè Romanum, tota Ethica esse, & ad pudicos (unum alterumve locum excipias modò) honestosque mores facta videri potest. Qui enim aliter, obsecro, induci possim, quamdiu in animo habeo tot singulares sententias, tantum exemplorum denique ad vitam rectè atque ordine instituendam conducentium? Atque utinam sarta tecta in manus nostras pervenisset! Hoc ita si foret, faxim leviore aliquanto invidiâ Plautus utatur, quàm utitur, minoreque adeò fastidio à plerisque lectitetur.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

LAR, Prologus. *Genius domesticus.*

EUCLIO, Senex. εὐκλίων: *bonæ famæ.*

STAPHYLA, Anus. *Abuvâ.*

EUNOMIA, Mulier. *Legum servans.*

MEGADORUS, Senex. *Munificus.*

STROBILUS, Geminus Servus. *Turbo venti*: ſive *à cochleâ*, vel *à deformitate corporis.* Alii, ςρόφιλος, ἀπὸ τῶν ςροφῶν, ab aſtutiis, & verſutiis ſervorum.

ANTHRAX, Coquus. *Carbo.*

CONGRIO, Coquus. ἀπὸ τοῦ γόγγρου ἰχθύος.

PYTHODICUS, Servus. *De jure certior factus.*

LYCONIDES, Adoleſcens. ἀπὸ τοῦ λύκου.

PHÆDRA, Puella. *Hilaris.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

AVARUS Senex non satis sibi fidens Euclio, Aulam auri plenam habet defossā domi, à quâ AVLVLARIA dicta est Comœdia. Huic erat unica filia, virgo nobilis, quam Lyconides adolescens stupraverat Cereris vigilijs. hanc adolescentis mater Eunomia hortatur suum Megadorum fratrem, ut ducat uxorem indotatam virginem, quam probis moribus sciebat, & honestis ortam parentibus. Persuasus Megadorus Euclionem convenit, illius petit filiam sibi uxorem dari. diu veritus Euclio, ne propter aurum affinitatem contrahat, rem differt: concedit tandem: parantur nuptiæ. Quæ cùm rescivisset Lyconides, Strophylum mittit servum observaturum singula. Is dum ex occulto spectat, Euclionem è domo qui asportârat Aulam, videt eam locare in templo Fidei, & cùm se visum fortè suspicaretur, rursus è Fidei fano defossam locare in Sylvani luco: quam ubi secessit ille, Strophylus illicò surripuit. Sed ille rediens surreptum sibi ut novisset aurum, clamitat, vociferatur, quemq; percontatur obvium. Interim quæsiverat per matrem Lyconides, ut confectas cum Megadoro nuptias, infectas redderet: factusque is Euclioni obvius, puellam ex se gravidam divulgat; itidem ille sibi surreptam Aulam: quam ubi Strophylum abstulisse rescivit: aurum Euclioni redditur, uxorque filia traditur Lyconidi.

Digitized by Google

M. ACCI PLAUTI
Sarsinatis Umbri
AULULARIA.

ARGUMENTUM.

AULAM[a] repertam auri plenam *domi* EUCLIO,
V i[b] summâ servat, miseris adfectus modis.
L yconides istius vitiat filiam.
V olt hanc Megadorus indotatam ducere.
L ubensque[c] ut faciat, dat coquos cum obsonio.
A uro[d] formidat Euclio; abstrudit foris.
R eque omni inspectâ,[e] conpressoris servolus
I d[f] surpit.[g] illic Euclioni rem refert.
A b[h] eo[i] donatur auro, uxore, &[k] filio.

ALIUD.

SENEX avarus vix[l] sibi credens Euclio,
Domi suæ defossam multis cum opibus
Aulam invenit, rursumque penitùs conditam
Exsanguis,[m] amens, servat. ejus filiam
Lyconides vitiarat. interea Senex
Megadorus, à sorore[n] suasus ducere
Uxorem, avari gnatam[o] deposcit sibi,
Durus Senex vix promittit, atque Aulæ timens,
Domo sublatam variis[p] abstrudit locis.
Insidias[q] servos facit hujus Lyconidis,
Qui virginem vitiarat; atque[r] ipse obsecrat
Avonculum Megadorum sibimet cedere
Uxorem amanti. per[s] dolum mox Euclio
Quòm perdidisset, Aulam insperatò invenit,
Lætusque natam[t] conlocat Lyconidi.

a Ollam. *Festus.*
b Summo studio.
c Ut Euclio libenter filiam suam uxorē despondeat Megadoro.
d Timet auro suo.
e Lyconidæ.
f Surripit. Vide Lex. *Syncopa.*
g Ille, filiæ Euclionis compressor. Lyconides.
h Euclione.
i Lyconides.
k Cujus ipse Lyconides pater erat: & quem Euclionis filia ab ipso compressa, pepererat.
l Sibi diffidens.
m Ob metum amittendi, & curâ servandi.
n Persuasus.
o Prorsus vehemēter etiam atque etiam poscit, ac petit. Vide Lex. *De.* Er helt sehr drumb an.
p Occultat.
q Strobilus, Lyconidis servus, qui Euclionis filiam vitiarat.
r Lyconydes.
s Servi Strobili.
t *Sc.* nuptui, nuptum, in matrimonium elocat.

L PRO-

Digitized by Google

PROLOGUS.

LAR familiaris.

Ne quis [a] *miretur, qui sim; paucis eloquar.*
Ego [b] LAR *sum* FAMILIARIS, *ex hac familiâ,*
Unde exeuntem me adspexistis. hanc domum
Iam [c] *multos annos est, quòm possideo, &* [d] *colo*
Patri, Avoque jam hujus, qui nunc hic [e] *habet.*
Sed mihi Avos hujus obsecrans concredidit
Thensaurum auri [f] *clam omnis; in medio foco*
Defodit, [g] *venerans me, ut id servarem sibi.*
Is [h] *quoniam moritur, (ita avido ingenio fuit)*
Numquam indicare id filio voluit suo:
Inopemque optavit potiùs eum relinquere,
Quàm eum thensaurum conmonstraret filio.
Agri reliquit eij non magnum [i] *modum,*
Quo cum [k] *labore magno, & miserè viveret.*
Ubi is obijt mortem, qui mihi id aurum [l] *credidit,*
Cepi observare, ecqui majorem filius
Mihi [m] *honorem haberet, quàm ejus habuisset Pater.*
Atque ille verò minus [n] *minusque* [o] *impendiò*
Curare, minusque me inpartire honoribus.
Item à me contrà factum 'st. nam item obijt die.
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium,
Pariter moratum, ut Pater, Avosque hujus fuit.
Huic filia una est: ea mihi cottidiè
Aut [p] *ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat,*
Dat mihi coronas; ejus honoris gratiâ
Feci, thensaurum ut hic reperiret Euclio,
Quò illam facilius nuptum, si vellet daret.
Nam conpressit eam de summo Adulescens loco.
Is scit Adulescens, quæ sit, quam conpresserit.
Illa illum nescit, neque conpressam autem Pater.
Eam ego hodie faciam, ut hic Senex [q] *de proxumo*
Sibi uxorem poscat. id eâ faciam gratiâ,
Quò ille eam facilius ducat, qui conpresserat.
Et hic qui poscet eam sibi uxorem Senex,

a Vide Lex. *Miror.* h. e. ignoro.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*
c Vide Calligr. Tit. *Temporu.* Pers. B. 3. ℣. 8.
d inhabito. Vide Lex.
e Euclionis, qui hic habitat.
f Vide Lex. *Clam.*
g Orans.
h Postquam. Vide Lex.
i mensuram. Vide Lex. *Modus.*
k laboriosè, & ærumnosè. Davon er sich kümmerlich / und mit aller noth erhielte.
l servandum cõmendavit. *Nonius.*
m cultum & observantiam, sive sacrificium, & litationem.
n multò minus curabat. *Nonius.*
o Vide Lex.
p Vide Tit. *Sacrificiorum*, Elect. Pl.
q Senex proximus vicinus.

Is Adolescentis illius est Avonculus,
Qui illam stupravit noctu, [a] *Cereris vigiliis.*
Sed hic Senex jam clamat intus, ut solet.
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo aurum inspicere volt, ne [b] *subruptum fiet.*

[a] Vide Elect. Fl. Tit. *Sacrorum. Sacrificiorum.* θεσμοφόρια noctu celebrabantur à mulieribus jejunantibus.
[b] pro, *surreptum ne fiet.* Anastrophe.

ACTUS PRIMI
SCENA I.

EUCLIO, Senex.
STAPHYLA, Anus.

EXI inquam; age, exi! exeundum hercle tibi hinc est foras,
Circumspectatrix, cum [c] *oculis emissitiis,*
ST. *Nam* [d] *cur me miseram verberas?* EU. *Vt misera sis,*
Atque ut te dignam, mala, malam [e] *aetatem exigas.*
ST. *Nam* [f] *me quâ causâ extrusisti ex aedibus?*
EU. *Tibi ego rationem reddam?* [g] *stimulorum seges.*
Illuc regredere ab ostio illuc sis [h] *vide, ut*
Incedit! an scin? quomodo tibi res se habet:
Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum,
Testudineum istum ego tibi [i] *gradibo gradum.*
ST. *Vtinam! me Divi* [k] *adaxint ad suspendium*
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te serviam.
EU. *At, ut scelesta sola secum murmurat!*
Oculos hercle ego istos, inproba, effodiam tibi,
Ne me observare possis, quid rerum geram.
Abscede etiam nunc; etiam nunc; *etiam: ohe!*
Isthic adstato. si hercle tu ex istoc loco
Digitum transversum, aut unguem latum excesseris,
Aut si respexis, [l] *donicum ego te jussero,*
Continuò hercle ego te dedam [m] *discipulam cruci.*
Scelestiorem me hac Anu, certè scio
Vidisse numquam; nimiúq; ego hanc metuo malè,
Ne mihi ex insidiis verba inprudenti [n] *duit,*
Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum,
Quae in occipitio quoque habet oculos pessuma.
Nunc ibo, ut visam; estne ita aurum, ut condidi,
Quod me sollicitat plurimis miserum modis,

[c] qui omnia curiosè observant. Vide Lex. *Oculi.* & Calligr. *Videndi.*
[d] Vide Lex. *Nam.* Cur autem me mis. verb.
[e] Senectutem.
[f] *Quanam causâ.* metathesis.
[g] In cujus tergo serere oporteat stimulos.
[h] si vis. vide Lex.
[i] Efficiam, ut majora in gradiendo spacia facias: *Q. d.* Vt est in Fabula: Ex testudine te aquilam faciam. Ich will dir füß machen.
[k] adegerint.
[l] Vide Lex.
[m] Ego te dedam in disciplinam cruci, ubi discas oculos istos emissitios non continere, sed claudere. Mil. 2. 2. ℣. 28.
[n] Hoc secum loquitur; ut est in Vet. Cod. MS. supra lineas.

Digitized by Google

Ne noctu, nec diu, quietus vmquam eam.
S T. Non enim mecastor quid ero ego dicam meo
Malæ rei evenisse, quamve insaniam,
Queo comminisci. ita miseram me ad hunc modum
Decies die vno sæpè extrudit ædibus.
Nescio pol, quæ illunc hominem intemperiæ tenent:
Pervigilat noctis totas: tum autem [a] *interdius*
Quasi [b] *claudus sutor domi sedet totos dies.*
Neque jam quo pacto celem erilis filiæ
Probrum, [c] *propinqua* [d] *partitudo quoi* [e] *adpetit,*
Queo comminisci: neque quicquam meliu 'st mihi,
Vt opinor, quam ex me ut unam faciam [f] *litteram,*
Longum [g] *meum laqueo collum quando obstrinxero.*

ACTVS PRIMI
SCENA II.

EUCLIO, Senex.
STAPHYLA, Anus.

NVNC [h] *defæcato demùm animo egredior domo,*
Postquam perspexi salva esse intus omnia.
Redi nunc iam intrò, atque intus [i] *serva.* S T. [k] *Quippeni!*
Ego intus servem? anne quis [l] *ædis auferat?*
Nam hic apud nos nihil est aliud [m] *quæsti furibus.*
Ita [n] *inaniis sunt oppletæ, atque* [o] *araneis.*
EU. [p] *Mirum, quin tuâ nunc me causâ faciat Iuppiter*
Philippum Regem, aut Darium, trivenefica.
Araneas [q] *mihi ego illas servari volo.*
Pauper sum, patior: Quod DI dant, fero.
Abi intrò, occlude januam; jam ego hic ero.
Cave, quemquam alienum in ædis intromiseris.
Quod [r] *quispiam ignem quærat, extingui volo;*
Ne causæ quid sit, quod te quispiam quæritet.
Nam si [s] *ignis vivet, tu extinguêre extempulo.*
Tum aquam [t] *aufugisse dicito. si quis petet*
Cultrum, securim, pistellum, mortarium,
Quæ utenda vasa semper vicini rogant,
Fures venisse, atque abstulisse dicito.

a interdiu. Vide Lex. *ἀυτημερία*.
b Vide Calligr. Tit. *Sedentarius*.
c Stuprum.
d cui partus appropinquat.
e Vide Lex.
f Intelligit litteram I, quæ formâ ipsam pensilem præfert, & porrectam. Sic autem MS. Pal. quart. ad oram adnotavit: *ut si se suspendat, in formâ unius jota erit*.
g quando longum meum collum suspendero. Vide Elect. 1. Tit. *Scriptura*.
h liquido, minimeque turbido. i. e. hilari.
i Custodi.
k Q. d. Magna vero causa est, quare ego intus non servem! *Iron.* Vide Lex.
l Vide Elect. Pl. Tit. *Furti*.
m Quæstûs.
n inanitatibus. Vide Lex.
o omnia vacua sunt. Vide Calligr. *Vacuitatis*.
p Vide Lex. *Mirum quin*. Mirum quare non tua causa, &c.
q Nota sordes Euchionis.
r Quantum ad hoc attinet, quod aliquis sub hoc prætextu ignem quær. velit introire: *ign. exst. v.*
s Si ignis vivet, neque abs te non extinguetur, tu vitâ quam mox extingueris.
t Effluxisse.

Profectò in ædis meas, me absente, neminem
Volo intromitti. atque etiam hoc prædico tibi;
Si bona [a] FORTUNA *veniat, ne intromiseris.*
ST. *Pol ea ipsa, credo, ne intromittatur, cavet.*
Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quamquam prope 'st.
EU. *Tace; atque abi intrò.* ST. *Taceo, atque abeo.* EU. *Occlude sis*
Foris [b] *ambobus pessulis; jam ego hic ero.*
Discrucior animi, quia ab domo abeundum 'st mihi.
Nimis [c] *hercle invitus abeo, sed quid agam, scio.*
Nam noster nostræ qui est [d] *Magister Curiæ,*
Dividere argenti dixit nummos in [e] *viros.*
Id si relinquo, ac non peto, omnes ilicò
Me suspicentur, credo, habere aurum domi.
Nam non est verisimile, hominem pauperem
Pauxillum parvi facere; quin nummum petat.
Nam nunc quòm celo sedulò omnis, ne sciant,
Omnes videntur scire, & me benignius
Omnes salutant, quàm salutabant prius.
Adeunt, consistunt, [f] *copulantur dexteras.*
Rogitant me; ut valeam! quid agam? quid rerum geram?
Nunc [g] *quò profectus sum, ibo,* [h] *postidem domum*
Me rursum, quantum potero, tantum recipiam.

[a] Nam ne hac quidem dignus est Euclio. vide Elect. Plaut. Tit. *Deorum: Fortunæ.* Rud. 2.5. ℣.17.
[b] Supero & infero. totidem enim pessuli, quot limina.
[c] ob nimiam curam pro Aula illa sua.
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Tribunum.*
[e] Viritim.
[f] copulant.
[g] Nunc quò proficisci intenderam; ibo.
[h] postea. Vide Lex.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

EUNOMIA. MEGADORUS, Senex.

VELIM *te* [i] *arbitrari, me hæc verba, Frater,*
Meæ fidei, tuæque rei hoc ‖ causâ
Facere, ita ut æquom 'st germanam sororem.
Quamquam haut [k] *falsa sum, nos odiosæ haberi.*
Nam multum-loquaces meritò omnes habemur.
Nec [l] *mutam profectò repertam ullam esse*
Hodie dicunt MULIEREM, *ullo in sæculo.*
Verùm hoc, Frater, unum tamen cogitato,
Tibi proxumam me, mihique item esse te.

[i] Iudicare.
[k] haud me fugit.
[l] Locus est in sexum femineum.

Ut [a] æquom 'st, quod in rem esse utriq; arbitremur,
Et mihi te, & tibi me *consulere, & monere,*
Neq; occultum id haberi, neq; per metum [b] mussari.
Quin participem pariter ego te, & tu me, ut facias.
Eò nunc ego secretò te [c] huc foras seduxi,
Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem.
ME. *Da mihi, Optuma Femina, manum.* ‖ EU. *Ubi ea 'st? [d] quis ea*
Est nam Optuma? ME. *Tu.* EU. *Tun' [e] ais?* ME. *Si negas,*
Nego. ‖ EU. *Decet te equidem vera proloqui.*
Nam Optuma nulla potest eligi: ‖ *alia alia*
Pejor, Frater, est. ME. *Idem ego arbitror, nec tibi*
‖ *Advorsari certum 'st de istac re umquam, Soror.*
‖ EU. *Da mihi operam, amabo.* ME. *Tua st; utere:*
Atq; impera, si quid vis. ‖ EU. *Id quod in rem tuam*
Optumum esse arbitror, te id admonitum advento.
‖ ME. *Soror, more tuo facis.* EU. *Facta volo.* ME. *Quid est id?*
Soror. EU. [f] QUOD TIBI SEMPITERNUM ‖ SALUTARE
SIT *liberis procreandis!* ME. *Ita DI faxint!*
‖ EU. *Volo te uxorem [g] domum ducere.* ME. *Hei! occidi!*
EU. *Quid ita?* ‖ ME. *Quia mihi misero cerebrum excutiunt*
Tua dicta, Soror. lapides loqueris. ‖ EU. *Eja! hoc face,*
Quod te jubet soror. ME. *Si Iubeat, faciam.* EU. ‖ *In rem*
Hoc tuam 'st. ME. *Ut quidem emoriar! priusquàm ducam.*
Sed his legibus, si quam dare vis, ducam: ‖ *quæ*
Cras veniat, perendiè [h] foras feratur, Soror.
‖ *His legibus, quam dare vis, cedò: nuptias adorna.*
EU. *Cum [i] maxumâ possum tibi, Frater, dare dote.*
Sed est grandior natu; [k] media est mulieris ætas.
Eam si jubes, Frater, me tibi poscere, poscam.
ME. *Num non vis me interrogare te?* EU. *Immò, si quid vis, roga.*
ME. *Post mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum;*
Si eam Senex anum prægnantem fortuitù fecerit,
Quid dubitas? quin sit paratum nomen puero [l] Postumus.
Nunc ego istum, Soror, laborem demam, & diminuam tibi.
Ego virtute Deúm, & majorum nostrorum, dives sum satis.
Istas magnas [m] factiones, animos, dotis [n] dapsilis,
Clamores, inperia, [o] eburata vehicula, pallas, purpuram,
Nihil moror; quæ in servitutem sumtibus redigunt viros.
EU. *Dic mihi, quæso, quis ea 'st? quam vis ducere uxorem.* ME. *Eloquar.*
Novistin' hunc Senem Euclionem? [p] ex proxumo pauperculum:
EU. *Novi hominem haut malum [q] mecastor.* ME. *Ejus cupio filiam*

[a] Cogita me monere, unum, quod è re utriusque esse videatur, uti æquum est.
[b] Vide Lex.
[c] Pleonasmus.
[d] Quæ. *Prisc.* lib. 13. & vetus interpres Persij.
[e] Asseveras pro certo?
[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Ominis.*
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Matrimonij. Nuptiarum.*
[h] Mortua efferatur. Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris.*
[i] Possem quidem tibi dare uxorem admodùm dotatam: sed ea grandior natu est. Cõvenit autem uxor ætatis mediæ. Itaque si talem cupis mediocri dote, dabo.
[k] Cicero vocat *ætatem constantem.*
[l] Vide Lex.
[m] Opulentiam & nobilitatem. *Nonius.* Vide Lex.
[n] Largas, amplas. Vide Lex.
[o] Ebore ornata.
[p] In vicinia.
[q] Vide Lex.

Virgi-

Virginem mihi desponderi. [a] *verba ne facias, Soror.*
Scio, quid dictura es; hanc esse pauperem. hæc pauper placet.
EU. *DI benè vortant!* ME. *Idem ego spero.* EU. *Quid! me numquid vis?* ME. *Vale.*
EU. *Et tu, Frater.* ME. *Ego conveniam Luclionem, si domi*
Est. sed eccum! nescio unde sese homo recipit domum.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

EUCLIO. MEGADORUS, Senex.

PRÆSAGIBAT [b] *mihi animus, frustra me ire, quòm exibam domo.*
Itaq; abibam invitus. nam neq; quisquam Curialium
Venit. neq; [c] *Magister, quem dividere argentum oportuit.*
Nunc domum properare propero. nam ego-met sum hic, animus domi'st.
ME. *Salvos atq; fortunatus, Euclio, semper sies!*
EU. *DI te ament! Megadore.* ME. *Quid tu? rectèn', atq; ut vis, vales?*
EU. *Non* [d] *temerarium 'st, ubi dives blandè adpellat pauperem.*
Iam illic homo aurum me scit habere; [e] *eò me salutat blandius.*
ME. *Ain' tu? te valere.* EU. *Pol ego haut* [f] *à pecuniâ pèrbenè.*
ME. *Pol si* [g] *est ANIMUS aequus tibi, satis habes, qui benè vitam colas.*
EU. *Anus hercle huic indicium fecit de auro; perspicuè palàm est.*
Quoi ego jam linguam pracidam, atq; oculos ecfodiam domi.
ME. *Quid tu solus tecum loquere?* EU. *Meam pauperiem conqueror.*
Virginem habeo grandem, dote [h] *cassam, atq;* [i] *inlocabilem,*
Neq; eam queo locare quoiquam. ME. *Tace. bonum habe animum, Euclio:*
Dabitur, adjuBabere à me, dic si quid opu'st; impera.
EU. *Nunc petit, quòm pollicetur.* [k] *inhiat aurum, ut devoret.*
Alterâ [l] *manu fert lapidem, panem ostentat alterâ.*
Nemini credo, qui largè blandu'st dives pauperi.
Vbi manum [m] *inicit benignè, ibi onerat aliquam* [n] *zamiam.*
Ego istos novi [o] *Polypos, qui viBi quidquid tetigerint, tenent.*
ME. *Da mihi* [p] *operam parumper. paucis, Euclio; est, quod te volo*
De communi re adpellare meâ, & tuâ. EU. *Heu misero mihi!*
Aurum mihi intus [q] *harpagatum 'st. nunc llic eam* [r] *rem volt, scio,*
Mecum adire ad [s] *pactionem, verùm intervisam* [t] *domum.*
ME. *Quò abis?* EU. *Iam ad te revortar. nam est* [u], *quod visam domum.*
ME. *Credo edepol, ubi* [x] *mentionem ego fecero de filiâ,*

Mihi

a Noli aliquid cōtra excipere.
b Vide Lex. Ego præsentiebam.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Tribus.*
d Non fit sine ratione.
e Ideò me sal.
f Quoad pecun. Mein Seckel ist mir gar wohl auff. Vide Lex. *A.*
g Moderatus, tolerans, minimè querulus in adversis.
h Vide Lex.
i ζαίνεκδότιμος. quæ omninò nuptui collocari nequit.
k Vide Lex. *Inhiare.* & Nota syntax.
l Vide Elect. Pl. Tit. *Adulationis. Hypocriseos.*
m Vbi manum cū manu copulat.
n Hypallage. Ibi onerat pauperem aliquâ zamiâ. Vide Lex.
o H. e. rapaces, & tenaces. *Polypus.* τὸ *viBi* est *vivi* antiquè.
p Adsis mihi parump.
q Raptum. Vide Lex.
r Ob eam rem.
s Nota synt. *Adire ad.*
t Inquiram in domum, Ich wil ihm sein Hauß aussuchen.
u Propter quod.
x De sponsalibus faciendis.

Mihi ut despondeat, sese à me derideri rebitur.
Neq; illo quisquam 'st alter hodie ex [a] *paupertate parcior.*
EU. *DI me servant! salva res est; salvom 'st, si quid non perit.*
Nimis male timui; priusquam intrò redI, exanimatus fui.
Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. ME. *Habeo gratiam.*
Quæso, quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.
EU. *Dum quidem, ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.*
ME. *Dic mihi; quali me arbitrare genere prognatum?* EU. *Bono.*
ME. *Quid* [b] *fide?* EU. *Bonâ.* ME. *Quid factis?* EU. *Neq; malis, neq; inprobis.*
ME. *Ætatem meam scis?* EU. *Scio esse grandem, itidem ut pecuniam.*
ME. *Certè* [c] *edepol equidem te civem sine* [d] *malâ omni malitiâ*
Semper sum arbitratus, & nunc arbitror. EU. [e] *Aurum huic olet.*
Quid nunc me vis? ME. *Quoniam tu me, & ego te, qualis sis, scio:*
QUÆ [f] RES RECTE VORTAT! MIHIQUE! TIBIQUE! TUÆQUE FILIÆ!
Filiam tuam mihi uxorem posco. promitte hoc fore.
EU. *Heja! Megadore; haut decorum facinus tuis factis facis,*
Vt inopem, atq; innoxium [g] *abs te, atq; abs tuis, me inrideas.*
Nam de te, neq; re, neq; verbis, merui, ut faceres, quod facis.
ME. *Neq; edepol ego te derisum venio, neq; derideo.*
Neq; dignum arbitror. EU. *Cur igitur poscis meam gnatam tibi?*
ME. *Vt propter me tibi sit melius, mihiq; propter te, & tuos.*
EU. *Venit hoc mihi, Megadore, in mentem; te esse hominem divitem,*
Factiosum [h]; *me item esse hominem pauperum pauperrumum:*
Nunc si filiam [i] *locassim meam tibi, in mentem venit,*
Te bovem esse, & me asellum, ubi tecum conjunctus siem:
Vbi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto.
Tu me [k] *bos magis haut respicias, gnatus quasi numquam siem.*
Et te [l] *utar iniquiore, & meus med* [l] *ordo inrideat.*
Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortij fuat.
Asini me [m] *mordicus scindant; boves incursent* [n] *cornibus.*
Hoc magnum 'st periculum, me [o] *ab asinis ad boves transcendere.*
ME. [p] *Quàm ad probos propinquitate proxumè te adjunxeris,*
Tam optumum 'st. tu [q] *conditionem hanc accipe, ausculta mihi,*
Atq; eam desponde mihi. EU. *At nihil est dotis.* [r] *qui dem.* ME. *Ne duas; ne.*
Dummodò MORATA *rectè veniat, dotata 'st satis.*
EU. *Eò dico, ne me thensauros repperisse censeas.*
ME. *Novi; ne doceas: desponde.* EU. *Fiat! sed pro Juppiter!*
Non ego disperij? ME. *Quid tibi 'st?* EU. *Quid crepuit, quasi ferrum, modò?*
ME. [s] *Hic apud me hortum confodere jussi. sed ubi hinc eit homo?*
Abijt, neq; me certiorem fecit; fastidit [t] *mei.*
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.

[a] Inter pauperes. Vide Lex. *Nomina Abstracta.*

[b] Quâ me fide esse putas?

[c] Vide Lex. *Certè.*

[d] Vide Lex. *Malitia.*

[e] Hic me aurum habere sentit. Er riecht Goldt. Hæc Euclio secum loquitur.

[f] Perf. 3. 1. ℣. 7. Daß Gott Glück gebe auff beyden seiten! Vide Calligr. & Elect. Plaut. Tit. *Omina.*

[g] Qui nec tibi, nec tuis nocuit.

[h] Opibus, & bonis fortunę affluentē. Vide Lex. & Cist. 2. 1. ℣. 5.

[i] Elocaverim.

[k] Tu dives nihilo magis mihi subvenias, quàm si nusquam natus sim.

[l] Reliqui è paupertate. Der Bettel-Orden.

[m] Asini me morsibus, seu mordēdo consumant.

[n] Variis injuriis atq; oppressionibus.

[o] Hinc ille in inconveniente necessitudine. Vide Elect. Pl. Tit. *Affinitatis.*

[p] Vide Lex. *Quàm, tam.* Quæ superlativis raro junguntur.

[q] Vide Lex. *Conditio.* & Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*

[r] Vt eam tibi dare, elocare possim. Vide Lex. *Qui.*

[s] Domi meæ

[t] Nota synt.

Nam

Nam si opulentus [a] *eit petitum pauperioris gratiam,*
Pauper metuit congrediri: per metum male rem gerit.
Idem quando illæc occasio perit, post serò cupit.
Eu. *Si hercle ego te non* [b] *elinguandam dedero, usq; ab radicibus,*
Impero, auctorq; sum, ut tu me quoivis castrandum [c] *loces.*
Me. *Video hercle ego* te *me arbitrari, Euclio, hominem* [d] *idoneum,*
Quem [e] *senectâ ætate ludos facias, haut merito meo.*
Eu. *Neq; edepol, Megadore, facio: neq; si cupiam,* [f] *copia'st.*
Me. [g] *Quid nunc? etiam mihi despondes filiam?* Eu. *Illis legibus,*
Cum illâ dote, quam tibi dixi. Me. *Sponden' ergò?* Eu. *Spondeo.*
Istuc DI benè vortant! Me. *Ita DI faxint!* Eu. *Illud scito, ut memineris:*
Convenisse [h], *ut ne quid dotis mea ad te adferret filia.*
Me. *Memini.* Eu. *At scio, quo vos soleatis pacto* [i] *perplexarier.*
Pactum non-pactum est; non-pactum pactum est, quod vobis lubet.
Me. *Nulla controversia mihi tecum erit. sed nuptias*
Hodie quin faciamus, num quæ causa est? Eu. *Immò edepol optuma.*
Me. *Ibo igitur, parabo. numquid me vis?* Eu. *Istuc.* Me. *Fiet! Vale.*
Heus! Strobile, sequere properè me ad macellum strennuè.
Eu. *Illic hinc abiit. DI immortales! obsecro, aurum quid valet?*
Credo ego illum jam inaudivisse, mihi esse thensaurum domi.
Id [k] *inhiat; eâ adfinitatem hanc* [l] *obstinavit gratiâ.*

a Nota syntaxin.
b Linguâ privandam.
c Mercede pactâ tradas castr.
d Aptum.
e Ætate senio cōfectâ.
f Possum.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum. Sponsaliorum.*
h Sic inter nos cōvenisse. Vide Lex. *Convenire.*
i Perplexè & captiosè agere.
k Ideò. Vide Lex. *Id.* & *Inhiare.*
l Obfirmato & perseveranti animo expetivit. *Fulm.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

Euclio, Senex.
Staphyla, Anus.

VBI tu es? quæ [m] *deblateravisti jam vicinis omnibus,*
Meæ me filiæ daturum Dotem? heus! Staphyla; [n] *te voco.*
Ecquid audis? vascula intus [o] *purè propera; atq; elue.*
Filiam despondi ego: hodie nuptum huic Megadoro dabo.
St. *DI benè vortant! verùm ecastor non potest; subitu'st nimis.*
Eu. *Tace, atq; abi: curata fac sint,* [p] *quàm à foro redeam domum.*
Atq; occlude ædis: jam ego hic adero. St. *Quid ego nunc agam?*
Nunc nobis propè adest exitium, mihi atq; erili filiæ.
Nunc probrum, atq; partitudo propè adest, ut fiat palam.
Quod celatum, atq; occultatum 'st usq; adhuc, nunc non potest.

m Vide Lex. *Blatire.*
n Vide Calligr. Tit. *Vocandi.*
o Aquâ purâ lavare propera, & totam aquam in eis lavandis absume. Spület fleisig auff: es wird ein Hochzeit geben.
p Antequam. Sehe, daß alle Ding fertig seyn / wann ich heim komme.

Ibo intrò, ut erus, quæ imperavit, facta, quòm veniet, sient.
Nam ecastor malum mœrorem, metuo, [a] ne immixtim bibam.

ACTUS SECUNDI
SCENA IV.

STROBILUS, Servus. ANTHRAX, CONGRIO: Coqui.

POSTQUAM [b] *obsonavit erus, &* [c] *conduxit coquos,*
Tibicenasq; [d] *hasce apud forum; edixit mihi,*
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.

* * * * *

ANT. *Metu quidèm hercle, dicam palàm, non* [e] *divides.*
Si quò tu totum me ire vis, operam dabo.
Bellum & pudicum verò prostibulum [f] *popli!*
Post, si quis [g] *vellet te, haut* [h] *non velles dividi!*
CON. *Atqui ego istuc, Anthrax, alio-vorsùm dixeram,*
Non istuc, quod tu insimulas. ST. *Sed erus nuptias*
Meus hodie faciet. CON. *Quojus ducit filiam?*
ST. *Vicini hujus Euclionis Senis è proxumo.*
Ei adeò obsonij hinc dimidium jussit dari,
Coquum alterum, itidemq; alteram tibi tibicenam.
CON. *Nempe huic* [i] *dimidium dicis, dimidium domi!*
ST. [k] *Nempe sicut dicis.* CON. *Quid? hic non poterat de suo*
Senex suæ obsonari filiæ in nuptiis?
ST. *Vah!* CON. *Quid negotij 'st?* ST. *Quid negotij sit, rogas?*
Pumex [l] *non æquè 'st aridus, atq; hic est Senex.*
CON. *Ain' tandem?* ST. [m] *Ita 'st, ut dicis. tute existuma.*
Suam [n] *rem perisse, seque* [o] *eradicarier,*
Quin Divûm atq; hominum clamat continuò fidem!
De suo [p] *tigillo fumus si quà exit foras:*
Quin quòm it dormitum, follem obstringit, ob [q] *gulam.*
CON. *Cur?* ST. *Ne quid animæ fortè* [r] *amittat dormiens.*
CON. *Etiamne obtûrat inferiorem* [s] *gutturem*
Tum? ne quid [t] *animæ fortè amittat dormiens.*

STR.

[a] Ne mœrum mœrorem bibere cogar.
[b] Obsonium paravit.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Coquinarie.*
[d] *Phrusium, Exsfosium.* Ut est in V. C. Palat. pro; *Phrygia, Eleusium.*
[e] Obsceno sensu capit.
[f] Vide Lex. *Prostibulum.* Ironia est.
[g] Et hoc verbum obsceno sensu capotest. Vide Lex.
[h] Duæ negativæ fortiter heic negant: more Græc. Bacch. 4. 9. ℣. 114.
[i] De dimidio, & dimidiato. Agell. l. 1. c. 14. *Sensus erit.* Huic dimidiũ addicis, adjudicas, alterum dimidiũ domi. daß ein halb theil soll ihme gegeben werden: das ander soll im Hauß bleiben.
[k] Ja es ist ihm also / wie du sagst.
[l] Vide Elect. Pl. tit. *Avaritia.*
[m] Tu ipse ex his, quæ dicam arbitrare.
[n] Nunc etiã cùm non de suo, sed alieno obsonatur.
[o] Fortunis omnib. penitus everti. Er müsse im grund und boden verderben.
[p] *H. e.* Non cupit totum fumum exire: sed malit & hunc servare. Vide Lex. *Tigillum.* Wann er nur ein kleines Räuchlein von einem Schörnstein sihet in seinem Hauß aussgehen / so will er verzagen.
[q] *Hoc vult.* Euclionem ita prodigiosè parcum ac sordidè vivere, ut prinsquam cubitum se recipiat, follem sibimet ipsius, *h. e.* sacculi genus ex alutâ confecti, obstringat gulam suam.
[r] Scorteus nimirum ille folliculus.
[s] Anum sive podicem. Nota *ὁ gutturem.*
[t] Flatum, crepitum obscenum.

STR. Hæc [a] mihi te, ut tibi me, æquom'st credere.
CON. Immò equidem credo. STR. At scin' etiam, quomodo?
Aquam [b] plorat hercle, quòm lavat, profundere.
CON. Censen' Talentum Magnum exorari [c] potest?
Ab istoc Sene ut det; qui fiamus liberi.
STR. Famem hercle utendam, si roges, numquam dabit.
Quin ipsi pridem Tonsor unguis [d] demserat,
Conlegit, omnia abstulit [e] præsegmina.
CON. Edepol mortalem [f] parcè-parcum prædicas.
Censen' verò adeò esse [g] parcum, & miserè vivere?
STR. [h] Pulmentum pridem ei eripuit [i] milvius?
Homo ad [k] Prætorem plorabundus devenit,
Infit ibi [l] postulare plorans, ejulans,
Ut sibi liceret [m] milvium vadarier.
Sescenta sunt, quæ memorem, si sit otium.
Sed uter vostrorum'st [n] celerior? memora mihi.
CON. Ego ut multò melior. STR. Coquum ego, non furem rogo.
ANT. Coquum ego dico. STR. Quid tu ais? ANT. [o] Sic sum, ut vides.
CON. Coquus ille [p] nundinalis est; in nonum diem
Solet ire coctum. ANT. Tun', trium [q] litterarum homo,
Me vituperas? FUR! CON. Etiam FUR-trifurcifer!

ACTUS SECUNDI
SCENA V.

STROBILUS. ANTHRAX. CONGRIO: Coqui.

TACE nunc jam tu; atque agnum hinc, uter est [r] pinguior.
CON. [s] Licet. STR. Tu, Congrio, eum sume actutùm tibi,
Atque intrò abi illuc, & [t] vos illum sequimini.
Vos cæteri illuc ad nos. ANT. Hercle injuriâ
Dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent.
STR. At nunc dabitur tibi pinguior tibicena.
I sanè cum illo, [u] Phrygia. tu autem, Eleusium,
Huc intrò abi ad nos. CON. O Strobile subdole!
Hucine detrusisti me ad Senem parcissumum?

M 2 Vbi

a H.e. Neuter alteri credet, neuter est homo fide dignus. Vide Pœn. 1.1. ℣. 41.
b Gravate, & invitus, aquam profundit. Vide Elect. Pl. Tit. *Molestia*.
c Versus est hypermeter.
d Accessit proximam Tonsoris officinam, qui ungues demsit, ut præsegmina colligeret triparcus Senex.
e [illegible]. Vide Lex.
f Præparcum, valde parcum.
g An tu censes eũ parũ edere, & genium suũ defraudare?
h Vide Lex.
i Vide Lex. *Milvus*.
k Vide Elect. Pl. Tit. *Iudiciorum*.
l Quia Prætor dabat actionem & Iudices.
m A milvo vades postulasse, qui illum certæ pecuniæ sponsione vadimonium obiturum præstarent.
n Vide Tit. *Furum*. Elect. Plaut.
o Vide Elect. Pl. Tit. *Morum*. Amph. 2.1. ℣. 57.
p Feralis, novemdialisque, & qui mortuis tantùm paret in cœnam. Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris*. Pseud. 3.2. ℣. 7.
q FUR.
r Sc. dic. vel pendet hoc ab iis, quæ sequuntur. *Tu Congr.* ita ut coquus tùm interfatus sit *Licet*.
s Possum facile vel tacere, vel dicere, ut agnorũ sit pinguior.
t Ad ædes Megadori.
u Quia tibiæ in Phrygia inventæ. Vide notam supra 1.4. ℣. 1.

Vbi si quid poscam, usq; ad [a] *ravim poscam prius,*
Quàm quicquam detur. ST. *Stultum,* [b] *& sine gratiâ'st,*
Tibi rectè [c] *facere: quando quod facias, perit.*
CON. *Qui verò?* STR. *Rogitas? jam in principio in ædibus*
Turba istic nulla tibi erit. si quid uti voles,
Domo abs te adferto, ne operam perdas [d] *poscere.*
Hìc apud nos magna turba ac magna familia'st,
Suppellex, aurum, vestes, vasa argentea:
Ibi si periverit quippiam, ([e] *quod te scio*
Facile abstinere posse, si nihil obviam'st.)
Dicant: Coqui abstulerunt; comprehendite,
Vincite, verberate, in [f] *puteum condite.*
Horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui
Vbi quid subrupias, nihil est. sequere hàc me. CON. *Sequor.*

a Vide Lex. & Calligr. Tit. *Clamandi. Vocis.*
b Stultitia mera est in illum beneficia collocare, qui ea ingrata habet, atq; irrita.
c *Sc.* aufit, debeat?
d In poscere.
e Sicut, cùm sciā. Vide Lex. *Quod.*
f In barathrum, locum pœnæ coquorum destinatum. Vide Elect. Pl. Tit. *Pœnarum. Suppliciorum.*

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

STROBILVS. STAPHYLA. COCUS.

HEus! *Staphyla, prodi, atq; ostium aperi.* STA. *Qui vocat?*
STR. *Strobilus.* STA. *Quid vis?* STR. *Hos ut accipias coquos,*
Tibicenamq;, [g] *obsoniumq; in nuptias.*
Megadorus jussit Euclioni hæc mittere.
STA. [h] *Cererin', mi Strobile, has sunt facturi nuptias?*
STR. *Qui?* STA. *Quia temeti nihil adlatum intellego.*
STR. *At jam adferetur, si à foro ipsus redierit.*
STA. *Ligna hìc apud nos nulla sunt.* CO. *Sunt asseres?*
STA. *Sunt pol.* CO. *Sunt igitur ligna, ne quæras foris.*
STA. *Quid,* [i] *impurate, quamquam* [k] *Volcano studes,*
Cenave causâ, aut tuæ [l] *mercedis gratiâ,*
Nos, nostras ædis postulas comburere?
CO. *Haut postulo.* STR. *Duc istos intrò.* STA. *Sequimini.*

g Vide Lex. *Obsonium.*
h Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
i Sanguine contaminate. Vide Lex.
k Quamquā Vulcanum tractas purissimum elementum. *h. e.* ignem. Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.*
l Quam anteà cōductus es à Megadoro.

Digitized by Google

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

PYTHODICUS, Servus.

CVRATE. *ego intervisam, quid faciant Coqui.*
Quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma 'st.
Nisi unum hoc faciam, ut in [a] *puteo cenam coquant,*
Inde coctam sursum subducemus corbulis.
Si autem [b] *deorsum comedent, si quid coxerint,*
Superi incenati sunt, & cenati inferi.
Sed verba hic facio, quasi negotij nihil fiet,
Rapacidarum [c] *ubi tantum siet in adibus.*

a In loco subterraneo: ut supr. 1. 5. ℣. 11.
b in loco inferiore.
c rapacium coquorum. Nam Rapax genus coquorum. Vide Elect. *Coquorum.*

ACTVS SECVNDI
SCENA VII.

EUCLIO. CONGRIO.

VOLUI *animum tandem confirmare hodie meum,*
Vt bene haberem mea me filia in *nuptijs.*
Venio ad macellum, rogito pisces, [d] *indicant*
Caros; agninam caram; caram bubulam;
Vitulinam; cetum; porcinam; cara omnia.
Atque eo fuerunt cariora; as non erat.
Abeo iratus: illinc quoniam nihil est, qui emam.
Ita illis [e] *inpuris omnibus adij manum.*
Deinde egomet mecum cogitare inter [f] *vias*
Occepi, festo die si quid [g] *prodegeris,*
Profesto egere liceat, nisi peperceris.
Postquam hanc rationem ventri, cordique [h] *edidi,*
Accessit animus ad meam sententiam,
Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc [i] *tusculum emi, & hasce coronas floreas.*
Hae inponentur in foco [k] *nostro Lari,*

d Carum pretium piscibus constituunt. Vide Lex.
e Veneram in macellum, & multa licitatus eram: ita ut Piscatores & Lanij se aliquid ex me corrasuros esse sperarent. At ego nihil emi, & sic eis manum adij. Vide Calligr. Tit. *Ad eund.* *Decipiendi.*
f In viis, unter wegen inter eundum. μεταξὺ πορευόμενος.
g profuderis. Vide Elect. Plaut. Tit. *Festorum.*
h protuli, ostendi.
i Vide Elect. Plaut. Tit. *Deorum*, & *Nuptiarum.*
k Familiari.

Vt fortunatus faciat Gnatæ nuptias.
Sed quid ego apertas ædis nostras conspicor?
Et strepitus est intus. numnam ego compilor? miser.
CON. *Aulam majorem, si potes, viciniâ*
Pete. hæc est parva; capere non [a] *quit.* EU. *Heu mihi!*
Perii hercle! Aurum rapitur, Aula quæritur.
Nimirum occidor, nisi ego intrò huc properè propero currere.
APOLLO [b] *quæso subveni mihi, atque adjuva!*
Confige sagittis fures thensaurarios:
Quoi in re tali jam subvenisti [c] *antidhac.*
Sed cesso prius, quàm prorsus perii, currere?

a quod coquendũ est.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.*
c Antehac.

ACTUS SECUNDI
SCENA IX.

ANTHRAX.

DROMO, *desquama piscis: tu* [d] *machærio*
Congrum, murænam [e] *exdorsua,* [f] *quantum potest,*
Atque omnia dum absum hinc, *exossata fac sient.*
Ego hinc [g] *artoptam ex proxumo utendum peto*
A [h] *Congrione. Tu istum gallum, si sapis,*
Glabriorem reddes mihi, quàm [i] *volsus Lydius est.*
Sed quid hoc *clamoris oritur hinc ex proxumo?*
Coqui hercle, credo, faciunt [k] *officium suum.*
Fugiam intrò; ne quid turbæ hic itidem fiat.

d cultello coquinari.
e dorsum confringe. *Festus.*
f Quamprimùm, quam celerrime fieri potest.
g Vas in quo panis tostus coquebatur. Vide Lex.
h qui coquebat apud Euclionem.
i evulsis pilis levis & glaber factus.
k furantur.

ACTUS TERTII
SCENA I.

CONGRIO.

OPTATI [l] *cives,* [m] *populares, incolæ, accolæ, advenæ omnes,*
Date [n] *viam, quà fugere liceat; facite totæ plateæ pateant.*
Neque ego umquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in [o] *Bacchanal* [p] *coquinatum.*

l vocati & implorati.
m δημόται. ex eodem oppido.
n Vide Elect. Pl. Tit. *Magistratus.*
o in locum & domicilium baccharum.
p ad coquendum.

Ita

Digitized by Google

Ita miserum, & meos discipulos fustibus malè contuderunt.
Totus doleo, atque oppidò perij! ita me iste habuit Senex [a] *gymnasium.*
At at! perij hercle ego miser! aperit [b] *Bacchanal; adest;*
Sequitur. scio, quam rem geram. hoc [c] *ipsus magister me docuit.*
Neque ligna ego usquam gentium [d] *preberi vidi pulchrius.*
Itaque omnis exegit foras: me, atque hos, onustos fustibus.

a Ita ego isti Seni pro gymnasio fui, in quo se verberando exerceret.
b Instar Baccharũ, Euclio furit.
c Quid agere debeam, docuit me ipse Euclio, fustibus nos insectans, & verberans.
d suppeditari, vide Lex.

ACTUS TERTII
SCENA II.

Euclio, Senex. Congrio, Coquus.

RED i. *quò fugis nunc? tene! tene!* CON. *Quid, stolide, clamas?*
EU. *Quia ad* [e] *tres-viros jam ego deferam tuum nomen.* CON. *Quamobrem?*
EU. *Quia cultrum habes.* CON. *Coquum decet.* EU. [f] *Quid? comminatus*
Mihi? CON. *Istud malè factum arbitror; quia non latus* [g] *fodi.*
EU. *Homo nullus est, te scelestior qui vivat hodie,*
Neque quoi ego de industriâ amplius male plus libens faxim.
CON. *Pol etsi taceas, palam id quidem 'st: res ipsa testis est.*
Ita fustibus sum mollior miser magis, quàm ullus cinædus.
Sed quid tibi nos, mendice homo, [h] *tactio 'st? quæ res est?*
EU. *Etiam rogitas? an quia minus, quàm æquom erat, feci?*
CON. [i] *Sine. at hercle cum malo tuo magno, si hoc caput sentit.*
EU. *Pol ego haut scio, quid post fiat; tuum nunc caput sentit.*
Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negotij?
Me absente: nisi ego jusseram; volo scire. CON. [k] *Tace ergò.*
Quia venimus coctum ad nuptias. EU. *Quid tu, malum! curas?*
Vtrum crudum, an coctum [l] *edim; nisi tu mihi es* [m] *tutor?*
CON. *Volo scire; sinas, annon sinas, nos coquere cenam?*
EU. *Volo scire ego item, meæ domi meane salva futura?*
CON. *Vtinam mea mihi modò auferam, quæ adtuli, salva!*
Me [n] *haut pœnitet. tuan' expetam?* EU. [o] *Scio, ne doce; novi.*
Quid est? quâ prohibeas nunc gratiâ nos coquere hic cenam?
Quid fecimus? quid diximus tibi sequius? quàm velles?
EU. *Etiam rogitas? scelestè homo; qui angulos hic omnis*
Mearum ædium, & conclavium mihi [p] *perviam facitis.*

e Vide Elect. Pl. Tit. *Magistratuum.*
f Non id accuso quod cultrum habes, sed quod eo minatus es.
g transfixi.
h Vide Lex. *Periphrasis.* & Synt. *m sol.*
i Minantis est. Vide Lex.
k Si vis me tibi dicere, tace, ut dică.
l edam.
m quasi puero impuberi.
n Me, vel meis bonis contentus vivo; tantum abest, ut tua expetă.
o Scio, & novi te tam sordidum & deparcum, ut ipsis tuis rebus uti frui abstineas, præ summâ avaritiâ.
p Aperitis, scrutamini, Vide Lex. *Perviam.*

Id

Id ubi [a] *tibi erat negotium, ad focum sic adesses,*
Non fissile sic haberes caput. meritò id tibi factum 'st.
Adeò ut tu meam sententiam jam jam noscere possis,
Si ad januam huc accesseris, nisi jussero, propius,
Ego te faciam, miserrumus mortalis uti sis.
Scis jam meam sententiam? quò abis? redi rursum.
CON. *Ita me benè amet* [b] *Laverna! te jam, nisi reddi*
Mihi vasa jubes, [c] *pipulo hic differam te ante ædis.*
Quid ego nunc agam? Næ ego edepol veni huc auspicio malo.
Nummo [d] *sum conductus: plus jam Medico mercede opu 'st.*

a Si ad focum adstitisses, ubi tibi erat negociū, non haberes caput fissum & contusum.
b Dea furum. vide Elect. Plaut. Tit. *Furti. Deorum.*
c convitio. Vide Calligr. *Calumniæ. Convitii. Maledicti.*
d Aureo, qui duobus nostratibus aureis valebat. Plus mihi opus est, quod dem Medico, qui me sanabit, quam acceptarus sum à Megadoro mercedis nomine, à quo conductus sum certâ mercede pacto.

ACTUS TERTII
SCENA III.

EUCLIO. CONGRIO.

HOC [e] *quidem hercle, quoquò ibo nunc, mecum erit, mecum feram.*
Neque istuc in tantis periclis unquam committam, ut siet.
Ite sanè nunc iam intrò omnes, & coqui, & tibicenæ.
Etiam huc introduce, si vis, vel gregem [f] *venalium.*
Coquite, facite, festinate nunc jam, quantum lubet.
CON. [g] *Temperi: postquam implevisti fustibus istorum caput.*
EU. *Intrò abi. opera huc conducta 'st vostra, non oratio.*
CON. *Heu! Senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.*
Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.
EU. *Lege agito mecum; molestus ne sis. i, & cenam coque,*
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus! CON. *Abi tu modò!*

e Scil. aurum in ollâ. infr. 4. 5.
f Servorum, qui pleríque fures.
g Tempestivè. Vide Lex.

ACTUS TERTII
SCENA IV.

EUCLIO.

ILLIC *hinc abiit. DI inmortales! facinus audax incipit,*
Qui cum opulento pauper homine cœpit rem habere, aut [h] *negotium,*

h Litem.

Velut

Digitized by Google

Velut Megadorus temptat omnibus miserum modis:
Qui simulavit, mei honoris mittere huc causâ Coquos,
Is eâ causâ misit, hoc qui subriperent misero mihi.
Condignè etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat Anui [a] *peculiaris, perdidit* [b] *pænè sumè.*
Ubi erat hæc defossa, occepit ibi scalpurrire ungulis
Circumcircà. quid opu'st verbis? ita mihi pectus [c] *peracuit.*
Capio fustem, obtrunco [d] *gallum, furem manufestarium.*
Credo edepol ego illi mercedem gallo pollicitos coquos
Si id palam fecisset. exemi ex manu manubrium.
Quid opu'st verbis? facta 'st pugna in gallo gallinaceo.
Sed Megadorus meus [e] *adfinis, eccum incedit à foro.*
Iam hunc non ausim prætertire, quin consistam, & conloquar.

ACTUS TERTII SCENA V.

MEGADORUS. EUCLIO.

NARRAVI *amicis multis consilium meum*
De [f] *conditione hac. Euclionis filiam*
Laudant. sapienter factum, & consilio bono!
Nam, meo quidem animo, si idem faciant cæteri,
OPULENTIORES [g] *pauperiorum filias*
Ut indotatas ducant uxores domum;
Et multò fiat Civitas concordior;
Et [h] *invidiâ minore nos utamur, quàm utimur,*
Et illæ malam [i] *rem metuant, quàm metuunt, magis.*
Et nos [k] *minore sumptu simus, quàm sumus.*
In maxumam [l] *illuc populi partem 'st optumum.*
In [m] *pauciores avidos altercatio 'st:*
Quorum animis avidis, atque insatietatibus,
Neque lex, neque tutor [n] *capere, est qui possit, modum.*
Namque [o] *hoc qui dicat: Quò illæ nubent divites*
Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur?
Quò jubeant, nubant; dum Dos ne fiat [p] *comes.*
Hoc si ita fiat, mores meliores sibi

N *Parent*

a qui erat in peculio meæ ancillæ Staphylæ.
b pænè nihil abfuit, quin me perderet.
c irâ acerrimè incensum est.
d Ad hunc gallum respexit Ausonius Præfat. Gryphi ad Symmachû p. 148
e Gener.
f Vide Lex. *Conditio.* Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
g Vide Elect. Pl. Tit. *Matrimonii.*
h Minus invidiosi simus.
i Supplicium: & per consequens, magis abstineant à peccando, ubi minus ipsis licet: ubi non audent animos sumere à crimine: eóque se magis submittant maritis minusq; sint arrogantes.
k Quippe cum uxores nostræ minus essent sumtuosæ
l Illud, nempe divites indotatas uxores ducere, maximæ populi parti est utilissimum: quia sit. multò fere plures sunt in omni civitate pauperes, quàm divites.
m Non est dubiû, quin si fiat, quod dico, major pars populi probatura sit. Restant nunc pauci locupletes & avari, quibuscû controversia mihi futura est, qui hoc non probabunt.
n Concipere constituere.
o Nam ut hoc quis obiiciat: *Quò illæ: &c.* p *Q. d.* Dotatæ uxores, dote fretæ, viris imperare volunt, neq; aliud interea afferre curant, quo viris probentur & curæ sint

Parent pro dote, quos ferant, quàm nunc ferunt:
Ego faxim, [a] *muli, pretio qui superant equos,*
Sient viliores Gallicis cantheriis.
EU. *Ita me DI amabunt! ut ego hunc ausculto lubens.*
Nimis lepidè fecit [b] *verba ad parsimoniam.*
ME. *Nulla* [c] *igitur dicat: Equidem dotem ad te adtuli:*
Majorem multò, quàm tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquom'st purpuram, atque aurum dari.
Ancillas, mulos, muliones, pedissequos,
Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehar.
EU. *Ut matronarum hic facta pernovit probè!*
Moribus Præfectum [d] *mulierum hunc factum velim.*
ME. *Nunc quoquò venias plus plaustrorum in ædibus*
Videas, quàm ruri, quando ad villam veneris.
Sed hoc etiam pulchrum'st [e] *præquàm ubi sumptus petunt.*
Stat Fullo, Phrygio, Aurifex, Linarius,
Caupones, [f] *Patagiarij* [g] *Indusiarij,*
Flammarij [h] *Violarij* [i], *Carinarij,* [k]
Aut [l] *Mantiliarij,* [m] *Murrobatharij,*
Propolæ [n], *Linteones,* [o] *Diobatharij,*
Sedentarij Sutores, [p] *Diobatharij,*
Solearij astant, astant [q] *Molochinarij,*
Petunt Fullones, [r] *Sarcinatores petunt,*
Strophiarij astant, astant [s] *Semisonarij.*
Iam hosce absolutos censeas, cedunt, petunt.
Treceni quòm stant [t] *Phylacistæ in atrijs,*
Textores [u] *limborarij, Arcularij ducuntur, datur*
Aes: jam hosce absolutos censeas,
Quòm incedunt infectores [x] *Crocotarij,*
Aut aliqua mala [y] *Crux semper est, quæ aliquid petat.*
EU. *Compellarem ego illum, ni* [z] *metuam, ne desinat*
Memorare mores mulierum; nunc sic sinam.
ME. *Ubi* [aa] *nugigerulis res soluta'st omnibus,*
Ibi ad [bb] *postremum* [cc] *cedit Miles,* [dd] *æs petit,*
Itur, putatur [ee] *ratio cum Argentario.*
Miles inpransus astat, æs censet dari.

Vos

a Eveniet, ut sint viliores: propterea quod uxores dotatæ pilentis, aliisque vehiculis vehi volunt, quæ à mulis trahuntur. Vide Elect. Plaut. Tit. *Currus. Equorum. Mulorum.*
b Sic Capt. Epilogo ꝟ. 1. & Symmach. lib. 10. Epist. 21. nostræ Edit.
c Postea. Vide Lex.
d Vide Elect. Pl. Tit. *Civitas.* & *Magistratus.*
e Præ eo, quod fit, cum creditores aut artifices pecuniam sibi petunt. Vide Lex. *Præquam.*
f A copiis, παλιγκάπηλος Underkäuffer.
g qui aureos clavos vendũt, quos vestimentis annectunt. Burtelstreimer.
h Qui flammeo colore vestes tingunt. Rothferber.
i Qui vestes violæ colore inficiũt.
k Qui cerino colore vest. inficiunt.
l Mantilia vendunt.
m Qui calceamẽta muliebria unguentis, odoribus, & suffimentis imbuebant.
n πωλδ.'s Einkäuffer.
o qui lintea texerent.
p Qui soleas Græcanicas d. vendũt.
q Qui colorem tingunt ad purpuram incarnatum: qualis in malvæ flore spectatur.
r Qui sarcinas compingunt. Wassenmacher. vel, sarcinatores vestiarij. ex S. Pal. text. in glossa *consutores.*
s qui zonulas minus dimidio latas, quam justa zona est, faciunt.
t Qui servos in custodia & ergastulo servabant.
u Qui limbo oras vestium pingunt, sive prætexunt.
x à crocota veste crocei coloris.
y aut aliquis flagitator, qui instar crucis virum cruciet.
z Nota syntax. pro, *metuerem.*
aa à nugis, quas gerunt, & vendunt, unde etiam *Nugivendi,* delitiarum muliebrium ministri.
bb Ad extremum.
cc incedit, accedit, venit.
dd æs militare, quod militibus solvebatur a tribunis Ærarij. *Varro:*
ee computatur. Vide Lex.

Vbi [a] *disputata'st ratio cum Argentario,*
Etiam plus ipsus ultrò debet Argentario,
Pro illis crocotis, strophiis, sumtu uxorio.
Spes prorogatur Militi in alium diem.
Hæc sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates, sumptusque intolerabiles.
Nam quæ indotata 'st, ea in potestate est viri.
Dotatæ mactant [b] *& malo, & damno viros.*
Sed eccom adfinem ante ædis! quid agis? Euclio.

a liquida facta, ut nihil sit cōtestim: vel etiam accepta & data inter se sint collata.
b magis augent viros malo, quia viros in servitutem redigunt, damno: quia sunt sumtuosæ.

ACTVS TERTII
SCENA VI.

EUCLIO. MEGADORUS.

NIMIÙM *libenter* [c] *edi sermonem tuam.*
ME. *Ain? audivisti?* EU. *Vsque à principio omnia.*
ME. *Tamen, è meo quidem animo, aliquantò facias rectius,*
Si nitidior sis in filiæ nuptiis.
EU. *Pro* [d] *re nitorem, & gloriam pro copiâ*
Qui habent, meminerint sese, unde oriundi sient.
Neque pol, Megadore, mihi, neque quoiquam pauperi,
Opinione melius res structa 'st domi.
ME. *Immò est. & DI faciant! uti siet* diu.
Plus plusque istuc sospitent, quod nunc habes.
EU. *Illud mihi verbum non placet:* [e] QUOD NUNC HABES.
Tam hoc scit me habere, quàm egomet: Anus fecit palàm.
ME. *Quid tu te solus è* [f] *senatu sevocas?*
EU. *Pol ego, te ut accusem, meritò meditabar.* ME. *Quid est?*
EU. *Quid sit, me rogitas? qui mihi omnis angulos*
Furum implevisti in ædibus misero mihi,
Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos,
Cum senis manibus, genere [g] *Geryonaceo.*
Quos si Argus servet, qui [h] *oculeus totus fuit,*
Quem quondam Ioni [i] *Iuno custodem* [k] *addidit,*
Is numquam servet. præterea tibicenam.

c attentè audivi
d Q. d. Non est, quod me hominem ex pauperibus oriundum exhorteris, ut nitidus in nuptiis filiæ esse velim. nā homines pauperes, qualis ego sum, qui nitorem & splendorem magis curant, quam ipsam rem familiarem, suam egestatem illi recordari debent, rem suam familiarem malè domi structam esse.
e Vide Lex. *Repetitio verborum.*
f de cœtu seducis.
g Geryon Rex Hispaniarum tricorpor, habens terna capita, totidemque pedes.
h utpote cui plures oculi.
i Vide Fab. lib. I. Metam. Ovid.
k apposuit. Vide Lex.

Digitized by Google

Quæ mihi [a] *interbibere sola. si vino* [b] *scatit,*
Corinthiensem [c] *fontem & Pirineum potest.*
Tum [d] *obsonium autem pol vel legioni sat est.*
ME. *Etiam agnum misi.* EU. *quo quidem agno sat scio,*
Magis [e] *curiosam nusquam esse ullam beluam.*
ME. *Volo ego ex te scire, qui sit agnus-curio.*
EU. *Quia ossa* [f] *ac pellis totus est. ita* [g] *curâ macet,*
Quin exta inspicere in sole etiam vivo licet.
Ita is peducet, quasi [h] *lanterna Punica.*
ME. *Cadundum illum ego* [i] *conduxi.* EU. *Tum tu idem, optumum'st*
Loces [k] *ecferendum. nam jam credo mortuus'st.*
ME. *Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.*
EU. *Non* [l] *potem ego quidem hercle.* ME. *At ego jussero*
Cadum unum vini veteris à me adferrier.
EU. *Nolo hercle. nam mihi bibere decretum'st aquam.*
ME. *Ego te hodie reddam* [m] *madidum, si vivo, probè;*
Tibi [n] *quoi decretum'st bibere aquam.* EU. *Scio, quam rem agat:*
Ut me [o] *deponat vino, eam* [p] *adfectat viam.*
Post hoc, quod habeo, ut commutet [q] *coloniam.*
Ego id cavebo. nam alicubi abstrudam foris.
Ego faxo, & [r] *operam, & vinum perdiderit simul.*
ME. *Ego, nisi quid me vis, eo* [s] *lavatum, ut sacrufic em.*
EU. *Edepol ne! tu* [t] *Aula, multos inimicos habes,*
Atque istuc aurum, quod tibi concreditum'st.
Nunc hoc mihi factum'st optumum, ut te auferam
Aulam in FIDEI fanum: ibi abstrudam probè.
FIDES, novisti me, & ego te: cave [u] *sis tibi,*
Ne [x] *tu in me mutassis nomen: si hoc concreduo.*
Ibo ad te, fretus tuâ, Fides, fiduciâ.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

STROBILUS, Servus Lyconidis.

HOc est servi facinus frugi; facere, quod ego persequor.

Ne

[a] omninò ebibere. Vide Lex. *Inter.* & Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
[b] Vide Lex. *Scate.*
[c] Hæc tibicina adeo vinosa est, ut Pirenen fontem Corinthium, si vino scateat, sola exhaurire bibendo possit.
[d] Tam amplum obsonium vel toti legioni sufficeret.
[e] agnum macrum. *Fest.*
[f] vide Calligr. Tit. *Maciei corporis.*
[g] Vide Capt. 1. 2. ℣. 30. Pseud. 1. 1. ℣. 19. & Elect. Pl. Tit. *Maciei Corp. & Hominis.* Item, *Curarum.*
[h] Quia laternæ Africanæ præ cæteris erant pellucidæ.
[i] emi.
[k] Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris.*
[l] non ausim, nolim potare.
[m] ebrium, benepotum.
[n] Qui dicis te aquam nolle bibere, non vinum.
[o] Ebrium amissis sensibus humi sternat, ita ut nihil differam à deposito, seu animâ agente. Vide Calligr. *Ebrietatis.*
[p] Darauff gehet er umb. Hoc agit.
[q] Locum.
[r] Vide Calligr. Tit. *Laboris frustranei.*
[s] Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*
[t] Quia nimiùm opulenta es, tibi multi inhiant.
[u] Vide Elect. Pl. Tit. *Edictorum.*
[x] ne fias in me infidelis, ut tibi pro Fidei nomine Perfidiæ aut Infidelitatis nomen sit imponendum.

Ne [a] *more molestiaq; imperium* [b] *erile habeat sibi.*
Nam qui ero ex sententiâ servire servos postulat,
In erum [c] *matura, in se sera condecet capessere.*
Sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet.
Nam qui amanti ero servitutem servit, [d] *quasi ego servio,*
Si erum videt [e] *superare amorem, hoc servi esse officium reor,*
Retinere ad salutem: non eum, quò incumbat, [f] *eò inpellere.*
Quasi pueri, qui nare discunt; [g] *scirpea inducitur ratis;*
Qui [h] *laborent minus, facilius ut nent, & moveant manus.*
Eodem modo servom[illegible]tem esse Amanti ero æquom censeo,
Vt [i] *toleret, ne* [k] *pessum abeat, tamquam* [l] catapirates maris,
Erile imperium edíscat, ut quod [m] *frons velit, oculi sciant.*
Quod jubeat, citis quadrigis [n] *citius properet persequi.*
Qui ea curabit, abstinebit [o] *censeone bubula.*
Nec suâ operâ rediget unquam [p] *in splendorem conpedes.*
Nunc erus meus amat filiam hujus Euclionis pauperis:
Eam ero nunc renunciatum'st, nuptum huic Megadoro dari.
Is speculatum huc misit me, ut quæ fierent, fieret particeps.
Nunc sine omni suspicione in arâ hic adsidam sacrâ.
Hinc ego, & huc, & illuc, potero, quid agant, [q] *arbitrarier.*

ACTVS QVARTI
SCENA II.

EUCLIO, Senex. STROBILUS, Servus.

TV modò cave quoiquam [r] *indicasses, aurum meum esse istic, Fides.*
Non metuo, ne quisquam inveniat. ita probe in latebris situm'st.
Edepol næ [s] *illic pulcram prædam agat' si quis illam invenerit*
Aulam, onustam auri. verùm id te, quæso, ut [t] *prohibessis, Fides.*
Nunc lavabo; ut rem divinam [u] *faciam, ne adsinem morer,*
Quin ubi accersat me, meam extemplò filiam ducat domum.
Vide [x], Fides, *etiam atq; etiam nunc, salvam ut Aulam abs ted auferam.*
Tuæ fidei concredidi Aurum: in tuo [y] *luco, & fano modò'st situm.*
STR. *Di immortales! quod ego hunc hominem facinus audio loqui?*
Se Aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano Fidei.
Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quàm mihi.

[a] Ne cunctetur, & ne cū animi molestiâ obeat heri imperium.
[b] Heri.
[c] Decet enim servum in negotiis herilibus maturare, in suis potius cunctari.
[d] Quemadmodum ego.
[e] Si intelligit herū amore superari.
[f] Non adjuvare ejus amentiam.
[g] Ex scirpo junceo facta. Vide infra similem syntax. 1. 8. ŷ. 1. *Tui divitys.*
[h] Vt lab.
[i] Pessum euntem sustineat.
[k] Vide Lex.
[l] *Catapirates* linea cum massâ plumbeâ, quâ maris altitudo exploratur. Vocatur etiam καταπειρητηρία, & βολίς.
[m] Vultus. Vide Calligr. Pl. Tit. *Imperandi. Mandandi.*
[n] Quæ cursitabāt olim in spatio Circi, maxima concitatione curriculi.
[o] Verbera lori bubuli non experietur.
[p] Nunquam vincietur.
[q] Prospicere, ac speculari.
[r] Indicaveris.
[s] Ille.
[t] Prohibeas.
[u] Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*
[x] τὸ *de* corripitur.
[y] In tua potestate, manu & tutela est.

Digitized by Google

Atq; hic Pater est, ut opinor, hujus, erus meus quam amat.
Ibo hinc intro; perscrutabor fanum, si inveniam uspiam
Aurum, dum hic est occupatus. sed si repperero, ô Fides!
Mulsi [a] *congialem plenam* [b] *faciam tibi fideliam.*
Id adeò tibi faciam: verùm ego mihi bibam, ubi id fecero.

ACTUS QUARTI
SCENA III.

EUCLIO.

NON temerè 'st, quòd corvos cantat mihi [c] *ab levâ manu.*
Semel radebat pedibus terram, & voce [d] *crocibat suâ.*
Continuò mecum cor cœpit artem facere [e] *ludicram,*
Atq; in pectus [f] *emicare. sed ego cesso currere.*

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

EUCLIO, STROBILUS.

FORAS, [g] *Lumbrice, qui sub terrâ erepsisti modò,*
Qui modò nusquam comparebas, nunc quòm compares, peris.
Ego edepol te, [h] *præstrigiator, miseris jam accipiam modis.*
STR. *Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum 'st commercii? Senex.*
Quid me [i] *adflictas? quid me* [k] *raptas? quâ me causâ verberas?*
EU. *Verberalissume* [l], *etiam rogitas? non fur, sed trifur.*
STR. *Quid tibi subrupui?* EU. *Redde huc sis.* STR. *Quid tibi vis reddam?* EU. *rogitas?*
STR. *Nihil equidem tibi abstuli.* EU. [m] *at illud, quod tibi abstuleras, cedò.*
Ecquid agis? STR. [n] *Quid agam?* EU. *Auferre non potes.* STR. *Quid vis tibi?*
EU. Pone. STR. Id quidem pol [o] te datare consuetum, Senex.
EU. *Pone hoc sis: aufer cavillam. non ego nunc nugas ago.*
STR. *Quid ergò ponam? quin tu eloquere, quidquid est, suo nomine.*
Non hercle equidem quicquam sumpsi, nec tetigi. EU. *ostende huc manus.*
STR. *Hem tibi!* EU. *Ostende.* STR. *Eccas.* EU. *Video. age ostende etiam tertiam.*
STR. *Larvæ hunc, atq; intemperiæ, insaniaq; agitant Senem.*
Facisne injuriam mihi, an non? EU. *Fateor; quia* [p] *non pendes, maxumam.*

Atq;

a Cõgij capacem. *Congius* capit sex sextarios.
b Sacrificabo. Vide Lex. *Facere.*
c Vide Elect. Pl. tit. *Augurium.*
d Voce corvorum.
e Cœpit palpitare & micare: quia histriones gestum agunt & moventur.
f Erigi.
g Ita appellat Strobilũ servũ, quia ut vermis derepente ex arâ emerserit.
h A præstringendo dictum.
i In terram crebrò affligis? Vide Lex. *Affligere.*
k Cõvitiis incessis.
l Verberibus dignissime.
m *Q. d.* At illud redde, q usus tui gratiâ abstuleras.
n Nota gestus Str.
o Hoc certe est, credo Senex, te datare solitum. Ambiguitas est in τῷ *pone*, Euclio ut verbũ usurpat. Servus adverbialiter. Notanda etiã formula in jocis pṙdendis: *Pone, Hac mitte.* Pœn. 1. 3. ℣. 5. & 3. 1. ℣. 71. Asin. 1. 3. ℣. 64. Most. 4. 2. ℣. 64 Trin. 1. 2. ℣. 1?. & forte Aul. supr. 14. ℣. 27. uti quidam illum locum interpolarunt.
p Fateor, me maximam tibi facere injuriam: quia te non suspendo de trabe quia te non plane occido: ut habet glossa MS. Pal. sexti. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum: & Supplicy.*

Digitized by Google

Atq; id quoq; jam fiet, nisi fatere. STR. Quid fatear tibi?
EU. Quid abstulisti hinc? STR. DI me perdant! si ego tui quicquam abstuli.
EU. Nive [a] adeò abstulisse vellem. Agedum, excutedum pallium.
STR. Tuo arbitratu. EU. Ne inter tunicas habeas. STR. Tempta, quà lubet.
EU. Vah! scelestus [b] quàm benignè! ut ne abstulisse intellegam.
Novi sycophantias. age rursum ostende huc manum
Dextram. STR. Hem! EU. Nunc lævam ostende. STR. Quin equidem ambas profero!
EU. Jam scrutari [c] mitto; redde huc. STR. Quid reddam? EU. Ha! nugas agis.
Certè habes. STR. Habeo ego? quid habeo? EU. Non dico. audire [d] expetis?
Id meum quicquid habes redde. STR. Insanis. perscrutatus es
Tuo arbitratu; neq; tui me quicquam invenisti penes.
EU. Mane, mane! quis illic est? quis hic intus alter erat tecum simul?
Perij hercle! ille nunc intus turbat. hunc si amitto, hic abierit.
Postremò jam hunc [e] perscrutavi. hic nihil habet; abi quò lubet.
STR. Juppiter te, DIq; perdant! EU. Haut malè agit gratias.
Ibo hinc intrò, atq; illi [f] socienno tuo jam [g] interstringam gulam.
Fugin' hinc ab oculis? abin hinc? annon? STR. Abeo. EU. Caves sis te videam.

[a] Sic Euclio de suo ista addit; quod à Servo dici volebat. Nam etsi servilia ingenia irreligiosa sunt: tamē id servus de se nō fuisset dicere ausus.
[b] Quàm liberaliter potestatem facit inquirendi!
[c] Desino, omitto.
[d] Quid amiserim, aut quid hic abstruserim.
[e] Perscrutatus sum. Non.
[f] Socio tuo. Vide Lex.
[g] Obstringam.

ACTUS QUARTI
SCENA V.
STROBILUS.

EMORTUUM ego me mavelim letho malo,
Quàm non ego illi dem hodie insidias Seni.
Namq; [h] hic jam non audebit aurum abstrudere.
Credo ecferet jam secum, & mutabit locum.
At at! foris crepuit. Senex eccom aurum [i] ecfert foras;
Tantisper hic ego ad januam concessero,
Hinc ex occulto sermones [k] fatos sublegam.

[h] In Fidei fano.
[i] Effert, antiquè: ut paulò ante.
[k] Factos. Vide Lex.

ACTUS QUARTI
SCENA VI.
EUCLIO. STROBILUS.

FIDEI censebam maxumam multò fidem
Esse. ea [l] sublevit os mihi penissumè.

[l] Irrisit mihi fucum fecit, me delusit. & pro deridiculo habuit. Tractum a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur ut habet glossa MS. Pal. quart.

Digitized by Google

Ni subvenisset corvos, periissem miser.
Nimis hercle ego, illum corvom ad me veniat, velim,
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid [a] *boni*
Dicam. nam quod [b] *edit, tam duim, quàm perduim.*
Num hoc ubi abstrudam, cogito [c] *solum locum.*
Sylvani lucus extra murum 'st [d] *avius,*
Crebro salicto oppletus. ibi sumam locum.
Certum 'st [e] *Sylvano potius credam, quam Fidei.*
STR. *Euge! Euge! DI me salvom & servatum volunt.*
Jam ego illuc præcurram, atque inscendam aliquam in arborem.
Indeque observabo, Aurum ubi abstrudat Senex.
Quamquam hic manere me erus sese jusserat.
Certum 'st [f], *malam rem potiùs quæram cum lucro.*

a Quia hoc fit absque damno.
b Nam quod edat corvus, tam dederim, quàm perdiderim. quod enim ei comedendu dederim, proinde fit, ac si perdiderim. Perdere vero non est meum.
c Desertum, solitarium.
d Quia Sylvarum Deo facet, hominum pedibus non tritus.
e Certum est credere.
f Certum est quærere.

ACTUS QVARTI
SCENA VII.

LYCONIDES, Adolescens.
EUNOMIA, Mulier.
PHÆDRIA, Virgo.

DIxi tibi, *Mater:* [g] *juxtà rem mecum tenes,*
Super Euclionis filiâ. nunc te obsecro,
Fac [h] *mentionem cum Avonculo, Mater mea;*
Resecroque, [i] *Mater, quod dudum obsecraveram.*
EU. *Scitute,* [k] *facta velle me æquè, qua tu velis*
Et istuc confido fratri me [l] *inpetrassere.*
Et causa justa 'st: siquidem ita 'st, ut prædicas,
Te eam conpressisse vinolentum, virginem,
LY. [m] *Egone? ut te advorsum mentiar! Mater mea.*
VIR. *Perii! mea Nutrix. obsecro te,* [n] *uterum dolet,*
Juno Lucina, tuam [o] *fidem!* LY. *Hem! Mater mea.*
Tibi rem [p] *potiorem video. clamat, parturit.*
EU. *Ei hàc intrò mecum, Gnate mi, ad fratrem meum,*
Vt istuc, quod me oras, efficiam tibi; inpetratum ab eo auferam.
LY. *Jam sequor te, Mater. sed servom meum*
Strobilum, miror, ubi sit, quem ego me jusseram
Hic opperiri. nunc ego mecum cogito,

g Æquè, similiter. *Nonius.* Vide Lex.
h Age cum Avunculo meo Megad. fratre tuo.
i Religione jurisjurandi absolvo, rogoque, ut cum Avunculo de amica colloquare.
k Vide Calligr. tit. *Offic.*
l Impetrare. τὸ *fratri* est dandi casus: κατ' ἐναλλαγὴν pro *à fratre.*
m Egone ita amẽs sim ut te præsente mentiar?
n τὸ *uterum.* *Nonius.*
o Si, imploro.
p Quid. Non est, quod argumentis multis te doceã, me stuprasse filiã, cum ipsa inibi sit, ut ostẽdat, revera se stupratam.

Si

Digitized by Google

Si mihi dat operam, me illi irasci injurium'st.
Ibo intrò, ubi de [a] capite meo sunt comitia.

a Vbi de fama & salute mea agitur. Vide Elect. Pl. Tit. *Comitiorum.*

ACTUS QUARTI
SCENA VIII.

STROBILUS.

PICI, [b] *divitiis qui aureos montis colunt,*
Ego solus [c] supero. nam istos Reges cæteros
Memorare nolo, hominum mendicabula.
Ego [d] sum ille Rex Philippus. ô lepidum diem!
Nam ut dudum hinc abI, multò [e] illuc adveni prior,
Multòq; prius me [f] conlocavi in arborem,
Indeq; expectabam, Aurum ubi abstrudebat Senex.
Vbi ille abijt, ego me deorsum [g] duco de arbore,
Exfodio Aulam auri plenam. inde ex eo loco
Video recipere se Senem. ille me non videt.
Nam ego modò [h] declinavi paulùm me extra viam.
At at! Senem *eccum ipsum, ibo, ut hoc condam domum.*

b Gryphes. Vide Lex. & nota synt. ut supr. 4.1.✝.9.
c Proverbialis locutio.
d Præposterus hic est sermo. Nota igitur syntaxin legitimam.
e Illuc prius veni.
f Nota synt. & Lex. *In.*
g Descendo, demitto me sensim. *Nonius.*
h Vide Lex. *Verba neutra.*

ACTUS QUARTI
SCENA IX.

EUCLIO, Senex.
LYCONIDES, Adolescens.

PERII! *interij! óccidi! quò curram? quò non curram?*
Tene, [i] tene! quem? quis? nescio. nihil video. cæcus eo, atq;
Equidem quò eam, aut ubi sim, aut qui sim, [2] nequeo
Certum investigare. obsecro vos ego, mihi auxilio,
* [1] *Oro, obtestor, sitis; & hominem demonstretis, quis eam abstulerit.*
[3] *Qui vestitu, & [k] cretâ occultant sese, atq; sedent, quasi sint frugi.*
[4] [l] *Quid ais tu? tibi credere certum st. nam esse bonum, è voltu cognosco.*
[2] *Quid est? quid ridetis? novi omnis. scio fures esse hic conpluris.*
Hem! nemo habet horum? occidisti dic igitur, quis habet? nescis?
Heu me miserum! miserè perij! malè perditus, pessumè ornatus eo.

i Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.*
* Vide Notas Criticas ad hunc locum.
k Eleganti nitidoque & mundo vestitu cretatoque. nam creta sordes vestium eluebantur. Vide Elect. Pl. Tit. *Theatri.*
l Tali apostrophe utitur quoque Stich. 2.1.✝.70.

Digitized by Google

Tantum gemiti, & mali, mæstitiæq; hic dies mihi obtulit;
Famem, & pauperiem. [a] *perditissumus ego sum omnium in terrâ.*
Nam quid mihi opu'st vitâ? qui tantum auri perdidi.
Quod concustodivi sedulò. egomet me defraudavi,
Animumq; meum, Geniumq; meum; nunc [a] *eo alij lætificantur,*
Meo malo & damno. pati nequeo.
LY. *Quinam homo hic ante ædis nostras* [b] *ejulans conqueritur mœrens?*
Atq; hic quidem Euclio'st, ut opinor. oppidò ego interij!
Scit peperisse jam, ut opinor, filiam suam. nunc mihi incertum'st,
Quid agam? abeam, an maneam? an adeam, an fugiam? quid agam, edepol nescio.

a Auro.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris.*

ACTUS QUARTI
SCENA X.

EUCLIO, Senex.
LYCONIDES, Adolescens.

QUIS homo hic loquitur? LY. *Ego sum.* EU. *Immò ego sum miser,* [a] *& miserè pditus.*
Quoi tanta mala, mæstitudoq; obtigit. [a] LY. *animo bono* [c] *es.*
EU. *Quo obsecro pacto esse possum?* LY. *Quia istuc facinus, quod tuum*
Sollicitat animum, id ego feci; & fateor. EU. *Quid ego ex ted audio?*
LY. *Id quod verum'st.* EU. *Quid ego emerui, Adolescens, mali?*
Quamobrem ita faceres, meq; meosq; [d] *perditum ires liberos?*
LY. [e] *Deus impulsor mihi fuit. is me ad illam inlexit.* EU. *Quomodo?*
LY. *Fateor me peccavisse, & me* hanc *culpam commeritum, scio.*
Id [f] *adeò te oratum advenio, ut animo æquo ignoscas mihi.*
EU. *Cur id ausus facere? ut id. quod non tuum esset, tangeres.*
LY. *Quid vis fieri? factum'st illud: fieri infectum non potest.*
Deos credo voluisse. nam ni vellent, non fieret, scio.
EU. *At ego Deos credo voluisse. ut apud te me in* [g] *nervo énicem.*
LY. *Ne istuc dixis.* EU. *Quid* [h] *tibi ergò* [i] *meam, me invito, tactio'st?*
LY. *Quia Vini vitio, atq; Amoris feci.* EU. *Homo audacissume;*
Cum istacne te oratione huc ad me adire ausum, inpudens!
Nam si istuc jus est, ut sic tu istuc excusare possies,
Luce clarâ deripiamus aurum matronis palam.
Post id, si prensi simus. excusemus ebrios
Nos fecisse, Amoris causâ. [k] NIMIS *vile'st Vinum, atq; Amor,*
Si ebrio, atq; Amanti inpune facere, quod lubeat, licet.

c Esto, sis.
d Nota synt. & *Liberi* pro filiâ. Truc. 4.4.[illegible]
e Cupido.
f Vide Lex. *Adeo.* & *Id.* propter id.
g In vinculis.
h Vide Lex. *Periphrasis.*
i Ollam: vel filiam.
k Non potest satis magno emi Vinū, atq; Amor siquidem Vinū ebrio, Amor etiam amanti dāt omnium facinorum licentiam & impunitatem.

Digitized by Google

LY. *Quin tibi ultrò supplicatum venio! ob stultitiam meam.*
EU. *Non mihi homines placent, qui quando malè fecerunt, [a] purgitant.*
Tu illam scibas non tuam esse; non attactam oportuit.
LY. *Ergò quia sum tangere ausus, haut [b] caussificor, quin eam*
Ego habeam potissumum. EU. *Tun' habeas, me invito, meam?*
LY. *Haut te invito postulo; sed meam esse oportere, arbitror.*
Quin tu eam invenies, inquam, meam illam esse oportere, Euclio.
EU. *Nisi refers.* [c] LY. *Quid tibi ego referam? Quod subrupuisti meum.*
Jam quidem hercle te ad Pratorem [d] *rapiam, & tibi scribam* [e] *dicam.*
LY. *Subrupui ego tuum? unde? aut quid id est?* EU. *Ita te amabit Jupiter!*
Vt [f] *tu nescis!* LY. *Nisi quidem tu mihi, quid quæras, dixeris.*
EU. *Aulam auri, inquam, te reposco; quam tu confessus' mihi,*
Te abstulisse. LY. *Neq; edepol ego dixi, neq; feci.* EU. *Negas?*
LY. *Pernego immò. nam neq; ego aurum, neq; istæc Aula quæ sier,*
Scio: nec novi. EU. *Illam ex Sylvani luco, quam abstuleras, cedò.*
I, refer; dimidiam tecum potius partem dividam.
Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. refer.
LY. *Sanus tu non es, qui furem me voces. ego te, Euclio.*
De aliâ re resciviße censui. quod ad me attinet,
Magna est res, quam ego tecum otiosè, si otium' st, cupio loqui.
EU. *Dic* [g] *bonâ fide; tu id aurum non subrupuisti?* LY. *Bonâ.* [h] *Non.*
EU. *Neq; scis? quis abstulerit.* LY. *Istuc quoq; bonâ.* EU. *Atq; id, si scies,*
Qui abstulerit, mihi indicabis? LY. *Faciam.* EU. *Neq; partem tibi*
Ab eo [i] *quicumq; est, inde posces? neq; furem* [k] *excipies?* LY. *Ita.*
EU. *Id si fallis?* LY. *Tum* [l] *me faciat! quod volt, magnus Jupiter.*
EU. *Sat habeo. age, nunc loquere quid vis.* LY. *Si me novisti minus,*
Genere qui sim gnatus, hic mihi est Megadorus Avonculus.
Meus fuit Pater Antimachus, ego vocor Lyconides,
Mater est Eunomia. EU. *Novi genus. nunc quid vis?* LY. *Id volo*
Noscere: filiam ex te tu habes? EU. *Immò* [m] *eccillam domi.*
LY. *Eam tu despondisti, opinor, meo Avonculo.* EU. *Omnem rem tenes.*
LY. *Is me nunc renunciare repudium jussit tibi.*
EU. *Repudium, rebus* [n] *paratis, atq; exornatis nuptiis?*
Vt illum DI inmortales omneis, Deaq;, quantum' st, perduint!
Quem propter hodie auri tantum perdidi infelix, miser.
LY. *Bono animo es, & benedice! nunc,* [o] QUÆ RES TIBI, ET GNATÆ TUÆ, BENE FELICITERQUE VORTAT! ITA DI FAXINT! *inquito.*
EU. ITA DI FACIANT! LY. *Et mihi* ITA DI FACIANT! *audi nunc jam.*
Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parvi preti,
Quin pudeat, quin purget sese. nunc te obtestor, Euclio,
Vt si quid ego erga te inprudens peccavi, aut Gnatam tuam,

[a] Se excusant.
[b] Non recuso, quin. Vide Lex.
[c] Sc. pœnas de te meritas sumam.
[d] Ducam. Vide Elect. Pl. Tit. *Iudiciorum.*
[e] Tibi litem intẽdam.
[f] Weistu so gar nichts drumb! daß dirs Gott vergebe!
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti.*
[h] Bonâ fide dico, me non surripuisse.
[i] Quisquis.
[k] Recipies ad te, & celabis.
[l] De me, vel mihi. Vide Lex. *Me.* & *Facere.*
[m] Ecce illam. Lex. *Eccum.*
[n] Vide Elect. Pl. Tit. *Divortij.*
[o] Vide Elect. Pl. Tit. *Ominu.*

Ut mihi ignoscas, eamq; uxorem mihi des, ut [a] leges jubent.
Ego me [b] injuriam filiæ fecisse fateor tuæ,
Cereris Vigiliis per vinum, atq; impulsu adulescentiæ.
EU. Hei mihi! quod facinus ex te ego audio? LY. Cur ejulas?
Quem hodie ego Avom feci, jam ut esses filiæ nuptiis.
Nam tua Gnata peperit decumo mense post. [c] numerum cape.
Ea re repudium remisit Avonculus causa meâ.
I intro, exquire, sit ne ita, ut ego prædico. EU. Perii oppido!
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se adglutinant.
Ibo intro ut quid hujus veri sit, sciam. LY. Jam te sequor.
Hæc propemodum jam esse [d] in vado salutis res videtur.
Nunc servom esse ubi dicam, meum Strobilum, non reperio.
Nisi etiam hic opperiar tamen paullisper postea intro
Hunc subsequar. nunc interim spatium ei dabo exquirendi
Meum gnatum factum ex gnata pedisequa Nutrice [e] Anu. ea rem novit.

a Leges jubent eum, qui virginẽ vitiarit, eam aut dotare, aut uxorẽ poscere.
b Vide Elect. Pl. Tit. Virginitatis.
c Post Cereris Vigilias. Rechne von der zeit an.
d In salute explorata & certa. Vide Elect. Pl. Tit. Felicitatis.
e Staphyla.

ACTUS QUINTI
SCENA I.

STROBILUS. LYCONIDES.

DI immortales! quibus & quantis me donatis gaudiis?
Quadrilibrem Aulam auro onustam habeo. quis med est divitior?
Qui med Athenis nunc magis quisquam'st homo, quoi DI sint propitii?
LY. Certò enim ego vocem hic loquentis modò me [f] audire visus sum. STR. Hem!
Erumne ego adspicio meum? LY. Video ego hunc Strobilum? servom meum.
STR. Ipsus est. LY. Haut aliud est. STR. Congrediar. LY. [g] Contollam gradum.
Credo ego illum, ut jussi, eampse Anum adiisse, hujus Nutricem virginis.
STR. Quin ego illi me invenisse dico hanc [h] prædam, atq; eloquar!
Igitur orabo, ut manu me emittat. iboq;, atq; eloquar.
Repperi. LY. Quid repperisti? STR. Non, quod pueri clamitant,
In fabâ [i] se repperisse. LY. [k] Jamne autem, ut soles, deludis?
STR. Ere, mane, eloquar. jam ausculta. LY. Age ergò, loquere. STR. Repperi hodie,
Ere, divitias nimias. LY. Ubinam? STR. Quadrilibrem, inquã, Aulam auri plenam.
LY. Quod ego facinus audio ex te? STR. Euclioni huic Seni subripui.
LY. Ubi id est Aurum? STR. In arcâ apud me. nunc volo me [l] emitti manu.
LY. Egone te emittam manu? scelerum cumulatissume. STR. Abi, ere; scio,
Quam rem geras [l] lepidè hercle animum tuum temptavi, jam
Ut eriperes, adparabas. [l] quid faceres? si repperissem.

f Nota sunt. Accusat. pro nominativo.
g Conferam gradum, congrediar
h Servi interdum cum Dominis ad certum tempus pacti erant quo elapso libertatem acquirunt. Vide Elect. Pl. Tit. Servorum
i Ne existimes rẽ nihili, puta vermiculum, quem Mi/am vocant, repperisse, sed pretiosum quiddam. Vide Elect. Pl. Tit. Operationis.
k Vide Bacch. 2. 2. v. 25. Truc. 3. 2. v. 27.
l In libertatem vendicari.

LY. Non

LY. *Non potes probasse nugas.*|| *i, redde aurum.* STR. *Reddam ego aurum?*
LY. *Redde inquã,*[a] *ut huic reddatur.* STR. Ah *unde?*[b] LY. *Quod modò fassus es esse*
In arcâ. STR. *Soleo hercle ego garrire nugas.* [a] [b] *ita loquor.* LY. *At scin'?*
Quomodo [b]. STR. *Vel hercle enica: numquam hinc feres à me.*

* * * * *

LY. QUID hic quondam pervicus addit?
Non feramn'unquam? ST. quod non habeo. LY. efferaris, cave;
Nisi actutùm Seni id auri redditio est. ST. sive perpensus ferar
Libitinarius, sive pollinctorius efferat, numquam dabo, nisi fodiam
Noviter arrogiam. LY. væ capiti tuo! ST. immò Senis, & capiti
Et pectori! qui auri tantum perdidit. LY. quis repperit?
ST. Quem reperisse vis? LY. qui in arcâ illud subruptum habere
Autumat. ST. quàm pulcrè tibi, here, conniverent oculi? si id
Factum fateor, ludo: quod lusi tecum. non par est identidem
Seriò vortier. LY. at nunc jam ne me inritassis: i, & aurum
Redde; susque deque haut agites. ST. here, si id repperibitur,
Certum 'st geminam te lanceam confitentem icere. LY. I, & redde.
ST. Vis crassum? LY. I, & redde. ST. at at! incassum quæritas.
LY. I, & redde. ego ad Senem propero, ut quid comitijs
Proxumis videam. Senex Aulam auri perdidit, Megadorus
Repudium renunciat. Filiam peperisse vitio resciit. ST. hero
Meo, quantum ego video, nemo est benignior. Alij non quod
Inventum est, non occulunt, modò negant: occulunt vaniloqui:
Sed aliud post aliud, si qua sit opportunitas, harpagatum
Volunt: si Elusina sit, facilem Deam creduant: si Cocyte,
Non videre, quem batuat. Ita neque amicis, neque cognatis,
Neque DIS parcunt, dum benè parcant sibi, istic quidem
Ne miserum faciat Senem, aut illius familiam opulentam
Auri Aulam, grandem, onustam, plenam referri jubet,
Vt se faciat olim miserum, atque suam familiam. Ast ego partem
Impartiri malim, unde redimar. Quod vortet bene! Picus
A sinistris cantitat, qui auri custos hercle olim traditur.
Ibo, & Aulam referam: quod illic mihi avis occinet.

[a] Ich sage nur also. Es ist nit mein ernst gewesen. Amph. II. ℣. 199.
[b] Formula minantis. Vide Calligr. *Comminantis: Minarum.*
* Quia heic oẽs nostri Mss. Codd. deficiunt, nonnulli Scenam ita, uti alio charactere expressimus, integrant ex Edit. Paris. & Colon.

——*Numquam hinc feres à me.* * LY. Feram,
Velis nolis: cùm te quadrupedem strinxero,
Et herniosos testes ad trabem tibi
Divellam appenso. Sed cur in fauces moror

*SED ne sic quidẽ perfecta est Comœdia: eaque propter Alij desolatæ Scenæ commiserti, ita cæterum agi voluerũt.

Digitized by Google

Risu, jocisque. sic ergò concludo, quod
Servos fideles liberalitas facit.
LY. Rectè quidem tu; sed non paucis; ut mihi
Pollicitus. verùm si te facio liberum,
Reddes, quod cupio? STR. Reddam; sed testes volo
Adsint: ignosces, here; parùm credo tibi.
LY. Vt lubet, adsint vel centum; jam nil moror.
STR. Megadore, & tu Eunomia, adeste precor, si libet.
Exite: perfectâ re mox redibitis
ME. Qui nos vocat? Hem! Lyconide. EUN. hem! Strobile, quid est?
Loquimini LY. breve est. ME. Quid est? STRO. vos testes voco,
Si quadrilibrem Aulam auri plenam hucadfero,
Et trado Lyconidæ, Lyconides me manu
Mittit; jubet juris esse me mei.
Itane spondes? LY. spondeo. STR. Iamne audistis hoc,
Quod dixit? ME. Audivimus. STR. Iura etiam per Iovem!
LY. Heu! quò redactus sum alieno malo?
Nimis procax es: quod jubet, faciam tamen.
STR. Heus tu! nostra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notantur: adsunt testes duodecim:
Tempus locumque scribit Actuarius;
Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.
LY. Sed me citò expedi sis. STR. Hem silicem tibi!
Si ego te sciens fallam, ita me eiiciat Diespiter!
Bonis, salvâ urbe, & arce, ut ego hunc lapidem. Satin'
Iam feci tibi? STR. satis. ut ego aurum apportem, eo.
LY. I Pegaseo gradu, & volans viam redi.

LYCONIDES. STROBILUS. MEGADORUS.
EUNOMIA. EUCLIO.

GRAVE est homini prudenti morologus nimis
Servus, qui sapere plus vult hero suo:
Abeat hic Strobilus in malam liber crucem!
Modò mihi apportet Aulam auro puro gravem;
Vt Euclionem socerum ex luctu retraham

Ad hila-

Ad hilaritatem, & mihi conciliem filiam,
Ex compressu meo novam puerperam.
Sed ecce redit Strobilus, ut reor,
Aulam adportat. Et certè est Aula, quam gerit.
STR. Lyconide, apporto inventum promissum tibi,
Aulam auri quadrilibrem. num ſerus fui?
LY. Nempe. ô DI immortales! quid video? aut quid habeo?
Plus ſexcentos Philippeos ter & quater.
Sed evocemus Euclionem protinus.
LY. ô Euclio, Euclio! MEG. Euclio, Euclio! EVC. quid eſt?
LY. Deſcende ad nos. nam DI te ſervatum volunt.
Habemus Aulam. EVC. habetisne? an me deluditis?
LY. Habemus, inquam. modò, ſi potes, huc advola.
EVC. O magne Iuppiter! ô Lar familiaris! &
Regina Iuno! & noſter theſaurarie
Alcide! tandem miſerati miſerum Senem.
Oh! oh! quàm lætis, Aula, tibi amicus Senex
Complector ulnis, & te dulci capio oſculo:
Expleri nequeo mille vel complexibus.
O ſpes! ô cor! luctum depulverans meum.
LY. Auro carere ſemper duxi peſſumum.
Et pueris, & viris, & ſenibus omnibus.
Pueros proſtare cogit indigentia,
Viros furari, mendicarier ipſos ſenes.
Ac multò pejus eſt, ut video, nunc ſuprà,
Quàm quod neceſſe eſt nobis auro opuleſcere.
Heu! quantas paſſus eſt ærumnas Euclio,
Ob Aulam paulò antè à ſe deperditam!
EVC. Cui meritas referam grates? an DIs? qui bonos
Reſpectant homines. an amicis rectis viris?
An utriſque? utriſque potius. Et primùm tibi,
Lyconide, principium & auctor tanti boni,
Hâc ego te Aulâ auri condono; accipias libens:
Tuam hanc eſſe volo, & filiam meam ſimul,
Præſente Megadoro, & ſorore ejus probâ
Eunomiâ. LY. Et habetur, & refertur gratia,
Vt meritus es; Socer exoptatus mihi Euclio.
EVC. Relatam mihi ſatis putabo gratiam,
Si donum noſtrum, & me ipſum accipias nunc libens.
LY. Accipio, & Euclionis volo mea ſit domus.

STR. Quod

Digitized by Google

STR. Quod restat, here, nunc, memento ut sim liber.
LY. Rectè monuisti: esto merito liber tuo,
O Strobile, & turbatam jam intus cenam para.
STR. Spectatores, naturam avarus Euclio
Mutavit, liberalis subitò factus est;
Sic liberalitate vtimini vos quoque:
Et, si Fabula perplacuit, clarè PLAUDITE!

Alij aliter supplent; quibus omnibus Διάκτορον εἰς ἄδην ad salutandum Plautum de præmio opto, voveo!

EXPLICIT. PLAVTI. AVLVLARIA.

FABVLA. IMPERFECTA.

INCIPIT
PLAVTI. CAPTEIVEI.

P M. AccI

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

CAPTEIVEI.

PLAVTVS.

Capt. Grex ✠.1. & seqq. nec non Prologo. ✠. 55. 56.

——— ad pudicos mores facta hac Fabula est.
Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio.
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio:
Neque ubi amans Adolescens scortum liberet clam patrem suum.
Hujusmodi paucas Poëta reperiunt Comœdias,
Vbi boni meliores fiant. ———

Janus Dousa.

Quotiescunque manum Plauti CAPTEIVEIS *injectare libet, me sibi prorsus consimilem, hoc est, captivum reddunt. eâdem opinor ratione, quâ olim* Græcia capta ferum victorem cepit: *& sic, ut iis ultrò vinciendum me prabeam, faveamque ipse servituti mea: neque adeò, si liceat, aufugere velim: Ita* istæc nimis lenta *(ut meo more Plautissem)* vincla sunt litteraria. Quò magis intendas, tantò admeo stringunt arctius: *ratione multò meliore utique, quàm Escaria illa, & Parasitica, quibus sibi apud mensam plenam rostrum deligari exoptat Peniculus Plautinus.*

Janus Gruterus.

CAPTEIVEI Fabulâ vehementer delector: nec sine causâ. nam præter elegantissimum dictionis genus, tota casta est, tota Ethica; & si locum unum, alterumque excipias, numquam in eâ verbum turpius, nusquam translatio obscœnior.

Valens Acidalius.

Eximia inter Plauti Fabulas est hac. CAPTEIVEI: *cui perfectò expedit operam dare propter Argumenti castitatem, uti ipsemet edicit; & puram orationem: qualem* HEAUTON-TIMORUMENO *sua tribuit Terentius.*

P 2 DRAMA-

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

HEGIO, Senex. *Ductor:* sive, Prætor: *ἡγεμών.*
LORARIUS.
PHILOCRATES. *Victoriosus.* } Captivi.
TYNDARUS. } Captivi.
ARISTOPHONTES. *Optimaticida.*
PVER Hegionis.
PHILOPOLEMUS. *Bellax, bellicosus.*
STALAGMUS. *Homuncio, Stiriæ magnitudine:* sive; *à guttis.*
ERGASILUS, *Operarius.* Parasitus.

ARGVMEN-

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

FILIOS *habebat duos Aetolus civis Hegio, quorum natu major, Philopolemus; alter vocatur Pægnius. hunc quadrimum servus Stalagmus surripit, cuidamq; Theodoromedi Polyplusio fugiens vendidit in Aulide. Hic emto servo filium donat Philocratem ejusdem ætatis puerum: Pægnioq; inditur nomen Tyndarus. Dumq; Aulidenses bellarentur cum Aetolis captus in pugnâ est alter Hegionis filius dictus Philopolemus, venditusq; cuidam Menarcho medico. Cùmq; sors vices redderet, capti pariter sunt ex Aulidensibus ijdem, Philocrates & Tyndarus. Hegio ut suum redimeret captum filium, mercatur ex prædâ hos captivos duos, à quibus nomen sibi adscivit Comœdia: hoc pacto nescius emit quadrimum jam surreptum filium, isq; suo patri ignarus servitutem servit. Ambo hi conveniunt, ut suum commutent habitum; & nomina, dicaturq; Philocrates, Tyndarus; & Tyndarus, Philocrates. Verùm quærens Hegio redimere ex Aulide Philopolemum filium, illuc mittit Philocratem pro Tyndaro: nescius ejus, quem confinxerunt doli. Cùmq; per Aristophontem Aulidensem captum resciviſſet fallaciam: Tyndarumq; pro Philocrate relictum domi: illum compeditum servat in lapidicinis, eumq; miseris agit modis: interim ex Aulide redit Philopolemus cum Philocrate: secumq; ducunt Stalagmum fugitivum servum, cujus confeſsione noscitur, Tyndarum captivum eſſe Hegionis filium.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
CAPTEIVEI.

ARGVMENTVM.

CAPTUS est in pugnâ [a] Hegionis filius.
Alium [b] quadrimum fugiens [c] servos vendidit.
Pater [d] Capteivos conmercatur [e] Aleos,
Tantùm studens, uti [f] natum *suum* recuperet:
Et inibi [g] emit olim amissum filium.
Is [h] suo cum [i] domino veste vorsâ, ac nomine,
Ut [k] amittatur, fecit: [l] ipsus plectitur.
Et [m] is reduxit captum, & fugitivum simul,
Indicio quojus alium adgnoscit [n] filium.

PROLOGVS.

HOS, [o] *quos videtis stare hic* CAPTEIVOS *duos,*
Illi [p] *qui adstant, ij stant ambo; non sedent.*
HOC *vos mihi testes estis, me verum loqui.*
Senex, qui hic habitat, Hegio, est [q] *hujus Pater.*
Sed is, quo pacto serviat suo sibi Patri,
Id ego hic apud vos proloquar, si operam [r] *datis.*
SENI *huic fuerunt filij nati duo,*
Alterum quadrimum puerum servos subrupuit,
Eumq; hinc profugiens, vendidit in [s] *Alide*
Patri [t] *hujusce. Jam hoc tenetis? optumum'st,*
Negat hercle ille [u] *ultimus. accedito!*
Si non ubi sedeas, locus est; est, ubi ambules:
Quando Histrionem cogis [x] *mendicarier.*

[a] Philopolemus.
[b] Alterum Hegionis filium Pægniū, qui postea dictus est Tyndarus. Vide Lex. *Alius*.
[c] Stalagmus vendidit Theodoromedi.
[d] Hegio.
[e] Elios, ab urbe Elide, Philocr. & Pægnium.
[f] Philopolemum: quia de altero nulla spes erat.
[g] Ibi emit captivos Alios multos: atq; ita etiam filium suum, quem puerum amiserat.
[h] Tyndarus, qui servit Philocrati.
[i] Sumtâ veste domini sui Philocratis, & ejusdem nomine sibi imposito.
[k] Dimittatur.
[l] Verus Tyndarus, qui sumserat nomen Philocratis plectitur ab Hegione patre, nesciente hunc esse filium suum.
[m] Philocrates, Pseudo-Tyndarus reduxit, & Philopolemū & Stalagmum, qui olim Philocratis patri vēdiderat Pægniū.
[n] Tyndarum, eūdemq; Pægnium, quem putabat esse servum.
[o] Nota synt. & sententiam jocularē. Vide Elect. Pl. Tit. *Sententiarum*.
[p] Illic. *Sensus est:* Illi Captivi, qui illic stant, in conspectu omnium stant, nō sedent.
[q] Tyndari. Truc. 2, 2. v. 10. *Meâ mihi p.*

[r] Si attenditis. [s] Pro Elide. *Elis* Achajæ oppidum. [t] Philocratis. [u] Est ἀποστροφὴ ad quendam obstrepentem de ultimâ caveâ. [x] *H. e.* mendicare. *Nonius.* Histrio, cui obstrepitur, vocem plærumq; obtundit clamando: ravi autem contractâ, exsibilatur: atq; ita arte histrionicâ deserta, cogitur mendicare.

Ego

Ego me [a] *tuâ causâ, ne erres, non* [b] *rupturus sum.*
Vos, qui potestis ope vostrâ censerier,
Accipite relicuom; [c] *alieno uti, nihil moror.*
Fugitivus ille ut dixeram ante, hujus Patri,
Domo quem profugiens [d] *dominum abstulerat, vendidit.*
Hic [e] *postquam hunc emit, dedit eum huic Gnato suo*
Peculiarem [f], *quia quasi una ætas erat.*
Hic [g] *nunc domi servit suo Patri, nec scit Pater.*
Enimverò [h] *DI nos quasi pilas* HOMINES *habent.*
Rationem habetis, quomodo unum amiserit,
Postquam belligerant Ætoli cum Alidis,
Vt fit in bello, capitur [i] *alter filius,*
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Cepit Capteivos conmercari hic Alios,
Si quem reperire posset, qui mutet suum
Illum capteivom. hunc suum esse nescit, qui domi'st.
Et quoniam eri indaudivit, de summo loco,
Summoq; genere captum esse Equitem Aleum,
Nihil pretio parsit, [k] *filio dum parceret,*
Reconciliare [l] *ut facilius posset domum,*
Emit hosce de prædâ ambos de [m] *Quæstoribus.*
Hice autem inter sese hunc confinxerunt dolum;
Quo pacto hic servos suum erum hinc amittat domum.
Itaq; inter se conmutant vestem, & nomina.
Illic [n] *vocatur Philocrates,* [o] *hic Tyndarus.*
Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc doctè fallaciam,
Et suum erum faciet libertatis [p] *conpotem.*
Eodemq; pacto fratrem servaVit suum,
Reducemq; faciet liberum in patriam ad Patrem
Inprudens, itidemq; ut sæpè jam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni.
Sed inscientes suâ [q] *sibi fallaciâ*
Ita conpararunt, & confinxerunt dolum:
Itaq; hi commenti [r] *de suâ sententiâ,*
Vt in servitute hic [s] *ad suum maneat Patrem.*
Ita nunc ignorans suo sibi servit Patri.
HOMUNCULI [t] *quanti sunt! quòm recogito.*
Hæc [u] *Res agetur nobis; vobis Fabula.*

Sed

a Ego tuâ de causâ, ut tu qui in extremâ scenâ stas, Fabulæ Argumentũ intelligas, me rupturus non sum.
b Ob contentionẽ nimiam vocis.
c Alieno in ære esse debitorem, cũ alibi aliquid promiserim vobis.
d Domini sui Hegionis filium Pægnium.
e Theodoromedes, Philocratis pater.
f Vt esset in peculio Philocratis.
g Tyndarus, qui olim dicebatur Pægnius.
h Dij versant nos, & ubi ipsis commodum est, malè habẽt. Vide Elect. Pl. Tit. *Hominis.*
i Hegionis filius Philopolemus.
k Dummodo filio suo consuleret, eumq; in libertatem vindicaret.
l Recuperare, & domum reducere.
m Vrbanis. Vide Elect. Plaut. Tit. *Quæstorum. Aerarij.*
n Ille qui est Tyndarus, Pægnius, Hegionis filius.
o Qui est Philocr. Theodoromedis filius.
p Liberum.
q Suâ ipsorum.
r Nullis aliis in consilium adhibitis.
s Apud suum.
t Hominum conditio quàm est misera!
u Hoc vobis, ut rẽ gestam exponemus, cùm sit fabula: quæ tamen ad vos pertinere videatur, mutatis nominibus.

Digitized by Google

Sed etiam est, paucis vos quod monitos voluerim.
Profectò expediet Fabulæ huic operam dare.
Non [a] *pertractatè facta 'st; neq; item, ut cætera.*
Neq; spurcidici insunt versus [b] *inmemorabiles.*
Hic neq; perjurus Leno 'st, nec Meretrix mala.
Neq; Miles gloriosus: ne vereamini;
Quia bellum Ætolis esse dixi cum Alidis
Foris illis extra Scenam fient prœlia.
Nam hoc panè iniquom 'st Comico [c] *choragio,*
Conari [d] *desubitò nos agere Tragœdiam.*
Proin, si quis pugnam exspectat, litis contrahat.
Valentiorem nactus advorsarium
Si erit, ego faciam, ut pugnam [e] *inspectet non bonam.*
Adeò ut spectare postea [f] *omnis oderit.*
Abeo. VALETE, *Judices justissimi,*
Domi [g] *belliq; duellatores optumi.*

a Q.d. novo & singulari, atq; exquisito quodā modo hæc Fabula facta est, non quomodo aliæ tractari, fierique solent: non est vulgari more facta. Nota verbum: *Pertractare.*
b Nulla memoria digni.
c Comico instrumento & apparatu Scenarum. *Festus.*
d Subitò. Vide Lex. *De.*
e Aliquem prosternet, ut habeat, cū quo litiget.
f Pugnas.
g Vide Lex. *Belli. Domi.*

ACTVS PRIMI
SCENA I.

ERGASILUS, Parasitus.

JUVENTUS *nomen indidit* [h] *Scorto mihi,*
Eò, quia invocatus soleo esse in convivio.
Scio absurdè dictum hoc [i] *derisores dicere.*
At ego ajo rectè. Nam in convivio sibi,
Amator, talos quòm jacit, Scortum invocat.
Estne invocatum? an non est? est planissumè!
Verùm hercle verò nos Parasiti [k] *planius.*
Quos numquam quisquam neq; vocat, neq; invocat,
Quasi Mures, semper edimus alienum cibum.
Ubi res [l] *prolatæ sunt, quòm rus homines eunt,*
Simul prolatæ res sunt nostris [m] *dentibus.*
Quasi quòm [n] *caletur, Cochleæ in occulto latent,*
Suo sibi suCo vivont, ros si non cadit:
Item Parasiti rebus prolatis latent
In occulto miseri, victitant suCo suo,
Dum ruri [o] *rurant homines, quos ligurriant.*

h Vide Elect. Pl. Tit. *Talorum, Conviviorum.*
i Parasitos & palpones.
k Sumus invocati. *h.e.* nō vocati. quia nempe ad cœnam vocamur, neq; in talorum jactu invocamur. Vide Elect. Pl. *Parasitorum.* Pers. 1.2. ※. 6.
l Quando est justitium. Vide Pl. El. Tit. *Iudiciorum.*
m Nostris dentib. feriæ indicuntur.
n Cùm tempus anni fervidū est, tum delitescunt cochleæ. Vide Symmach. lib. 1. Epist. 33. nostræ Edit.
o Opus ruri facere, rus colere. Vide Lex. *Ligurire,* & *Rurare.*

Prolatis rebus Parasiti venatici
Sumus: quando res [a] *redierunt;* [b] *Moloßici,*
Odiosiciq; , & multùm incommodestici.
Et hic quidem hercle, nisi qui colaphos perpeti
Potes Parasitus, frangi [c] *aulas in caput,*
Vel ire extra portam [d] *trigeminam ad* [e] *saccum licet.*
Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum'st.
Nam postquam meus [f] *Rex est* [g] *potitus hostium,*
Ita nunc belligerant Ætoli cum Alidis.
Nam Ætolia hæc est; illic captu'st in Alide
Philopolemus: hujus est Hegionis filius
Senis, qui hic habitat: quæ ædes [h] *lamentariæ*
Mihi sunt, quas quotiensc umq; conspicio, fleo.
Nunc [i] *hic occepit quæstum hunc filij gratiâ*
Inhonestum, maxumè alienum ingenio suo.
Hominis captivos commercatur; si queat
Aliquem invenire, suum [k] *qui commutet filium.*
Nunc ad eum pergam. sed aperitur ostium;
Unde [l] *saturitate sæpè ego exij ebrius.*

a Feriis exactis.
b Conficta à Molosso, odio, incommodo.
c Plenas cinere. Curc. 3. ✠. 26. Pers. 1.2. ✠. 8.
d A tergeminis Horatiis & Curiatiis: quæ & *Ostiensis*. Vide Elect. Pl. Tit. *Roma*.
e Ad stipem colligendam.
f Qui me alit, dominus. Vide Lex. *Rex*.
g Ab hostibus captus est. Vide Lex. *Potiri*.
h Lamentorũ materiam mihi præbentes.
i Hegio Senex, pater Philopolemi.
k Cum quo commutet.
l Satur.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

HEGIO, Senex. LORARIUS. ERGASILUS, Parasitus.

ADVORTE *animum sis* [m] *tu.* [n] *istos Capteivos duos*
Eré quos emi de prædâ, de Quæstoribus,
His indito catenas [o] *singularias:*
Istas majores, quibus sunt vincti, demito.
Sinito ambulare, [p] *si foris, si intus volont,*
Sed uti adserventur magnâ diligentiâ.
Liber-capteivos [q] *avis fera consimile'st:*
Semel fugiendi si data'st occasio,
Satis [r] *est: numquam* [s] *postillà poßis prendere.*
LOR. *Omnes profectò* LIBERI *lubentius*
Sumus, quàm servimus. HEG. [t] *non viderẽ ita tu quidem.*
LOR. *Si non est, quod dem; men' vis dem ipse in pedes?*

m Tu Lorarie.
n Nota syntaxin.
o Quæ sunt singularum librarum.
p Sive. Vide Lex.
q Avis enim fera è caveâ libenter evolat, neq; postea redit.
r Conclamatum est, &c. Vide Elect. Pl. Tit. *Mortu*.
s Postea. Vide Lex.
t Non videris malle liber esse, quam servire. nam si ita esset, tute a me, dato pretio, redimeres.

HEG.

HEG. *Si* [a] *dederis, erit extemplò mihi, quod* [b] *dem tibi.*
LOR. *Avis me feræ* [c] *consimilem faciam, ut prædixisti.*
HEG. *Ita ut dicis. nam si faxis, te in* [d] *caveam dabo.*
Sed satis verborum 'st. cura, quæ iussi, atq; abi.
PAR. *Quod quidem ego nimis quàm cupio, ut inpetret.*
Nam ni illum recipit, nihil est, quò me recipiam.
Nulla est spes juventutis: sese omnes amant;
Ille demùm ANTIQUIS *est Adulescens* MORIBUS,
Quoi us numquam voltum tranquillavi gratiis.
Condignè est Pater ejus moratus moribus.
HEG. *Ego ibo ad fratrem:* [e] *ad alios Capteivos meos*
Visam, ne nocte hac quippiam turbaverint.
Inde me continuò recipiam rursùm domum.
PAR. *Ægrè 'st mihi, nunc facere* [f] *quæstum carcerarium,*
Propter sui Gnati miseriam, miserum Senem.
Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,
Vel [g] *carnuficinam* [h] *hunc facere, possum perpeti,*
HEG. *Quis hic loquitur?* PAR. *Ego, qui tuo mœrore maceror,*
Macesco, consenesco, & tabesco miser,
Ossa [i] *atq; pellis sum miser à macritudine,*
Neq; umquam quicquam [k] *me juvat, quod edo domi;*
Foris aliquantillum etiam, quod gusto, id [l] *beat.*
HEG. *Ergasile, salve.* PAR. *DI te bene ament! Hegio.*
HEG. *Ne fle.* PAR. *Egon' illum non fleam? egone non* [m] *defleam*
Talem adulescentem? HEG. *Semper sensi Filio*
Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.
PAR. TUM DEMUM HOMINES *nostra intellegimus bona,*
Quòm quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Ego postquàm Gnatus tuus potitu 'st hostium,
Expertus quanti fuerit, nunc desidero.
HEG. *Alienus quòm eius incommodum tàm ægrè feras,*
Quid me Patrem par facere est? quoi ille 'st unicus.
PAR. *Alienus ego: alienus ille. ha! Hegio;*
Numquam istuc dixis, neq; animum induxis tuum.
Tibi ille unicu' st, mihi etiam unico magis unicus.
HEG. *Laudo, malum quòm Amici, tuum ducis malum.*
Nunc habe bonum animum. PAR. *Eheu!* HEG. *Huic illuc dolet,*
Quia nunc [n] *remissus est edendi exercitus.*
Nullum ne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem [o] *duxit,* [p] *inperare exercitum?*
PAR. *Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam.*

 Quòd

[a] *Sc.* te in pedes.
[b] Magnum malum.
[c] Aufugiam, avolabo.
[d] Compedes, in custodiam.
[e] Nota fynt. *ad alios visere.*
[f] Quæstum ex captivis in carcerem conjectis.
[g] Vide Lex. *Vel.*
[h] Homines excarnificare, & quæstū ex carnificina illa quærere.
[i] Vide Elect. Pl. & Calligr. Tit. *Macrei.*
[k] Mihi prodest. Es schmeckt mir kein Bissen daheim.
[l] Iuvat, delectat, prodest.
[m] Vide Lex. *Deflere.*
[n] Nunc dimissus est ille prior epulorum apparatus. dentibus enim, non manibus hæc pugna pugnatur. Cænationes & prandia, quæ exercitij vicem Parasitis sunt, filio hinc absente, conquiescunt.
[o] *Sc.* filius meus.
[p] Parare. reparare.

Quòd [a] *obtigerat, posteaquam captus'st Philopolemus tuus.*
HEG. *Non pol mirandum'st, fugitare hanc provinciam;*
Multis & multigeneribus opu'st [b] *tibi*
Militibus. primum-dum opu'st [c] *Pistorensibus:*
Eorum sunt genera aliquot Pistorensium.
Opus [d] *Paniceis; est opus* [e] *Placentinis quoq;;*
Opus [f] *Turdetanis; opu'st* [g] *Ficedulensibus:*
Jam [h] *maritumi omnes milites opus sunt tibi.*
PA. UT SÆPE *summa ingenia in occulto latent!*
Hic qualis [i] *imperator, nunc privatus est!*
HEG. *Habe modò bonum animum. nam illum confido domum*
In his diebus me [k] *reconciliassere.*
Nam [l] *eccom hic captivom Adulescentem Alium,*
Prognatum genere summo, & summis divitiis:
Hoc illum me [m] *mutare confido fore.*
PAR. *Ita DI, Deaq; faxint!* HEG. *Sed num quò foras*
Vocatus ad cenam? PAR. *nusquam* equidem; *quod sciam.*
Sed quid tu id quæris? HEG. *Quia mihi'st* [n] *Natalis dies:*
Propterea te vocarier ad cenam volo.
PAR. *Facetè dictum!* HEG. *Sed si pauxillum potes*
Contentus esse. PAR. *Ne* [o] *per-pauxillum mòdo.*
Nam istoc [p] *me adsiduo victu delecto domi.*
HEG. *Aje sis,* [q] *roga.* PAR. *emin' tu?* HEG. [r] *nisi qui meliorem adferet.*
PAR. *Quæ mihi, atq; amicis placeat conditio magis?*
Quasi fundum vendam; meis [s] *me addicam legibus.*
HEG. [t] *Profundum vendis tu quidem, haut fundum, mihi.*
Sed si venturus, [u] *temperí.* PAR. *Hem! vel jam otium'st.*
HEG. *I modò, venare* [x] *leporem; nunc Cirim tenes.*
Nam meus [y] *scruposam victus* [z] *conmetat viam.*
PAR. *Numquam istoc vinces me, Hegio; ne postules.*
Cum [aa] *calceatis dentibus veniam tamen.*
HEG. *Asper meus victus sanè'st.* PAR. [bb] *Sentisne esitas?*
HEG. [cc] *Terrestris cena'st.* PAR. *Sus terrestris bestia'st.*
HEG. *Multis oleribus.* PAR. [dd] *curato ægrotos domi.*
Numquid vis? HEG. *Venias temperí.* PAR. *memorem mones.*

a Quia obtig.
b Tanquam ductori.
c *Pistorium*, oppidū Italiæ.
d A *Panâ* urbe Samnitium.
e Allusum ad eos, qui placentas cōficiunt. πλακουντάριοι.
f Qui turdos vendunt. Vide *Strabonem*.
g *Ficedula*, vicus Romanus. Alludit ad ficedularū venditores.
h Piscatores.
i Convivator. Vide Lex. *Opposita*.
k Reducem facturum.
l Vide Lex. *Eccum*.
m Confido futurum, ut hoc Elio suis reddito, meū recuperem, facta permutatione.
n Hac conditione & lege te voco. Vide Elect. Pl. Tit. *Nativitatis*.
o Dummodò ne nimis perpauxillum apponas.
p Victu perpauxillo.
q Interroga, an te profitearis emtorem.
r Emo, nisi quidē alius conditione attulerit meliorē. Vide Callig. Tit. *Emendi. Vendendi, Auctionandi. Contractuum*.
s Ita me, id est iis legibus, seu illo ritu meipsum addicam, quasi si fundum venderem.

t *H. e.* Gurgitem & voraginem: tamquam si mare esses, quo omnia sorbeantur, & hauriantur. u Si venturus cœnatum es ad me, veni tempestivè & maturè. x Qui Cirim venari potes, utiq; & leporem poteris. Vide Lex. *Ciris*. Germ. Ein weisser Reiher. *Gesr. Hist. Avium*. pag. 218. Gallicè. *Aigrette*. & Calligr. Tit. *Acquirendi*. Est Proverbialis Sermo. y Mea cœna parabilis & facilis est, nec scrupeâ & aspera captatur via, ut cœna, in qua venatio est. Ich kan dir kein Wiltprett auffsetzen. z Probum hoc verbum est: quo usus Novius apud Nonium: & Affranius apud eundem. aa Quamvis dicis victum tuum asperum & scruposum esse, non deterrebis tamen, quin veniam, & quidem cum dentibus calceatis, *h. e.* ita munitis, ut viam illam scruposam facile conficere possint. *Metaph.* ducta à Viatorib. qui per saxa & scrupos ituri, calceis se diligentius muniunt: cū in locis planis nudis sæpe pedibus incedant. bb Iocus ex voce *asper*. Frisstu dann Dörner? cc Quæ nihil nisi terra natum habet. dd Vide Elect. Pl. Tit. *Herbarum*. Si istam cœnam parare cogitas, eam ægris apponito, qui tenui victu alendi sunt.

Digitized by Google

HEG. *Ibo intrò, atque intus subducam ratiunculam,*
Quantillum argenti mihi apud [a] *trapezitam siet.*
Ad fratrem, quò ire dixeram, mox itero.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

LORARII. TYNDARUS, PHILOCRATES: Captivi.

SI DI *immortales id voluêre, vos hanc ærumnam exequi,*
Decet id pati animo æquo. si id facietis, levior labos erit.
Domi fuistis, credo, liberi.
Nunc servitus si evenit, ei vos morigerari, [b] *mos bonu'st,*
Eamque ex erili imperio [c] *ingeniis vostris lenem reddere.*
INDIGNA [d] *digna habenda sunt, erus quæ facit.* TYN. *oh! oh! oh!*
LOR. *Ejulatione haut opu'st: multas oculos* [e] *multâ Heraclitei.*
In re malâ, animo si [f] *bono utare, adjuvat.*
TYN. *At nos pudet, quia concatenati sumus,* LOR. *at pigeat postea*
Nostrum erum, si vos eximat vinculis,
Aut solutos sinat, quos argento emerit.
TYN. *Quid à nobis metuit? scimus nos,*
Nostrum officium quod est, si solutos sinat.
LOR. *At fugam* [g] *fingitis: sentio, quam rem agitis.*
TYN. *Nos fugiamus! quò fugiamus?* LOR. *in patriam.* TYN. *apage! haut nos id deceat,*
Fugitivos imitari. LOR. *immò edepol, si erit occasio, haut dehortor.*
TYN. *Vnũ exorare vos sinite nos.* LOR. *quidnã id est?* TYN. *ut sine hisce* [h] *arbitris,*
Atque vobis, nobis detis locum loquendi,
LOR. *Fiat. abscedite hinc, nos concedamus huc. sed brevem orationem incipesse.*
TYN. *Hem! istuc mihi certum erat; concede huc.* LOR. *abite ab istis.* TYN. *obnoxii ambo*
Vobis sumus propter hanc rem, quòm quæ volumus nos,
Copia'st; eá facitis nos conpotes
PH. *Secede huc nunc jam, si videtur, procul,*
Ne arbitri dicta nostra arbitrari queant:
Neve [i] *permánet hæc nostra fallacia.*
Nam doli non doli sunt, ni [k] *astu coles.*

[a] digitis seorsum computabo, quantum tibi debeatur. Vide Elect. Plaut. Tit. *Argentariorum. Rei monetaria.*

[b] rectè in eo facietis.

[c] Per herile imperium servitutem reddetis vobis levem, *h.e.* æquum est, vos efficere bene serviendo, ut herus vester clementem se in vos præbeat.

[d] Vide Calligr. Tit. *Oppositorum.* & Elect. Tit. *Magistratus.*

[e] Per hanc *multam* intelligendæ lacrumæ Heraclitéæ. Satis, inquit, servitute multatus es. ne igitur oculi tui magis luant, & graviorem calamitatem experiantur. Sic Terent. *Effientur ocli. Heraclitei:* pro, *Heraclite*, penultimâ correpta; ἀρχαϊκῶς Sic Caf. 1. 6. ꝟ. 45. *Heraclitei:* pro, *Heracliti. Multare multa:* Plautinum est. Vide Lexicon.

[f] forti.

[g] fugam meditamini.

[h] captivis *scil.*

[i] latius emánet.

[k] nisi callide tractentur, ne adversarii rescifcant.

Sed malum maxumam, si id palàm próvenit.
Nam si erus mihi es tu, atque ego me tuum esse servom adsimilo,
Tamen viso opu' st, cauto 'st opus, ut hoc [a] *sobriè, sineque arbitris,*
Adcuratè hoc agatur, doctè & diligenter.
Tanta incepta res est: haut somniculosè hoc
Agendum 'st. TYN. *ero, ut me voles esse.* PHI. *spero.*
Nam tu nunc vides pro tuo caro capite
Carum offerre meum caput [b] *vilitati.*
TYN. *Scio.* PHI. *At scire tum memento, quando id, quod* [c] *voles, habebis.*
Nam ferè MAXUMA PARS *morem hunc* [d] *homines habent; quod sibi volunt,*
Dum id [e] *inpetrant, boni sunt. sed ubi jam penes sese habent;*
Ex bonis pessumi, & fraudulentissumi
Sunt. nunc [f] *ut mihi te volo esse, autumo.*
TYN. *Quod tibi suadeam, suadeam meo Patri.*
PHI. *Pol ego te, si audeam, meum Patrem nominem.*
Nam secundùm Patrem, tu es Pater proxumus.
TYN. *Audio.* PHI. *& propterea sæpius te, ut memineris, moneo.*
Non ego erus tibi, sed servos sum. nunc obsecro te hoc unum.
Quoniam nobis DI inmortales animum ostenderunt suum.
Ut qui erum me tibi fuisse, atque esse nunc conservom velint,
Quod antehac pro jure inperitabam meo, nunc oro per [g] *precem!*
Per Fortunam incertam! & per mei ted erga bonitatem Patris!
Perque conservitium commune! quod hosticâ evenit manu,
Ne me secus honore honestes, quàm quòm servibas mihi;
Atque ut qui fueris, & qui nunc sis, meminisse ut memineris.
TYN. *Scio quidem me te esse nunc: & te esse me.* PHI. *Hem! istuc si potes*
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutiâ.

a consideratè.
b vitam ac salutẽ meam vilem ac quasi venalem habere, minimique æstimare.
c libertatem.
d *Plerique hom.*
Nota syntaxin.
e dum impetrare conantur.
f cujusmodi te mihi esse volo, & opto, ejusmodi esse credo tu, ne opinionem meā fallas vide.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Obtestationum.*

ACTUS SECUNDI
SCENA II.
HEGIO PHILOCRATES. TYNDARUS.

IAM *ego revortar intrò, si ex his, quæ volo, exquisivero.*
Ubi sunt isti? quos ante ædis jussi huc produci foras.
PHI. *Edepol tibi ne in* [h] *quæstione essemus, cautum intellego.*
Ita vinclis, custodiisque [i] *circummœniti sumus.*
HEG. QUI CAVET, *ne decipiatur, vix cavet, quòm etiam cavet.*
Etiam quòm cavisse ratus 'st, sæpè is cautor captu' st.

h ne quærendi essemus.
i muniti. ἀμφιτειχεῖς.

An verò non justa causa est? ut vos servem sedulò.
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecuniâ.
PHI. *Neque pol tibi nos, quia nos servas, æquom'st vitio vortere:*
Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.
HEG. *Ut vos hic, itidem illic apud vos, meus servatur* [a] *filius.*
PHI. *Captu'st?* HEG. *ita.* PHI. *non igitur nos soli* [b] *ignavi fuimus.*
HEG. *Secede huc. nam sunt quæ ex te solo scitari volo,*
Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. PHI. *non ero,*
Quod sciam; si quid nescivero, id [c] *nescium tradam tibi.*
TYN. *Nunc* [d] *Senex est in tonstrinâ; nunc jam cultros* [e] *adtinet.*
Ne id quidem involucre [f] *inicere voluit, vestem ut ne inquinet.*
Sed utrum [g] *strictim ne adtonsurum dicam esse, an per* [h] *pectinem,*
Nescio: verùm si frugi'st, usque admutilabit probè.
HEG. *Quid tu? servos ne esse, an liber mavelis? memora mihi.*
PHI. *Proxumum quod sit bono, quodque à malo longissumè,*
Id volo; quamquam non multùm fuit molesta servitus:
Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius.
TYN. *Eugepæ!* [i] *Thalem talento non emam Milesium.*
Nam ad [k] *sapientiam hujus ille nimius nugator fuit.*
Ut facetè orationem ad servitutem contulit!
HEG. *Quo de genere natu'st illic* [l] *Philocrates?* PHI. [m] *Polyplusio.*
Quod genus illic est unum, [n] *pollens, atque honoratissumum.*
HEG. *Quid ipsus hic? quo honore est illic?* PHI. *summo, atque ab summis viris.*
HEG. *Tum igitur ei, quòm in* [o] *Aleis tanta gratia 'st, ut prædicas,*
Quid divitiæ? suntne [p] *optumæ?* PHI. [q] *unde excoquat sevum.* HEG. *senex*
Quid Pater? vivitne? PHI. *vivom, quòm inde abiimus, liquimus.*
At nunc vivat, nec ne; id [r] *Orcum scire oportet scilicet.*
TYN. [s] *Salva res est; philosophatur quoque jam, non mendax modò 'st.*
HEG. *Quod erat ei nomen?* PHI. [t] THENSAUROCHRYSONICOCHRYSIDES.
HEG. *Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est.*
PHI. *Immò edepol propter avaritiam ipsius, atque audaciam.*
Nam illic quidem Theodoremedes fuit germano nomine.
HEG. *Quid tu ais? tenax ne Pater est ejus?* PHI. *immò edepol* [u] *pertinax.*
Quin etiam, ut magis noscas, [x] *Genio suo ubi quandoque sacruficat,*
Ad rem divinam, quibus est opus, [y] *Samys vasis utitur,*
Ne ipse Genius subrupiat. [z] *proinde aliis ut credat, vide.*
HEG. *Sequere hac me igitur.* [aa] *eâdem ego ex hoc, quæ volo, exquisivero.*
Philocrates hic fecit, hominem frugi ut facere oportet.

Nam

a Philocrates.
b Vide Lex. *Ignavus*. & Elect. Plaut. Tit. *Belli*.
c id ignoratum, incognitum. παρηκτικῶς Vide Lex. Asin. 1. 1. ℣. 13. Pseud. 1. . ℣. 6.
d Nunc senex Hegio decipietur. ἀλληγορικῶς. Jetzt schirt mann ihm den Bart.
e admovet *sc.* Philocrates.
f *H. e.* Philocrates sine ullâ ac curâ ia observantia, & sine ullo pudore, aut metu Hegionem decepturus est. Vide Elect. Pl. Tit. *Tonsorum*.
g ad curem.
h paulò longius à cute, interposito pectine.
i Thalem, qui unus e septem sapientibus, præ hoc contemnam, & cum talento mihi addictum emere nolim: quia Philocrates *sc.* multò est sapientior.
k comparatus cũ sapientia illius. Vide Lex. *Ad*.
l Sic errans eum appellat, cum sit Tyndarus.
m Ex divite familia.
n dives. wolhäbig.
o In Alide.
p Cum in civitate sua ille tum gratiosus sit, ecquid est in re uncta?
q Ita sunt opimæ & pingues eius divitiæ, ut ex eis coctis multum sevum exprimere queat. Forte in re pecuaria ejus divitiæ fuerunt.
r quia quicquid mortuum est, apud Orcum est.
s Vide Elect. Pl. Tit. *Victoria*.
t Nomen compositum ex *thesauro*, & *ungue aureo*; quasi qui ungulis, iisque tantum non omnibus auri sui thesaurum abscondat.
u valde tenax.
x si quando rem divinam facit Genio, ut postquam Genium placavit, epuletur.
y testaceis, fictilibus. Vide Elect. Plaut. Tit. *Sacrificiorum*.
z Si non credit vasa aurea Genio, multò minus aliis.
aa *sc.* opera.

Nam ego ex hoc quo genere gnatus sis, scio; hic fassu'st mihi,
Hac tu eadem si confiteri vis, tuâ ê re feceris:
Qua tamen scio scire me ex hoc. TYN. *fecit officium hic suum,*
Quòm tibi'st confessus verum. quàm volui sedulò
Meam nobilitatem occultare, & genus, & divitias meas,
Hegio? nunc quando patriam, & libertatem perdidi,
Non ego istunc me potius, quàm te metuere, aequom censeo.
Vis hostilis [a] *cum istoc me fecit meas opes aequabiles,*
Memini, [b] *quòm dicto haut audebat, facto nunc ladat licet.*
Sed viden'? FORTUNA [c] *humana fingit, artatque, ut lubet.*
Me, qui liber fueram, servom fecit: è summo infimum.
Qui imperare insuêtam, nunc alterius imperio obsequor.
Et quidem, si proinde [d] *ut ipse fui imperator familia,*
Habeam dominum; non verear, ne injustè, aut graviter mihi imperet.
Hegio, hoc te monitum, nisi forte ipse non vis, volueram.
HEG. *Loquere audacter.* LY. *tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus.*
Tam mihi, quàm illi libertatem hostilis eripuit manus,
Tam ille apud nos servit, quàm ego nunc hic apud te servio.
EST *profectò* [e] DEUS, *qui qua nos gerimus, auditque, & videt.*
Is, uti tu me hic [f] *habueris,* [g] *proinde illum illic curaverit.*
Benè merenti benè profuerit, malè merenti par erit.
Quàm tu filium tuum, tam Pater me meus desiderat.
HEG. *Memini ego istoc. sed faterin' eadem,* [h] *qua hîc fassu'st mihi?*
TY. *Ego Patri meo esse fateor summas divitias domi.*
Meque summo genere gnatum. sed te obtestor, Hegio,
Ne tuum animum avariorem faxint divitia mea:
Ne Patri, tametsi unicus sum, [i] *decere videatur magis,*
Me saturum servire apud te, sumptu, & vestitu tuo.
Potius quàm illi, ubi minimè honestum'st mendicantem vivere.
HEG. [k] *Ego virtute Deûm, & majorum nostrûm dives sum satis.*
Non ego omninò lucrum omne esse utile homini existumo.
Scio ego; [l] *multos jam lucrum lutulentos homines reddidit.*
Est [m] *etiam, ubi profectò damnum praestet facere, quàm lucrum.*
Odi ego AURUM: *Multa multis sapè suasit perperam.*
Nunc hoc animum advortito, ut ea, qua sentio, pariter scias.
Filius meus illic apud vos servit captus Alide,
Eum si reddis mihi, praetereà unum [n] *nummum ne duis.*
Et te, & hunc [o] *amittam hinc: alio pacto abire* hinc *non potes.*
TYN. *Optumum atque aequissumum oras, optumusque hominum homo's.*

Sed

a vis hostium, qui plus potuerant, quam Elei, fecit meas opes istius fortunis pares.
b Memini tempus esse, quo tempore ne dicto quidem me laedere audebat.
c res humanas *Sensus est*: Fortuna in humanis sola utramque paginã facit, ut ait Plinius: ludit pro lubitu, & fingit, uti vult: diffingit, aut tollit, quae vult. hoc enim est *artare*: συνοχυρεῖν.
d Si habeam dominum iustum, clementem, & facilem, qualis ego fui.
e Vide Elect. 1. Tit. *Dei.*
f tractaveris.
g ita illum curav.
h Faterisne eadem quae Pseudo-Tynd. fassus est mihi.
i Nota syntax. *Sensus est*: Ne tu Hegio pretium à patre meo pro meo capite magis exigas, quam par sit: ut ne, si ita feceris, patrem meũ decere videatur, tametsi unicus ei sum filius, relinquere me apud te in servitute tuo sumtu copiosè viventem potius, quàm me impenso pretio abs te redimere, ut in patriâ & apud notos mendicus, & egenus vivam.
k Vide Aulul. 2. 1. ℣. 45.
l Scio quidem multos avaritiâ suâ ditatos: sed & hoc scio, eos per lucrum multùm sordidatos esse.
m Est etiam tempus vel locus.
n Praeter filium meum mihi unum numum dederis.
o à me dimittam vide Lex. & τὸ hinc πλεονάζει; ut Aul. 3. 2. ℣. 22.

Sed is privatam [a] *servitutem servit illi, an publicam?*
HEG. *Privatam medici Menarchi.* PHI. [b] *pol hic quidem hujus est cliens.*
Tam hoc [c] *quidem tibi in proclive, quàm imber est, quando pluit.*
HEG. *Facis* [d] *homo ut redimatur.* TYN. *faciam; sed te id oro, Hegio.*
HEG. *Quidvis, dum* [e] *ab re ne quid ores, faciam.* TYN. *ausculta; tum scies.*
Ego me amitti, donicum ille huc redierit, non postulo.
Verùm te quaeso, ut [f] *aestumatum hunc mihi des, quem mittam ad Patrem,*
Ut is homo redimatur [g] *illi.* HEG. *immò alium potiùs misero*
Hinc, ubi erunt induciae, illuc tuum qui conveniat Patrem,
Qui tua, quae tu jusseris mandata, ita ut, velis, perferat.
TYN. *At nihil est, ignotum ad illum mittere: operam luseris.*
Hunc mitte: hic omne transactum reddet, si illuc venerit.
Nec quemquam fideliorem, neque quoi plus credat, potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit servos ex sententiâ:
Neque adeò, quoi tuum concredat filium hodie audacius.
Ne vereare; meo periculo hujus ego experiar via fidem,
Fretus ingenio ejus, quod med esse scit erga se benivolum.
HEG. *Mittam equidem istum aestumatum tuâ fide, si vis.* TY. *volo.*
Quàm citissumè potest, tam hoc [h] *cedere ad factum volo.*
HEG. *Num qua causa 'st? quin, si ille huc non redeat, viginti minas*
Mihi des pro illo. TY. *Optuma immò.* HEG. *Solvite istum nunc jam:*
Atque utrumque. TY. *DI tibi omnes omnia optata ferant!*
Quòm me tanto honore honestas, quòmque ex vinclis eximis.
Hoc quidem haut molestum 'st jam, quòd [i] *collus collaria caret.*
QUOD [k] BONIS BENEFIT BENEFICIUM, *gratia ea gravida 'st bonis.*
HEG. *Nunc tu illum, si illò es missurus, dice, demonstra, praecipe,*
Quae ad Patrem vis nunciari. vin' vocem huc ad te? TY. *Voca.*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Servitutis.*
b *Nota:* in eâdem scenâ personae duae tres longiore intervallo, quam ut alter alterum exaudiret, solebat stare: dataque operâ omnia alia agere, quàm attenderent sermoni, nihil ad se pertinenti.
c *Prov.* Vide Elect. Pl. Tit. *Notitia.*
d Filius meus.
e frustra contra honestū & usum.
f Pseudo-Philocrates postulat sibi dari aestimatū Pseudo-Tyndarū: ut si non redierit, solvat ipse Hegioni, quanti fuerit aestimatus: nempe xx. minas. Atque hoc ideò postulat, ut omnem suspicionem à se amoliatur.
g Illic.
h à verbis ad factum procedere.
i τὸ Collum & ὁ *Collus* dicebant Vett. teste Nonio.
k Si quid bonis boni fit, esse idem & grave & gratum solet. Pl. Persa. 4. 5. v. 3.

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARUS.

QUAE RES BENE VORTAT MIHI! MEOQUE FILIO!
VOBISQUE! *volt te novos* [l] *erus operam dare*
Tuo veteri [m] *Domino, quod is velit, fideliter.*
Nam ego te aestumatum huic dedi viginti minis;

l Ego Hegio.
m Philocrati, nesciebat enim ipsū esse quo cum loquebatur.

Hic autem te ait mittere hinc velle ad Patrem:
Meum ut illic redimat filium; mutatio
Inter me, atque [a] *illum, ut nostris fiat filiis.*
PHI. *Vtroque vorsum rectum'st ingenium meum*
Ad te, atque ad illum: [b] *pro rotâ me uti licet.*
Vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis.
HEG. *Tute tibi* [c] *eâ tuopte ingenio prodes plurumùm,*
Quòm servitutem ita fers, uti ferre decet.
Sequere hàc. hem! tibi hominem! TYN. *gratiam habeo tibi,*
Quòm copiam istam mihi, & potestatem facis:
Vt ego ad parentis meos hunc remittam nuntium,
Qui me, quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,
Patri meo [d] ORDINE *omnem rem illuc perferat.*
Nunc ita convenit inter me, atque hunc, Tyndare,
Vt æstumatum in Alidem mittam ad Patrem.
Si non rebitas [e] *huc, ut viginti minas*
Dem pro te. PHI. *rectè convenisse sentio.*
Nam Pater expectat, aut me, aut aliquem nuntium,
Qui hinc ad se veniat. TYN. *Ergò animum advortas volo,*
Quæ nuntiare hinc te volo in patriam ad Patrem.
Philocrates! PHI. *ut adhuc locorum feci, faciam sedulò,*
Vt potissumùm, quod in rem rectè conducat tuam,
Id petam, id persequarque corde, & animo, atque viribus.
TYN. *Facis ita, ut te facere oportet. Nunc animum advortas volo.*
Omnium primùm salutem dicito Matri ac Patri,
Et cognatis, & si quem alium benivolentem videris.
Me hic valere, & servitutem servire huic homini optumo,
Qui me honore honestiorem semper fecit, & facit.
PHI. *Istuc ne præcipias; facilè memoriâ memini tamen.*
TYN. *Nam quidem, nisi quòd custodem habeo, liberum me esse arbitror.*
Dicito Patri, quo pacto mihi cum hoc convenerit
De hujus filio. PHI. *Quæ memini, mora* [f] *merâ'st monerier.*
TYN. *Vt eum redimat, & remittat nostrûm huc amborum vicem.*
PHI. *Meminero.* HE. *At quàm primùm poteris; istuc in rem utrique'st maxumè.*
PHI. *Non tuum tu magis videre, quàm ille suum gnatum cupit.*
HEG. *Meus mihi, suus cuique est carus.* PHI. *numquid aliud vis Patri.*
Nuntiari? TYN. *Me hic valere. & tute audacter dicito,*
Tyndare, inter nos fuisse ingenio haut discordabili:
Neque te commeruisse culpam, neque me advorsatum tibi.
Benèque ero gessisse morem in tantis ærumnis tamen.
Neque med umquam deseruisse te, neque factis, neque fide,

[a] Patrem Philocratus.
[b] Proverb. Epid. 3. 2. ✝. 35.
[c] Ea ratione.
[d] Pers. 1. 3. ✝. 11. Vide Lex.
[e] redeas: ut habet glossa V.C. Vide Lex.
[f] H. e. tempus frustra teritur.

Digitized by Google

Rebus in dubiis, egenis. hæc Pater quando sciet,
Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum, atque se,
Numquam erit tam avarus, quin te [a] *gratis emittat manu.*
Et meâ operâ, si hinc rebito, faciam, ut faciat facilius.
Nam tuâ operâ, & comitate, & virtute, & sapientiâ,
Fecisti, ut redire liceat ad Parentis denuò:
Quòm apud hunc confessus es, & genus, & divitias meas.
Quo pacto emisisti è vinculis tuum erum, tuâ sapientiâ.
PHI. *Feci ego ista, ut conmemoras: & te meminisse, id gratum'st mihi.*
Meritò tibi ea evenerunt à me. nam nunc, Philocrates,
Si ego item memorem, quæ meâ erga multa fecisti benè;
Nox diem adimat. nam si servos meus esses, nihilo secius
Mihi obsequiosus semper fuisti. HEG. *DI vostram fidem!*
Hominum ingenium liberale. ut lacrumas excutiunt mihi!
Videas [b] *corde amare inter se; quantis laudibus suum erum*
Servos conlaudavit! PHI. *Pol istic me haut centesumam*
Partem laudat, quàm ipse meritu'st, ut laudetur laudibus.
HEG. *Ergò quòm optumè fecisti, nunc adest occasio,*
Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.
PHI. *Magis* [c] *non factum possum velle, quàm operâ experiar persequi.*
Id ut scias, Iovem supremum testem do, Hegio;
Me infidelem non futurum Philocrati. HEG. *probus es homo.*
PHI. *Nec me secus umquam ei facturum quicquam, quàm memet mihi.*
TYN. *Isthæc dicta te experiri, & operis, & factis, volo.*
Et quò minus dixi, quàm volui de te, animum advortas volo.
Atque horunc verborum causâ, caveto mihi iratus fuas.
Sed te quæso, cogitato; hinc te meâ fide mitti domum,
Te æstumatum, & meam esse vitam hic pro te positam pigneri.
Ne tu me [d] *ignores, quòm extemplò meo è conspectu abscesseris,*
Quòm me servom in servitute pro te hic reliqueris,
Tuq; te pro libero esse ducas, pignus deseras.
Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.
Scito, te hinc minis viginti æstumatum mittier.
Fac fidelis sis fideli; cave fidem fluxam [e] *geras.*
Nam Pater, scio, faciet, quæ illum facere oportet omnia.
Serva tibi in perpetuum amicum me; atque hunc inventum [f] *inveni.*
Hæc per dexteram tuam, te dexterâ retinens manu,
Obsecro! infidelior mihi ne fuas, quàm ego sum tibi.
Tu hoc [g] *age; tu mihi erus nunc es, tu Patronus, tu Pater.*
Tibi conmendo spes, opesque meas. PHI. *mandavisti satis.*
Satin' habes? mandata quæ sunt, facta si refero? TYN. *satis.*

a sine pretio. Vide Lex.

b ex toto corde. Von grund ihres Hertzens.

c Non magis possum cupere id effectum reddere, quod dico, quàm me enitar, ut fiat.

d adspernêris, & quasi ignotum negligas.

e instabilem.

f invenito & parato tibi Hegionem amicum jam paratum & quæsitum, si officium tuum facies.

g Totus in eo esto. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum, Agonum.*

PHI. Et [a] tuâ, & tuâ huc ornatus [b] reveniam ex sententiâ.
Numquid aliud? TY. ut quàm primùm possis, redeas. PHI. res mones.
HEG. Sequere me, viaticum ut dem hinc à trapezitâ tibi:
Eâdem operâ à Prætore sumam [c] syngraphum. TY. quem syngraphum?
HEG. Quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum.
Tu intrò abi. TY. benè ambulato. PHI. benè vale. HEG. edepol rem meam
Constabilivi, quòm illos emi de prædâ à Quæstoribus.
Expedivi ex servitute filium, si [d] DIS placet.
At etiam dubitavi, hos homines emerem, an non emerem, diu.
Servate istum sultis intus, Servi; ne quóquam pedem
Ecferat sine custode. jam ego [e] apparébo domi.
Ad Fratrem modò Capteivos illos inviso meos.
[f] Eâdem percontabor, ecquis hunc Adulescentem noverit.
Sequere tu; te ut amittam. ei rei primùm [g] prævorti volo.

ACTUS TERTII
SCENA I.

ERGASILIUS, Parasitus.

MISER homo'st, qui ipse sibi, quod [h] edit, quærit, & id ægrè invenit.
Sed ille est miserior, qui & ægrè quærit, & nihil invenit.
Ille miserrumu'st, qui quòm [i] esse cupit, quod edit, non habet.
Nam hercle ego huic diei, si liceat, [k] oculos ecfodiam libens;
Ita malignitate oneravit omnis mortalis mihi.
Neque [l] jejuniosiorem, neque magis [m] ecfercitum fame
Vidi: nec [n] qui minus procedat, quicquid facere occeperit.
Itaque venter, gutturque [o] resident esuriales ferias.
Ilicet [p] Parasiticæ Arti maxumam malam crucem!
Ita juventus jam [q] ridiculos, inopisque ab sese segregat.
Nihil morantur iam Laconas [r] imi subselli viros,
Plagipatidas [s], quibus sunt [t] verba sine penu, & pecuniâ.
Eos [u] requirunt, qui [x] libenter quòm ederint, reddant domi;
Ipsi [y] obsonant; quæ Parasitorum ante erat provincia.
Ipsi de foro tam [z] aperto capite ad Lenones eunt,
Quàm in tribu aperto capite sontis condempnant reos.
Neque ridiculos jam terunci faciunt: sese omnes amant.

Nam

[a] Et tua Hegionis, & tua Philocratis. [b] instructus. nempe Philopolemũ reducens. [c] Diploma, per quod liceat Pseudo-Tyndaro belli tempore ire in Elidem. Paßporter. [d] Si Dii approbãt: Diis volentibus. Non est ἀρχαϊκῶς hoc loco. [e] Comparebo domi. Vide Lex. [f] opera ... [g] Eam rem omniũ primum transige re volo. [h] edat. ἀρχαϊκῶς. [i] Edere. [k] lucem eripiam. [l] magis jejuniosum, seu maiore jejunitate tenuem atque inopem. [m] Refertum. [n] Quo. [o] Agitant ferias, quæ Esuritioni sunt dicatæ. h. e. quiescunt & cessant ab edendo & bibẽdo. Vide Lex. Residere. [p] In crucem ire jam licet arti nostræ. [q] qui risum captant. [r] qui sedent in ima parte subsellii. Vide Elect. Pl. Tit. Parasitorum. & Honorum. [s] Sic dicti, à plagarum patientia. [t] Vide Calligr. Tit. Ostentationis. Proverb. Viel geschrey/wenig woll. [u] ad cœnam vocant. [x] Qui cùm iucundè comederint, revocent eos, à quibus benè accepti sunt. [y] obsonium emunt. [z] Sine pudore, confidenter. Vide Elect. Plaut. Tit.Ecorum & ... Sic Petronius de Ascylto refert: quod caput operuerit, ut se vidit in lupanar deductum.

Digitized by Google

Nam ut dudum hinc abij; accessi ad Adulescentis in foro:
Salvete, inquam! Quò imus unâ, inquam, ad prandium? [a] atq; illi tacent.
Quis ait? hoc! aut quis profitetur? inquam. quasi muti silent;
Neq; me [b] rident. Ubi cenamus? inquam: atq; illi abnuunt,
Dico unum ridiculum [c] dictum, de dictis melioribus.
Quibus solebam [d] menstruales epulas ante adipiscier;
Nemo ridet scivi extemplò rem de [e] conpacto geri.
Ne [f] canem quidem inritatam voluit quispiam imitarier;
Saltem [g] si non adriderent dentis ut [h] restringerent.
Abeo ab illis, postquam video, me sic ludificarier;
Pergo ad alios; venio ad alios; deinde ad alios. una res:
Omnes conpacto rem agunt, quasi in Velabro [i] Olearij.
Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.
Item alij Parasiti frustra obambulabant in foro.
Nunc [k] barbaricâ lege certum'st jus meum omne persequi.
Qui concilium iniêre, quò nos victu, & vitâ probibeant.
His diem dicam, inrogabo [l] multam, ut mihi cenas decem
Meo arbitratu dent, quòm cara annona sit. sic egero.
Nunc ibo ad portum hinc. est illic mihi una spes [m] cenatica.
Si ea [n] decollabit, redibo huc ad Senem, ad cenam [o] asperam.

ACTUS TERTII
SCENA II.
HEGIO.

QUID est suavius? quàm benè [p] rem gerere [q] bono publico! sicut ego feci eri,
Quòm emi hosce hominis: ubi quisq; vident, eunt obviam,
Gratulanturq; eam rem. ita me miserum [r] restitando,
Retinendoq; lassum reddiderunt.
Vix ex [f] gratulando miser jam eminebam;
Tandem abij ad Pratorem; ibi vix requievi;
Rogo syngraphum: datur mihi; ilicò dedi Tyndaro: ille abijt domum.
Inde ilicò revortor domum, postquam id actum'st,
Eo; protinus ad fratrem inde abij, mei ubi sunt alij Capteivei.
Rogo, Philocratem ex Alide; ecquis omnium

 Nove-

a Statim. Vide Lex. τὸ hoc est, hinc antiquè.
b Arrident mihi. προσγελῶσιν ἐμοὶ continuo capitis nutu indicant, se nusquam cœnatum ire.
c Salsum & facetū aliquod verbum.
d Quæ mihi in mentem satis essent.
e Vide Lex. Compactum. Ich merckte / daß es ein angelegter handel war.
f H. e. ne dentes quidem nudarūt, ut risum simularent.
g H. e. si non mihi risum moventi, risu gratificarentur.
h Aperirent, & laxarent.
i Sicut ii, qui oleū vendunt, communi pacto & pretio id vendunt. Vide Elect. Pl. Tit. Urbis Romæ.
k Romanâ. à Q. Vario lata in eos qui in Remp. conspirassent, consilio inito, quò populū Rom. vitâ & victu prohiberent.
l Vide Elect. Pl. tit. Iudicij. Accusationum.
m Spes cœnæ.
n Fallet, deficiet. Diomed.
o Olera, è terra nata.
p Rem suam sc. Vide Elect. Pl. Tit. Omnis.
q Hoc ideo dicit Hegio, quia audierat Philocratē summo loco natum; & iccirco nō solum sua, sed etiam Reip. interesse, eum suis reddi. r. Dum ipsi crebrò resistunt. f Ex gratulantium concursu pænè obrutus fui, vix videri poteram.

Digitized by Google

Noverit? tandem [a] *hic exclamat, eum sibi esse sodalem.*
Dico esse eum apud me. hic extemplò orat, obsecratq;,
Eum sibi ut liceat videre. jussi ilicò hunc exsolvi: nunc tu sequere me;
Ut, quod me oravisti, impetres; eum hominem ut convenias.

a Aristoph. unus ex Captivis.

ACTUS TERTII
SCENA III.

TYNDARUS.

NUNC *illud est, quòm me* [b] *fuisse, quàm esse, nimiò mavelim.*
Nunc spes, opes, auxiliaq; à me segregant, [c] *spernuntq; me.*
Hic est ille dies, quòm nulla vitæ meæ salus sperabilis est.
Neq; [d] *exilium exitio'st, neq; adeò spes, quæ mihi hunc cispellat metum.*
Neq; mendaciis subdolis mihi usquam mantellum'st meis;
Nec sycophantiis, nec fucis ullum mantellum obviam'st;
Neq; deprecatio perfidiis meis, nec malefactis [e] *fuga'st;*
Nec confidentiæ usquam hospitium'st; nec diverticulum dolis.
Operta quæ fuére, aperta sunt; patent præstigiæ.
Omnis res palàm'st: neq; de hac re negotium'st, quin malè
Occidam, oppetamq; pestem [f], *eri vicem, meamq;.*
Perdidit me Aristophontes hic, qui intrò venit modò:
Is me novit; is sodalis Philocrati; & cognatu'st,
Neq; jam Salus servare, si volt, me potest: nec copia'st,
Nisi si meo aliquam corde machinor astutiam.
Quàm, malum! quid machiner? quid comminiscar? maxumas
Nugas, ineptiasq; incipisse [g] *horreo.*

b Mortuum. Vide Calligr. Tit. Moriendi. & Lex. Fut.
c Vide Lex. Spernere.
d Neq; ullus locus est, quo profugiens possim exitium vitare. Rud. 3. 1. v. 1.
e Nec malefacta mea possunt effugere, quin deprehendantur.
f Oppetam mortem pro hero, & pro me.
g Exhorreo, doleo.

ACTUS TERTII
SCENA IV.

HEGIO. TYNDARUS. ARISTOPHONTES.

QUÒ *illum nunc hominem proripuisse foras se dicam ex ædibus?*
TY. *Nunc enimverò ego occidi.* [h] *eunt ad te hostes, Tyndare; quid loquar?*

h Pseud. 1. 5. v. 18.

Quid

Digitized by Google

Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto sita'st. quid rebus confidam meis?
Vtinam te DI prius perderent, quàm peryisti, è [a] *patriâ tuâ,*
Aristophontes, qui ex paratâ re inparatam omnem facis.
Occisa [b] *est hæc res, nisi reperio* [c] *atrocem mihi aliquam astutiam.*
HEG. *Sequere. hem! tibi hominem. adi, atq; adloquere.* TYN. *Quis homo 'st me hominum miserior?*
AR. *Quid istuc est? quod meos te dicam fugitare oculos, Tyndare.*
Proq; ignoto me aspernari, quasi me numquam noveris?
Equidem tam sum servos, quàm tu: etsi ego domi liber fui,
Tu usq; a puero servitutem servivisti in Alide.
HEG. *Edepol minime miror, si te fugitat, aut oculos tuos,*
Aut si te odit, qui istum adpelles Tyndarum pro Philocrate.
TYN. *Hegio, hic homo rabiosus habitus est in Alide.*
Ne tu, quod istic fabuletur, [d] *auris inmittas tuas.*
Nam istic hastis insectatus est domi Matrem, & Patrem.
Et illic isti, qui [e] *sputatur, morbus interdum venit.*
Proin tu ab istoc procul recedas. HEG. [f] *ultrò istum à me.* AR. *Ain'? verbero,*
Me rabiosum; atq; insectatum esse hastis meum memoras Patrem?
Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier!
HEG. *Ne verere: multos iste morbus hominis macerat,*
Quibus insputari saluti fuit. TYN. *Atq;* [g] *Aliis profuit.*
AR. *Quid tu autem, etiam huic credis?* HEG. *Quid ego credam huic?* AR. *insanum esse me.*
TYN. *Viden tu hunc, quàm inimico vultu intuetur?* [h] *concedi optumum 'st.*
Hegio; fit quod tibi ego dixi: [i] *gliscit rabies; cave tibi.*
HEG. *Credidi esse insanum extemplo, ubi te adpellavit Tyndarum.*
TYN. *Quia suum ipse interdum ignorat nomen; neq; scit, qui siet.*
HEG. *At etiam te suum sodalem esse ajebat.* TYN. [k] *Haut vidi magis.*
Et quidem Alcmæus, atq; Orestes, & Lycurgus, postea
Vna operâ [l] *mihi sunt sodales, quâ iste.* AR. *At etiam, furcifer,*
Male mihi loqui audes? non ego te novi? HEG. *Pol planum id quidem 'st*
Non novisse. qui istum adpelles Tyndarum pro Philocrate.
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem non vides.
AR. *Immò iste eum sese ait, qui non est, esse: & qui* [m] *verò est, negat.*
TYN. *Tu enim repertus, Philocratem* [n] *qui superes veriverbio.*
AR. *Pol ego ut rem video, tu inventus,* [o] *verâ vanitudine,*
Qui convincas. sed quæso hercle, agedum aspice ad me. TYN. *Hem!* AR. *Dic modò!*
Te negas Tyndarum esse? TYN. *Nego inquam.* AR. *Tun' te Philocratem esse ais?*
TYN. *Ego inquam.* AR. *Tune huic credis?* HEG. *Plus quidem quàm tibi, aut mihi.*

Nam

[a] Quàm bello captus, & capite diminutus, jus patriæ ac civitatis tuæ amisisti. Vtinā prius vitam perdidisses, quam patriam, & in hostiū non manus, sed gladios potius ipsos incidisses.
[b] Interiit, ac desperata est.
[c] Audacem, & crudam, quæ sit hominis non meticulosi.
[d] *H. e.* Ne aures tuę ejus sermonibus pateant.
[e] Epilepticus, ad cujus conspectum homines ominis avertendi causâ exspuebant. Vide El. Pl. Tit. *Omin.*
[f] Procul. vide Lex.
[g] Etiam Aliensibus ista insputatio profuit. Proinde tu quoq; Arist. poteris ab rabie tuâ sanari: coq; esto bono animo. Vide Gel. Prol. ℣. 71.
[h] Cedere.
[i] Augescit, ignescit.
[k] Nihil minus verum est, quàm qđ dicit Antiphontes me esse suum sodalem. *Ironia.* Vide Lex. Plaut.
[l] Tres homines insanissimi, inter quos censebitur Antiph. Alcmæo matrem interemit mandato Patris. Orestes similiter Lycurgus Thraci' Vitibus omnibus excisis, Bacchum offendit.
[m] Vere.
[n] *H. e.* qui rectè dicaris potentia studiosus: potentiæ amore affectus: scilicet!
[o] Qui ea, quæ vera sunt, convincas vanitate ac mendaciis tuis

Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Alidem,
Ad Patrem hujus. AR. [a] *Quem Patrem? qui servos est?* TY. *& tu quidem,*
Servos, & liber fuisti, & ego me confido fore.
Si hujus huc [b] *reconciliasso in libertatem filium.*
AR. *Quid ais? furcifer. tun' Gnatum memoras esse liberum?*
TY. *Non equidem* [c] *me Liberum, sed Philocratem esse ajo.* AR. *quid est?*
Vt scelestus, Hegio, nunc iste ludos hic facit!
Nam is est servos ipse, neq; prater se umquam ei quisquam servos fuit.
TY. *Quia tute ipse eges in patriâ, nec tibi* [d] *qui vivas, domi'st.*
Omnis inveniri [e] *similis tibi vis. non mirum facis.*
EST MISERORUM, *ut malevolentes sint, atq; invideant bonis.*
AR. *Hegio, vide sis, ne quid tu huic temerè insistas credere.*
Atq; ut perspicio, profectò jam aliquid pugnæ [f] *edidit.*
Filium tuum quòd redimere se ait, id neutiquam mihi placet.
TY. *Scio, te id nolle fieri. efficiam tamen id ego, si DI adjuvant.*
Illum restituam huic. hic autem in Alidem me meo Patri.
Propterea ad Patrem hinc amisi Tyndarum. AR. *Quin tute is es!*
Neq; præter te in Alide ullus servos istoc nomine'st.
TY. *Pergin' servom me* [g] *exprobrare esse? id quod vi hostili óbtigit.*
AR. *Enimverò jam nequeo contineri.* TY. *Heus! audin'? quid ait. quin fugis!*
Jam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illunc jubes
Conprehendi. AR. *crucior.* TY. [h] *ardent oculi fune opu'st. Hegio.*
Viden' tu illi maculari copus totum maculis luridis?
Atra bilis [i] *agitat hominem.* AR. *at pol te, si hic sapiat Senex.*
Atra [k] *pix agitet apud carnuficem,* [l] *tuoq; capiti inluceat.*
TY. *Jam deliramenta loquitur;* [m] *larvæ stimulant virum.*
HEG. *Quid? quid si hunc conprehendi jusserim?* TY. *sapias magis.*
AR. *Crucior, lapidem non habere me, ut illi mastigiæ,*
Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis [n] *concinnat suis.*
TY. *Audin' lapidem quæritare?* AR. *Solus te solum volo;*
Hegio. HEG. *Istinc loquere, si quid vis, procul tamen audiam.*
TY. *Namq; edepol si ádbites propius, os denasabit tibi*
Mordicus. [o] AR. *Neq; pol me insanum, Hegio. esse creduis,*
Neq; fuisse umquam, neq; esse morbum, quem istic autumat.
Verùm si quid metuis à me, jube me vincire. volo,
Dum istic itidem vinciatur. TY. *Immò enimverò, Hegio,*
Istic, qui volt, vinciatur. AR. *Tace modò: ego te Philocrates*
Falsè, faciam, ut verus hodie repperiare Tyndarus.
Quid mihi abnútas? TY. *Tibi ego abnúto? quid agat, si* [p] *absis longius?*
HEG. *Quid ais? quid si adeam hunc insanum?* TY. *nugas! ludificabitur,*
Garriet, quod neq; [q] *pes umquam, neq; caput compareat,*

Orna-

a *H.e.* Patrem non habet.

b Reconciliavero.

c Iocatur in voce *Liberi*, quæ & Bacchi nomen notat.

d Vnde.

e Servos & egentes.

f Fallaciam tibi futuram damnosam machinatus est.

g Vide Elect. Pl. tit. *Servitutis.*

h Vide Elect. Pl. Tit. *Insaniæ. Iracundiæ.*

i Insanit.

k Qua cruciabantur sontes & malefici.

l Tuo capiti imposita, deinde accensa, lucem in tuo capite accendat.

m Furiæ, dæmones.

n Facit.

o Mordendo nasum tibi auferet. Vide Aul. 2. 2. ℣. 57.

p *Sc.* Hegio.

q Loquetur absurda. Es wird weder Händt noch Füß [illegible] Sumtum [illegible] so-[illegible]

Ornamenta [a] *absunt.* [b] *Ajacem, hunc quòm vides, ipsum vides.*
HEG. *Nihili facio; tamen adibo.* TY. *Nunc ego omnino occidi.*
Nunc ego inter [c] *sacrum saxumq; sto; nec quid faciam, scio,*
HE. *Do tibi operam, Aristophontes; si quid est, quod me velis.*
AR. *Ex me audibis vera, quæ nunc falsa opinare, Hegio.*
Sed hoc primùm me expurgare tibi volo; me insaniam,
Neq; tenere, neq; mî esse ullum morbum, nisi quod servio.
At ita me Rex Deorum, atq; hominum faxit patriæ compotem!
Vt istic Philocrates non magis est, quàm aut ego, aut tu. HE. *Eho! dic mihi,*
Quis illic igitur est? AR. *Quem dudum dixi à principio tibi.*
Hoc si secus repperies, nullam causam dico, quin mihi,
Et parentum, & libertatis apud te [d] *deliquio siet.*
HE. *Quid tu ais?* TY. *Me tuum esse servom, & te meum erum.* HE. *Haut istuc rogo.*
Fuistin' liber? TY. *Fui.* AR. *Enimverò non fuit: nugas agit.*
TY. *Quî tu scis? an tu fortasse fuisti meæ Matri obstitrix,*
Qui id tam audacter dicere audes? AR. *Puerum te vidi puer.*
TY. *At ego video major majorem, hem! rursum tibi.*
Meam rem non cures, si rectè facias; num ego curo tuam?
HE. *Fuitne huic Pater* THENSAUROCHRYSONICOCHRYSIDES?
AR. *Non fuit; neq; ego istuc nomen umquam audivi ante hunc diem.*
Philocrati Theodoromedes fuit Pater. TY. *Pereo probè.*
Quin quiescis? dierectum cor meum! i, ac suspende te.
Tu sussultas, ego miser vix adsto præ formidine.
HE. *Satin' istuc mihi exquisitum'st? fuisse hunc servom in Alide.*
Neq; esse hunc Philocratem? AR. *Tam satis, quàm numquam hoc invenies secus.*
Sed ubi is nunc est? HE. *Vbi ego minimè, atq; ipsus se volt maxumè.*
Tum igitur ego [e] *ærumnatus,* [f] *deartuatus sum miser,*
Hujus scelesti technis, qui me, ut lubitum'st, ductavit dolis.
Sed [g] *vide sis.* AR. *Quin exploratum dico, & provisum hoc tibi.*
HE. *Certon'?* AR. *Quin nihil, inquam, invenies magis hoc* CERTO *certius.*
Philocrates jam inde usq; amicus fuit mihi à puero Puer.
HE. *Sed quâ facie est tuus sodalis Philocrates?* AR. *Dicam tibi.*
Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris,
Subrufus aliquantùm, crispus, cincinnatus. HE. *Convenit.*
TY. *Vt quidem hercle in medium ego hodie pessumè processerim.*
Væ illis virgis miseris! quæ hodie in tergo [h] *morientur meo.*
HEG. *Verba mihi data esse video.* TY. *Quid cessatis? compedes,*
Currere ad me, meaq; amplecti crura, ut vos custodiam.
HEG. *Satin' me illi hodie scelesti Capti ceperunt dolo?*
Illic servom se adsimulabat, hic sese autem liberum.
Nuculeum [i] *amisi, reliqui pigneri putamina.*

a *Sc.* Scenica: arma clypeus, vestitus militaris.
b *H. e.* furit instar Ajacis, subaudi: *Ceterùm Ajac.* Qui *armenta* legunt, ajunt allusum ad fabellam, quâ Ajax Vlyssem in armentis persecutus fertur: atq; ea occidisse, cum putaret ipsum insanũ ex irâ, quòd interemti Achillis arma sibi negata, ille impetrasset.
c Vide Elect. Pl. tit. *Sacrific.* & *Foederum.*
d Nõ recuso, quin tibi perpetuò servitutem serviam sine spe redeundi aliquando ad parentes, & recuperandi libertatem. Vide Cruc. 1. 3. v. 8. *Deliquio*, ut; *Contagio.*
e *H. e.* ærumnis multis fractus.
f Per artus concisus. *Nonius.*
g Sitne hoc certũ & exquisitum.
h Quia sum ulmorum Acherans.
i Significat se amisisse Philocratem, à Philocrate sibi relictum esse Tyndarum servum.

Digitized by Google

a Me planè deceperunt fallaciis.
b Castigãdo Tyndaro.
c Vide Elect. Pl. tit. Lignationu. Servitutu.

Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevére [a] *offuciis.*
Hic quidem me numquam inridebit. Colaphe, Cordalio, Corax;
Ite istinc, atq; ecferte [b] *lora.* LOR. *Num* [c] *lignatum mittimur?*

ACTUS TERTII
SCENA V.

HEGIO. TYNDARUS. ARISTOPHONTES.

d Iocatur ex continuatâ allegoriâ rei rusticæ.

e Rud. 2.6.7.3. Magnidica mendacia.
f In articulos dissecuisti.
g Perdidisti.

INICITE *huic manicas; Mastigiæ.*
TYN. *Quid hoc est negotI? quid ego deliqui?* HEG. *Rogas?*
Sator, sartorq; scelerum, & messor maxume.
TYN. [d] *Non occatorem dicere audebas prius?*
Nam semper occant prius quàm sarriunt Rustici.
HEG. *At, ut confidenter mihi contra adstitit!*
TYN. *Decet innocentem servom, atq; innoxium*
Confidentem esse, suum apud erum potissumùm.
HEG. *Adstringite isti, sultis, vehementer manus.*
TYN. *Tuus sum; tu has quidem vel precidi jube.*
Sed quid negotij'st? quamobrem suscenses mihi?
HEG. *Quia me, meamq; rem, quod in te uno fuit,*
Tuis scelestis [e] *falsidicis fallaciis*
Delaceravisti, [f] *deartuavistiq; opes.*
Confecisti [g] *omnis res, ac rationes meas.*
Ita mihi exemisti Philocratem fallaciis.
Illum esse servom credidi, te liberum.
Ita vosmet ajebatis: itaq; nomina
Inter vos permutastis. TYN. *Fateor, omnia*
Facta esse ita, ut tu dicis; & fallaciis
Abiisse eum abs te, meâ operâ, atq; astutiâ.
An obsecro hercle te, id nunc suscenses mihi?
HEG. *At cum cruciatu maxumo id factum'st tuo.*
TYN. *Dum ne ob malefacta peream, parvi æstumo.*
Si ego hic peribo; ast ille, ut dixit, non redit.
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile:
Meum erum Captum ex servitute, atq; hostibus
Reducem fecisse liberum in patriam ad Patrem,

Meumq;

Meumq; potius me caput periculo
Praeoptavisse, quàm is periret [a] *ponere.*
HEG. *Facite ergò, ut Acherunti* [b] *clueas gloria.*
TYN. *Qui per Virtutem* [c] *peritat, non interit.*
HEG. *Quando ego te exemplis pessumis excruciavero,*
Atq; ob [d] *sutelas tuas te Morti misero:*
Vel te interIsse, vel perIsse praedicent,
Dum pereas, nihil interdico; dicant vivere.
TYN. *Pol si istuc faxis, haut sine poenâ feceris,*
Si ille huc redibit, & sicut confido, afforet.
AR. *Pro DI inmortales! nunc ego teneo, nunc scio,*
Quid sit hoc negotI. meus sodalis Philocrates
In libertate est ad Patrem, in patriá. bene est.
Nec quisquam 'st mihi, aequè melius, quoi velim.
Sed hoc mihi aegrè 'st, me huic dedisse operam malam,
Qui nunc propter me, meaq; verba vinctus est.
HEG, *Votuin' te quicquam hodie mihi falsum proloqui?*
TYN. *Votavisti.* HEG. *Cur es ausus mentiri mihi?*
TYN. *Quia vera obessent illi, quoi operam dabam:*
Nunc falsa prosunt? HEG. *At tibi oberunt.* TYN. *Optumè 'st.*
At erum servavi, quem servatum gaudeo:
Quoi me [e] *custodem addiderat erus major meus.*
Sed maléne id factum arbitrare? HEG. *Pessumè.*
TYN. *At ego ajo rectè; qui abs te sorsum sentio.*
Nam cogitato, si quis hoc Gnato tuo
Tuus servos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteresne, necne, eum servom manu?
Essetne apud te is servos acceptissumus?
Responde! HEG. *Opinor.* TYN. *Cur ergò iratus mihi es?*
HEG. *Quia illi fuisti, quàm mihi, fidelior.*
TYN. *Quid? tu unâ nocte postulavisti, & die?*
Recens Captum hominem nuperum, & [f] *novitium,*
Te [g] *perdocere, ut melius consulerem tibi,*
Quàm illi, quicum unâ à puero aetatem exegeram.
HEG. *Ergò ab eo petito istam gratiam.* [h] *ducite;*
Ubi ponderosas, [i] *crassas capiat compedes.*
Inde ibis porrò in [k] *latomias lapidarias.*
Ibi octonos [l] *quòm alij lapides ecfodiunt,*
Nisi [m] *cottidianus* [n] *sesquiopus confeceris,*
SESCENTOPLAGO *nomen indetur tibi.*
AR. *Per Deos, atq; hominis! ego te obtestor, Hegio.*

[a] Exponere. phrasi vulgatissimâ.
[b] Facito tu, ut apud Acheruntem celebreris laudibus. Vt mortuus gloria sempiterna nominis clarus sis.
[c] Perit. Vide Lex. H.e. non separatur prorsus à vivis, sed remanet in famâ hominum.
[d] Dolos abs te cõsutos. *Festus.*
[e] Paedagogum. Vide Lex. *Custos.*
[f] Ministeriorum servilium rudem.
[g] Persuadere.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum.*
[i] Duplices, non singularias.
[k] Lapidicinas.
[l] Vel singulos octo, vel octo pondo.
[m] Cottidiè. *αὐτημερόν.* Vide Lex.
[n] Octonos & quaternos lapides effodieris.

Ne tu istunc hominem [a] *perduis.* HE. *Curabitur.*
Nam noctu nervo vinctus custodibitur,
Interdius sub terrâ lapides eximet.
Diu hunc ego cruciabo, non uno absolvam die.
AR. *Certumne'st tibi istuc?* HE. *Non moriri certiu'st.*
Abducite istum actutùm ad Hippolytum fabrum,
Jubete huic crassas conpedes inpingier.
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,
In lapidicinas facite diductus siet:
Atq; hunc ita me velle, dicite, curarier,
Ne qui [b] *deterius huic sit, quàm quoi pessumè'st.*
TY. *Cur ego te invito me esse salvom postulem?*
Periculum vito mea tuo [c] *stat periculo.*
POST MORTEM *in morte nihil est, quod metuam mali.*
Etsi supervivo usq; ad summam ætatem, tamen
Breve spatium'st perferundi, quæ [d] *minitas mihi.*
Vale, [e] *atq; salve; etsi aliter, ut* [f] *dicam, meres.*
Tu Aristophontes, de me ut meruisti, ita Vale.
Namq; mihi propter te hoc obtigit. HE. *Abducite.*
TY. *At unum hoc quæso; si huc rebitet Philocrates,*
Ut mihi ejus facias conveniundi copiam.
HE. *Perîstis! nisi hunc jam è conspectu abducitis.*
TY. [g] *Vis hæc quidem hercle est, & trahi, & trudi simul.*
HE. *Illic est abductus rectà in* [h] *phylacam, ut dignu'st.*
Ego illis Capteivis Aliis documentum [i] *dabo,*
Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
Quod [k] *absq; hoc esset, qui mihi hoc fecit palàm,*
Usq; [l] *offrenatum, suis me ductarent dolis.*
Nunc certum'st, nulli post hac quicquam credere.
Satis sum semel deceptus. speravi miser,
Ex servitute me exemisse filium.
Ea spes elapsa'st; perdidi unum filium
Puerum quadrimum, quem mihi servos surpuit.
Neq; eum servom umquam repperi, neq; filium.
Major potitus hostium'st. quod hoc est scelus?
Quasi [m] *in orbitatem liberos produxerim.*
Sequere hac; reducam te, ubi fuisti. Neminis
Misereri certum'st; quia mei miseret neminem.
AR. [n] Exauspicavi ex vinclis. *nunc intellego*
Redauspicandum esse in catenas denuò.

a Ambiguus iocus in verbo, *perdideris.*
b Ne qui re hic Tyndarus minus male tractetur, quàm qui pessime.
c Servus enim cũ damno & periculo domini moritur.
d Minitaris.
e Vide Elect. Pl. tit. *Salutationis.*
f Imprecer.
g Vide Elect. Pl. tit. *Calamitatis. Afflictionis. Passionis.*
h In carcerem.
i Docebo.
k Quod si absque hoc esset.
l Velut capistro ori injecto devinctum dolis d.
m Sic mihi omnes liberi pereunt, quasi eos produxerim, nõ ut liberis essem auctior, sed ut orbus viverem.
n Iter huc feci, egressus è vinculis: itaq; denuo mihi in vincula, unde egressus eram, redeundum est. Vide Calligr. Tit. *Auspiciorum.*

ACTUS

Digitized by Google

ACTVS QVARTI SCENA I.

ERGASILUS, Parasitus.

IVPPITER *supreme, servas me, measq; auges opes;*
Maxumas opimitates, opiparasq; offers mihi:
Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias,
Pompam, penum, potationis, saturitatem, gaudium.
Nec quoiquam homini supplicare nunc certum 'st mihi.
Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere.
Ita hic me amœnitate amœnâ amœnus oneravit dies.
Sine [a] *sacris hereditatem sum aptus ecfertissumam.*
Nunc ad Senem cursum capessam hunc Hegionem, quoi boni
Tantum adfero, quantum ipse à DIs optat, atque etiam amplius.
Nunc certa res est, eodem pacto ut Comici [b] *servi solent,*
ConIciam in collum [c] *pallium, primo ex me hanc rem audiat,*
Speroque, me ob hunc nuntium æternum adepturum cibum

a Sine sumptu. Vide Elect. Plaut. Tit. Sacrorum. Vide Trin. 2. 4. v. 83.

b Vide Lex. Servi.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Habitus, Res vestiaria.*

ACTVS QVARTI SCENA II.

HEGIO, Senex. ERGASILUS, Parasitus.

QVANTO *in pectore hanc rem meo magis voluto,*
Tantò mihi ægritudo auctior est in animo.
Ad illum modum sublitum os esse
Hodie mihi [d]*? neque id perspicere quivi?*
Quod quòm scibitur, per urbem irridebor.
Quòm extemplò ad forum advenero, omnes loquentur:
Hic ille est Senex [e] *ductus, quoi verba data sunt.*
Sed, Ergasilus estne hic procul, quem video?
Conlecto quidem 'st pallio. quidnam acturu'st.
ER. *Moveo abs te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.*
Eminor, [f] *interminorque, ne quis mi obstiterit obviam:*

d Sr. par est.

e deseptus, exagitatus.

f palam vel pro meo jure minor.

Nisi quis satis diu vixisse sese homo arbitrabitur;
Nam qui obstiterit, ore [a] *sistet.* HEG. *Hic homo* [b] *pugillatum incipit.*
ER. *Facere certum 'st. Proinde ut omnes itinera insistant sua.*
Ne quis in hac plateâ negotI conferat quicquam sui.
Nam meus est balista Pugnus; Cubitus catapulta 'st mihi,
Humerus Aries. tum genu ad [c] *quemcunque jecero, ad terram dabo.*
Dentilegos [d] *omnis mortalis faciam, quemque offendero.*
HEG. *Quæ illæc eminatio 'st? nam nequeo mirari satis.*
ER. *Faciam, ut ejus diei, locique, meique semper meminerit.*
Qui mihi in cursu, obstiterit, faxo vitæ is extemplò obstiterit suæ.
HEG. *Quid hic homo tantum incipissit facere cum tantis minis?*
ER. *Prius ediço, ne quis propter culpam capiatur suam.*
Continete vos domi, prohibete à vobis vim meam.
HEG. *Mira edepol sunt, ni hic* [e] *in ventrem sumpsit confidentiam.*
Væ misero illi! quojus cibo iste factu'st [f] *imperiosior.*
ER. *Tum Pistores scrophipasci, qui alunt* [g] *furfure sues,*
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest,
Eorum si quojusquam scropham in publico conspexero,
Ex ipsis dominis meis pugnis [h] *exculcabo furfures.*
HEG. *Basilicas* [i] *edictiones, atque imperiosas habet.*
Satur homo 'st; habet profectò in ventre [k] *confidentiam.*
ER. *Tum Piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,*
Qui advehuntur [l] *quadrupedanti* [m] *cruciati cantherio,*
Quorum odos [n] *subbasilicanos omnis abigit in forum;*
Eis ego ora verberabo [o] *scirpiculis piscariis,*
Ut sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.
Tum Lanii autem, qui concinnant [p] *liberis orbas ovis,*
Qui locant cædundos agnos, & [q] *duplam agninam danunt,*
Qui [r] *Petroni nomen indunt* [s] *Verveci sectario,*
Eum ego, si in viâ Petronem publicâ conspexero,
Et Petronem, & Dominum, reddam mortalis miserrumos.
HEG. *Eugepe! edictiones* [t] *ædilitias habet hic quidem;*
Mirum adeò 'st, ni hunc fecêre sibi Ætoli [u] *Agoranomum.*
ER. *Non ego nunc Parasitus sum, sed* [x] *Regum Rex regalior.*
Tantus ventri conmeatus meo adest in portu [y] *cibûs.*
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare lætitiâ Senem;
Qui homine hominum [z] *adæquê nemo vivit fortunatior.*

HEG. *Quæ*

a Scil. pugnum, aut manum meã. Iacebit pronus in caput. cadet in os à me valide pugnis cæsus.
b Pugnos expedit, quasi pugillatu certaturus.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Rei militaris.*
d Quemcumque offendero, faciam ut ad terram à me prostratus, dentes suos colligere cogatur. Vide Electa Pl. *Funeris.*
e Ad ventrem inanem explendum, tantum cõfidentiæ sibi ascivit. Habet cor in ventre ut *Asinus.* piscis.
f Nempe hoc facit otium, & cibus alienus.
g Nota etiam olim Pistores sues aluisse. & *furfures* pabulum suum.
h Calcibus excutiam furfures, *h.e.* capitis sordes & cutis purgamẽta.
i Splendidas. Bein stutzerisch!
k Vide Elect. Pl: Tit. *Gulæ.*
l Vide Lex.
m Eoque fœtidi, ob nimiam succussationem. Tales Piscatores vocant Galli: *Chasse-marée.*
n otiosos homines, qui sub basilica solebant deambulare. Vide Elect. Pl. Tit. *Urbis Romæ.*
o nassis Piscatoriis. Vide Lex.
p qui oves reddũt orbas agnis.
q quando s. grandiores jam agni, & ablactati fuissent. Vide Lex. *Duplex.* r arietis asperi, & graveolentis. Vide Lex. s qui sectis est testibus, & carnis sapore commendabilis. t Vide Elect. Pl. Tit. *Magistrat. Ædilium.* u ædilem plebis, annonæ & rebus forensibus præfectum. Marckmeister, Vide ibid. x ut Agamemnon in exercitu. y cibi. vide Lex. z τὸ *adæque* cum comparativo.

Digitized by Google

HEG. Quæ illæc est lætitia? quàm illic lætus largitur mihi.
ER. *Heus ubi estis vos? Ecquis hoc aperit ostium?* HEG. *hic homo*
Ad cenam recipit se ad me. ER. *aperite hasce ambas foris,*
Priusquàm pultando [a] *vel assultatim foribus exitium adfero.*
HEG. *Perlubet hunc hominem conloqui. Ergasile!* ER. *Ergasilum qui vocat?*
HEG. *Respice.* ER. [b] FORTUNA *quod tibi nec facit, nec faciet,*
Hoc me jubes. sed qui est? HEG. *Respice ad me, Hegio sum.* ER. *oh mihi!*
Quantum 'st hominum optumorum optume, in tempore advenis.
HEG. *Nescio quem adportum nactus es, ubi cenes; eò* [c] *fastidis.*
ER. *Cedò manum.* HEG. *manum?* ER. *manum inquam cedò tuam actutùm.*
HEG. *tene.*
ER. *Gaude.* HEG. *quid ego gaudeam?* ER. *quia ego impero; age, gaude modò.*
HEG. *Pol mœrores mihi antevortunt gaudiis.* ER. *Noli irascier.*
Iam ego ex corpore [d] *exigam omnis maculas mœrorum tibi;*
Gaude audacter. HEG. *gaudeo; etsi nihil scio,* [e] *quod gaudeam.*
ER. *Benè facis, jube.* HEG. *quid jubeam?* ER. *ignem ingentem fieri.*
HEG. *Ignem ingentem?* ER. *ita dico; magnus ut sit.* HEG. *quid! me volet uri.*
Tuân' causâ me adis incensurum censes? ER. *noli irascier.*
Iuben'? annon jubes [f] *adstitui aulas? patinas elui?*
Laridum atque epulas foveri foculis ferventibus?
Alium pisces [g] *præstinatum abire?* HEG. *Hic vigilans somniat.*
ER. *Alium porcinam, atque agninam, & pullos gallinaceos?*
HEG. *Scis benè* [h] *esse, si sit unde.* ER. *pernam atque* [i] *opthalmia,*
Horæum [k], *scombrum, &* [l] *trigonum, & cetum, &* [m] *mollem caseum.*
HEG. *Nominandi tibi istorum erit magis, quàm edundi copia*
Hic apud me, Ergasile. ER. *mean' me causâ hoc censes dicere?*
HEG. *Nec* [n] *nihil hodie, nec multò plus tu hic edes; ne frustra sis.*
Proin' tu tui cottidiani [o] *victi ventrem ad me adferas.*
ER. *Quin ita faciam, ut te cupias facere sumptum, etsi ego votem.*
HEG. *Ego ne?* ER. *tune.* HEG. *tum tu mi igitur erus es?* ER. *immò benivolens.*
Vin' te faciam fortunatum? HEG. *malim, quàm miserum quidem.*
ER. *Cedò manum.* HEG. *Hem! manum.* ER. *Di te omnes adjuvant!* HEG. [p] *nihil sentio.*
ER. *Non enim es in* [q] *senticeto, eò non sentis; sed jube*
Vasa tibi pura adparari [r] *ad rem divinam citò,*
Atque agnum adferri [s] *proprium, pinguem.* HEG. *cur?* ER. *ut sacrufices.*
HEG. *Quoi Deorum?* ER. *mihi hercle. nam ego tibi nunc sum summus Iuppiter.*

Idem

a crebris assultibus. Vide Bacch. 3. 1. ℣. 10.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum. Fortunæ.*
c Ideò obvios quosque aspernaris.
d Sic loquitur Suet. Aug. cap. 94.
e propter quod
f Ollas juxta ignem locari.
g emtum.
h Scis lautè accipere, si habeas, unde sumtum facias. Vide Lex. *Edo.*
i Piscis ab oculorum magnitudine sic dictus. Vide Lex.
k Salsamenti genus ex Pelamide pisce, à tempore veris, quo confici solet.
l Piscis, qui aliàs *pastinaca marina.*
m recentem vel pinguem.
n du solt wohl etwas zu essen kriegen: doch nicht viel ubriges.
o Victus. *Prisc.* Affer ad me ventrem non fastidiosum, sed victu tuo quotidiano contentum.
p Sic ob quod me fortunatum dicere debeam.
q Non est mirum, te nihil sentire. non enim es in loco sentibus obsito.

r Vide Elect. Plaut. Tit. *Sacrific.* s Tuum: quia aliena Diis immolare nefas.

Idem ego sum Salus, Fortuna, Lux, Lætitia, Gaudium.
Proinde tu Deum hunce saturitate facias [a] *tranquillum tibi.*
HE. *Esurire mihi videre.* ER. [b] *mihi quidem esurio, non tibi.*
HE. *Tuo arbitratu facile patior.* ER. *Credo consuetus puer.*
HE. *Iuppiter te, DIque perdant!* ER. *te* [c] *hercle: mi æquom'st gratias*
Agere ob nuntium. tantum ego nunc porto à portu tibi boni.
Nunc tu mihi [d] *placeas.* HE. *abi* [e] *stultus; serò post* [f] *tempus venis.*
ER. *Igitur olim si advenissem, magis tu tum istuc diceres.*
Nunc hanc lætitiam accipe à me, quam fero. Nam filium
Tuum modò in portu Philopolemum vivom, salvom, & sospitem
Vidi in publicâ [g] *celoce, ibidemque illum adulescentulum*
[h] *Alium, & tuum Stalagmum servom, qui aufugit domo,*
Qui tibi subrupuit quadrimum puerum filiolum tuum,
HE. *Abi in malam rem! ludis me.* ER. *Ita me amabit sancta* [i] *Saturitas!*
Hegio; itaque suo me semper condecoret [k] *cognomine!*
Vt ego vidi. HE. *meum Gnatum?* ER. *tuum Gnatum; &* [l] *Genium meum.*
HE. *Et Capteivom illum* [m] *Alidensem?* ER. [n] *μὰ τὸν Ἀπόλλω!* HE. *& servolum*
Meum Stalagmum, meum qui Gnatum subrupuit? ER. *νὴ τὰν* [o] *Σόραν!*
HE. *Iam diu?* ER. *νὴ τὰν* [p] *Πραινέστω!* HE. *venit?* ER. *νὴ τὰν* [q] *Σιγνίαν!*
HE. *Certòn'?* ER. *νὴ τὰν* [r] *φρυσινῶνα!* HE. *vide sis.* ER. *νὴ τὸ* [s] *Ἀλάτριον!*
HE. *Quid tu per* [t] *barbaricas Vrbes jures?* ER. *quia enim item aspera*
Sunt, ut tuum victum autumabas esse. HE. *væ ætati tuæ!*
ER. *Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico* [u] *sedulò.*
Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis? quòm hinc abiit.
HE. *Siculus.* ER. *at nunc Siculus non est;* [x] *Bojus est, Bojam terit.*
Liberorum [y] *quærundorum causâ ei, credo, uxor data'st.*
HE. *Dic* [z] *bonân' Fide tu mihi istæc verba dixisti?* ER. *Bonâ.*
HE. *DI inmortales! iterùm gnatus videor, si vera autumas.*
ER. *Ain' tu? dubium habebis, etiam sanctè quòm ego jurem tibi?*
Postremò, Hegio, si parva jurijurando 'st fidei,
Vise ad portum. HE. *facere certum 'st. tu intus cura, quod opu'st.*
Sume, posce, prome quidvis, te facio cellarium.
ER. *Nam hercle nisi* [aa] *mantiscinatus probè ero, fusti pectito.*
HE. *Æternum tibi* [bb] *dapinabo victum, si vera autumas.*
ER. *Vnde id?* HE. *à me, meoque Gnato:* ER. *Sponden'* [cc] *tu istud?* HE. *Spondeo.*
ER. *At ego tuum tibi advenisse filium respondeo.*
HE. *Cura, quàm optumè potes.* ER. *benè ambula, & redambula.*

a propities, places tibi.
b Iocus ex provocabulo *mihi*.
c Te potius DI perdant.
d Vide Calligr. Tit. *Approbandi, Reiiciendi*.
e *Stulte*, *αὐτόπτωσις* Græcâ.
f At ego jusseram te venire tempori. sup. act. 1, 2. ℣. 8. & hac scena ℣. 56. *in tempore*.
g Vide Lex.
h Alienfem, Eleũ.
i Vide Elect. Plaut. Tit. *Parasitorum*.
k Et ita me semper faciat saturum.
l Meum Patronũ. Vide Elect. Pl. Tit. *Parasit.*
m Polycratem.
n Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti*.
o Colonia populi R. in Campania
p Campaniæ opp.
q Etiam in Campania.
r De Frusinatib. vide. *Plin.*
s Campaniæ opp.
t Italicas.
u sine dolo, bona fide. *Nonius*.
x Gallus cum Galla cubat. Vide Lex. *Terere*.
y Vide Elect. Pl. Tit. *Auspicum. & Nuptiarum*.
z Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti*.
aa Fictum a *μάντις* & *cano*. Nisi compereris, me verè vaticinatum, etiam fuste castigato.
bb Fictum à dapibus,
cc Ambiguitas in verbo. Vide Elect. Pl. Tit. *Stipulationum*.

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS QVARTI
SCENA III.

ERGASILUS.

ILLIC hinc abijt, mihi rem summam credidit cibariam.
DI immortales! jam ut ego [a] *collos prætruncabo tergoribus!*
Quanta pernis [b] *pestis veniet! quanta labes larido!*
Quanta sumini [c] *absumendo! quanta callo* [d] *calamitas!*
Quanta lanijs lassitudo! quanta [e] *porcinariis!*
Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt; mora 'st.
Nunc ibo ut ad meam [f] *Præfecturam, & jus dicam larido,*
Et quæ pendent [g] *indemnatæ pernæ, eis auxilium ut feram.*

a *Collos.* Nonius.
b quæ pessum dabit pernas.
c Fictum ab *sumendo.* Vide Lex. *Sumen.* & Elect. Pl. Tit. *Ciborum.*
d Vide Lex. *Calamitas.*
e iis, qui porcinæ carni præfecti sunt.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Magistratuum.*
g locus, tamquam si pernæ loco penderent.

ACTVS QVARTI
SCENA IV.

PUER HEGIONIS.

DIESPITER [h] *te, DIque, Ergasile, perdant! & ventrem tuum,*
Parasitosque omnis! & qui posthac cœnam Parasitis dabit!
Cladis, calamitasque, intemperies modò in nostram advenit domum.
Quasi [i] *lupus esuriens, metui ne in me* quoque *faceret impetum.*
Nimisq; hercle ego illum [k] *malè formidabam, ita frendebat dentibus.*
Adveniens deturbavit totum cum carne Carnarium.
Arripuit gladium, detruncavit tribus tergoribus [l] *glandia.*
Aulas, calicesque omnis confregit, nisi quæ [m] *modiales erant.*
Coquum percunctabatur, possentne [n] *seriæ fervescere?*
Cellas refregit omnis intus, reclusitque [o] *Armarium.*
Adservate istunc sultis, Servi: ego ibo, ut conveniam Senem.
Dicam, ut sibi penum aliud ornet: siquidem [p] *sese uti volet.*
Nam hic quidem, ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

h Vide Lex.
i Vide Calligr. Tit. *Veracitatis.*
k Valdè.
l glandulas, quæ sunt in cervicibus. *h.e.* ipsas cervices. *Plin.* lib. 2. cap. 37.
m ventriosæ, & modii vnius capaces.
n Non satis habebat, carnes in seriis conditas depromere, & cocis coquendas dare, sed ipsas quoque serias *h.e.* vasa fictilia, in quibus carnes salsæ conditæ servabantur, pænè dicam coqui & fervescere volebat.
o promptuarium ex quo promitur cibus.
p *Sc.* penu. *ἀρχοῦνα*, *sc.* Parasitus.

T ACTVS

ACTVS QVINTI
SCENA I.

HEGIO. PHILOPOLEMUS. PHILOCRATES. STALAGMUS.

IOVI DIsque ago gratias meritò magnas,
Quòm te reducem tuo Patri reddiderunt,
Quòmque ex miseriis plurumis me exemerunt,
Quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam.
Quòmque [a] hunc conspicio in potestate nostrâ,
Quòmque hæc reperta est fides firma nobis.
Satis jam dolui ex animo, & curâ me satis,
Et lacrumis maceravi hic. satis jam audivi
Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.
Hoc [b] agamus. PHILOCR. Quid nunc? quoniam [c] tecum servavi fidem,
Tibique hunc reducem in libertatem feci. HE. Fecisti, ut tibi,
Philocrates, numquam referre gratiam possim satis,
Proinde ut tu promeritus de me, & Filio meo. PHILOP. immò potes,
Pater, & poteris, & ego potero, & DI eam potestatem dabunt,
Ut beneficium benemerenti nostro meritò muneres.
Sicut tu huic potes, Pater mi, facere meritò maxumè.
HEG. Quid opu'st verbis? lingua nulla'st, quâ negem, quidquid roges.
1 PHILOCR. Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hic reliqueram
3 Pignus [d] pro me, qui mihi melior, quàm sibi semper fuit:
4 Pro benefactis ejus uti ei [e] precium possim reddere.
2 HEG. Quod benefecisti, referetur gratia; id quod postulas.
Et id, & aliud, quod me orabis, inpetrabis: atque te
Nolim suscensere, quod ego iratus ei feci male.
PHILOCR. Quid fecisti? HEG. in lapidicinas compedítum condidi,
Ubi rescivi mihi data esse verba. PHILOCR. [f] væ misero mihi!
Propter meum caput labores homini evenisse optumo.
HEG. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis.
Gratis à me ut sit liber, aducito. PHILOCR. edepol. Hegio,
Facis benignè. sed quæso, hominem ut jubeas arcessi. HE. licet.
Ubi estis vos? ite actutum; Tyndarum huc arcessite.
Vos ite intrò [g] interibi ego ex hac statuâ verVereâ volo
Erogitare, meo minore quid sit factum Filio.

a Stalagmum.

b Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificemus.* curemus præsentia, istis omissis.

c Tibi Vide Lect.

d pignoris loco.

e mercedem paræ pratam.

f O me miserum, qui commiserim, ut vir optimus tot ærumnas ob salutem meam perferat!

g Interea ex hoc verberone Stalagmo volo rogando extorquere.

Vos

Vos lavate interibi. PHILOP. *sequere hac, Philocrates, me intrò.* PHI. *sequor.*

ACTVS QVINTI
SCENA II.

HEGIO. STALAGMUS.

AGE; *tu illuc procede,* [a] *bone vir, lepidum mancupium meum.*
STA. *Quid me oportet facere? ubi tu talis vir falsum autumas.*
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir numquam, neque frugi bona,
Neque ero umquam; ne spem ponas, me bona frugi fore.
HEG. *Propemodùm ubi loci fortunæ tuæ sint, facile intellegis.*
Si eris verax, tuâ ex re facies ex malâ meliusculam.
Recta, & vera loquere: sed neque verè, neque rectè adhuc
Fecisti umquam. STA. *quod ego fatear* [b], *credin' pudeat, quòm autumes.*
HEG. *At ego faciam, ut pudeat. nam in* [c] *ruborem te totum dabo.*
STA. *Eja! credo ego, inperito plagas minitaris mihi.*
Tandem ista aufer. dicque, quid [d] *fers! ut feras* [e] *hinc, quod petis.*
HEG. *Satis facundus es. sed jam fieri dictis conpendium volo.*
STA. *Ut vis, fiat.* HEG. *benè morigerus fuit Puer, nunc non decet.*
Hoc [f] *agamus. jamque animum advorte. hæc mihi, quæ dicam, edissere.*
Si eris verax, è tuis rebus feceris meliusculas.
STA. *Nugæ istæc sunt. non me censes scire? quid dignus siem.*
1 HEG. *At ea subterfugere potisses pauca, si non omnia.*
4 STA. *Pauca effugiam, scio. nam multa evenient, & merito meo.*
2 *Quia & fugi, & tibi subrupui Filium, & eum vendidi.*
3 HEG. *Quoi homini?* STA. *Theodoromedi in Alide Polyplusio,*
Sex minis. HEG. *Pro DI inmortales! is quidem hujus est Pater*
Philocratis. STA. *Quin melius novi, quàm te, & vidi sæpius.*
HEG. *Serva Iuppiter supreme! & me, & meum gnatum mihi;*
Philocrates, per tuum te ingenium obsecro, exi; te volo.

a Ironia. Du schönes Vögelein!

b Credisne fore, ut me ejus pudeat, quod fatear: sc. me rectè numquam quicquam fecisse cum tu id dicas?
c Flagellis nimirum potius, quàm pudore.
d Quid in animo habeas.
e à me.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*

ACTVS QVINTI
SCENA III.

PHILOCRATES. HEGIO. STALAGMUS.

HEGIO *ad sum: si quid me vis,* [g] *impera.* HEG. *hic Gnatum meum*

g Vide Elect. Pl. [illegible]

Digitized by Google

Tuo Patri ait se vendidisse sex minis in Alide.
PHI. Quàm diu id factum'st? STA. hic annus incipit vicensimus.
PHI. Falsa memorat. ST. aut ego, aut tu. nam tibi quadrimulum
Tuus pater [a] peculiarem parvolum Puero dedit.
PHI. Quid erat ei nomen? si vera dicis, memora dum mihi.
STA. Pægnium vocatu'st: post vos indidistis [b] Tyndaro.
PHI. Cur ego te non novi? STA. Quia MOS EST oblivisci hominibus.
Neque novisse, quojus nihil sit faciunda gratia.
PHI. Dic mihi, isne istic fuit, quem vendidisti meo Patri,
Qui mihi peculiaris datus est, hujus filium.
HEG. Vivitne is homo? ST. argentum accepi, nihil curavi cæterum.
HEG. Quid tu ais? PHI. Quin iste ipsu'st Tyndarus tuus Filius!
Ut quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum à puero puer
Benè pudicèque educatu'st usque ad adolescentiam.
HEG. Et miser sum, & fortunatus, si vos vera dicitis.
Eò miser sum, quia malo illi feci, si Gnatus meu'st.
Eheu! quòm ego [c] plus minusque feci, quàm æquom fuit.
Quod malo feci, crucior modò, si infectum fieri possiet.
Sed eccom incedit huc ornatus, haut [d] ex suis virtutibus.

a qui esset in peculio tuo. Vide Lex. Peculiaris.
b S. nomen ei.

c plus mali minus boni.
d non proinde ut meritus fuit, exceptus est.

ACTUS QUINTI
SCENA IV.

TYNDARUS. HEGIO. PHILOCRATES. STALAGMUS.

VIDI ego multa sæpè picta, quæ [e] Acherunti fierent
Cruciamenta: verùm enim verò nulla adæque'st Acheruns,
Atque ubi ego fui in lapidicinis. illic demum'st locus:
Ubi labore lassitudo'st omnis exigunda ex corpore.
Nam ubi illò adveni, quasi [f] patriciis pueris, aut monerulæ
Aut anites, aut coturnices, dantur, quicum lusitent.
Itidem hæc mihi advenienti upupa, [g] qui me delectem data'st.
Sed erus eccom ante ostium, & erus alter eccom ex Alide
Redit. HEG. Salve! exoptate Gnate mi. TYN. hem! quid? Gnate mi?
At at! scio cur te Patrem adsimules esse, & me Filium:
Quia mihi item [h] ut parentes, lucis das tuendæ copiam.
PHI. Salve! Tyndare. TY. & tu, quojus causâ hanc ærumnam exigo.

e Vide Elect. Pl. Tit. Peccati. Pœnarum.

f Vide Elect. Pl. Tit. Lusus: Ludicr.
g Quâ re. Vide Lex. Qui.
h Quia me ex latomiis protrahis in lucem: quod parentes faciunt suis liberis.

PHI. At

PHI. *At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi*
Pater hic est, hic servos qui te huic hinc quadrimum [a] *surpuit,*
Vendiditq; Patri meo te sex minis. is te mihi
Parvolum [b] *peculiarem parvolo Puero dedit.*
Illic indicium fecit. nam hunc ex Alide huc reduximus.
TYN. *Quid hujus filium?* PHI. *Intus eccom fratrem germanum tuum.*
TYN. *Quid tu ais? adduxtin' illum hujus Captivom filium?*
PHI. *Quin inquam, intus hic est.* TYN. *Fecisti edepol & rectè, & benè.*
PHI. *Nunc tibi Pater hic est: hic fur est tuus, qui parvom hinc te abstulit.*
TYN. *At ego hunc grandis grandem natu ob furtum ad carnuficem dabo.*
PHI. *Meritu'st.* TYN. *ergò edepol* huic *meritam mercedem dabo.*
Sed dic, oro, Pater meus tune es? HEG. *Ego sum, Gnate mi.*
TYN. *Nunc ego demùm in memoriam redeo, quom mecum cogito;*
Nunc edepol demùm in memoriam regredior, [c] *audisse me*
Quasi per nebulam, Hegionem meum Patrem vocarier.
HEG. *Ego sum.* PHI. *Conpedibus quaeso, ut tibi sit levior filius,*
Atq; hic gravior servos. HEG. *Certum'st. principium id praevortier.*
Eamus intrò, ut arcessatur faber: ut istas conpedis
Tibi adimam, huic dem. ST. *Quoi* [d] *peculI nihil est, rectè feceris.*

C A T E R V A.

SPECTATORES, *ad pudicos mores facta haec Fabula'st.*
Neq; in hac [f] *subigitationes sunt, neq; ulla amatio,*
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio:
Neq; ubi amans adulescens scortum liberet clam suum Patrem.
Hujusmodi paucas Poetae repperiunt Comœdias,
Ubi boni meliores fiant. nunc vos, si vobis placet,
Et si placuimus, neq; odio fuimus, [g] *signum hoc mittite.*
Qui pudicitiae esse voltis, praemium PLAUSUM *date.*

a Surripuit.

b Vide Elect. Pl. Tit. *Educatione.*

c Vide Callígr. Tit. *Audiendi.*

d Mihi, qui peculium nullum habeo, si quid dederis, rectè feceris.

e Aul. 3. 5. v. 25.

f Vocabulum σαπρὸν Vide Lex.

g Videtur hoc signum fuisse gestu expressum: quod Spectatores suo exemplo Grex imitari postulat.

PLAVTI CAPTEIVEI.

EXPLICIT.

INCIPIT. CURCULIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri
CVRCVLIO.

Auſonius Epiſt. XXII.

Tota illa familia hominis litterati non ad Tullij FRUMENTARIAM: *ſed ad* CURCULIONEM *Plauti pertinebit.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

PALINURUS, Servus. *à custodiâ.*
PHÆDROMUS, Adolescens. ἀπὸ τῦ δρόμυ. quasi φαίδρομος. Alij, φαιδρῶμος.
LENA, Anus.
PLANESIUM, Virgo. ἀπὸ τῆς πλάνης.
CAPPADOX, Leno.
COQUUS.
CURCULIO, Parasitus. vel; *à gutture*, vel; *à vermiculis, qui in frumentis nascuntur.* Wiebelen.
LYCO, Trapezita.
CHORAGUS.
THERAPONTIGONUS, Miles.

ARGVMENTVM.

INGENUAM *Cappadox Leno ſurreptam emerat, habebatq; domi virginem Planeſium. hanc Phædromus adoleſcens deperibat, & cùm ei pecunia deeſſet, quam pro muliere Lenoni traderet, Curculionem Paraſitum mittit in Cariam, ab amico argentum mutuum ut ſumeret. ibi fortè Therapontigonum Militem offendit ſervus. ei refert Miles in Epidauro ab eodem Lenone puellam emiſſe triginta minis, quæ ejus tamen ſoror erat, nec noverat: pactumq; cum Lenone eſſe, ubi miſiſſet litteras Lyconi trapezitæ ſuo obſignatas anulo, ab illo pro muliere pecuniam reciperet, ac puellam traderet. Ad cænam accerſit Curculionem Miles. Ille non invitus annuit: talos, poſtquam cænati ſunt, ſumunt in manus, deponit annulum: ille opponit pallium: propinat Curculio poculum Militi, quo epoto, edormiſcit Miles. Hic ille è manu furtim annulum ſurripit, aufugit citus, Epidaurum revertitur, herum Phædromum convenit: narrat quo pacto Militem luſerit in aleâ, confingunt atq; obſignant litteras; convenit Trapezitam Curculio, atq; Lenonem ſimul, fingit ſe Sumanum vocari. Trapezita, ubi videt obſignatas tabellulas, argentum Lenoni dat, illeq; mulierem Curculioni, quam Phædromus nanciſcitur. Miles experrectus, ubi videt ſe deluſum, Epidaurum venit: cognovit dolos, mulieremq; amiſiſſe & & aurum: fiunt contentiones inter trapezitam, Lenonem & Militem, req; cognitâ rurſus cum Phædromo ac Paraſito rixæ fiunt. Tandem Planeſium paternum, quam ſurripuerat Curculio, agnoſcit anulum; Miles, ex quo ejus agnoſcitur frater, virgoq; quo pacto ſit ſurrepta parvula, Lenonem cogunt receptam pro muliere reddere pecuniam, Phædromoq; poſcenti, uxor Puella traditur.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

CVRCVLIO.

ARGVMENTVM.

CURCULIO [a] missus Phædromi It Cariam,
U t petat [b] argentum. ibi *ille* [c] eludit annulo
R ivalem. scribit, [d] atq; obsignat literas.
C ognoscit [e] signum Lyco, ubi vidit, Militis:
U t amicam mittat, precium Lenoni dedit.
L yconem Miles, ac Lenonem in jus rapit.
I psus [f] sororem, quam peribat, repperit:
O ratu quojus [g] Phædromo nuptum locat.

ACTVS PRIMI SCENA I.

PALINURUS, Servus.
PHÆDROMUS, Adolescens.

Quò ted [h] *hac noctis dicam proficisci foras?*
Cum istoc [i] *ornatu, cumq; hac pompâ, Phædrome.*
PH. *Quò Venus* [k] *Cupido imperat, suadetq; Amor.*
Si [l] *media nox est, sive est prima vespera:*
Si status [m] *condictus cum* [n] *hoste intercedit dies,*
Tamen est eundum, quò imperat, [o] *ingratiis.*
PA. *At tandem,* [p] *tandem.* PH. *Tandem es odiosus mihi.*
PA. *Istuc quidem nec bellum'st, nec memorabile.*
Tute tibi puer es : [q] *lautus luces* [r] *cereum.*
PH. *Egon'* [s] *apicularum operá congestum non feram?*

[a] Legatus, seu nũcius : uti adnotat MS. Pal. tertius.
[b] A quodam Phædromi sodali & amico; vel aliunde.
[c] Militis digito furtim annulum detrahit : per ludũ eripit : ut habet glossa MS. Pal. tertij.
[d] Ad Lyconem, & obsignat annulo militis.
[e] Militis clypeati imaginem, ut Leno dimittat.
[f] Miles rep. sororem suam esse.
[g] Suo æmulo in uxorem locat.
[h] Nocte tam serâ.
[i] Cũ cereo funali in manu, & reliquo ornamẽto amatorio. Vide El. Pl. Tit. *Amatorum*.
[k] Dandi casu. pro, *Cupidini*.
[l] Sive. Vide Lex. & El. Pl. *Sponsionum*, *Stipulationum*.
[m] Vide Elect. Pl. *Judiciorum*.
[n] Peregrino. Vide Lex.
[o] Vide Lex.
[p] *Sc.* intelligo te amare.
[q] Non decet, ut puer ipse sit Phædromus, & homo tam lautæ rei servi muniis in lucẽdo cereo fungatur. Vide Elect. Pl. tit. *Nuptiarum*. & Cas. 1.1.ℽ.10.
[r] Præfers tibi lucentem cereum.
[s] Vide Elect. Pl. tit. *Apum*.

Digitized by Google

Ex dulci oriundum [a] *melliculo dulci meo.*
PA. *Nam* [b] *quo te dicam ego ire?* PH. *Si tu me roges,*
Dicam, ut scias. PA. *Si rogitem; quid respondeas?*
PH. *Hoc Æsculapi fanum 'st.* PA. *Plus jam anno scio.*
PH. *Huic proxumum illud ostium* [c] *occlusissumum.*
Salve! valuistin' usq;? ostium occlusissumum.
PA. [d] *Caruitne febris te heri? vel nudiustertius?*
Et heri cenavistine? PH. *Deridesne me?*
PA. *Quid tu ergo, insane, rogitas? valeatne ostium.*
PH. *Bellissumum hercle vidi, &* [e] *taciturnissumum:*
Numquam ullum verbum muttit; quom aperitur, tacet:
Quom illa noctu clanculum ad me exit, tacet.
PA. *Numquid tu, quod te, aut generi indignum sit tuo,*
Facis [f] *aut inceptas facinus facere? Phaedrome*
Num tu pudicæ quoipiam insidias locas?
Aut [i] *quam pudicam esse oportet?* PH. *Nemini.*
Nec me ille [g] *sinat Juppiter!* PA. [h] *Ego item volo.*
Ita [i] *tuum conferto amare semper, si sapis,*
Ne id, quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
Semper curato, ne sis [k] *intestabilis.*
Quod amas, amato [l] *testibus præsentibus.*
PH. *Quid istuc est verbi?* PA. *Cautè ut incedas viâ.*
PH. *Quin Leno hic habitat.* PA. *Nemo hinc* [m] *prohibet, nec* [n] *votat,*
Quin quod palam 'st venale, si argentum 'st, emas.
Nemo ire quemquam [o] *publica prohibet viâ,*
Dum ne per fundum [p] *septum facias semitam,*
Dum te te [q] *abstineas nuptâ, viduâ, virgine,*
Juventute, & pueris liberis, ama quid lubet.
PH. *Lenonis hæ sunt ædes.* PA. *Male istis eveniat!*
PH. *Qui?* PA. *Quia scelestam servitutem* [r] *serviunt.*
PH. [f] *Obloquere.* PA. *Fiat maxumè!* PH. *Etiam tu taces?*
Nempe obloqui me jusseras. PH. *At nunc voto.*
Id, uti occepi dicere; ei ancillula 'st.
PA. *Nempe huic Lenoni? qui hic habitat.* PH. *rectè* [t] *tenes.*
PA. *Minus* [u] *formidabo, ne* [x] *exedat.* PH. *Odiosus es.*
Eam volt meretricem facere; ea me deperit.
Ego autem cum illâ facere nolo [y] *mutuum.*
PA. *Quid ita?* PH. *Quia proprium facio; amo pariter simul.*
PA. *Malus clandestinus est Amor, damnum 'st merum.*

a Plancsio, amoribus meis.
b *Quonam*: per tmesin.
c Videtur fictum more Plautino [illegible] occlusum. Vide Men. [illegible]
d [illegible] videtis [illegible] quod [illegible] Vide El. [illegible]
e Quia Amatores [illegible] Veneres, ut januæ sine stridore pateant.
f Etiamsi non sit.
g Sinat vel, siverit.
h Idem ego voveo.
i Tuas amationes.
k Locus ex ambiguo. Vide Elect. Pl. Tit. *Scortatio* . *Adulterium*.
l Ambiguitas quoq; hic latet.
m Factis.
n Verbis.
o in lupanari.
p Ambiguitas. Intelligit autē mulieres nuptas, matronas, virgines, viduas, pueros ingenuos.
q Hoc septum leges posuerunt.
r Vide Lex. *Antistimus*.
ſ Ambig. est Indicativo & Imperativo modo.
t Vocab. ambig. *Tenere*. Vide Lex.
u Si rectè teneo ancillam, minus metuam, ne eam leno exedat.
x Ambig. ex ℣. 43. à *sum.* & *ede*.
y Non ideo amo Pl. quòd ipsa me amet. sed quia meum amorem ultrò eò contulit.

PHI. *Est*

PH. *Est hercle ita, ut tu dicis.* PA. *Iamne ea fert jugum?*
PH. *Tam* [a] *à me pudica'st, quasi soror mea sit, nisi*
Si est osculando quippiam inpudicior.
PA. *Semper tu scito; Flamma* [b] *fumo proxuma'st.*
Fumo comburi nihil potest; flammâ potest.
QUI *è nuce nucleum* [c] *esse volt, frangit nucem.*
Qui volt cubare, pandit [d] *saltum saviis.*
PH. *At illa'st pudica, neq; dum cubitat cum viris.*
PA. *Credam, pudor si quoipiam Lenoni siet.*
PH. *Immo ut illam censes: ut quaq; illi occasio'st,*
Subripere se ad me; ubi savium oppegit, fugit.
Id eò fit, quia hic Leno ægrotus [e] *incubat*
In Æsculapi fano. is me excruciat. PA. *Quid est?*
PH. *Aliàs me poscit pro illâ triginta minas,*
Aliàs Talentum magnum; neq; quicquam queo
Æqui boniq; [f] *ab eo inpetrare.* PA. *Injurium'st.*
PH. *Quid?* PA. *Quod Lenoni nulli'st, id* [f] *ab eo petis?*
PH. *Nunc hinc Parasitum in Cariam misi meum,*
Petitum argentum à meo sodali mutuum:
Quod si non adfert, quò me vortam nescio.
PA. *Si Deos salutas* [g], *dextrovorsum censeo.*
PH. *Nunc ara Veneris hæc est ante* [h] *horunc foris,*
Me inferre Veneri vovi jam [i] *jentaculum.*
PA. *Quid antepones Veneri* [k] *à jentaculo?*
PH. *Me, te,* [l] *atq; hosce omnis.* PA. *Tum tu Venerem* [m] *vomere vis?*
PH. *Cedò,* [n] *Puere, sinum.* PA. *Quid facturus?* PH. *Jam scies.*
Anus hic cubitare solet custos, janitrix:
Nomen ei est Leæ [o] MULTIBIBA, *atq;* MEROBIBA.
PA. *Quasi tu* [p] *lagenam dicas, ubi vinum solet*
Chium esse. PH. *Quid opu'st verbis? vinosissuma'st.*
Eaq; extemplò, ubi vino has conspersi foris,
De odore adesse me scit; aperit ilicò.
PA. *Ein' hic cum vino sinus fertur?* PH. *Nisi* [q] *nevis.*
PA. *Nolo hercle. nam istunc qui fert,* [r] *adflictum velim,*
Ego nobis adferri censui. PH. *Quin tu taces!*
Si quid super illi fuerit, id nobis sat est.
PA. *Quisnam istic* [s] *fluviu'st, quem non recipiat* [t] *Mar*
PH. *Sequere hac, Palinure, me ad fores, si mihi obsequens.*
PA. *Ita faciam.* PH. *Agite!* [u] *bibite, festivæ fores,*

a Meâ culpâ, vel causâ. Vor mir ist sie noch so from/ als wann sie mein Schwester were. Sororē enim violate nefas.
b Osculis concubitus esse pximus solet. Vide Elect. Pl. *Amorum*; & *Societatis*.
c Edere. Capt. 1. 4. ℣. 12.
d Suaviatur, basiat. Vide Calligr. *Res Venereæ*. Et Cas. 5. 2. ℣. 35.
e Vide Elect. Pl. tit. *Deorum*. & *Morborum*.
f Æquum & bonum.
g Vide Elect. Plaut. Tit. *Adorationis*.
h Lenonis, Lenæ, & Puellæ?
i Vovi me ante omnes sacra Veneri facturum, quæ sint ei pro jentaculo. Vide Elect. Pl. Tit. *Ientaculi*.
k Quid Veneri vovebis post jentaculum sumptum?
l Verba delirantis Amatoris.
m Si nos velis in jentaculum apponere, Venus nos revomet.
n ô puer. Vide Lex.
o Quia multum meri bibit.
p quia videtur esse instar lagenę nunquam vino carentis. Vide Callígr. *Bibendi: Ebrietatis*.
q Sc. fertur. Vide Lex. Ne.
r Ad terram datum. Vide Lex.
s Vinum. Vide El. Pl. *Fluviorum*.
t Anus. u Vide Elect. Plaut. *Amatorum*. *Convivorum*.

Potate, fite mihi [a] *volentes propitiæ.*
PA. [b] *Voltisne* [c] *olivas?* [d] *aut pulpamentum?* [e] *aut capparim?*
PH. *Exsuscitate vostram huc custodem mihi.*
PA. *Profundis vinum. quæ te res agitant?* PH. *fine.*
Viden? ut aperiuntur ædes festivissumæ!
Num muttit cardo? est lepidus. PA. *Quin das* [f] *savium!*
PH. *Tace. occultemus lumen, & vocem.* PA. *licet.*

a Vide Elect. Pl. Tit. *sacrificiorum.*
b Rider herum suum servus.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.*
d cibus ex pulpâ leporis. Vide Lex.
e Vide Lex.
f cardini. *sc.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

LENA, Anus.
PHÆDROMUS, Adolescens.
PALINURUS, Servus.

FLOS [g] *veteris vini meis naribus objectus est.*
Ejus amor cupidam me huc [h] *prolicit per tenebras.*
Ubi [i] *ubi est, propè me'st. Evax! habeo. Salve! Anime mi,*
Liberi lepos. || *ut veteris vetusti cupida sum!*
Nam omnium unguentûm || *odos præ tuo* [k] *Nautea'st.*
Tu mihi [l] *Stacte, tu Cinnamum,* || *tu Rosa,*
Tu [m] *Crocinum, &* [n] *Casia es, &* [o] *Bdellium.* || *nam ubi*
Tu profusus; ibi ego me pervolim sepultam.
|| *Sed quòm adhuc naso odor subsequutus es meo,*
Da vicissim meo gutturi gaudium.
Nihil ago tecum. || *ubi est ipsus? ipsum expeto*
Tangere. [q] *invergere in me liquores tuos*
|| *Sine* [r] *ductim. sed hàc abiit; hàc persequar.*
PH. || *Sitit hæc Anus.* PA. *quantillum sitit?* PH. *modica'st;*
Capit [s] *quadrantal.* || PA. *pol, ut tu prædicas,*
Vindemia [t] *hæc huic Anui non satis est soli.*
|| *Canem esse hanc quidem magis par fuit: sagax*
Nasum [u] *habet.* AN. *amabo, quoja vox sonat procul?*
PH. *Censeo hanc adpellandam Anum. Adibo. redi;*
Et respice ad me huc, Lena. AN. *imperator quis est?*
PH. ** [x] *Vini pollens, lepidus, Liber,*
Tibi qui screanti, siccæ, semisomnæ,
Adfert potionem, & sitim sedatum it.

g præstantissimũ vinum. Vide Lex. *Flos.*
h foras allicit, prolectat.
i Ubicumque est. Vide Lex.
k Vide Lex.
l Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Vini.*
m Croci odor.
n Zimmetrinde.
o Vide Lex.
p Flos Liberi.
q Infundere.
r ἀπνευστί. *Priscian.*
s Vas pedis quadrati, octo & quadraginta sextarios.
t hæc vini copia.
u Nasum. Vide Elect. Pl. Tit. *Canum.*
x Bacchus ipse vini copia instructus.

AN. Quàm

Google

AN. *Quàm longè à me abest!* PH. *lumen hoc vide.*
AN. *Grandiorem gradum ergò fac ad me, obsecro.*
PH. *Salve!* AN. *Egon' salva sim? quæ siti sicca sum.*
PH. *At jam bibes.* || AN. *diu* [a] *fit.* PH. *Hem, tibi! Anus lepida.*
AN. *Salve, oculissume homo.* || PA. *age; effunde hoc citò*
In [b] *Barathrum; properè* || *prolue* [c] *Cloacam.* PH. *tace,*
Nolo huic maledici. || PA. *Faciam igitur malè potius.*
|| AN. *Venus*, [d] *de paulo paululum hoc tibi* [e] *dabo,*
Haut lubenter. || *nam tibi Amantes propinantes,*
Vinum potantes dant omnes: || *mihi haut sæpè*
Eveniunt tales hæreditates. || PA. *hoc vide, ut*
Ingurgitat impura in se merum avariter,
Faucibus plenis. PH. *peri hercle! huic quid primùm dicam,*
Nescio. PA. *hem! istuc, quod mihi dixti.* PH. *Quid id est?*
PA. *Perisse, ut te dicas.* PH. *malè tibi DI faciant!*
PA. [f] *Dic isti.* || AN. *ah!* PA. *Quid est? ecquid lubet?* AN. *lubet.*
PA. *Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.*
PH. *Tace, noli.* PA. *taceo. ecce autem,* [g] *bibit Arcus: pluet*
Credo hercle hodie. PH. *jamne ego huic dico?* PA. *quid dices?*
PH. *Me perisse.* PA. *Age, dice.* PH. *Anus, audi.* || *hoc volo*
Scire te: perditus sum miser. AN. *at pol ego oppidò*
Servata, || *sed quid est? quid lubet perditum*
Dicere || *te esse?* PH. *quia id, quod amo,* [h] *careo.*
AN. *Phædrome mi, ne plora, amabo.* || *tu me*
Curato, ne sitiam: ego tibi, quod amas, jam huc adducam.
|| PH. *Tibi* [i] *næ ego, si fidem servas mecum,*
Vineam pro aurea statua statuam, || *quæ tuo*
Gutturi sit monumentum. *qui me in terrâ æquè*
Fortunatus erit? si illa ad me [k] *bitet,*
|| *Palinure.* PA. *Edepol,* QUI AMAT, *si eget, miserâ adficitur*
Ærumnâ. PH. *non ita res est.* *nam confido*
Parasitum hodie adventurum || *cum argento ad me.*
PA. *Magnum inceptas, si id exspectas, quod nusquam 'st.*
|| PH. *Quid si adeam ad fores, atque* [l] *occentem!* PA. *si lubet.*
Neque voto, neque jubeo; || *quando ego te video*
Immutatus moribus esse, ere, atque ingenio.
|| PH. *Pessuli, heus, pessuli! vos saluto lubens,*
Vos amo, vos volo, vos peto, atque obsecro,
Gerite Amanti mihi morem amœnissumi.
Fite causâ meâ [m] *Lydi barbari,*
Sussilite, obsecro; & mittite istanc foràs.

[a] fit longum, cùm me dicis bibiturã.
[b] In ventrem istius anus.
[c] ventrem instar cloacæ fœtidum.
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Concert.* & *Libationum.*
[e] In honorem Veneris hoc leviter defundam in viã, mensam, vel focũ.
[f] Ut ei Di male faciant.
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Meteor. Iram.*
[h] Nota sunt.
[i] Vide Elect. Pl. Tit. *Dedicationis.*
[k] Eat. Vide Lex.
[l] ad fores. Vide Lex.
[m] Ludii. Vide Lex.

Quæ mihi misero Amanti ebibit sanguinem.
Hoc vide; ut [a] *dormiunt pessuli pessumi!*
Nec meâ gratiâ conmovent se ocius,
Respicio, nihili meam vos gratiam facere.
Sed taceo; tace! Pa. *taceo hercle. quid est?* Ph. *sentio sonitum.*
Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

a vt quiescunt. Vt noumt reclt it. Vide Stich, ... ✗ ..9.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

Anus, Palinurus.
Planæsium, Virgo. Phædormus.

Placide *egredere; & sonitum prohibe* [b] *forum, & crepitum cardinum:*
Ne, quod hic agimus, [c] *erus percipiat fieri, mea Planesium,*
Mane: suffundam [d] *aquulam.* Pa. *vidin? vt Anus tremula* [e] *medicinam facit!*
Eapse merum condidicit bibere; foribus dat aquam, quam bibant.
Pl. *Vbi tu es? qui me* [f] *convadatus Venereis vadimoniis.*
* Vbi tu es? qui me [g] libello Venereo citavisti. ecce me!
Sisto ego tibi me; & mihi contra itidem, te ut sistas, suadeo.
Ph. *Adsum. nam si absim haut* [h] *recusem, quin mihi malè sit, Mel meum.*
Pl. *Anime mi, procul* quidem *Amantem abesse, haut consentaneum 'st.*
Ph. *Palinure, Palinure!* Pa. *eloquere; quid est, quod Palinurum voces?*
Ph. *Est lepida?* Pa. *nimis lepida.* Ph. *Sum Deus.* Pa. [i] *immò homo haut magni pretI.*
Ph. *Quid vidisti? aut quid videbis magis* DIS *æquiparabile?*
Phi. *Male valere te:* [k] *quod mihi ægrè 'st.* Ph. *male mihi morigerus; tace.*
Pa. Ipsus se excruciat, *qui* homo, *quod amat, videt; nec potitur, dum licet.*
Ph. *Rectè obiurgat. sane haut quicquam 'st, magis quod cupiam tam diu.*
Pl. *Tene me; amplectere ergò.* Ph. *hoc etiam 'st, quamobrem cupiam* [l] *vievere,*
Quia te prohibet erus, clam ero potior. Pl. *prohibet? nec prohibere quit,*
Nec prohibebit, nisi Mors meum animum abs te ab alienaverit.
Pal. *Enimverò nequeo durare; quin ego erum accusem meum.*
Nam bonum est, pauxillum amare [m] *sane;* [n] *insane non bonum est.*
Verùm totum [o] *insanum amare; hoc est, quod meus erus facit.*
Ph. *Sibi* [p] *sua habeant regna Reges, sibi divitias Divites,*
Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia.
Dum mihi abstineant invidere, *sibi quisque habeant, quod suum 'st*

Pa. *Quid*

b forium.
c Leno Cappadox.
d foribus & cardine sonitum edit.
e medetur foribus. Vide Elect. Plaut. ... *amat.* ...
* vide Notas Criticas.
f Cui quasi datis vadibus promisi, memet in judicio stituram.
g Quia etiam edicto publice affixo latitantes citabantur.
h Capt. ... ✗. ...
i meo selbst ... Gott sein! Du bist ein schalck in der haut.
k Quod mihi ægre facit.
l Vide ... ✗ 11.
m Quemadmodum solent homines sani.
n Nimis insanum in modum, quantumvis pauxillè.
o insane.
p Credo allatum ad illam formulam: RES SVAS SIBI HABEAT! Vide Elect. Plaut. Tit. *Divortii.*

Digitized by Google

PA. *Quid tu? Venerin'* [a] *pervigilare te vovisti? Phædrome.*
Nam [b] *hoc quidem edepol haut multò post luce lucebit.* PH. *tace.*
PA. *Quid taceam? quin tu is dormitum!* PH. [c] *dormio; ne occlamites.*
PA. *Tu quidem vigilas.* PH. *at meo more dormio;* [d] *hic somnu'st mihi.*
PA. *Heus tu! Mulier:* MALE *mereri de immerente,* [e] *inscitia'st.*
PL. *Irascere si te edentem hic à cibo abigat.* PA. [f] *ilicet!*
Pariter hos perire amando video. uterque insaniunt:
Viden'? ut miserè [g] *moliuntur! nequeunt conplecti satis.*
Etiam [h] *dispertimini?* PL. NULLI *est homini perpetuum bonum.*
Iam huic voluptati hoc adjunctum'st odium, PA. *quid ais?* [i] *propudium.*
Tun' etiam cum [k] *noctuinis oculis,* [l] *odium me vocas?*
Ebriola [m] *persolla nugæ!* PH. *Tun' meam Venerem vituperas?*
Quod [n] *quidem mihi* [o] *polluctus virgis servos sermonem serat.*
PH. *At næ tu hercle cum cruciatu magno dixisti id tuo.*
Hem! [p] *tibi maledictis pro istis dictis moderari ut queas.*
PA. *Tuam fidem! Venus* [q] *noctu-vigila.* PH. *Pergin' etiam? verbero.*
PL. *Noli, amabo, verberare lapidem; ne perdas manum.*
PA. *Flagitium* [r] *probrumque magnum, Phædrome, expergefacis:*
Benè [f] *monstrantem pugnis cadis; hanc amas. nugas meras!*
Hocine fieri! ut inmodestis hic te modereris moribus!
PH. [t] *Auro contra cedò modestum Amatorem; à me aurum accipe.*
PA. *Cedò mihi* [u] *contra aurichalco; quoi ego sano serviam.*
PL. *Bene vale; Ocule mi. nam sonitum, & crepitum claustrorum audio;*
Æditumum aperire fanum. quò usque, quæso, adhunc modum
Inter nos amore utimur semper [x] *surreptitio?*
PH. *Minimè* [y]. *nam Parasitum misi nudiusquartus Cariam,*
Petere argentum: is hodie hic aderit. PL. *nimium consultas diu.*
PH. *Ita me Venus amet! ut ego te hoc triduum numquam sinam*
In domo esse istæc; quin ego te [z] *liberalem liberem.*
PL. *Facito, ut memineris:* [aa] *tene etiam; priusquam hinc abeo, savium.*
PH. *Siquidem hercle mihi regnum detur, numquam id potius persequar.*
Quando ego te videbo? PL. *Hem! istoc verbo* [bb] *vindictam para.*
Si amas; eme. ne rogites. facito, ut precio [cc] *pervincas tuo.*
Benè vale PH. *Iamne ego relinquor? pulcrè, Palinure, óccidi!*
PA. *Ego* [dd] *quidem, qui & vapulando, &* [ee] *somno pereo.* PH. *Sequere me.*

X ACTVS

a Te totam noctem pervigilaturum, in gratiam Veneris. Vide Elect. Plaut. Tit. *Deorum.*
b cælum, ἡ ἀκτινῶς.
c Tibi, non meæ Planesio.
d *h. e.* at sic soleo dormire.
e Stultitia.
f actum est.
g ut laboriosè agunt, quod agunt. Vide Elect. Plaut. Tit. *Amorum.*
h Etiam tandem alter ab altero discederis?
i Femina pudoris expers. Vide Lex.
k Deformibus, noctu potius quam die visendis.
l Hominem odiosum.
m Ebriosa persona, sed [illegible] Du versus fenes [illegible] Vide Lex.
n Quoad. Vide Lex.
o Accumulatus verberibus. Vide Lex. Rud. 2. 4. ℣. 11
p ℣ Hem! verberatus est. Vide Lex.
q Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.* Similis locus apud Ovid. Ep. XIX. ℣. 90.
r Rem turpem & flagris dignam apud alios excitas. Merc. Prolog. ℣. 59.

f Benè præcipientem. t Date mihi pari & æquo auri pondere repensum. ego enim tantundem auri dederim. u Si sano servirem domino, orichalco contra non esset. Vide Lex. x Furtivo, clandestino. y sc. semper utemur. z quæ libertate digna es. aa Accipe osculum. bb Age, istoc verbo h. e. cum dicto jam statim vindictam para i. e. libera me. cc quemvis alium emtorem precio, ut pervincas facito, ne opus sit rogitare, quando me visurus es. dd sc. occidi ee Quo vigeor.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

CAPPADOX, Leno.
PALINURUS, Servus.

MIGRARE [a] *certum'st jam nunc è Fano foras,*
Quando Æsculapi ita sentio sententiam:
Ut qui me nihili faciat, nec salvom velit.
Valetudo decrescit, adcrescit [b] *labor.*
Nam jam [c] *quasi zonâ liene cinctus ambulo.*
Geminos [d] *in ventre habere videor filios.*
Nihil metuo, nisi ne [e] *medius disrumpar miser.*
PA. *Si rectè facias, Phædrome, auscultes mihi,*
Atque istam exturbes ex animo ægritudinem.
Paves, Parasitus quia non redit Cariâ.
Adferre [f] *Argentum credo. nam si non ferat,*
Tormento [g] *non retineri potuit ferreo,*
Quin reciperet se huc esum ad [h] *præsepe suum.*
CA. *Quis hic est? qui loquitur.* PA. *Quojam vocem ego audio?*
CA. *Estne hic Palinurus Phædromi?* PA. *Quis hic est homo?*
Cum [i] *conlativo ventre, atque oculis* [k] *herbeis.*
De formâ novi, de [l] *colore non queo*
Novisse. jamjam novi. Leno est Cappadox;
Congrediar. CA. *Salve, Palinure.* PA. *ó scelerum caput!*
Salveto! quid agis? CA. [m] *vivo.* PA. *nempe ut dignus es.*
Sed quid tibi 'st? CA. *lien necat, renes dolent,*
Pulmones distrahuntur, cruciatur jecur.
Radices [n] *cordis pereunt:* [o] *hiræ omnes dolent.*
PA. [p] *Tum te igitur morbus agitat* [q] *epatarius.*
CA. *Facile 'st, miserum inridere.* PA. *quin tu aliquot dies*
Perdura, dum intestina exputescunt tibi.
Nunc dum [r] *salsura sat bona 'st, si id feceris,*
Venire poteris intestinis vilius.
CA. *Lien* [s] *dierectu'st.* PA. *ambula; id lieni optumum 'st.*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.* & *Morborum.* Migrabo ex fano Æsc. quia video me ab eo contemni.
b dolor. πόνος.
c Lien mihi intumuit.
d Quia utrinque à dextra & a lævâ cingit me lien, & venter mihi distenditur.
e per ventrem.
f Allaturum.
g catenâ ferreâ: quali solent magnæ moles è catapultis torqueri.
h ad meretricem, quæ φάτνη.
i Magno & turgido: quod in eum omnia edulia côferantur. *Festus.*
k viridibus, luridis.
l quia colore lurido.
m Q. d. vivo tantû, non item valeo.
n Cor non habet quo contineatur, aut cui adhæreat.
o Vide Lex. *Hira*, intestinum.
p *Tum igitur:* pro, *Igitur.*
q *i. e.* morbus epatis vexat.

r *Sensus hic erit*: Tu aliquot dies adhuc dura, ut dum intestina puteant tibi. Nunc enim nondum salsura adhiberi potest. Id tu nisi feceris, nisi duraveris, futurum est, ut vilius vendaris, quam intestina tua è corpore avulsa. *H. e.* moreris. s Ita est distentus, ut videatur in crucem actus.

C A. *Aufer istæc quæso; atque hoc responde, quod rogo,*
Potin' [a] *conjecturam facere? si narrem tibi,*
Hac nocte, quod ego somniavi dormiens.
P A. *Vah! solus hic* [b] *homo 'st, qui sciat divinitùs.*
Quin conjectores à me consilium petunt.
Quod eis respondi, eâ omnes stant sententiâ.

a Somnium meũ interpretari.
b Seipsum [...] notat.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

COQUUS. CAPPADOX. PALINURUS. PHÆDROMUS.

PALINURE, *quid stas? quin depromuntur mihi!*
Quæ [c] *opus sunt: Parasito ut sit paratum prandium,*
Quòm veniat. P A. *manesis, dum huic conicio somnium.*
C O. *Tute ipse, si quid somniasti,* [d] *ad me refers.*
P A. *Fateor.* C O. *abi; deprome.* P A. *age, tu interea huic somnium*
Narra. meliorem, quam ego sum, [e] *suppono tibi.*
Nam quod scio, omne ex hoc scio. C A. *operam ut det.* [f] P A. *dabit.*
C A. *Facit hic, quod pauci; ut magistro* suo *obsequens.*
Da mihi igitur operam. C O. *tametsi non novi, dabo.*
C A. *Hac nocte in somnis visus sum* [g] *viderier*
Procul sedere longè à me Aesculapium,
Neque eum ad me adire, neque me magni pendere
Visu 'st. C O. *item alios Deos facturos* [h] *scilicet.*
Sanè illi inter se congruunt concorditer.
Nihil est mirandum, melius si nihil sit tibi.
Namque incubare satius te fuerat [i] *Iovi,*
Qui tibi auxilium in [k] *jurejurando fuit.*
C A. *Siquidem incubare velint, qui perjuraverint,*
Locus [l] *non præberi potis est in Capitolio.*
C O. *Hoc animum advorte.* [m] *pacem ab Aesculapio*
Petas, ne fortè tibi eveniat magnum malum;
Quod in quiete tibi [n] *portentum 'st.* C A. *benè facis.*
Ibo, atque orabo. C O. *Quæ res malè vortat tibi!*
P A. *Pro DI immortales! quem conspicio? quis illic est?*
Estne hic Parasitus? qui missu'st in Cariam?

c Nota sunt.
d ad me defers somnium tuum, ut tibi interpreter.
e Vicarium do.
f sc. videat.
g Per quietem tale mihi visum oblatum est.
h Scilicet. Vide Lex.
i In Iovis templo.
k Qui tibi in perjuriis propitius fuit, neque te fulmine percussit.
l Capitolium non est capax perjurorum: si toti Capitolio incubare velint, tãta eorum est multitudo.
m Æsc. propitium tibi reddas. veniã ab Æsc. petas.
n Est participium à *portendor*.

Heus! exi Phadrome; exi! exi! exi, inquam, ocius!
PH. *Qui* [a] *istic clamorem tollis?* Co. *Parasitum tuum*
Vide occurentem. [b] *ellum usq; in plateâ ultimâ!*
Hinc auscultemus, quid agat. PH. *Sanè censeo.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

Curculio. Phædromus. Palinurus, Servus.

DATE *viam mihi noti, atque ignoti; dum ego hic officium meum*
Facio: fugite omnes: abite, & de viâ secedite.
Ne quem [c] *incursu, capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu.*
Ita nunc subitò, properè, & celerè objectum 'st mihi negotium.
Nec quisquam 'st tam opulens, qui mihi [d] *obsistat in viâ,*
Nec [e] *Strategus, nec Tyrannus quisquam, nec* [f] *Agoranomus,*
Nec [g] *Demarchus, nec* [h] *Comarchus, nec cum tantâ gloriâ,*
Quin cadat; quin capite sistat in viâ [i] *de semitâ.*
Tum istic [k] *Græci palliati,* [l] *capite operto qui ambulant,*
Qui incedunt [m] *suffarcinati cum libris, cum* [n] *sportulis,*
Constant [o], *conferunt sermones inter se se* [p] *Drapetæ:*
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis:
Quos semper videas [q] *bibentes esse in* [r] *Thermopolio;*
Ubi quid subripuere, [s] *operto capitulo calidum* [t] *bibunt.*
Tristes, [u] *atque* [x] *ebrioli incedunt. eos ego si offendero,*
Ex unoquoque eorum exciam [y] *crepitum* [z] *polentarium.*
Tum istos, qui ludunt [aa] *datatim servi scurrarum in viâ,*
Et datores, & factores omnes subdam sub [bb] *solum.*
Proin se domi contineant, vitent infortunia.
PH. *Rectè hic* [cc] *monstrat. si* [dd] *imperare possit. nam ita nunc mos viget.*
Ita nunc [ee] *servitium 'st: profectò modus haberi non potest.*
Cu. *Ecquis est, qui mihi commonstret Phædromum* [ff] *Genium meum.*
Ita res subita 'st, celeriter mihi hoc homine convento 'st opus.
PA. *Te ille quærit.* PH. *quid si adeamus? heus! Curculio; te volo.*

a Quam ob causam ibi tantum clamorem tollis? *b* en illum. Vide Lex. *c* Vide Lex. *d* obstet. *e* Imperator. *f* Ædilis rerum venalium. Marcktmeister. *g* Tribunus plebis. *h* Magister vici. Dorffmeister. *i* H. e. ego omnes deturbabo ex eo loco, quem mihi elegi ad cursuram aptum, in viam, ubi minus commodum est ire. Vide Lex. *Semita*. Merc. 1. 2. v. 6. *k* Vide Elect. Fl. Tit. *Nationum, Topiciorum, Græcorum*. Item *Habitûs, Cultus*. *l* Vide ibid. *m* Afarcio est *farcino*. Vide Lex. *n* Vide Lex. *Sportula*. *o* Simul stant. *p* Fugitivi Græci. *q* Est hellenismus. *r* Vide Elect. Fl. Tit. *Caupona, Convivium, Triclinis, Luxus*. & Lex. *Thermopolium*. *s* Hoc dicitur in contemptum Græc. qui levitate & furacitate infames erant. *t* Vide Lex. *u* Demisso capite. *x* Aliquantum ebrii. *y* peditum, seu strepitum obscenum. *Ventris*. *z* Ex polentâ comestâ natum. Vide Elect. Fl. Tit. *Ciborum*. *aa* pilâ. Vide Elect. Fl. Tit. *Gymnastices. Ludorum*. *bb* Soleam calceamentorum. *cc* docet, monet. *dd* Satis ostendit verbis, qualis factis, & quam impotens demum futurus sit: siquidem Imperator evadat scilicet. *ee* Tales nunc servi sunt. Vide Lex. *Nomina abstracta*. *ff* qui me alit. Vide Lex.

Digitized by Google

Cu. Quis vocat? quis nominat me? PH. *Qui te conventum cupit.*
Cu. *Haut magis cupis, quàm ego te cupio.* PH. *O mea* [a] *Opportunitas!*
Curculio exoptate, salve! Cu. *Salve!* PH. *Salvom gaudeo*
Te advenire. cedò tuam mihi dextram: ubi sunt spes [b] *meæ?*
Eloquere obsecro hercle. Cu. *Eloquere; sed obsecro, ubi sunt meæ?*
PH. *Quid tibi 'st?* Cu. *Tenebræ oboriuntur, genua inediâ succidunt.*
PH. *Lassitudine hercle credo.* Cu. *Retine, retine me, obsecro.*
PH. *Viden' ut expalluit? datin' isti sellam, ubi assidat, citò,*
Et [c] *aqualem cum aquâ? properatin ocius?* Cu. *Animo malè 'st.*
PH. *Vin' aquam?* Cu. *Si* [d] *frustulenta 'st; da obsecro hercle, obsorbeam.*
PH. *Væ capiti tuo!* Cu. *Obsecro hercle facite* [e] *ventum, ut gaudeam.*
PH. *Maximè.* Cu. *Quid facitis? quæso.* PA. *Ventum.* Cu. *Nolo equidem mihi*
Fieri ventulum. PH. *Quid igitur vis?* Cu. [f] *Esse, ut ventum gaudeam.*
PH. *Juppiter te, Dîque, perdant!* Cu. *Perii!* [g] *prospicio parum,*
Os [h] *amarum habeo, dentis* [i] *plenos: lippiunt* [k] *fauces fame,*
Ita cibi [l] *vacivitate venio laxis* [m] *lactibus.*
PH. *Jam edes aliquid.* Cu. *Nolo hercle* [n] *aliquid; certum, quàm aliquid, mavolo.*
PH. *Immò, si scias, reliquiæ quæ sint.* Cu. *Scire nimis lubet,*
Ubi sient. nam illis conventis sanè opu 'st meis dentibus.
PH. [o] *Pernam,* [p] *abdomen,* [q] *sumen, sus* [r] *glandium.* Cu. *Ain' tu omnia hæc?*
In carnario fortasse dicis. PH. *Immò in lancibus.*
Quæ tibi sunt parata, postquàm scimus venturum. Cu. *Vide,*
Ne me ludas. PH. *Ita me amabit, quam ego amo! ut ego haut mentior.*
Sed quò te misi, nihilo sum certior. Cu. *Nihil attuli.*
PH. *Perdidisti me.* Cu. *Invenire* [s] *possum, si mihi operam* [t] *datas.*
Postquam tuo jussu profectus sum, perveni in Cariam.
Video tuum sodalem; argenti rogo, uti faciat copiam.
Scires velle [u] *gratiam tuam; noluit frustrarier.*
Ut decet velle hominem amicum amico, atque opitularier:
Respondit mihi paucis verbis, atque adeò fideliter,
Quod tibi est, item sibi esse; magnam argenti inopiam.
PH. *Perdis me tuis dictis.* Cu. *Immò servo, & servatum volo.*
Postquam mihi responsum 'st, abeo ad illum mœstus ad forum:
Me illò frustrà advenisse. fortè adspicio Militem.
Adgredior hominem, saluto adveniens. Salve! inquit mihi;
Prehendit [x] *dextram; seducit; rogat; quid veniam Cariam?*
Dico me illò advenisse, animi causâ. ibi me interrogat;
Ecquem in Epidauro Lyconem Trapezitam noverim?

X 3 *Dico*

a Qui Deâ Opportunitate magis mihi opportunus es.
b Spes cibariæ.
c Ut quasi exanimato aquam offundat.
d Frustis carnium esserta.
e Ambig. vel Nomen, vel Particip.
f Edere, ut gaudeam me huc venisse.
g Quia tenebræ oboriuntur.
h Felle e vase effuso propter inediam.
i Stupidos, & usu lōgiore officij sui impotentiores. Sic enim usurpatur τὸ *plenus* apud *Statium*: libr. 2. Thebaid. ỷ. 68; Ita Lucilius, *plenū rusticum*, dixit: *h. e.* stolidū, & inconditum. Vide Lex. *Plenus*.
k Ob salivam, quæ inde lentè defluit.
l Vide Lex.
m Inanibus intestinis.
n Per *aliquid* videtur dicere incerti quid, hoc non placet Parasito, qui petit certi quid promitti, ut pernam, porcinam, &c. nam hæc tum in deliciis cum perdices, pulli, & similes cuppediæ vix notæ: vel raro in usu ciborum essent.
o Hæ sunt reliquiæ: *h. e.* bona pars petasonis. Ein kalten Schuncken.
p Pinguiorem partem in ventre marium quadrup.
q Pinguiorem partem in ventre femell. quadrup. cum ubere.
r Iugulum suis.
s Possim te Phædromum invenire, si non aliovorsum, quàm ad perditarum rerum, quibus recipiendis satagere solemus.
t Vide Lex. *Datare.*
u Amicitiam, & faventiam tuam plurimi facere facile posses cognoscere.
x Vide Elect. Pl. Tit. *Salutationum. Comitatis.*

Digitized by Google

Dico me novisse. quid Lenonem Cappadocem? adnuo
Visitasse [a]. *sed quid eum vis? quia de eo emi Virginem,*
Triginta minis: vestem, aurum: & pro [b] *his decem coaccedunt minae.*
Dedisti tu argentum? inquam. immò apud Trapezitam [c] *situm'st,*
Illum, quem dixi Lyconem: atq; ei mandavi; qui annulo meo
Tabulas obsignatas attulisset, ut daret operam,
Ut mulierem ille à Lenone cum auro, & veste abduceret.
Postquam hoc mihi narravit. abeo ab illo. revocat me ilicò.
Vocat me ad cenam. [d] *religio fuit; denegare nolui.*
Quid si adeamus, ac decumbamus? inquit. Consilium placet.
Neq; diem decet memorari, neq; nocti [e] *nocerier.*
Omnis res parata'st; & nos, quibus paratum'st, adsumus.
Postquam cenati, atq; adpoti, [f] *talos poscit sibi in manum.*
Provocat me in aleam, ut ego ludam. pono pallium.
Ille suum annulum [g] *opposivit, invocat Planesium.*
PH. *Meosne Amores?* CU. *Tace parumper. jacit Volturios quattuor.*
Talos adripio; invoco almam meam Nutricem [h] *Herculem:*
Jacto Basilicum; propino magnum poculum; ille ebibit.
Caput deponit; condormiscit. ego ei subduco [i] *annulum;*
Deduco [k] *pedes de lecto clam, ne Miles sentiat.*
Rogant me Servi; quò eam? dico me ire, quò saturi [l] *solent.*
Ostium ubi conspexi, exinde me ilicò [m] *protinam dedi.*
PH. *Laudo.* CU. *Laudato; quando illud, quod* [n] *cupis,* [o] *ecfecero.*
Eamus nunc intrò, ut tabulas [p] *consignemus.* PH. *Num moror?*
CU. *Atq; aliud prius* [q] *obstrundamus; pernam, sumen, glandium.*
Haec sunt ventri [r] *stabilimenta;* [s] *pane, & assa bubula,*
Poculum grande, [t] *aula magna. ut satis consilia suppetant,*
Tute tabellas consignato; hic mihi ministrabit, ego edam.
Dicam, quemadmodum conscribas. sequere me hac intrò. PH. *Sequor.*

a *Sc.* me.
b Auro, veste.
c *Sub.* inquit Miles. Vide Elect. Pl. Tit. *Nummulariorum.*
d Conscientiam feci, non ire ad caenam vocatus. Vide Lex. *Religio.*
e Neq; decet diem mihi moram adferre: quominus luce, & ante noctem caenem: neq; decet nocte nocere multâ jam nocte. & nimis sero caenado. Vide Elect. Pl. Tit. *Triciniy.* Sub vesperam enim caenabant.
f Vide Elect. Pl. tit. *Convivioru*m. & *Talorum. Alea.*
g Er hat seinen Ring auffgesetzt. Vide Electa iisdem Titulis.
h Vide Elect. Pl. Tit. *Talorũ* & *Deorum* item *Militia.*
i Ich führe ihm den Ring auff.
k Descendo dejecto.
l Ad secessum. wo die v. [illegible] Gerbrech und all dinge [illegible]
m Continuo. Vide Lex.
n [illegible] in [illegible] producitur.
o [illegible] cero, vel, ut alibi loquitur, ex[illegible]cero. Truc. [illegible]
p Annulis signatoriis. Vide Elect. [illegible] Lex. [illegible]
q [illegible] hält Leib und Seel zusammen.
r [illegible]
s τὸ *Pane. Nonius.*
t Olla magna.
u Dives. x Sic loquitur Capt. [illegible] Ich hab die Rechnung bey mir gemacht.

ACTUS TERTIUS.

LYCO. CURCULIO. LENO.

BEATUS [u] *videor;* [x] *subduxi ratiunculam,*
Quantum aeris mihi sit, quantumq; alieni siet.

Digitized by Google

Dives sum, si non reddo eis, quibus debeo:
Si reddo illis, quibus debeo, plus alieni 'st.
Verùm hercle verò quòm Velle recogito,
Si magis me instabunt, ad Prætorem [a] *sufferam.*
Habent hunc morem pleriq; Argentarij,
Vt alius alium poscant, reddant nemini,
Pugnis rem solvant, si quis poscat clarius.
Qui homo [b] *maturè quæsivit pecuniam,*
Nisi eam maturè parsit, maturè esurit.
Cupio aliquem emere puerum, qui [c] *usurarius*
Nunc mihi quæratur. usu 'st pecuniâ.
CU. *Nil tu me* [d] *saturum monueris; memini, & scio.*
Ego hoc ecfectum lepidè tibi tradam: tace.
Edepol næ ego hic me intus explevi probè.
Et equidem reliqui in ventre cellæ unum locum,
Vbi relliquiarum relliquias reconderem.
Quis hic est? qui [e] *operto capite Æsculapium*
Salutat. || *At at! quem quærebam. sequere me;*
Simulabo quasi non noverim. || *heus tu! te volo.*
LE. *Vnocule, salve!* CU. *Quæso derides ne me?*
|| LE. *De* [f] *Cœlitum prosapiâ te esse arbitror.*
Nam hi sunt [g] *unoculi* || CU. *Catapultâ* [h] *hoc ictum 'st mihi.*
Apud [i] *Sicyonem.* LE. *Nam quid* || *id refert meâ,*
An aulâ quassâ cum cinere effossus siet.
|| CU. *Superstitiosus hic quidem 'st; vera prædicat.*
Nam illæcce [k] *catapultæ* || *ad me crebrò commeant.*
Adulescens, ob Rempublicam [l] || *hoc intus mihi,*
Quod insigne habeo: quæso, ne me [m] *incomities.*
|| LE. *Licetne* [n] *inforare? si incomitiare non licet.*
CU. *Non inforabis* || *me quidem; nec mihi places*
Tuum profectò nec Forum, neq; Comitium.
|| *Sed hunc, quem quæro, commonstrare si potes,*
Inibis à me solidam, || *& grandem gratiam.*
Lyconem quæro trapezitam. LY. *Dic mihi,*
|| *Quid eum nunc quæris? aut* [o] *quojatis?* CU. *Eloquar.*
Ab Thera- || *-pontigono platagidoro Milite.*
LE. *Novi edepol nomen.* || *nam mihi istoc nomine*
Dum [p] *scribo, explevi totas ceras quattuor.*
|| *Sed quid Lyconem quæris?* CU. *Mandatu 'st mihi,*
Vt has tabellas ad eum ferrem. LE. *Quis tu homo 's?*
CU. *Libertus illius, quem omnes* [q] SUMMANUM *vocant.*

[a] *Sc.* trahi, rapi.

[b] Qui homo tardè *i. e.* vix & ægrè quæsiit pecuniam, nisi ei citò pepercerit, citò esurit. *Chars.*

[c] Catamitus: ad mei usum: ut habet glossa MS. Pal. quart.

[d] Si satur non essem, me monere deberes, nunc autem cũ satur sum, &c.

[e] Vide supra.

[f] Cyclopum, qui Riphæos montes incolebant. Vide Lex.

[g] Vide Lex. *Vnoculus.*

[h] Hic locus, ubi alter oculus fuit, effossus mihi est catapultâ.

[i] Sicyon, urbs Peloponnesi, nõn procul à Corintho.

[k] Ejusmodi tela.

[l] Propterea, quia insigne virtutis intus habeo pro Rep. acceptũ, noli calamitati meæ insultare.

[m] Ne mihi convicieris. *Festus.* Vide Lex.

[n] In jus vocare, trahere. Vide Lex.

[o] *Sc.* es.

[p] Dum ei per syngraphum, ob acceptam pecuniam caveo. Vide Elect. Pl. Tit. *Creditorum.* & Lex. *Scribere.*

[q] Manium Deum. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*

LE. *Sum-*

Digitized by Google

LE. *Summane, salve! qui Summanus? fac sciam.*
CU. *Quia vestimenta, ubi obdormivi, ebrius*
Summano [a]*: ob eam rem me omnes Summanum vocant.*
LY. *Alibi te melius 'st quærere hospitium tibi.*
Apud me profectò nihil est Summano loci.
Sed istum, quem quæris; ego sum. CU. *Quæso, tune is es*
Lyco trapezita? LY. *Ego sum.* CU. *Multam me tibi*
Salutem jussit Therapontigonus dicere,
Et has tabellas dare me jussit. LY. *Mihin'?* CU. *Ita.*
Cape [b] *signum, nosce. nostin'?* LY. *Quidni noverim?*
Clipeatus [c] *elephantum ubi machærâ* [d] *dissicit.*
CU. *Quod istic scriptum 'st, id te orare jusserat,*
Profectò ut faceres, suam si velles gratiam
LY. [e] *Concede; inspiciam, quid sit scriptum.* CU. *Maximè;*
Tuo arbitratu [f] *dum auferam abs te id, quod peto.*
LY. *Miles Lyconi in Epidauro hospiti suo,*
Therapontigonus, Platagidorus plurumam
Salutem dicit. CU. [g] *Meus hic est; hamum vorat.*
LY. *Tecum oro, & quæso, qui has tabellas adferet*
Tibi, ut ei detur, quam istic emi Virginem,
Quod te præsente istic egi, teq; interprete.
Et aurum, & vestem, jam scis ut convenerit.
Argentum des Lenoni, huic des Virginem.
LY. *Ubi ipsus? cur non venit?* CU. *Ego dicam tibi,*
Quia mėdius quartus venimus in Cariam
Ex India; ibi nunc statuam volt [h] *dare auream,*
Solidam faciundam ex auro Philippêo, quæ fiet
Septempedalis, factis monimentum suis.
LY. *Quamobrem istuc?* CU. *Dicam. quia enim Persas, Paphlagonas,*
Synopas, Arabas, Caras, Cretanos, Syros,
Rhodiam, atq; Lyciam, [i] *Perediam, atq; Perbibesiam,*
Centauromachiam, [k] *&* [l] *Classiam unomammiam,*
Lybiamq;, oram omnem [m] *Conterobromiam.*
Dimidiam partem nationum usq; omnium,
Subegit solus intra viginti dies.
LY. *Vah!* CU. *Quid mirare?* LY. *Quia* [n] *enim in caveâ si forent,*
Conclusi, itidem uti pulli gallinacei,
Ita non potuêre uno anno circumirier.
Credo hercle te esse [o] *ab illo. nam ita nugas blattis.*
CU. *Immò etiam porrò, si vis, dicam.* LY. *Nihil moror,*
Sequere hac. te ad absolvam; quâ advenisti gratiâ.

Atq;

a Furor, avidè rapio. Vide Lex. Sed responsio Lyconis satis innuit, aliud quid esse *Summano* quàm furti accuso. certe obscœnitas latet.

b Vide Elect. Pl. tit. *Tabularum.*

c Tale erat signum in annulo.

d Vide Lex. *Dissuc.*

e Secede.

f Dummodò.

g Tabellis, quas legit, capietur, ut hamo pisces. Hæc enim aversus à Lycone loquitur. Vide Mil. . 3. ℣. 55. Pseud. 1. :. ℣. 5.

h Dedicare.

i Notat cupiditatem edendi & bibendi. *Festus.*

k Thessaliam intelligit, cujus partem olim tenuerunt Centauri.

l Significat Amazonū exercitum.

m Indigetat Librā illam, quæ vini ferax est, quam ideo *Conterobromiam* vocat, quod Bromiū, *h. e.* uvas sive vinū conterat.

n ... Enim παρίλ- [illegible]

o [illegible] ut [illegible]

Atq; eccom video. Leno salve. LE. *Di te ament!*
LY. *Quid hoc, quod ad te venio?* LE. *Dicas, quid velis.*
LY. *Argentum accipias; cum illo mittas Virginem.*
LE. *Quid, quod juratus* [a] *sum?* LY. *Quid id refert tuâ?*
Dum argentum accipias. LE. *QVI monet, quasi adjuvat.*
Sequimini. CURC. *Leno, cave in te sit mora mibi.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.
CHORAGUS.

EDEPOL *nugatorem lepidum! lepidè hunc nactu'st Phedromus.*
Kalophantam, [b] *an Sycophantam hunc magis hoc esse dicam, nescio.*
Ornamenta quæ locavi, metuo ut possim recipere.
Quamquam cum istoc mihi negotij nihil est; ipsi Phedromo
Credidi; tamen adservabo. sed dum hic egreditur foras,
Conmonstrabo, [c] *quo in quemq; hominem facile inveniatis loco,*
Ne nimio opere sumat operam, si quem conventum velit,
Vel vitiosum, vel sine vitio, vel probum, vel improbum.
Qui perjurum convenire volt hominem, mitto in [d] *Comitium.*
Qui mendacem, & gloriosum apud [e] *Cloacinæ sacrum.*
Ditis [f] *damnosos maritos, sub* [g] *Basilicâ quærito,*
Ibidem erunt scorta [h] *exoleta,* [i] *quiq; stipulari solent.*
Symbolarum [k] *conlatores, apud Forum Piscarium.*
In Foro Infimo [l] *boni* [m] *homines, atq; dites ambulant.*
In medio propter [n] *Canalem, ibi ostentatores meri.*
Confidentes, garruliq;, & malivoli supra [o] *Lacum,*
Qui alteri [p] *de nihilo audacter dicunt contumeliam,*
Et qui ipsi sat habent, quod in se possit verè dicier.
Sub [q] *Veteribus ibi sunt, qui dant, quiq; accipiunt fenore.*
Pone Ædem Castoris, ibi sunt, subitò quibus credas malè.
In [r] *Tusco Vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese* [s] *venditant.*
In Velabro, vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem,
Vel qui ipsi [t] *vortant, vel qui aliis ut vorsentur, præbeant.*

T Ditis

[a] *Sc.* me virginem Phædromo itraditurum.
[b] Kalophanta est χρηστολόγος, qui honesta quidem loquitur, sed cujus facta ab oratione discrepant. Vide Lex. *Kalophanta:* & *Sycophanta.*
[c] In quo. *tmesis.*
[d] Ad puteal Libonis, quod videtur fuisse Ara in Comitio, in gradibus ipsis ad lævam Curiæ sita, in quam jurari solebat.
[e] Vide Elect. Pl. tit. *Deorum.*
[f] Maritos locupletes, & profusos: qui potant, scortantur, amât, quamvis habeant uxores domi non deformes, neque invenustas.
[g] Vnde *Subbasilicani* dicti.
[h] Vide Lex.
[i] Scortis illis se prostituere, illisq; præsto esse suâ operâ.
[k] Qui colligunt symbolas. Vide Lex.
[l] In infima parte fori.
[m] In speciem *scil.*
[n] Prope Can. Vnde *Canalicolæ.*
[o] Lucrinum, vel Servilium.
[p] Nullâ causâ permoti.
[q] Tabernis. Vide Elect. Pl. Tit. *Roma.*
[r] Vide Elect. Pl. Tit. *Roma.*
[s] Qui corpus suû venale habeant.
[t] Qui vel ipsi fallant, vel qui alios fallendos præbent. Metaph. ducta à piscibus, qui, dum assantur, vertuntur.

Dicis dampnosos maritos apud Leucadiam [a] Oppiam.
Sed interim fores crepuêre: lingua moderandum 'st mihi.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

Curculio. Cappadox. Lyco.

Et tu *prae; Virgo. non queo, quod* [b] *pone me est, servare.*
Et aurum, & vestem omnem suam [c] *esse ajebat, quicquid hac haberet.*
Ca. *Nemo it inficias.* Cur. *Attamen meliusculum 'st monere.*
Memento promisisse te, si quinquam hanc liberali
Causâ manu adsereret, mihi omne argentum redditum iri,
Minas triginta. Ca. *Meminero de istoc: quietus esto.*
Et nunc idem dico. Cur. *Et conmeminisse ego hac volam te.*
Ca. *Memini; &* [d] *mancupio tibi dabo.* Cu. *Egon' ut ab Lenone quicquam*
Mancupio accipiam? quibus sui nihil est, nisi [e] *una lingua,*
Qui [f] *abjurant, si quid creditum 'st. alienos* [g] *mancupatis,*
Alienos manu [h] *mittitis, alienisq; imperatis.*
Nec vobis [i] *auctor ulli 'st; nec vosmet testis ulli.*
Item genus est [k] *Lenonium inter homines, meo quidem animo,*
Ut muscaq;, culicesq;, pedesq;, pulicesq;.
Odio, [l] *& malo, & molestiae; bono usui estis nulli.*
Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.
Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur.
Eum rem, fidemq; perdere, tametsi nihil fecit, ajunt.
Ly. *Edepol Lenones meo animo novisti,* [m] *Lusce, lepide.*
Cu. *Eodem hercle vos pono, & paro; parissumi estis* [n] *hibus.*
Hi saltem in occultis locis prostant, vos in Foro ipso.
Vos fenore; hi malè suadendo, & [o] *lustris lacerant homines.*
Rogitationis [p] *plurumas propter vos populus scivit,*
Quas vos [q] *rogatas rumpitis; aliquam reperitis* [r] *rimam.*
Quasi [s] *aquam ferventem* frigidam esse, *ita vos putatis Leges.*
Ly. *Tacuisse mavellem.* Le. *Au! in* [t] *malè meditantem malè dicax es.*

Cu. In-

[a] Intelligit forte domum libertae Oppiorum. In MS. Pal. sexto superscriptum: *Sepulcri Opia de Leucadiâ...*
[b] A tergo. ibi enim oculatus non sum.
[c] Miles ajebat cōvenisse inter vos, ut secum auferret aurum.
[d] H. e. periculum evictionis in me recipiam. Vide El. Pl. Tit. *Mancipiorum.*
[e] H. e. quibus sola lingua patrocinatur. Vide Asin. . . ℣. 23. & Pers. 3. 3. ℣. 23.
[f] Quâ linguâ jurati negant se accepisse, quod suae fidei est commissum.
[g] Accipitis à venditore.
[h] Liberatis.
[i] Vide Lex. Pl.
[k] Adjectivè, h. e. Lenones similes sūt muscis. c. p. pul. Sic autem disertè V. C. Alij genitivū scribunt ut; *cunctarum.*
[l] Estis odiosi.
[m] Cocles unocule, Curculio. Epi. 1. 1. ℣. 24.
[n] His. Vide Lex. & Trin. 1. 2. ℣. 166. Lex. *Pers.* Galligr. *Exsuperandum* *Foro* ... est, *foro.*
[o] Ganeis, lupanaribus.
[p] Leges Tribunitias, seu plebis scita. Vide Lex.
[q] Confirmatas rogationibus. Vide Elect. Pl. *Legum.*
[r] Quâ evadatis, & perrumpatis.
[s] Quemadmodum enim aquam ferventem quamdiu fervet, nemo gustare audet, ubi refrixit, nemo tãgere dubitat: Ita Legg. initio & cùm primum latae sunt, valent, & ratae sunt, & metuuntur, cum tempore obsolescunt, & negliguntur.
[t] Indignè calumniaris me minus providè omnia considerantem.

Digitized by Google

CA. INDIGNIS [a] *si malè dicitur, maledictum id esse dico:*
Verùm si dignis dicitur, benedictum 'st, meo quidem animo.
Ego [b] *mancipem te nihil moror, nec Lenonem alium quemquam.*
Lyco, numquid vis? LY. *Benè vale.* CU. *Vale.* CA. *Heus tu! tibi ego dico.*
CU. *Eloquere; quid vis?* CA. *Quæso, ut hanc cures,* [c] *benè ut sit isti,*
Benè ego istam [d] *eduxi meæ domi, & pudicè.* CU. *Si* [e] *hujus miseret;*
Ecquid das, qui benè sit? CA. [f] *Malum.* CU. [g] *tibi opu'st hic, qui te procures.*
CA. *Quid, stulta, ploras? ne time;* [h] *bene hercle vendidi ego te.*
Fac [i] *sis, bona frugi sies. sequere istum bella bellè.*
LY. *Summane; numquid nunc jam me vis?* CU. *Vale, atq; salve.*
Nam & operam, & pecuniam [k] *benignè præbuisti.*
LY. *Salutem multam dicito Patrono.* CU. *Nunciabo.*
LY. *Num quid* [l] *vis? Leno.* CA. *Istas* [m] *minas decem,* [n] *quî me procurem,*
Dum [o] *meliùs sit, mihi des.* LY. *Dabuntur;* [p] *cras peti jubeto.*
CA. *Quando benè gessi rem,* [q] *volo hic in Fano supplicare,*
Nam illam minis olim decem Puellam parvolam emi.
Sed eum, qui mihi vendidit illam, numquam postillà [r] *vidi,*
Periisse credo; quid id meâ refert? ego Argentum habeo.
QUOI HOMINI DEI *sunt propitii, lucrum ei profectò obiciunt.*
Nunc rei divinæ operam dabo: certum 'st benè me [s] *curare.*

ACTUS QUARTI
SCENA III.

THERAPONTIGONUS, Miles.
LYCO, Trapezita.

NON *ego nunc mediocri incedo* [t] *iratus iracundiâ,*
Sed eâ ipse illâ, quâ excidionem facere [u] *condidici oppidis.*
Nunc nisi tu mihi properè properas dare jam triginta minas,
Quas ego apud te [x] *deposivi, vitam propera* [y] *ponere.*
LY. *Non edepol nunc ego te mediocri* [z] *macto infortunio,*
Sed eopse illo, quo mactare soleo, quoi nihil debeo.
TH. *Ne te mihi facias* [aa] *ferocem, aut* [bb] *supplicare censeas.*
LY. *Nec tu me quidem umquam* [cc] *subiges; redditum, ut reddam tibi,*
Nec daturus sum. TH. *Idem ego istuc quòm credebam,* [dd] *credidi,*
Te nihil esse redditurum. LY. *Cur nunc à me igitur petis?*
TH. *Scire volo, quoi reddidisti.* LY. *Lusco liberto tuo.*

[a] Qui sunt indigni maledicto: q. sunt viri boni.
[b] Prædem, seu fidejussorem. Vide Lex.
[c] Ut liberaliter tractetur Virgo.
[d] Educavi.
[e] Si benè vis esse Virgini, numquid ei das? unde bene illi esse queat.
[f] Ambiguum hoc est, pro mala re, & pro pomo non-pomo.
[g] Malo exitio tibi & tuis propriè opus est. *Et*, malum quod adultæ virgini offerri cupis tu tibi serva siquidem ex voto vivere cupis cum familiaribus.
[h] Care.
[i] Fac si vis.
[k] Liberaliter.
[l] Ita loquitur abiturus.
[m] Lyco trapezita triginta minas dederat pro Virgine, restabant decem pro auro & veste.
[n] Unde me bene curem.
[o] Dum convalesco.
[p] Vide infr. 4. 4. 7.
[q] Vide II. Pl. Tit. *Sacrificii mos.*
[r] Postea. Vide Lex.
[s] Parte extorum, & libatis dapibus.
[t] Acerrimus. Vide Lex.
[u] Consuevi. Amphit. ... v. 1.
[x] Vide Lex.
[y] Amittere. *h. e.* propera mori.
[z] Augeo inf.
[aa] Superbum. Vide Lex.
[bb] Suppl. tibi.
[cc] Coges.
[dd] Mihi persuasi.

Digitized by Google

Is Summanum se vocari dixit; ei reddidi,
Qui has tabellas obsignatas attulit. TH. *Quas tu mihi tabulas?*
Quos tu mihi Luscos libertos? quos Summanos [a] *somnias?*
Nec mihi quidem libertus ullus st. LY. *Facis sapientius,*
Quam pars [b] *Latronum, libertos qui habent, & eos deserunt.*
TH. *Quid fecisti?* LY. *Quod mandasti, feci tui honoris* [c] *gratiâ.*
Tuum qui signum ad me attulisset, nuntium ne spernerem.
TH. *Stultior stulto fuisti, qui iis tabellis crederes.*
LY. *Quis Respublica, & privata geritur, nonne Is crederem?*
Ego abeo. tibi res soluta st rectè. Bellator, vale.
TH. *Quid valeam?* LY. *At tu ægrota, si lubet, per me,* [d] *ætatem quidem.*
TH. *Quid ego nunc faciam? quid refert me fecisse Regibus,*
Vt mihi obœdirent, si hic me hodie [e] *umbraticus deriserit?*

a Nugaris & blateras.
b Militum.
c Vt tibi honorem haberem.
d Quam diu vives. Vide Lex.
e In umbrâ educatus, ignavus, non ut ego, qui sub dio vivere consuevi.

ACTVS QVARTI
SCENA IV.

CAPPADOX, Leno.
THERAPONTIGONUS, Miles.

QVOI homini DI sunt propitii, ei non esse iratos puto.
Postquam rem divinam feci, [f] *venit in mentem mihi,*
Ne trapezita exulatum abierit, argentum ut [g] *petam.*
Vt ego potius [h] *comedim, quàm ille.* TH. *Iusseram salvere te.*
CA. *Therapontigone-platagidore, salve!* [i] *salvos quom advenis*
In Epidaurum, hic hodie apud me numquam [k] *delinges salem.*
TH. *Benè* [l] *vocas; verùm* [m] *vocata res est, ut malè sit tibi.*
Sed quid agit meum [n] *mercimonium apud te?* CA. *Nihil apud me quidem.*
Ne [o] *facias testis: neque equidem debeo quicquam.* TH. *Quid est?*
CA. *Quod fui juratus, feci.* TH. *Reddin? an non? Virginem;*
Priusquam te huic meâ machærâ obicio; Mastigia.
CA. [p] *Vapulare ego te vehementer jubebo, ne me territes,*
Illa abducta st; tu [q] *auferere hinc à me, si perges mihi*
Malè loqui profectò, quoi ego, nisi malum, nihil debeo.
TH. *Mihin' malum minitare?* CA. *Atque edepol non minitor.*
Sed dabo, mihi si perges molestus esse. TH. *Leno mihi*
Minitatur? [r] *meaque pugna* [s] *prœliares plurumas*

f Nempe Deos illis non esse iratos, quibus sunt propitii. Iocularis γνώμη. Vide Elect. Pl. *Sententiarum.*
g Vt peterem 10. minas pro auro & veste.
h Comedam. ὀρχηστικῶς.
i Gaudeo *scil.*
k Delingere salem est, tenuiter victitare. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis & Paupertatis.*
l ἱερατικῶς.
m Non ad cœnam vocatus es, sed ad malum & miseriam.
n Puella, quam abs te mercatus sum.
o Vide Elect. Pl. tit. *Testimonii.*
p Plorare & miserum esse. Vide El. Pl. Tit. *Contemptus. Miseriæ.*
q Ita te multabo, & verberibus contundam, ut tuis pedibus abire nõ possis, faciamque te superbum, & sublimem.
r Iam conclamatum est de omni mea vita? Vide Lex. *Obterere.* Indignantis verò Militis sermo est. Soll nun mein Sach nichts seyn?
s Pugnas prœliares opponit velitationibus.

ObteriDigitized by Google

Obtrita jacent? [a] *|| at ita me Machæra, & Clypeus, & Lorica, & Casida iuvent!*
Pugnantem || *in acie: nisi mihi Virgo redditur,* [a] *jam ego*
Te faciam, ut hic formicæ frustillatim differant.
CA. *At ita me* [b] *Volsellæ! Pecten, Speculum,* [c] *Calamistrum meum*
Benè me amaßint! meaque Exicia, [d] *Linteumque* [e] *extersum!*
Vt ego tua magnifica verba, neque istas tuas magnas minas,
Non pluris facio, quàm Ancillam meam, [f] *quæ latrinam lavet.*
Ego illam reddidi, [g] *qui argentum à te attulit.* TH. *quis is est homo?*
CA. *Tuum libertum esse ajebat sese Summanum.* TH. *meum?*
Atat! Curculio hercle verba mihi dedit; quòm cogito.
Is mihi annulum subrupuit. CA. *perdidistin' tu annulum?*
Miles pulcrè [h] *excenturiatu'st expuncto in manipulo.*
TH. *Vbi nunc Curculionem inveniam?* CA. *in* [i] *facillumè*
Vel quingentos Curculiones pro uno faxo repperias.
Ego abeo. Vale, atque salve! TH. *malè vale! malè sit tibi!*
Quid ego faciam? maneam an abeam? sicine mihi esse os [k] *oblitum?*
Cupio dare mercedem, [l] *qui illunc, ubi sit, conmonstret mihi.*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.*
b Vide Lex.
c Vide Lex.
d Vide Lex.
e Vide Lex.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Servitus. Ministerq.*
g Reddidi ei, qui arg. Elect. Pl. Tit.
h Vide Elect. Pl. *Militia.*
i Alludit ad Curculionis vocem, quæ triticum notat.
k An honestum mihi est, me ita à Curculione esse delusum?
l ei qui illi.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

CURCULIO, Parasitus.

ANTIQUOM *Poetam audivi scripsisse in Tragœdiâ,*
Mulieres [m] *duas pejores esse, quàm unam. res ita 'st.*
Verùm mulierem pejorem, quàm hæc Amica est Phædromi,
Non vidi, neque audivi, neque pol dici, nec fingi potest
Pejor, quàm hæc est, quæ ubi med' hunc habere conspicata 'st annulum,
Rogat, unde habeam. quid id tu quæris? quia mihi quæsito 'st [n] *opus.*
Nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.
Vix foras me abripui, atque ecfugi. apage istanc [o] *Caniculam!*

m Vide Elect. Pl. Tit. *Mulierum.*
n inquit Planesiu.
o Quæ mordet instar caniculæ.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

Planesium, Virgo.
Phædromus, Adolescens.
Curculio, Parasitus.
Therapontigonus, Miles.

PHÆDROME, *propera.* PH. *quid properem?* PL. *Parasitum ne* [a] *amiseris.*
Magna res est. PH. [b] *nulla'st mihi. nam quam habui, absumbsi celeriter.*
PL. *Teneo.* [c] PH. *quid negocij'st?* PL. *rogita, unde istunc habeat annulum;*
Pater istum meus gestitavit. CU. *ac pol mea Matertera.*
PL. *Mater ei utendum dederat.* CU. *Pater meus rusum tibi.*
PL. *Nugas garris.* CU. *soleo. nam propter eas* [d] *vivo facilius.*
Quid nunc? PL. *obsecro, Parentisne meos mihi prohibeas?*
CU. *Quid ego? sub gemmân abstrusos habeo tuam Matrem, & Patrem?*
PL. *Libera ego sum nata.* CU. *& alij multi, qui nunc serviunt.*
PL. *Enimverò irascor.* CU. *dixi equidem tibi, unde ad me hic pervenerit;*
Quotiens dicendum 'st? [e] *elusi Militem inquam in aleâ.*
TH. *Salvos sum. eccom! quem quærebam. quid agis? bone vir!* CU. *audios,*
Si vis tribus [f] *bolis,* [g] *vel in Chlamydem.* TH. *quin tu eis in malam Crucem,*
Cum [h] *boletis, cum* [i] *bulbis! redde etiam Argentum, aut Virginem.*
PH. *Quod Argentum? quas tu mihi* [k] *tricas narras? quam tu Virginem*
Me reposcis? TH. *quam ab Lenone abduxit hodie* [l] *scelus viri.*
PH. *Nullam abduxi.* TH. *certè eccistam video.* PH. *Virgo hæc libera 'st.*
TH. *Mean' Ancilla libera ut sit! quam ego numquam emisi manu.*
PH. *Quis tibi hanc dedit mancupio? aut unde emisti? fac sciam.*
TH. *Ego quidem pro istac resolvi ab* [m] *Trapezitâ meo.*
Quam ego pecuniam [n] *quadruplicem abs te, & Lenone auferam.*
PH. *Qui scias mercari furtivas, atque ingenuas Virgines,*
Ambula in [o] *jus.* TH. *non eo.* PH. *licet te* [p] *antestari?* TH. [q] *non licet.*
PH. *Iuppiter tete malè perdat!* [r] *intestatus vivito.*
CU. *At ego, quem licet, te! accede huc.* TH. *servom antestari?* [s] *vide!*
CU. [t] *Hem! ut scias me liberum esse.* TH. *ergò* [u] *ambula in jus. Hem tibi!*

CU. O

a dimiseris. Vide Lex.
b Iocus ex ambiguo in voce *Res*, quam illa negotium magni momenti interpretatur.
c Curculionem, ne aufugiat cum annulo.
d Nugari enim proprium est Parasitorū. Propter nugas enim facilius & lautius possunt vivere, atque ex animi sententia.
e Fefelli inter ludendum. Jch hab jhn außgespielt.
f Tribus talorum jactibus.
g Etiam in Chl. Es gilt auch vf deinen rock.
h Est jocus stomachantis Militis ex agnominatione. De *boleto* vide Lex.
i Vide Lex.
k Vide Lex.
l vir scelestе. Vide Lex. *Periphrasis.*
m Pecunia à trapezita sumta.
n Actione furti manifesti, qua persequimur quadrupli pœnam.
o in locum Iudiciorum. Vide Lex.
p Vide Lex. & Elect. Plaut. tit. *Iudiciorum.*
q Quia nemo liber adsit, qui testis esse possit.
r Vide Lex. & Elect. Plaut. Tit. *Indiciorum.*
s Vide quid agas. Sehe zu, was du anfehest.
t Interjectio verberantis.
u Vide Tit. *Iudiciorum.* Elect. Plaut.

CU. O [a] *cives! cives!* TH. *quid clamas?* PH. *quid istunc tibi* [b] *tactio'st?*
TH. *Quia mihi lubitum'st.* PH. [c] *accede huc tu! ego illum tibi dedam; tace.*
CU. *Phædrome, obsecro, serva me!* PH. [d] *tamquammet Genium meum*
Miles, quæso ut mihi dicas, unde illunc habeas Annulum,
Quem Parasitus hic [e] *te elusit.* PL. *per* [f] *tua Genua te obsecro!*
Vt nos facias certiores. TH. *quid istuc ad vos adtinet?*
Quæratis Chlamydem, & Macharam hanc, unde ad me pervenerit.
CU. *Vt* [g] *fastidit gloriosus!* TH. [h] *mitte istum; ego dicam omnia.*
CU. *Nihil est, quod ille dicit.* PH. *fac me certiorem, obsecro!*
TH. *Ego dicam,* [i] *surge; hanc rem agite, atque animum advortite.*
Pater meus habuit Periphanes. PL. *Periphanes!*
TH. *Is priusquam moritur, mihi* [k] *dedit tamquam suo,*
Vt æquom fuerat, filio. PL. *pro Iuppiter!*
|| TH. *Et iste me heredem fecit.* PL. *Pietas mea!*
Serva me, quando ego te [l] || *servavi sedulò,*
Frater mi, salve! TH. *qui credam ego istuc? cedò,*
|| *Si vera memoras, quæ fuit Mater tua?*
PL. *Cleobula.* || TH. *Nutrix* || *quæ fuit?* PL. *Archestrata.*
Ea me spectatum tulerat || *per* [m] *Dionysia.*
Postquam illò ventum 'st, iam ut me conlocaverat,
|| *Exoritur ventus* [n] *turbo;* [o] *spectacla ibi ruunt.*
Ego pertimesco, || *tum ibi me nescio-quis adripit.*
Timidam, atque pavidam; || *nec* [p] *vivam, nec mortuam.*
Nec quo me pacto abstulerit, possum dicere.
TH. *Meministin' hanc turbam fieri? sed tu dic mihi;*
Vbi is est homo || *qui te subrupuit?* PL. *nescio.*
Verùm hunc servavi semper mecum [q] *unà Annulum.*
Cum hoc olim perii. TH. *cedò, ut inspiciam.* || CU. *sanan' es?*
Quæ isti committas. PL. *sine modò.* TH. *pro Iuppiter!*
|| *Hic est, quem ego tibi misi* [r] *Natali die.*
Tam facilè novi, quàm me. || *Salve, mea Soror!*
PL. *Frater mi, salve!* PH. *Deos volo benè vortere*
|| *Istam rem vobis!* CU. *Et ego nobis omnibus.*
Tu ut hodie adveniens || *cenam des* [s] *Sororiam:*
Hic [t] *Nuptialem cras dabit.* PH. *promittimus.*
TH. *Tace tu.* CU. *non taceo,* [u] *quando res vortit benè.*
Tu [x] *istanc desponde huic,* || *Miles, ego Dotem dabo.*
PH. *Quid dotis?* CU. *Egone? ut semper* || *dum vivat, med alat?*
CU. *Verum* [x] *hercle dico; me lubente feceris.*
|| TH. *Sed hic Leno debet nobis triginta minas.*

[a] Vide Elect. Pl. *Injuriarum.* Tit.
[b] Vide Lex.
[c] *Sc.* tu Miles, & auriculam mihi prehende, si audes.
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Amoris.*
[e] Quem tibi dormienti & eluso ademit.
[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Obsecrationum.*
[g] Vt fastu elevatur! Vide Lex.
[h] Omitte, vel amitte istum Curculionem, quem retinebat Phædromus, ne à Milite vapulet.
[i] Incumbebat enim Planesium in genua Militi.
[k] Hunc annulum *scil.*
[l] observavi, colui.
[m] Vide Elect. Pl. Tit. *Obtestationum.*
[n] Vide Lex.
[n] Vide Lex.
[o] Vide Lex.
[p] Semianimem.
[q] Alium ab eo, quem Parasitus Militi surripuerat.
[r] Vide Elect. Pl. Tit. *Natalitiorum.*
[s] Ob repertam sororem.
[t] Vide Lex.
[u] Quia. Vide Lex.
[x] Quia patre mortuo frater sororis pupillæ legitimus tutor est.
[x] *h. e.* æquum esse dico.

PH. *Quam-*

PH. *Quamobrem istuc?* [a] TH. *quia ille ita repromisit mihi;*
Si quisquam hanc [a] *liberali adseruisset manu,*
[b] *Sine controversiâ omne argentum redderet.*
PH. *Nunc eamus ad Lenonem.* [b] TH. *laudo.* PH. *hoc prius volo,*
Meam rem agere. TH. *quid id est?* || PH. *ut mihi hanc despondeas.*
CU. *Quid cessas? Miles, hanc huic uxorem dare.*
TH. *Si haec volt.* PL. *mi Frater,* [b] *cupio.* TH. *fiat!* CU. *benè facis.*
|| PH. *Spondesne, Miles, mihi hanc uxorem?* TH. *spondeo.*
|| PH. *Et ego hoc idem unum spondeo.* TH. *lepidè facis.*
Sed eccom Lenonem incedit! Thensaurum meum.

ACTVS QVINTI
SCENA III.

LENO, Cappadox. THERAPONTIGONUS, Miles. PHÆDROMUS. PLANESIUM.

ARGENTARIIS [c] *malè credi qui ajunt, nugas prædicant.*
Nam & benè, & malè credi dico. id adeò hodie expertus sum.
Nam [d] *malè creditur, qui numquam reddunt; sed prorsum perit.*
Velut decem minas dum solvit, omnis [e] *mensas transijt.*
Postquàm nihil fit, [f] *clamore hominem posco;* [g] *ille in jus me vocat.*
Pessumè metui, ne mihi hodie apud [h] *Prætorem solveret.*
Verùm amici [i] *compulerunt; reddit argentum* [k] *domo.*
Nunc domum properare [l] *certum'st.* MI. *heus tu! Leno, te volo.*
PH. *Et ego te volo.* CAP. *at ego vos nolo ambos.* MI. *sta sis ilicò.*
Atque argentum properè propera [m] *vomere.* CA. *quid mecum'st tibi?*
Aut tecum? MI. *aut?* [n] *quia ego* [o] *hodie ex te faciam* [p] *Pilum catapultarium,*
Atque ita te [q] *nervo torquebo, itidem ut Catapulta solent.*
PH. *Delicatum te hodie faciam, cum Catello ut accubes;*
Ferreo ego dico. CAP. *At ego vos* [r] *ambo in robusto Carcere*
Vt pereatis. MI. *collum* [s] *obstringe; abduce istum in malam crucem!*
PH. *Quidquid est? ipse ibit* [t] *potius.* CA. *pro Deûm atque hominum fidem!*
Hocine pacto indempnatum, atque [u] *inantestatum me abripi?*
Obsecro, Planesium, & te Phædrome, auxilium ut feras.
PL. *Frater, obsecro te; noli hunc indempnatum perdere.*
Benè, & pudicè me domi habuit. MI. *haut voluntate id suâ.*

a Sc. causa.
b *Cupio*, plus est, quàm *Volo*. Vide Lex. *Differentia verborum.*
c Vide Lex.
d Male creditur iis, qui nunquam reddunt, imo verò tota summa perit, Argentariis autē non male creditur, quia aliquid reddunt quandoque.
e Numulariorum, ex quibus has 10. minas corrogavit.
f Postquam non exsolvit decem minas, quas acceperat, inclamo.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Iudiciorum.*
h Per cessionem bonorum. Vide Elect. Plaut. *Solutione.*
i Vide Elect. Pl. Tit. *Paupertatis.*
k quod domi habuerat, acceptum ab amicis.
l decretum est. Vide Lex.
m Volebat addere, *mihi*. sed Miles per iracundiam abrumpit Lenonis argutationē. Quid mihi *aut* oggeris? & disputas? quid rei nobis, & mihi præcipue, tecum: ut noris, Capp. ego te p. h. fac. nisi argentū mihi properas reddere.
n reddere, resolvere, rescribere. μετωφορικῶς: & ad modum militarem.
o τὸ *hodie* παρέλκει. Comicorum more. Vide Lex.
p Vide Lex.
q Vide Lex.
r pro *ambos*. Vide Lex.
s Vide Lex.
t Quàm ut ducatur.
u Vide Lex. & Elect. Plaut. Tit. *Iudiciorum.*

Aesculapio

Digitized by Google

Æsculapio [a] *huic habeto,* [b] *quòm pudica es, gratiam.*
Nam si is valuisset, iampridem, quoquò posset, mitteret.
PH. *Animum advortite; si possum hoc inter vos* [c] *conponere.*
Mitte istunc; accede huc, Leno; dicam meam sententiam;
Siquidem voltis, quod decrêro, facere. CA. *tibi permittimus;*
Dum quidem hercle ita judices, ne quisquam à me argentum auferat.
MI. *Quodne promisti?* CA. *qui promisi?* PH. *linguâ.* CA. *eâdem nunc nego.*
Dicendi, [d] *non rem perdendi gratiâ hæc nata 'st mihi.*
MI. [e] *Nihil agit. collum obstringe homini.* CA. *jamjam faciam, ut jusseris.*
MI. [f] *Quando vir bonus es, responde, quod rogo.* CA. *roga, quod lubet.*
MI. *Promistin'? si* [g] *liberali quiuquam* [h] *hanc adsereret manu,*
Te omne argentum redditurum. CA. *non conmemini dicere.*
CV. *Quid! negas?* CA. *nego hercle verò. quo præsente? quo in loco?*
CV. *Meipso præsente, & Lycone Trapezitâ.* CA. *non taces?*
CV. *Non taceo. non ego te flocci facio; ne me territes.*
MI. *Meipso præsente, & Lycone factum 'st.* PH. *satis credo tibi.*
Nunc adeò, ut tu scire possis, Leno, meam sententiam;
Libera hæc est. hic hujus frater est, hæc autem illius soror.
¹ *Hæc mihi nubet, tu huic argentum redde, hoc judicium meum 'st.*
⁴ MI. *Tu autem in nervo jam jacebis, nisi mihi argentum redditur.*
² CA. *Hercle istam rem judicasti perfidiosè, Phædrome.*
³ *Et tibi oberit, & te, Miles, DI Deæque perduint!*
⁵ CA. *Tu me sequere.* MI. *quò sequar ego te?* CA. *ad Trapezitam meum;*
Ad [i] *Prætorem. nam inde rem solvo omnibus, quibus debeo.*
MI. *Ego te in nervo, haut ad Prætorem hinc rapiam, ni argentum refers.*
CA. *Ego te vehementer perire cupio, ne tu me* [k] *nescias.*
MI. *Itane verò?* CA. *ita hercle verò.* MI. *novi ego hos pugnos* [l] *meos.*
CA. *Quid tum?* MI. *quid tum? rogitas? hisce ego, si tu me irritaveris,*
Placidum [m] *ted' hodie reddam.* CA. *age ergò recipe actutùm.* MI. *licet.*
PH. *Tu, Miles, apud me* [n] *cenabis: hodie fient Nuptiæ.*
MI. *Quæ res benè vortat mihi! & vobis! Spectatores.* PLAUDITE! PLAUDITE!

a qui eum non levavit morbo.
b pro pudicitia tua.
c Sedare.
d loquendi gratia hæc lingua mihi nata est.
e Frustra laborat: nihil promovet. vide Lex.
f Si. Vide Lex.
g causa: ut supra.
h puellam.
i Q. d. à Prætore solvo tanquam à trapezita. quia in Jus ad Prætorem vocatus, cedo bonis. Vide Elect. Pl. Tit. *Possessionum*.
k ne ignores me.
l Sc. non te, ô Cappadox. Vide Mil. 2. 1. ℣. 61.
m Ego te fustibus & pugnis mitiorē reddā, more militum. Ich will dich recht abdreschen / daß du solt demütig werden.
n Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum*.

PLAVTI CVRCVLIO.

EXPLICIT.

INCIPIT. PROLOGVS.
IN. CASSINA.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
CASINA.

Justus Lipsius.

Lepida Fabula, quam Plautus CASINAM *inscripsit.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

PROLOGUS.
CHALINUS, Servus. *à freno:* seu; *habenâ*. Priscian. lib. 8. citat infa, 5. I. V. 5. *Charinum:* quomodo & Mercat. & Terent. Andr. legitur.
OLYMPIO, Villicus. *ab Olympo.*
CLEOSTRATA, Vxor. *à gloriâ militari.*
PARDALISCA, Ancilla. *à Pardali ferâ diversicolore.*
MURRINA. Mulier. *à murrâ.*
STALINO, Senex.
ALCESIMUS, Senex. *à robore.*
COQUUS.
ANCILLÆ.
GREX.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

STALINO Senex, Puerq; filius, amabant CASINAM, quam domi habebant puellam olim expositititiam. Verebatur uxorem Senex; Adolescens Patrem: Pater allegat Olympionem villicum, filius servum Chalinum: uterq; petit sibi eam uxorem dari. filium, ne impedimento sit, ablegat Pater. Cleostrata Senis uxor, re perceptâ, favet absenti filio, Chalinoq; servo. Senex contra Villico. conveniunt; ut cui sors obtigerit, uxor puella tradatur; adjuvatur sorte Senex, ac villicus Olympio. parantur nuptiæ; rogat Senex vicinum Alcesimum, ut priusquam rus mittatur, novanupta domum sibi commodet, ut puellâ liceat nocte potiri. id ægrè ferens Cleostrata ac Chalinus pariter, quærunt utrosq; dolis fallere: pro muliere subornatur Chalinus, manetque Amatores in vicini domo. Olympio calcibus & pugnis plectitur à Chalino; Senex itidem adiens pessimè habetur, req; palàm factâ, habetur ludibrio Senex. postremò cognitâ Casinâ vicini filiâ, uxor traditur Senis amanti Filio Euthynico. Vide infr. Grex. vers. 3.

Digitized by

Google

M. ACCI PLAVTI Sarsinatis Vmbri

CASINA.

ARGVMENTVM.

CONSERVAM [a] uxorem [b] duo Conservi expetunt.
Alium [c] Senex [d] allegat, alium [e] filius:
Sors Senem adjuvat, verùm [f] decipitur dolis.
Ita ei subIcitur pro puellâ [g] servolus
Nequam, qui Dominum [h] mulgat, atq; [i] Villicum.
Adulescens [k] ducit civem Casinam cognitam.

PROLOGVS.

SALVERE jubeo Spectatores optumos.
Fidem qui facitis maxumi; || & vos Fides.
Si verum dixi, signum clarum date mihi:
|| Vt vos mihi esse æquos jam inde à principio sciam.
Qui utuntur [l] Vino vetere, sapientes puto,
Es qui libenter veteres spectant Fabulas.
Antiqua opera, & verba quòm vobis placent,
Æquom 'st placere [m] autem veteres Fabulas.
Nam nunc novæ quæ prodeunt Comœdiæ,
Moltò sunt nequiores, quàm [n] nummi novi.
Nos postquam populi rumorem intelleximus,
Studiosè expetere vos Plautinas Fabulas,
Antiquam illius edidimus Comœdiam.
Quam vos probastis, qui estis in Senioribus.
Nam Juniorum qui sunt; non norunt, scio.
Verùm ut cognoscant, dabimus operam sedulò.
Hæc quòm primùm acta 'st, vicit omnis Fabulas.

a Casinam, h. e. scortillum. à κάσα scortũ, fit κασίνα.
b Chalinus, & Olympio.
c Stalino.
d Ad uxorem mittit.
e Euthynicus muta persona.
f Ab uxore Cleostratâ, & ancillâ Pardaliscâ, & Myrrhinâ vicinâ.
g Chalinus.
h H. e. mulcat: verberat. τὸ g pro c sæpè ponitur in V. C.
i Olympionem.
k Euthynicus.
l Vide Elect. Pl. tit. Vini.
m Vide Lex.
n Vide Elect. Pl. Tit. Monetaria.

Digitized by Google

Eâ tempestate [a] flos Poetarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in [b] communem locum.
Sed tamen [c] absentes prosunt [d] præsentibus.
Vos omnis opere magno esse oratos volo,
Benignè ut operam detis ad [e] nostrum gregem.
Ejicite ex animo curam, atq; alienum æs,
Ne quis formidet [f] flagitatorem suum.
Ludi sunt, [g] ludus datu'st Argentariis.
Tranquillum 'st: [h] alcedonia sunt circum forum.
Ratione [i] utuntur, [k] poscunt neminem,
Secundùm [l] ludos reddunt autem nemini.
Aures [m] vacivæ si sunt, animum advortite.
Comœdiai nomen dare vobis volo.
ΚΛΗΡΟΥΜΕΝΟΙ vocatur hæc Comœdia
Græcè: Latinè; SORTIENTES. Diphilus
Hanc Græcè scripsit, postideà rursum denuò
Latinè PLAUTUS cum [n] latranti nomine.
SENEX hîc maritus habitat: ei est filius.
Is unà cum Patre in illisce habitat ædibus.
Est eij quidam servus, qui in morbo [o] cubat,
Immò hercle verò [p] in lecto, ne quid mentiar.
Is servos (sed ab hinc annos [q] factum 'st sedecim)
Quòm conspicatus est primo crepusculo
Puellam [r] exponi [s], adit extemplò ad mulierem,
Quæ illam exponebat: orat, ut eam det sibi,
Exorat, aufert. detulit rectà domum.
Dat eræ suæ. orat, ut eam curet, éducet.
Era facit; educavit magnâ industriâ:
Quasi si esset ex se nata; non multò secus:
Postquàm adolevit ad eam ætatem, ut viris
Placere posset. At eam puellam hic Senex
Amat [t] ecflictim, & item hujus contra filius.
Nunc sibi uterq; [u] contra legiones parat.
Paterq;, filiusq; clam alter alterum.
Pater [x] allegavit Villicum, qui posceret

Sibi

[a] Vide Lex. *Periphrasis.* & Calligr. *Laudandi.*
[b] Orcū. Vide Lex. *Abire,* & *Infern.* Calligr. *Moriendi.*
[c] mortui.
[d] Vivis.
[e] Ad Comœdos seu Actores hujus Comœdiæ.
[f] Molestum & importunum creditorem.
[g] Indulgetur illis arg. Vide Calligr. *Feriarum.*
[h] Dies Halcyonij. *h. e.* tranquilli. Vide Lex. *Alcedo.* & Calligr. *Tranquillitatis.*
[i] Quia his Ludorū diebus neminem flagitant. quod si aliter facerent, ratione nō uterētur.
[k] Vide Elect. Pl. Tit. *Spectaculorum.*
[l] Post ludos Argentarij acres sunt in poscendo, tricones in reddēdo.
[m] locus est ex eo, quod dicitur: *Si vacat, audi.* Si igitur aures vestræ sunt vacuæ, advortite animū ad ea, quæ dicturus sum. Vide Lex. & ꝟ. 33. nota *rursum denuo:* σχῆμα ἐκ παραλλήλω.
[n] Intelligit CASINAM. ita διαλείπω Vetus Codex Anglicanus ad oram adnotarat. Rationes hæ adferri solēt: 1. Quod semper nomini Auctoris inveniat Comœdiæ annexum nomen. Vide Prol. *Asinariæ, Mercatoris, Pœnuli.* Ita heic CASINAM vocat κληρουμένους *Diphili.* 2. Latrans nomen appellat, quia femina erat. Feminæ autem canes & oblatratrices ferè audiebant. Vide infr. 2. 5. Milit. 3. 1. Curc. 5. 1. Alij à *casu:* sive sorte dictam autumant. Id genus autem τεχνάσματα an παιγνίσματα insuperhabenda existimarim. [o] Decumbit. Vide Lex. [p] locus ex eo, quod dixerat *in morbo cub.* Correctio jocosa. [q] Vide Calligr. *Temporis.* [r] Casinam, à quâ Comœdia nomen accepit. [s] Extra ædes poni, ad incertum mortis & vitæ casum. Vide Elect. Pl. Tit. *Nativitatis.* [t] Usq; eò dum effligatur. *Charis.* Vide Lex. [u] Omnes fallacias colligit, quibus Casinæ nuptias expugnare possit. [x] Pater Stalino misit Olymp. villicum ad uxorem.

Digitized by Google

Sibi istam uxorem is sperat, si ei sit li[illegible].
Sibi fore paratas, clam uxorem, [a] [illegible]bias foris.
Filius [b] autem [c] armigerum allegavit suum,
Qui sibi eam uxorem poscat. scit, si id impetret,
Futurum, quod amat, intra [d] praesepis suas.
Uxor [e] Senis sensit [f] virum amori operam dare,
Propterea *ea* unà consentit cum filio.
Ille autem postquam sensit filium suum
Eandem illam amare, & esse inpedimento sibi,
Hinc Adulescentem peregrè ablegavit Pater.
Sciens [g] ejus mater ei dat operam, absenti tamen.
Is, ne expectetis h. die in hac Comoediâ,
In urbem non rediVit: PLAUTUS noluit,
Pontem [h] interrupit, qui erat ei in itinere.
Sunt hîc, quos credo nunc inter se dicere:
Quaeso hercle, quid istuc est? [i] Serviles nuptiae?
Servin' [k] uxorem ducent? aut poscent sibi?
Novom attulerunt, quod fit nusquam gentium.
At ego ajo, hoc fieri in Graeciâ, & [l] Karthagini,
Et hîc in nostrâ terrâ, in Apuliâ.
Majoreq; operâ ibi serviles nuptiae
Quàm liberales etiam curari solent.
Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato,
In urnam [m] mulsi, Poenus dum [n] judex fiet,
Vel Graecus adeò, vel meâ causâ Appulus.
Quid nunc? [o] nihil agitis, sentio: [p] nemo sitit.
Revortar ad illam puellam expositițiam,
Quam servi summâ vi sibi uxorem expetunt.
Ea [q] invenietur & pudica, & libera
Ingenua Atheniensis: neq; quicquam stupri
Faciet profectò, in hac [r] quidem Comoediâ.
Mox hercle verò post, transactâ Fabulâ:
Argentum si quis dederit, ut ego suspicor,
Ultrò ibit nuptum; non manebit [s] Auspices.
TANTUM EST. Valete, benè rem gerite, & vincite
Virtute [t] verâ: quod fecistis antidhac.

[a] Locum, ubi foris excubet.
[b] Euthynicus.
[c] Chalinum.
[d] In sua potestate. *Metaph.* a jumentis.
[e] Cleostrata.
[f] Maritum. Vide Lex.
[g] Ejus rei conscia & gnara.
[h] Interclusit ei iter, & reditum. Er hat jhm den Paß verlegt.
[i] Vide Elect. Pl. tit. *Nuptiarum*.
[k] Servi enim ex Legg. non ducunt uxores: sed conjunctas habent.
[l] In Carthag. Vide similē locū Capt. 3.2.✝.23.
[m] Vini melle conditi.
[n] *H. e.* Deligantur judices locorum periti.
[o] Pignore dato, mecum non certatis.
[p] Nemo vult urnā mulsi à me ablatā bibere.
[q] Haec Casina tam pudica *sc.* statim post ludos ad ingenium redibit, & sine ullis nuptiis nubet. Elect. Vide Pl. tit. *Histrionia. Scortorum*.
[r] Introducetur κωφὸν πρόσωπον.
[s] Non expectabit Auspices, qui nuptiis olim adhibiti. Vide El. Pl. Tit. *Nuptiarum*.
[t] Clausula haec desumta est ex Cistell. 1.3.✝.49.50.

ACTVS PRIMI
SCENA I.

OLYMPIO. CHALINUS.

NON [a] *mihi licere meam rem me solum, ut volo,*
Loqui, atq; cogitare sine ted [b] *arbitro?*
Quid tu (malum!) me sequere? CH. *Quia certum'st mihi,*
Quasi umbra, quoquò ibis tu, te persequi.
Quin edepol etiam, si in crucem vis pergere,
Sequi decretum'st te; dehinc conicito cæterum,
Possis ne, necne, clam me, [c] *sutelis tuis*
Præripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.
OL. *Quid tibi negotI mecum'st?* CH. *Quid ais? inpudens.*
Quid in Vrbe reptas, Villice, hic [d] *magni precI?*
OL. *Libet.* CH. *Quin ruri es in* [e] *Præfecturâ tuâ!*
Quin potius, quod [f] *legatum'st tibi negotium,*
Id curas? atq; urbanis rebus te [g] *abstines!*
Quid *huc venisti Sponsam præreptum meam?*
Abi rus, abi [h] *directus tuam in Provinciam.*
OL. *Chaline, non sum* [i] *oblitus officium meum:*
Præfeci, ruri rectè qui curet tamen.
Ego, huc quod veni in Vrbem, nisi [k] *inpetravero,*
Vxorem ut istanc ducam, quam tu deperis,
Bellam, & tenellam CASINAM, *conservam tuam:*
Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,
Rure incubabo usq; in Præfecturâ meâ.
CH. *Tu illam ducas! hercle me suspendio,*
Quàm tu ejus [l] *potior fias, satiu'st mortuum.*
Mea præda est illa: proin tu te in laqueum induas.
CH. *Ex* [m] *sterculino effosse, tua illæc præda sit!*
OL. *Scies hoc ita esse. væ tibi! quot te modis,*
Si vivo, habebo in Nuptiis miserum meis?
CH. *Quid tu mihi facies?* OL. *Egone? quid faciam tibi?*
Primùm omnium huic [n] *lucebis novæ Nuptæ facem.*
Postillà [o] *ut semper inprobus, nihilq; sis.*
Post [p] *id locorum, quando ad Villam veneris,*
Dabitur tibi Amphora una, & una [q] *Semita,*

a Præcisa locutio sc. ferendumne est? ut supr. Amph. 4.2.ỷ.2.

b Inspectore. Vide Lex.

c Dolis tuis

d πιρατικῶς.

e In statione tua, in provincia tua. Warumb bleibst nit in deinẽ Dorff/ vff deinem Mist?

f Mandatum.

g Vide Lex. *Verba Absoluta.*

h Pack dich strackz/ gleiches Fuß wider heim. Vide Lex. *Directus.*

i Nota synt.

k Est ἀποσιώπησις.

l Quasi compos: à potis, potior, potiss.

m Homo inhonestissimo loco nate. Du Misthamel/ du Dreckhars.

n Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*

o Vide Lex. *Postea.*

p Id temporis.

q Via brevis, qua ad fontem eas.

Fons

Fons unus, unum Aënum, & octo Dolia,
Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.
Ita te [a] *adgerundâ curvom aquâ faciam probè,*
Ut [b] *postilena possit ex te fieri.*
Post autem, ruri nisi tu acervom [c] *ederis;*
Aut quasi lumbricus terram: [d] *quòd te postules*
Gustare quicquam; numquam edepol Jejunium
Jejunium est æquè, atq; ego ruri [e] *reddibo te.*
Post id, quòm lassus fueris, & famelicus,
Noctu ut condignè te cubes, curabitur.
CH. *Quid facies?* OL. *Concludere in* [f] *fenestram firmiter:*
Unde auscultare possis, quòm ego illam osculer:
Quòm mihi illa dicet; Mi Animule, mi Olympio,
Mea Vita, mea [g] *Mellilla, mea Festivitas;*
Sine tuos Ocellos deosculer, Voluptas mea;
Sine amabo ted amari, meus [h] *Festus Dies,*
Meus Pullus Passer, mea Columba, mi Lepus.
Quòm mihi hæc dicentur dicta, tum tu, Furcifer,
Quasi mus, in medio [i] *pariete versabere.*
Nunc ne tu te mihi respondere postules,
Abeo intrò; tædet sermonis tui. CH. *Te sequor,*
Hîc quidem pol, certò nihil ages sine med arbitro.

a Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum, Ergastuli.*
b Lignum incurvum sub jumentorum cauda, ad sustinendum βάσταγμα, cui onus imponitur.
c *H. e.* nisi ut mures, de frugum acervo vivas rodēdo.
d Subaudi, *non est, quod te post.* Vide Lex. *Ellipsis*: &. *Quod.*
e Reddam. ἀρχαϊκῶς.
f *Sc.* Ergastularem.
g Diminutivum, à *mellina.* Vide Lex.
h ἀντίπτωσις. *h.e.* meum otium, apud quem otiari & feriari queam.
i In illa fenestra.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

CLEOSTRATA. PARDALISCA: Ancillæ.

OBSIGNATE [k] *cellas, referte Annulum ad me,*
Ego huc transeo in proximum, || ad meam vicinam.
Vir si quid volet me, facite hinc me arcersatis.
|| PAR. *Prandium jusserat Senex sibi parari.*
CL. *St'! tace, atq; abi. || neq; paro, neq; hodie*
Coquetur; quando is mihi & Filio advorsatur
Suo, || animiq; amorisq; causâ sui.
Flagitium illud hominis! || ego illum fame, ego illum
Siti, maledictis, malefactis, Amatorem

k Vide Elect. Pl. Tit. *Utensilium, Res domesticæ.* Vilissima n. quæque annulo signatorio, qui χαραγμὴ habebat, obsignabantur.

10 *Ulci-*

Digitized by Google

Vlciscar; || ego pol illum probè incommodis
Dictis angam; faciam, uti proinde est dignus,
|| Vitam colat, [a] Acheruntis pabulum, [b] flagitij
Persequentem, [c] stabulum nequitiæ. || Nunc hinc
Meas fortunas eo questum ad vicinas.
Sed foris [d] concrepuit. || atq; ea ipsa eccam egreditur
Foras! non pol per [e] tempus iter mihi incœpi.

a Orci victima.
b H. e. ulciscar angam eum, qui in flagitio versatur. Nota syntaxin.
c In quo tanquam in stabulo nequitia habitat.
d Foris Murrhinæ.
e Opportune.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

MURRINA, CLEOSTRATA.

SEQUIMINI, [f] Comites, in proxumum me huc,
Heus vos! ecquis hæc, quæ loquar, audit? || ego hic ero,
Vir si, aut quispiam quæret. nam ubi domi sola sum,
|| Sopor manus [g] calvitur. jussin' colum
Ferri mihi? CL. Murrina, salve. || MU. Salve,
Mea Cleostrata! sed quid tu es tristis? amabo.
CL. Ita solent omnes, || quæ sunt malè nuptæ.
Domi, & foris ægrè quod sit, satis semper est.
|| Nam ego ibam ad te. MU. Et pol ego istuc ad te. sed quid est,
Quod tuo || nunc animo ægrè est? nam quod tibi est
Ægrè, idem mihi est [h] dividuæ. || CL. Credo ecastor.
Nam vicinam [i] neminem amo meritò magis, quàm te:
|| Nec quâ in plura sunt mihi, quæ ego velim.
MU. [k] Amo te, atq; || istuc expeto scire, quid sit.
CL. Vir me habet pessumis [l] despicatam modis,
|| Nec mihi jus meum obtinendi [m] optio'st.
MU. Hem! quid est? dic idem hoc. || nam pol haut satis meo
Corde accepi querelas tuas, || obsecro.
CL. Vir me habet pessumis despicatam modis.
|| MU. Mira sunt, vera si prædicas. [n] Nam viri
Ius suum ad mulieres obtinere haut queunt.
|| CL. Quin mihi ancillulam ingratis postulat, quæ mea'st,
Quæ meo || educata sumptu est, Villico suo se dare.
Sed ipsus eam amat. || MU. Obsecro, tace. nam [o] hic: [p] nunc
Licet dicere: [q] nos sumus. CL. Ita'st. || MU. Vnde ea tibi'st?

f Vide Elect. Plaut. Gynæc.
g Frustratur, decipit. Vide Lex.
h Vide Lex.
i Neq; ullam vicinam habeo, cui omnia mea consilia fidentius committam, quàm tibi, in qua plura sint bona officia, q̃ ego mihi optem præstari. Est metath. in quâ.
k Ob eam rem gratias tibi ago.
l Passivè.
m Vide Lex. Optio.
n Viri mulieribus fere serviunt, cùm debeant imperare natura, & cùm postulant imperare, non queunt id obtinere, apud contumax genus mulierum.
o ἰδιωτ. Hic sunt aliqui, qui nos audiant.
p Hæc dicit, ubi nonnihil circumspectavit.
q ἰδιωτ. Nos sumus solæ. Trucul. 2. 1. Vide Callign. Tacendi.

Nam

Nam peculi probam [a] *nihil habere addecet*
|| *Clam virum,&* [b] *qua habet partum, ei haut commodi 'st,*
|| *Quin viro aut subtrahat, aut stupro invenerit.*
|| *Hoc viri censeo esse omne, quicquid tuum 'st.*
CL. *Tu quidem advorsum tuam amicam omnia loqueris.*
|| MU. *Tace sis, stulta; & mihi ausculta. noli sis tu illi*
Advorsari. || *sine amet, sine quod libet, id faciat:*
Quando tibi nihil domi [c] *deliquium 'st.*
|| CL. *Satin' sana es? nam tu quidem advorsus tuam ista* [d] *rem*
Loquere. MU. *Insipiens;* || *semper tu huic* [e] *verbo vitato*
Abs tuo viro. CL. *quoi verbo?* MU. *Ei* [f] *foras! Mulier.* CL. *st!*
Tace. MU. *quid est?* CL. *hem!* MU. *quis est? quem vides?* CL. *vir eccom it.*
|| MU. *Intrò abi: adpropera age, amabo.* CL. *inpetras;*
Abeo. MU. *mox, magis quòm otium mihi, & tibi erit,*
Igitur [g] *tecum loquar.* || *Nunc vale.* CL. *Valeas.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

STALINO, Senex.
CLEOSTRATA, Vxor.

OMNIBUS *rebus ego Amorem, credo, &* [h] *nitoribus nitidis* [i] *anteveniro.*
Nec potis quicquam conmemorari, quod plus salis, plusque leporis hodie
Habeat. Coquos equidem nimis [k] *demiror, qui utuntur condimentis,*
Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod praestat.
Namque ubi Amor condimentum inerit, quoivis placiturum credo.
Neque SALSUM, *neque suave esse potest quicquam, ubi Amor non admiscetur.*
Fel quod amarum 'st, id mel faciet; hominem ex tristi lepidum & lenem,
Hanc ego de me conjecturam domi facio, magis quàm ex auditis.
Qui [l] *quàm amo Casinam, magis initio munditijs munditianti* [m] *Deo.*
Myropolas [n] *omnis sollicito, ubicumque est lepidum vnguentum, unguor.*
Vt illi placeam; & placeo, ut [o] *videor. sed vxor me excruciat, quia* [p] *vivit.*
Tristem astare adspicio: [q] *blandè hac mihi mala res adpellanda 'st.*
Vxor mea, meaque Amœnitas! quid tu [r] *agis?* CL. *abi; atque abstine manum.*
STA. *Heja! mea Iuno; non decet esse te tam* [s] *tristem tuo Iovi.*
Quò nunc abis? CL. *mitte me.* STA. *mane.* CL. *non maneo.* STA. *at pol ego te sequar.*
CLE. *Obsecro, sanun' es?* STA. *Sanus,* [t] *quando te ed amo.* CL. *nolo ames.* STA. *non*
Potes [u] *impetrare.* CL. *enecas!* STA. *vera dicas velim.* CL. *credo ego*

a Nam cùm uxor in potestate viri sit, & quæ acquirat, viro acquirat, nihil peculii habere debet, insciente viro: siquidem pudica sit.
b *H.e.* mulier, quod clam partum habet, duabus tantum viis ad eam pervenire solet, aut à viro, aut ab adultero. Vide Elect. l. Tit. *Possessionum.*
c *H.e.* nihil tibi deest à delinquendo. Vide Lex.
d Ambiguitas in vocabulo *Rei.*
e Nota syntaxin.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Divortij.*
g Tum. Vide Lex.
h Vide Lex. *Nitidus.*
i Præstare.
k Vide Lex. *De.*
l *i.e. quàm*, sicuti sæpè alias notat, pri *usquam* ita hic valet, *postquam.*
m Per Deum intelligit Amorem, cui munditianti *h.e.* mūdo, dicit se initiare. Vide Lex. *Munditiari.*
n vnguentarios, apud quoscunque est: *&c.*
o *Sc.* mihi.
p Vita uxoris mihi molesta est. Die alte will nicht sterben. infr. 2. 6. ℣. 1.
q Vxor mihi blandè est compellanda. Ich muß ihr noch darzu schmeichlen.
r His verbis vxorem demulcet.
s tam iratam. Vide Lex.
t Quia. Vide Lex.
u *Sc.* à me, ut te nō amem.

Istuc tibi. ST. *respice, oh! mi Lepos.* CL. *nempe ita, uti tu mihi es.*
Unde hic, amabo, unguenta adolent? ST. *oh! perii! manufestò miser*
Teneor. cesso caput pallio [a] *detergere? Ut te bonus*
Mercurius perdat! Myropola, quia hac mihi dedisti. CL. *eho! tu*
Nihili [b] *cana Culex, vix teneor, quin qua decent te, dicam.*
Senectâ ætate unguentatus per vias, ignave, incedis.
ST. *Pol ego amico dedi quoidam operam, dum emit*
Unguenta. CL. *ut citò* [c] *commentatus est!*
Ecquid te pudet? ST. [d] *omnia, qua tu vis.* CL. *ubi in lustra jacuisti?*
ST. *Ego ne in lustra?* CL. *Scio plus, quàm tu me arbitrare.* ST. *quid id est?*
Quid tu scis? CL. *te Senem omnium senem neminem esse ignaviorem.*
Unde [e] *is nihili? ubi fuisti? ubi* [f] *lustratus? ubi bibisti?*
Id est [g] *mecastor. vide palliolum, ut* [h] *rugat!* ST. *Di me, & te* [i] *infelicent!*
Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. CL. *immò age, ut lubet;*
Bibe, es, disperde rem. ST. *ohe! jam satis, Uxor, est: conprime te; nimium* [k] *tinnis.*
Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges.
Sed quid ais? jam domuisti animum? ut quod Vir velit
Fieri, id facias potius, quàm advorsere [m] *contra?* CL. *quâ de re.* ST. *rogas?*
Super Ancillâ Casinâ, ut detur nuptum nostro [n] *Villico,*
Servo frugi, atque [o] *ubi illi benè sit; ligno, aquâ calidâ, cibo,*
Vestimentis, ubique educat pueros, quos pariat, [p] *benè,*
Potius quàm illi Servo nequam des [q] *Armigero, atque inprobo:*
Quoi homini hodie peculI nummus non est [r] *plumbeus.*
CL. *Mirum ecastor, te senectâ ætate officium tuum*
Non meminisse! ST. [s] *quid jam?* CL. *quia, si facias rectè, aut commodè,*
|| *Me sinas curare Ancillas; qua mea est curatio.*
ST. *Qui malum! homini* [t] *scutigerulo dare lubet?* CL. *quia enim Filio*
Nos oportet || *opitulari unico.* ST. *At quamquam unicu'st,*
Nihilo magis || *unicu'st ille mihi Filius, quàm ego illi Pater,*
Illum mihi æquiu'st, || *quàm me illi, qua volo, concedere.*
CL. *Tu ecastor tibi, homò,* || *malam rem quæris.* [u] ST. *subolet; sentio.*
Egon? CL. *Tu. nam quid* [x] *friguttis?* || *quid istuc tam cupidè cupis?*
ST. *Ut enim frugi Servo detur* || *potius, quàm Servo inprobo.*
CL. *Quid si ego inpetro, atque exoro* || *à Villico, causâ meâ*
Ut eam illi permittas! ST. *quid si ego autem* || *ab Armigero inpetro,*
Eam illi permittat! atque me, hoc, credo, [y] *inpetrassere.*
CL. [z] *Convenit. vis tuis Chalinum huc evocem verbis foras?*
Tu eum orato, ego autem orabo Villicum. ST. *sanè volo.*
CL. *Iam hic* || *erit. nunc experiemur,* [aa] *nostrûm uter sit blandior.*

ST. *Hercu-*

a h. e. obolent. Vide Elect. Pl. *Unguentorum.* Elegantiores enim homines odoratis unguentis caput perfundere solebant.
b sic vocat Amatores Senes: quia cutem formosarum pertundunt, ut culices: quæ itidē canæ sunt.
c commentus est mendacium.
d Vide Calligr. Tit. *Assentiendi.*
e unde venis, homo nihili?
f ubi scortatus.
g h. ut perpotarit. Vide Tit. *Asseverante.* infr. 3. 2. ℣. 1.
h ut rugas contraxit à desidiabulo isto sedentario.
i infelicem faciāt. Vide Lex.
k Nimis acutè clamas. Du gilfst mir zu sehr. *Metaph.* ab ære.
l Vide Calligr. Tit. *Narrandi de novo aliquid.*
m Pleonasmus.
n Olympioni.
o apud quem Casina bene accipiatur.
p ad maturam ætatem.
q Chalino scutigerulo. dem scherganten. Vide Lex. *Apparitor.* & Elect. l. Tit. *Magistratus.*
r minimi pretii. Er vermag nicht ein heller. Nichts ist sein barschafft.
s quare, quamobrem.
t Calculo militari. Dem verloffenen Stratioten.
u Hæc secum loquitur Stal. submissâ voce, ne exaudiat Uxor. subolet Uxori hoc, quod ago, nempe amatio.
x Vide Lex. *Frigutire.* y impetrare, vel impetraturum. z Convenit inter nos. So bleib es also. ὁμολογοῦμεν. aa ad persuadendum servis.

ST. [a] *Hercules, DIque istam perdant! quod nunc liceat dicere.*
Ego discrucior miser Amore; illa autem quasi ob industriam
Mihi advorsatur. subolet hoc jam Uxori, quod ego machinor.
Propter eam rem magis Armigero dat [b] *operam de industriâ.*

a Hæc secum loquitur Senex ad Spectatores.
b magis ei favet. Sie wat uf seinet seyten.

ACTUS SECUNDI
SCENA IV.

STALINO, Senex. CHALINUS, Servus.

QUI [c] *illum DI omnes, Deæque perdant!* CH. *te Uxor alebat tua*
Me vocare. ST. *ego enim vocari jussi.* CH. *eloquere, quid velis.*
ST. *Primùm ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.*
Stultitia est ei te esse tristem, quojus potestas plus potest.
Pro! bonæ frugi hominem jampridem esse arbitror. CH. *intellego.*
Quin [d] *si ita arbitrare, emittis me manu!* ST. [e] *quin id volo!*
Sed nihil est, me cupere factum, nisi tu factis adjuvas.
CH. *Quid velis modò, id velim me scire.* ST. *ausculta! ego loquar;*
Casinam ego uxorem promisi Villico nostro dare.
CH. *At tua Uxor, Filiusque promiserunt mihi.* ST. *scio.*
Sed utrum nunc tu, calibem te esse mavis liberum?
An maritum servom ætatem degere, & gnatos tuos?
Optio [f] *hæc tua est; utram harum vis conditionem, accipe.*
CH. *Liber si sim, meo periclo vivam; nunc* [g] *vivo tuo.*
De Casinâ certum 'st [h] *concedere homini gnato nemini.*
ST. *Intrò abi atque actutùm Uxorem huc evoca ante ædis citò.*
Et sitellam huc tecum ecferto cum aquâ & [i] *sortis.* CH. *satis placet.*
ST. *Ego pol istam jam aliquò-vorsum* [k] *tragulam decidero.*
Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar.
Ibi ego te & suffragatores tuos ulciscar. CH. *Attamen*
Mihi obtinget sors. ST. *ut quidem pol pereas cruciatu malo!*
CH. *Mihi illa nubet; machinare, quod lubet, quovis modo.*
ST. *Abin' hinc ab oculis?* CH. *invitus me vides, vivam tamen.*
ST. *Sumne ego miser homo? satin' omnes res sunt advorsæ mihi?*
Iam metuo, ne Olympionem mea Uxor exoraverit,
Ne Casinam ducat. si id factum 'st, ecce me [l] *nullum Senem.*
Si non impetravit, etiam specula [m] *in sortitu 'st mihi.*
Si sors autem [n] *decolassit,* [o] *gladium faciam culcitam.*

c ut, utinam. *Donat.* Vide Lex. *Qui.*
d Quamobrem non em. m. m.
e imò vero id ipsũ volo.
f Hoc tibi liberum est. Das steht dir frey du magst nun thun was du wilt.
g Mortuo enim servo damnum ad herum recidit.
h Cedere, dare.
i Vide Elect. Pl. *Sortis.*
k Ego machinas Uxoris aliquâ ratione deiiciam. Vide Lex. *Tragula*, quæ teli genus est. Vide etiam Calligr. Tit. *Vulnus.* Ich wil ihr ein mahl den schweren auserücken; sie solte es fühlen. *eigentlich.* Ich soll ihr wol einmahl beykommen.
l Ibi tum prorsus perii. Vide Lex. *Nullus.*
m *Sortitus*, ipse sortiendi actus est: Parva spes mihi periit.
n Si destituerit, si fefellerit. Vide Lex. *Decollare.*
o Gladio mihi pectus transfodiam. Vide Calligr. *Necandi.*

Eumque

a 1. reditum pro- dit foras.

Eumque incumbam. sed [a] *progreditur optume; eccom! Olympio.*

ACTVS SECVNDI
SCENA V.

OLYMPIO, Villicus.
STALINO, Senex.

VNA *edepol operâ in furnum calidum cóndito,*
Atque ibi torreto me pro pane [b] *rubido,*
Era, quàm [c] *istam operam à me â impetres quod postulas.*
ST. *Salvos sum; salva spes est, ut verba audio.*
OL. *Quid tu me verâ libertate territas?*
Quid si tu nolis, Filiusque etiam tuus?
Vobis invitis, atque amborum ingratiis,
Unâ [d] *libellâ liber possum fieri.*
ST. *Quid istuc est? quicum litigas? Olympio.*
OL. *Cum eâdem, qui tu semper.* ST. *Vxore* ne *meâ?*
OL. *Quàm tu mihi uxorem? quasi Venator tu quidem es,*
Dies atque noctes cum [e] *Cane ætatem exigis.*
ST. *Quid agit? quid loquitur tecum?* OL. *orat, obsecrat,*
Ne Casinam uxorem ducam. ST. *quid tu postea?*
OL. *Negavi enim ipsi me concessuram Iovi,*
Si is [f] *mecum oraret.* ST. *Di te servassint mihi!*
OL. *Nunc in* [g] *fermento tota 'st. ita turget* [h] *mihi.*
ST. *Edepol ego illam mediam* [i] *diruptam velim.*
OL. *Credo edepol esse: siquidem tu* [k] *frugi bona es.*
Verùm edepol tua mihi odiosa 'st amatio.
Inimica est tua Vxor mihi, inimicus Filius,
Inimici Familiares. ST. *quid id refert tuâ?*
Vnus tibi hic [l] *dum propitius sit Iuppiter,*
Tu [m] *minutos Deos flocci feceris.*
OL. *Nugæ sunt istæ magnæ. quasi tu nescias*
Repente ut emoriantur humani [n] *Iovis!*
Sed tandem, si tu Iuppiter sis emortuus,
Quòm ad Deos minoris redierit regnum tuum;
Quis mihi subveniens tergo, aut capiti, aut [o] *cruribus?*

30 Opi-

b iterum cocto. *Festus.*
c potius quàm quod poss. à me impetres, ut Casinam, non uxorem poscam. Merc. 3. 7. ℣. 1.
d Exiguo pretio.
e Ita vocat uxorē: quia assiduè latrat, ut Canis.
f ... e. Vide Lex.
g Irata est, ita fervet, & turgescit.
h *ὑ mihi παρέλκει.*
i Latet heic petulantia Senis. Videtur enim alludere ad *cugium*, sive *hymenem* naturæ muliebris, quæ bono fascino dirumpitur. Vide infr. 3. 3. ℣. 10.
k Si tu virilis maritus es.
l Modo.
m Alludit ad Deos majorum & minorum gentium. Vide ... lect. Plaut. Tit. *Iove* ...
n à nominat. *Iovis*, Mortales Ioves, qualis tu es, Stalino.
o Hellenismus. Homer. Iliad. ... ℣. 24.

Digitized by Google

ST. *Opinione melius res tibi habeat tuâ,*
Si hoc inpetramus, ut ego cum Casinâ cubem.
OL. *Non hercle opinor posse. ita Vxor acriter*
Tua instat, ne mihi detur. ST. *At ego sic agam;*
Conlciam [a] *sortu in sitellam, & sortiar*
Tibi, & Chalino. ita rem natam [b] *esse intellego.*
Necessum 'st [c] *vorsis gladiis depugnarier.*
OL. *Quid si sors aliter, quàm voles, evenerit!*
ST. [d] *Benedice! DIs sum fretus, Deos* [e] *speravimus.*
OL. *Non* [f] *ego istud verbum emissim* [g] *titivilitio.*
Nam omnes mortales Deis sunt freti, sed tamen
Vidi ego [h] *DIs fretos sæpè multos decipi.*
ST. *Tace parumper.* OL. *quid vis?* ST. *eccom exit foras*
Chalinus intus cum sitellâ & sortubus.
Nunc nos collatis signis [i] *depugnaVimus.*

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

CLEOSTRATA, Vxor. CHALINUS. STALINO. OLYMPIO.

FACE, *Chaline, certiorem me, quid meus Vir me velit.*
CH. *Ille edepol videre* [k] *ardentem te extra* [l] *portam Metiam.*
CL. *Credo ecastor* [m] *vellet.* CH. *Atpol ego haut* [n] *credo; sed certò scio.*
ST. *Plus artificum est mi, quàm rebar.* [o] *hariolum hunc habeo domi.*
Quid si propius [p] *attollamus signa, eamusque obviam!*
Sequere. quid vos agitis? CH. *adsunt,* [q] *quæ imperavisti omnia,*
Vxor, sortes, sitella, atque egomet. ST. *te uno adest plus quàm ego volo.*
CH. *Tibi quidem edepol ita videtur. stimulus* [r] *ego nunc sum tibi;*
Eò dico [f] *corculum adsudascit jam ex metu.* ST. *mastigia!*
CL. *Tace, Chaline: comprime* [t] *istunc.* CH. *immò istunc,* [u] *qui didicit* [x] *dare.*
ST. *Adpone hic sitellam; sortu cedò mihi: animum advortite.*
Atque [y] *ego censui abs te posse hoc* [z] *mecum inpetrare, Vxor mea,*
Casina ut vxor mihi daretur, & nunc etiam censeo.
CL. *Tibi daretur illa?* ST. *mihi enim? ah! non id volui dicere.*
Dum mihi volui, huic dixi; atque adeò mihi dum cupio, perperam

a Vide Elect. Pl. Tit. *Sortis.*
b Ita eam naturâ re. esse video.
c transfinutatis, & veris lusorijs abjectis. *Caper.* Vide Elect. Pl. Tit. *Gladiatorum.*
d Tu benè ominare. εὐφήμει!
e Confidemus Diis; wir wollen auff Gott vertrauwen.
f Illud dictum, quod modo protulisti.
g Non emerim re nihili. Vide Lex.
h Impia sententia. Vide Psal. XCI.
i Alleg. à re milit. quando duo exercitus collatis signis confligunt. Vide Elect. Pl. *Militia.*
k jam mortuam in rogo. Supra enim 1. 2. ℣. 11. morte Vxori optabat.
l Extra portam Esquilinam, quæ extra Vrbem erat. Pseud. 1. 3. ℣. 97. Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris & Suppliciorum.*
m vellet *sc.* mè ardere extra portâ Metiam.
n Vide Lex. *Credo & Scio.*
o Habeo servum divinandi & hariolandi peritum: quod nesciebam. Vide Lex. *Ariolus.*
p Quid si propius accedamus, eamusque adversùm; Vide Elect. Pl. *Militia.*
q Vide Calligr. Tit. *Imperandi, Mandandi, Accedendi.*
r Mea præsentia te urit, pungit. Ich bin dir ein dorn in den Augen. Vide Calligr. *Tadij.* f Metus sudorem conciliat cordi meo. t ne obloquatur videl. u qui sic Seni erat obloquutus. x qui solitus est à puero dare. Vide Lex. *Dare* inter Priapeia verba. y Atqui z Me. Vide Lex.

Digitized by Google

Iamdudum hercle fabulor. CL. [a] *pol tu quidem, atque etiam facis.*
ST. *Huic; immò hercle mihi. vah! tandem redI vix veram in viam.*
CL. [b] *per pol sæpè peccas.* ST. *ita fit,* [c] *ubi quid tanto opere expetas.*
Sed te uterque suo pro jure [d] *ego, atque* [e] *hic, oramus.* CL. *quid est?*
ST. *Dicam enim, mea* [f] *Mulsa. de istac Casinâ huic nostro Villico*
Gratiam [g] *facias.* CL. *at pol ego neque facio, neque censeo.*
ST. *Tum igitur ego sortis* [h] *utrimque jam* [i] danam. CL. *quis votat?*
ST. *Optumum atque æquissumum istud esse jure judico.*
Postremò [k] *si illud, quod volumus, eveniet, gaudebimus.*
Sin secus, patiemur animis æquis. tene sortem tibi.
Vide, quid scriptum 'st. OL. *Vnum.* CH. *iniquom 'st: quia isti prius, quàm mihi 'st.*
ST. *Accipe hanc* [l] *sis.* CH. *cedò, mane. unum venit in mentem modò.*
Vide ne qua illic insit alia [m] *sortis sub aquâ.* ST. *Verbero!*
Men' te censes esse? nulla 'st; habe quietum animum modò.
CH. QUOD. BONUM. ATQUE. FORTUNATUM. SIT. MIHI! *tuum magnum (malum!*
OL. *Tibi quidem edepol, credo, eveniet; novi pietatem tuam.*
Sed manedum; num ista, aut [n] *populna sors, aut abiegna 'st tua?*
CH. *Quid tu id curas?* OL. *quia enim metuo, ne in* [o] *aquâ summâ natet.*
ST. *Euge! cave; conjice sortis nunc jam, amabo* [p] *huc.* [q] *ecce te,*
Vxor, aquâ. OL. *nolim Vxori credere.* ST. *habe animum bonum.*
OL. *Credo hercle hodie* [r] *devotabis sortis, si attigeris.* CH. *tace.*
OL. *Taceo;* DEOSQUE *quæso.* CH. *ut quidem tu hodie Canem,* [s] *&* [t] *Furcâ feras!*
OL. *Mihi ut sortitio eveniat!* CH. *ut quidem hercle pedibus* [u] *pendeas!*
OL. *At tu ut oculos emungare ex capite per* [x] *nasum tuos.*
Quid times? paratum oportet esse jam laqueum tibi.
Periisti! ST. *animum advortite, amabo.* OL. *taceo.* ST. *nunc tu, Cleostrata,*
Ne à me memores malitiosè de hac re factum, aut [y] *suspices.*
Tibi permitto, [z] *tute sorti.* OL. [aa] *perdis me.* CH. [bb] *lucrum facit.*
CL. *Benè facis.* CH. *Deos quæso, ut tua sors ex sitellâ effugerit.*
OL. *Ain' tu? quia tute es fugitivos, omnes te imitari cupis.*
Sed utinam! *tua quidem, sicut* [cc] Herculei *prædicant*
Quondam prognatis, ista in sortiendo sors [dd] *deliquerit.*
CH. *Tu ut* [ee] *liquescas ipse actutum, virgis* [ff] *calefacta Vere.*
ST. *Hoc age sis, Olympio.* OL. *si hic* [gg] *litteratus me sinat. (verò & mihi!*
ST. [hh] QUOD, BONUM. ATQUE. FORTUNATUM. MIHI. SIT! OL. *ita*
CH. *Non.* OL. *Immò hercle.* CL. *immò mihi hercle.* ST. *hic vincet, tu vives, miser.*

Procede

[a] Immò non solũ perperam fabularis; sed etiam perperam facis.
[b] *Vel, perjapè peccas:* ut apud Terent. *per pauquam paucos reperias*, id est, *perquàm paucos*: ut sit tmesis.
[c] ubi aliquis aliquid tantopere expetat.
[d] Pro ea sc. quâ apud te valeo auctoritate ut maritus.
[e] Nempe Servus, pro eo jure, ut dominũ orare decet.
[f] mea Mulsa, quæ mihi instar mulsi es. Mein süsses hertz. (?)
[g] remittas, concedas.
[h] pro utroque, Olymp. & Chal. sc.
[i] danam, vel, dabo. [i] i.e. dabo, distribuam. Vide Lex.
[k] Si eveniat, quod velis, gaudeas. sin secus, æquo animo feras.
[l] Sc. alteram, si vis.
[m] Sors. Prifcian.
[n] ex populo arbore [illegible].
[o] Erant enim sortes ex ligno durissimo, quercu videl. ut in aqua subsiderent. Vide Elect. Plaut. Tit. *Sortis*.
[p] in situlam.
[q] Ecce, Vxor, ut æquo jure tecum agam. Sehet mi. ich [illegible] [illegible] mit dir [illegible] zu handlen.
[r] Sortes diris precationibus obligabit, devotas, & execratas reddet. Vide Lex. [s] Vinculi ferrei genus *Canis*. Vide Elect. Pl. Tit *Servorum*, [illegible]. [t] Servi furcam gerebant. Vide ibid. [u] Servi enim verberabantur pendentes. [x] At ego Deus quæso, ut tibi oculi tui per nasum ex capite emungantur. Est Hellenismus. [y] Suspiceris. Vide Lex. [z] Tu ipsa sortire. Vide Lex. *Sortio.* [aa] occidis me: quia mihi spem vincendi præcidis, cum Cleostratæ sortiendi potestatem permittis. [bb] Iocus. cum sc. te perdit: quia nihil es, neque sumtum, quem herus facit in te alendo, exsarcis. [cc] Aristodemi liberis, Heraclis postens. Historiam hanc lege a nobis recitatam in Elect. Plaut. Tit. *Sortis.* Nota *Herculei* esse *Heraclis*: ut Capt. [illegible] *Heracliti* pro *Heracliti*. [dd] liquefacta fuerit. [ee] tamquam cera aut metallum aliquod. [ff] virgis calefies. Vide Lex. [gg] [illegible], ita virgis cæsus, ut virgarum notæ velut litteræ in tergo adhuc inhæreant. [hh] Vide Elect. Plaut. Tit. *Ominis*.

zed by Google

Præ̃tide [a] os tu illi hodie. age, ecquid fit? CL. ne [b] objexis manum.
OL. Compressân' palmâ, an [c] porrectâ ferio? ST. age, ut vis. OL. [d] hem tibi!
CL. Quid tibi istunc [e] tactio'st? OL. Quia Juppiter jussit meus.
CL. Feri malam, ut ille, rursum. OL. Perij! pugnis cædor, Iuppiter!
ST. Quid tibi tactio hunc fuit? CH. Quia jussit hæc Juno mea.
ST. Patiundum'st: siquidem me vivo, mea Vxor imperium [f] exibet.
CL. Tam huic loqui licere oportet, quam isti. OL. [g] cur omen mihi
Vituperat? ST. malo, Chaline, tibi [h] cavendum censeo.
CH. Temperi [i] postquam oppugnatum'st os. ST. Age, Vxor mea, nunc jam
Sorti [k] vos advortite animum: præbe tu. OL. ubi sim, nescio.
Perij! cor [l] lienosum opinor habeo: jamdudum salit.
De [m] labore pectus tundit. CL. teneo sortem. ST. ecfer foras.
CH. Jam ne mortuus? OL. ostende, mea'st. CH. mala crucias [n] quidem.
CL. Victus es, Chaline. ST. Tum nos diu vivere, Olympio,
Gaudeo. || OL. Pietate factum'st meâ, atque majorum meum.
|| Intrò abi, Vxor, atque adorna Nuptias. CL. faciam, ut jubes.
ST. Scin' tu ruri [o] esse ad Villam longè, quò ducat? CL. scio. ST. intrò abi:
Et quamquam hoc tibi ægrè est, tamen fac accures. CL. licet.
ST. Eamus nos quoque intrò: hortemur, ut properent. OL. numquid moror?
Nam præsente [p] hoc plura verba non desidero.

ACTVS SECVNDI
SCENA VII.
CHALINUS, Servus.

SI nunc me suspendam, meam [q] operam luserim.
Et præter operam restim [r] sumti-fecerim,
Et meis inimicis voluptatem creaverim.
Quid [s] opu'st? qui sic mortuus. equidem
Cum sorti sum victus. Casina nubet Villico.
Atque id non tàm ægrè'st jam, vicisse Villicum,
Quàm id, expetivisse opere tàm magno Senem,
Ne ea mihi daretur, atque ut illi nuberet.
Vt ille [t] trepidabat! ut festinabat miser!
Vt sussultabat! postquam vicit Villicus.
Attat! concedam huc; audio opperiri foràs
Mihi benivolentis. [u] atque ad me prodeunt
Hinc ex insidiis. hic ego insidias dabo.

[a] Valdè os orde Chalino. Vide Lex. *Prætide.*
[b] objeceris. i. ne attigeris. Vide Lex. *Ob.*
[c] Vtrumne vis Chalino malam ferire manu contracta, an explicata?
[d] Vide Lex. *Hem!* est verberantis.
[e] Vide Lex. *Pertractatio.*
[f] exercet, palam agitat.
[g] Cur malis & tristibus verbis mihi male ominatur?
[h] Nota sunt. *Cavere malo.*
[i] Maturè me mones, ut caveã malo, postquam mihi os pugnis benè percussum est.
[k] Sortem educe è sitella.
[l] morbosum. i. e. cor mihi palpitat & trepidat instar lienis male affecti. Merc. 1. 1. 14.
[m] præ dolore. Vide Lex. *De.*
[n] Vide Lex. *Crucias.*
[o] Sc. locum, quo ducat uxorem Olympio.
[p] Chalino.
[q] Sc. cum jam sim mortuus.
[r] Vide Lex. *Sumptu facere.*
[s] Nullo mihi opus est suspendio, qui quidem sic mortuus sum: cùm sors me quasi necaverit. Hæc enim mors ipsa mihi, victum esse me, villicum, immo magis senem vicisse.
[t] Wie ist er nur gerendt und gelauffen, biß er sie bekommen hat?

[u] Benivolentis: Servus amicos & benevolentes suos dicit herum & Olympionem conservum, qui acerrimè amorem suum expugnadent.

Digitized by Google

ACTVS SECVNDI
SCENA VIII.

Olympio, Villicus. Stalino, Senex. Chalinus.

Sine *modò rus* [a] *eveniat, ego remittam ad te* [b] *virum*
Cum [c] *furcâ in Vrbem, tamquam Carbonarium.*
St. *Ita fieri oportet.* Ol. *factum, & curatum dabo.*
St. *Volui Chalinum, si domi esset, mittere*
Tecum obsonatum, ut etiam in mœrore insuper
Inimico nostro miseriam hanc adjungerem.
Ch. [d] *Recessim cedam ad parietem; imitabor* [e] *Nepam.*
Captandu 'st horum clanculùm sermo mihi.
Nam illorum me alter cruciat, alter macerat.
|| *At* [f] *candidatus cedit* [g] *hic Mastigia;*
Stimulorum [h] *loculi.* [i] || *protollo mortem mihi.*
Certum 'st, hunc [k] *Acheruntem* || *præmittam prius.*
Ol. [l] *Vt tibi ego inventus sum obsequens!* || *quod maxumè*
Cupiebas, ejus copiam feci tibi.
Erit hodie tecum, || *quod amas, clam uxorem.* St. *tace.*
Ita me DI benè ament! || *ut ego vix reprimo labra!*
Ob istam rem, quin te deosculer, || *Voluptas mea.*
Ch. *Quid!* [m] deosculer? *quæ res est? quæ voluptas tua?*
|| *Ecfodere* [n] *hercle hic volt credo vesicam Villico.*
Ol. *Ecquid* || *amas nunc me?* St. *immò edepol me, quàm te, minus.*
Licetne amplecti te? Ol. *quid?* || *amplecti licet?*
St. *Vt quia te* || *tango, mel mihi videor lingere!*
** Ch. *Vltrò te, Amator; apage te* || *à dorso meo!*
Illuc est, illuc quidem hic hunc [o] *fecit Villicum,*
Et idem me || *pridem, quòm ei advorsum veneram,*
Facere Atriensem voluerat sub januâ.
|| Ol. *Vt tibi morigerus hodie! ut voluptati fui!*
St. *Vt tibi, dum vivam, benè velim, plus quàm mihi!*
Ch. *Hodie hercle,* || *opinor,* [p] *hice conturbabunt pedes.*
Solet hic barbatos sanè sectari Senex.
St. *Vt ego hodie Casinam deosculabor! ut mihi*

a Chalinus. Vide Lex. *Sine*; quod est minantis.
b Chalinum.
c Vide Elect. Tit. *Servorum*: & *Carbonariorum*.
d Vide Lex. *Recessim*. retrocessim.
e cancrum, seu scorpium. Vide Lex.
f ut sponsus. Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum*. & *Libertorum*.
g incedit.
h Ita stimulis fodi solitus, ut totum corpus ejus stimulorum loculi esse videantur.
i profero, produco.
k primâ productâ in *Acher.*
l ὡς! ut! θαυμαστικῶς.
m Quid hoc verbi est? *deosculer?*
n Nequam hoc est verbum de Venere posticâ.
o τὸ *Facere* itidem σκαπτρὸν est. Vide Lex. vl. Fecit Villicum pro mercede: ut Atrientem præmij vicem.
p h.e. ἀρχαϊκῶς. implicantur pedibus, ut alii amantes brachiis.

Bona

Bona multa [a] || *faciam!* clam *meam uxorem.* CH. [b] *Attate!*
Nunc pol ego demum || *in rectam redii semitam;*
Hic ipsus Casinam deperit. [c] *habeo* || *viros.*
ST. *Jam hercle amplexari, jam osculari gestio.*
OL. *Sine prius* || *deduci. quid, malum! properas?* ST. *Amo.*
OL. *At non opinor fieri* || *hoc posse hodie.* ST. *Potest.*
Siquidem cras censes te posse || *manumitti.*
CH. *Enimverò huc aures magis sunt* || *adhibendæ mihi.*
Jam ego uno in saltu [d] *lepidè apros capiam duos.*
|| ST. *Apud hunc sodalem meum, atq; vicinum, mihi*
Locus est paratus. || *ei ego omnem amorem meum*
Concredui. [e] *is mihi se locum* || *dixit dare.*
OL. *Quid ejus Uxor? ubi erit?* ST. *Lepide* [f] *repperi.*
|| *Mea Uxor vocabit huc eam ad se in Nuptias,*
Ut hic sit secum; || *se adjuvet, secum cubet.*
Ego jussi; & dixit se facturam Uxor mea.
|| *Illa* [g] *hic cubabit, si Vir aberit, faxo, domo.*
Tu rus Uxorem duces. [h] || *id rus hoc erit,*
Tantisper dum ego cum Casinâ faciam [i] *Nuptias.*
|| *Hinc tu ante lucem rus cras duces* [k] *postea.*
Satin' [l] *astutè!* OL. *Doctè.* CH. || *Age modò;* [m] *fabricamini:*
Malo hercle vostro tam vorsuti vivitis.
|| ST. *Scin'? quid nunc facias.* OL. *Loquere.* ST, *Tene marsupium.*
|| *Abi, atq; obsonia* [n] *propera. sed lepide volo*
Molliculas escas, ut ipsa || *mollicula 'st.* OL. *Licet.*
ST. *Emito* [o] *sepiolas,* [p] *lepadas,* [q] *lolligiunculas*
|| *Hordejas.* CH. *Immò* [r] *triticejas, si sapis.*
ST. *Soleas.* [f] CH. [t] *Qui quæso potius?* || *quàm* [u] *sculponeas,*
Quibus [x] *battuatur tibi os, Senex nequissume.*
|| OL. *Vin'* [y] *lingulacas?* ST. *Quid opu'st? quando Uxor domi 'st.*
|| *Ea lingulaca est nobis. nam numquam tacet.*
OL. *In re* [z] *præsenti,* || *ex copiâ piscariâ*
Consulere potero, quid emam. ST. *Æquom oras; abi.*
|| *Argento parci nolo: obsonato ampliter.*
Nam mihi vicino hoc etiam || *convento 'st opus,*
Ut quod mandavi, curet. OL. *Jam ne abeo?* ST. || *volo.*
CH. *Tribus non conduci possum Libertatibus,*
Quin ego illis || *hodie conparem magnum malum.*

a Hoc enim est voluptuariorum, bona sibi facere, & Genio indulgere. Formulam. *Bona fa ere*; Vide in Calligr.
b Interjectio increpantis.
c Proverbij speciē habet. Dici enim solitum in manifestò deprehēsos. *Habeo viros.* Ich hab sie erdapt.
d *Prov.* Una in re & loco uno duos capiam, Stalinonem & Olympionem.
e Concredidi, fidei commisi.
f Excogitavi, ubi esset interea, dum Casinâ potiter.
g Uxor Alcesimi Murrhina domi nostræ cubabit.
h Domus nimirū vicini.
i Per Nuptias, intelligit ipsum *συνουσιασμόν*, seu coitum.
k Casinam.
l Nonne admodū astute res tota à nobis est provisa?
m Fallacias struite.
n Vide Lex. *Tropetare.*
o Sepiolæ, à sepiis. *Sepia* piscis.
p *Lepades* genus conchæ marinæ.
q Parvæ lolligines hordeariæ. p pronunciationem rusticam.
r *Sc.* parari jubeto. triticū enim hordeo præstat.
f locus ex ambiguo. *Solea* enim piscis est. & calceamenti genus.
t Qui vero, quâ quasi potius. Vide Lex. *Qui.* u Vide Lex. *Sculponea.* x Vide Lex. y *Lingulaca* piscis genus. Iocus, quo tangit loquacitatem muliebrem. z Vide Elect. Plaut. Tit. *Actionum.*

Quinque hanc omnem rem, || mea Era jam faciam palam.
Manufestò teneo in noxâ inimicos meos.
|| Sed si nunc facere volt Era officium suum,
Nostra [a] *omnis lis est; || publicâ repravortar viros.*
Nostro [b] *omine it dies. jam victi vicimus.*
|| Ibo intrò: ut id, quod alius condivit coquus,
Ego nunc vicissim || ut alio pacto condiam.
Quò id, quod [c] *paratum st, ut paratum ne siet,*
|| Sietq; ei paratum, quod paratum non erat.

ACTVS TERTII
SCENA I.

Stalino. Alcesimus: Senes.

NVNC *amici anne inimici sis imago, Alcesime, mihi, sciam.*
Nunc [d] *specimen specitur:* [e] *nunc certamen cernitur.*
Curam [f] *exime; castigare id, ponito ad compendium.*
Cano capite! ætate alienâ! [g] *coaddito ad compendium:*
Quoi sit uxor! id quoq; illuc ponito ad compendium.
Al. *Miseriorem ego ex Amore, quàm te, vidi neminem.*
St. *Fac, vacent ædes.* Al. *Quin edepol servos, ancillas, domo*
Certum' st omnis mittere ad te. St. *Eho! nimiùm scitè scitus es.*
Sed [h] *facito-dum, merula puero, versus, quos cantat, colas:*
Cum cibo tum quiqui, *facito*, veniant; quasi [i] eant Sutrium.
Al. *Meminero.* St. [k] *Hem! nunc enim te demùm nullum scitum scitiu' st.*
Cura. ego ad forum modò ibo: jam hic ero. Al. *Benè ambula.*
St. *Fac habeant linguam tua ædes.* Al. *Quid ita?* St. *Quòm veniam,* [l] ***vocent.***
Al. [m] *Attate! cadundus* [n] *tu homo es; nimias delicias facis.*
St. *Quid me amare refert? nisi sim* [o] *doctus, dicax,* [p] *vivos.*
Sed tu cave inquisitioni mihi sis. Al. *Vsq; adero domi.*

ACTVS

a Vicimus.
b Auspicatè, feliciterque.
c ... per quã significat, se contista ... fallacias Stalinonis & Olympionis disturbaturum atque eversurum.
d Nunc spectaberis, qualis sis in me animo, *Amicissime.*
e Idem dicitur ἀνδραγαθεῖν.
f Exime mihi omnem curam: & parce mihi: me castigare noli. Quin etiam illa, quæ dici solent Senibus lascivis: *Cano capite! ætate alienâ! cui uxor sit!* omitte.
g Etiam illud addito unà in compendium.
h Interim tamen memineris (*Colere* enim absolutè est *memoriam colere, meminisse*) versiculi ejus, quẽ ubivis domuum vocalis merula puero suo, tardius obsipâti ciculam, óccinit. Cum cibo facito venias, quasi eas Sutrium. Et hunc versum, sine dubio docebant cantare aviculas suas olim. *Merulã* in delitiis puerorum fuisse innuit Plin. lib. 4. Ep. 2. Vide Elect. L. Tit. *Atinii.*
i *Proverbium* in eos, qui suis rebus opibusq; confisi, repræsentarẽt quibus deberent. *Festus.*

k Alludit ad nomen, *scitum.* Vide Pseud. 1. 4. ℣. 58. *Plebis-scitum.* l Vltrò: ne necesse habeam pulsare. m *Atate!* Increpantis interjectio. Vide Lex. n Verba nequitiæ. Vide Lex. *Cadere, Concacare.* o Quia Alcesimus dixerat; *Nimias delitias facis.* p *Vivus* hoc loco erit, *vividus.*

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA II.

CLEOSTRATA. ALCESIMUS.

VT properarem [a] *arcersere hanc* [b] *ad me vicinam meam: hoc erat*
Ecastor id, quod me Vir tantopere orabat meus:
Liberæ ædes ut sibi essent, Casinam quò deduceret,
Nunc adeò nequaquam arcersam, [c] *ne quà ignavissumis*
Liberi loci potestas sit [d] *vetulis Vervecibus.*
Sed eccom! egreditur [e] *Senati columen, Præsidium popli,*
Meus Vicinus, meo Viro qui liberum præbet locum.
Non ecastor [f] *vilis emtu'st modius, qui venit, salis.*
Miror hinc jam non arcersi in proxumum uxorem meam,
Quæ jamdudum, si arcersatur, ornata expectat domi.
Sed eccam, opinor, arcersit. salve! Cleostrata. || CL. *Et tu, Alcesime.*
Vbi tua Vxor? AL. *Intus illa te, si se arcersas,* || *manet.*
Nam tuus Vir me oravit ut eam istuc ad te adjutum mitterem.
|| *Vin' vocem?* CL. *Sine; nolo, si illa occupata'st.* AL. *Otium'st.*
|| CL. *Nihil moror. molesta ei esse nolo; post convenero.*
AL. *Non ornatis istic apud vos Nuptias?* CL. *Orno, & paro.*
AL. *Non ergò opu'st adjutrice* CL. *Satis* [g] *domi'st. ubi Nuptiæ*
Fuerint, tum istam [h] *convenibo. nunc vale atque istam* [i] *jube.*
AL. *Quid ego nunc faciam? flagitium maxumum feci miser,*
Propter operam illius [k] *hirqui, improbi, & edentuli.*
Qui hoc mihi [l] *contraxit. operam Vxoris polliceor foràs,*
Quasi [m] *Catillæ. tum flagitium hominis, qui dixit mihi suam*
Vxorem hanc arcersituram esse: ea se eam negat morarier.
Atque edepol mirum, ni subolet jam hoc huic Vicinæ meæ.
Verùm autem [n] *altro-vorsum quòm eam mecum rationem puto,*
Siquidejus esset, esset mecum postulatio.
Ibo [o] *intrò, ut subducam navim rursum in* [p] *pulvinarium.*

CL. *Jam*

a Nota Synt. Græcam.
b Domum nostrā.
c Ne qua vacui loci, in quo libere & sine arbitris scortari, & amoribus turpissimis operā dare possint, fiat copia.
d Senibus ad Venerem ineptis.
e Ironia. *Senatus.* ἀρχαϊσμός.
f Insulsus hic est Senex meus. Tantum enim salis requiritur ad eum saliendum, ut excandefacere annonam salariā possit. Igitur ipsius insulsitatis respectu, modius salis, qui venditur, non est vilis futurus a qui tamen alioquin sit vilissimus. quippe ad [illegible] adeo insulsum persaliendum, nimium salis requiritur.
g [illegible] djutricum. [illegible]
h Conveniam. ἀρχαϊσμός.
i Valere meis verbis.
k Quia instar hirci salax est.
l Qui hoc mali mihi conflavit.
m Ego meam operam aliis præstò esse volo, catillorum more, qui foras elocari solent amicis, ut suo femine impartiant caniculas, quibus cupiunt provenire catulos insigniores. *Catillas* autem potius nominat, quàm *catellas*, quia [illegible] ore illo genere frequentius utebantur homines, cum de animalium quocumque genere loquerentur. n Alterum [illegible] meum [illegible] puto. o De Vxore Alcesimi hæc capienda. Ibo intrò, & uxorem, quæ instar navis parata atque ornata exspectat, donec deducatur ad vicinam, iterum subducam in pulvinarium: *hoc est*, ut domi in pulvinari quiescat, cum foras non vocetur. p Propriè hoc capiendum, quia Senex jocatur super navi sua, quæ pulvinaribus potius, quàm trabibus fulcienda vide infr. [illegible]

a Velim venire. Nota syntax.

CL. *Jam hic est lepidè ludificatus. miseri ut festinant Senes!*
Nunc ego illum nihili-decrepitum-meum-Virum veniat [a] *velim,*
Vt eum ludificem vicissim, postquam hunc delusi alterum.
Nam ego aliquid contrahere cupio litigij inter eos duos.
Sed eccum incedit! at quòm aspicias tristem, frugi censeas.

ACTVS TERTII
SCENA III.

STALINO, Senex. CLEOSTRATA.

b Quo die. Aufe- rendi casis. Stultus Amator est, qui eo die, quo admanũ illi Amica est, in forum procedit. Vide Elect. Pl. Tit. [illegible]
c Vide Calligr. tit. [illegible]
d Vide Elect. [illegible] tit. [illegible]
e Qui corpore quidem [illegible], animo vero [illegible] est: [illegible] prius cum, qui aliquem advocat, ex eo quærere [illegible] ei, [illegible] præsto [illegible] an [illegible] & in alia re sit occupatus, quam in negotio quod agitur: ut amantis animus, qui est cum eo, quem amat.
f Vide Callogr. [illegible]
g Item [illegible].
h Intumuit, iratus est Vxori [illegible]. Ita Verveces vetulos [illegible]. Vide supr. [illegible] Callogr. [illegible]
i Meretricium.
k Quasi formosum pueru.

STULTITIA *magna est, meâ quidem sententiâ,*
Hominem Amatorem || *ullum ad forum procedere,*
In eum diem, [b] *qui, quod amet, in* [c] *mundo fiet.*
|| *Sicut ego feci stultus; contrivi diem,*
Dum [d] *asto Advocatus quoidam* || *Cognato meo,*
Quem hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo,
|| *Ne me necquiquam sibi hodie advocaverit.*
Rogitare oportet || *prius, & percontarier,*
Adsit ne animus ei, nec ne adsit, quem advocet.
|| *Si neget adesse,* [e] *exanimatum amittat domum.*
Sed Vxorem ante || *ædis eccam! hei misero mihi!*
Metuo, ne non sit [f] *surda, atq; haut audierit.*
|| CL. *Audivi ecastor cum malo magno tuo.*
ST. *Accedam propius.* || *quid agis? mea Festivitas.*
CL. *Te ecastor præstolabar.* ST. *Jam ne ornata res est?*
Jam ne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam?
|| *Qui te adjutaret.* CL. *Accersivi, ut jusseras,*
Verùm hic sodalis || *tuus, amicus* [g] *optumus,*
Nescio quid se [h] *sufflavit Vxori suæ:*
|| *Negavit posse, quoniam arcesso, mittere.*
ST. *Vitium tibi istuc* || *maxumum'st; blanda es parum.*
CL. *Non Matronarum'st* || *officium, sed* [i] *Meretricium,*
Viris alienis, mi Vir, subblandirier.
|| *I tu, atq; arcesse illam; ego intus, quod facto'st opus,*
Volo accurare, mi Vir. ST. *Propera ergò.* CL. *Licet,*
Jam pol ego huic aliquem || *in pectus iniciam metum,*
Miserrumum hodie ego hunc habebo [k] *Amasium.*

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS TERTII
SCENA IV.

ALCESIMUS, Senex. STALINO.

VISO huc, Amator si à foro rediijt domum,
Qui me, atq; Vxorem [a] || *ludificatu'st lariia.*
Sed eccom ante ædis! ad te hercle ibam commodùm.
|| ST. *Atq; ego hercle ad te. quid ais? vir minimi preci.*
|| *Quid tibi mandavi? quid tecum oravi?* AL. *Quid est?*
|| ST. *Vt benè vacivas ædis fecisti mihi!*
Vt traduxisti huc ad nos || *Vxorem tuam!*
Satin' propter te pereo ego, atq; Occasio?
AL. *Quin tu suspendes te. nempe tute dixeras,*
Tuam arcersituram || *esse hinc Vxorem meam.*
ST. *Ergò* [b] *arcersivisse ait sese, & dixisse te,*
|| *Eam non missurum.* AL. *Quin ea ipsa ultrò mihi*
|| *Negavit, ejus operam se morarier.*
ST. *Quin ea ipsa* || *me adlegavit, qui istam arcerserem.*
AL. *Quin nihili facio.* ST. *Quin me perdis?* AL. [c] *Quin benè est.*
|| *Quin* [d] *etiam diu morabor,* [e] *quin cupio tibi.*
|| *Quin aliquid ægrè* || *facere, quin faciam libens.*
Nunquam [f] *tibi hodie* QUIN *erit* || *plus, quàm mihi.*
Quin hercle DEI *te perdant! postremò quidem.*
|| ST. *Quid nunc? missurus ne es ad me Vxorem tuam?*
AL. [g] *Ducas, easq; in maxumam malam crucem!*
Cumq; [h] *hac, cumq; istac, cumq; Amicâ etiam tuâ.*
Abi, & aliud cura. ego jam per hortum jussero
Meam istuc transire Vxorem, ad Vxorem tuam.
ST. *Nunc tu mihi Amicus es in germanum modum.*
Quâ ego hunc amorem mihi esse [i] *avi dicam datum?*
Aut quod ego umquam erga Venerem iniquè fecerim,
Quoi sic tot amanti mihi obviam eveniant moræ?
Attat! quid illud clamoris, obsecro, in nostrâ domo'st?

[a] Per appositionē. *Larva:* h. e. larvatus.

[b] Vide Lex. *Ergò.*

[c] *H. e.* gratulor, & volupe est mihi, *sc.* te mea opera disperire.

[d] Quin etiam pertendam, quamvis diu, in hac malè tibi tum dicendi tum faciendi sententia. Vide Lex. *Quin.*

[e] Eadē quæ prius, hoc est; mala omnia: ut pereas.

[f] Numquam erit tibi hodie major ejus verbi *Quin* dicendi largitas, quàm mihi. *h. e.* nusquā me istius particulæ iterationibus vinces, ne frustra fies.

[g] Ducas ipse uxorem meam domū tuam.

[h] Mea & tua uxore.

[i] Qua avi, quo omine. Vide Caligr. Tit. *Ominis.*

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA V.

PARDALISCA, Ancilla.
STALINO, Senex.

NULLA *sum; nulla sum. tota tota óccidi: cor metu mortuum 'st;*
Membra miseræ tremunt, nescio unde auxilij, præsidI,
Perfugij mihi, aut opum copiam conparem, aut expetam.
Tanta [a] *factis modò mira veris modis intus vidi;*
Novam atq; [b] *integram* [c] *audaciam. cave tibi. Cleostrata; abscede*
Ab [d] *istâ, obsecro; ne quid in te mali faxit ira pércita.*
Eripite isti gladium, quæ sui est inpos animi.
ST. *Nam quid est? quòd hæc huc* [e] *timida atq; exanimata exiluit forâs,*
Pardalisca. PA. *Perij! unde meæ* [f] *usurpant aures sonitum?*
ST. *Respice modò ad me.* PA. *Ere mi!* ST. *Quid tibi 'st?*
Quid [g] *timida es?* PA. *Perij!* ST. *Quid perijsti?*
PA. *Perij! & tu perijsti.* ST. *Aperi; quid tibi?* PA. *Væ tibi!*
ST. *Immò istuc tibi sit!* PA. *Ne cadam, amábo, tene me.* || ST. *Quicquid est,*
Eloquere mihi citò. PA. *Contine pectus;* || *face ventum, amábo,*
Pallio. ST. *Timeo hoc negotium. quid est?* || *nisi hæc meraclo*
Se usspiam [h] *percussit flore Libyco.* PA. [i] || *obtine auris, amábo.*
ST. *I in malam crucem! Pectus,* || *Auris, Caput, Teq;, DI perduint!*
Nam nisi ex te scio, || *quicquid hoc sit, citò jam tibi istuc*
Cerebrum [k] *dispercutiam,* [l] *Execrata;* || *ludibrio pessuma adhuc*
Quæ me habuisti. || PA. *Ere mi!* ST. *Quid vis? mea Ancilla.* PA. *Nimiùm sævis.*
|| ST. *Numerò* [m] *dic sis: & hoc quicquid est, eloquere; in pauca refer,*
|| *Quid intus tumulti* [n] *fuit?* PA. *Scibis.* [o] *audi!* || *malum pessumumq;*
Hic modò intus apud nos || *tua Ancilla hoc pacto exordiri*
Cœpit; quod haut Atticam || *cóndecet disciplinam.* ST. *Quid est id?*
PA. *Timor præ-* || *-pedit dicta linguæ.* ST. *Quid est? possum scire ego istuc*
|| *Ex te? quid negotij 'st?* PA. *Dicam. tua Ancilla, quam tuo*
Villico vis dare uxorem, ea intus. ST. *Quid* [p] *intus? quid est?*
PA. *Imitatur malarum malam disciplinam; Viro suo quæ inter-*
Minatur. ST. *Quid* [q] *ergò?* PA. *Vah!* ST. *Quid est?* PA. *Interimere ait velle*
Vitam. gladium. [r] ST. *Hem! gladium? quid! eum gladium?* PA. *Habet.* ST. *Hei*
misero mihi!

a *H. e.* reipsâ. verè tot mira reipsâ in ædibus agitarunt. Vide Lex. *Facta*.
b Novam, & à nullo suspectam.
c Vide Lex. *Audacia*.
d Casina.
e Tímens.
f Audiunt sonitum. Vide Calligr. *Audiendi*.
g Turbata, commota. *Donatus*.
h Vide Calligr. tit. *Ebrietatis*, & Lex. *Flos*.
i Aures mihi ex adversa parte tene, ne cadam.
k τό *dis* est αὔξητικον.
l παθητικῶς sumendum. *O maledicta, execrata!*
m *H. e.* citò. Vide Lex.
n Tumultus. ἀρχαικῶς.
o Scies. ἀρχαικῶς.
p Sermo est imperfectus: ob metum.
q Seminatur.
r Sermo interruptus sc. *habet*, quod sequitur.

Cur

Digitized by Google

Cur eum habet? PA. *Insectatur omnis domi per ædis, nec quemquam*
Propè ad se sinit adire. ita omnis sub arcis, sub lectis
Latentes [a] *metu mussitant.* ST. *Occidi, atq; interij! quid illi*
Objectum 'st mali tam repentè? PA. *Insanit.* ST. *Scelestissumum*
Me esse credo. PA. *Immò si scias dicta quæ dixit hodie.* ST. *Istuc*
Exspecto scire. quid dixit? PA. *Audi. per omnis Deos & Deas*
[b] *Dejuravit,* [c] *occisurum eum hac nocte, quicum cubaret.*
ST. *Me occidet?* PA. *An quippiam ad te adtinet?* ST. *Vah!* PA. *Quid cum eâ negotij*
Tibi 'st? ST. *Peccavi: illuc dicere Villicum volebam.* PA. *Sciens*
De [d] *viâ in semitam degredere.* ST. *Numquid mihi minatur?*
PA. *Tibi* [e] *infesta soli est plus quàm quoiquam.* ST. *Quamobrem?* PA. *Quia se des*
Vxorem Olympioni; neq; se tuam, nec se suam,
Neq; Viri vitam sinere in crastinum [f] *protolli. id huc missa sum,*
Tibi ut dicam; ab eâ ut caveas tibi. ST. *Perij hercle ego miser!*
Neq; est, neq; fuit me Senex quisquam Amator adæquè [g] *miser.*
PA. *Ludo ego hunc facetè. nam quæ facta dixi, omnia huic*
Falsa dixi. Era, atq; hæc [h] *dolum ex proxumo hunc protulerunt.*
Ego [i] *huc missa sum ludere.* ST. *Heus! Pardalisca.* PA. *Quid est?* ST. *Est.* PA. *Quid?*
ST. *Est quod volo exquirere à te.* PA. *Moram offers mihi.* ST. *At tu mihi*
Offers mœrorem. sed etiamne habet & nunc Casina
Gladium? PA. *Habet. sed duos.* ST. *Quid duos?* PA. *Altero te occisurum ait,*
Altero Villicum hodie. ST. [k] *Occisissumus sum omnium, qui vivont.*
Loricam induam mihi. optumum esse opinor. quid? Vxor
Mea non adijt, atq; ademit? PA. [l] *nemo audet propè accedere.*
ST. *Exoret.* PA. *Orat. negat ponere alio modo ullo profectò,*
Ni se sciat Villico non datum iri. ST. *Atq; ingratIs, quoniam*
Non volt, nubet hodie. nam cur non ego id perpetrem? quod cœpi?
Vt nubat mihi. illuc quidem [m] *volebam; non, sed nostro Villico.*
PA. *Sæpiculè peccas.* ST. *Timor præpedit verba: verùm*
Obsecro, dic me Vxorem orare, ut exoret illam, gladium
Vt ponat, & redire me intrò ut liceat. PA. *Nuntiabo.*
ST. *Et tu orato.* PA. *Et ego orabo.* ST. *At blandè orato, ut soles. sed audin'?*
Si [n] *ecfexis hoc,* [o] *soleas tibi dabo, & Annulum in digito*
Aureum, & bona plurima. PA. *Operam dabo.* ST. *Face, ut inpetres.*
PA. *Eo nunc jam; nisi quippiam remorare me.* ST. *Abi, & cura.*
PA. *Redit eccum tamdem obsonatu ejus adjutor.* [p] *pompam ducit.*

a Præ metu tacent.

b Sanctè juravit. Vide Lex. *De.*

c Vide *Participia*. Lex.

d *H. e.* Prudens de via lata & rectè degrederis in viã angustam & impeditam, adeòq; sciens & prudens te impedis. Vide *Via*.

e ἐνεγκλήτως.

f Produci, differri.

g Miserior. adæq; sc. atq; ego sum.

h Vicina Murrhina. Nota: *hac ex proxumo.* infr. Grex. ℣. 1.

i Sic antea: *Ludo ego hunc.*

k Sic finxit ad exprimendam Senis formidinem.

l Ita furore percita est, ut neminẽ quemquam admittat.

m Sic loquitur pro immoderata libidine. debuit enim dicere; *nolebam*: quomodo exstat in MS. Pal. pr.

n Effeceris.

o Vide Elect. Pl. tit. *Servitij, Pedissequarum, Ancillarum, Gynæc.*

p Coquos cùm instrumento culinario.

Digitized by Google

ACTVS TERTII
SCENA VI.

OLYMPIO. COQUUS. STALINO.

VIDE fur [a], ut sentis sub signum ducas. CO. Qui verò sunt sentes?
OL. Quia, quod tetigére, ilicò rapiunt. si [b] eas ereptum, ilicò scindunt.
Ita quoquò adveniunt, [c] ubiubi sunt, [d] duplici dampno dominos multant.
CO. [e] Eja! OL. Atat! cesso magnificè, [f] patritèq; , avitèq; ita enim Ero meo
Hàc ibo advorsum. ST. Bone vir, salve! OL. Fateor. ST. Quid fit? OL. Tu amas;
Ego esurio, & sitio. ST. Lepidè [g] excuratus incessisti.
OL. Aha hodie! ST. Manè verò, quamquam fastidis. OL. [h] Fi! Fi! fœtet
Tuus mihi sermo. ST. Quæ res! OL. Hæc res. ST. Etiamne adstas? OL. Enimverò
Πράγματά μοι [i] παρέχεις. ST. Dabo μέγα κακὸν, ut ego opinor;
Nisi [k] resistis. OL. ὦ Ζεῦ! potin' à me abeas? nisi me vis vomere
Hodie. ST. Mane. OL. Quid est? quis hic homo'st? ST. Erus sum. OL. Quis erus?
ST. Quojus tu servos es. OL. Servos ego? ST. Atq; meus. OL. Non sum ego liber?
Memento, [l] memento. ST. Manè atq; asta. OL. Omitte; servos sum tuus.
Optumê'st. ST. Obsecro, Olympisce mi, mi Pater, mi Patrone. OL. Hem! sapis sanè.
ST. Tuus sum equidem. OL. Quid mihi servo opu'st tam [m] nequam?
ST. Quid nunc? quàm mox recreas me? OL. [n] Cena modò si sit cocta.
ST: Intrò ergò abeant. OL. Properè citò introite, & citò deproperate.
ST. Ego jam intus ero, facite cenam mihi, ut [o] ebria sit.
Cenare lepidè, nitidèq; volo: nihil moror [p] barbarico ritu
Sanè [q] esse jam. i [r] sis; ego hic habito. num quid est? gladium
Ancilla Casinam intus habere ait, qui me, atq; te [s] invitat.
OL. Scio; sic sine habere. nugas agunt; novi ego illas malas merces.
Quin tu i modò mecum domum. ST. At pol malum meti.o: i tu modò;
Perspicito prius, quid intus agatur. OL. Tàm mihi mea vita, quàm tua
Tibi cara'st. ST. Verùm modò. OL. Si tu jubes, [t] inibitur tecum.

ACTVS

a Vide tu, ut ministros tuos, q sunt quasi sentes: (quia quidquid tangũt, secum auferunt, aut scindunt,) sub signis ducas; ne huc atq; illuc distracti vagentur. Milites enim sub signis non poterant vagari, furari, latrocinari. Vide Elect. Pl. Tit. *Militia*.
b Si sentes vesti hærentes eripere coneris, ilicò vestem scindunt. Vide Lex. *Periphr.*
c Vide Lex. *Vbi*.
d Rapiendo, & lacerando.
e Est revocantis. Zbue gemach!
f Non splendidè *sc*. Patrum & Avorum in morem, meo hero ibo advorsùm, sed sic, uti me par est. Sum enim nõ Nobilis, sed Villicus.
g Quoad obsoniũ lautum *sc*.
h Sic abigebantur fœtidi.
i Hic sermo superbis olim in ore. Vide Elect. Pl. Tit. *Superbia*.
k Restas, manes.
l Monentis & minantis simul.
m Omnis enim Amator nequã est.
n Expecta modo, dum cœna cocta sit, tùm te recreabo: facta *sc*. tibi Casinæ copia.
o Vt madet & percocta est probê!
p Vel Persico, vel Romano. Q. d. Satis est mihi, eleganter potius, & munde, quàm sumptuosê cœnare. Vide Elect. Plaut. Tit. *Convivij*.
q Edere.
r Si vis.
s Vitam tollat. Vide Lex. *Invitare*.
t Introibitur.

Digitized by Google

ACTVS QVARTI SCENA I.

ANCILLA.

NEc pol ego [a] *Nemeæ credo, neque ego* [b] *Olympiæ,*
Neque usquam Ludos || tam festivos fieri,
Quàm hîc intus fiunt ludi [c] *ludificabiles*
|| Seni nostro, & nostro Olympioni Villico.
Omnes festinant intus totis || ædibus.
Senex in culinâ clamat, hortatur Coquos.
Quin agitis || hodie! [d] *quin datis, si quid datis!*
Properate, cenam jam esse coctam opportuit.
|| Villicus hic autem cum [e] *coronâ candidê,*
Vestitus lautè, exornatusque ob- || *-ambulat.*
Illæ autem in cubiculo [f] *Armigerum ornant* mulieres,
|| Quem dent pro Casinâ nuptum nostro Villico.
sed nimiùm lepidè dissimulant
|| Fore, hujus quod [g] *futurum 'st. dignê autem Coqui*
|| Nimis lepidè ei rei dant operam, ne cenet Senex.
Aulas [h] *pervortunt, || ignem restingunt aquâ.*
Illarum oratu faciunt. illæ autem Senem
|| Cupiunt extrudere incenem ex ædibus,
Vt ipsæ solæ ventres || distendant suos.
Novi ego illas ambas [i] *estrices;* [k] *corBitant, ubi*
Comes esse possunt. sed aperitur ostium.

a Vbi ludi Nemæi Herculi vel Archemoro fiunt.
b Vbi ludi fiunt Iovi Olympio.
c ad ludificandum accommodati.
d Vide Elect. Pl. Tit. *Beneficij.*
e Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.*
f Chalinum.
g quidquid hujus fut.
h ollas deijciunt.
i Die fresserin. *Nonius.*]
k [H. e. sese instar corvorum ingurgitant. Vide Lex. *Corbitare.*

ACTVS QVARTI SCENA II.

STALINO. ANCILLA.

SI *sapitis, Vxor,* [l] *vos tamen cenabitis,*
Cena ubi erit cocta. || ego ruri cenavero.
Nam novom Maritum ego, *& novam Nuptam volo*
|| Rus prosequi. novi hominum mores maleficos,

l Tu Vxor, & Murrhina, & Ancillæ.

Ne quis eam abripiat. || facite vostro animo volupe.
Sed properate istum, atque istam || actutùm emittere.
Tandem ut veniamus [a] luci; ego cras hîc ero.
§ Cras [b] habuero, Vxor, ego tamen convivium.
AN. Fit, quod futurum dixi; incenatum Senem
Foràs extrudunt Mulieres. ST. quid tu hîc agis?
AN. Ego eo, quò me [c] ipsa misit. || ST. Veròn'. AN. serio.
ST. Quid hic speculare? AN. nihil equidem speculor, ST. abi!
Tu hic [d] cunctas: intus alij festinant. || AN. eo.
ST. Abi hinc sis ergò, pessumarum pessuma.
Iamne abijt illac? || dicere hic, quod vis, licet.
QVI [e] AMAT tantùm, hercle si esurit, nullus esurit.
|| Sed eccom progreditur cum coronâ, & lampade,
§ Meus [f] Sociennus, conpar, conmaritus Villicus.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

OLYMPIO. STALINO.

AGE, tibícen! dum illam educunt huc novam Nuptam foràs,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam [g] Hymenaeo.
Io Hymen Hymenae! Io Hymen! ST. quid agis? mea Salus!
OL. Esurio hercle; atque [h] adeò haut sitio. ST. At ego amo. OL. at ego hercle
Nihil facio [i] tibi, Amor, pericli, mihi inanitate
Iamdudum intestina murmurant. || ST. nam quid illaec nunc
Tam diu intus remoratur, || quasi ob industriam? quanto ego
Plus propero, [k] tantò illa minus. || OL. Quid si [l] etiam offendam Hymenaeum?
ST. [m] Censeo. at ego te adjutabo in Nuptiis communibus.
OL. Hymen Hymenae! Io Hymen! ST. perij hercle ego miser! [n] dirumpi
Cantando Hymenaeum licet. illo morbo, [o] quo dirumpi cupio,
Non est copia. OL. edepol ne, tu si equus esses; esses || indomabilis.
ST. Quo argumento? OL. Nimis [p] tenax es.
|| ST. Num me expertus usquam? OL. DI melius faciant!
Sed crepuit [q] ostium exitur foràs. ST. DI hercle me cupiunt
Servatum. jam [r] oboluit Casina procul.

ACTVS

a H. e. ad lucem: antequam- post nox in.ubet atra.
b Præbuero aliis convivium.
c hera mea. Vide Lex. Ipsa.
d Cunctaris.
e Germanus geminus locus est Merc. 4. 4. ℣. 25. Scilicet Amatores suo Amori omnia postponunt: famen, sitim, honesta, turpia. Vide Elect. Pl. Tit. Amorum.
f Vide Lex. Sociennus.
g Hymenæo, Deo Nuptiarum. Vide Elect. Pl. Tit. Nuptiarum.
h Non tam sitio, quàm esurio.
i quid mihi cum tuis amationibus? dummodò ego, quod edam, nanciscar. Stomachum enim inanem habeo.
k ἰλλείψις. sc. properat.
l Vereor, ne quid inauspicato agam in Nuptiis, nec Sponsæ meæ satisfaciam hac nocte.
m Hoc subridens dicit Stalino. q. d. Fieri potest, nisi diligenter Hymenæum voces. Te ergo boni omnis igitur adjutabo.
n petulantia subest in Dirumpi. Vide Lex. & supr. 2. 3. ℣. 18.
o εὐφημισμῷ.
p h. e. plus satis tentus, & ostreolus. Vide Lex. Tenere.
q Vide Elect. Pl. Auspiciorum.
r Ex odore, Casinam exituram mox, intelligo. Ich riech es / daß sie baldt wirdt herauß kommen.

ACTVS QVARTI
SCENA IV.

ANCILLÆ duæ. OLYMPIO. STALINO.

SENSIM *super- attolle* [a] *limen pedes, nova Nupta,*
Sospes iter incipe hoc;ut Viro tuo semper sis superstes,
Atque ut [b] *potior pollentia sit, vincasque Virum, victrixque sies:*
*Superet*que [c] *tuum imperium, Vir te vestiat; tu Virum despolies.*
Noctuque *& diu ut Viro subdola sies: obsecro, memento.*
OL. [d] Malo *maxumo suo hercle ilicò, ubi tantulum peccasit.*
ST. Tace. OL. *non taceo.* ST. [e] *quæ res?* OL. *mala malæ* [f] *malè monstrant.*
ST. Perij! istæ facient hanc *rem mihi ex paratâ inparatam.*
Id quærunt; volunt, hæc ut [g] *infecta faciant.* AN. *Age, Olympio,*
Quando vis, Vxorem accipe hanc à nobis. ST. *date ergò, datura*
Si umquam estis hodie Vxorem. OL. *abite intrò.* AN. *amabo, integra, atque*
Inperita huic [h] *inpercito.* ST. *futurum 'st. Valete, ite.*
AN. *Iam valete.* ST. *jam ne abscessit Vxor?* OL. *domi 'st; ne time.* ST. *Evax!*
Nunc pol demum ego sum [i] *liber,* [k] *meum Corculum, Melliculum,*
Verculum [l]. OL. *Heus tu! malo, si sapis, cavebis; mea est hæc.* ST. *scio.*
Sed meus [m] *fructu' st prior.* OL. *tene hanc lampadam.* ST. *immò ego* [n] *illam tenebo.*
VENVS multipotens, bonam vitam mihi
Dedisti, hujus quòm copiam mihi dedisti.
Corpusculum melliculum! OL. *mea Vxorcula!*
ST. *Quid est?* OL. [o] *institit plantam.* ST. *quasi* [p] *jocabo.*
Nebula haut est mollis, [q] *atque* cutis *hujus est.*
OL. *Edepol Papillam bellulam. hei misero mihi!*
ST. *Quid est?* OL. *pectus mihi* [r] *agit nunc* hæc *cubito.*
ST. *Quid tu ergò hanc quaso tractas* [s] *tam?*
At mihi. qui belle hanc tracto, non agit. OL. *Vaha!*
ST. *Quid negotij 'st?* OL. *obsecro,* [t] *ut valentula est!*
Pæne [u] *exposivit cubito.* ST. [x] *cubitum ergò ire volt.*
OL. *Quin imus ergò!* ST. [y] *belle bellatula!*

ACTVS

a Vide Elect. Pl. *Nuptiarum.* Nova Nupta nō tangebat limen domûs, sed servabatur manibus aliorum. Vide ibid.
b ut plurimum possis apud Virū.
c Tuum imperiū sit superius imperio Viri.
d Hæc aversus ab Ancillis loquitur Ol. ad Spectat. Vbi vel tantillum peccarit, suo malo & damno fecerit.
e quamobrem non taceas.
f Ancillæ malæ male monstrant Casinæ mores domesticos.
g quæ propemodum facta sunt.
h Ne sis erga hanc inclemētior: parcito Venerei conflictûs imperitæ. Vide Elect. Plaut. Tit. *Nuptiarum.*
i postquam Vxor abscessit.
k ita gestiens loquitur senex. putat enim se hæc dicere Casinæ, cum Chalinum secum habuerit, loco Casinæ muliebri veste sibi à mulieribus datū.
l [illegible]

à ver. *m* [illegible]. *n* Casinam. *o* pedem mihi pede pressit. *p* locabor. Iocantis speciem præbebo, cum rem feriam [illegible]. *q* Vide Lex. [illegible] *r* tangit, icit. *s* rustice: vel; nequiter. ἀπειροκάλως. Vide Lex. *Tam.* *t* viribus valens, *u* dejecit, prostravit. Vide Lex [illegible]. *x* Iocus ex *cubito.* *y* Hæc dicit, Casinæ auriculam vellens, & blande commonefaciens. [illegible] lacide, pedetentim & sensim progredere porro, ne videlicet incurras uspiam, neve ad inferum limen offenso pede incurras. Vide Rud. 2. 5 [illegible].

Digitized by Google

Ne quis eam abripiat. || facite vostro animo volupe.
Sed properate istum, atque istam || actutùm emittere.
Tandem ut veniamus [a] luci; ego cras hîc ero.
Cras [b] habuero, Vxor, ego tamen convivium.
AN. Fit, quod futurum dixi; incenatum Senem
Foràs extrudunt Mulieres. ST. quid tu hîc agis?
AN. Ego eo, quò me [c] ipsa misit. || ST. Veròn'. AN. seriò.
ST. Quid hîc speculare? AN. nihil equidem speculor. ST. abi!
Tu hîc [d] cunctas: intus alij festinant. || AN. eo.
ST. Abi hinc sis ergò, pessumarum pessuma.
Iamne abijt illac? || dicere hîc, quod vis, licet.
QVI [e] AMAT tantùm, hercle si esurit, nullus esurit.
|| Sed eccom progreditur cum coronâ, & lampade,
Meus [f] Sociennus, conpar, conmaritus Villicus.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

OLYMPIO. STALINO.

AGE, tibicen! dum illam educunt huc novam Nuptam foràs,
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam [g] Hymenæo.
Io Hymen Hymenæe! Io Hymen! ST. quid agis? mea Salus!
OL. Esurio hercle; atque [h] adeò haut sitio. ST. At ego amo. OL. at ego hercle
Nihil facio [i] tibi, Amor, pericli, mihi inanitate
Iamdudum intestina murmurant. || ST. nam quid illæc nunc
Tam diu intus remoratur, || quasi ob industriam? quanto ego
Plus propero, [k] tantò illa minus. || OL. Quid si [l] etiam offendam Hymenæum!
ST. [m] Censeo. at ego te adjutabo in Nuptiis communibus.
OL. Hymen Hymenæe! Io Hymen! ST. perij hercle ego miser! [n] dirumpi
Cantando Hymenæum licet. illo morbo, [o] quo dirumpi cupio,
Non est copia. OL. edepol næ, tu si equus esses; esses || indomabilis.
ST. Quo argumento? OL. Nimis [p] tenax es.
|| ST. Num me expertus es? tam? OL. DI melius faciant!
Sed crepuit [q] ostium exitur foràs. ST. DI hercle me cupiunt
Servatum. jam [r] oboluit Casina procul.

ACTVS

a H. e. ad lucem: antequam- post nox incubet atra.
b Præbuero aliis convivium.
c hera mea. Vide Lex. Ipsa.
d Cunctaris.
e Germanus geminus locus est Merc. 4. 4. ℣. 25. Scilicet Amatores suo Amori omnia postponunt: famen, sitim, honesta, turpia. Vide Elect. Pl. Tit. Amorum.
f Vide Lex. Sociennus.
g Hymenæo, Deo Nuptiarum. Vide Elect. Pl. Tit. Nuptiarum.
h Non tam sitio, quàm esurio.
i quid mihi cum tuis amationibus? dummodò ego, quod edam, nanciscar. Stomachum enim inanem habeo.
k ἰλλεῖψις. sc. properat.
l Vereor, ne quid inauspicato agam in Nuptiis, nec Sponsæ meæ satisfaciam hac nocte.
m Hoc subridens dicit Stalino. q. d. Fieri potest, nisi diligenter Hymenæum voces. Te ergò boni omnis igitur adjutabo.
n petulantia subest in Dirumpi. Vide Lex. & supr. 2. 3. ℣. 18.
o συνεκτικῶς.
p h. e. plus satis tentus, & ostreolus. Vide Lex. Tenax.
q Vide Elect. Pl. Auspiciorum.
r Ex odore, Casinam exituram mox, intelligo. Ich rieche es/ daß sie baldt wirdt herauß kommen.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

ANCILLÆ duæ. OLYMPIO. STALINO.

SENSIM *super- attolle* [a] *limen pedes, nova Nupta,*
Sospes iter incipe hoc; ut Viro tuo semper sis superstes,
Atque ut [b] *potior pollentia sit, vincasque Virum, victrixque sies:*
Superetque [c] *tuum imperium, Vir te vestiat; tu Virum despolies.*
Noctuque *& diu ut Viro subdola sies: obsecro, memento.*
OL. [d] Malo *maxumo suo hercle ilicò, ubi tantulum peccaßit.*
ST. Tace. OL. *non taceo.* ST. [e] *quæ res?* OL. *mala malæ* [f] *malè monstrant.*
ST. Perij! istæ facient *hanc rem mihi ex paratâ inparatam.*
Id quærunt; volunt, hæc ut [g] *infecta faciant.* AN. *Age, Olympio,*
Quando vis, Vxorem accipe hanc à nobis. ST. *date ergò, datura*
Si umquam estis hodie Vxorem. OL. *abite intrò.* AN. *amábo, integræ, atque*
Inperitæ huic [h] *inpercito.* ST. *futurum 'st. Valete, ite.*
AN. *Iam valete.* ST. *jam ne abscesit Vxor?* OL. *domi 'st; ne time.* ST. *Evax!*
Nunc pol demum ego sum [i] *liber,* [k] *meum Corculum, Melliculum,*
Verculum [l]. OL. *Heus tu! malo, si sapis, cavebis; mea est hæc.* ST. *scio.*
Sed meus [m] *fructu'st prior.* OL. *tene hanc lampadam.* ST. *immò ego* [n] *illam tenebo.*
VENVS multipotens, bonam vitam mihi
Dedisti, hujus quom copiam mihi dedisti.
Corpusculum melliculum! OL. *mea Vxorcula!*
ST. *Quid est?* OL. [o] *institit plantam.* ST. *quasi* [p] *jocabo.*
Nebula haut est mollis, [q] *atque* cutis *hujus est.*
OL. Edepol *Papillam bellulam. hei misero mihi!*
ST. *Quid est?* OL. *pectus mihi* [r] *agit nunc hæc cubito.*
ST. *Quid tu ergò hanc quæso tractas* [s] *tam?*
At mihi, qui belle hanc tracto, non agit. OL. *Vaha!*
ST. *Quid negotij 'st?* OL. *obsecro,* [t] *ut valentula est!*
Penè [u] *exposivit cubito.* ST. [x] *cubitum ergò ire volt.*
OL. *Quin imus ergò!* ST. [y] *bellè bellatula!*

ACTVS

a Vide Elect. Pl. *Nuptiarum.* Nova Nupta nō tangebat limen domûs, sed servabatur manibus aliorum. Vide ibid.
b ut plurimum possis apud Virū.
c Tuum imperiū sit superius imperio Viri.
d Hæc aversus ab Ancillis loquitur Ol. ad Spectat. Vbi vel tantillum peccarit, suo malo & damno fecerit.
e quamobrem non taceas.
f Ancillæ malæ male monstrant Casinæ mores domesticos.
g quæ propemodum facta sunt.
h Ne sis erga hanc inclemētior: parcito Venerei conflictûs imperitæ. Vide Elect. Plaut. Tit. *Nuptiarum.*
i postquam Vxor abscessit.
k Ita gestiens loquitur Senex. putat enim se hæc dicere Casinæ, cum Chalinum secum habuerit, loco Casinæ muliebri veste sibi à mulieribus datū.
l ὑποκοριστικὸν. *m* usufructus. *n* Casinam. *o* pedem mihi pede pressit. *p* locabor. Iocantis speciem præbebo, cùm rem seriam agam tamen. *q* Vide Lex. *Atque.* *r* tangit, icit. *s* rusticè: vel; nequiter. ἀπροσδόκητον. Vide Lex. *Tam.* *t* viribus valens. *u* dejecit, prostravit. Vide Lex. *Exposivit.* *x* Iocus ex *cubito.* *y* Hæc dicit, Casinæ auriculam vellens, & blandè commonefaciens. *bellè.* i. e. placide, pedetentim & sensim progredere porro, ne videlicet incurras uspiam, neve ad inferum limen offenso pede incurras. Vide Rud. 2. 5. ℣. 6.

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA I.

PARDALISCA, Ancilla. MURRINA.

ACCEPTÆ *benè & commodè, eximus* [a] *intus,*
Ludos visere huc in viâ Nuptialis.
MU. *Numquam ecastor ullo die risi adæquê,*
Neque hoc, quod [b] *reliquom'st, plus risuram opinor.*
|| *Lubet Chalinum* [c] *quid agat scire* [d] *novom*
Nuptum, cum novo marito. || *nec fallaciam*
Astutiorem ullus fecit Poeta, atque
Vt hæc est || *fabrefacta ab nobis.* [e] *obtunso*
Ore nunc pervolim [f] *progrediri* || *Senem;*
Quo senex nequior nullus vivit. ne [g] *illum*
Quidem || *nequiorem arbitrarer esse, qui locum*
Præbet illi nunc [h] *præsidem.* || *hic, Pardalisca,*
Esto, qui hinc exeat, cum ut || *ludibrio habeas.*
PA. *Libens fecero, &* [i] *solens.* MU. *spectato hinc omnia*
Intus, quid intus agant || PA. [k] *pone me, amabo.*
MU. *Et ibi audacius licet* || *quævis liberè*
Proloqui. PA. *tace; vostra foris crepuit.*

a Nota synt. *Exire, prodire intus.*
b vitæ *sr.*
d Maritum. Chalinus enim sub specie feminæ ductus erat. Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.* & Lex. *Nubere.*
e ore oppugnato, bene pugnis cæso. Vide Tit. *Spec.* Elect. Plaut.
g Paragoge poetica. *Diome.l.*
c Alcesimum vicinum.
h Pro eo, quod est: *Nemo illi nequitiâ concedit.*
i Meo more, non præter solitum.
k Lateas ponè me. sic enim liberius herum potero irridere.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

OLYMPIO. CLEOSTRATA: MURRINA.

NEQUE *quò fugiam, neque ubi lateam, neque hoc dedecus quomodo celem,*
Scio. tantum erus, atque ego flagitio [l] *superavimus,* [m] *Nuptiis nostris.*
Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita inridiculum sumus ambo.
Sed ego insipiens nova nunc facio. [n] *pudet, quod prius non* [o] *puditum umquam'st.*
Operam date, dum mea facta itero. est [p] *operæ auribus percipere.*
Ita ridicula auditu, iteratu ea sunt, quæ ego intus [q] *turbavi.*
Vbi intrò hanc novam Nuptam deduxi viâ rectâ, clavem

l superfuimus. quam glossam Mss. Pall. in textũ receperunt. Vide Lex. *Superare.*
m propter Nuptias nostras.
n Q. d. nova sunt, quæ facio. numquam enim antea turpium factorũ me puduit, nunc demum pudet.
o Nota syntaxin.
p Est operæpretium. Vide Lex. [illegible]
q Turbâ & dedecore implevi.

Abduxi.

Abduxi. sed tamen tenebræ ibi erant, tamquam [a] *nox.*
Conloco. fulcio, [b] *mollio; ut prior, quàm Senex aptè decumbam.*
Tardus [c] *esse ilicò cepi. quoniam* metui mihi à Sene,
Respecto identidem; adsit ne Senex: [d] *primus capiat*
Inlecebram stupri. Principiò [e] *eam savium posco;*
Reppulit mihi manum. neque enim dare sibi savium me sivit.
Enim jam magis jam adpropero: magis jam lubet in Casinam [f] *inruere.*
Cupio illam operam Seni subripere: forem obdo, ne Senex me opprimeret.
MU. *Agedum, tu adi hunc.* CL. *Obsecro, Vbi tua nova Nupta 'st?*
OL. *Perij hercle ego! manufesta res est.* CL. *omnem in ordinem rem*
Fateri ergò æquom 'st. Quid intus agitur? quid agit
Casina? Satin' [g] *morigera 'st?* OL. *pudet dicere me.*
CL. *Memora ordine, ut occeperas.* OL. *pudet hercle.* CL. *age audacter:*
Postquam [h] habuisti; *inde volo memorare, quid est factum.*
OL. At *flagitium 'st.* CL. CAVEBUNT, QUI AUDIERINT, FACIANT.
OL. *Ohe!* [i] *magnum 'st: perdis!* CL. *pergis? quin tu pergis!*
OL. Vbi [k] *locus subtus porrò* est, continuò stricto gladio. at at! papæ!
CL. *quid! papæ!* CL. *quid!* OL. *papæ!*
Magnum *'st. oh! erat maxumum.* gladium *ne haberet, metui. id quærere occepi.*
Dum Gladium quæro, ne habeat; adripio Capulum.
Sed quòm cogito, non habuit gladium. nam esset frigidus.
CL. *Eloquere.* OL. *at pudet.* CL. *num* [l] *Radix fuit?* OL. *non fuit.*
CL. *Num Cucumis?* OL. *profectò hercle non fuit quidquam Olerum.*
Nisi quidquid erat, [m] *Calamitas profectò adtigerat numquam.*
Ita quicquid erat, [n] *grande erat.* * * *
MU. *Quid fit denique, edisserta.* OL. *ubi adpello Casinam; inquam:*
Amabo, mea Vxorcula, cur Virum tuum sic me spernis?
Nimis tu quidem hercle audax es: inmerito meo mihi hæc facis,
Quia mihi te expetivi. illa haut verbum facit; & [o] *sepit veste id, qui estis.*
Vbi illum saltum video obseptum; rogo, ut altero [p] *sinat ire.*
Tollo, ut obvertam cubitissim. verbum nullum muttit.
Surgo, ut ineam; atque illi inpingo savium. MU. *Perlepidè narras.*
OL. *Illa quasi* [q] *setis labram mihi conpungit barbâ.*
Continuò in genua [r] *astituo pectus mihi pedibus percutit.*
Decido de lecto præceps. subsilit, obtundit os mihi.
Inde foràs tacitus [s] (PRÆFISCINI!) *exeo* hoc *ornatu, quo vides,*
Vt [t] *Senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.* CL. *optumè 'st.*
Sed ubi est palliolum tuum? OL. *hic intus relliqui.*
CL. *Quid nunc? satin' lepidè* [u] *adita est vobis manus?* OL. *Meritò.*
CL. *St! concrepuerunt fores.* OL. *num illa me nunc sequitur?*

a Noctu. Vide Lex.
b *sc.* lectulum.
c Segnis & ineptus ad Venerem.
d ut primus capiatur ejus amore & usu.
e Casinam supposititiam.
f instar Tauri.
g in Venerem.
h utut *sc.* Vide Lex. *Habere*, quod Venereum est.
i τὸ *magnum* notat *Fascinum* viri.
k *Locus* itidẽ est in obscœnis: ut τόπος apud Græcos. Vide Lex.
l Vocabula hæc omnia nupta sunt, & e Suburà deprompta.
m Vide Lex.
n Vide Lex. *Grandis.*
o obducit veste Naturam muliebrem; quam aliqui vocant: *Virginal* & *Interfeminiũ.* Vide Lex. *Natura.*
p Flagitiosum saltum hic inire cupit Villicus. Proh nefas! Vide Curc. 1. 6.
q Setas vocat densum capillorum horrorem. Vnde *Barba setosa.* Et *labra* ἀρχαϊκῶς: ut alibi, *labia.*
r Adstitutus, ut *Constitutus*, &c.
s Vide Lex. *Præfiscini.*
t ut Senex eodem modo acciperetur, quo ego acceptus sum. Vide Calligr. Tit. *Infortunij. Miseria.*
u Nonne satis lepide excepti estis? Nota *Adire manũ.* Calligr. Tit. *Officij.* Et *Adeundi.*

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA III.

STALINO. OLYMPIO.

MAXUMO *ego* [a] *ardeo flagitio; nec quid agam meis rebus, scio.*
Nec meam ut Uxorem adspiciam [b] *contrà oculis. ita disperij!*
Omnia palàm sunt probra, omnibus modis occidi miser.
Ita manufestò [c] *faucibus teneor.*
Nec *quibus modis purgem, scio, me meæ Uxori,*
Qui [d] *expalliatus sum miser:* palàm sunt clandestinæ Nuptiæ.
Adeundam Murrinam *censeo mihi optumum 'st.*
Ea dux: ea Uxorem [e] *meam:* ea hanc invenit [f] *rimam.*
Sed ecquis est? qui homo munus velit fungier pro me.
Quid nunc agam, nescio; nisi ut inprobos Famulos imiter, ac domo fugiam.
Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
Nugas istuc dicere licet. vapulo hercle ego invitus, [g] *tamen-*
Etsi malum merui, hàc dabo protinàm me in fugam. OL. *Heus! sta* [h] *elocò,*
Amator. ST. *occidi: revocor. quasi non audiam, abibo.*

ACTUS QUINTI
SCENA IV.

CHALINUS. MURRINA. STALINO. CLEOSTRATA. OLYMPIO.

VBI [i] *tu es? qui colere mores* [k] *Massilienses postulas.*
Nunc tu, si vis me [l] *subjicitare, proba 'st occasio.*
† *Per Isti hercle: age, accede huc!* † † †

* * * * * *

ST. *Hàc ibo:* [m] *Caninam Scævam spero meliorem fore.*
CL. *Quid agis? tu Marite, mi Vir. unde sic cum ornatu hoc advenis?*
Quid fecisti scipione? aut quod habuisti pallium?
AN. *In adulterio dum mœchissat, Casinam credo perdidit.*
ST. *Occidi.* CH. *etiamne imus cubitum? Casina sum.* ST. *I in malam crucem!*
CH. *Non amas me?* CL. *quin responde; tuo quid factum 'st pallio?*

ST. *Bacche*

a quia summum dedecus & flagitium admisi.
b rectis oculis. ὀρθοῖς ὄμμασιν.
c Usque adeò manifestè teneor ea corporis parte, qua prehensus, effugere nullo modo possum. Tractũ à Piscibus, & aliis animalibus, quæ faucibus capta, nullo modo effugere possunt.
d pallio spoliatus.
e *Sc.* impulit ad has fallacias.
f rationem, qua nostra consilia, & Nuptias turbaret. supr. 3. 2. ℣. 7.
g Tmesis. *tamenetsi.* Vide Lex.
h illicò.
i Chalinus habitu muliebri ex ædib. Alcesimi prodiẽs, his verbis Senem alloquitur, eumq; per ridiculum ad concubitum vocat.
k *H. e.* molles, & similes Sodomæis pullipremis & fubulonibus. Vide Elect. Pl. Tit. *Populorum.*
l *Subicitare*, idem quod *subigitare.* Vide Lex.
m Canis latratus minus gravis est futurus, quàm probra, & contumeliæ, & jurgia, quibus ab Uxore rixosa onerabor. Vide Lex. *Scæva.* & Elect. Pl. Tit. *Ominis.*

ST. Bacche [a] ergò hercle! Vxor. CL. Bacche! ST. hercle Vxor. CL. Quid est?
AN. Nugatur sciens. [b] nam ecastor nunc Baccha nulla ludunt.
ST. Oblitus fui. sed tamen, Bacche' id fieri non potest.
Times ecastor. ST. Egone? [c] manufestò teneor. haut mentire hercle. nam palam est.

* * * * *

Non taces? OL. non hercle verò taceo. nam tu maxumè
Me obsecravisti ob Casinam, ut poscerem Vxorem mihi.
ST. Tui [d] amoris causâ ego istuc feci. CL. Immò hercule [e] illius.
Te quidem [f] oppressi. ST. feci ego istæc [g] dicta? quæ vos dicitis.
CL. Rogitas etiam? ST. si quidem hercle feci, feci nequiter.
CL. Redi modò huc intrò, monebo: si quidem meministi minus.
ST. Hercle opinor, potius vobis credam, quod vos dicitis.
Sed, Vxor, da Viro hanc veniam. Murrina, ora Cleostratam.
Si vmquam posthac, aut [h] amasso Casinam, aut [i] occepso modò,
Nedum ut eam amasso, si ego vmquam adeò posthac tale admisero,
Nulla causa est, quin [k] pendentem me, Vxor, virgis verberes.
MU. Censeo ecastor veniam huic hanc dandam. CL. faciam, uti jubes.
Propter eam rem, hanc tibi nunc veniam minus gravatè [l] prospero.
Hanc ex longâ longiorem ni faciamus Fabulam.
ST. Non irata' es? CL. non sum irata. ST. tuæ fidei credo? CL. mea.
ST. Lepidiorem Vxorem nemo quisquam, quàm ego, habeo. CH. hanc habe.
CL. Age tu, redde huic scipionem, & pallium. CH. tene. ST. libet.
CH. Mihi quidem edepol [m] insignitè facta'st magna injuria.
Duobus nupsi: [n] neuter fecit, quod nova Nupta solet.

GREX.

SPECTATORES, quod futurum 'st intus, [o] hic memorabimus.
Hæc Casina [p] hujus reperietur filia esse ex proxumo.
Eaque nubet Euthynico nostro Erili filio.
Nunc vos æquom 'st, manibus [q] meritis meritam mercedem dare.
Qui faxit clam Vxorem, ducat Scortum semper, quod volet.
Verùm, qui non manibus clarè, quantum poterit, [r] PLUSERIT,
Ei pro Scorto [s] supponetur Hircus unctus [t] nauseâ.

a Quasi furore correptus est Stalino. *Io Bacche!*
b Nunc per ædem Castoris nullæ Bacchæ ludunt. *Iocatur Ancilla.*
c In manifesto facinore turpissimè deprehensus teneor. Submissâ voce hæc loquitur ad Spectatores.
d Quia te amavi, ideo volui tibi Casinam uxorem dari.
e Casinæ.
f In ipso flagitio deprehendi.
g H.e. res, facta ista.
h amavero.
i incepero, tentaro.
k Vt Servi pendentes verberari solent. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum*, & *Suppliciorum*.
l ex animi sententia largior.
m Insigniter, cum judicio notæ. *Non.*
n Obscæna sententia.
o Post Scenam hæc fieri solebant.
p Alcesimi.
q Histrionibus: quibus ita meritis manuum plausus debetur.
r applauserit.
s Substituetur fœtidus Hircus cum nautea fœtidissima.
t *Nautea* & *Nausea*, pro uno eodemque poni solent. Vide Festum in ea dictione.

PLAVTI CASINA. EXPLICIT.

INCIPIT.

CISTELLARIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
CISTELLARIA.

Joach. Camerarius.

Argumentum hujus Fabulæ est simplex, & admodùm tenue.

Janus Dousa.

CISTELLARIAM *Plauti cùm lego, mirari non leviter subit, unde illi in argumento jejuno adeò, ac sterili, tanta lepórum ac facetiarum suppetierit comitas. Rursus cùm Plautini Genij, atq; ingenij indolem meoum tacitus contemplor, non possum non continuò meam ipsius simplicitatem accusare, id in Comico nostro potißimùm mirantis, quod ejus maximè proprium est, & peculiare.*

DRAMATIS PERSONAE.

SILENIUM, Meretrix. ἀπὸ τῆς σελήνης. Vide Lex.
GYMNASIUM, Meretrix. *ab exercitiis corporis.*
LENA.
AUXILIUM. Prologus.
MELÆNIS, Lena. *A nigredine.*
ALCESIMARCHUS, Adolescens. *A robore & imperio.*
LAMPADIO, Servus.
PHANOSTRATA, Vxor. *A claritate militari.*
HALISCA, Ancilla.
DEMIPHO, Senex. *A splendore.*
CATERVA.

ARGVMENTVM.

DEMIPHO *Lemnius profectus Sicyonem, mulierem ibi Phanostratam comprimit, quæ gravida puellam parit. Eamdem servus Lampadiscus exponit: à muliere Lenâ suscipitur, meretriciq; traditur Melænidi, quam pro filiâ educat, eiq; nomen indidit Silenium: cujus amore adultæ Alcesimarchus capitur. Demipho Phanostratâ relictâ Lemnum redit: Vxorem civem capit: ex quâ alteram sibi suscipit filiam. moritur Vxor. is Sicyonem revertitur; Phanostratam ducit conjugem, eiq; aperit per communem servum expositam filiam. accersitur Servus, qui projecerat. is it quæsitum Lenam, quæ puellam sustulerat. interea Melænis resciens, quibus esset puella parentibus, ultrò hortatur ad patrios ut redeat Lares: sed dum it, ab ancillâ Haliscâ, quam gestabat, excidit in vias Cistellula, in quâ puellæ inerant, quibuscum fuerant exposita Crepundia. inventam Cistellam Lampadio defert Phanostratæ, & ob hoc* CISTELLARIA *Comœdia nomen habet. Agnoscit mulier filiæ Crepundia, quam inventam, & agnitam suus Alcesimarchus nanciscitur.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
[a] *CISTELLARIA.*

ARGVMENTVM.

CONPRIMIT [b] Adulescens [c] Lemnius Sicyoniam,
Is redit in [d] patriam,& [e] gnatam generat nuptiis.
Sicyonia [f] æquè [g] parit [h] puellam. hanc [i] Servolus
Tollit [k], atq; exponit,& ex insidiis [l] aucupat.
Eam sublatam [m] Meretrix [n] alij detulit.
Lemno pòst [o] rediens [p] ducit, quàm conpresserat,
Lemniq; natam despondit [q] Adulescentulo
Amore capto illius [r] projectitiæ.
Requirens [f] Servos repperit, [t] quàm projecerat.
Itaq; lege *hanc*,& ritè Civem cognitam
Alcesimarchus, [u] ut erat nactus,possidet.

ACTVS PRIMI
SCENA I.

SILENIUM. GYMNASIUM: Meretrices. LENA.

QVÒM ego antidhac te amavi, & mihi amicam esse [x] *crevi,*
Mea Gymnasium, & Matrem tuam: tum id mihi hodie
Aperuisti tu, atq; hac. Soror si mea esses,
Qui [y] *magis potueris mihi honorem ire* [z] *habitum,*
Nescio; nisi, ut meus est animus, fieri
Non posse arbitror. [aa] *ita* OMNIBUS RELICTIS REBUS,

Ee Mihi

a Ancillæ Cistellatricis munus, & Comœdiæ nomẽ notatur hac dictione.
b Sicyone.
c Demipho, Phanostratam Sicyone natam.
d Lemnum.
e Filiam non nominatam.
f Vt Demipho generat filiam.
g Phanostrata.
h Silenium.
i Lampadiscus.
k Vide Elect. Pl. tit. *Nativitatis.*
l Speculatur, quid ea fiat, à quo auferatur.
m Lena ἀνώνυμος.
n Melænidi.
o Demipho Sicyonem rediens mortua uxore.
p Ducit uxorem Phanostr.
q Alcesimarcho.
r Silenij, quæ exposita fuerat a servo.
f Demiphonis, & & Philostratæ Lãpadiscus.
t Silenium.
u Quia solus cum ea consueverat.
x Persuasum habui, vidi, judicavi, constitui.
y Quomodo.
z Habere. Vide Lex. *Perperasti.*
aa Prætermissis omnibus aliis negotiis. Alle Ding liegen vnd stehen lassen, infr. 5.1.♃.8.

Mihi frequentem operam dedistis. eò ego vos
Amo, & eò à me magnam inistis gratiam.
GY. *Pol istoc quidem nos* [a] *pretio facile'st*
Frequentare [b] *tibi,* [c] *utilisq; haberi.*
Ita in prandio nos lepidè, atq; nitidè
Accepisti [d] *apud te, ut semper meminerimus.*
SI. *Lubenti q; edepol animo factum. & fiet à me,*
Quæ vos arbitror velle, ea ut expetes.
LE. *Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est,*
Tranquillo mare, [e] *ventum gaudeo ecastor ad te.*
Ita hodie hîc acceptæ sumus suavibus modis.
Nec, [f] *nisi disciplina, apud te fuit quicquam*
Ibi, quin mihi placeret. SI. *Quid ita? amabo.*
GY. *Raro nimium dabat, quod biberem: id merum*
Infuscabat [g]. LE. *Amabo!* [h] *Hicine istud decet?*
GY. *Jusq; fasq; est. nemo alienus hic est.* SI. *Merito*
Vostro amo vos, quia me colitis, & magnificatis.
LE. *Decet pol, mea Selenium, hunc esse* [i] *Ordinem*
Benivolentis inter se, beneq; amicitiâ utier:
Ubi istas videas summo genere gnatas,
Summatis Matronas, ut amicitiam colunt,
Atq; ut eam junctam benè habent inter se.
Si [k] *idem istud nos faciamus, si idem imitemur,*
Ita tamen vix vivimus cum invidiâ summâ.
Suarum opum nos volunt esse indigentes.
Nostrâ copiâ nihilo volunt nos potesse.
Suiq; omnium rerum nos indigere:
Ut sibi simus supplices. eas si adeas;
Abitum, quàm aditum malis. ita nostro Ordini
Palam blandiuntur. clam si occasio usquam'st,
Aquam frigidam [l] *subdolè suffundunt.*
Viris cum suis prædicant nos [m] SOLERE:
Suas Pellices esse ajunt; eunt [n] *depressum.*
Quia nos Libertinæ [o] *sumus. & ego, & tua Mater, ambæ*
Meretrices fuimus. illa te, & ego hanc mihi educavi.
Ex Patribus [p] *Conventitiis. ego neq; hanc* [q] *superbiæ causâ*
Repuli ad meretricium quæstum, nisi ut ne ego esurirem.
SI. *At satius fuerat, eam viro dare nuptum potius.* LE. *Heja!*
Hæc quidem ecastor cottidiè viro [r] *nubit; nupsitq; hodie:*

[a] Prandio tam nitido. Vide Mil. 3.1. ✝.67.
[b] Facere ut tibi frequentem & adsiduam in hoc loco operā demus.
[c] Ad usum tuum paratas.
[d] invitasti, *Donatus*. vel potius, excepisti.
[e] locus est in ambiguo, *ventum*.
[f] Omnia mihi placuerunt, præterquam quod raro dares, quod biberem: atq; id quidē non merum, sed dilutum, & aquâ inturbatum. Vide Lex. *Disciplina*. & Elect. Pl. *Meretricum*, & *Ebrietatis*. Meretrices bibacissimæ. infr. 1.2. ✝. 9. Asin. 4.1 ✝.26. 28. Curc. 1.3. ✝.36. Bacch. 2.4 ✝.104. si R.e. cum generosum
[g] vini major esset color, durior mixti aquâ eoq; fuscior reddebatur.
[h] Hocne loco decet de vino & disciplinâ domesticâ queri?
[i] Meretricium.
[k] *Si* pro *tametsi*, quamvis. Lex.
[l] Clanculum mordent. *πλευνοι.* Vide Elect. Pl. Tit. *Contumelia*. Proverb.
[m] Vide Lex. *Solere*. *μοιχεύειν*.
[n] Deprimunt, vituperant. Sie trucken uns / wo sie können.
[o] Vide Elect. Pl tit. *Amicitia*, & *Libertinarum*.
[p] Qui [illegible] primi sui Adventores fuerant, & in unius scorti nidum conspiraverint. Sic *Convenire* usurpatur Mil. 4. 4. ✝. 2.
[q] Contumeliæ causa hanc puellam repuli.
[r] H. e. meretriciam vitam agit. Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum*.

Digitized by Google

Nubet mox noctu; numquam ego hanc viduam cubare sivi.
Nam si hac non nubat, [a] *lugubrê* mihi *fame familia pereat.*
GY. *Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, Mater.*
LE. *Ecastor haut me pœnitet* [b], *si, ut dicis, ita futura es.*
Nam si quidem ita eris, ut volo, [c] *numquam Hecate fies;*
Semperq; istam, quam nunc habes, [d] *ætatulam obtinebis.*
Multisq; dampno, & mihi lucro sine meo sæpè eris sumptu.
GY. *DI faxint!* LE. [e] *Sine operâ tuâ DI horunc nihil facere possunt.*
GY. *Equidem hercle addam operam sedulò;* [f] *sed tu inter isthæc verba*
Meus [g] *Oculus, mea Silenium. numquam ego te tristiorem*
Vidi esse. quid, cedò, te, obsecro, tam abhorret hilaritudo?
Neq; munda adæquè es, ut soles. hoc [h] *sis vide, ut petivit*
Suspiritum altè! & pallida es. eloquere [i] *utrumq; nobis:*
Et quid tibi est, & quid velis nostram operam, ut nos sciamus.
Noli, obsecro, lacrumis tuis mihi [k] *exercitum inperare,*
Mea. SI. *Excrucior, mea Gymnasium; malè mihi est; malè maceror;*
Doleo ab animo; doleo ab oculis; doleo ab ægritudine.
Quid dicam? nisi stultitiâ meâ me [l] *inmemorem rapi.*
GY. [m] *Indidem unde oritur, facito,* [n] *ut facias stultitiam sepelibilem,*
SI. *Quid faciam?* GY. *In latebras abscondas pectore penitissumo.*
Tuam stultitiam [illegible] facito, ut scias, sine aliis [o] *arbitris.* SI. *At mihi*
[p] *Cor dolium'st.* GY. *Quid id? unde est tibi cor dolium? conmemora, obsecro!*
Quod neq; ego [q] *habeo, neq; quisquam alia mulier, ut perhibent Viri.*
SI. [r] *Si quid est, quod doleat, dolet: si autem non est, tamen hoc hic dolet.*
GY. *Amat hæc Mulier.* SI. *Eho! an* [ſ] *amare occipere amarum'st obsecro?*
GY. *Namq; ecastor* AMOR, *& melle, & felle,* [t] *est fecundissumus.*
Gustu vix dat dulce: amarum ad satietatem usq; oggerit.
SI. *Ad istam faciem est Morbus, qui me, mea Gymnasium, macerat.*
GY. *Perfidiosu'st Amor.* SI. [u] *Ergò in me* [x] *peculatum facit.*
GY. *Bono animo es; erit isti morbo melius.* SI. *Confidam fore,*
Si [y] *Medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam potest.*
GY. *Veniet.* SI. [z] *Spissum istud amanti est verbum* VENIET, [aa] *nisi venit.*
Sed ego meâ culpâ, & stultitiâ pejus misera maceror.
Quia ego illum unum mihi exoptavi, quicum ætatem degerem.
GY. [bb] *Matronæ magis conducibile'st istuc, mea Silenium,*
Vnum amare, & cum eo ætatem exigere, quoi nupta'st semel.
Verùm enim Meretrix fortunati est Oppidi similluma:

Ee 2 Non

a Miserabiliter, & modo lugendo.
b Te à me esse educatam.
c Numquam grandæva nes Proserpina sed usq; retinebis hunc (ut loquitur *Apulejus*) ætatis florem, hâc formam inquam virginalem, quâ procis & amatoribus tuis placere possis. Wann du so gute Sach wirst haben / wirstu alle zeit schön bleiben.
d Vide Lex. *Ætatula.*
e Sine labore. Vide Elect. Pl. Tit. *Laboris.*
f Sed tu inter isthæc verba lacrimaris *scil.*
g Mi Ocule. *αὐτάπτωσις.*
h Sehe wie sie ein tiefen Seufftzen holet.
i Nempe, quod sequitur. *Et quid.*
k Dolorem, animi angorem adferre.
l *Inmemor*, hic stolidum & dementem notat. Also daß ich nit weiß / was ich thue. Vide Lex.
m Exinde, unde oritur amor tuus.
n Facito ut animũ salutaribus monitis ita informatũ habeas, ut stultitiam tuam occultare possis.
o Sine testibus cõsciis
p Quod doleret, ita ut sit epithetũ fictum *Dolius, a, um.* Vide Lex. *Epitheta.* Et, *Cor.*

q *Scil.* Cor. Viri .n. negant Mulieres habere Cor. *Jocus est.* Intelligunt enim Viri Cor sapientiam, unde dicitur *cordatus, excors.*
r Sive cor sit, sive non sit, tamen dolet. ſ Elegans agnominatio. t ἀρχαϊκῶς dictum. Nota synt. u Certè. x Amor in me perfidiose magistratus imitatur, qui pecuniam sibi commissam depeculantur. y Alcesimarchus. z Longum, tardum.
aa Si non veniat bb Vide hanc, & seqq. sententias, illisque παρεμβολὰς, in Electis Plautinis.

Non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.
SI. [a] *Hoc volo agatis: quâ accersita causâ ad me estis, eloquar.*
Nam mea Mater, quia ego nolo me [b] *Meretricem dicier,*
Obsecuta est: de eâ re gessit morem morigeræ mihi;
Vt me, quem ego amarem [c] *graviter, sineret cum eo vivere.*
LE. *Stultè ecastor fecit. sed tu* [d] *en-umquam cum quiquam viro*
Consuevisti [e]? SI. *Nisi quidem cum Alcesimarcho, nemine.*
Neq; pudicitiam meam mihi alius quisquam [f] *imminuit.*
LE. *Obsecro, quo is homo insinuavit pacto se ad te?* SI. *Per Dionysia*
Mater pompam me spectatum duxit. dum redeo domum,
Conspicillo [g] *consecutu' st clanculùm me usq; ad foris.*
Inde in amicitiam [h] *insinuavit cum Matre, & mecum simul,*
Blanditiis, muneribus, donis. GY. *Mihi istum hominem vellem dari,*
Vt ego illum vorsarem! SI. *Quid opu' st verbis? consuetudine*
Cœpi amare contrà ego illum, & ille me. LE. *O mea Silenium!* SI. *Quid est?*
LE. *Adsimulatè amare oportet. nam si ames, extempulò*
Melius illi multò, quem ames, consulas, quàm rei tuæ.
SI. *At ille* [i] CONCEPTIS *juravit* VERBIS *apud Matrem meam,*
Me Vxorem ducturum esse. ei nunc [k] *alia ducenda' st domum,*
Sua Cognata Lemniensis; quæ habitat hic in proxumo.
Nam eum Pater ejus subegit; nunc mea Mater irata' st mihi,
Quia non redierim domum ad se, postquàm eam rem rescivertim:
Eum Vxorem ducturum esse aliam. LE. [l] *Nihil* AMORI *injurium' st.*
SI. *Nunc te amabo, ut hanc triduum hoc solum sinas*
Esse, & hic [m] *servare apud me. nam ad Matrem accersita sum.*
LE. *Quamquam istud mihi erit molestum triduum, & dampnum* [n] *dabit,*
Faciam. SI. *Facis benignè, & amicè. sed tu, Gymnasium mea,*
Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter
Eum [o] *inclamare. ut ut erga me est meritus,* [p] *mihi cordi est tamen.*
Sed, amabo, tranquillè; ne quid, quod illi doleat, dixeris.
Accipias clavis. si quid tibi opu' st, erit in promtu, promito.
Ego volo ire. GY. *ut mihi excivisti lacrumas!* SI. *Gymnasium mea,*
Benè vale. GY. *Cura te, amabo. sicine* [q] *immunda, obsecro,*
Ibis? SI. *Immundas Fortunas æquom' st squalorem sequi.*
GY. [r] *Amiculum hoc sustolle saltem.* SI. *Sine* [s] *trahi. quòm egomet* [t] *trahor.*
GY. *Quando ita tibi lubet, Vale, atq; Salve!* SI. *Si possum, velim.*

GY. *Num-*

a Vide Elect. Plaut. Tit. *Sacrif.*
b Vide Elect. Plaut. Tit. *Meretricum.* Quia nimirum uni soli meum corpus evulgo.
c Vide Lex. *Cornu-* [illegible] *conjuncta.*
d *En-umquam* est *unquamne:* [illegible] Vide Lex.
e Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.* Observavit autē [illegible] in oratione turpi: sicuti præcipit Rhetor Hermog. lib. 4. [illegible] pag. 2[illegible] Edit. Genev. ubi totum locum elegantem valde inspice.
f Quia virgines dicuntur integræ. Vide suis Titulis in Calligr.
g E loco, unde me semper conspicere posset. *Nenia.*
h Absolute capiendum.
i Vide Elect. Pl. tit. *Iurament.*
k Ex lege, quæ jubet orbas eis nubere, qui sint genere proximi, & illos ducere eadem lex jubet. Vide Elect. Pl. Tit. *Matrimonii.*
l Amori nihil, aut pro nihilo est injurium, [illegible] perjurium. Vide Lex. *Injurium. quasi dicat,* Quid tu Amatori juranti credebas? cū in Amore juramentis, ut plurimum, ludatur.
m Custodis partes agere: quia Gymnasium habitabat cùm Alcesimarcho.
n Hoc triduum damnum dabit, quia nihil quæstûs corpore interea faciet.
o Increpare. Vide Lex.
p Placet tamen, carus amicus est. Vide Lex. *Cordi.* & Calligr.
q Illota, impexo capillo. [illegible]
r [illegible] Ein Oberkleide.
s Sine defluere vestem. Vide Calligr. Tit. *Vestium.*
t Amore Alcesimarchi, vel etiam cùm ipsa me negligam. Est enim ambig.

GY. *Numquid me vis, Mater, [a] intrò quin eam? ecastor mihi*
Visa [b] amare. LE. *istoc [c] ergò auris graviter obtundo tuas,*
Ne quem ames. abi intrò. GY. *numquid vis?* LE. *ut valeas.* GY. *Vale.*

a domum Alcesimarchi.
b Silenium.
c Id nimirum est, quod frequenter te moneo, ne quẽ ames: cùm norim, quàm sit Amor res periculosa: tuq; adeo exemplum sumere possis de istâ Silenio.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

LENA.

IDEM *mihi, magnæ quod parti est vitium Mulierum.*
Quæ nunc [d] quæstum facimus; quæ ubi [e] saburratæ sumus,
[1] *Largiloquæ extemplò sumus: plus loquimur, quàm sat est.*
[6] *Nam illam ego olim, quæ hinc flens abijt, parvolam*
[7] *Puellam projectam ex angiportu sustuli.*
[8] *Adulescens quidam hic est adprimè nobilis;*
[9] *Sicyone summo genere ei vivit Pater.*
[2] *(Quin ego nunc, quia sum onusta, meâ ex sententiâ:*
[3] *Quiaque adeò me conplevi [f] flore Liberi,*
[4] *Magis liberâ uti linguâ conlibitum 'st mihi.*
[5] *Tacere nequeo misera, quod [g] tacito usus est.)*
Is amore miserè hanc deperit Mulierculam,
Quæ hinc modò flens abijt: contrà amore eum *hæc perdita'st.*
Eam meæ ego Amicæ dono huic Meretrici dedi;
Quæ sæpè mecum [h] mentionem fecerat,
Puerum aut puellam alicunde, ut reperirem sibi
Recens natum, eapse quod sibi supponeret,
Ubi mihi potestas primùm euénit, ilicò
Feci eius eij, quod me orauit, copiam.
Postquàm puellam eam à me accepit, ilicò
Eandem puellam [i] peperit, quam à me acceperat,
(Sine Obstetricis operâ, & sine doloribus:)
Item ut aliæ pariunt, [k] quæ malum quærunt sibi.
Nam Amatorem ajebat esse peregrinum sibi.
Suppositionem ejus rei facere gratiâ.
Id duæ nos solæ scimus: ego quæ illi dedi,
Et illa, quæ à me accepit; [l] præter vos quidem.
Hæc sic res gesta est. si [m] quid usus venerit,
Meminisse ego hanc rem vos volo. ego abeo domum.

d meretricium.
e Saturæ. Vide Lex. *Saburra.* infr. ℣. 8. *onusta.*
f vino præstantissimo. Vide Lex. *Flos.*
g quod taceri opus est, propter vinũ, quod bibi.
h mecum sermonem habuerat.
i Simulavit se peperisse.
k Nẽpe quia more meretricio cõceptionem & imprægnationem impedire quidem cupiunt, at minime tamen præpediunt, dicuntur rectè sibi *malum quærere.* Unde *Partumeiæ* dictæ, per convitium: quod quasi mingant partum sine labore. Vide Elect. Plaut. Tit. *Meretricum.*
l vobis exceptis, qui à me modo audistis, & cognovistis.
m Si quid eveniat, quamobrem expediat vos rem tenere.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

Auxilium, Prologus.

Vtrumque hæc, & multiloqua, & multibiba est Anus.
Satinè vix relliquit, [a] *Deo, quod loqueretur, loci?*
Ita properavit de [b] *Puellæ proloqui*
Suppositione, quod si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus DEVS, qui poteram planiùs.
Nam mihi AVXILIO est nomen. nunc operam date,
Vt ego ARGVMENTVM hoc vobis planè [c] *perputem.*
FVERE Sicyoni iamdiu Dionysia.
Mercator venit huc ad Ludos Lemnius,
Isque hic conpressit [d] *Virginem* [e] *adulescentulus,*
Vinulentus, violentus, multâ nocte in viâ.
Is ubi malam [f] *rem scit se meruisse, ilicò*
Pedibus perfugium peperit: in Lemnum aufugit,
Vbi habitabat tum. At illa, *quam conpresserat,*
Decumo post mense exacto hic peperit filiam.
Quoniam [g] *reum ejus facti nescit, qui siet,*
Paternum servom sui participat consilij,
Dat eam puellam ei servo exponendam ad necem:
Is eam projecit; hæc Puellam [h] *sustulit.*
Ille clam observavit [i] *Seriios,*
Quò, aut quas in ædis hæc Puellam deferat.
Vt eampse vos audistis confiterier,
Dat eam puellam Meretrici Melænidi,
Eaque educavit eam sibi pro filiâ
Benè ac pudicè: tum illic autem Lemnius
Propinquam Vxorem duxit Cognatam suam.
Ea diem suum obijt, facta [k] *morigera 'st Viro.*
Postquàm ille Vxori justa [l] *fecit, ilicò*
Huc commigravit; duxit Vxorem hic sibi
Eandem, quam olim Virginem hic conpresserat.
Et eam cognoscit esse, quam conpresserat.
Illa illi dicit, ejus se ex injuriâ
Peperisse gnatam, atque eam se Servo ilicò
Dedisse exponendam. ille extemplò Servolum

a Nonne vix locū reliquit Deo loquendi?;
b Silenij.
c Perfectè exponam.
d Phanostratam.
e cum adhuc esset adol. nunc enim grandis est.
f pœnam ex lege constituta in Corruptores. Vide Elect. Tit. *Adulterij: Scortationis.*
g auctorem.
h de terra, vel; ut aleret.
i qui eam projecerat,
k Sc. in eo, quod mortua est. Hoc enim unice vovent Mariti in Comœdijs.
l funebria.

Iubet

Iubet illum eundem persequi, si quà queat
Reperire, quæ sustulerit. ei rei nunc suam
Operam usque adsiduò Servos dat, si poßiet
Meretricem illam invenire, quam olim tollere,
Quòm ipse exponebat, [a] ex insidiis viderat.
Nunc quod reliquòm restat, volo [b] persolvere;
Vt [c] expungatur nomen, ne quid debeam.
Adulescens hic est Sicyoni: ei vivit Pater.
Is amore projectitiam illam [d] deperit,
Quæ dudum flens hinc abiit ad Matrem suam.
Et illa hunc contrà, qui est Amor [e] suavißumus.
Vt sunt HVMANA: NIHIL *est perpetuum datum.*
Pater Adulescenti dare volt uxorem. hoc ubi
Mater rescivit, iußit [f] accersi eam domum.
HÆC *res gesta est sic. bene Valete! & vincite*
Virtute [g] verâ; quod fecistis antidhac.
Servate vostros socios, veteres, & novos:
Augete auxilia vostra [h] justis legibus,
Perdite [i] perduelles, parite laudem, & [k] laudeam,
Vt vobis victi Pœni [l] pœnas sufferant.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

ALCESIMARCHUS, Adolescens. MELÆNIS.

CREDO *ego Amorem primùm apud hominis [m] carnuficinam commentum.*
Hanc ego de me conjecturam [n] domi facio, ni foras quæram,
Qui omnis hominis supero, atque [o] antideo cruciabilitatibus animi.
Iactor, crucior, agitor, stimulor, [p] vorsor in Amoris Rotâ miser;
Exanimor, feror, differor, distrahor, [q] deripior, ita nubilam [r] mentem
Animi habeo. [s] Vbi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est Animus.
ITA [t] *mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet jam id continuò.*
Ita me Amor lassum animi ludificat, fugat, [u] agit, [x] adpetit,
Raptat, retinet, [y] lactat, largitur, quod dat, non dat, deludit,
Modò quod suasit, dissuasit: quod dissuasit, id ostentat.
Maritumis [z] moribus mecum experitur. ita meum frangit amantem
Animum; neque, nisi quia miser non eo peßum, mihi ulla abest

[a] ex loco occulto, ita ut ipse cerni non posset.
[b] dicere. ἀπαγγέλλειν.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Contrallum*.
[d] Vide Lex. *De*.
[e] Vide Mil. 2. 1. ✱. 15.
[f] Nota syntaxin græcam.
[g] Non fallacia, & dolo malo. Eodē modo concluditur Prologus Casinæ ab Appulo Poeta. Cas. Prol. ✱. 87. 88.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Belli*.
[i] Hostes.
[k] Triumphum. seu laudem ex triumpho. Vide infra Notas Criticas.
[l] Elegans Paronomasia. *Pœni pœnas dent.*
[m] Rationem & artem excruciandi homines.
[n] Meopte exemplo experior.
[o] anteeo.
[p] Alludit ad Rotam Fortunæ.
[q] distrahor & in diversum feror. *Donatus.*
[r] Vide Lex. *Mens.* Vide similem locum Trin. 2. 2. ✱. 40. & Iuven. Sat. 6. ✱. 309.
[s] Vbi est corpus, ibi nō est animus.
[t] *ingenium* [illegible]
[u] insectatur, impellit.
[x] invadit, petit, ut gladiator adversarium.
[y] trahit, à *lacio*.
[z] incertis, dolosis, fetis. [illegible] Vide Elect. Pl. Tit. *Morum*.

Digitized by Google

Perdito pernicies. ita Pater apud Villam detinuit me hos dies sex
Ruri continuos: neque licitum interea 'st, meam Amicam visere.
Est ne hoc miserum memoratu? ME. [a] *eò facetu's, quia tibi*
Alia est Sponsa locuples Lemnia. habeas, neque nos factione [b] *tantâ,*
Quantâ tu, sumus; neque opes nostræ, tàm sunt validæ, quàm tuæ.
Verumtamen haut metuo, [c] *ne jusiurandum nostrum quisquam*
Culpitet. tu jam, si quid tibi dolebit, [d] *scias, quâ doleat gratiâ.*
AL. *DI me perdant!* ME. [e] *quodcumque optes, tibi velim contingere.*
AL. *Si illam Vxorem duxero mihi umquam, quam despondit* [f] *Pater.*
ME. *Et me,* [g] *si umquam tibi Vxorem filiam dedero meam.*
AL. *Perjurare me patiére?* ME. *atque aliquantò* [h] *facilius,*
Quàm me, meamque rem perire, & ludificari filiam.
Abi [i] *quærere, ubi jurijurando tuo satis sit subsidij.*
Hic apud nos jam, Alcesimarche, [k] *confregisti tesseram.*
AL. *Face semel* [l] *periclum.* ME. *sæpè feci: quod factum queror.*
AL. *Redde mihi illam.* ME. [m] *inter novam rem verbum usurpabo vetus:*
Quod dedi, datum non vellem: quod reliquom 'st, non dabo.
AL. *Non remissura es mihi illam.* ME. [n] *pro me responsa tibi.*
AL. *Non remittes?* ME. *scis jamdudùm omnem meam sententiam.*
AL. *Satin' istuc tibi in corde certum 'st?* ME. *quin ego conmentor* [o] *quidem.*
Non edepol istæc tua dicta nunc in auris recipio.
AL. *Non? hem! quid agis?* ME. *igitur animum advorte; ut quid agas, scias.*
AL. *At ita me* [p] *DI, Deæque! Superi, atque Inferi, & Medioxumi!*
Itaque me Juno Regina, & Jovis supremi filia!
Itaque me Saturnus! patruus ejus. ME. *Ecastor! Pater.*
AL. *Itaque me Ops opulenta! illius avia!* ME. *immò mater quidem.*
AL. *Juno filia! & Saturnus patruus! & summus Juppiter!*
Tu [q] *me delenis: propter te hæc* [r] *pecco. perge dicere.*
AL. [s] *Anne, ut etiam, quid consultura sis, sciam? perge eloqui.*
ME. *Non remittam;* [t] *definitum 'st.* AL. *enimverò ita me Iuppiter!*
Itaque me Juno! & Saturnus! ita! quid dicam, nescio.
Iam scio. immò, Mulier, audi; meam ut scias sententiam.
DEI me omnes Magni, Minutique, & [u] *Patellarij,*
Faxint! [x] *ne ego dem vivos hodie savium Silenio,*
Nisi ego, teque, tuamque filiam, meque, hodie obtruncavero.
Postea autem quòm primo [y] *luci cras nisi* [z] *ambo occidero:*
Et equidem hercle nisi [aa] *pedatu tertio omnis* [bb] *ecflixero,*
Nisi tu illam remittis ad me. Dixi, quæ volui. Vale.
ME. *Abiit intrò iratus. quid ego nunc agam? si redierit*

Illa

a Alcesimarchus iratus cum Lenâ sic expostulavit. Lemnia autē gens pessime id temporis audiebat rusticitatis & infacetiæ vitio.
b potentiâ seu opulentiâ.
c Neq; enim perjuræ reperimur, ut tu erga filiam meam.
d Scire possis. *q. d.* conscientia te id docebit tua.
e Sermo Alces. interrumpitur hic.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
g *Sc.* DI perdant.
h *Sc.* patiar.
i Quære alios, qui tibi juranti credant. Epid. 3. ℣. 19.
k jus hospitii violasti. Vide Elect. Pl. Tit. *Hospitaiit.*
l *Sc.* meæ fidei.
m in novâ re. Vide Lex. *In.*
n *q. d.* Quid opus est me dicere, quod non remissura sim, cùm tu ipse nunc dicas? tibi igitur responde pro me.
o Aliud ago, aliud animo voluto, neque quæ dicis, ausculto.
p Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*
q *Q. d.* Tu Melænis me delenis. Ad ejus nomen enim deludit.
r Nota sunt.
s Anne hoc quidem sciam, quid consilij captura, aut quid consultatura sis? vel; quid consultum jam apud te decreveris.
t decretum est.
u quibus non in pateris, sed patellis epulæ apponebantur: ut Lares & Penates. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.* x Oratio amatoris in[illegible], & nimium quantum perturbata. y prima luce. *Cuaris.* z ambos. aa impetu, ingressu, incursu. Vide Lex.

Illa ad hunc: ibidem loci res erit, ubi odium occeperit.
Illam extrudet, quòm hanc Uxorem Lemniam ducet domum.
Sed tamen ibo, & persequar. amans ne quid faciat, cauto opu'st.
Postremò, quando æqua lege Pauperi cum Divite
Non leget, perdam [a] *operam potius, quàm carebo filiâ.*
Sed quis hic est? qui rectâ plateâ cursum huc contendit suum.
Et illud paveo, & hoc formido. ita tota sum misera in metu.

a Ad Alcesimarchum remittam potius filiam (quo facto, operã perdam. nam cõtinuò eam extrudet foràs) quàm committam, ut filiam meam interimat: & ita careã filiâ. *legei*, est, *legit*: antiquè.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

LAMPADISCUS.

ANUM sectatus sum clamore per vias,
Miserrumam [b] *habui, ut illac hodie || quot modis*
Sibi [c] *moderatrix fuit, || atque* [d] *inmemorabilis!*
Quot illi blanditias! quid illi promisi boni!
Quot || [e] *admœnivi illi fabricas? quot fallacias!*
In quæstione vix exsculpsi, ut || diceret;
Quia ei promisi dolium vini [f] *dare.*

b Molestissimus fui Lenæ clamando.
c Quàm cautè sibi moderata est! ne mihi indicaret, cui puellam, quã sustulit, tradidisset.
d Quæ simulabat nihil meminisse. Vide Lex.
e Ad mœnia admovi. Vide Lex.
f me daturũ esse, κατ' ἐπανάληψιν.

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

PHANOSTRATA. MELÆNIS. LAMPADISCUS.

AUDIRE vocem visa sum ante ædis modò
Mei Lampadisci Servi. LA. *non surda es, Era:*
Rectè audivisti. PH. *quid agis hic?* L. *quod gaudeas.*
PH. *Quid id est?* LA. *hinc ex hisce ædibus paulò prius*
Vidi exeuntem Mulierem. PH. *illam, quæ meam*
Gnatam sustulerat? LA. *rem tenes.* PH. *quid postea?*
LA. *Dico ei, quo pacto eam ab* [g] *Hippodromo viderim,*
Erilem filiam nostram sustollere.
Extimuit tum illa. ME. *jam horret corpus,* [h] *cor salit.*
Nam mihi, ab Hippodromo, memini adferri parvolam
Puellam, eamque me mihi supponere.
PH. *Age, perge quæso: animus meus audire expetit.*

g *Hippodromus*; curriculum equorum, ubi de pernicitate cursûs certatur citra pugnæ simulacrum. Lex. Vide.
h Præ pudore, metu. Vide Elect. Pl. Tit. *Metus*.

Vt res gesta sit. ME. *utinam exaudire non queas!*
LA. [a] *Pergo illam* his *alloqui dictis: Illac te Anus*
Fortivò Matrem, *se ne deseras, vocat.*
Nam illa hac tibi Nutrix est; ne Matrem censeas.
Ego te [b] *redduco, & voco ad divitias, ubi*
Tu collocére in luculentam familiam.
Vnde tibi Talenta magna viginti Pater
Det dotis. non enim hic, ubi ex [c] *Tusco modo*
Tute tibi indignè Dotem quæras corpore.
PH. *An, amabo, Meretrix illa 'st? quæ illam sustulit.*
LA. *Immò Meretrix* [d] *fuit. sed* [e] *ut sit de eâ re, eloquar.*
Iam perducebam illam ad me [f] *suadelâ meâ,*
Anus ei amplexa 'st genua, plorans, obsecrans,
Ne deserat se: eam suam esse filiam!
Seq; eam peperisse, sanctè adjurabat mihi.
Istanc, quam quæris, inquit, ego [g] *Amicæ meæ*
Dedi, quæ educaret eam pro filiolâ suâ;
Et vivit, inquit. ubi ea 'st? inquam extempulò.
PH. *Servate me* DEI! *obsecro.* ME. *at me perdit is.*
PH. *Quò illam dedisset, exquisisse oportuit.*
LA. *Quæsivi, & dixit Meretrici Melænidi.*
ME. *Meum elocutu'st nomen.* interI! perI!
LA. *Vbi elocuta 'st, ego continuò interrogo:*
Vbi habitat? inquam; duc, ac demonstra mihi.
Avecta 'st, inquit, peregrè hinc habitatum. ME. [h] *obsipat*
Aquulam. LA. *quo avecta 'st, eò sequemur. sicine*
Agis nugas? perIsti mehercle, hoc ni edisseris.
Instare [i] *usque adeò, donec se adjurat Anus,*
Eam mihi monstrare. PH. *ah! non missam oportuit.*
LA. *Servatur* [k]. *sed illac se quandam ajebat Mulierem*
Suam benivolentem convenire etiam prius,
Commune quâ cum id esset sibi negotium.
Et scio venturam. ME. *me indicaVit, & suas*
Ad meas miserias addet. PH. *fac me consciam.*
Quid nunc vis facere me? LA. *intrò abi, atque animo bono es.*
Vir tuus si veniet, jube domi opperirier,
Ne [l] *quæstioni mihi sit, si quid eum velim.*
Ego ad Anum recurro rursum. PH. *Lampadio, obsecro,*
Cura. LA. *perfectum ego hoc dabo negotium.*
PH. DEOS, *teque* [m] *spero.* LA. *eosdem ego. potin' abeas domum?*
ME. *Adulescens,* [n] *asta, atq; audi.* LA. *men', Mulier, vocas?*

ME. *Te.*

[a] Anus illa furtivè se Matrem tuam vocat: ea tantum de causa, ne se deseras. sed furtum facit, cum id facit. Sic Pœnus suas filias *fures* vocat. Pœn. 5. 4. 5. 55.
[b] Ad tuos parentes.
[c] Quia Tuscorum filiæ ex meretricio quæstu Dotem sibi quæsiverunt.
[d] Si. Nunc autem Anus est.
[e] utut se res habet.
[f] eloquentiâ mea efficienti.
[g] Melænidi.
[h] disijcit, dissipat, spargit. Adspergit; recreat me: ut fit iis, qui animo defecti aqua adspersa recreantur. Illo enim mendacio se elabi posse sperat.
[i] Instabam.
[k] Adhuc sub custodia nostra.
[l] Ne mihi quærendus sit.
[m] Timeo, Vide Lex.
[n] Nunc Melænis, postquam Phanostrata domum introiit, emergit ex latebra, & se conspiciendam præbet Lampadisco, a quo antea non cernebatur.

ME. Te. LA. quid negoti 'st? nam occupatus sum ampliter.
ME. Quis istic habitat? LA. Demipho; dominus meus.
ME. Nempe istic est, qui Alcesimarcho [a] filiam
Suam despondit in divitias maxumas?
LA. Ipsipsu' st. ME. Ehodum! quam vos igitur filiam
Nunc quæritatis alteram? LA. ego dicam tibi;
Non ex Vxore gnatam, [b] Vxoris filiam.
ME. Quid istuc est verbi? LA. ex priore muliere
Nata, inquam, meo Ero est filia. ME. certò modò
Hujus, quæ locuta 'st, quærere ajebas filiam.
LA. Hujus ego quæro. ME. quomodo igitur? obsecro.
Hæc est prior, quæ Nupta nunc est? LA. conteris
Tu tuâ me oratione, Mulier; quisquis es.
Medioxumam [c] quam duxit uxorem, ex eâ
Nata 'st Virgo, Alcesimarcho quæ datur.
Ea Vxor diem obiit jam. scis? ME. teneo istuc satis.
Sed ego illud quæro [d] confragosum, quo modo
Prior posterior sit, & posterior sit prior?
LA. Priùs hanc compreßit, quam Vxorem duxit domum.
Priùs gravida facta' st, priusquam peperit filiam.
Eam postquam peperit, jußit parvam [e] proici.
Ego eam projeci, alia Mulier sustulit.
Ego inspectavi: Erus hanc duxit [f] postibi.
Eam nunc [g] Puellam filiam ejus quærimus.
Quid nunc supina [h] susum jam cælum conspicis?
ME. Ei nunc jam istuc! quò properabas: nihil moror.
Nunc intellexi. LA. [i] Dîs hercle habeo gratiam.
Nam ni intellexes, [k] numquam credo amitteres.
ME. Nunc mihi bona neceßu 'st esse [l] ingratiis,
Quanquam esse nolo, rem palam esse intellego,
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis, quàm illæc [m] indicet me. Ibo domum,
Atque ad Parentis redduco Silenium.

a Ex alia Vxore susceptam: ex Lemnia sc.
b Ænigma: quod sic declaratur. Demipho duas duxit Vxores, vnam Lemniam, eamq; priorem, quæ hic non nominatur: alteram Syconiã, Phanostratam posteriorem, ex qua tamen ante compressa, filiam Silenium susceperat, quæ projecta, nunc quæritatur.
c Mediam Lemniam.
d Asperum & impeditum.
e exponi.
f Posteà.
g Quæ jam matrimonio juncta fuit. Vide Lex. *Virgo. Puella.*
h Sursum. Vide Lex.
i Ironia.
k Numquam dimisisses me occupatam, & alio properantem.
l Velim nolim, seu contra sententiam animi mei. Vide Lex.
m Ego ipsa potius bene merebor de Silenii parentibus: quàm patiar Lenam illam rem indicare: quo facto nullam mihi Silenii parentes gratiam deberent.

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA I.

MELÆNIS. ALCESIMARCHUS. SILENIUM.

REM *elocuta sum tibi omnem. sequere me, mea Silenium,*
Ut eorum, [a] *quojam esse oportet te, sis potius, quàm mea.*
Quamquam invita te carebo; meum *animum ego inducam tamen,*
Ut illud, quod tuam in rem benè conducat, consulam.
Nam [b] *hic Crepundia insunt, quibus-cum te illa olim ad me detulit,*
Quæ mihi dedit; Parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hanc Cistellam, Halisca: atque agedum, pulta illas foris,
Dic me orare, ut aliquis intus prodeat properè ocius.

ACTUS TERTII
SCENA III.

ALCESIMARCHUS. SILENIUM. MELÆNIS.

RECIPE *me ad te,* [c] *Mors, amicum, & benivolum.* SI. *Mater mea,*
Perimus misera! AL. *utrum hàc me feriam? an ab lavá latus?*
ME. *Quid tibi'st?* SI. *Alcesimarchum non vides ferrum tenentem* manu?
AL. *Ecquid* [d] *agis? remorare?* [e] *lumen linque.* SI. *amabo, adcurrite,*
Ne se interimat. AL. *ô Salute meâ* [f] *Salus salubrior!*
Tu nunc, si ego volo, seu nolo, sola me, ut vivam, facis.
ME. *Hau! voluisti istuc* [g] *severum facere.* AL. *nihil mecum tibi;*
Mortuus tibi sum. hanc, ut habeo, certum'st non [h] *amittere.*
Nam hercle jam ad me [i] *adglutinandum totam decretum'st dare.*
Ubi estis? Servi: occludite ædis pessulis, repagulis.
Ibo: hanc ego [k] *tetulero intra limen.* ME. *abiit, abstulit*
Mulierem. ibo, persequar jam illum intrò, ut hæc ex me sciat
Eâdem [l]*: si possum tranquillum facere ex irato mihi.*

[a] Ut tuorum parentum verorum sis filia potius, quàm mea, quæ non sum tua Mater.
[b] In hac Cistellá Crep. insunt, ex quibus cognosceeris Demiphonis & Phanostratæ filia. Vide Elect. Pl. Tit. *Pueritia.*
[c] Quia nempe Silenio mihi carendum est, ó Mors, accipe me in hospitium tuũ, quò nunc cupio diverti.
[d] Ita se alloquitur Alces. Annon properas te occidere?
[e] Relinque vitam, morere.
[f] Hyperbole.
[g] Istuc crudele & atrox, nempe te interficere.
[h] dimittere è manibus Silenium.
[i] Eam totam mihi sic agglutinabo, ut à me divelli nequeat unquam.
[k] *Tulero.* ἀρχαϊκῶς
[l] Ratione *h.e.* indicio de parentib. Silenii facto.

ACTUS

ACTUS QUARTI
SCENA I.

LAMPADISCUS, Servus.
PHANOSTRATA, Mulier.

NULLAM ego me vidisse credo magis Anum [a] excruciabilem,
Quàm illæc est; [b] quæ dudum fassa'st mihi; [c] quæ ne inficias eat!
Sed eccam Eram video. sed quid hoc est? hæc quòd Cistella hîc jacet
Cum Crepundiis. nec quemquam conspicor alium in viâ.
Faciundum'st [d] puerile officium: [e] conquiniscam ad Cistulam.
PH. Quid agis? Lampadio. LA. Hæc Cistella numnam hinc à [f] nobis domo'st?
Nam hinc ab ostio jacentem sustuli. PH. Quid nuncias
Super Anu? LA. Scelestiorem in terram nullam esse alteram.
Omnia [g] inficiari ea, quæ dudùm confessa'st mihi.
Nam hercle ego illam Anum inridere me ut sinam? satiu'st mihi,
Quovis exitio interire. PH. DI obsecro vostram fidem!
LA. Quid DEOS obsecras? PH. Servate nos! LA. Quid est? PH. Crepundia
Hæc sunt, quibuscum tu [h] extulisti nostram filiolam ad necem.
LA. Sanan' es? PH. Hæc sunt profectò. LA. Pergin'? PH. Hæc sunt. LA. Si mihi
Alia [i] mulier isto pacto dicat; dicam esse ebriam.
PH. Non ecastor cassa [k] memoro. nam, obsecro, unde hæc gentium?
Aut quis DEUS objecit hanc ante ostium nostrum? quasi
Deditâ operâ in tempore ipso. LA. Spes [l] mihi sancta subvenit.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

HALISCA, Ancilla.
LAMPADISCUS, Servus.
PHANOSTRATA, Mulier.

NISI quid mihi opis DI dant, disperii! neq;
Unde auxilium mihi, aut præsidium expetam, habeo.
Itaq; petulantia mea me [m] animi miseram habet:
Quæ, in tergum meum ne veniat, malè [n] formido.

a Cruciatu digniorem.
b Se puellam herilem sustulisse, & Melænidi dedisse.
c Nonne est quovis cruciatu dignissima, quę inficietur, quod mihi fassa est?
d H. e. ego Crepundia quatiam, & sonitum edā, ut solent Pueri. Quib. & in eū usum ex collo suspendebātur ista crepundia. Vide Elect. Pl. Tit. *Pueritia*.
e Inclinabo me. *Nonius*. Vide Lex. *Conquinisco*.
f A domo nostra. Est *Pleonasmus*.
g H. e. *inficias ire*, *sc.* se puellam herilem sustulisse, & Melænidi tradidisse. Et est q. ex indignatione imperfecta locutio: q. d. Indignum est facinus, omnia jā illam negare, quæ prius fuerat confessa.
h Exposuisti, ut necari posset, si fortè ita caderet.
i Quam tu, quæ mater es.
k Non facio tibi frustra, & nequicquam, spem. A nuce cassa.
l Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum*.
m Me animi ægritudine affecit.
n Metuo valde, ne petulantia mea in causa sit, cur virgæ in tergo meo sint petulantes.

Si Era mea sciat, tam socordem esse, quàm sum.
[a] *Quamne in manibus tenui, atq; accepi hinc ante ædis*
Cistellam? ubi ea sit, nescio, nisi, ut opinor,
Loca hæc circiter excidit mihi. [b] *mi Homines,*
Mi Spectatores, facite indicium, si quis
Vidit, si quis eam abstulerit, quisve
Sustulerit, & utrum hàc, an illàc, iter [c] *institerit.*
Non sum [d] *scitior! quæ hos rogem; aut quæ fatigem!*
Qui semper malo [e] *muliebri sunt lubentes.*
Nunc vestigia hìc si qua sunt, noscitabo.
Nam si nemo hàc præteryt, postquam intrò abij,
Cistella hìc jaceret. [f] *quid? hic? peryt opinor.*
Actum 'st! ilicet. me infelicem, & scelestam!
Nulla [g] *est: neq; ego sum usquam. perdita perdidit me.*
Sed pergam, ut cepi, tamen quæritando.
Nam & intus [h] *paveo, & foris formido. ita nunc*
Vtrobiq; metus me agitat. HILLO [i] SUNT HOMINIS MISERE MISERI. *ille nunc lætu'st, quisquis est, qui illam habet.*
Quæ neq; [k] *illa illi quicquam usui 'st; mihi esse potest.*
Sed memet moror, quòm hoc ago [l] *secius.*
Halisca, hoc age; ad terram adspice, & despice,
Oculis investiges: astutè [m] *augura.* LA. *Era!*
PH. *Hem!* LA. *Est.* PH. *Quid est?* PH. [n] *Quis?* LA. *Quoi hæc excidit Cistella:*
Certè eccom locum signat! ubi ea excidit. PH. *Adparet.*
HA. *Sed is hàc yt, hàc* [o] *socci video vestigium*
In pulvere: persequar hàc. in hoc iam loco cum altero
Constitit [p]. *hic meis turba* [q] *oculis modò se objecit.*
Neq; [r] *prorsum* [s] *inyt hàc: hìc stetit; hinc illuc exyt; hic*
Concilium [t] *fuit. ad duos hoc adtinet. hi qui sunt!*
At at! singulum video vestigium. sed is hàc abyt,
Contemplabor. hinc huc yt; hinc nusquam abyt.
Actam [u] *rem ago. q[u]od peryt peryt; meum* [x] *corium,*
[y] *Cistella. redeo intrò.* PH. *Mulier, mane! sunt,*
Qui volunt te conventam. HA. *Quis me revocat?*
LA. *Bona femina, & malus masculus volunt te.*
HA. Malum aufer; bonum mihi opu'st. *Postremò ille,*
Plus, qui vocat, scit, quid velit, quàm ego, quæ vocor: revortor.
Ecquem vidisti [z] *qu[æ]rere hìc amabo, in hac regione*
Cistellam cum Crepundiis? quam ego hìc amisi misera.

Nam

[a] τὸ ne περιῖλκον. Vide Lex.
[b] Singularis pro plurali. Vide Lex. [illegible]
Ihr liebe Leuth' sagt mir wo sie ist.
[c] [illegible] ingressus sit [illegible] fecta [illegible]
[d] [illegible] semper mu[illegible] [illegible] co[illegible] [illegible]untur [illegible]
[illegible] separatio [illegible]
[illegible] quam est, nō [illegible]
[illegible] verbera [illegible]
[illegible] περιῖλκον. [illegible] dete[illegible] Lex. [illegible] Augu[illegible] [illegible] pellustra.
[illegible] Vide Lex.
[o] Quæ soccis utebantur Comici Actores. Vide E[illegible] Plaut.
[p] Lampadiscus cū [illegible] consl.
[q] Turbatio: ut habet glossa MS. Pal. text.
[r] Porro-versum, recta in anteriorē partem. Vórsich. Nempe de vestigiis conjecturam facit. & qui adfuisse, & qui abiisse videntur.
[s] Intro ingressus est.
[t] Congressus plurium.
[u] In cassum laboro. Vide Caligr. Desperatio.
[x] Sc. periit: quia vapulabo
[y] Sc. & Cistella quoq; periit. Omnia hæc gestu exprimenda sunt.
[z] Acquirere, lucrifacere, adipisci. Vide Lex.

Digitized by Google

Nam dudùm, ut accurrimus ad Alcesimarchum, ne suam vitam
Interimeret, tum mihi puto præ *timore hîc excidisse*
Cistellam. LA. *Hæc mulier* [a] nostra est. quin operam *damus, Era, parumper!*
HA. *Disperij! misera. quid ego meæ Eræ dicam? quæ me opere tanto*
Servare jussit, quî suos Silenium Parentis
Facilius posset noscere: quæ Era meæ supposita'st parva:
Quam quædam Meretrix ei dedit. LA. *Nostram hæc rem* [b] *fabulatur.*
Hanc scire [c] *oportet, filia tua ubi sit; signa ut dicit.*
HA. *Nunc eam volt suæ Matri, & Patri,* [d] *quibus nata'st, reddere ultrò.*
Mi Homo, obsecro, alias res geris; ego tibi meas res mando.
LA. *Istuc ago; atq; istuc mihi cibu'st, quod fabulare.*
Sed inter rem agendam istam [e] *è re huic respondi, quod rogabat.*
Nunc ad te redeo: si quid est opus, dic; impera [f] *& tu.*
Quid quæritabas? HA. *Mi* [g] *Homo, & mea Mulier, vos saluto!*
PH. *Et nos, te. sed quid quæritas?* HA. *Vestigium hic requiro,*
Quà aufugit [h] *quædam nescio-quò mihi.* PH. *Quid id? quid id nam est?*
HA. *Alienum* [i] quod dampnum adferat, *& mærorem* [k] *familiarem.*
LA. *Mala merx, Era, hæc, & callida'st.* PH. *Ecastor ita videtur.*
LA. *Imitatur nequam bestiam, & dampnificam.* PH. *Quidnam, amabo?*
LA. *Involvolum, quæ in pampini folio intorta, implicat se.*
Itidem hæc [l] *exorditur sibi intortam hîc orationem.*
Quid quæritas? HA. *Cistellam.* [m] *hic mihi, Adulescens,* [n] *evolavit.*
LA. *In caveam latam oportuit.* HA. *Non edepol præda magna.*
LA. *Mirum,* [o] *quin grex* [p] *venalium in Cistellâ infuerit unà.*
PH. *Sine, dicat.* LA. *Si* [q] *dicat quidem.* PH. *Age, loquere tu, quid ibi infuerit.*
HA. *Crepundia unà.* LA. *Est quidam Homo, qui illam ait se scire, ubi sit.*
HA. *At pol ille à quâdam Muliere, si eam monstret, gratiam ineat.*
LA. *At sibi ille* [r] QUIDAM *volt dari mercedem.* HA. *At pol illa* QUÆDAM,
Quæ illam Cistellam perdidit, QUOIDAM *negat esse, quod det.*
LA. *At enim ille* QUIDAM argentum expetit. HA. At necquic*quam argentum expetit.*
LA. *At pol ille* QUIDAM, *Mulier, in nullâ operâ gratuitâ'st* [f].
PH. *Commoda* [t] *loquellam tuam. tibi nunc* [u] *proderit: confitemur*
Cistellam habere. HA. *At vos Salus servassit! ubi ea nunc est?*
PH. *Salvam eccam. sed ego rem meam* [x] *magnam confabulari*
Tecum volo: sociam te mihi [y] *adopto ad meam salutem.*
HA. *Quid istuc negotij st? aut* [z] *quis es?* PH. *Ego sum illius Mater,*
Quæ hæc gestitavit. HA. *Hicine tu ergò habitas?* PH. [aa] *hariolare.*
Sed, quæso, ambages, Mulier, mitte; atq; hoc age.
Eloquere, unde hæc sunt tibi, citò, Crepundia.
HA. *Mea hæc Erilis gestitavit filia.*

LA. *Men-*

a Q. d. ea est, ex quâ, quod volumus, scire possimus.
b Eloquitur, quod nos scire, valdè nostra interest.
c Necesse est.
d Ex quibus.
e In istam rem respondi, quam agimus.
f Vide Elect. Pl. tit. *Mandati.*
g Vide Lex. *Homo.*
h Prædatrix Cistellæ.
i Nobis: quæ alienæ sumus.
k Familiaribus: Parentibus Silenii.
l Vide Elect. Pl. tit. *Simulationis, Fraudis.*
m *Sc.* quærito.
n Missa est. Da ist sie mit auf geflogen.
o Videlicet, mirum quod non.
p *Sc.* servorum.
q Si dicat, sinam dicere: sed nihil dicit.
r ὁ Δεῖνα.
f Nullam operam gratuitam sumit. Thut seinem etwas umb sonst.
t Commodè cum Haliscâ loquere.
u Colloquiū hoc tuum cum Haliscâ tibi erit utile ad reciperandam tuam Cistellam.
x Magni momenti.
y Assumo, allego.
z Quæ. Vide Lex.
aa Rectè divinas.

Digitized by Google

LA. *Mentiris. nam mea gestitavit; non tua.*
PH. *Ne obloquere.* LA. *Taceo. Mulier, perge dicere:*
Ubi ea'st? quæ gestitavit. HA. *Hic in proxumo.*
PH *Istic quidem edepol mei Viri habitat* [a] *Gener.*
LA. *Næ* [b] adhinnire equulam, soli si detur, possim ego hanc:
Nam ita [c] mustulentus æstus nares attigit.
PH. *Ne* [d] *obloquere. rursus perge porrò dicere.*
Quot annos nata dicitur? HA. *Septem-decem.*
PH. *Mea'st.* LA. *Ea'st;* [e] *ut* numerus *annorum.* HA. *At tu id,*
Quod quærebas, [f] reperisti? *jam quæro* [g] *meam.* LA. *At*
Pol hæ [h] suas nactæ *sunt; quæro* [i] *tertiam.*
PH. *Quod quæritabam, filiam inveni meam.*
HA. *Æquom'st* tenere, *per fidem quod creditum'st,*
Ne bene merenti sit [k] *malo Benignitas.*
Nostra hæc Alumna est, tua profectò Filia:
Et redditura Eam *est tibi tuam, &* [l] *eá gratiâ*
Domo profecta'st. ceterùm ex ipsâ, obsecro,
Exquiritote; ego serva sum. PH. *Æquom postulas.*
Illius ego istanc esse [m] *malo gratiam.*
HA. *Sed istanc Cistellam, te obsecro, ut reddas mihi.*
PH. *Quid fit? Lampadio* LA. *Quod tuum'st,* [n] *teneas tuum.*
PH. *At me hujus* [o] *miseret.* LA. *Sic faciundum censeo.*
Da istam Cistellam tu, *& intrò abi cum istâc simul.*
PH. *Tibi auscultabo; tene tu Cistellam tibi.*
Abeamus intrò. sed quid nomen est *tuæ*
Dominæ? HA. *Melænis.* PH. *I, i præ! jam ego te sequar.*

[a] Alcesimarchus
[b] Hinnire ad equulam, quod faciunt libidine prurientes.
[c] Calor quidã seu odor quasi musto oblitus & madès ad nares meas pervenit.
[d] Ne, Lampadio, obloquere Puellæ: sed perge dicere, quod cœperas.
[e] Hic talis est, ut numerus annorũ: hic vero omnino justus est, & conveniens. Sie ist es ben all genug. Illa proinde quasi τετράγωνος videri alicui possit, & adprime decens.
[f] Filiam tuam.
[g] Cistellam.
[h] Hæ mulieres suas filias nactæ sunt.
[i] Sed aliquã puellam mihi quæro.
[k] Ne in eo mihi sit malo benign. mea.
[l] Ut filiam tuam tibi redderet.
[m] Malo heram tuam nobis rem omnem aperire, & filiam mei mihi reddere, ejusq; beneficio ipsa obligari, quam tibi hoc debere.
[n] Istam Cistellam ne reddas Halisca.
[o] Quæ vapulabit, nisi Cistellam invenerit.

ACTUS QUINTUS

DEMIPHO, Senex. LAMPADIO, Servus.

QVID *hoc negotij'st? quod omnes Homines fabulantur per vias,*
Mihi esse Filiam inventam, & Lampadionem me in foro
Quæsivisse ajunt. LA. *Ere, und'eis?* DE. Ex Senatu. LA. Gaudeo,
Tibi [p] *meâ operâ liberorum* [q] *esse amplius.* DE. *Etenim non placet:*
Nihil moror alienâ mihi operâ fieri plurus liberos.
Sed quid istuc est? LA. *Propera ire intrò huc ad Adfinem tuum.*

[p] Quæ tibi adduxi filiam tuam projectitiam.
[q] Ego nolo mihi liberos alienos pro meis obtrudi.

Filiam

Filiam tuam jam cognosces. intus ibidem Uxor tua'st.
Abi citò. [a] *pravortì hoc certum'st rebus aliis omnibus.*

CATERVA: sive, GREX.

NE *exspectetis*, SPECTATORES, *dum illi huc ad vos exeant.*
Nemo exibit: omnes intus conficient negotium.
Ubi id erit factum, [b] *Ornamenta ponent: postideà loci,*
Qui deliquit, vapulabit: qui non deliquit, bibet.
Nunc quod ad vos, Spectatores, reliquom relinquitur:
More Majorum date PLAUSUM [c] *postremá in Comœdiâ.*

a Certum est hoc agere ante alias res omnes.

b Scenica. Vide Elect. Pl. Tit. *Histrionum*. Qui aliquid deliquerant vapulabant.

c In postremâ parte Fabulæ.

PLAUTI CISTELLARIA

EXPLICIT.

INCIPIT. EPIDICUS.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
EPIDICVS.

Plautus Bacch. 2. 2. vers. 36.

EPIDICUM FABULAM EGO ÆQUE AC MEIPSUM AMO.

Janus Gulielmius.

ÆPIDICVM suam non absre tantoperè amavit PLAVTVS, Fabulam inventione argutâ, sermone terso, & facetijs affluentem, tùm omni arte Scenicâ expolitam.

DRAMATIS PERSONAE.

EPIDICUS, Servus. *à controversiis & litibus.*
THESPRIO, Servus. *à celeritate.* ἀπὸ πόρου θεῖν.
STRATIPPOCLES, Adolescens. *à gloriâ exercitûs equestris.*
CHÆRIBULUS, Adolescens. *gaudens consiliis.*
APOECIDES, Senex. *à coloniâ.*
PERIPHANES, Senex. *Illustris.*
MILES.
MULIER.
VIRGO.
FIDICINA.
DANISTA.
GREX.

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

ATHENIENSIS *Periphanes mulierem comprimit Epidauri: ex eâ suscipit filiam, quæ urgente bello hostium fit præda. Filius hujus Stratippocles, inscio patre amabat Fidicinam. cúmq; ei opus esset pecuniâ, quam Lenoni traderet, Epidicus servus opportunè confingit fallaciam: suadet Periphani hanc redimi pro filiâ: hoc pacto Senex multatur pecuniâ, domiq; habet pro filiâ Fidicinam. Stratippocles domum rediens ab exercitu, prioris amoris immemor, mercatur ingenuam Virginem ex hostium prædâ. hæc erat ea Periphanis filia, jam hostium potita: sicq; sororem inscius pro captivâ redemit: cujus amore captus urget Epidicum, inventis opus esse quadraginta minis, Danistæ ut dentur, pro mercatâ Virgine. mox Epidicus novum init consilium, novum commentus dolum; herum Periphanem convenit: nunciat adventare filium, illumq; deperire Fidicinam, pro quâ daturus pecuniam sit, ut emittatur manu. Pater timens filio, à Servo expetit consilium. ille vafer suadet, Senex prior Fidicinam emat, quoniam hoc pacto spes amorum Adolescentis falsa futura esset, polliceturq; de emtâ Virgine futurum lucrum: venturum enim Militem, inquit, multâ pecuniâ, qui Puellam redimat. placet consilium Seni: dat Servo petitos nummos, qui postremò dantur pro creditâ Fidicinâ, Epidicusq;, ut rei fidem faciat, conductam aliam pretio Fidicinam pro emtâ subjicit. Interim advenit Miles, amore allectus prioris Fidicinæ, quam Periphanes emerat pro filiâ: eam sibi poscit dari. Periphanes eam ratus, quam servus postremò emi suaserat, ultrò assentitur Militi: qui dum suam non esse asseverat, eam tandem inveniunt non emtam, sed conductam pretio, dolusq; hoc pacto detegitur Epidici. Postremò ex Epidauro mulier adiens, quæsitura captivam filiam, incidit in Periphanem, agnoscunt se invicem: is aperit esse redemptam communem filiam, quam mulier cupiens amplexari, suam negat esse, ut vidit gnatam, sicque pro filiâ invenitur emta Fidicina. Periphanes irâ percitus perdere quærit Epidicum: sed ille, dum intuetur emtam postremò Puellam, novit herilem esse filiam, indicat Stratippocli inventam sororem & agnitam. Rerum harum inscius Periphanes incidit in Epidicum, minatur supplicium ob fictos dolos. is ultrò præbet ligandas manus. Tandem re cognitâ, emtam postremò herilem esse natam, Epidicus servus, cujus factum hoc obvenerat operâ, libertate donatur.*

M. ACCI PLAUTI
Sarsinatis Umbri
EPIDICUS.

ARGUMENTUM.

EMIT [a] Fidicinam, [b] filiam credens, [c] Senex,
P ersuasu [d] Servi: atque conductam
I terùm [e] pro amicâ ei subjecit. filio
D at Erili [f] argentum. eo sororem [g] destinat
I nprudens Juvenis. mox [h] conpressæ, ac [i] Militis,
C ognoscit [k] operâ sibi Senex [l] os sublitum.
U t ille Amicam, hæc quæritabat filiam.
S ed inventâ gnatâ, servolum [m] emittit manu.

a quam olim amabat Stratipp.
b natam ex muliere Epidauria.
c Periphanes.
d Epidici.
e Vide Argumentum prorsum, Comœdiæ huic præfixum.
f Argentum à Sene Periphane acceptum dat filio Stratippocli.
g Emit, sororem suam esse nesciēs.
h à Periphane in Epidauro.
i Qui Amicam quærit, eamque apud Senem esse inaudierat, uti erat; sed eam Senex filiam suam esse opinabatur.
k ejus mulieris, quæ Epidauri ab ipso fuerat compressa.
l Vide Calligr. Tit. *Decipiendi. Ballendi.* infr. 3. 1. v. 42.
m Emittit.

ACTUS PRIMI
SCENA I.

EPIDICUS. THESPRIO:
Servi duo.

HEus! *Adulescens.* TH. *quis properantem me prehendit pallio?*
EP. *Familiaris.* [n] TH. *fateor. nam* [o] *odio es nimiùm familiariter.*
EP. *Respice verò, Thesprio.* TH. *oh! Epidicumne ego conspicor?*
EP. *Certè oculis* [p] *uteris.* TH *salve.* EP. [q] *DI dent, quæ velis!*
Venire salvom gaudeo. TH. *quid ceterùm?* EP. *quod esse adsolet;*
Cena [r] *tibi dabitur.* TH. *spondeo* [s]. EP. *quid?* TH. *me accepturum, si dabis.*
EP. *Quid*

n Sc. Servus. Vide Lex. *Familia.*

o Nimis familiarem in modum odiosus es. Vide Elect. Pl. Tit. *Amicitia.* p non falleris: cernendo rectè vides. q Vide Calligr. *Apprecationum.* r Vide Elect. Plaut. Tit. *Peregrinationum.* s me venturum.

EP. *Quid tu?* [a] *agis, ut velis?* TH. [b] *exemplum adesse intellego.* EP. *Eugepæ!*
Corpulentior [c] *videre, atque* [d] *agilior.* TH. [e] *huic gratia.*
EP. *Quam quidem te jamdiu perdidisse oportuit.*
TH. *Minus jam furtificus sum, quàm* [f] *antehac.* EP. *quid ita?* TH. *rapio propalàm.*
EP. *DI immortales infelicent! ut tu es gradibus grandibus!*
Nam ut apud portum te conspexi, [g] *curriculò occepi sequi.*
Vix [h] *adipiscendi potestas modò fuit.* TH. [i] *Scurra es.* EP. *scio,*
Te esse quidem hominem militarem. TH. [k] *audacter quidvis dicito.*
EP. *Quid agis? perpetuen' valuisti?* TH. [l] *variè.* EP. *Qui variè valent,*
Caprigenum [m] *hominum non placet mihi, neque Pantherinum genus.*
TH. *Quid tibi vis? dicam; nisi quod est.* EP. *ut* [n] *illi respondi.* TH. *probè!*
EP. *Quid Erilis noster Filius? valet?* TH. [o] *pugilicè, atque athleticè.*
EP. [p] *Voluptabilem mihi nuntium tuo adventu adtulisti. sed ubi*
Est is? TH. *adveni simul.* EP. *ubi is ergò 'st? nisi si in* [q] *Vidulo,*
Aut si in [r] *mellinâ adtulisti.* TH. *DI te perdant!* EP. [s] *te: volo:-*
Percontari. operam mihi *da; opera redditur tibi.*
TH. [t] *Jus dicis.* EP. *me decet.* TH. *jam tu autem nobis Præturam geris?*
EP. *Quem* me *dices digniorem esse hominem hodie Athenis alterum?*
TH. *At enim* unum *à Præturâ tuâ, Epidice, abest.* EP. *quidnam?* TH. *scies.*
Lictores [u] *duo, duo viminei Fasces virgarum.* EP. *væ tibi!*
Sed [x] *quid ais?* TH. *quid rogas?* EP. *ubi* [y] *arma sunt Stratippocli?*
TH. *Pol illa ad Hostis transfugerunt.* EP. *armáne?* TH. *atque quidem citò.*
EP. *Seriòne dicis* hæc *tu?* TH. *seriò inquam: Hostes habent.*
EP. *Edepol facinus* [z] *inprobum!* TH. *at jam antè* [aa] *alij fecerunt idem.*
Erit illi illa res honori. EP. *qui?* TH. *quia antea aliis fuit.*
EP. *Mulciber,* [bb] *credo, arma fecit, quæ habuit Stratippocles:*
Travolaverunt ad Hostes. [cc] *tum ille prognatus* [dd] *Thetî;*
Sine, perdat! alia adportabunt eij Nerei filiæ.
Id modò videndum 'st, ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis [ee] *stipendiis is ad Hostis* [ff] *exuvias dabit.*
TH. [gg] *Supersede istis rebus jam.* EP. *tu ipse, ubi lubet, finem face.*
TH. *Desiste percontarier.* EP. *loquere; ipse ubi est Stratippocles?*

TH. Est

a An tibi licet agere, quod velis? darffst du dann thun/ was du wilt? bistu [illegible] Meister? *b* Quod quæris, quomodo agam, exemplum habes me ipsum: nec est, ut verbis respondeam. hic enim nitor, & habitudo mea testificantur, fuisse mihi, ut vellem. *c* robustior. *d* Quid mirandū in corpulento? at talis fuit Thespio. *vers.* 11. *e* Furtificæ sc. lævæ meæ, quâ soleo furari. Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.* *f* Iam non in occulto furari soleo; quod timidi faciunt: & qui in Vrbibus sunt, sed vi, & palam, quæ possum, Diis hominibusque inspectantib. rapio. *g* uno q. cursu. Ein [illegible] lauffs. *h* in cursu. Ich hab dich kaum können erlauffen. *i* in umbrâ & otio urbano molliter, & ignavè educatus, non homo militaris & strenuus. Vide Lex. *Scurra.* *k* licet tibi audacter quidvis dicere, cū verū dicā. *l* nunc bene, nunc male.

m *H. e.* Ego omne genus abominor, quod varium ac maculosum sit, quale Caprarum, Pantherarum, adeòque illos homines abhorreo, qui tergum flagris excitatum, & maculosum gestitant. Iocus in τῷ *variè.* *n* Illud debes respondere, quod & ipse ego illi respondi. *o* Firmiter & robustè. Vide Elect. Pl. Tit. *Pugilum.* *p* Exoptabilem nuntium *h. e.* rem nunciatam. Vide Lex. *Nuntius.* *q* in bulga viatoria. *r* in scortea mantica. Ein [illegible]. *s* Subest jocus. Te *sc.* perdant Dij! Interquievit nōnihil, screatum aut simile quid movens. Vide Men. 2. [illegible]. 54. *t* Tamquam Prætor aliquis. Vide Elect. Pl. Tit. *Magistratus. Prætorum.* *u* Vide Elect. Tit. *Prætura.* *x* Sermo aliquid novi dicere parantis. *y* Clypeus, galea, cassis, sarcinæ, quas constrictas gestare, scuto ad dorsum accommodato, Caculæum erat provincia. Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.* *z* Flagitium militare, arma abjicere, & fugere. *aa* Vide Elect. Pl. Tit. *Excusationis. Imitationis. Ignavia.* *bb* Alludit ad arma Achillis, quibus Patroclo caeso potitus est Hector. Servat autem Plautus [illegible] Comicum, dum hominem militarem inducit in historica fide errantem, cum arma Achillis non sint fabricata à Vulcano. Ideò [illegible] dicit, *Credo.* *cc* Præterea ille Stratippocles è Thetide prognatus est, ut Achilles. Igitur sine modò perdat: Nerei filiæ reportabunt ei, ut Achilli. *dd* Thetide. *Prisc.* *ee* *h. e.* singulis militiis: quia singulæ militiæ sua habebant stipendia. Si semper arma amissa in hostium potestatem pervenire patietur. *ff* spolia, vivo hosti erepta. *gg* Desiste, desine. Vide Lex.

TH. *Est causa,* [a] *quâ causâ simul mecum jre veritu'st.* EP. *quidnam id est?*
TH. *Patrem videre Senem non volt etiam nunc.* EP. *quapropter?* TH. *scies.*
Quia formâ lepidâ & liberali [b] *captivam Adulescentulam*
De [c] *pradâ mercatu'st.* EP. *quid ego ex ted audio?* TH. *hoc, quod* [d] *fabulor.*
EP. *Cur eam emit?* TH. [e] *animi causâ.* EP. *quot illic homo* [f] *animos habet?*
Nam certò, priusquam hinc ad Legionem abijt domo,
Ipse mandavit mihi, ab Lenone, quædam ut Fidicena,
Quam amabat, emeretur sibi: id [g] *inpetratum reddidi.*
TH. VTCUMQUE *in alto ventus est, Epidice,* [h] *exin' velum vortitur.*
EP. *Væ misero mihi! malè perdidit me.* TH. *quid istuc? quidnam est?*
EP. *Quid? istanc, quam emit: quanti eam emit?* TH. *vilei.* EP. *haut istuc te rogo.*
TH. *Quid igitur* [i]*?* EP. *quot Minis emit?* TH. [k] *tot.* EP. *quadraginta Minis!*
TH. *Id adeò Argentum ab* [l] *Danistâ, apud Thebas sumpsit fenore,*
In dies, Minasque Argenti singulas, [m] *Nummis.* EP. *papæ!*
TH. *Et is Danista advenit unà cum eo, qui Argentum petit.*
EP. *DI inmortales! ut ego interij* [n] *basilicè!* TH. *quid jam? aut quid est?*
Epidice. EP. *perdidit me.* TH. *quis?* EP. *Ille, qui perdidit arma.* TH. *nam*
Quid ita? EP. *quia cottidiè ipse ad me ab Legione epistulas*
Mittebat. sed taceam optumum'st. [o] PLUS SCIRE *satiu'st, quàm* LOQUI
SERVOM *Hominem. ea sapientia'st.* TH. *nescio edepol, quid tu timidus es.*
Trepidas, Epidice. ita voltum tuum video. [p] *vidére conmeruisse*
Hic, me absente, in te aliquid mali. EP. *Potin'? ut molestus ne sis.*
TH. *Abeo.* EP. *Adsta. abire hinc non sinam.* TH. *quid nunc me rettines?*
EP. *Amatne istam? quam emit de pradâ.* TH. *rogas?* [q] *deperit.*
EP. *Detegetur* [r] *corium de tergo meo.* TH. [s] *plusque amat, quàm te umquã amavit.*
EP. *Iuppiter te perduit!* TH. *Mitte nunc jam me. nam ille me* [t] *votuit domum*
Venire. ad Chæribulum jussit huc in proxumum; ibi manere jussit.
Eò venturu'st ipse. EP. *quid ita?* TH. *dicam. quia Patrem prius se*
Convenire non volt: neque se conspicari, quàm id Argentum,
Quod debetur pro illâ, dinumeraverit. EP. *heu! edepol res turbulenta 'st.*
TH. *Mitte me; vt eam nunc jam.* EP. *hæcine, vbi scibit Senex,* [u] *puppis*
Pereunda'st probè. TH. *quid istuc ad me adtinet? quo tu intereas modo.*
EP. *Quia perire* [x] *solus nolo, te cupio perire mecum,*
Benivolens cum benivolente. TH. *abi in malam rem maxumam à me!*

a quamobrem.
b quæ erat ejus soror, quod ipse ignorabat.
c de iis rebus, quæ ab hostibus abactæ, atque asportatæ erant.
d loquor.
e libidinis causâ, ut animo suo morem gerat. vel potius: temporis causâ. Für die lange weil.
f libidines & cupiditates. Vide infr. 3. 4. ℣. 84. & Cist. . 1. ℣. 7.
g impetravi.
h Est Allegoria: per quam significat, Hominum voluntates, prout sunt tempora, atque ex eventis quoque, subitò immutari. *H. e.* quomodocunq; in mari ventus est, exinde *i. e.* ita: *aut*, pro eâ ratione velum vertitur. Poen. 3. 5. ℣. 9.
i *sc.* rogas.
k Extuiit sinistrã manum, eiusque digitis indicavit quadragenarium numerum. At alter Servus impensum pretium miratur, & indignatur. Vide Elect. Pl. Tit. *Numeratio n. Supputationum.*
l à Fœneratore.
m *h. e.* singulis denariis. Vide Elect. Pl. Tit. *Vsuræ. Re. Monetaria.*

n Quàm regiè vapulavi! Er schmiert mich stabtt ch ab. *o* Vide Elect. Plaut. Tit. *Taciturnitatis.* Hæc submissè secum loquitu servus. *p* ut pallorem tuũ video, videris malum, culpa tua quadam, quã absente me contraxisti, in mundo habere. *q* impatienter & immodestè amat. Vide Lex. *De. r* Ich meyne! man wirdt mir die haut gerben! *s* Inest his verbis flagitium servile *t* Indicat enim Ep[illegible] [illegible]tippocli pro culcitellâ fuisse. *u* Quia necesse est perire tergum meum: danda mihi opera, u probe pereat, præclaro [illegible] pro facinore perpetrato. Αλληγορικῶς, Sol ich dann hangen: so will ich den galgen vollent recht verdienen. *x* Vide Elect. Plaut. Tit. *Consolationis.*

Digitized by Google

Cum istac conditione. EL. I sane, [a] si quid festinas magis.
TH. Numquam hominem quemquam conveni, unde abierim libentius.
EP. Illic [b] hinc abiit: solus nunc es quo in loco hac res sit, vides,
Epidice. nisi quid tibi in tete auxilij 'st, [c] absumptus es.
Tantæ in te [d] inpendent ruinæ. nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere. Itaque in te inruunt [e] montes mali.
Neque ego nunc, quomodo me expeditum ex inpedito faciam,
Consilium [f] placet. ego miser perpuli meis dolis Senem,
Vt censeret suam sese emere Filiam. is suo Filio
Fidicenam emit, quam ipse amat, quam abiens [g] mandavit mihi.
Is sibi nunc alteram ab Legione abduxit [h] animi
Causa. corium perdidi. nam jam ubi Senex senserit
Sibi data esse verba, virgis dorsum despoliet meum.
At enim tu pracave; nihil est istuc. plane hoc corruptum'st [i] caput.
Nequam homo 's, Epidice. qui tibi lubido 'st male loqui?
Quia tu tete deseris? quid faciam? men' tu rogas?
Tu quidem antehac alijs solebas dare consilia [k] mutua.
Quid? aliquid repperi. periundum 'st. sed ego cesso ire obviam
Adulescenti: ut quid negocij sit, sciam. atque ipse illic est.
Tristis est. Cum Chæribulo incedit æquali suo.
Huc concedam; orationem unde horum placidè persequar.

a Si tam properè tibi festinandum est. Vide Lex. Si quid.
b Est privatus διαλογισμος Epidici Servi.
c Perijsti.
d ἀπαγγελικῶς.
e Vide Lex. Mons.
f sc. quod mecum meditatus sum.
g commendavit.
h Vt eâ se oblectaret. Vide su. ℣. 43.
i Ego. Vide Lex. Caput.
k Vt pecunia mutuo dari solet.

ACTVS PRIMI
SCENA II.

STRATIPPOCLES. CHÆRIBULUS: Adolescentes. EPIDICUS, Servus.

REM tibi sum elocutus omnem, Chæribule. atque admodum
Meorum mærorum, atque amorum, summam edictavi tibi.
CH. Præter [l] ætatem, & [m] virtutem stultus es, Stratippocles.
Idne pudet te? quia captivam, genere prognatam bono,
In prædâ es mercatus? quis erit? vitio qui id vortat tibi.
ST. Qui vident; omnis [n] inimicos mihi istoc facto repperi.
At pudicitiæ ejus numquam nec vim, nec vitium adtuli.
CH. Iam istoc [o] probior es, meo quidem [p] animo, quòm in Amore temperes.
ST. NIHIL AGIT, qui diffidentem [q] verbis solatur suis.
IS EST AMICVS, qui in re dubiâ opere juvat, ubi res est opus.

l quia adolescens.
m quia Miles, & bellator. Vide Lex. Virtus.
n Vide Elect. Pl. Tit. Virtutis. Similem formulam Vide Capt. 3. 2. ℣.
o [illegible]
p meo judicio.
q & non re potius.

CH. Quid

CH. *Quid tibi me vis facere?* ST. *Argenti dare quadraginta Minas;*
Quod Danistæ datur, unde ego illud sumpsi fenore.
CH. *Si hercle haberem,* non negarem. ST. *nam quid te igitur* [a] *rettulit?*
Beneficum esse oratione; si ad rem [b] *auxilium emortuum 'st.*
CH. *Quin edepol egomet clamore* [c] *dissatigor,* [d] *differor.*
ST. *Malim istiusmodi mihi Amicos* [e] *furno mersos, quàm foro.*
Sed operam Epidici nunc me emere pretio [f] *pretioso velim.*
Quem quidem ego hominem inrigatum [g] *plagis Pistori dabo,*
Nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta Minas.
Quàm [h] *Argenti fuero elocutus ei postremam syllabam.*
EP. *Salva res* [i] *est; bene promittit, spero servabit idem.*
Sine meo sumptu paratæ jam sunt scapulis [k] *symbolæ.*
Adgrediar Hominem. Advenientem peregrè Erum suum Stratippoclem
Salvâ [l] *impertit salute servos Epidicus.* ST. *ubi is est?* EP. *adest.*
Salvom te gaudeo huc advenisse. ST. *tam tibi istuc credo, quàm mihi.*
EP. *Benen' usque valuisti?* ST. *à* [m] *morbo valui, ab animo æger fui.*
EP. *Quod ad me adtinuit, ego curavi. quod mandasti mihi,*
Inpetratum 'st: emta est Ancilla: [n] *quod tute ad me litteras*
Missiculabas. ST. *perdidisti omnem operam.* EP. *nam qui perdidi?*
Quia meo neque cara 'st cordi, neque placet. EP. *quid rettulit?*
Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epistulas.
ST. *Illam amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori.*
EP. *Hercle miserum 'st, ingratum esse* [o] *hominem, id quod facias benè.*
Ego quod benefeci, malefeci: quia Amor mutavit locum.
ST. *Desipiebam mentis, quòm illas scriptas mittebam tibi.*
EP. *Men'* [p] *piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam?*
Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas [q] *succidaneum.*
ST. *Quid istic verba facimus? huic* [r] *homini opu'st quadraginta Minis,*
Celeriter [s] *calidis, Danistæ quas* [t] *resolvas, & citò.*
EP. *Dic modò, unde auferre me vis, à quo trapezitâ peto?*
CH. *Unde lubet. nam ni ante* [u] *Solem occasum* hoc argentum [x] *eloces,*
Meam domum ne [y] *inbitas: tu te in* [z] *Pistrinum* rectà [aa] *inferas.*
Facile tu istuc sine periclo, & curâ, corde [bb] *libero*
Fabulare. novi [cc] *ego Nostros: mihi dolet, quòm ego vapulo.*
ST. *Quid tu nunc? patierin'? ut ego me interimam.* EP. *ne feceris.*
Ego istuc accedam periclum potiùs, atque audaciam.

 ST. *Nunc*

a quid profuit, quid interfuit: aut, necesse fuit? *Donatus.*
b Nam *Sola cadaver est Voluntas.*
c Immò ego ipse magnum æs alienum contraxi, & mei Creditores, nummos sibi debitos exigentes, me clamore suo obtundunt, atque enigant.
d vide ex.
e Elegans Paronomasia. Vide Elect. Plaut. *Debiterum.* Malo, inquit, istiusmodi Amicos, qualis mihi tu es, esse furno mersos, & in furnum calidum conditos, quam foro mersos *h. e.* ære alieno obrutos, ut te esse significas, cùm te à Creditoribus tuis inclamari dicis.
f grandi precio. Vide Stich. 3, 1. ✠. 15.
g crebris plagis concitum in Pistrinum dabo.
ἀλληγορικῶς. Sic Mostell. 4. 1. ✠. 15. *Malum mihi ne impluat.*
h citò. ὑπερβολικῶς. Nota affectū amantis. Q. D. Quia promittit mihi plagas, non debeo dubitare, quin illas bonâ fide mihi impositurus sit.
i Ironia.

k quia plurium manibus verbera sum accepturus. Vide Lex. *Symbola.* *l* summâ salute. *m* quod ad morbum corporis attinet, valui. Vide Lex. *Ab.* *n* ob quod. *o* Miserum est, te ei, de quo benè merearis, gratum non esse, in eo, quod facias benè. *p* h. e. qui tua mala excipiam. Muss ich dann dein entgelten? Vide Elect. Plaut. Tit. *Sacrificiorum.* *q* ita ut in me redundent tua mala. Vide ibid. *r* h. e. mihi. *s* h. e. celerrime repertis. Vide Lex. *Calidus.* *t* reddas, rescribas. *u* h. e. ante Solis occasum. ἀρχαϊσμός. *Agellius.* *x* nisi ante Solis occasum has quadraginta minas conducas, nisi unde-unde quovis fœnore concilies. *y* ne eas. Vide Lex. *Bitere.* *z* Vide Lex. *Pistrinum.* *aa* sc. conferas, vel, conijcias. *bb* animo libero & soluto. *cc* virgatores.

Digitized by Google

ST. Nunc places: nunc ego te laudo. *EP.* patiar ego istuc, quod lubet.
ST. Quid de illâ fiet Fidicenâ igitur? *EP.* aliquâ re reperibitur;
Aliquâ ope exsolvam;extricabor [a] *aliquâ.* *ST.* plenus consili es,
Novi ego te. *EP.* [b] *Euboicus Miles locuples,multò auro potens;*
Qui ubi tibi istam [c] *emtam esse scibit, atque hanc adductam alteram,*
Continuò te orabit, ultrò ut illam tramittas sibi.
Sed ubi illa 'st? quam tu adduxisti tecum. *ST.* jam faxo, hîc erit.
CH. Quid hic nunc agimus? *ST.* eamus intrò huc ad te, ut hunc hodie diem
Luculentè [d] *habeamus.* *EP.* ite intrò; ego de re argentariâ
Jam Senatum [e] *convocabo in corde consiliarium,*
Quoi potissumùm indicatur bellum, unde Argentum auferam.
Epidice; vide quid agas. ita res [f] *subitò hæc objecta 'st tibi.*
Non enim nunc tibi [g] *dormitandum, neque conctandi copia 'st.*
At [h] *eumdem Senem oppugnare, certum 'st consilium mihi.*
Abi intrò; atque Adulescenti dic jam nostro Erili Filio,
Ne hic foras ambulet, neve usquam obviam veniat Seni.

a Viâ, ratione. his tricis aliqua via expediar. Sic Ovid. lib. 3. de Ponto Eleg. 4. ℣. 28.
b commentum Epidici, quo 40. Minas à Sene aufert.
c quæ est apud Patrem.
d Ut Genio indulgeamus. Vide Calligr. *Hilaritatis.*
e Iam mecum cōsultabo. *Iocosè.*
f Res subitaria.
g Vide Lex. *Verba Inchoativa. Dormitare* est negligenter & somniculose rem curare.
h Post habitum in corde senatum, nunc eundem Senem adgrediar, ob falsam filiam emendam. Volo meum herum argento defraudare: quem iam ante semel decepi.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

APOECIDES. PERIPHANES:
Duo Senes.

PLÆRIQUE [i] *homines, quos, quòm nihil refert, pudet, ubi pudendum 'st:*
Ibi eos deserit Pudor, quòm [k] *usu'st, ut pudeat. Is adeò tu es.* [l] *quid*
Est, quod pudendum siet? Genere natam bono, pauperem domum
Ducere Uxorem, præsertim eam, [m] *quâ ex tibi commemores,*
Hanc, quæ domi 'st, fuit iliam prognatam. *PE.* revereor Filium.
AP. At pol ego credidi Uxorem, quam tu [n] *extulisti, pudore* [o] *exsequi.*
Quojus [p] *quotiens sepulcrum vides, sacruficas ilicò Orco hostiis.*
Neque adeò injuriâ: quia licitum 'st, eam tibi vivendo vincere.
PE. Oh! [q] HERCULES *ego fui, dum illa mecum fuit; neque sexta Ærumna*

Acer-

i Ex abrupto incipit. Subaudi: *eo sunt ingenio:* vel; *plærique homines ita sunt.* τὸ homines περίαλλα Vide Lex. Περίαλλον.
k cùm opus est pudore.
l H.e. Quid est, quamobrem te pudere debeat? ducere uxorem domum, feminā bono g. n. præsertim eam, ex qua dicas, hanc quæ domi est, filiam esse natam. Nempe Epidauriam illam mulierem, è qua nata Filia tibi, quæ domi tuæ est. Per *familiam* intelligit ipsam *Filiam*; quæ columen Familiæ est adeoq; ipsa Familia. Ita Christus Salvator Marci 5. ℣. 41. Puellam vocat *Surculum familiæ. Thalitha, Kumi* Nam contra consensum omnium Mss. Codd. & primarum Editionum nihil temere mutare potui. m Ex qua. n Efferuntur mortui. Vide Elect. Plaut. Tit. *Funeris.* *Q.d.* Ex tuis verbis video, te ideo à novis Nuptiis absterreri, non quod Uxori tuæ defunctæ hunc honorem habeas: & præ pudore conjugali: sed quod filium verecunderis: qui videt, te Matre vivente cum alia consuevisse. o pudore & verecundia prosequi. p Cujus sepulchrum quoties vides, toties Orco hostias immolas, gratiam ei referens, quòd te superstitem uxore odiosa liberarit. q *H.e.* semper mihi cum Uxore fuit pugnandum quo ad vixit, ut Herculi cum Hippolyta Amazonum Regina, quam baltheo spoliavit.

Acerbior Herculi quàm illa mihi, objecta'st. AP. *Pulcra*
Edepol Dos PECUNIA *'st.* PE. *Quæ quidem pol non* [a] *maritata'st.*

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

EPIDICUS, Servus.
APOECIDES. PERIPHANES: Duo Senes.

STATE; *tacete! habete animum bonum.* [b] *liquido exeo foràs*
Auspicio, [c] *avi sinistrâ: acutum cultrum habeo, Senis qui* [d] *exenterem*
Marsupium. sed eccom [e] *ipsum ante* [f] *ædis conspicor, &* [g] *Apœciden,*
** *Qualis volo vetulos* [h] *duo. jam ego me convortam in hirudinem,*
Atq; eorum [i] *exsugebo sanguinem,* [k] *Senati qui columen* [l] *cluent.*
AP. *Continuò ut maritus fiat.* PE. *Laudo consilum tuum.*
Nam ego illum audivi in Amorem [m] *hærere, apud nescio-quam Fidicenam.*
Id [n] *ego excrucior.* EP. *DI hercle omnes me adjuvant, augent, amant.*
Ipsi hi quidem mihi dant viam, quo pacto ab se Argentum auferam.
Age nunc jam; orna te, Epidice, & [o] *palliolum in collum conice.*
Itaq; [p] *adsimulato, quasi per Vrbem totam hominem quæsiveris.*
Age, si quid agis. DI immortales! utinam conveniam domi
Periphanem! per omnem Vrbem quem sum defessus quærere:
Per [q] *Medicinas, per Tonstrinas, in* [r] *Gymnasio, atq; in Foro:*
Per [s] *Myropolia, & Lanienas, circùmq; Argentarias.*
Rogitando sum [t] *raucus factus; pænè in cursu côncidi.*
PE. *Epidice!* EP. *Epidicum quis est, qui revocat?* PE. *Ego sum Periphanes.*
AP. *Et ego Apœcides sum.* EP. *Et ego quidem sum Epidicus. sed, Ere, optumâ*
Vos video ambo [u] *advenire opportunitate.* PE. *Quid rei est?*
EP. *Mane. sine respirem, quæso.* PE. *Immò adquiesce.* EP. *Animo malè'st.*
Recipiam anhelitum. AP. [x] *Clementer adquiesce.* EP. *Animum advortite.*
A Legione omnes remissi sunt domum Thebis. AP. *Sic factum'st?*
EP. *Ego ita factum esse dico.* PE. *Scin' tu istuc?* EP. *Scio.*
PE. *Quî tu scis?* EP. *Quia ego ire vidi Milites* [y] *plenis viis,*
Arma referunt, & jumenta ducunt. PE. *Nimis factum benè!*
EP. *Tum Captivorum* [z] *quid ducunt secum! Pueros, Virgines,*

[a] *H. e.* cum muliere conjuncta: & ab eadem profecta.: *Vel*; Si penes virũ Dos est, uxore mortua, quæ illam attulit. *Vel*; Optandum quidem est, dotatam Vxorem domi habere, si modo Dos illa non sit tamquam Vxor ducta. Vide Aul. 3. 5. ℣. 61. & Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum: Dotis.*
[b] Quod aëre sudo puroq; ac sereno cælo ostenditur. & proinde certo, itẽque prono & facili.
[c] Vide Elect. Pl. tit. *Auspicij. Ominis. Militiæ.*
[d] Exenterantur proprie pisces.
[e] Herum meum.
[f] Ante ædes heriles.
[g] Vicinum & amicum. Tales inquã Senes, quales volo. Sie seynd wie ich sie gern habe. Nisi locus detrimentũ passus sit. hic erit sensus.
[h] Pro: *duos.* Sic ℣. 19. *ambo.* Vide Lex.
[i] Exsugam. *ἀρχαϊκῶς.*
[k] Senatûs. *ἀρχαϊκῶς.*
[l] Sunt. Vide Lex. Notandum, quod heic Senes invicẽ colloquuntur nõdum præsente Epidico: & quia audiverat Stratippoclem amori operã dare, suadet Apœcid. ut ei quamprimum Vxor detur.
[m] Amare. Er hat sich an eine gehenckt.
[n] Ob id.
[o] Vide Elect. Pl. Tit. *Comœdiæ.*
[p] Et ita ads.
[q] Per pergulas medicorum.
[r] Vide Elect. Pl. Tit. *Gymnastices.*
[s] Vbi unguenta vendebant.
[t] Ravim & raucedinem contraxi.
[u] Ambos. Vide Lex.
[x] Placide & leniter.
[y] Viæ militum plenæ sunt.
[z] Quantum, quàm multum.

Digitized by Google

Binos, ternos, alius quinq; fit concursus per vias.
Filios suos quisq; visunt. PE. Hercle rem gestam benè!
EP. Tum Meretricum numerus tantus, quantum [a] in Urbe omni fuit.
Obviam ornatæ occurrebant suis quæq; Amatoribus;
Eos captabant. id adeò scin'? [b] qui maxumè animum adverterim.
Pleræq; ea sub vestimentis secum habebant [c] retia.
Quòm ad portam venio, [d] atq; ego illam illic video præstolarier,
Et cum ea Tibicinæ ibant quattuor. PE. Quicum? Epidice.
EP. Cum illa, quam tuus Gnatus annos multos [e] deamat, deperit.
Ubi fidemq;, remq;, seq;, teq;, properat perdere.
Ea præstolabatur illum apud Portam. PE. [f] Viden' Veneficam!
EP. Sed vestita aurata ornamenta, ut lepidè! ut concinnè! ut novè!
PE. Quid erat induta? an [g] Regillam Induculam? an [h] Mendiculam?
An [i] Impluviatam? ut [k] istæc faciunt vestimentis nomina.
EP. Utin' [l] impluvium induta eat? PE. Quid istuc tam mirabile est?
Quasi non fundis [m] exornatæ multæ incedant per vias!
At [n] Tributus quòm imperatus est, potesse pendi negant:
Illis, quibus Tributus major penditur, pendi potest.
Quot istæ? quæ Vesti quotannis nomina inveniunt nova!
Tunicam [o] Rallam, Tunicam Spissam, [p] Linteolum Casitium,
Indusiatam [q], Patagiatam [r], Caltulam [s], aut Crocotulam [t],
Subparum [u], aut [x] Subminiam, [y] Ricam, [z] Basilicum, aut [aa] Exoticum,
Cumatile [bb], aut [cc] Plumatile, [dd] Cerinum, aut [ee] Berinum. [ff] gerræ maxumæ!
Cani [gg] quoq; etiam ademptu'st nomen. EP. Qui? PE. Vocant Laconicum.
EP. Hæc vocabula, Auctiones subigunt, ut faciant Viri.
PE. Quin tu ut occepisti, loquere! EP. Occepére aliæ Mulieres
Duæ post me sic fabulari inter sese. ego abscessi [hh] solens
Paulum ab illis: dissimulabam, me harum sermoni operam dare.
Nec satis exaudiebam, [ii] nec sermonis fallebar tamen,
Quæ loquerentur. PE. Id lubido est scire. EP. Ibi illarum altera
Dixit illi, quicum ipsa ibat. PE. Quid? EP. Tace ergò ut audias.
Postquam illam sunt conspicatæ, quam tuus Gnatus deperit,
Quàm [kk] facilè, & quàm fortunatè evenit illi, obsecro, Mulieri,
Liberare quam volt Amator! quisnam is est? inquit altera

Illi.

a Meretricum &c.
b Quomodo.
c Quibus amatores suos irretirent.
d Statim, ilico. Vide Lex.
e Vide Lex. De.
f Admirantis pariter & indignantis.
g Vestem regiam, quæ & *Basilica*. *Nonius*.
h Quasi mendicis convenientem. Ficta vox.
i Quæ facta est ad similitudinem impluviorum. At *Nonius* vocat fumosio stillicidio impluviatam: ut sit colore mutinensi. Vide El. Pl. tit. *Vestium*, & *Nonium*.
k Sicut talia nom.
l Locus. impluvij pretio indutam, atq; exornatam.
m Fundorum pretio. Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum*,
n ò *Tributus*. Magistratibus tributum pendere non possũt: at his Meretricibus, quæ solent majorem tributum exigere, facile possunt pendere.
o A raritate texturæ sic dicta. *Nonius*.
p Purum & candidum: quod oras circumcisas habeat. *Nonius*.
q Ab indusio, quod intus erat. *Varro*.
r *Patagium*, ornamentum vestis muliebris. Idem quod *Clavus* in virili toga. *Nonius*. s A luteo colore, *Calta*. t Vestis muliebris, quæ Gallis *Cote* dicitur hodie. u Lineum puellarum vestimentum. *Festus*. x A minio colore. y Virginicum flameum. z Vestis genus regium. *Nonius*. aa Peregrinum, foris adveniens. *Isidor.* bb Ἀπὸ τῶν κυμάτων coloris marini aut cæ[r]alei, quasi fluctuum similis. cc Clavata, vel ex clavis facta. *Nonius*. dd A Ceræ colore. ee A Bero, qui color [illegible] est. ff Vide Lex. [illegible] gg Etiam Canes aliter nominantur. *Hæc vocabula*, *i.e.* vestes ipsæ, subigunt viros ut ipsi auctionem faciant, & sua bona [illegible], ut inde tales vestes emant. Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum*, *auctionum*. hh De industria, sciens, & prudens, non casu, aut temere. Truc. 1. 2. 28. ii Quamquam integram sermonis seriem non plenè percipiebam: ex quibusdam verbis tamen, quæ arripiebam, facile, quid loquerentur, conjectura porro adsequi poteram. Nota sunt. *Fallo sermonem*. kk Laute. Vide Lex. *Laute*.

Digitized by Google

Illi ibi nominat Stratippoclem, Periphanæ filium. PE. *Perii*
Hercle! quid ego ex te audio? EP. *Hoc quod actum. egomet post, ubi illas audivi loqui,*
Cœpi [a] *rursùm-versùm* [b] *ad illas pauxillatim accedere,*
Quasi retruderet hominum me vis invitum. PE. *Intellego.*
EP. *Ibi illa interrogavit illam: qui scis? quis id dixit tibi?*
Quin hodie adlatæ sunt Tabellæ ad eam à Stratippocle, eum
Argentum sumpsisse apud Thebas ab Danistâ fenore:
Id paratum, & sese ob eam rem id ferre. PE. *Cedò! ego occidi!*
EP. *Hæc sic ajebat sic audivisse se ab se, atq; epistula.*
PE. *Quid ego faciam nunc? consilium à te expeteſſo, Apœcides.*
AP. *Reperiamus aliquid callidi conducibilis consilI.*
Nam ille quidem aut jam hic aderit credo hercle, aut jam adest. EP. *Si æquom siet,*
Me plus sapere quàm vos dederim vobis consilium [c] *catum,*
Quod laudetis, ut ego opinor, uterq;. PE. *Ergò ubi id est? Epidice.*
EP. *Atq; ad eam rem conducibile.* AP. *Quid istuc dubitas dicere?*
EP. *Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,*
Qui plus sapitis. AP. *Eja verò! age, dic.* EP. *At deridebitis.*
AP. *Non edepol faciemus.* EP. *Immò, si placebit,* [d] *utitor.*
Consilium si non placebit, [e] *reperitote rectius.*
Mihi istic nec seritur, [f] *nec metitur: nisi ea quæ tu vis, volo.*
PE. *Gratiam habeo: fac participes nos tuæ sapientiæ.*
EP. *Continuò arbitretur* [g] *Vxor tuo Gnato atq; ut Fidicenam*
Illam, quam is volt liberare, quæ illum corrumpit tibi,
Vlciscare: atq; ita curetur, usq; ad mortem ut serviat.
AP. *Fieri oportet.* PE. *Facere cupio quidvis, dum id fiat modò.* EP. *Hem!*
Nunc occasio'st faciundi, priusquam in Vrbem advenerit,
Sicut cras [h] *hic aderit: hodie non venit.* PE. *Qui scis?* EP. *Scio.*
Quia mihi alius dixit, qui illinc venit mane hic adfore.
PE. *Quin tu eloquere! quid faciemus?* EP. *Sic faciundum censeo.*
Quasi tu cupias liberare Fidicenam animi gratiâ,
Quasiq; ames vehementer tu illam. PE. *Quam ad rem istuc refert?* EP. *Rogas?*
Vt eam [i] *præstines Argento, priusquàm veniat Filius.*
Atq; ut eam te in libertatem dicas emere. PE. *Intellego.*
EP. *Vbi* [k] *erit emta ut aliquò ex Vrbe amoveas: nisi quid tuæ*
Secus [m] *sententia st.* PE. *Immò* [l] *doctè!* EP. *Quid tu autem, Apœcides?*
AP. *Quid ego? jam nisi te commentum nimis astutè intellegò.*
EP. *Iam tunc igitur amota ei erit omnis consultatio*
Nuptiarum, ne gravetur quod velis. PE. [n] *Vivè sapis! & placet.*
EP. *Tum tu* [o] *igitur calidè, quicquid acturus, age.*
PE. *Rem* [p] *hercle loquere.* EP. *Et repperi, hæc te* [q] *qui abscedat suspicio.*
PE. *Sine me scire.* EP. *Scibis; audi.* AP. *Sapit hic* [r] *pleno pectore.*

EP. *Opus*

a Retrò.
b Ante. Vide Lex. Amph. 5. . ℣. 50. *sursum-prorsum*.
c Vide Lex. *Catus*.
d Hoc dicitur Periphani, cujus res agebatur.
e Si vos duc. Hoc enim in communo duob. dicitur infra 5. . ℣. 26. Pseud. 3. 2. ℣. 70.
f Ista res nihil ad me attinet ut quæ neq; meo fiat periculo, neq; emolumento.
g Continuò circumspiciatur uxor filio. Vide Lex. *Arbitror*. & Trin. 5. 2. ℣. 61. Last ihm nach einem Weib umbsehen. Vide El. Pl. Tit. *Nuptiarum*.
h Hodie quidem nō veniet, sed cras aderit, quia mane veniet.
i Emas. Vide Lex.
k Postquam emta erit.
l Nisi tu dissētias.
m Vide Calligr. Pl. Tit. *Approbandi*.
n Alludit ad suem occisam, quæ nihil sapit.
o Sine morâ.
p Non verba, & nugas, sed id, quod verum est.
q Qui absit à te suspicio libidinis: vel te Fidicinam emere, ut filium ab ea prohibeas; ne illi suspicentur, te esse tam libidinosum, ut animi gratia ancillam emas.
r Vide Calligr. tit. *Prudentia, Sapientia*.

EP. *Opu'st homine, qui illò Argentum deferat pro Fidicenâ.*
Nam [a] *te illò non æquè opus facto'st.* PE. *Quid jam?* EP. *Ne te censeat*
Filij causâ facere. PE. *Doctè.* EP. *Quò illum ab illâ prohibeas:*
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eveniat.
PE. *Quem hominem inveniemus ad eam rem utilem?* EP. *Hic erit optumus.*
Hic [b] *poterit* [c] *cavere rectè; Jura* [d] *qui, & Leges tenet.*
AP. *Epidice, habeas* [e] *gratiam.* EP. *Sed ego istuc faciam sedulò.*
Ego illum conveniam, atq; adducam huc [f] *ad te, quoja'st Fidicena:*
Atq; Argentum ego cum hoc feram. PE. *Quanti emi potest minumo?* EP. *Illane?*
Ad [g] *quadraginta fortasse eam posse emi minumo Minis.*
Verùm, si plus dederis, referam: nihil in eâ re [h] *captio'st.*
Atq; id non decem [i] *occupatum tibi erit Argentum dies.*
PE. *Quidum?* EP. *Quia enim mulierem illam alius adulescens deperit,*
Auro opulentus, magnus Miles, Rhodius, [k] *raptor hostium,*
Gloriosus. hic emet illam de te, & dabit aurum. Jubeas!
Tace modò. est lucrum hic tibi amplum. PE. *Deos quidem oro.* EP. *Inpetra.*
AP. *Quin tu is intrò, atq; hìc Argentum promis? ego visam ad forum,*
Epidice; eò veni. EP. *Ne* [l] *abitas; priusquàm ego ad te venero.*
AP. *Usq; opperiar.* PE. *Sequere tu intrò.* EP. *I,* [m] *numera. nihil ego te moror.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

EPIDICUS.

NULLUM *esse opinor ego Agrum in* [n] *Agro Attico*
Æquè feracem, quàm hic est noster Periphanes.
Qui in ex occluso atq; obsignato [o] *Armario*
Decutio Argentum tantum quantum mihi lubet.
Quod pol ego metuo, [p] *si Senex resciverit,*
Ne ulmos Parasitos faciat, quà usq; attondeant.
Sed me una [q] *turbat res, ratioq;: Apœcidi*
Quam ostendam Fidicenam aliquà conductitiam:
Atq; [r] *id quoq; habeo. manè me jussit Senex*
Conducere aliquam Fidicenam sibi huc domum,

Dum

a *H. e.* non est necesse, te illo ire, sed alius allegandus est: tametsi antè dixerim, te liberare debere fidicinâ animi causa.
b Apœcides. Alij de Epidico intelligunt: qui de sese sic loquatur. Vide infra 3.2.v.13.
c Vide Lex. *Cavere.*
d Infr. 3. 4. v. c. *Iurium & legum conditor, scilicet* dicitur Apœcides.
e *Sc.* quod me huic muneri adhiberi vis. *Alij sic:* Ita hoc negotium gere, ut si qua hac re laus, si qua gratia, ea sit tua; fac ut tibi debeamus hac pro re gratiam.
f Apœciden.
g Quadraginta circiter Minis eam emi posse *sc.* dixerit aliquis.
h Vide Lex. *Verbalia in lo.*
i Non decem dies erit ab alio occupatum, sed ad te redibit. Vide Calligr. Tit. *Fœnoris, Usuræ.*
k Qui hostes vivos ex acie rapere didicerit.
l *Abeas. ἀρχαϊκῶς. Abitere.* Vide Lex. *Bitere.*
m *Sc.* pecuniam.
n in tota terra Attica. Vide Lex.
o Ubi pecunia adservatur. Vide El. Pl. Tit. *Res Oeconomicæ.*
p Metuo, ne, ubi Senex resciverit, me sibi verba dedisse, faciat, ut ulmeæ virgæ in meo tergo sint veluti Parasiti, meumq; corium omni ex parte attondeant: ut solent Parasiti mensas divitum.
q Hæc res me sollicitat, quam fidicinam Seni obtrudam pro ea, quam ut emeret, persuasi. Epidicus enim vult duntaxat auferre 40. minas: Puellam autem nullam emere.
r Reperi aliquam conductitiam.

Digitized by Google

Dum rem divinam faceret, [a] *cantaret sibi.*
Ea conducetur, atq; ei [b] *præmonstrabitur,*
Quo pacto fiat subdola adversus Senem.
Ibo intrò, Argentum accipiam ab [c] *dampnoso Sene.*

ACTUS TERTII
SCENA I.

STRATIPPOCLES. CHÆRIBULUS.

EXSPECTANDO [d] *exedor miser, atq;* [e] *exenteror, quomodo* [f] *mihi Epidici blanda dicta eveniant. nimis diu maceror.*
Sitne quid, necne sit, scire cupio. CH. [g] *Per illam tibi copiam,*
Copiam tibi parare aliam licet: scivi equidem in principio
Ilicò, nullam tibi esse in illo copiam. ST. *Interij hercle ego!*
CH. *Absurdè facis, qui angas te animi.* ST. *Si hercle ego illum semel prehendero,*
Numquam inridere nos illum [h] *inultum Servom sinam hominem.*
Quid illum facere vis? qui, tibi [i] *quoi divitiæ domi maxumæ*
Sunt, is nummum nullum habes, nec sodali tuo in te copia'st.
CH. *Si hercle habeam, pollicear lubens: verùm aliquid, aliquà, aliquo modo,*
Alicunde, ab aliquî, aliqua tibi spes est [k], *fore mecum fortunam.*
ST. *Væ tibi! Muricide* [l] *homo.* CH. *Quî tibi lubet mihi malè loqui?*
ST. *Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde, ab aliquibus,* [m] *blatis,*
Quod nusquam'st. neq; ego id inmitto in auris meas; nec mihi
Plus adjumenti ades, quàm ille, qui numquam etiam natu'st.

ACTUS TERTII
SCENA II.

EPIDICUS. STRATIPPOCLES. CHÆRIBULUS.

FECISTI *jam* [n] *officium tutuum; me meum nunc facere oportet.*
Per hanc [o] *curam quieto tibi licet esse. hoc quidem jam perIt:*
Ni [p] *quid tibi hinc in spem referas. oppidò hocpolitum'st.*

Ii Crede

a Subandi: *quæ cantaret f.*
b Docebitur, quomodo Senem fallere queat.
c Passivè: qui damnis absumitur.
d Conficior.
e Instar piscis.
f Quem exitum mihi habeant Epidici promissa, & dicta ad blandiēdum comparata.
g *Q. d.* Non debet tibi in Epidico tāta copiæ esse spes, ut aliam propterea negligere velis.
h Passivè.
i Cui. *τὸ tibi παρέλκει* in syntax. Vide Lex. *Pronomina.*
k *H. e.* uterq; fortunatus erit, vel neuter. Ego Argētum inveniam, & tu à me accipies.
l Sic jlocaliter eū vocat: atque ei, ut ignavo exprobrat, quod, qui hostem nō potuisset, mures cæderet. *μυοκτόνος* Du Helt tenst du t!
m Latras. Sic ad oram adnotatum habet V. C. Pal. à Græco *βλάξ* Vide Lex.
n Dum mihi pecuniam emendæ Fidicinæ dedisti. Ego etiam meum servi officium faciam, & te pecunia intervortam, Senex. Ita enim Epidicus, ex ædibus heri Periph. egressus, herum suū sic alloquitur: Tu, qui mihi Argentum tuum numerasti, fecisti officium: meum ego faciam: ut sc. filij tui Amicam ab Lenone emam. Hoc enim Servus nequam se facturum simulat.
o Cura hujus negotij tibi nō obstet, quominus sis animo quieto: ego id probè curabo. Nota synt. Græcam.
p Loquitur ad herum absentem. Ne quid, *inquit,* ex hoc Argento speres deinceps tibi, ne quid ejus in integro tibi fore putes.

Digitized by Google

Crede [a] *modò tu mihi. sic ego ago: sic egêre* [b] *Nostri.*
Pro DI inmortales! mihi hunc diem dedistis loculentum!
Ut facilem, atq; [c] *inpetrabilem! Sed ego hinc migrare cesso,*
Ut inportem in [d] *coloniam hunc nunc* [e] *auspicio conmeatum:*
Mihi cesso, quòm sto. sed quid hoc? ante adis duos Sodalis,
Erum, & Charibulum conspicor. quid hîc agitis? accipe hoc sis.
ST. *Quantum hic inest?* EP. *Quantum sat est, & plus satis;* [f] *superfit.*
Decem Minis plus adtuli, quàm tu Danista debes.
Dum tibi ego placeam, atq; obsequar, meum tergum [g] *floccifacio.*
ST. *Nam quid ita?* EP. *Quia ego tuum Patrem faciam* [h] *Perenticidam.*
ST. *Quid istuc est verbi?* EP. *Nihil moror vetera, & vulgata verba:* ||
Peratim [i] *ductare; at ego follitim ductitabo.*
Nam Leno omne || *Argentum abstulit pro Fidicenâ, ego resolvi;*
Manibus his || *dinumeravi. Pater suam gnatam, quam esse credit.* ||
Nunc iterùm ut fallatur Pater, tibiq; auxilium apparetur,
Inveniam. || *ita ego* [k] *suasi Seni, atq; hanc habui orationem,* **
Uti tu, quòm redisses, ne tibi ejus copia esset. ||
ST. *Euge! Euge!* EP. *Ea jam domi'st pro illâ.* ST. *Teneo.* EP. *Nunc* [l] *auctorem* ||
Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem. is apud Forum manet [m] *me,*
Quasi, qua amaret, caveat. ST. *Haut malè.* EP. *Jam ipse* [n] *cautor captu'st.* ||
Ipse in meo collo tuus Pater cruminam conlocavit.
Is [o] *adornat, adveniens* || *domi extemplò ut maritus fias.*
ST. *Uno persuadebit modo, si illam,* || *quæ adducta'st mecum,*
Mihi adempsit [p] *Orcus.* EP. *Nunc ego hanc* || *astutiam etiam institui.*
Deveniam ad Lenonem domum egomet solus; eum ego docebo;
Si quid ad eum adveniam, ut sibi datum esse Argentum dicat
Pro Fidicenâ. Argenti || *Minas se habere* [q] *quinquaginta.*
Quippe ego, qui nudius tertius || *meis manibus dinumeravi*
Pro illâ tuâ [r] *Amicâ, quam Pater suam filiam esse retur.* ||
Ibi Leno sceleratum caput suum inprudens [s] *alligabit,*
Quasi pro illâ || *Argentum acceperit. quæ tecum adducta nunc est.*
CH. [t] *Vorsutior* || *es, quam Rota figularis.* EP. *Jam ego parabo*
Aliquam [u] *dolosam Fidicenam,* || *Nummo conducta quæ sit.*

a Sic soleo eos, qui mihi credunt, decipere.
b Majores.
c Idoneum ad id, quod volui, impetrandum.
d Vide Elect. Pl. tit. *Commeatûs*, *Militia.* ut hanc pecuniam ad eam rē, ad quem quæsita est deferam.
e Auspicatò: ne quid interciperetur.
f Superat, superest. Quinq. enim Minas à Sene abstulerat.
g Nā Herus meus me loris rumpet, si resciverit, me tibi Argentum dedisse.
h Q. d. Dum pater tuus crumenam, meis fallaciis adductus, toties exenterat, futurum est, uti posthac non Periphanes, sed Perenticida nominetur.
i H. e. nihil curo vulgò usitata dicendi genera, aut protrita vocabula rerum: in quibus est illud, quod servi non nauci protenus Triumphū se commeruisse, vel saltem ovatione dignos deputant, si forte herū suum peratim, *i. e.* perpauxilli argēti modo, & quantilli peræ unius laxitas sit capax, defraudaverint, atq; intervorterint. *Ductare* est argento circunducere. *k* Suasi Seni, ut puellam, quam tu amas, emeret: ne tu eâ cum Thebis redisses, potiri posses. *l* Cujus *sc.* auctoritate, & cujus periculo ac fide negotium geratur. nam Servus per se contrahens, præstare periculum non potest. Vide Lex. *Auctor.* *m* Me expectat apud forum, quasi studiosè id operam daret, ne videretur id agere libenter, quod tamen agit. *Vel sic*: Me exspectat apud forum, quasi quæ amaret, *id est*, quasi amica, cui hora dicta est. Tò *Caveat*: Minitantis est. Vide supr. 2. 2. ℣. 107. *n* Frustra cavet, cum mihi crumeam dederit, unde depromam quantum velim. Capt. 2. ... ℣. 6. *o* Parat omnia, ut continuo adveniens Uxorem ducas. *p* Aliter mihi persuadere non poterit, ut Uxorem ducam, nisi hanc, quam mecum adduco, Orcus ademerit. *h. e.* nisi mortua fuerit. *q* Errorem hic committit Plautus in Oeconomiâ. Tantum enim de triginta constat ex Scenâ ultimâ. ℣. 37. *r* Pro illa Fidicina, quam olim amabas. *s* Obligabit verbis caput suum, *h. e.* se ipsum. *t* Callidus, vafer, in omnes species astutè & promte te vertens. *u* Falsam, aliam ab ea, quæ jam domi est: non illam, quam se empturum putat Senex.

Quæ

Quæ se emptam simulet, quæ Senes [a] *duo* [b] || *docta ludificetur.*
Eam ducet simul Apœcides ad tuum Patrem. ST. *Vt paratè!* ||
EP. *Eam* [c] *permeditatam meis dolis, astutiisq; onustam*
Mittam. sed nimis || *longùm loquor; diu me estis demorati.*
Hæc scitu jam, ut futura sint. abeo. || ST. *Benè ambulato!*
CH. *Nimis doctus ille'st ad malè-faciendum.* || ST. *Med quidem certò*
ServaBit [d] *consiliis suis.* CH. *Abeamus intrò hinc ad me.* ||
ST. *Atq;* [e] *aliquantò lubentius, quàm abs te sum egressus intus.* ||
Virtute [f] *atq; auspicio Epidici cum prædâ in castra redeo.*

a Duos. Vide Lex. *Ambo.*
b A me fallaciis instructa.
c Perfectè meditatam.
d Quin in eo est, ut servet.
e Aliquam multò.
f Allegoria à re militari.

ACTUS TERTII
SCENA III.

PERIPHANES. APOECIDES: Senes duo. SERVUS.

NON *oris causâ modò homines æquom fuit*
Sibi habere speculum, ubi os [g] || *contemplarent suum;*
Sed id, qui perspicere possent cor [h] *sapientiæ:* ||
Igitur [i] *perspicere ut possint cordis copiam.*
Vbi id inspexissent, || *cogitarent posteà,*
Vitam ut vixissent olim in adulescentiâ. ||
Vel quasi [k] *egomet, qui dum filI causâ cœperam* ||
Ego me excruciare animi. quasi quid filius ||
Meus deliquisset med erga: aut quasi non plurumum ||
Malefacta mea essent solida [l] *in adulescentiâ.* ||
Profectò DELIRAMUS *interdum* SENES.
Fuit conducibile [m] *hoc quidem, meâ sententiâ.* ||
Sed meus sodalis it cum prædâ [n] *Apœcides.*
Venire salvom Mercatorem gaudeo. ||
Quid fit? AP. *DI Deæq; te adjuvant!* PE. *Omen placet.* ||
AP. *Quoi homini omnes suppetunt res properè?*
Sed tu [o] *hanc jubeas intrò* || *abducier.* PE. *Heus! foràs*
Exite [p] *huc aliquis! duce istam intrò Mulierem.* ||
Atq; audin'? SER. *Quid vis?* PE. *Cave* [q] *siris cum Filiâ* ||
Meâ copulari [r] *hanc, neq; conspicere.* [s] *jam tenes?*
In ædiculam istanc sorsùm concludi [t] *volo.* ||
Divortunt [u] *mores Virgini longè ac Lupæ.*
AP. *Doctè & sapienter* || *dicis! num nimis potest*

g Contemplarentur. ἀρχαϊκῶς.
h Excellentiâ sapientiæ. Vide Lex. *Cor.*
i Nota situm particulæ *Igitur*: pro, *posteà*. Vt perspiciant, quantum in corde suo valeat, frugi ne sint, an improbi.
k Quemadmodũ: exempli causa. Vide Lex. *Quasi.*
l Quæ radices egerunt.
m *Sc.* tale speculũ habere.
n Venit cum Fidicina filio erepta. Ita quidem Senes arbitrantur, sed falso.
o Fidicinam, quã ego emi. Erat autem conducta, nõ emta.
p Nota synt. Comicam.
q Siveris.
r Fidicinam conjungi cum mea filia.
s *Sc.* cum filia.
t Vt sit à filia mea separata.
u Multum interest inter Virginem & Lupam, seu Meretricem.

Pudicitiam quisquam suæ servare || *Filiæ.*
Edepol na istam [a] nos *temporè Gnato tuo*
Sumus præmercati. || PE. [b] *Quidjam?* AP. *Quia dixit mihi*
Jamdudum, se, alius, tuum *vidisse hic filium.* ||
PE. [c] *Hanc edepol rem adparabat.* AP. *Planè hercle hoc* [d] *quidem 'st.* ||
Na tu habes Servom [e] *graphicum, & quantivis preti!*
Non caru'st auro [f] *contrà* [g]. || *ut ille Fidicenam*
Fecit nescire prorsus, *se esse emtam tibi!*
Illam ridibundam, || *atque hilaram huc adduxit simul.*
PE. *Mirum, hoc quod potuit fieri!* || AP. *Te pro filio*
Facturum dixit rem esse divinam domi: ||
Quia Thebis salvos redierit. PE. [h] *Rectè institit.* ||
AP. *Immò* [i] *ipsus illi dixit, conductam esse eam,* ||
Quæ hic administraret ad rem divinam tibi domi.
Ego illic || *me autem sic adsimulabam, quasi*
Stolidum, quòm [k] *bardum me faciebam.* || PE. *Immò ita decet.*
AP. *Res magna Amici apud forum agitur: ei volo* ||
Ire [l] *Advocatus.* PE. *At quæso, ubi erit otium,*
Revortere || *ad me extemplò.* AP. *Continuò hic ero.*
PE. NIHIL *homini* || AMICO *'st* [m] *opportuno amicius.*
Sine tuo labore, quod velis, actum 'st tamen. ||
Ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem || *quàm doctum, minusque ad hanc rem callidum,*
Os sublitum [n] *esset.* || *itaque me* [o] *albis dentibus*
Meus derideret Filius meritissumò. ||
Atque hæc stultitia 'st, me illi vitio vortere,
Egomet quod factitavi in adulescentiâ, ||
** *Quòm militabam. pugnis memorandis meis*
Eradicabam [p] *hominum* || *auris, quando occeperam.*
Sed hic quis est? quem huc advenientem conspicor: ||
Suam qui [q] *undantem chlamydem quassando facit.*

[a] Tempestivè ante filiam sumus mercati.
[b] Quamobrem.
[c] Ut se Fidicinam ipsus ab Lenone emeret.
[d] Hoc verum est.
[e] Ad unguem factum, quasi pictoris manu expolitum. Vide Lex. *Graphicus.*
[f] Metaph. à lance, in quâ *ἀντίρροπον* præponderat. *Subaudi:* Si contrà appendatur.
[g] Quo pacto ille excogitavit! ut Fidicina existimaret, se emtam esse non tibi, sed filio.
[h] Viam rectam institit.
[i] Epidicus Fidicinæ.
[k] Vide Lex.
[l] Vide Elect. Pl. tit. *Advocatorum.*
[m] Utili & idoneo.
[n] Mihi *scil.*
[o] Significatur cachinnatio, & risus effusior, in quo dentes denudantur.
[p] Et quasi occidi: uti loquitur Horat. Arte Poet. ✝. 475.
[q] Qui ita Chlamydem suam quassat & movet, ut undarum speciē præbeat. Vide El. Pl. tit. *Cultus, Habitus.*

ACTUS TERTII
SCENA IV.
MILES. PERIPHANES, FIDICINA.

CAVE [r] *præterbitas ullas ædis, quin roges:*
Senex ubi habitat Periphanes Platenius?

[r] Miles *sc.* præmittit Puerum, qui percontetur, ubi Periphanes habitet: quem Platenium cognominat, quasi indicio populi, cujus ille esset.

Incertus

Digitized by Google

Incertus tuum cave ad me retuleris pedem.
PL. *Adulescens, si istunc hominem, quem tu quaritas,*
Tibi conmonstrásso, ecquam abs te inibo gratiam?
MI. *Virtute* [a] *belli armatus promerui, ut mihi*
Omnis mortalis deceat agere gratias.
PE. *Non repperisti, Adulescens,* [b] *tranquillum locum,*
Vbi tuas virtutes explices, ut postulas.
Nam [c] *strenuiori deterior si prædicat*
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.
Sed istum, [d] *quem quæris Periphanem Platenium,*
Ego sum, si quid vis. MI. *Nempe quem in adulescentiâ*
Memorant apud Reges armis, arte [e] *duellicâ*
Divitias magnas [f] *indeptum?* PE. *immò, si audias*
Meas pugnas, fugias [g] *manibus dimissis domum.*
MI. *Pol ego magis unum quæro, meas quoi prædicem,*
Quàm illum, qui memoret suas mihi. PE. *hic non est locus.*
Quin tu alium quæras! quoi centones [h] *farcias.*
MI. *Animum advorte, ut* [i] *quod ego ad te venio, intellegas.*
Meam Amicam audivi ted esse mercatum. PE. [k] *attate!*
Nunc demùm scio ego hunc, qui sit; quem dudum Epidicus
Mihi prædicavit Militem. Adulescens, ita 'st,
Vt dicis; emi. MI. *volo te verbis* [l] *pauculis,*
Si tibi molestum non 'st. PE. *non edepol.* MI. *scio:*
Molestum non est. PE. [m] *nisi dicis, quid velis.*
MI. *Mihi illam ut tramittas, Argentum accipias.*
PE. *Habeas.* MI. [n] *nam quid ego apud te parcam proloqui?*
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi Concubina quæ sit. PE. [o] *te absolvam brevi.*
Argenti quinquaginta mihi illa empta est Minis.
Si sexaginta [p] *mihi denumerantur Minæ,*
Tuas [q] *possidebit Mulier faxo ferias:*
Atque ita profectò, ut eam ex hoc exoneres [r] *Agro.*
MI. *Estne empta mihi hæc?* PE. *istis legibus habeas licet.*
MI. [s] *Conciliavisti pulcrè.* PE. *heus! foràs educite,*
Quam introduxisti Fidicenam, atque etiam [t] *fides,*
Ei quæ accessêre, tibi addam dono [u] *gratiis.*
Age, accipe hanc sis. MI. *quæ intemperiæ te tenent?*
Quas tu mihi tenebras [x] *trudis? quin tu Fidicenam*
Produci intus jubes! PE. *hæc ergò 'st Fidicena.*

a in bello. Vide Lex. *Belli.*
b locum idoneũ.
Ἀλληγορικῶς: à Vestibus, quæ insolantur, sive apricantur, & soli exponuntur.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Laudu.* Illæ pugnæ omnẽ suam laudem amittunt, propterea, quod ex ejus ore proficiscũtur.
d Nota syntaxin Relativorum.
e *Bellicâ.*
f Adeptum. Vide Lex.
g fugias celerrimè, & contentissimo cursu.
h cui tua facinora particulatim recenseas. Cist. 2. 1. ỷ. 25.
i Propter quod ad te veni.
k Interjectio expavescentis, seu re aliqua expectata gestientis. Vide supr. 1. 1. ỷ. 115.
l *Sc. Convenire.*
m Molesta non erit oratio, si dixeris, quæ ego velim: sin, quæ tu velis, erit molesta.
n *Subaudi:* Dicam tibi liberè, quamobrem ego eam emere velim. *Nam quid.* Oratio Elliptica.
o non morabor te diutius.
p Numeratis mihi sexag. minis, tua Mulier erit tibi semper feriata, tuis ut unius rebus tota vacet, aliorum omnibus soluta.
q Habebit otium feriatum apud Militem. r Alludit ad morem Festorum. Vide Elect. Pl. Tit. *Festorum.* Festa quidem privata transferebantur de agro in agrum. s vili emisti. Vide Lex. t citharam. u gratis, Umbsonst. Vide Lex. x Obtrudis.

Hic alia nulla 'st. MI. *non mihi nugari potes.*
Quin tu huc producis Fidicenam Acropolistidem?
PE. *Hæc, inquam, est.* MI. *non hæc, inquam, est: non novisse me*
Meam rere Amicam posse? PE. *hanc, inquam, Filius*
Meus deperibat Fidicenam. MI. *hæc non est ea.*
PE. *Quid! non est?* MI. *non est.* PE. *unde hæc igitur gentium 'st?*
Equidem hercle Argentum pro hac dedi. MI. *stultè datum*
Reor, & peccatum largiter. PE. *immò hæc ea 'st.*
Nam Servom misi, qui [a] *sectari* r *solet meum*
Gnatum. ipse hanc in eo [b] articulo *emit.* ** MI. *hem! istic homo*
Articulatim te concidit, Senex, tuus
Servos. PE. *quid? concidit?* MI. mihi *sic suspicio 'st.*
Nam pro Fidicenâ illac *hæc subposita 'st tibi,*
Senex; tibi os est [c] *sublitum planè, & probè.*
PE. *Ego* [d] *illam requiram jam, ubi ubi 'st.* [e] *Bellator, vale.*
Euge! Euge! Epidice. frugi es: [f] *pugnavisti;* [g] *homo 's,*
Qui me emunxisti [h] *mucidum, minimi pretI.*
Mercatus te hodiè 'st de Lenone Apœcides?
FI. *Ebodum! istunc hominem numquam audivi ante hunc diem:*
Neque me quidem emere quisquam ullâ pecuniâ
Potuit; quæ plus jam sum libera quinquennium.
PE. *Quid tibi negotii 'st meæ domi igitur?* FI. *audies.*
Conducta veni, ut fidibus cantarem Seni,
Dum rem divinam faceret. PE. *fateor, me omnium*
Hominum esse Athenis [i] *Atticis minimi pretI.*
Sed tu, novistin' Fidicenam Acropolistidem?
FI. *Tam facilè, quàm me.* PE. *ubi habitat?* FI. *Postquam libera 'st,*
Ubi habitet dum, incertò scio. PE. *eho! ain'? quis eam liberaverit,*
Volo scire; si scis. FI. *id, quod audivi, audies.*
Stratippoclem audivi *Periphani filium*
Absentem curavisse, ut fieret libera.
PE. *Perii hercle! si istæc vera sunt. planissumè*
Meum exenteravit Epidicus marsupium.
FI. *Hæc audivi. numquid me vis cæterùm?*
PE. *Malo cruciatu ut pereas, atque abeas citò!*
FI. *Fides non reddis?* PE. *neque Fides, neque Tibias.*
Propera igitur fugere hinc, si te DI amant. FI. *abiero.*
Flagitio [k] *cum majore post reddes tamen.*
PE. *Quid nunc? qui in tantis* [l] *positus sum sententiis,*
Eúmne [m] *ego sinam inpunè! immò etiamsi alterum*

Tantum

[a] tamquam Pædagogus, vel cæteroquin ei additus, ut ejus curam gerat.
[b] *sc.* temporis: quo jussus erat. Et *isthic homo*, h. e. Epidicus.
[c] Probe te argento emunxit. Metaph. pro fallaciis.
[d] *sc.* Acropolistidē: quam Senex in ædibus suis habebat, & à Servo persuasus, Filiam credebat suam.
[e] Ita Senem appellat, per jocum & ludibrium.
[f] Strenuè & fortiter egisti. Loquitur cum Epidico absente.
[g] Non belua, aut stipes, sed rationis & consilii particeps.
[h] me tamquam puerulum. cujus nasus mucoris plenus, omnisque consilii expers est, delusum argento spoliasti.
[i] quia plures Athenæ.
[k] Efflagitatione, convitio, seu pipulo potius, & quidem muliebri.
[l] qui tam varia in mente agito: qui tam varias sententias habeo. Vide supr. t. 1. ℣. 43.
[m] eumne servum sinam impune derisui me habere.

Digitized by Google

Tantum perdundum 'st, perdam potius, quàm sinam
Me inpunè inrisum esse habitum, [a] *depeculatum eis.*
Sic mihi *data esse verba præsenti palàm!*
Atque me minoris facio præ [b] *illo, qui omnium*
Legum atque jurium fictor, [c] *conditor cluet.*
Is etiam sese sapere memorat; [d] *Malleum* * *
Sapientiorem * scilicet esse *manubrio.*

ACTUS QUARTI
SCENA I.

MULIER. PERIPHANES, Senex.

SI quid est homini miseriarum, [e] *quod miserescat, miser ex animo 'st.*
Id ego experior, quoi multa in unum locum confluunt, quæ meum
Pectus pulsant simul: multiplex Ærumna me exercitum habet: Paupertas,
Pavor territat [f] *mentem animi; neque, ubi meas conlocem spes,*
Habeo usquam munitum locum. ita Gnata mea hostium 'st [g] *potita.*
Neque ea nunc, ubi sit, nescio. PE. *quis illæc est Mulier? timido*
Pectore peregrè adveniens, quæ ipsa [h] *se miseratur.* MU. *in his dictu 'st.*
Locis habitare mihi Periphanes, PE. *me nominat hæc: credo ego*
Illi hospitio usus invenit. MU. *pervolim mercedem dare,*
Qui monstret eum Hominem, *aut ubi ille habitet.* PE. [i] *noscito ego hanc.*
Nam videor nescio-ubi [k] *me vidisse prius. est ne ea? an non*
Est? quam animus retur meus? Mu. *DI boni!* [l] *visitavi antidhac.*
PE. *Certò ea 'st, quam in Epidauro pauperculam memini conprimere.*
MU. *Planè hic ille est, qui mihi in Epidauro primus* [m] *pudicitiam*
Pepulit. PE. *quæ meo conpressu peperit filiam, quam domi*
Nunc habeo. MU. *Quid si adeam?* PE. *haut scio, an congrediar, si hæc ea 'st.*
MU. *Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant.* PE. *longa*
Dies meum [n] *incertat animum. sin ea 'st, quam* [o] *incerto animo; hanc*
Congrediar astu. MU. *muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.*
PE. *Conpellabo.* MU. *orationis aciem contrà conferam.*

PE. *Salva*

a Passivè. *Sc.* Epidico, & Stratippocle filio.
b Apœcide qui tamen re declaravit, se esse imprudentissimum. *Q.d.* non est mirum, me hominem minimè callidum, à Servo deceptum. Sed quod meus Vicinus Apœcides, suo judicio non indoctus, delusus fuit, minimè ferendum videtur.
c Fortè id prolatū à Periphane, ut *conditor* (mediâ productâ) intelligi posset, respectu ad *jurium* notionem vulgarem. Vide Pœn. 3. 2. ℣. 8.
d Ἀλληγορικῶς. Sensus est: Apœcidem *sc.* esse sapientiorem: sicut Malleus plus sapit, quàm Manubrium, quod nihil operatur.
e Propter quod miser fiat homo.
f Vide Lex. *Mens animi*.
g Capta est ab hostibus. Vide Lex. *Potiri*.
h Miseram se miserè ac dolenter prædicat, sive lamentatur. Sic Sallust. Catil. *Miserari parvos liberos*. Cæsar lib. 1. Gall. Bell. *commune periculum miserabantur*.
i nosse incipio.
k τὸ *me* abundat.

l sæpius, frequenter antehac vidi. m virginitatem mihi eripuit. Vide Calligr. Tit. *Virginitatis*. n incertum reddit, & dubium. o quam animo incertam habeo. Vide Lex. *Incertare*.

PE. *Salva sis!* MU. *salutem accipio, mihi, & meis.* PE. *quid cæterùm?*
MU. *Salvos sis! quod credidisti,* [a] *reddo.* PE. *haut* [b] *accuso fidem.*
Novin' ego te? MU. *si ego* [c] *te novi, animum inducam, uti noveris.*
PE. *Ubi te visitavi?* MU. *iniquè injurius.* PE. [d] *quid jam?* MU. *quia*
Tuæ memoriæ [e] *interpretari me æquom censes.* PE. *commodè*
Fabulata's. MU. [f] *mira memoras.* PE. *hem! istuc* [g] *rectius*
Meministin'? MU. *memini.* PE. *id in Epidauro?* MU. *ah!* [h] *guttulâ*
Pectus ardens mihi aspersisti. PE. *Virgini paupercula,*
Tuæq; Matri me levare [i] *paupertatem.* MU. *tun' is* [k] *es?*
Qui per voluptatem tuam in me [l] *ærumnam obsevisti gravem.*
PE. *Ego sum. salve!* MU. *salva sum; quia te esse salvom sentio.*
PE. *Cedò manum.* MU. *accipe. ærumnosam, & miseriarum* [m] *conpotem*
Mulierem retines. PE. *quid est?* [n] *quòd digitus te turbat tuus.*
MU. *Filiam, quam ex te suscepi.* PE. *quid eam* [o] *?* MU. *eductam* [p] *perdidi.*
Hostium 'st [q] *potita.* PE. *habe animum lenem, & tranquillum* [r] *face:*
Domi meæ eccam salvam, & sanam. nam postquam audivi ilicò
Ex meo Servo, illam esse captivam, continuò Argentum dedi
Ut emeretur. ille eam rem adeò sobriè & frugaliter
Adcuravit, ut [s] *alias res ille est inpensè inprobus.*
MU. *Fac videam, si me vis vivere.* PE. *eho! Canthara! statim. jube*
Acropolistidem [t] *prodire filiam ante ædis, meam,*
Ut suam videat Matrem. MU. [u] *remigrat animus nunc demùm mihi.*

ACTUS QUARTI
SCENA II.

FIDICINA. PERIPHANES, Senex. MULIER.

QUID *est, Pater, quod me excivisti ante ædis?* PE. *ut Matrem tuam*
Videas, adeas, advenienti des salutem, atque [x] *osculum.*
FI. *Quam meam Matrem?* PE. *quæ exanimata exequitur* [y] *adspectum tuum.*
MU. *Quis istæc est? quam tu osculum mihi ferre jubes.* PE. *tua Filia.*
MU. *Hacine?* PE. *hæc.* MU. *egone osculum huic dem?* PE. *cur non? quæ ex te nata 'st.*
MU. *Tu, homo, insanis.* PE. *egon'?* MU. *tute.* PE. *quur?* MU. *quia ego hanc, quæ siet,*
Neque scio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.

PE. *Scio*

a Salutem, quam abs te, quasi creditam, reddidi.
b non queror de tua fide, quâ creditum tam fideliter reddas: nempe Salutẽ. Vide Calligr. Tit. *Fides.*
c Si tu is es; quem esse arbitror, persuadebo mihi, me tibi notam esse.
d cur ita?
e interpretem fieri.
f miror, quod me non notis, non agnoscas, non recorderis eorum, quæ inter nos gesta.
g *scil.* est, quod nunc ita loqueris, me mira memorare, quàm illud, me inique esse injurium.
h Tu me ægram, & mœrore confectam, tuâ oratione aliquantum solatus es ac levasti.
i sc. meministi?
k tun' is es, qui me gravidam fecisti?
l Fœtum in utero conflatum Periphanis opera, & compressu. Vide Calligr. Pl. Tit. *Res Venerea.*
m plenam.
n ex gestu explicatio capienda Indolentis enim, & suam miseriam gestu digiti exprimentis sermonem innuit.
o *sc.* Viget. est oratio imperfecta.
p educatam à me & sublatam, non expositam, aut projectam ad necem.
q in hostium potestatem pervenit. r fac, redde. s ad alias res. Vide Lex. *Ellipsis.* t Fidicinam. u redit in tranquillum animus. Vide Symm. lib. [illegible]. Ep. 11. Et lib. 7. Ep. 78. nostræ Editionis. x Vide Elect. Pl. Tit. *Salutationum Peregrinationum.* y exoptat adspectum tuum.

PE. *Scio quid erres: quia vestitum, atque ornatum* [a] *inmutabilem*
Habet h c. MU. *ALITER* [b] *CATULI LONGE OLENT, ALITER SUES.*
Nego eam me novisse quæ sit. PE. *prò* DEUM *atque Hominum fidem!*
Quid ego [c] *lenocinium facio? qui habeam* [d] *alienos domi:*
Atque argentum [e] *egurgitem domo* [f] *prosum. quid tu? quæ Patrem*
Tuum vocas me, atque osculare. quid stas? [g] *stupida. quid taces?*
FI. *Quid loquar vis?* PE. *hæc negat, se tuam esse Matrem.* FI. *ne fuat,*
Si non volt. equidem hac invitâ, tamen ero [h] *Matris Filia.*
Non me istanc cogere æquom'st, meam esse Matrem, si nevolt.
PE. *Cur me igitur Patrem vocabas?* FI. *tua istæc culpa'st, non mea.*
Non Patrem ego te nominem? ubi tu tuam me adpelles Filiam?
Hanc quoque [i] *etiam, si me adpellet filiam, Matrem vocem.*
Negat hæc Filiam me suam esse: non ergò hæc Mater mea'st.
Postremò hæc mea culpa non est: quæ [k] *didici, dixi omnia.*
Epidicus mihi Magister fuit. PE. *perij! pede plaustrum* [l] *perculi.*
FI. *Numquid ego ibi peccavi?* PE. *si hercle te umquam audivero Patrem*
Me vocare, vitam tuam ego interimam, pessuma. FI. *non voco.*
Ubi voles Pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris pater.
MU. *Quid? ob eam rem hanc emisti? quia tuam Gnatam ratus. quibus*
De signis agnoscebas? PE. *nullis.* MU. *quare ergò Filiam*
Credidisti nostram? PE. *Servos Epidicus dixit mihi.*
MU. *Quid si Servo aliter visum'st! non poteras novisse? obsecro.*
PE. *Quid ego? qui illam ut primum vidi, numquam vidi postea.*
MU. *Perij misera!* PE. *ne fle, Mulier. intrò abi; habeto animum bonum.*
Ego illam reperiam. MU. *hinc Athenis Civis eam emit Atticus.*
Adulescentem equidem dicebant emisse. PE. *inveniam; tace.*
Abi modò intrò, atque hanc adserva [m] *Circam, Solis Filiam.*
Ego [n] *RELICTIS REBUS Epidicum operam quærendo dabo:*
Si invenio; exitiabilem ego illi faciam hunc, [o] *ut fiat, diem.*

a mutatum. τὸ in est αὐξητικόν. Vende in Mss. Langg. est, *mutabilem*. Sed alterum V. C. & Mss. Pall. omnes retinent.
b Proverb. Vide Pl. Tit, *Dissimilitudinis*.
c Egone lenoniam artem exerceo?
d Ita sub masculino fœmininũ sexum comprehendunt Iurisconsulti h. alienas.
e domo, tamquã è gurgite effundã.
f pro, *prorsum*. recta.
g tamquam nimirũm omni sensu carens, nihil te cõmoves. Sic Terēt. *Quid stas lapis?*
h Oportet Matrē habuerim. Ich muss ja etwan ein Mutter gehabt haben.
i, τὸ *etiam* παρέλκει. Vide Lex.
k ab Epidico.
l Everti ac perturbavi rem falsa emtione. Proverbium apud Festũ. vide Persa 5. 2. ℣. 5.
m hanc, quam filiam meam putabam, cum tamen sit Solis filia, & nõ minor Venefica, quàm illa Circe, Phœbi filia apud Homerũ. vide Lex.
n Q. i. re suscepta, de manibus deposita. Vide Calligr. Tit. *Negotij. Celeritatis. Sedulitatis.* Trucul. 2. 1. ℣. 15.
o Notã syntaxin Græcam. Rud. 4. 3. ℣. 23.
p Mihi malè morem gerit. Dixeram enim, ut mature veniret ad petendam pecuniam pro Virgine

---

ACTUS QUINTI
SCENA I.

STRATIPPOCLES, Adolescens.
EPIDICUS. Servus.
DANISTA. VIRGO.

MALE [p] *morigerus mihi est Danista, qui de me Argentum non petit,*
Neque illam adducit, quæ est emta ex prædâ. Sed eccum incedit Epidicus!

Quid illuc est? quod illi [a] *caperat frons severitudine?*
EP. *Si undecim* [b] DEOS, *præter sese, secum adducat Iuppiter,*
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi: aderat ibi unà Apœcides.
Nunc homines me quæritare credo. senserunt; sciunt sibi
Data esse verba. ST. *quid agis? mea Commoditas.* EP. *quod miser.*
ST. *Quid tibi 'st?* EP. *quin tu mihi adornas ad fugam viaticum?*
Prius quàm pereo. nam per Vrbem duo [c] *defloccati Senes*
Quæritant me: in manibus gestant [d] *copulas secuncias.*
ST. *Habe bonum animum!* EP. [e] *quippe ego, quoi libertas in mundo sita 'st.*
ST. *Ego te servabo.* EP. *edepol me illi* [f] *melius, si nancti* [g] *fuant.*
Sed quis est hæc Muliercula? & illic [h] *Gravastellus? qui venit.*
ST. *Hic est Danista; hæc illa 'st autem, quam emi ex prædâ.* EP. *hæcine 'st?*
ST. *Hæc est. estne ut tibi dixi? adspecta.* EP. *hæc.* ST. [i] *contempla, Epidice.*
Vsque ab unguiculo [k] *ad capillum summum 'st festivissuma.*
Estne? considera. vide; [l] *signum pictum pulcrè videris.*
EP. [m] *Ex tuis verbis meum futurum corium pulcrum prædicas:*
Quem [n] *Apelles, atque* [o] *Zeusis duo pinCent pigmentis ulmeis.*
ST. *DI inmortales! otiosè Isse* [p] *admiror.* [q] *pedibus pulmoneis*
Qui perbibetur, prius venisset, quàm tu advenisti mihi.
DA. *Hæc* [r] *edepol remorata med est.* ST. *siquidem istius gratiâ*
Es remoratus, quod ista voluit, nimiùm advenisti citò.
DA. *Age, age, absolve me; atque Argentum numerò numera, ne Comites morer.*
ST. *Pernumeratu'st* [s]. DA. *tene Cruminam; huc* [t] *inde.* ST. *sapienter* [u] *venis.*
Opperire, dum ecfero ad te Argentum. DA. *matura.* EP. *domi 'st.*
Satin' [x] *ego oculis utilitatem obtineo sincerè? an parùm?*
E Philippâ Matregnatam, ac Thebis, Epidauri satam,
Videon' ego Telestidem te, Periphani Filiam?
VIR. *Quis tu homo 's? qui meùm Parentum nomen memoras, & meum.*
EP. *Non me novisti?* VIR. *quod quidem nunc veniat in mentem mihi.*
EP. *Lunulam* [x], *atque Anellum aureolum in digitum.* VIR. *memini, mi homo.*
VIR. *Tun' is es?* EP. *ego sum: & iste Frater tuus est, in aliâ Matre, uno Patre.*
EP. *Non meministi me inaure: m ad te adferre* [y] *Natali die?*
VIR. *Quid Pater meus? vivu'st?* EP. *animo* [z] *liquido, & tranquillo es; tace.*
VIR. *DI me ex perditâ servatam cupiunt, si vera autumas.*

EP. *Non*

[a] Caperatur, rugis contrahitur, & asperatur. Vide Calligr. Tit. *Tristitia*.
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum*.
[c] calvi. Vide Elect. Tit. *Senectutis*.
[d] Vincula. *Copulæ sescunciæ*, sunt sesquipollicari crassitudine: nimirū χειροπέδαι τριημιδακτυλιαῖαι τὸ πάχος. *Vnciæ* enim apud Vegetium, sunt *Pollices*. Inde *Unciales litteræ*: id est, pollicares.
[e] Quidnî ego bonum animum habeam! cui libertas parata est domi. Ironia servilis. Vide Calligr. Pl. Tit. *Promptitudinis*.
[f] i. Servabant in vinculis. locus.
[e. d.] Profectò. herus meus cum Vicino melius me servabit, si in vincula conijciet.
[g] fuerint.
[h] obesus Danista. ἀχθος ἀρούρης.
[i] contemplare.
[k] Proverbium: ἐκ πόδος ἐς κεφαλήν.
[l] Imaginem pictā.
[m] Si picta sunt pulcra, meum tergum pulcrum futurum est. namque pigmentis ulmeis. *h.e.* Virgis ex ulmo, à Senibus quasi pictoribus pulchre pingetur. *ex tuis verbis*, h.e. ut tu dicis, pro tuis verbis. [n] Periph. [o] Apœcid. [p] te *scil.* [q] mollibus, eòque ad itineris laborem ineptis. Vide Lex. pedes pulmonei. *H.e.* Miror te tam lentè & tardè ambulasse, quasi nihil tibi fuisset, quod curares, negotii. [r] Puella. Affectus Amantium exprimitur, qui facile ferunt, & ignoscunt, si quid istius, quod ames, causâ delictum fuerit; quod cæteroquin gravissimum haberent. [s] Totum apud Chærib. numeratum est. [t] recondc. [u] cum cruminâ. [x] Satin' me claris oculis prospicio; an secus? Vidè Lex. *Utilitas*. [y] Concisa Oratio, quâ utuntur ii, qui aliquem alicujus rei in mentem revocare volunt. Non meministi me ad te adferre Lunulam, seu lapillum rotundum instar Lunæ: itemque Inaurem. [z] Vide Elect. Plaut. Tit. *Natalitiorum*.

Digitized by Google

EP. *Non habeo* [a] *ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.*
ST. *Accipe Argentum hoc, Danista. hic sunt quadraginta Minæ.*
Si quid erit [b] *dubium, immutabo.* DA. *benè fecisti: benè Vale.*
ST. *Nunc enim tu mea es.* VIR. *Soror quidem edepol, ut tu* [c] *æquè scias.*
Salve, Frater. ST. *sanan' hæc est?* EP. *sana, si adpellat suum.*
ST. *Quid? ego modò huic Frater factus sum, dum intrò eo, atque exeo!*
EP. *Quid boni 'st, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.*
ST. *Perdidisti* [d], *&* [e] *repperisti me, Soror.* EP. *stultus, tace.*
Tibi quidem, quod ames, domi præsto'st Fidicena, operâ meâ.
Et Sororem in libertatem idem operâ concilio mea.
ST. [f] *Epidice, fateor.* EP. *abi intrò, ac jube huic* [g] *aquam calefieri.*
Cætera hæc posterius faxo scibis, ubi erit otium.
ST. *Sequere hàc me, mea soror.* EP. *ego ad vos Thesprionem jussero*
Huc transire. sed memento, [h] *si quid sæviunt Senes,*
Suppetias mihi cum Sorore ferre. ST. *facilè istuc erit.*
EP. *Thesprio, exi* [i] *istàc per hortum. adfer domum auxilium mihi.*
Magna'st [k] *res. minoris multò facto, quàm dudum, Senes.*
Remeabo intrò, ut adcurentur advenientes Hospites.
Eàdem [l] *hàc intus edocebo, quæ ego scio, Stratippoclem.*
Non fugio [m]*: domi adesse certum'st. neque ille haut obIeiet mihi,*
Pedibus sese [n] *provocatum. abeo intrò: nimis longùm loquor.*

ACTVS QVINTI
SCENA II.

PERIPHANES. APOECIDES: Senes duo. EPIDICUS. MULIER.

SATIN' ille [o] *hic Homo ludibrio nos Vetulos Decrepitos duos*
Habet? AP. *immò edepol, tu quidem* [p] *miserum me habes miseris modis.*
PE. *Tace sis modò. sine me Hominem* [q] *apisci.* AP. *dico ego tibi jam, ut scias:*
Alium tibi te comitem melius quærere. ita dum te sequor,
Lassitudine invaserunt misero in genua [r] *flemina.*
PE. *Quot illic hodie me exemplis ludificatu'st, atque te?*
Vt illic autem exenteravit mihi opes argentarias!
AP. *Apage illum à me! nam ille quidem* [f] *Volcani irati 'st filius.*
Quaquà tangit, omne amburit: si propius astes, astu calefacit.
EP. *Duodecim* [r] *DEIS plusquam in cælo DEORUM 'st immortalium:*
Mihi nunc auxilio adjutores sunt, & mecum militant.

a Non est causa, cur apud te f.f. Vide Calligr. Tit. *Βιωτικὰ*. Sic Most. 2. 1. ℣. 13. & 4. 1. ℣. 71.
b Siquid erit incertum, sitne probum an improbũ. Vide Elect. Pl. Tit. *Monetaria res.*
c juxtà mecum.
d Me amantem: quia frui te non potero, cũ sis soror *esc.* Fratrem, quẽ perdideras, & quẽ fratrem esse nesciebas.
f Molestum quippe mihi est, quod hæc soror mea inventa sit; quã maluissem, ut amica esset mihi.
g ut peregrè adveniens lavet pedes. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrin.*
h Si Apœcid. & Periph. me loris constrinxerint, & flagris cædere volent, ut tu & soror auxilium mihi feratis.
i ex ædibus Chærib. quò concesseras, familiarium conspectum fugiens heri jussu.
k Magna est causa; cur te evocem: nõ est hoc negotium.
l opera, via. *Ἐλλειπτικῶς*.
m *Q. d.* Ego non fugiam. heri irã veritus, ne forte herus mihi possit objicere, se a me provocatum esse ad currẽdi certamen. Nota geminam negationem: *Neque haud.* Bacch. 4. 9. ℣. 114.
n *sc.* ad cursuram, seu currendi certamen.
o Nonne Epidicus nos, &c.

p dum ita festinas, vt te subsequi non possim. q adipisci. vide Lex. r vide Lex. *Flemina* & Tit. *Fatigationis, Lassitudinis.* f qui: vt Vulcanus iratus quidquid contigit, amburit, & consumit. r præter omnes Deos, quantum corũ sit, alii etiam duodecim adjutores mihi sunt, *h. e.* plures omninò quàm vulgo sunt. Numerus certus pro incerto.

Quicquid ego malefeci, auxilia mihi, & suppetiæ, sunt domi.
Ἀπολακτίζω[a] *inimicos omnis.* Ep. *Ubi illum quæram gentium?*
Ap. *Dum* [b] *sine me quæras; quæras, meâ causâ, vel medio in mari.*
Ep. *Quid me quæris? quid laboras? quid* [c] *hunc sollicitas? ecce me!*
Num te fugi? num ab domo absum? num [d] *oculis concessi tuis?*
Nec tibi [e] *supplico. vincire vis? hem! ostendo manus.*
Tu habes lora: ego te emere vidi. quid nunc cessas? conliga.
Pe. *Ilicet* [f]*! vadimonium ultrò* [g] *mihi hic facis.* Ep. *quid conligas?*
Ap. *Edepol mancipium scelestum!* Ep. *te profectò, Apœcides,*
Nihil [h] *moror mihi deprecatorem.* Ap. [i] *facil' exoras, Epidice.*
Ep. *Ecquid* [k] *agis?* Pe. *tuon' arbitratu* [l]*?* Ep. *meo hercle verò, atque haut tuo,*
Conliganda hæ sunt tibi hodie. Pe. *at non libet: non conligo.*
At mihi magis libet solutum te rogitare. Ep. *at nihil scies.*
Ap. *Tragulam in* [m] *te inIcere adornat: nescio-quam fabricam facit.*
Ep. *Tibi moram facis: quòm ego solutus asto. adliga, inquam; conliga.*
Pe. *At mihi magis libet solutum te rogitare.* Ep. *at nihil scies.*
Pe. *Quid ago?* Ap. *quid agas? mos* [n] *geratur.* Ep. *frugi es tu homo, Apœcides.*
Pe. *Cedò manus igitur.* Ep. *morantur nihil. atque artè conliga:*
Nihil verò [o] *obnoxiosè.* Pe. *facto* [p] *opere arbitraminor.*
Ep. *Benè* [q] *hoc habet. age, nunc jam ex me exquire, rogita, quod lubet.*
Pe. *Quâ fiduciâ ausus primùm, quæ emta 'st nudiustertius,*
Filiam meam dicere esse? Ep. *libuit; eâ fiduciâ.*
Pe. *Ain' tu? libuit.* Ep. *ajo. vel* [r] *ad pignus, nî ea sit filia.*
Pe. *Quam negat novisse Mater?* Ep. *ni ergò Matris filia 'st,*
In meum Nummum [s]*, in tuum Talentum pignus da.* Pe. *enim istæc* [t] *captio 'st.*
Sed quis ea 'st Mulier? Ep. *tui Gnati Amica, ut omnem rem scias.*
Pe. *Dedin' tibi Minas triginta* [u] *ob Filiam?* Ep. *fateor datas.*
Et eo Argento illam me emisse Amicam fili Fidicenam.
Pro tuâ Filiâ. istam ob rem te [x] *tetigi triginta Minis.*
Pe. *Quomodo me* [y] *ludifecisti de illâ Conductitiâ*
Fidicenâ? Ep. *factum hercle verò; & rectum factum judico.*
Pe. *Quid postremò Argento factum 'st? quod dedi.* Ep. *dicam tibi.*
Neque malo Homini, [z] *neque indigno, tuo dedi Stratippocli.*
Pe. *Cur dare ausus?* Ep. *quia mihi libitum 'st.* Pe. *quæ hæc, malum! ferocia 'st?*
Ep. *Etiam inclamitor, quasi servos.* Pe. [aa] *quòm tu es liber, gaudeo.*
Ep. *Merui, ut fierem.* Pe. *tu meruisti?* Ep. *vise intrò; ego faxo scies,*
Hoc ita esse. Pe. *quid est negotii?* Ep. *jam ipsa res dicet tibi.*
Abi modo intrò; ei! Pe. *non illuc temere 'st! adserva istum, Apœcides.*

Ap. *Quid*

a Calcibus repello.
b per me tibi licet. *Elegans formula.* Truc. 2.6. ✝. 46.
c Apœcidem.
d ab oculis abcessi tuis? supr. 5. 1. ✝. 57.
e Est sermo alterius ope nō egentis. Mil. 2. 2. ✝. 59. Pseud. 1. 5. ✝. 29. Ich will dir nicht zu fuß fallen.
f Vide Lex. *Ilicet.*
g Ultro te mihi sistis, quasi in judicio.
h Εἰρωνικῶς hæc offert servulus profusus, & vitæ suæ prodigus, Nō cupio, ut pro me depreceris, ne ego vapulem.
i Quia scil. jam ante imparatus sum, pro te nihil deprecari.
k Quin mihi manus colligas!
l s. me agere vis?
m Dolum aliquē in te struit. Vide Lex. *Tragula.* & Calligr. Pl. Tit. *Fallendi.*
n manus colligentur.
o nihil clementer, & cujus nomine tibi obnoxius esse debeam. Vide Lex. *Obnoxius.*
p Colligatis manibus, vos judicatote, utrum obnoxiosē fecerim, necne. supr. 2. [illegible]. ✝. 79. Pseud. 3. [illegible]. ✝. 70. Vide Lex. *Enallage.*
q Bene fecisti, quòd me tam firmiter constrinxisti.
r Affirmo pro certo: etiam pignore deposito, ausim tecum certare, ni &c.
s Numus est servorū: Talentum dominorū.
t enimvero inest in hac cōditione captio aliqua. Vide Lex. *Enim.*
u Nota phrasin. Vide Lex. *Ob.*
x Lit. [illegible] h. e. fraudavi. Ich meine! ich hab dich mit troffen.
y Vide Lex. *Ludifacere.*
z H. e. tibi non dissimili: iis pariter morib. moratum, quibus tu es. Nam Filii dissimiles, indigni sunt suis Parentibus.

AP. *Quid illuc, Epidice, est negotij?* EP. *Maxumâ hercle injuriâ*
Vinctus adsto, quojus hæc hodie operâ inventa st Filia.
AP. *Ain' tu? te illius invenisse Filiam.* EP. *Inveni, & domi'st.*
Sed ut acerbum'st! pro benefactis, quòm mali messem metas.
AP. [a] *Quemne hodie per Vrbem uterq; sumus defessi quærere?*
EP. *Ego sum defessus* [b] *repperire: vos defessi quærere.*
PE. *Quid* [c] *istis oratis opere tanto? meruisse intellego:*
Vt liceat merito hujus facere. Cedò tu, ut exsolvam manus.
EP. *Ne* [d] *attigas.* PE. *Ostende verò.* EP. *Nolo.* PE. *Non æquom facis.*
EP. *Numquam hercle hodie, nisi* [e] *supplicium mihi das, me solvi sinam.*
PE. *Optumum, atq; æquissumum oras. Soccos, Tunicam, Pallium,*
Tibi dabo. EP. *Quid deinde porrò?* PE. *Libertatem.* EP. *At postea?*
Novo Liberto opu'st, quod [f] *pappet.* PE. *Dabitur: præbebo cibum.*
EP. *Numquam hercle hodie, nisi me orassis, solves.* PE. *Oro te, Epidice,*
Mihi ut ignoscas, si quid inprudens culpâ peccavi meâ.
At ob eam rem liber esto. EP. *Invitus do hanc veniam tibi,*
Nisi necessitate cogar. solve sanè, si lubet.

GREX.

HIC *is homo'st, qui libertatem malitiâ invenit suâ.*
PLAUDITE, [g] *& Valete. lumbos* [h] *surgite, atq; extollite.*

PLAUTI EPIDICUS EXPLICIT.

INCIPIT.

BACCHIDES.

a Quæsiverunt Epidicum. supr. 5. 1. ℣. 11. & 5. 2. ℣. 5. τὸ *ne* abundat. Vide Lex.
b Vide Lex. *Reperio.*
c Quid tu, Stratippocl. & tu, mea Filia, tantopere hoc oratis? ut Epidicum solvam, & mihi libertum faciam.
d Vide Lex. *Tago.*
e Nisi me roges precibus. Vide Lex. *Supplicium.*
f Cedat. Vide Lex. *Tapare.*

g Vide Lex. *Plaudere.*
h Surrigite, erigite. Ambiguè dictum.

Pudicitiam quisquam suæ servare || *Filiæ.*
Edepol næ istam [a] nos *temporê Gnato tuo*
Sumus præmercati. || Pe. [b] *Quidjam?* Ap. *Quia dixit mihi*
Jamdudum, se, alius, tuum *vidisse hic filium.* ||
Pe. [c] *Hanc edepol rem adparabat.* Ap. *Planè hercle hoc* [d] *quidem 'st.* ||
Natu habes Servom [e] *graphicum, & quantivis preti!*
Non caru 'st auro [f] *contrà* [g]. || *ut ille Fidicenam*
Fecit nescire prorsus, *se esse emtam tibi!*
Illam ridibundam, || *atq; hilaram huc adduxit simul.*
Pe. *Mirum, hoc quod potuit fieri!* || Ap. *Te pro filio*
Facturum dixit rem esse divinam domi: ||
Quia Thebis salvos redierit. Pe. [h] *Rectè institit.* ||
Ap. *Immò* [i] *ipsus illi dixit, conductam esse eam,* ||
Quæ hic administraret ad rem divinam tibi domi.
Ego illic || *me autem sic adsimulabam, quasi*
Stolidum, quòm [k] *bardum me faciebam.* || Pe. *Immò ita decet.*
Ap. *Res magna Amici apud forum agitur: ei volo* ||
Ire [l] *Advocatus.* Pe. *At quæso, ubi erit otium,*
Revortere || *ad me extemplò.* Ap. *Continuò hic ero.*
Pe. Nihil *homini* || Amico *'st* [m] *opportuno amicius.*
Sine tuo labore, quod velis, actum 'st tamen. ||
Ego si adlegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem || *quàm doctum, minusq; ad hanc rem callidum,*
Os sublitum [n] *esset.* || *itaq; me* [o] *albis dentibus*
Meus derideret Filius meritissumò. ||
Atq; hac stultitia 'st, me illi vitio vortere,
Egomet quod factitavi in adulescentiâ, ||
** *Quòm militabam. pugnis memorandis meis*
Eradicabam [p] *hominum* || *auris, quando occeperam.*
Sed hic quis est? quem huc advenientem conspicor: ||
Suam qui [q] *undantem chlamydem quassando facit.*

[a] Tempestivê antè filiam sumus mercati.
[b] Quamobrem.
[c] Ut *sc.* Fidicinam ipsus ab Lenone emeret.
[d] Hoc verum est.
[e] Ad unguem factum, quasi pictoris manu expolitum. Vide Lex. *Graphicus.*
[f] Metaph. à lance, in quâ ἀντίῤῥοπον præponderat. *Subaudi*: Si contrà appendatur.
[g] Quo pacto ille excogitavit! ut Fidicina existimaret, se emtam esse non tibi, sed filio.
[h] Viam rectam institit.
[i] Epidicus Fidicinæ.
[k] Vide Lex.
[l] Vide Elect. Pl. tit. *Advocatorum.*
[m] Utili & idoneo.
[n] Mihi *scil.*
[o] Significatur cachinnatio, & risus effusior, in quo dentes denudantur.
[p] Et quasi occidi: uti loquitur Horat. Arte Poet. ✗. 475.
[q] Qui ita Chlamydem suam quassat & movet, ut undarum speciē præbeat. Vide El. Pl. tit. *Cultus, Habitus.*

ACTUS TERTII
SCENA IV.
Miles. Periphanes. Fidicina.

Cave [r] *præterbitas ullas ædis, quin roges:*
Senex ubi habitat Periphanes Platenius?

[r] Miles *sc.* præmittit Puerum, qui percontetur, ubi Periphanes habitet: quem Plateniam cognominat, quasi indicio populi, cujus ille esset.

Incertus

Incertus tuum cave ad me retuleris pedem.
PL. *Adulescens, si istunc hominem, quem tu quaeritas,*
Tibi conmonstrâsso, ecquam abs te inibo gratiam?
MI. *Virtute* [a] *belli armatus promerui, ut mihi*
Omnis mortalis deceat agere gratias.
PE. *Non repperisti, Adulescens,* [b] *tranquillum locum,*
Vbi tuas virtutes explices, ut postulas.
Nam [c] *strenuiori deterior si praedicat*
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidae.
Sed istum, [d] *quem quaeris Periphanem Platenium,*
Ego sum, si quid vis. MI. *Nempe quem in adulescentiâ*
Memorant apud Reges armis, arte [e] *duellicâ*
Divitias magnas [f] *indeptum?* PE. *immò, si audias*
Meas pugnas, fugias [g] *manibus dimissis domum.*
MI. *Pol ego magis unum quaero, meas quoi praedicem,*
Quàm illum, qui memoret suas mihi. PE. *hic non est locus.*
Quin tu alium quaeras! quoi centones [h] *farcias.*
MI. *Animum advorte, ut* [i] *quod ego ad te venio, intellegas.*
Meam Amicam audivi ted esse mercatum. PE. [k] *attate!*
Nunc demùm scio ego hunc, qui sit, quem dudum Epidicus
Mihi praedicavit Militem. Adulescens, ita 'st,
Vt dicis; emi. MI. *volo te verbis* [l] *pauculis,*
Si tibi molestum non 'st. PE. *nou edepol.* MI. *scio:*
Molestum non est. PE. [m] *nisi dicis, quid velis.*
MI. *Mihi illam ut tramittas, Argentum accipias.*
PE. *Habeas.* MI. [n] *nam quid ego apud te parcam proloqui?*
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi Concubina quae sit. PE. [o] *te absolvam brevi.*
Argenti quinquaginta mihi illa empta est Minis.
Si sexaginta [p] *mihi denumerantur Minae,*
Tuas [q] *possidebit Mulier faxo ferias:*
Atque ita profectò, ut eam ex hoc exoneres [r] *Agro.*
MI. *Estne empta mihi haec?* PE. *istis legibus habeas licet.*
MI. [s] *Conciliavisti pulcrè.* PE. *heus! foràs educite,*
Quam introduxisti Fidicenam, atque etiam [t] *fides,*
Ei quae accessêre, tibi addam dono [u] *gratiis.*
Age, accipe hanc sis. MI. *quae intemperiae te tenent?*
Quas tu mihi tenebras [x] *trudis? quin tu Fidicenam*
Produci intus jubes! PE. *haec ergò 'st Fidicena.*

a in bello. Vide Lex. *Bell.*
b locum idoneũ.
Ἀλληγορικῶς: à Vestibus, quae insolantur, sive apricantur, & soli exponuntur.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Laudu.* Illae pugnae omnẽ suam laudem amittunt, propterea, quod ex ejus ore proficiscũtur.
d Nota syntaxin Relativorum.
e *Bellicâ.*
f Adeptum. Vide Lex.
g fugias celerrimè, & contentissimo cursu.
h cui tua facinora particulatim recenseas. Cist. 2. 1. ℣. 25.
i Propter quod ad te veni.
k Interjectio expavescentis, seu re aliqua expectata gestientis. Vide supr. 2. 2. ℣. 115.
l *Sc. Convenire.*
m Molesta non erit oratio, si dixeris, quae ego velim: sin, quae tu velis, erit molesta.
n *Subaudi:* Dicam tibi liberè, quamobrem ego eam emere velim. *Nam quid.* Oratio Elliptica.
o non morabor te diutius.
p Numeratis mihi sexag. minis, tua Mulier erit tibi semper feriata, tuis ut unius rebus tota vacet, aliorum omnibus soluta.
q Habebit otium feriatum apud Militem. r Alludit ad morem Festorum. Vide Elect. Pl. Tit. *Festorum.* Festa quidem privata transferebantur de agro in agrum. s vili emisti. Vide Lex. t citharam. u gratis, Umbsonst. Vide Lex. x Obtrudis.

Digitized by Google

Hic alia nulla'st. MI. *non mihi nugari potes.*
Quin tu huc producis Fidicenam Acropolistidem?
PE. *Hæc, inquam, est.* MI. *non hæc, inquam, est: non novisse me*
Meam rére Amicam posse? PE. *hanc, inquam, Filius*
Meus deperibat Fidicenam. MI. *hæc non est ea.*
PE. *Quid! non est?* MI. *non est.* PE. *unde hæc igitur gentium'st?*
Equidem hercle Argentum pro hac dedi. MI. *stultê datum*
Reor, & peccatum largiter. PE. *immò hæc ea'st.*
Nam Servom misi, qui [a] *sectari* [?]r *solet meum*
Gnatum. ipse hanc in eo [b] articulo *emit.* ** MI. *hem! istic homo*
Articulatim te concídit, Senex, tuus
Servos. PE. *quid? concídit?* MI. *mihi sic suspicio'st.*
Nam pro Fidicenâ illac hæc súbposita'st tibi,
Senex; tibi os est [c] *súblitum planè, & probè.*
PE. *Ego* [d] *illam requiram jam, ubi ubi'st.* [e] *Bellator, vale.*
Euge! Euge! Epidice. frugi es: [f] *pugnavisti;* [g] *homo's,*
Qui me emunxisti [h] *mucidum, minimi pretI.*
Mercatus te hodiè'st de Lenone Apœcides?
FI. *Ebodum! istunc hominem numquam audivi ante hunc diem:*
Neque me quidem emere quisquam ullâ pecuniâ
Potuit; qua plus jam sum libera quinquennium.
PE. *Quid tibi negotii'st mea domi igitur?* FI. *audies.*
Conducta veni, ut fidibus cantarem Seni,
Dum rem divinam faceret. PE. *fateor, me omnium*
Hominum esse Athenis [i] *Atticis minimi pretI.*
Sed tu, novistin' Fidicenam Acropolistidem?
FI. *Tam facilè, quàm me.* PE. *ubi habitat?* FI. *Postquam liberá'st,*
Vbi habitet dum, incertò scio. PE. *eho! ain'? quis eam liberaverit,*
Volo scire; si scis. FI. *id, quod audivi, audies.*
Stratippoclem audivi *Periphani filium*
Absentem curavisse, ut fieret libera.
PE. *Perii hercle! si istæc vera sunt. planissumè*
Meum exenteravit Epidicus marsupium.
FI. *Hæc audivi. numquid me vis cæterùm?*
PE. *Malo cruciatu ut pereas, atque abeas citò!*
FI. *Fides non reddis?* PE. *neque Fides, neque Tibias.*
Propera igitur fugere hinc, si te DI amant. FI. *abiero.*
Flagitio [k] *cum majore post reddes tamen.*
PE. *Quid nunc? qui in tantis* [l] *positus sum sententiis,*
Eúmne [m] *ego sinam inpunè! immò etiamsi alterum*

[a] tamquam Pædagogus, vel cæteroquin ei additus, ut ejus curam gerat.
[b] *sc.* temporis: quo jussus erat. Et *isthic homo*, h. e. Epidicus.
[c] Probe te argento emunxit. Metaph. pro fallaciis.
[d] *sc.* Acropolistidē: quam Senex in ædibus suis habebat, & à Servo persuasus, Filiam credebat suam.
[e] Ita Senem sappellat, per jocum & ludibrium.
[f] Strenue & fortiter egisti. Loquitur cum Epidico absente.
[g] Non belua, aut stipes, sed rationis & consilii particeps.
[h] me tamquam puerulum. cujus nasus mucoris plenus, omnisque consilii expers est, delusum argento spoliasti.
[i] quia plures Athenæ.
[k] Efflagitatione, convitio, seu pipulo potius, & quidem muliebri.
[l] qui tam varia in mente agito: qui tam varias sentētias habeo. Vide supr. I. 1. ✝. 43.
[m] eumne servum sinam impune derisui me habere.

Tantum perdundum 'st, perdam potiùs, quàm sinant
Me impunè irrisum esse habitum, [a] *depeculatum eis.*
Sic mihi data esse verba præsenti palàm!
Atque me minoris facio præ [b] *illo, qui omnium*
Legum atque jurium fictor, [c] *conditor cluet.*
Is etiam sese sapere memorat; [d] *Malleum* * *
Sapientiorem * scilicet esse *manubrio.*

ACTUS QUARTI
SCENA I.

MULIER. PERIPHANES, Senex.

SI quid est homini miseriarum, [e] *quod miserescat, miser ex animo'st.*
Id ego experior, quoi multa in unum locum confluunt, quæ meum
Pectus pulsant simul: multiplex Ærumna me exercitum habet: Paupertas,
Pavor territat [f] *mentem-animi; neque, ubi meas conlocem spes,*
Habeo usquam munitum locum. ita Gnata mea hostium 'st [g] *potita.*
Neque ea nunc, ubi sit, nescio. PE. *quis illæc est Mulier? timido*
Pectore peregrè adveniens, quæ ipsa [h] *se miseratur.* MU. *in his dictu'st.*
Locis habitare mihi Periphanes, PE. *me nominat hæc: credo ego*
Illi hospitio usus invenit. MU. *pervolim mercedem dare,*
Qui monstret eum Hominem, aut ubi ille habitet. PE. [i] *noscito ego hanc.*
Nam videor nescio-ubi [k] *me vidisse prius. est ne ea? an non*
Est? quam animus retur meus? MU. *Di boni!* [l] *visitavi antidhac.*
PE. *Certò ea 'st, quam in Epidauro pauperculam memini conprimere.*
MU. *Planè hic ille est, qui mihi in Epidauro primus* [m] *pudicitiam*
Pepulit. PE. *quæ meo conpressu peperit filiam, quam domi*
Nunc habeo. MU. *Quid si adeam?* PE. *haut scio, an congrediar, si hæc ea 'st.*
MU. *Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam dant.* PE. *longa*
Dies meum [n] *incertat animum. sin ea'st, quam* [o] *incerto animo; hanc*
Congrediar astu. MU. *muliebris adhibenda mihi malitia nunc est.*
PE. *Conpellabo.* MU. *orationis aciem contrà conferam.*

PE. *Salva*

a Passivè. *Sc.* Epidico, & Stratippocle filio.
b Apœcide qui tamen re declaravit, se esse imprudentissimum. *Q.d.* non est mirum, me hominem minimè callidum, à Servo deceptum. Sed quod meus Vicinus Apœcides, suo judicio non indoctus, delusus fuit, minimè ferendum videtur.
c Fortè id prolarū à Periphane, ut *conditor* (mediâ productâ) intelligi posset, respectu ad *jurium* notionem vulgarem. Vide Pœn. 3. 2. ℣. 8.
d Ἀλληγορικῶς. Sensus est: Apœcidem *sc.* esse sapientiorem: sicut Malleus plus sapit, quàm Manubrium, quod nihil operatur.
e Propter quod miser fiat homo.
f Vide Lex. *Mens-animi.*
g Capta est ab hostibus. Vide Lex. *Potiri.*
h Miseram se miserè ac dolenter prædicat, sive lamentatur. Sic Sallust. Catil. *Miserari parvos liberos.* Cæsar lib. 1. Gall. Bell. *commune periculum miserabantur.*
i nosse incipio.
k τὸ *me* abundat.
l sæpius, frequenter antehac vidi. m virginitatem mihi eripuit. Vide Calligr. Tit. *Virginitatis.* n incertum reddit, & dubium. o quam animo incertam habeo. Vide Lex. *Incertare.*

Digitized by Google

PE. *Salvas sis!* MU. *salutem accipio, mihi, & meis.* PE. *quid cæterum?*
MU. *Salvos sis! quod credidisti,* [a] *reddo.* PE. *haut* [b] *accuso fidem.*
Novin' ego te? MU. *si ego* [c] *te novi, animum inducam, uti noveris.*
PE. *Vbi te visitavi?* MU. *iniquè injurius* PE. [d] *quid jam?* MU. *quia*
Tua memoriæ [e] *interpretari me æquom censes.* PE. *commodè*
Fabulata's. MU. [f] *mira memoras.* PE. *hem! istuc* [g] *rectius*
Meministin'? MU. *memini.* PE. *id in Epidauro?* MU. *ah!* [h] *guttulâ*
Pectus ardens mihi aspersisti. PE. *Virgini pauperculæ,*
Tuaq; Matri me levare [i] *paupertatem.* MU. *tun' is* [k] *es?*
Qui per voluptatem tuam in me [l] *ærumnam obsevisti gravem.*
PE. *Ego sum. salve!* MU. *salva sum; quia te esse salvom sentio.*
PE. *Cedò manum.* MU. *accipe. ærumnosam, & miseriarum* [m] *conpotem*
Mulierem retines. PE. *quid est?* [n] *quòd digitus te turbat tuus.*
MU. *Filiam, quam ex te suscepi.* PE. *quid eam* [o] *?* MU. *eductam* [p] *perdidi.*
Hostium'st [q] *potita.* PE. *habe animum lenem, & tranquillum* [r] *face:*
Domi meæ eccam salvam, & sanam. nam postquam audivi ilicò
Ex meo Servo, illam esse captivam, continuò Argentum dedi
Vt emeretur. ille eam rem adeò sobriè & frugaliter
Adcuravit, ut [s] *alias res ille est inpensè inprobus.*
MU. *Fac videam, si me vis vivere.* PE. *eho! Canthara! statim. jube*
Acropolistidem [t] *prodire filiam ante ædis, meam,*
Vt suam videat Matrem. MU. [u] *remigrat animus nunc demùm mihi.*

ACTUS QUARTI
SCENA II.

FIDICINA. PERIPHANES, Senex. MULIER.

FI. *QUID est, Pater, quod me excivisti ante ædis?* PE. *ut Matrem tuam*
Videas, adeas, advenienti des salutem, atque [x] *osculum.*
FI. *Quam meam Matrem?* PE. *quæ exanimata exequitur* [y] *adspectum tuum.*
MU. *Quis istæc est? quam tu osculum mihi ferre jubes.* PE. *tua Filia.*
MU. *Hacine?* PE. *hæc.* MU. *egone osculum huic dem?* PE. *cur non? quæ ex te nata'st.*
MU. *Tu, homo, insanis.* PE. *egon'?* MU. *tute.* PE. *quur?* MU. *quia ego hanc, quæ siet,*
Neque scio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.

PE. *Scio*

a Salutem, quam abs te, quasi creditam, reddidi.
b non queror de tua fide, quà creditum tam fideliter reddas: nempe Salutē. Vide Calligr. Tit. *Fides.*
c Si tu is es; quem esse arbitror, persuadebo mihi, me tibi notam esse.
d cur ita?
e interpretem fieri.
f miror, quod me non noris, non agnoscas, non recorderis eorum, quæ inter nos gesta.
g *sil.* est, quod nunc ita loqueris, me mira memorare, quàm illud, me inique esse iniurium.
h Tu me ægram, & mœrore confectam, tuâ oratione aliquantum solatus es ac levasti.
i sc. meministi?
k tun is es, qui me gravidam fecisti?
l Fœtum in vtero conflatum Periphanis opera, & compressu. Vide Calligr. Pl. Tit. *Rei Venereæ.*
m plenam.
n ex gestu explicatio capienda. Indolentis enim, & suam miseriam gestu digiti exprimentis sermonem innuit.
o *sc.* Vrget. est oratio imperfecta.
p educatam à me & sublatam, non expositam, aut projectam ad necem.
q in hostium potestatem pervenit. r fac, redde. s ad alias res. Vide Lex. *Ellipsis.* t Fidicinam. u redit in tranquillum animus. Vide Symm. lib. 5. Ep. 11. Et lib. 7. Ep. 78. nostræ Editionis. x Vide Elect. Pl. Tit. *Salutationum Peregrinationum.* y exoptat adspectum tuum.

Digitized by Google

Pe. *Scio quid erres: quia vestitum, atque ornatum* [a] *inmutabilem*
Habet h c. Mu. ALITER [b] CATVLI LONGE OLENT, ALITER SVES.
Nego eam me novisse, quæ sit. Pe. *prò* Deûm *atque Hominum fidem!*
Quid ego [c] *lenocinium facio? qui habeam* [d] *alienos domi:*
Atque argentum [e] *egurgitem domo* [f] *prosum. quid tu? quæ Patrem*
Tuum vocas me, atque osculare. quid stas? [g] *stupida. quid taces?*
Fi. *Quid loquar vos?* Pe. *hæc negat, se tuam esse Matrem.* Fi. *ne fuat,*
Si non volt. equidem hac invitâ, tamen ero [h] *Matris Filia.*
Non me istanc cogere æquom'st, meam esse Matrem, si nevolt.
Pe. *Cur me igitur Patrem vocabas?* Fi. *tua istæc culpa'st, non mea.*
Non Patrem ego te nominem? vbi tu tuam me adpelles Filiam?
Hanc quoque [i] *etiam, si me adpellet filiam, Matrem vocem.*
Negat hæc Filiam me suam esse: non ergò hæc Mater mea'st.
Postremò hæc mea culpa non est: quæ [k] *didici, dixi omnia.*
Epidicus mihi Magister fuit. Pe. *perij! pede plaustrum* [l] *perculi.*
Fi. *Numquid ego ibi peccavi?* Pe. *si hercle te umquam audivero Patrem*
Me vocare, vitam tuam ego interimam, pessuma. Fi. *non voco.*
Vbi voles Pater esse, ibi esto: ubi noles, ne fueris pater.
Mu. *Quid? ob eam rem hanc emisti? quia tuam Gnatam ratus. quibus*
De signis agnoscebas? Pe. *nullis.* Mu. *quare ergò Filiam*
Credidisti nostram? Pe. *Servos Epidicus dixit mihi.*
Mu. *Quid si Servo aliter visum'st! non poteras novisse? obsecro.*
Pe. *Quid ego? qui illam ut primum vidi, numquam vidi postea.*
Mu. *Perij misera!* Pe. *ne fle, Mulier. intrò abi; habeto animum bonum.*
Ego illam reperiam. Mu. *hinc Athenis Civis eam emit Atticus.*
Adulescentem equidem dicebant emisse. Pe. *inveniam; tace.*
Abi modò intrò atque hanc adserva [m] *Circam, Solis Filiam.*
Ego [n] RELICTIS REBVS *Epidicum operam quærendo dabo:*
Si invenio; exitiabilem ego illi faciam hunc, [o] *vt fiat, diem.*

ACTVS QVINTI
SCENA I.

Stratippocles, Adolescens.
Epidicus. Servus.
Danista. Virgo.

Male [p] *morigerus mihi est Danista, qui de me Argentùm non petit,*
Neque illam adducit, quæ est emta ex prædâ. Sed eccom incedit Epidicus!

[a] mutatum. τὸ in est αὐξητικὸν. Vnde in Mss. Langg. est, *mutabilem*. Sed alterum V. C. & Mss. Pall. omnes retinent.
[b] Proverb. Vide Pl. Tit, *Dissimilitudinis*.
[c] Egone lenoniam artem exerceo?
[d] Ita sub masculino fœmininũ sexum comprehendunt Iurisconsulti *h. l.* alienas.
[e] domo, tamquã è gurgite effundã.
[f] pro, *prorsum*. recta.
[g] tamquam nimirùm omni sensu carens, nihil te cõmoves. Sic Terẽt. *Quid stas lapis?*
[h] Oportet Matrẽ habuerim. Ich muß ja etwann ein Mutter gehabt haben.
[i] τὸ etiam παρέλκει. Vide Lex.
[k] ab Epidico.
[l] Everti ac perturbavi rem falsa emtione. Proverbium apud Festũ. vide Persa 5. 2. ✝. 5.
[m] hanc, quam filiam meam putabam, cùm tamen sit Solis filia, & nõ minor Venefica, quàm illa Circe, Phœbi filia apud Homerũ. vide Lex.
[n] *Q. d.* re suscepta, de manibus deposita. Vide Calligr. Tit. *Negotij. Celeritatis. Sedulitatis.* Trucul. 2. 1. ✝. 5.
[o] Notã syntaxin Græcam. Rud. 4. 3. ✝. 13.
[p] Mihi malè morem gerit. Dixeram enim, ut maturè veniret ad petendam pecuniam pro Virgine

Digitized by Google

Quid illuc est? quod illi [a] *caperat frons severitudine?*
EP. *Si undecim* [b] DEOS, *præter sese, secum adducat Iuppiter,*
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi: aderat ibi unà Apœcides.
Nunc homines me quæritare credo. senserunt; sciunt sibi
Data esse verba. ST. *quid agis? mea Commoditas.* EP. *quod miser.*
ST. *Quid tibi 'st?* EP. *quin tu mihi adornas ad fugam viaticum?*
Prius quàm pereo. nam per Vrbem duo [c] *defloccati Senes*
Quæritant me: in manibus gestant [d] *copulas secuncias.*
ST. *Habe bonum animum!* EP. [e] *quippe ego, quoi libertas in mundo sita 'st.*
ST. *Ego te servabo.* EP. *edepol me illi* [f] *melius, si nancti* [g] *fuant.*
Sed quis est hæc Muliercula? & illic [h] *Gravastellus? qui venit.*
ST. *Hic est Danista; hæc illa 'st autem, quam emi ex prædâ.* EP. *hæcine 'st?*
ST. *Hæc est. estne ut tibi dixi? adspecta.* EP. *hæc.* ST. [i] *contempla, Epidice.*
Vsque ab unguiculo [k] *ad capillum summum 'st festivissuma.*
Estne? considera. vide; [l] *signum pictum pulcrè videris.*
EP. [m] *Ex tuis verbis meum futurum corium pulcrum prædicas:*
Quem [n] *Apelles, atque* [o] *Zeusis duo pinCent pigmentis ulmeis.*
ST. *DI inmortales! otiosè Isse* [p] *admiror.* [q] *pedibus pulmoneis*
Qui perbibetur, prius venisset, quàm tu advenisti mihi.
DA. *Hæc* [r] *edepol remorata med est.* ST. *siquidem istius gratiâ*
Es remoratus, quod ista voluit, nimiùm advenisti citò.
DA. *Age, age, absolve me; atque Argentum numerò numera, ne Comites morer.*
ST. *Pernumeratu'st* [s]. DA. *tene Cruminam; huc* [t] *inde.* ST. *sapienter* [u] *venis.*
Opperire, dum ecfero ad te Argentum. DA. *matura.* EP. *domi 'st.*
Satin' [x] *ego oculis utilitatem obtineo sincerè? an parùm?*
E Philippâ Matre gnatam, ac Thebis, Epidauri satam,
Videon' ego Telestidem te, Periphani Filiam?
VIR. *Quis tu homo 's? qui meum Parentum nomen memoras, & meum.*
EP. *Non me novisti?* VIR. *quod quidem nunc veniat in mentem mihi.*
EP. *Lunulam* [x], *atque Anellum aureolum in digitum.* VIR. *memini, mi homo.*
VIR. *Tun' is es?* EP. *ego sum: & iste Frater tuus est, in aliâ Matre, uno Patre.*
EP. *Non meministi me inaurem ad te adferre* [y] *Natali die?*
VIR. *Quid Pater meus? vivu' st?* EP. *animo* [z] *liquido, & tranquillo es; tace.*
VIR. *DI me ex perditâ servatam cupiunt, si vera autumas.*

EP. Non

[a] Caperatur, rugis contrahitur, & asperatur. Vide Calligr. Tit. *Tristitia*. [b] Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum*. [c] calvi. Vide Elect. Tit. *Senectutis*. [d] Vincula. *Copulæ sescunciæ*, sunt sesquipollicari crassitudine: nimirū χειροπέδαι τριημιδακτυλιαῖοι τὸ πάχος. *Vncia* enim apud Vegetium, sunt *Pollices*. Inde *Vnciales litteræ*: id est, pollicares. [e] Quidni ego bonum animum habeam? cui libertas parata est domi. Ironia servilis. Vide Calligr. Pl. Tit. *Promptitudinis*. [f] sc. Servabant in vinculis. locus. e. d. Profecto. herus meus cum Vicino melius me servabit, si in vincula conjiciet. [g] fuerint. [h] obesus Danista. ἄργος ἀεργός. [i] contemplare. [k] Proverbium: ἐκ πόδος ἐς κορυφήν. [l] Imaginem pictā. [m] Si picta sunt pulcrā, meum tergum pulcrum futurum est: namque pigmentis ulmeis. h. e. Virgis ex ulmo, à Senibus quasi pictoribus pulchrè pingetur. Ex tuis verbis. h. e. ut tu dicis, pro tuis verbis. [n] Periph. [o] Apœcid. [p] te scil. [q] mollibus, eòque ad itineris laborem ineptis. Vide Lex. pedes pulmonei. *H. e.* Miror te tam lente & tardè ambulasse, quasi nihil tibi fuisset, quod curares, negotii. [r] Puella. Affectus Amantium exprimitur, qui facile ferunt, & ignoscunt, si quid istius, quod ames, causâ delictum fuerit; quod cæteroquin gravissimum haberent. [s] Totum apud Chærib. numeratum est. [t] reconde. [u] cum cruminâ. [x] Satisne claris oculis prospicio; an secus? Vidè Lex. *Utilitas*. [y] Concisa Oratio, quâ utuntur ii, qui aliquem alicujus rei in mentem revocare volunt. Non meministi me ad te adferre Lunulam, seu lapillum rotundum instar Lunæ: itemque Inaurem. [z] Vide Elect. Plaut. Tit. *Natalitiorum*.

Digitized by Google

EP. Non habeo [a] ullam occasionem, ut apud te falsa fabuler.
ST. Accipe Argentum hoc, Danista. hîc sunt quadraginta Minæ.
Si quid erit [b] dubium, immutabo. DA. benè fecisti: benè Vale.
ST. Nunc enim tu mea es. VIR. Soror quidem edepol, ut tu [c] æquè scias.
Salve, Frater. ST. sanan' hæc est? EP. sana, si adpellat suum.
ST. Quid? ego modò huic Frater factus sum, dum intrò eo, atque exeo?
EP. Quid boni 'st, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.
ST. Perdidisti [d], & [e] repperisti me, Soror. EP. stultus, tace.
Tibi quidem, quod ames, domi præsto 'st Fidicena, operâ meâ.
Et Sororem in libertatem idem operâ concilio mea.
ST. [f] Epidice, fateor. EP. abi intrò, ac jube huic [g] aquam calefieri.
Cætera hæc posterius faxo scibis, ubi erit otium.
ST. Sequere hàc me, mea soror. EP. ego ad vos Thesprionem jussero
Huc transire. sed memento, [h] si quid sæviunt Senes,
Suppetias mihi cum Sorore ferre. ST. facilè istuc erit.
EP. Thesprio, exi [i] istàc per hortum. adfer domum auxilium mihi.
Magna 'st [k] res. minoris multò facito, quàm dudum, Senes.
Remeabo intrò, ut adcurentur advenientes Hospites.
Eâdem [l] hàc intus edocebo, quæ ego scio, Stratippoclem.
Non fugio [m]: domi adesse certum 'st. neque ille haut objiciet mihi,
Pedibus sese [n] provocatum. abeo intrò: nimis longùm loquor.

ACTUS QUINTI
SCENA II.
PERIPHANES. APOECIDES: Senes duo. EPIDICUS. MULIER.

SATIN' ille [o] hic Homo ludibrio nos Vetulos Decrepitos duos
Habet? AP. immò edepol, tu quidem [p] miserum me habes miseris modis.
PE. Tace sis modò. sine me Hominem [q] apisci. AP. dico ego tibi jam, ut scias:
Alium tibi te comitem melius quærere. ita dum te sequor,
Lassitudine invaserunt misero in genua [r] flemina.
PE. Quot illic hodie me exemplis ludificatu'st, atque te?
Vt illic autem exenteravit mihi opes argentarias!
AP. Apage illum à me! nam ille quidem [s] Volcani irati 'st filius.
Quaquà tangit, omne amburit: si propius astes, astu calefacit.
EP. Duodecim [t] DEIS plusquam in cælo DEORVM 'st immortalium:
Mihi nunc auxilio adjutores sunt, & mecum militant.

 Quic-

a Non est causa, cur apud te F.F. Vide Calligr. Tit. *Διηγεῖσθαι*. Sic Most. 2. 1. ✠. 13. & 4. 2. ✠. 71.
b Siquid erit in certum, sitne probum an improbū. Vide Elect. Pl. Tit. *Monetaria rei*.
c juxtà mecum.
d Me amantem: quia frui te non potero, cū sis soror.
e sc. Fratrem, quā perdideras, & quē fratrem esse nesciebas.
f Molestum quippe mihi est, quod hæc soror mea inventa sit; quā maluissem, ut amica esset mihi.
g ut peregrè adveniens lavet pedes. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrin*.
h Si Apœcid. & Periph. me loris constrinxerint, & flagris cædere volent, ut tu & soror auxilium mihi feratis.
i ex ædibus Chærib. quò concesseras, familiarium conspectum fugiens heri jussu.
k Magna est causa; cur te evocem: nō est hoc negotium.
l opera, via. *Ἐλλειπτικῶς*.
m Q. d. Ego non fugiam, heri irā veritus: ne forte herus mihi possit objicere, se a me provocatum esse ad currēdi certamen. Nota geminam negationem: *Neque haud*. Bacch. 4. 9. ✠. 114.
n sc. ad cursuram, seu currendi certamen.
o Nonne Epidicus nos, &c.

p dum ita festinas, vt te subsequi non possim. q adipisci. vide Lex. r vide Lex. *Flemina* & Tit. *Fatigationis, Lassitudinis*. s qui vt Vulcanus iratus quidquid contigit, amburit, & consumit. t præter omnes Deos, quantum eorū sit, alii etiam duodecim adjutores mihi sunt, *h. e.* plures omninò quàm vulgo sunt. Numerus certus pro incerto.

Quicquid ego malefeci, auxilia mihi, & suppetiæ, sunt domi.
Ἀπολακτίζω [a] *inimicos omnis.* EP. *Vbi illum quæram gentium?*
AP. *Dum* [b] *sine me quæras; quæras, meâ causâ, vel medio in mari.*
EP. *Quid me quæris? quid laboras? quid* [c] *hunc sollicitas? ecce me!*
Num te fugi? num ab domo absum? num [d] *oculis concessi tuis?*
Nec tibi [e] *supplico. vincire vis? hem! ostendo manus.*
Tu habes lora: ego te emere vidi. quid nunc cessas? conliga.
PE. *Ilicet* [f]*! vadimonium vltrò* [g] *mihi hic facis.* EP. *quid conligas?*
AP. *Edepol mancipium scelestum!* EP. *te profectò, Apœcides,*
Nihil [h] *moror mihi deprecatorem.* AP. [i] *facil' exoras, Epidice.*
EP. *Ecquid* [k] *agis?* PE. *tuon' arbitratu* [l]*?* EP. *meo hercle verò, atque haut tuo,*
Conligandæ hæ sunt tibi hodie. PE. *at non libet: non conligo.*
At mihi magis libet solutum te rogitare. EP. *at nihil scies.*
AP. *Tragulam in* [m] *te inJcere adornat: nescio-quam fabricam facit.*
EP. *Tibi moram facis: quòm ego solutus asto. adliga, inquam; conliga.*
PE. *At mihi magis libet solutum te rogitare.* EP. *at nihil scies.*
PE. *Quid ago?* AP. *quid agas? mos* [n] *geratur.* EP. *frugi es tu homo, Apœcides.*
PE. *Cedò manus igitur.* EP. *morantur nihil. atque artè conliga:*
Nihil verò [o] *obnoxiosè.* PE. *facto* [p] *opere arbitraminor.*
EP. *Benè* [q] *hoc habet. age, nunc jam ex me exquire, rogita, quod lubet.*
PE. *Quâ fiduciâ ausus primùm, quæ emta 'st nudiustertius,*
Filiam meam dicere esse? EP. *libuit; eâ fiduciâ.*
PE. *Ain' tu? libuit.* EP. *ajo. vel* [r] *ad pignus, nî ea sit filia.*
PE. *Quam negat novisse Mater?* EP. *ni ergò Matris filia 'st,*
In meum Nummum [s]*, in tuum Talentum pignus da.* PE. *enim istæc* [t] *captio 'st.*
Sed quis ea 'st Mulier? EP. *tui Gnati Amica; ut omnem rem scias.*
PE. *Dedin' tibi Minas triginta* [u] *ob Filiam?* EP. *fateor datas.*
Et eo Argento illam me emisse Amicam fili Fidicenam.
Pro tuâ Filiâ. istam ob rem te [x] *tetigi triginta Minis.*
PE. *Quomodo me* [y] *ludificeisti de illâ Conductitiâ*
Fidicenâ? EP. *factum hercle verò; & rectum factum judico.*
PE. *Quid postremò Argento factum 'st? quod dedi.* EP. *dicam tibi.*
Neque malo Homini, [z] *neque indigno, tuo dedi Stratippocli.*
PE. *Cur dare ausus?* EP. *quia mihi libitum 'st.* PE. *quæ hæc, malum! ferocia 'st?*
EP. *Etiam inclamitor, quasi servos.* PE. [aa] *quòm tu es liber, gaudeo.*
EP. *Merui, ut fierem.* PE. *tu meruisti?* EP. *vise intrò; ego faxo scies,*
Hoc ita esse. PE. *quid est negotij?* EP. *jam ipsa res dicet tibi.*
Abi modo intrò; ei! PE. *non illuc temere 'st! adserva istum, Apœcides.*

AP. *Quid*

a Calcibus repello. b per me tibi licet. *Elegans formula.* Truc. 2.6. ℣. 46. c Apœcidem. d ab oculis abcessi tuis. supr. 5. 1. ℣. 57. e Est sermo alterius ope nō egentis. Mil. 2. 2. ℣. 59. Pseud. 1. 5. ℣. 29. Ich will dir nicht zu fuß fallen. f Vide Lex. *Ilicet.* g Vltro te mihi sistis, quasi in judicio. h Εἰρωνικῶς hæc offert seruulus profusus, & vitæ suæ prodigus, Nō cupio, ut pro me depreceris, ne ego vapulem. i Quia scil. jam ante imparatus sum, pro te nihil deprecari. k Quin mihi manus colligas! l f. me agere vis? m Dolum aliquē in te struit. Vide Lex. *Tragula.* & Calligr. Pl. Tit. *Fallendi.* n manus colligentur. o nihil clementer, & cujus nomine tibi obnoxius esse debeam. Vide Lex. *Obnoxius.* p Colligatis manibus, vos judicatote, vtrum obnoxiosē fecerim, necne. supr. 2. 2. ℣. 79. Pseud. 3. 2. ℣. 70. Vide Lex. *Enallage.* q Bene fecisti, quòd me tam firmiter constrinxisti. r Affirmo pro certo: etiam pignore deposito, ausim tecum certare, ni &c. s Nummus est servorū: Talentum dominorū. t enimvero inest in hac cōditione captio aliqua. Vide Lex. *Enim.* u Nota phrasin. Vide Lex. *Ob.* x Lit. [illegible] h. e. fraudavi. Ich meine ich hab dich mit troffen. y Vide Lex. *Ludifacere.* z *H. e.* tibi non dissimili: iis pariter morib. moratum, quibus tu es. Nam Filii dissimiles, indigni sunt suis Parentibus.

AP. *Quid illuc, Epidice, est negotij?* EP. *Maxumâ hercle injuriâ*
Vinctus adsto, quojus hæc hodie operâ inventa 'st Filia.
AP. *Ain' tu? te illius invenisse Filiam.* EP. *Inveni, & domi 'st.*
Sed ut acerbum 'st! pro benefactis, quòm mali messem metas.
AP. [a] *Quemne hodie per Vrbem uterq; sumus defeßi quærere?*
EP. *Ego sum defessus* [b] *repperire: vos defeßi quærere.*
PE. *Quid* [c] *istis oratis opere tanto? meruisse intellego:*
Vt liceat merito hujus facere. Cedò tu, ut exsolvam manus.
EP. *Ne* [d] *attiCas.* PE. *Ostende verò.* EP. *Nolo.* PE. *Non æquom facis.*
EP. *Numquam hercle hodie, nisi* [e] *supplicium mihi das, me solvi sinam.*
PE. *Optumum, atq; æquissumum oras. Soccos, Tunicam, Pallium,*
Tibi dabo. EP. *Quid deinde porrò?* PE. *Libertatem.* EP. *At postea?*
Novo Liberto opu' 'st, quod [f] *pappet.* PE. *Dabitur: præbebo cibum.*
EP. *Numquam hercle hodie, nisi me oraßis, solves.* PE. *Oro te, Epidice,*
Mihi ut ignoscas, si quid inprudens culpâ peccavi meâ.
At ob eam rem liber esto. EP. *Invitus do hanc veniam tibi,*
Nisi neceßitate cogar. solve sanè, si lubet.

GREX.

HIC *is homo 'st, qui libertatem malitiâ invenit suâ.*
PLAUDITE, [g] *& Valete. lumbos* [h] *surgite, atq; extollite.*

PLAVTI EPIDICVS EXPLICIT.

INCIPIT.

BACCHIDES.

a Quæsiverunt Epidicum. supr. 5. 1. ※. 11. & 5. 2. ※. 5. τὸ *ne* abundat. Vide Lex.
b Vide Lex. *Reperio.*
c Quid tu, Stratippocl. & tu, mea Filia, tantopere hoc oratis? ut Epidicum solvam, & mihi libertum faciam.
d Vide Lex. *Tago.*
e Nisi me roges precibus. Vide Lex. *Supplicium.*
f Cedat. Vide Lex. *Tapare.*
g Vide Lex. *Plaudere.*
h Surrigite, erigite. Ambiguè dictum.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
BACCHIDES.

Jul. Cæs. Scaliger.

COMOEDIA *hæc hilaris, & convivialis est.*

Joach. Camerarius.

FABULA *hæc elegans est: sed flagitia & turpitudinem nefariam proponit, ad cujus cognitionem terreri debent animi piorum, consideratione horribilis iræ divinæ, qui contemtum, & neglectionem veritatis tam atrociter ultus fuit, ut in tantos errores, & talia peccata homines delabi sineret: in quorum mores hæc tanta & tam fœda vitia invaderent, quibus quidem Civitates & Imperia tandem interierunt.*

Janus Dousa.

PLAUTI *Comœdia BACCHIDES insigniter est motoria, & variè delectat.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

PISTOCLERUS, Adolefcens. *A fide Sortis.*
LYDUS, Pædagogus Nomen gentile.
BACCHIDES, Meretrices. *A Baccho.*
CHRYSALUS, Servus. *Ab Auro.* ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, καὶ ἁλίσκειν. infr. 4.4. vers. 53.
NICOBULUS, Senex. *A victoria Consilio.*
MNESILOCHUS, Adolefcens. *A cogitatione insidiarum.*
PARASITUS.
MILITIS Puer.
PHILOXENUS. Senex. *Hospitalis.*
CLEOMACHUS, Miles. *A celebritate præliorum.*
GREX.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

MNESILOCHUS *jussu Patris iturus Ephesum, ab amico Archidemide recepturus pecuniam, rogat sodalem Pistoclerum, sibi adinventam procuret amicam* BACCHIDEM. *is dum sodali suo morem gerit, irretitur alterius amore* BACCHIDIS: *siquidem duæ erant hæ sorores cognomines, à quibus datum est nomen Comœdiæ. Rediens in patriam Mnesilochus cum servo Chrysalo, simul constituunt partem exactæ tradere pecuniæ, reliquam in Amorum usum consumere. Et ut Patrem Nicobulum fallat, fingit per servum à piratis aggressos: apud sacerdotem Theotimum ob metum id posuisse reliquũ. Sed fortè monitus à Lydo sodalis servo, Pistoclerum deperire Bacchidem, omnẽ Patri reddidit pecuniam. Deinde resciens ut sodalis, alteram delegerat, alteram compararat sibi, dolet, affligiturq; miris modis. Cùmq; ei foret opus ducentis nummis, à Milite Cleomacho Amicam ut redimeret, rogat Chrysalum rursum, ut Patrem dolo aggrediatur, & pecuniâ multet. Astu plenus Chrysalus Senem convenit: amare dicit Filium uxorem Militis, qui adveniens Mnesilocho minatur interitum, ni vel Mulier, vel illi reddantur ducenti nummi. Pater metuens, suum ne ulciscatur ille torum, spondet ultrò Militi numos, & rursum rogatu filij, alios ducentos mittit, quos det Mulieri pollicitos, ut jusjurandum solvat: quos nihilominus Amator pergræcando consumsit. At Nicobulus à Milite factus certior, Mulierem eam suam esse Pellicem, non Uxorem, excandescit mirum in modum: convenit Pistocleri Patrem Philoxenum: rem omnem aperit, ambo ut filij scortentur unam: adeunt* BACCHIDES: *illæ Senes conspicatæ prius ludificant: postremò blandiuntur: tandem simul cum filijs illecti cum scortis accubant.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

BACCHIDES.

ARGVMENTVM.

BACCHIDIS amore furit Mnesilochus:
A urum ut redimat: Præsumia fertur Ephesum.
C retam Bacchis navigat, atq; alteram
C onvenit Bacchidem. inde Athenas redit.
H inc dat Mnesilochus ad Pistoclerum litteras,
I llam conquirat: redit, turbas movet,
D um putat amari suam, ut mutent gemmas.
E i dat aurum: pariter amant
S enes, dum Gnatis student: scortantur, potitant.

SILENVS, Prologus.

MIRUM hodie'st, nî Spectatores in subsellijs
Ridiculos strepunt, tussiunt, ronchos eient.
Consulcant frontem, & ore concrepario
Frequenter fremunt, atq; malè mussitant.
Vix in juventâ locum obtineant.
Aut glabri Histriones, aut pervolsi Ludij.
Quid Veternosus prodit internuntius
Senex, qui dorso fertur Asinario?
Attendite, quæso, atq; animum advortite:
Dum nomen hujus eloquor Statariæ.
Æquom est vos DEO facere silentium.

Officio oris non decet illos utier,
Qui non, ut clament, sed ut ſpectent, veniunt.
Aureis date otioſas. at non in manum:
Has volo volans vox vacuas feriat.
Quid veremini? ictus an ſint minus noxij,
Qui repetunt laxa, aut hiulca obſtruunt.
Estis benigni, meritò vos amant Cælites,
Factu'ſt ſilentium: tacent Pueri.
Novam ad rem jam novom ſpectate nuntium.
Qui ſim, cur ad vos veniam, paucis eloquar:
Simul hujus nomen proferam Comœdiæ,
Ecce fabor jam vobis, quod expetitis:
Proinde vos mihi facite audientiam.
NATURÆ DEUS ſum, Bromij altor maxumi,
Fœmineo qui peperit rem exercitu.
Quicquid hujuſce gentes ferunt inclutæ,
Nonnihil noſtro geſta ſunt conſilio.
Numquam, quod mihi placet, illi diſplicet,
Æquom 'ſt, ſi Pater obſequitur Patri.
[a] Aſividam Ionij me vocitant greges,
Quod [b] veturio Senex vehar aſinario.
Qui ſim tenetis. ſi tenetis, ſinite
Vt nomen hujus eloquar Statariæ.
Simul ſciatis, ad vos cur venerim.
PHILEMON Græcam olim dedit Fabulam,
Hanc, qui Græciſſant, EVANTIDES nuncupant.
PLOTUS, qui Latiniſſat, vocat BACCHIDES.
Quare non eſt mirum, ſi huc advenerim.
Bacchus Bacchanteis Bacchas mittit Bacchides.
Ego ad vos porto. quid! dixi mendacium?
Non decet mentiri DEUM. at vera fabulor:
Non ego eas porto, verùm ſalſus Aſinus
Viâ defeſſus, tres, ſi ritè memorem,
Fert. unum videtis: ore quid feram, ſpecite:
Duas Sorores debacchanteis Samias,
Meretrices lepidas, uno prognatas tempore,
Iiſdem parentibus, fœtu gemellitico,
Non minus ſimileis, quàm lacti lac, ſi conferas,
Aut aquam aquæ, dimidiatas imp[illegible]tes
Has ſi videres, ita confund[illegible]
Vtra ut ſit, non queas int[illegible]

a *Aſivobida*: Patronymicῶs: ut *Rapacida*, *Plagipatida*. Ὀνοβάτης.
b *Vehiterium*: τὸ κτῆνος.

Quod

Quod restat expetitis? jam date silentium:
Hujus Argumentum eloquar Comœdiæ.
SAMOS, quæ terra sit, nota est omnibus.
Nam maria, terras, monteis, atq; insulas,
Vostræ legiones reddidere pervias.
Hac Pyrgoteli SOSTRATA Pyrocle viro
Vno edidit gnatas nisu geminas.
Placuitq; [a] initiatis, Trieteride
Quas ederent, BACCHI vocitare nomine.
Parentes, ut fit crebrò, fata occupant.
Alteram Miles secum in Cretam vexerat,
Altera geminas adnatat Cecropias.
Hanc, ut Nicoboli inspicit MNESILOCHUS,
Amare occipit: itat ad eam frequentius.
Interea Juvenem Pater mittit Ephesum,
Vt inde referat Aurum, quod posuerat
Ipse jampridem apud Archidemidem
Veterem amicum, Senem Phœnicarium.
Is quòm biennio desidéret Ephesi,
Bacchidem abisse, durum accepit nuntium:
Nam Nautæ noti navigasse nuntiant.
Vt fugitivam curâ & corde quæreret,
Ad Philoxenis PISTOCLERUM Filium
Sodalem unicum sulcat epistolium.
Dum Pistoclerus amico impartit operam,
Athenas dudum quæ redierant geminæ,
Conquisitorem in amorem conciunt.
Altera Pistoclerum ad sese allicit:
Altera venienti desidet Mnesilocho.
Geminæ Bacchæ duos bacchanteis pullulos,
Quid mirum? si ad sese traxerint blandulæ,
Facetæ. pulchræ incurvos Libitinarios,
Veterrumos Senes illorum traherent Patres.
Sed eccom Pistoclerum, qui ad Bacchides
Nuper inventas redit, & secum insolens
Novos Amoris dispuit igniculos.
Nunc prodeo: facite audientiam mihi.

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Nativitatis*. Solebant eo die, quo Infantibus erant imponenda nomina, advocare Mathematicos: qui inspecto themate genethliaco, fausta infaustaq; evéntura prædicerent. Atq; in bonam scævam arripuerunt quæcumque omina: quod erat: *Fata occupare*.

ACTVS PRIMVS.

PISTOCLERUS, Adolescens.
LYDUS, Pædagogus.

DI immortales! ut sentio, quod sentio! quid? nescio.
Stans fugio. nullus est ignis, & totus ardeo.
Quid id, nisi Navim? novom profectò malum
Video, & sentio. potisne est Terra ut terat hominem,
Atque prosternat? hodie nil præter Terram, & Baccham tetigi:
Si Baccha'st hæc; non nutrit Baccha, verùm jugulat.
E Terrâ quoque obrepere olim dixerunt Homines,
Qui dum norant, non norant: quòm esse cuperent, erant nihil.
Quid mali hoc? an, Terra! an, Baccha! fecimus naufragium?
LY. Amat hic, quem video. nimirum si id est, quod emissitius,
Fora, templa, theatra, porticus, omneis fornices,
Lustra, & lustraleis cellulas quasierit sedulò.
PI. Naufragus sum, fateor. Bacchus, haud Neptunus celocem
Hanc impellit, agit, quassat, immò frangit, distrahit.
LY. Bacchis hinc procellam concitat, æstu'st, perdidimus remigium.
PI. Referam me ad scopulum, ut istic cum ætate rem perduam.
Instabilis est sors rerum. pro libidine FATA agunt Homines.
Ego dum amico Mnesilocho operam impertio,
Illi amicam repperi, ubi pereat cum re assiduò:
Et mihi, meæque ætati, reique meæ peperi infortunium.
Sic volt Cupido. Adolescens sum. ætatis licet plusculum
Iacturæ facere: melius, ut id nunc fiat, quàm senio.
Sapientum profecto'st illud dictum, quod Lydus increpat:
Si Astarten, an Bromium, Deosque voluptuarios
Contempsit juvenis, is, aut insanibit, aut amabit Senex.
Referam me ad scopulum ex naufragio: Pater leget fragmina.
Sequere me, Lyde: video Sorores geminas, Bacchanal meum.

Digitized by Google

ACTUS PRIMI
* SCENA I.

BACCHIDES. PISTOCLERUS.

QVID si hoc potis est! vt tu taceas; ego loquar. BA. [a] lepidè licet.
Vbi me fugiet [b] memoria, ibi tu facito, ut subvenias, Soror.
BA. Pol magis metuo, mihi in monendo ne defuerit oratio.
BA. Pol ego quoq; metuo, [c] Lusciniolæ ne defuerit cantio.
Sequere hàc. PI. quid agunt duæ germanæ Meretrices [d] cognomines?
Quid in Concilio consuluistis? BA. [e] benè. PI. Pol haut [f] meretricium 'st.
BA. Miserius nihil est, quàm MULIER. PI. [g] quid esse dicis dignius?
BA. [h] Hæc ita me orat, sibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam,
Ab istoc Milite: ut ubi emeritum sibi sit, se ut revehat domum.
Id, amábo te, [i] huic caveas. PI. quid isti caveam? BA. ut revehatur domum:
Vbi ei dediderit operas, ne hanc ille habeat pro Ancilla sibi.
Nam hæc, si habeat Aurum, quod illi [k] renumeret, faciat [l] lubens.
PI. Vbi nunc is homo 'st? BA. iam hic credo aderit. sed hoc idem apud nos rectius
Poteris agere: atq; is dum veniat, sedens hic opperibere.
Eádem [m] biberis: eádem dedero tibi, ubi biberis savium.
PI. VISCUS merus vostra st BLANDITIA. BA. quid iam? PI. quia enim intellego.
Duæ unum [n] expetitis Palumbem. perij! [o] Harundo alas verberat.
Non ego istuc [p] facinus mihi, Mulier, conducibile esse arbitror.
BA. Qui? amábo! PI. quia, Bacchis, Bacchas metuo, & [q] Bacchanal tuum.
BA. Quid est? quid metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat.
PI. Magis [r] inlectum tuum, quàm lectum metuo. mala tu es Bestia.

Nam

* Intra hanc Scenam plura secum Meretrices duæ loquutæ fuerant: & consilium ceperant de Pistoclero decipiendo, & verbis blandis persuadendo. Hic autem concludunt, ut altera ... Pistoclerum adoriatur: altera ... loquatur nisi forte illa quid omiserit, quod ad persuadendum faceret.
a ut tu loquaris, ego taceam, lepide licet: bene locuta est. Festus hunc versum citat ex Frivolaria Plauti.
b Vide Calligr. Tit. Memoria. & Lex. Subiicere. Vbi quid eorum oblita fuero, quæ ad persuadendum faciant, tu tamquam auxiliatrix accedas & me admoneas. Sic dicimus: Fugit me ratio.
c q. d. Mulieri desunt verba, Poetæ versus, Oratori color, Sophistæ cavillum. Proverb.
d Bacchides.
e Vide Calligr. Tit. Res ...

f Iocus est in ambiguitate responsionis. Illæ nihil ad eum pertinere videri volebant, quod consuluissent: hic bene eas consuluisse interpretatus, quidquid esset, cavillatur, ac mores earum conditionemque suggillat. g Quid ergo vis dignius esse Muliere, quàm ut misera sit? Dignis sit, quod miseræ sunt. h Hæc mea Soror orat me, ut aliquem hominem reperiam, qui caveat sibi, h. e. Sorori meæ, ab istoc Milite: ut Miles, postquam ipsa operas suas locatas emeruerit, illam a se dimittat liberam. Altera soror erat Amica Mnesilochi. Is cùm peregre abest, hæc Amica ipsius Militi cuidam, accepta certa pecunia, operas suas promisit, ut aliquandiu ipsius esset mercenaria sed verebatur, ne, si tempus illud elapsum esset, Miles eam non dimitteret. sed pro Ancilla & Serva habiturus esset: ideo, quia jam Miles abiturus erat Athenis, operam dat, ut piam aliquem reperiat, qui sibi a Milite caveat: h. e. a Milite satis accipiat, qui eam velit domum remittere ubi tempus operarum locatarum præterierit. i ut huic promittas, ac spondeas, te facturum, ut domum revehatur postquam scil. tempus operarum, quas Militi locavit, exactum sit. Vide Elect. Pl. Tit. Militia. k quod Militi reddat. l Si mea Soror tantum auri haberet, ut Militi id, quod ab eo accepit, reddere possit, lubentissime faceret ne cum eo abire cogatur. m eadem opera nobiscum potaveris. n duæ Meretrices unum Amatorem ambitis. o Arundo visco illita alas mihi verberat. & ita fit, ut visco contractas compactasque alas explicare non possim. Significat se prope captum esse. Vide Elect. Pl. & Adagiorum volumen pag. 542. p sc. hic apud vos potare, tibi non prodest. q locum, in quo sunt Bacchæ. r Magis tuas illecebras extimesco, quam lectum. Illectus, us.

Nam huic ætati non conducit, Mulier, [a] *latebrosus locus.*
BA. *Egomet apud me si quid stultè facere cupias,* [b] *prohibeam.*
Sed ego apud me te esse ob eam rem, Miles quòm veniat, volo.
Quia quòm tu aderis; [c] *huic, mihique, haut faciet quisquam injuriam.*
Tu prohibebis, & eâdem operâ tuo Sodali operam dabis.
Et [d] *ille adveniens tuam med esse Amicam suspicabitur.*
Quid, amábo, obticuisti? PI. *quia enim istæc lepida sunt memoratui!*
Eadem in usu, atque [e] *ubi periclum facias, aculeata sunt,*
Animum fodicant, bona [f] *destimulant, facta, & famam sauciant.*
Apage à me! apage! BA. ah! nimiùm ferus es! PI. mihi sum. BA. malacissandus [g] es.
Quid ab hac metuis? PI. *quid ego metuam, rogitas? Homo* [h] *adulescentulus*
Penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis [i] *desudascitur:*
Vbi pro [k] *Disco Damnum capiam, pro* [l] *Cursurâ Dedecus?*
BA. *Lepidè memoras.* PI. *Vbi ego capiam, pro* [m] *Machærâ* [n] *Turturem,*
Vbique inponat in manum alius mihi pro Cestu Cantharum,
Pro Galeâ [o] *Scaphium, pro* [p] *Insigni, sit Corolla* [q] *plectilis.*
Pro Hastâ Talus, pro Loricâ malacam capiam [r] *Pallium:*
Vbi mihi pro Equo Lectus detur: [s] *Scortum pro Scuto áccubet.*
Apage à me! apage! BA. *ah! nimiùm ferus es.* PI. [t] *mihi sum.* BA. *malacissandus es.*
Equidem tibi [u] *do hanc operam.* PI. *ah! nimiùm pretiosa es* [x] *operaria.*
BA. *Simulato me amare.* PI. *utrum ego iocon' adsimulem istud? an seriò?*
BA. *Heja! hoc* [y] *agere meliu'st: Miles quòm huc adveniat, te volo*
Me amplexari. PI. *Quid eo mihi opu'st?* BA. *ut ille te videat, volo.*
Scio, quid [z] *ago.* PI. *& pol ego scio quid metuo. sed quid ais?* BA. *quid est?*
PI. *Quid si apud te eveniat desubitò prandium, aut potatio*
Forte, aut cena? ut solet in istis fieri [aa] *Conciliabulis:*
Vbi ego tum accumbam? BA. *apud me, mi Anime: ut lepidus* [bb] *cum lepidâ áccubet.*
Locus hic apud nos, quamvis subitò venias, semper liber est.
Vbi tu [cc] *lepidè voles esse tibi, mea Rosa, mihi dicito.*
Dato, [dd] *qui benè sit. Ego ubi benè sit tibi, locum lepidum dabo:*
PI. *Rapidus* [ee] *Fluvius est hic: non hàc temere transiri potest.*
BA. *Atque ecastor apud hunc Fluvium aliquid perdundum 'st tibi.*
Manum da; & sequere. PI. *aha! minumè.* BA. *quid ita?* PI. *Quia istoc* [ff] *inlecebrosius*
Fieri nihil potest; NOX, MULIER, VINUM, *homini* [gg] *Adulescentulo.*

BA. *Age*

a Ganeum, lustrũ. Huren-winckel/ Schlupfwinckel. *b* Tantum abest, ut velim te ad peccandum illicere, ut ego ipsa, siquid peccare velis, te peccare prohibeam. *c* Mnesilocho. *d* Miles. *e* Vbi experiaris. *f* Tamquã stimulo conficiũt: quasi stimulis repellũt, abigunt, dissipant. Vide Lex. *De.* *g* Molliendus es. nimis enim durus es. *h* *Intell:* Ego homo adolescentulus non metuam penitus intrare in hujus modi palæstram, ubi damnis decertatur. *i* desudatur. Nota quod Lenonis domum *Palæstram* vocat Sic Terent. Phorm. 3. 1. ℣. 20. *k* Vide Elect. Pl. Tit. *Gymnastices. Lupanaris.* Vide infr. 3. 7. ℣. 16. & Most. 1. 2. ℣. 72. *l* Vide Lex. *m* Vel hic intelligas delitias puerorum aviculas; vel turturẽ puellarem. *n* Vide Elect. Pl. Tit. *Pueritiæ.* & *Res Venereæ.* Item, *Avium.* *o* Vas ex ære ad retrimenta alvi, muliebre fere. Vide Lex. *p* pro cristâ, quæ in galea figitur. Vide Lex. *q* Quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur, neque suitur. *r* Intelligit vestem cœnatoriam molliorem. Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.* *s* Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Militiæ.* *t* mihi utile est esse fero. *u* tua causa suscipio. *x* operæ tuæ magna mercede conducuntur. *y* *sc.* serio amare. *z* Scio cujus rei gratia hoc agi velim. Aul. 1. 2. ℣. 5. *aa* in congressibus & cœtibus meretriciis. *bb* Lepidus Pistoclerus cum lepida Bacchide. *cc* eleganter accipi, & tractari. *dd* dato, unde mihi bene sit. *ee* Meretricis fallaciæ non facile possunt vitari, præsertim ab Adolescente. *Allegoria.* *ff* Illecebrarum plenius. Truc. 2. 7. ℣. 16. Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum* *gg* *sc.* Fugienda sunt, perniciosa sunt, aut simile quid.

BA. *Age igitur. equidem pol nihili facio* [a], *nisi causâ tuâ.*
Ille [b] *quidem hanc abducet. tu nullus* [c] *adfueris, si non lubet.*
PI. *Sûmne* [d] *autem nihili? qui nequeam ingenio moderari meo!*
BA. *Quid est? quod metuas.* PI. *Nihil est. nunc ego, Mulier, tibi me* [e] **emancupo.**
Tuus sum; tibi dedo operam. BA. *lepidu's. nunc ego te facere hoc volo.*
Ego Sorori meæ Cenam hodie dare volo [f] *Viaticam:*
Ego tibi Argentum jubeo jam [g] *intus ecferri foràs.*
Tu facito, [h] *obsonatum nobis sit opulentum obsonium.*
PI. *Ego* [i] *obsonabo. nam id flagitium* [k] *sit meum, meâ te gratiâ,*
Et operam dare mihi. & ad eam operam facere sumptum de tuo.
BA. *At ego nolo dare te quicquam.* PI. *sine!* BA. *sino equidem, si lubet.*
Propera, amabo. PI. *prius hic* [l] *adero, quàm te amare desinam.*
BA. *Benè me accipis advenientem, mea Soror.* BA. *quid ita? obsecro.*
BA. *Quia* [m] *Piscatus, meo quidem animo, hîc tibi hodie evenit bonus.*
BA. *Meus ille quidem 'st. tibi nunc operam dabo, de Mnesilocho, Soror,*
Vt hîc accipias potius Aurum, quàm hinc eas cum Milite.
BA. *Cupio.* BA. *dabitur opera. aqua* [n] *Kalet. eamus hinc intrò, ut laves.*
Nam [o] *ut in Navi vecta es, credo* [p] *timida's.* BA. *aliquantùm, Soror.*
Simul hinc nescio-qui turbat [q], *qui huc it. decedamus, Soror.*
BA. *Sequere hâc igitur me intrò in lectum: ut sedes* [r] *lassitudinem.*

ACTVS PRIMI
SCENA II.

LYDUS, Servus.
PISTOCLERUS, Adolescens.

IAM dudùm, *Pistoclere, tacitus te sequor,*
Spectans quas tute res hoc [s] *ornatu geras.*
Nam ita me DI [t] *ament! ut Lycurgus mihi quidem*
Videtur posse hic ad nequitiam adducier.
Quò nunc capessis te ted hinc adversâ viâ,
Cum tantâ pompâ? PI. *huc.* LY. *quid huc? quis istîc* [u] *habet?*
PI. *Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium,*
Iocus, Ludus, Sermo, suavis [x] *Saviatio.*

[a] omnia tua caussa faciam, nihil præterea: ut nimirum tu Sodalem tuum Mnesilochū hoc officio tibi devincias.
[b] Miles sororem meam abducet.
[c] Tu nolis adesse, ut eū prohibeas: siquidem nō placeat.
[d] Sic secum loquitur. Nonne ego sum homo nullius precii, qui nequeam me continere.
[e] trado me tuæ potestati. Vide Lex.
[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinat.*
[g] Vide Lex. *Intus.* Amph. 3. 1. & 11. Pan. 5. 2. & 5. Nota. *Argentum-intus.* Vide Lex. ὑφ' ἕν.
[h] paratum, emptum.
[i] Ego prandium præbebo.
[k] Turpe id mihi sit.
[l] *Q. d.* Ego mox adero. quod si tu vereris, Bacchis, ne, quia aut te nō amem, aut nō cōstāter amem, tardus in redeundo sim futurus: spondeo me prius hic adfuturum quam te amare desinā.
[m] *i. e.* Amor locuples tibi obtigit. Allegoria. Du hast wol gefischet.
[n] ad lavandum scilicet. Vide Elect. Pl. Tit. *Aqua:* & *Timorn.*
[o] Postquam in navi, *&c.*
[p] ægra, perturbata. *Donatus.* [q] Loquitur de Lydo, quem videbat ipsa incedere, & cum Pistoclero discipulo suo expostulare. [r] E navigatione, & nausea contractam. [s] hoc apparatu, & comitatu. [t] Dii me non ament, nisi Lycurgus ipse Lacedæmonius, homo severissimus, videtur mihi in hoc loco posse corrumpi. [u] habitat. vide Lex.

LY. *Quid tibi commercI 'st cum DIs damnosissumis?*
PI. *MALI sunt Homines, qui bonis dicunt malè.*
Tu DIs nec-rectè dicis. non æquom facis.
LY. *An DEUS est ullus suavis Saviatio?*
PI. *An non putasti esse umquàm? ô Lyde! es* [a] *barbarus;*
Quem ego sapere nimiò censui plus, quàm THALEM.
I; stultior es barbaro [b] *Potitio,*
Qui tantus natu, Deorum nescis nomina.
LY. *Non hic placet mihi* [c] *ornatus.* PI. *nemo ergò tibi*
Hæc apparavit: mihi paratum 'st, quoi placet.
LY. *Etiam me advorsùs exordire argutias?*
Qui si decem habeas linguas, mutum esse áddecet.
PI. *NON OMNIS ætas, Lyde,* [d] *Ludo cónvenit.*
Magis unum in mente 'st mihi nunc satis, ut commodè
Pro dignitate obsonij hæc concuret Coquus.
LY. *Iam perdidisti te. atque me. atque operam meam,*
Qui tibi [e] *nequiquam sæpè monstravi benè.*
PI. *Ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam.*
Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
LY. *O* [f] *præligatum pectus!* PI. *odiosus mihi 's.*
Tace; atque sequere, Lyde, me. LY. *illuc sis vide;*
Non [g] *Pædagogum jam me, sed Lydum vocat.*
PI. *Non par videtur, neque sit consentaneum,*
Quòm Erus hic intus sit, & cum Amicá suâ áccubet,
Quòmque osculetur, & Conviva alij áccubent,
Præsentibus illis Pædagogus unà ut siet.
LY. *An hoc ad eas res obsonatum 'st? obsecro!*
PI. *Sperat quidem animus; quò eveniat DIs* [h] *in manu 'st.*
LY. *Tu Amicam* [i] *habebis?* PI. *quòm videbis, tunc scies.*
LY. *Immò neque habebis, nec sinam. iturus sum domum.*
PI. *Omitte, Lyde; ac* [k] *cave malo.* LY. *quid! cave malo?*
PI. *Iam* [l] *excessit mihi ætas ex Magisterio tuo.*
LY. *O* [m] *Barathrum! ubi nunc es? ut ego te usurpem lubens!*
Video nimiò jam multò plus, quàm volueram.
Vixisse [n] *nimiò satiu' st jam, quàm vivere.*
Magistron' quemquam Discipulum minitarier!
Nihil moror Discipulos mihi esse jam [o] *plenos sanguinis.*
Valens [p] *adflictet me* [q] *vacivom virium?*
PI. *Fiam, ut ego opinor, HERCULES:* [r] *tu autem LINUS.*

LY. Pol

a Alludit ad Proverbium: *Lydi Barbari.*
b Sacerdote stulto Romano. Vide Lex. *Potitius.* Et Elect. Pl. Tit. *Sacerdotij.*
c Apparatus.
d Discendi: Nunc nimis Pædagogus mihi contigit: *Vi*[illegible] Amor. *Paronomasia.*
e Qui te sæpe frustra rectè docui. Vide similem locum apud [illegible] pag. 5[illegible]. *subduxisti te a* [illegible] *acceptum* [illegible].
f O [illegible] pectus! de his, qui veneficiis ceu vinculis ligati videntur, & illecebris quibusdam velut defixi videntur.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Honoris. Dignitatis.*
h [illegible] ἐν γούνασι κεῖται: Odyss. [illegible] 267. Das stehet in Gottes handt.
i Vide Lex *Habere.* [illegible]
k Noli committere, [illegible] de malum [illegible] vapules.
l Jam id sum ætatis, ut neque Magistro, neque Custode egeam. Ich bin der Ruthen schon entwachsen.
m O quam libenter me in Barathrum præcipitem agam! cum ista audio. *Usurpare:* alt. *videre, habere.* Vide Lex.
n Mortuum esse.
o Adultos, & robustos.
p [illegible]
q vacuum virium: i. Senem.
r Ego te interficiam, quemadmodum Linus Herculem.

Ly. Pol metuo magis, ne [a] PHOENIX *tuis factis fuam,*
Teque, ad Patrem, esse mortuum, renuntiem.
Pi. Satu [b] *Historiarum 'st. Ly. hic* [c] *vereri perdidit.*
Conpendium [d] *edepol haut ætati optabile*
Fecisti, quòm istanc nactu's inpudentiam.
Occisus hic homo 'st. ecquid in mentem 'st tibi?
Patrem tibi esse. Pi. tibi ego; haut tu [e] *mihi servos es*
Ly. Pejor Magister te isthæc docuit, non ego.
Nimiò es tu ad istas [f] *res Discipulus docilior,*
Quàm ad illa, quæ te docui; ubi operam perdidi.
Pi. Istactenus tibi, Lyde, libertas data 'st.
Orationis satis est? sequere me hàc; ac tace.
Ly. Edepol fecisti [g] *furtum in ætatem malum,*
Quòm istæc flagitia me celavisti, & Patrem.

a Phœnix enim Achillem Discipulum à Paride ad Troiam interfectum Peleo nunciavit.
b Fabularum etiã, &c.
c τὸ αἰδεῖσθ. h. e. τὴν αἰδῶ: pudorẽ, verecundiam.
d Lucrum fecisti ætati tuæ inutile, cùm ita impudẽs evasisti.
e Sarcasmus.
f Amatorias, quas Cupido & Amor te docuerunt.
g Calliditatem & astutiam, qua quis consilium suum occultat.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

CHRYSALUS, Servus.

Erilis Patria, [h] *salve! quam ego biennio,*
Postquàm hinc in Ephesum abii, conspicio lubens.
Saluto te, vicine [i] *Apollo, qui ædibus*
Propinquus nostris accolis, veneroq; te,
Ne Nicobulum me sinas nostrum Senem
Prius convenire, quàm Sodalem viderim
Mnesilochi Pistoclerum, quem [k] *ad epistulam*
Mnesilochus misit super Amicâ Bacchide.

h Principium hoc à Menandri senariis expressum: χαῖρε ὦ φίλη γῆ, &c. Vide Stich. 5. 2. v. 1. Item Elect. Elect. Plaut. Tit. Peregrinat.
i Præses vicorum, Ἀγυιεύς. Vide Elect. Plaut. Tit. Deorum.
k Ad quem. συνεκφορή.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

PISTOCLERUS, Adolescens.
CHRYSALUS, Servus.

Mirum 'st, [l] *me, ut redeam, te opere tanto* [m] *quæsere,*
Qui abire hinc nullo pacto possim, [n] *si velim.*

l Pistoclerus domo exiens loquitur cum sua Bacchide.
m Orare. Vide Lex.

Ita me [a] *vadatum Amore, vinctumq; adtines.*
CH. *Pro DI inmortales! Pistoclerum conspicor.*
O Pistoclere, salve! PI. *salve! Chrysale.*
CH. [b] *Compendij verba multa jam faciam tibi.*
Venire tu me gaudes: ego credo tibi.
Hospitium, & cenam pollicere, ut convenit
Peregrè advenienti; ego autem venturum adnuo.
Salutem tibi ab Sodali solidam nuntio.
Rogabis me, ubi sit? Vivit. PI. *nempe rectè valet?*
CH. *Istuc volebam ego te percontarier.*
PI. *Qui scire possum?* CH. *nullus* [c] *plus.* PI. *quemnam ad modum?*
CH. *Quia si illa inventa 'st, quam ille amat, vivit rectè, & valet:*
Si non inventa 'st, minus valet; moribundus usq; 'st.
ANIMA est amica Amanti. si abest. [d] *nullu'st:*
Si adest [e]. *res nulla 'st: ipsius est nequam, & miser.*
Sed tu, quid factitasti mandatis [f] *super?*
PI. *Egon'? ut,* [g] *quod* [h] *ab illo adtigisset* [i] *nuntius,*
Non inpetratum id advenienti ei redderem?
Regiones colere mavellem Acherunticas.
CH. *Eho! an invenisti Bacchidem?* PI. [k] *Samiam quidem.*
CH. *Vide, quaeso, ne quis tractet illam indiligens.*
Scis [l] *tu? ut confringi vas citò Samium solet!*
PI. *Iamne, ut soles?* CH. *dic, ubi ea nunc est? obsecro.*
PI. *Hic, exeuntem me unde adspexisti modò.*
CH. *Vt istuc est lepidum! proxumae* [m] *viciniae*
Habitat. Ecquidnam meminit Mnesilochi? PI. *rogas?*
Immò unicè unum plurumi pendit. CH. *papae!*
PI. [n] *Immò ut eum credis? miserè amans desiderat.*
CH. *Scitum istuc.* PI. *immò, Chrysale, hem! non* [o] *tantulum*
Vmquam intermittit tempus, quin eum nominet.
CH. *Tanto hercle melior Bacchis.* PI. *immò.* CH. *immò hercle* [p] *abiero*
Potius. PI. *num invitus rem benè gestam audis Eri?*
CH. *Non Erus, sed* [q] *Actor mihi cor odio sauciat.*
Etiam EPIDICVM: quam ego FABVLAM aequè, ac me ipsum amo,
Nullam aequè invitus specto, si eam agit [r] *Pellio.*
Sed Bacchis etiam [f] *fortis tibi visa 'st?* PI. *rogas?*
Ni nanctus Venerem essem, hanc Junonem dicerem.
CH. *Edepol, Mnesiloche, ut hanc rem natam esse intellego,*

Quod

[a] Tametsi velim: πε θετικῶς: quasi vadibus à me acceptis obligatum apud te retines. [b] *H. e.* faciam, ut multa verba, quae necessario insumturus eras, lucrifacias, neque insumere necesse habeas. [c] Plus scire potest, quàm tu. [d] Mortuus est. [e] Amica: rem & famam perdit. [f] De mandatis. [g] Propter quod: quà de re. Vide Lex. [h] Illius. Vide Lex. *Ab.* [i] Vide Calligr. Pl. Tit. *Nuntij.* [k] Non quamvis, sed Samiam. [l] *Iocus est*, alludēs ad fragilitatem vasorum Samiorum. [m] Genitivo casu. ut, *habitat domi.* Sapit adverbium. [n] Quomodo Bacchidem erga Mnesilochū esse credis? Est formula mirum aliquid & inopinatum narrantium. Vide Lex. *Immò.* [o] δεικτικῶς. ne brevissimum quidem tempus. [p] quàm audiam tā ineptè narrātem. [q] Pistoclerus, qui agit, & loquitur, animum mihi molestia afficit. *Q. d.* non propterea invitus audio, quia Heri mei negotium benè gestum est: sed quia tu tamquam Actor, & Narrator hujus Fabulae, cum actione & pronunciatione tua minus mihi places: quia actio tua mihi odiosa est. [r] Ineptus Comoedus. *Symmachus* lib. 10. Ep. 2. [f] formosa, Vide Lex. & Mil. 4. 3. ✱. 13.

Digitized by Google

Quod ames, paratum 'st; quod des, invento 'st opus.
Nam [a] *isthoc fortasse Aurum opu'st.* PI. *Philippeo quidem.*
CH. *Atq; eo fortasse jam opu'st.* PI. *Immò etiam prius* [b].
Nam jam huc adveniet Miles. CH. *Et* [c] *Miles quidem!*
PI. *Qui de amittendâ Bacchide Aurum hic exigit.*
CH. *Veniat, quando volt; atq;* [d] *ita ne mihi sit moræ.*
Domi 'st, non metuo; nec quoiquam supplico;
Dum quidem hoc [f] *valebit pectus perfidiâ meum.*
Abi intrò, ego hic curabo. tu intus dicito,
Mnesilochum adesse Bacchidi. PI. *Faciam, ut jubes.*
CH. *Negotium hoc ad me nunc adtinet* [g] *Aurarium.*
Mille, & ducentos [h] *Philippos attulimus aureos,*
Ephesi [i] *quos Hospes debuit nostro Seni.*
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam,
Vnde Aurum efficiam Amanti Erili Filio.
Sed foris concrepuit nostra. quinam exit foràs?

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

NICOBULUS, Senex. CHRYSALUS, Servus.

IBO in Piræum; visam, ecquæ advenerit
In portum ex Epheso Navis Mercatoria.
Nam meus formidat animus, nostrum tam diu
Ibi desidere, neq; redire Filium.
CH. [k] *Extexam ego illum pulcrè jam,* [l] *si DI volunt.*
Haut dormitandum 'st. opu'st χρύσῳ Chrysalo.
Adibo hunc; quem quidem ego hodie faciam [m] *Arietem*
Phryxi. itaq; tondebo Auro, usq; ad vivam cutem.
Servos salutat Nicobulum Chrysalus.
NI. *Pro DI inmortales! Chrysale; ubi* [n] *mihi 'st Filius?*
CH. *Quin tu primùm salutem reddis? quam dedi.*
NI. *Salve! sed ubinam 'st Mnesilochus?* CH. *Vivit; valet.*
NI. *Venitne?* CH. *Venit.* NI. *Evax! adspersisti* [o] *aquam.*
Benèn' usquam valuit? CH. [p] *Pancraticè, atq; Athleticè.*
NI. *Quid hoc? quâ causâ eum hinc in Ephesum miseram:*

[a] Ad istam rem, isti rei.
[b] Prius quàm *jam*, si fieri possit. *Hyperbole.*
[c] Sic miratur Servus, Militem hominem adventare. Terent. Heaut. 3.1. ỿ.45.
[d] *Q. d.* tantum abest, ut eũ sim moraturus in numis expediẽdis, ut vereat, ne ille me paratum moretur.
[e] Aurum, &c.
[f] *δευλικῶς.* quam diu hoc meum pectus instructum erit perfidiâ & dolis.
[g] Negotiũ de Auro inveniendo.
[h] Numos, Philippi Macedonis imagine signatos.
[i] Ephesius hospes, Vide Lex. *Epitheta, Periphrasis.* Merc. 5. 2. ỿ. 99.
[k] Spoliabo illum auro. *Allegoria.*
[l] Vide Elect. Pl. tit. *Omina.*
[m] Quem ego auro spoliabo, ut Arietem Phryxi, cujus vellus aureum erat.
[n] τὸ *mihi* παρέλκον Vbi est filius meus?
[o] Reddidisti animum. Mil. 4. 8. ỿ. 22.
[p] Valuit, ut ij, qui omnibus corporis viribus advocatis certant. *Allegoria.*

Accepit ne aurum ab Hospite Archidemide?
CH. *Heu! cor meum, & cerebrum, Nicobule,* [a] *finditur.*
Istius hominis ubi fit quaq; mentio.
Tun' Hospitem illum nominas hostem tuum?
NI. *Quid ita? obsecro hercle!* CH. *Quia edepol certò scio,*
Volcanus, Sol, Luna, & Dies, DEI [b] *quattuor,*
Scelestiorem nullum hoc inluxère alterum.
NI. [c] *Quàmne Archidemidem?* CH. *Quàm, inquam Archidemidem.*
NI. *Quid fecit?* CH. [d] *Quid non fecit? quin tu id me rogas?*
Primùm dum inficias ire cœpit, Filio
Negare, se debere tibi Triobulum.
Continuò antiquom ibi Hospitem nostrum sibi
Mnesilochus advocavit, Pelagonem Senem:
Eo præsente. Homini extemplo ostendit [e] *Symbolum,*
Quem tute dederas ad eum, ut ferret, Filio.
NI. *Quid? ubi ei ostendit symbolum.* CH. *Infit dicere;*
Adulterinum, & non eum esse Symbolum.
Quotq; [f] *innocenti ei dixit contumelias!*
Adulterare [g] *eum ajebat rebus cæteris.*
NI. *Habetin' aurum? id mihi primùm dici volo.*
CH. *Postquàm quidem Prætor* [h] *Recuperatores dedit,*
Dampnatus demùm, vi coactus reddidit
Ducentos, & mille Philippûm. NI. *Tantum debuit?*
CH. *Porrò etiam ausculta pugnam, quam voluit* [i] *dare.*
NI. *Etiamne est quid porrò?* CH. *Hem! accipe.* [k] *trina hæc nunc erit.*
NI. *Deceptus sum,* [l] *Autolyco Hospiti aurum credidi.*
CH. *Quin tu audi!* NI. *Immo ingenium avidi haut pernoram Hospitis.*
CH. *Postquam Aurum abstulimus, in Navem conscendimus,*
Domum [m] *cupientes, forte ut adsedi in* [n] *Stegâ,*
Dum circumspecto [o], *atq; ego tum* [p] *Lembum conspicor:*
Longum'st rigorem maleficum exornarier.
NI. *Perij hercle! Lembus ille mihi lædit latus.*
CH. *Is erat communis cum Hospite, & Prædonibus.*
NI. *Adeon me fuisse fungum* [r]? *ut qui illi crederem!*
Quòm mihi ipsum nomen ejus [s] *Archidemidis*
Clamaret [t], *dempturum esse, si quid crederem.*
CH. *Is nostræ Navi Lembus insidias dabat.*

Occepi

a H.e. vehementer doleo, cum ipsius [illegible] fieri [illegible]. [illegible] Elect. Pl. Tit. *Deorum.* c τὸ ne περισσὸν. Vide [illegible]. Alludit ad nomen ejus, ab [illegible] & demẽ[illegible]. [illegible] di[illegible] omise[illegible], quã [illegible] commiserit. [illegible] Elect. Pl. tit. [illegible]. f [illegible] tuas. [illegible] Au[illegible]. [illegible], quia [illegible] privatim [illegible] quæcumque de re agebantur, ita dicti, quod per eos [illegible] poffet. Vide [illegible] Tit. [illegible]. Rud. 1.4 [illegible]. i [illegible]. k Tertia pugna. Nam [illegible] planè [illegible] deberet [illegible] adulterinum dixerat, tertio insidias struxerat. l Autolycus Sisyphi filius, Simonis Pater, [illegible] ut alij, filius [illegible]. A[illegible] V[illegible] [illegible], quæ furto abstulerat, colorẽ mutabat. m Cupientes re[illegible]. n In T[illegible] [illegible] [illegible]. Vide Lex. [illegible] erat hunc [illegible] Plauti CHRYSALO. o Continuò, statim. Vide Lex. p Naviculam brevem, piscatoriam. q Longus sim, si velim rigorem, h.e. metum maleficum, & noxium describere. r Vt numos apud illum deponerem. s Alludit ad verbum *demo*, quod est in nomine Archidemidis. Vide Elect. Plaut. Tit. *Nominum.* t Clarè admoneret.

Occepi ego observare eos, quam rem gerant.
Intereà è portu nostra Navis solvitur.
Vbi portu exiimus, [a] homines remigio sequi,
Neq; Aves [b] neq; Venti citius. quoniam sentio,
Quæ res [c] gererentur, Navem extemplò [d] statuimus.
Quòm vident nos stare, occeperunt ratem
Turbare [e] in portu. NI. *Heu! edepol mortalis malos!*
Quid deniq; agitis? CH. *Rursùm in portum [f] recipimus.*
NI. *Sapienter factum à vobis. quid illi posteà?*
CH. *Revorsionem ad terram faciunt vesperi.*
NI. *Aurum hercle auferre voluére. ei rei operam dabant:*
CH. *Non me fefellit; sensi. eò exanimatus fui.*
Postquam nos vidimus *Auro insidias fieri.*
Capimus consilium continuò: postridie
Auferimus inde Aurum omne, illis præsentibus,
Palàm atq; apertè, ut illi id factum scíscerent.
NI. *Scitè hercle. cedò, quid illi?* CH. *Tristes ilicò,*
Quòm [g] extemplò à portu ire nos cum Auro vident.
Subducunt [h] Lembum capitibus quassantibus.
Nos apud Theotímum omne Aurum deposuimus:
Qui illic [i] Sacerdo'st in DIANÆ [k] *Ephesiæ.*
NI. *Qui istic Theotimus est?* CH. [l] MEGALOBULI *filius,*
Qui nunc in Epheso 'st, Ephesiis Karissimus.
NI. *Ne ille hercle mihi sit multò tantò [m] carior.*
Si me illoc auro tanto [n] circumduxerit.
CH. *Quin ipsâ in Æde Dianæ conditum 'st.*
Ibidem publicitùs servant. NI. *Occidistis me.*
Nimiò hic privatim servaretur rectius.
Sed vos nihilne adtulistis inde Auri domum?
CH. *Immò etiam. verùm quantum adtulerit, nescio.*
NI. *Quid nescis?* CH. *Quia Mnesilochus noctu clanculùm*
Devénit ad Theotímum: nec mihi credere,
Nec quoiquam in Navi voluit. eò ego nescio,
Quantulum adtulerit: verùm haut permultum adtulit.
NI. *Etiam dimidium censes?* CH. *Non edepol scio:*
Verùm haut opinor. NI. *Fertne partem tertiam?*
CH. *Non hercle opinor: verùm verum nescio.*
Profectò de Auro nihil scio, [o] nisi nescio.
Nunc tibimet illuc Navi capiundum 'st iter,
Vt illud reportes Aurum ab Theotimo domum.
Atq; heus tu! NI. *Quid vis?* CH. *Annulum Gnati tui*

a Homines qui erât in lembo, cœperunt sequi, lembû remis impellentes, ut nos assequantur.
b *Hyperbole.* celerrime.
c Quò spectarent prædones illi, aut quid molirentur.
d Sistimus navem cursum ejus sustinemus.
e Ita agitare, ut nō procederet.
f Sc. navem.

g Simulac.
h In portum, ad terram.

i Vide Elect. Pl. Tit. *Templorum.* In Templis carissima quæque recondita. Magnæ item opes ibi adservatæ.
k Sc. Æde.
l Vide Elect. Plaut. *Deorum. Diana.* Sic appellati sunt Sacerdotes Dianæ.
m Damnosior, sumtuosior. Ambiguitas vocabuli.
n Fraudaverit.

o Vide infr. 4. C. F. X. 21. Scitum hoc fuit Socratis.

Facito

Facito,ut memineris ferre? NI. *Quid opu'ſt Annulo?*
CH.*Quia* [a] *id ſignum'ſt cum Theotimo,qui eum illi adferet.*
Ei aurum ut reddat. NI.*Meminero: & rectè mones.*
Sed divésne eſt iſtic Theotimus? CH.*Etiam rogas?*
Qui Soccis habeat auro ſubpactum [b] *ſolum.*
NI.*Cur ita faſtidit?* CH.*Tantas divitias habet:*
Neſcit,quid faciat Auro. NI.*Mihi dederit velim.*
Sed [c] *qui præſente id Aurum Theotimo datum'ſt?*
CH.*Populo præſente: nullu'ſt Epheſi,quin ſciat.*
NI.*Iſtuc ſapienter ſaltem fecit Filius,*
Quòm diviti homini id Aurum ſervandum dedit:
Ab eo licebit [d] *quamvis ſubitò ſumere.*
CH.*Immò hem! tantiſper numquam te morabitur,*
Quin habeas illud,quo die illuc veneris.
NI. *Cenſebam me effugiſſe à Vitâ maritumâ,*
Ne navigarem tandem hoc ætatis Senex,
Id mihi,haut, utrum veRim [e] *licere,intellego.*
Ita bellus Hoſpes fecit Archidemides.
Vbi nunc eſt ergò meus Mneſilochus Filius?
CH. DEOS *atq; Amicos ut ſalutatum ad Forum.*
NI.*At ego hinc ad illum; ut conveniam,* [f] *quantum poteſt.*
CH.*Ille'ſt* [g] *oneratus rectè, & plus juſto vehit.*
Exorſa [h] *hæc tela non malè omninò mihi'ſt:*
Vt amantem Erilem [i] *quopem facerem Filium.*
Ita feci,ut Auri quantum vellet,ſumeret:
Quantum autem lubeat reddere,ut reddat Patri.
Senex in Epheſum hinc *ibit Aurum arceſſere.*
Hic noſtra agetur ætas in malacum [k] *modum:*
Siquidem hic relinquet, [l] *nec ſecum abducet Senex,*
Med,& Mneſilochum. quas ego hic turbas dabo?
Sed quid futurum'ſt,quòm hoc Senex reſciverit?
Quòm ſe excucurriſſe illuc fruſtra ſciverit;
Noſq; Aurum [m] *abuſos: quid mihi fiet poſteà?*
Credo hercle adveniens nomen mutabit mihi:
Facietq;'extemplò [n] CRUCISALUM *me ex* CHRYSALO.
Aufugero hercle, ſi magis [o] *uſus venerit.*
Si ero reprehenſus, macto ego illum infortunio,
Si [p] *illi ſunt Virgæ ruri,at mihi Tergum domi'ſt.*
Nunc ibo, [q] *Erili Filio ejus hanc fabricam dabo,*
Super Auro, Amicâq; ejus inventâ Bacchide.

a Quia id ſignum inter eos, Theot. & filium tuũ convenit, ut qui eum Annulũ ei adferret, illi Aurum reddat.
b Qui clavis aureis calceos habeat ſuppactos. Vide Trin. ſ. 1. ♣. 94.& El.Pl.*Luxus. Habitus.Calceorum.* Et Calligr. *Divitiarum.*
c Quo præſ.
d Etiam ſubitò: quando ſi.velis.
e Mihi haud illud eſſe liberũ video, aut hic quieſcere. *Licere*;annon.ſc. τὸ *veRim*: eſt; *velim.* antique.
f Quamprimùm fieri poteſt.
g Allegoria à jumẽtis clitellarijs: aut navibus onerarijs.
h Paſſivè.
i *Copem*: antiquè. h.e. copioſum, divitem. Vide Lex.
k Molliter.
l Etſi non abducet Senex me, & Mneſilochum.
m Et cùm reſciverit,nos aurum cõſumſiſſe. Hoc enim eſt *Abuti.*
n Quaſi in crucem ſalientem.
o Si utilius fuerit. Vide Lex.
p locus eſt.
q Mneſilocho hãc fabricam, quam paravi.

ACTVS

ACTVS TERTII SCENA I.

LYDUS, Servus.

PANDITE, *atq; aperite properè* [a] *januam hanc Orci, obſecro.*
Nam equidem haut aliter [b] *eſſe duco. quippe quoi nemo advenit,*
Niſi quem ſpes reliquêre omnes, eſſe ut frugi poßiet.
Bacchides, non [c] BACCHIDES, *ſed* BACCHÆ *ſunt acerrumæ.*
Apage iſtas à me Sorores! quæ Hominum [d] *ſorbent ſanguinem.*
Omnis ad perniciem [e] *inſtructa Domus opimè, atq; opiparè.*
Quæ ut adſpexi, me [f] *continuò contuli protinàm in pedes.*
Egóne, ut hæc [g] *concluſa geſtem clanculùm! ut celem Patrem,*
Piſtoclere, tua flagitia, aut damna, aut [h] *deſidiabula!*
Quibus Patrem, & me, teq;, Amicoſq; omnis [i] *adflictas tuos.*
Ad probrum, damnum, flagitium adpellere unà, & perdere!
Neq; mei, neq; te tui intus puditum 'ſt factis, [k] *quæ facis,*
Quibus tuum Patrem, meque unà, Amicos, adfinis tuos,
Tuâ infamiâ feciſti [l] *geruli-figulos flagitij.*
Nunc priuſquàm malum iſtoc addis, certum 'ſt jam dicam Patri,
De me hanc culpam demolibor jam, & Seni faciam palàm,
Vt eum ex lutulento cœno properè hinc eliciat [m] *foràs.*

ACTVS TERTII SCENA II.

MNESILOCHUS, Adoleſcens.

MVLTIS MODIS *meditatus egomet mecum ſum, & ita eſſe arbitror:*
HOMINI AMICO *qui eſt Amicus, ita* [n] *uti Nomen poßidet,*
Niſi [o] DEOS, *ei nihil præſtare. id* [p] *operâ expertus ſum eſſe ita.*
Nam ut in Epheſum hinc abij, (hoc factum 'ſt fermè abhinc biennium)
Ex Epheſo huc ad Piſtoclerum meum Sodalem litteras
Miſi, Amicam ut mihi [q] *inveniret Bacchidem. illum intellego*

a Ianuam Meretricum.
b Non arbitror aliam eſſe, quàm Bacchidum januã.
c Bacchides non ſunt parvę Bacchę.
d Allegoria. Vide infr. 3. 3. ℣. 67. quæ bona & fortunas aliorum devorãt.
e Parata, ornata.
a. Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 41.
f Conjeci me protinùs in fugam.
g Vt taceam!
h Loca ad deſidiã apta. *Nonius.*
i Affligis.
k Ob ea, quę facis.
l Feciſti geſtatores & gerulos flagitij. *Sen*; Tu feciſti tuis infamibus dictis, ut tuus Pater, & ego tuus Præceptor dicamur quaſi auctores horum flagitiorum: quod Pater ita te fecerit, & ego te finxerim, ac docuerim, ut tam flagitioſus exiſteres. *Gerulus* propter Patrem. *Figulus* propter Præceptorem.
m *H. e.* ut eum ex ganeo, ſeu lupanari evocet. Vide Men. [illegible] ℣. 50.
n *H. e.* cujus facta reſpondent nomini, & qui id curat eſſe, quod audit. Trin. 3. [illegible] ℣. 9.
o Secũdum Deos: Vel; DIs exceptis.
p Reipsà.
q Pararet: conciliaret.

Invenisse, ut Servos meus mihi nuntiavit Chrysalus.
Condignè is quàm techinam de Auro advorsùm meum fecit Patrem!
Ut mihi amanti copia esset. sed [a] *eccom video incedere!*
Nam pol quidem, meo animo, INGRATO HOMINE *nihil* [b] *inpensiu'st.*
Malefactorem amitti satius [c], *quàm relinqui beneficum.*
Nimiò praestat [d] *inpendiosum te, quàm ingratum dicier.*
Illum laudabunt Boni; hoc etiam ipsi culpabunt Mali.
Quâ me causâ magis cum curâ esse eâ, quàm obvigilato 'st opus.
Nunc, Mnesiloche, [e] *specimen specitur; nunc certamen cernitur.*
Sis ne, nec ne, ut esse oportet, Malus, Bonus, [f] *quojusmodi,*
Justus, [g] *Injustus, Malignus, Largus,* [h]. *Commodus, Incommodus,*
Cave [i] *sis te superare servom siris faciundo benè.*
Utut eris, moneo; haut [k] *celabis. sed eccos video incedere!*
Patrem sodalis, & Magistrum. hinc auscultabo, quam rem agant.

ACTUS TERTII
SCENA III

LYDUS, Servus.
PHILOXENUS, Senex.
MNESILOCHUS, Adolescens.

NUNC *experiar, sit ne* [l] *acetum tibi peracre in pectore.*
Sequere. PH. *Quò sequar? quò ducis nunc me?* LY. *Ad illam, quae tuum*
Perdidit, pessum dedit tibi Filium uni unicum.
PH. *Eja! Lyde:* LENITER [m] QUI SAEVIUNT, SAPIUNT MAGIS.
Minus mirandum 'st, illac aetas si quid illorum facit,
Quàm si non faciat. feci ego istaec itidem in adulescentiâ.
LY. *Hei mihi! hei mihi! istaec illum perdidit* [n] *adsentatio.*
Nam absq; te esset, ego illum haberem [o] *rectum, ad ingenium bonum:*
Nunc [p] *propter te, tuamq;, pravus factu'st, fiduciam,*
Pistoclerus. MNE. *Di immortales! meum sodalem hic nominat.*
Quid hoc negotij 'st? Pistoclerum Lydus quòd Erum tam [q] *ciet.*
PH. *Paulisper, Lyde, est libido* [r] *homini suo animo obsequi.*
Jam aderit tempus, quòm sese etjam ipse oderit; morem geras:
Dum caveatur, praeter aequom ne quid delinquat. sine!
LY. *Non sino. neq; equidem illum me vivo corrumpi sinam.*

Sed

a Vide supra 2. 1. versu ultimo. Hujus enim ibi meminit: & interim oratio interrumpitur.
b H. e. quod minus pensi habeat, quodque incogitantius, & imprudentius fit. Vide Lex.
c Praestat malefactorem non retineri ad poenas de eo sumendas. Seu: melius est acceptâ injuriam negligi, quàm non referre gratiâ benè merito.
d Sumtuosum, profusum.
e Nunc specimen datur experiundum: nunc periculi faciendi potestas datur.
f Cujusmodi esse oportet.
g Nota Opposita.
h Vide Lex.
i Cave siveris te superare servû beneficiis conferendis.
k Haud falles, haud latebis: ex factis tuis declarabis, qualis sis.
l Acumen, prudêtia. Vide Calligr. Pl. Tit. *Prudentia.* Pulchrè dici de eo potest: qui nullâ re movetur. *Non est illi acetum in pectore.*
m Qui modû servant irascendi.
n Assensio, assensus. Vide Lex.
o Integrum, non inflexum ad vitium pravum.
p Tò *Nunc* adversativa est particula.
q *H. e.* Vocat, nominat. Vide Lex. & Calligr. Tit. *Vocandi.*
r Lubet filio meo.

Digitized by Google

Sed tu qui tam pro corrupto dicis causam Filio,
Eadémne erat hæc [a] *disciplina tibi, quòm tu adulescens eras?*
Nego tibi hac annis viginti fuisse primis copia,
1 *Digitum* [b] *longè à Pædagogo pedem ut ecferres ædibus.*
4 *Ante solem exorientem nisi in Palæstram veneras,*
5 *Gymnasij* [c] *Præfecto haut mediocris pœnas penderes.*
2 *Id quoi* [d] *obtigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum:*
3 *Et Discipulus, & Magister perbibebantur inprobi.*
Ibi [e] *Cursu, Luctando, Hastâ, Disco, Pugillatu, Pilâ,*
Saliendo, sese exercebant magis, quàm Scorto, aut Saviis:
Ibi suam ætatem extendebant, non in [f] *Latebrosis locis.*
Inde de [g] *Hippodromo, & Palæstrâ ubi revenisses domum,*
Cincticulo [h] *præcinctus in Sellâ apud Magistrum adsideres.*
Quòm librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
Fieret corium tam [i] *maculosum, quàm est Nutricis* [k] *pallium.*
MNE. *Propter me hæc nunc meo Sodali dici; discrucior miser.*
Ille innocens suspicionem hanc sustinet causâ meâ.
PH. *Alij, Lyde, nunc sunt mores.* LY. *Id equidem ego certò scio.*
Nam olim populi prius [l] *honorem capiebat suffragio,*
Quàm Magistro desinebat esse dicto obediens.
At nunc priusquam septuennis est, si attingas eum manu,
Extemplò Puer Pædagogo [m] *tabulâ disrumpit caput.*
Quòm Patrem adeas [n] *postulatum, Puero sic dicit Pater:*
NOSTER [o] ESTO: *dum te poteris defensare* [p] *injuriâ.*
Provocatur [q] *Pædagogus. eho! Senex, minimi preti!*
Ne attingas Puerum ista causâ; [r] *quando fecit strennuè.*
It [s] *Magister, quasi lucerna, uncto* [t] *expretus linteo.*
Itur illinc jure [u] *dicto. hocine hic pacto potest*
Inhibere [x] *imperium Magister? si ipsus primus vapulet.*
MNE. *Acris* [y] *postulatio hæc est, quòm hujus dicta intellego.*
Mira sunt, nî Pistoclerus Lydum pugnis contudit.
PH. *Sed quis hic est? quem astantem video ante ostium.* LY. *O Philoxene!*
MNE. DEOS [z] *propitios me videre, quàm illum mavellem mihi.*

a Studium, industria, institutio. Vide Lex. Totus hic locus expressus est ex Aristophanis Nubibus 3 3.ỷ.1.
b Brevissimū spatium.
c τῷ γυμνασιάρχῃ: qui in Adolescentes animadvertebat. Vide similem locum Most.1.2.ỷ.72.
d Cui id acciderat, ut pœnas daret Præfecto: hoc malū accedebat, q & Discipulus, & Pædagogus, dicebantur improbi.
e Vide Elect. Plaut. Tit. *Gymnastices.*
f In lustris & fornicibus.
g Vide Lex. & Elect. Plaut. Tit. *Gymnastices.*
h Parvo cinctu: modestiæ causa. Vide Elect. Pl. Tit. *Cultus.*
i Virgis *scil.*
k Quod à pueris, quibus mammam præbent, maculatur. Vel; intelligitur Pallium Nutricis Deorum Cybeles, cujus pallium erat lyncum, pantherarumque pelle varium.
l *H. e.* Magistro parebat usque ad eam ætatem, quâ petere Magistratus per Leges licet. Vide Elect. Plaut. Tit. *Honoris. Magistratus.* m Tabula litteraria, in qua Pueri litteras faciunt, *i. e.* scribunt, & discunt. n Accusatum: *seu,* ut de filio pœnas sumat. o Adblandientis formula. Vide Elect. Plaut. Tit. *Educationis.* p Ab injur. q Porro vocatur, accitur, & his verbis increpatur. r Quia. Vide Lex. s Magister comparatur lucernæ. *h. e.* Magister redit à Patre Discipuli sui uncto linteo, tanquam lucerna, expertus utrum bene luceat: redimitus *scil.* linteo, ad dolorem leniendum, quod ei Puer intulit, & ad vibices tollendas. Non pluris fit, quàm unctum linteum lucernæ (quo olim utebantur loco fili: quo nos hodie in candelis) quod *scil.* erat vilissimum. Vide Elect. Plautin. Tit. *Lucerna.* t Expertus: passive. tentatus, spectatus. Ab *exsperната*: h. e. exstinguere. Alij: idem quod, dispretus, contemtus. u A Patre tamquam Prætore. x Exercere imperium, uti imperio, imperare. Vide Calligr. *Imperandi.* y Expostulatio. z Mallem me à Diis videri iratis, quàm ab Lydo irato. Hic enim iratus, erat gravis, & sævus. Est ἐνφημισμός.

Digitized by Google

PH. *Quis illic est?* LY. *Mnesilochus Gnati tui sodalis Pistocleri:*
Haut consimili ingenio, atq; ille est, qui in lupanari accubat.
Fortunatum Nicobulum! qui illum produxit sibi.
PH. *Salvos sis, Mnesiloche: salvom te advenire gaudeo.*
MNE. *Di te ament! Philoxene:* LY. *Hic enim ritè productu'st Patri.*
In mare it, rem familiarem curat, custodit domum,
Obsequens, obediensq; [a] *est mora, atq; imperiis Patris.*
Hic sodalis Pistoclero jam puer puero fuit.
Triduum non interest, ætatis uter major siet;
Verùm ingenium plus triginta annis maju'st, quàm alteri.
PH. *Cave malum; &* [b] *conpesce in illum dicere injustè.* LY. *Tace,*
STULTUS ES, *qui illi malè ægre patere dici, qui facit.*
Nam illum meum malum promptare [c] *malim, quàm peculium.*
PH. *Quidum?* LY. *Quia malum si promptet, indies faciat minus.*
MNE. *Quid sodalem meum castigas? Lyde; discipulum tuum.*
LY. *Peryt tibi Sodalis.* MNE. *Ne Di sirint!* LY. *Sic est, ut loquor.*
Quin ego quòm peribat, vidi! non ex audito arguo.
MNE. *Quid factum'st?* LY. *Meretricem indignè deperit.* MNE. *Non tu taces?*
LY. *Atq;* [d] *acerrumè ac æstuosè absorbet* vivos, *ubi quemq; adtigit.*
MNE. *Vbi ea Mulier habitat?* LY. *Hîc.* MNE. *Vnde eam esse ajunt?* LY. *Ex Samo.*
MNE. *Quæ vocatur?* LY. *Bacchis.* MNE. *Erras, Lyde: ego omnem rem scio,*
Quemadmodum'st. tu Pistoclerum falsò, atq; insontem arguis.
Nam ille Amico, & benevolenti suo sodali, sedulò
Rem mandatam exequitur: ipsus nec amat, nec tu creduas.
LY. *Itan' oportet rem mandatam gerere Amici sedulò?*
Vt ipsus in gremio osculantem Mulierem teneat sedens.
Nullon' pacto res mandata potest agi, nisi identidem
Manus ferat ad papillas, labra à labris nusquam auferat?
Nam quæ alia memorare, quæ illum facere vidi, dispudet:
Quòm manum sub vestimenta ad corpus tetulit Bacchidi,
Me præsente; neq; pudere quicquam. quid verbis opu'st?
Mihi Discipulus, tibi Sodalis, peryt; huic Filius.
NAM EGO *illum perIsse duco, quoi quidem peryt* PUDOR.
Quid opu'st verbis? si opperiri vellem paulisper modò,
Vt opinor, illius inspectandi mihi esset major copia:
Plus vidissem, quàm deceret, quàm me, atq; illo [e] *æquom foret.*
MNE. [f] *Perdidisti me, Sodalis. egon' illam jam Mulierem*
Capitis non perdam? perire me malis malim modis.
Satin' [g] *ut quem tu habeas fidelem tibi, aut quoi credas, nescias?*
LY. [h] *Viden'? ut ægrè patitur* hîc *gnatum esse corruptum tuum!*
Suum sodalem! ut ipsus sese cruciat ægritudine!

PH.

[a] Non fert molestè patrem diu vivere.

[b] Comperce, tempera. Vide Lex. *Pascere.* Sic *Quære,* pro: *Quæse.* Men. 5. ℣. 35.

[c] Malim Pistoclerum meum malũ profundere, quã peculium. Significat ergo eum fuisse prodigum.

[d] Immo q̃ Meretrix instar Maris unumquemq; absorbet. Vide supra. 3.1.5.5.

[e] τὸ *æquum* regit ablativum: ut *dignum.* Rud. Prol. ℣. 47.

[f] Hæc secum loquitur Mnes. Philoxeno & Lydo non exaudientibus.

[g] *Q. d.* Itane est? ut nescire quis possit, quem habeat fidelem sibi. Secunda persona pro tertia.

[h] Hic Servus errat. non enim Pistoclerum corruptũ queritur, sed Bacchidem sibi præreptam.

Digitized by Google

PH. Mnesiloche, hoc [a] *tecum oro, ut illius animum, atque ingenium regas.*
Servo tibi Sodalem, & mihi Filium. MNE. factum volo.
PH. In te ergò hoc onus omne inpone, Lyde. sequere hac me. LY. sequor.
Melius esset, me quoque unà si cum illo relinqueres.
Adsatim [b] *est, Mnesiloche: cura, & concastiga hominem probè,*
Qui dedecorat te, me, amicos atque alios, flagitiis suis.

ACTUS TERTII
SCENA IV.

MNESILOCHUS, * Adolescens.

INMITIOREM [c] *nunc utrum credam magis,*
Sodalemne esse an Bacchidem, incertum admodum 'st.
Illum [d] *exoptavit potius? habeat. optumè 'st.*
Ne illud hercle cum malo fecit [e] *suo-meo.*
Nam mihi [f] *divini numquam quisquam creduat!*
Ni ego illam exemplis plurumis, [g] *planè que amo.*
Ego faxo, [h] *haut dicet nactam, quem derideat.*
Nam jam domum ibo, atque aliquid surrupiam Patri.
Id [i] *isti dabo. ego istanc multis ulciscar modis:*
Adeò ego illam cogam, usq; ut mendicet Pater meus.
Sed satin' ego animum [k] *mente sincerâ gero?*
Qui ad hunc modum hac hic, quæ futura, fabulor.
Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo sciam.
Verùm [l] *quàm illa umquam de meâ pecuniâ*
Ramentâ fiat plumeâ [m] *propensior,*
Mendicum malim mendicando vincere.
Numquam edepol viva me inridebit. nam mihi
Decretum 'st [n] *renumerare jam omne Aurum Patri.*
Igitur [o] *mihi inani, atque inopi subblanditur.*
Tum, quòm meâ illud nihilo pluris referet,
Quàm si ad sepulcrum mortuo dicat [p] *Jocum.*
Sed antequam illa umquam meis opulentiis
Ramentâ fiat gravior, aut propensior,
Mori me mavolim, excruciatum inopiâ.
Profectò [q] *stabile 'st, me Patri aurum reddere.*

a Te. Vide Lex.
b Plus satis est, si Mnesilochus curet.
* Introducitur amans Adolescens, sed irâ tamen percitus: quod ignorans duas esse Bacchides, suam sibi Amicam à Sodali corruptam suspicatur. Quare interminatur Bacchidi, se illam pecuniam, quâ Patrem Servus circumduxerat, ut Militi daretur, Patri redditurum.
c Mihi inclementiorem & acerbiorem. Uterq; enim se mihi infidelem præbuit.
d Pistoclerum mihi anteposuit. Habeat igitur. So nemme sie ihn immer hin.
e Affectio amantis ita corrigit sermonem. Immo meo potius volui dicere. *Suo meo:* ὑΦὲν
f Vide Calligr. Tit. *Iurandi.* Amph. 1 ℣. 4 . Asin. 5. ℣. 4
g Amantis perturbatus sermo.
h Ego faciam, ne dicat, nactam se esse hominem cōtemtum, & ignavum, & nullius animi. sed strenuū. infr. 4. 8. ℣. 23.
i Bacchidi: cui tamen erat minatus. εἰρωνικῶς. Nihil illi dabo.
k Vide Lex. *Mens.*
l *Ordo est.* Verùm mendicum mendicando vincere malim, quàm ut illa Bacchis fiat unquam per meā pecuniam, seu ex mea pecuniā. ramentā plumea propensior, *h. e.* gravior, ponderosior. Malim quovis mendico esse pauperior. m ponderosior. n Reddere. o posteà. Vide Lex. p Referendum hoc ad carmina illa subsesta. cassa, & anilia, quæ in laudes defunctorum à Præficis occentabantur alias *Næniæ*, & *Nugæ*. Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris.* q decretum est.

Eâdem [a] *exorabo, Chrysalo causâ meâ*
Pater ne noceat, neu quid ei suscenseat
Meâ causâ de Auro, quod eum ludificatu'st.
Nam illi aequom 'st me consulere, qui causâ meâ
Mendacium [b] *dixit. nunc vos me sequimini.*

a Operâ, ratione.
b Imo vero etiam mentitus est.

ACTVS TERTII
SCENA V.

Pistoclerus.

Rebus aliis [c] *antevortar, Bacchis, quae mandas mihi:*
Mnesilochum ut requiram, atq; ut eum mecum ad te adducam simul.
Nam illud animus meus miratur, si a me tetigit [d] *nuntius.*
Quid remoratur? ibo, & visam huc ad eum, si forte est domi.

ACTVS TERTII
SCENA VI.

Mnesilochus. Pistoclerus.

Reddidi Patri omne aurum. nunc nunc ego illam me velim
Convenire, postquam inanis sum, [e] *contemtricem meam.*
Sed veniam mihi quam gravate Pater dedit de Chrysalo!
Verùm postremò impetravi, ut ne quid ei suscenseat.
Pi. *Estne hic meus Sodalis?* Mne. *estne hic Hostis, quem adspicio, meus?*
Pi. *Certè is est.* Mne. *is est: adibo contrà,* [f] contollam *gradum.*
Pi. *Salvos sis, Mnesiloche.* Mne. *salve!* Pi. *salvos quòm peregrè* [g] *advenis,*
Cena detur. Mne. *Non placet mihi Cena,* [h] *quae bilem movet.*
Pi. *Num quae advenienti aegritudo objecta 'st?* Mne. [i] *atque acerrumè.*
Pi. *Vnde?* Mne. *ab homine, quem mihi Amicum esse arbitratus sum antedhac.*
Pi. *Multi more isto, atque exemplo vivont, quos quòm censeas*
Esse Amicos, reperiuntur falsi [k] *falsimoniis:*
Lingua [l] *factiosi, inertes operâ,* [m] *sublestâ fide.*
Nullus est, qui non invideat, rem secundam obtingere.
Sibi ne invideatur, ipsi ignavi rectè cavent.
Mne. *Edepol, nae tu illorum mores per-quàm meditatè tenes.*

c Anteponam mandata tua.
d C. Ipsum *h.e.* pertigit, pervenit ad eum. Vide Calligr. Pl. Tit. *Nuntij.* Vide su[pra] 1.2.2. ✠. 19.
e Quae me contemnit & Pistocl. in amore mihi praeposuit.
f Congrediar: simul conferam gradum: ut fieri solet, quando quis amicum in plateis obvium habet. Festinat enim uterque ad salutandum. Vide Calligr. Pl. *Notitia, Noscendi.* Vide similia loca Aul. 5. ✠. 5. Epid. 4. 1. ✠. 10. Rud. 2. 3. ✠. 4.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationū.*
h ut ab inimico data.
i Et illa quidem acerrime.
k Ob falsimonias suas.
l Largiloqui, ac dites dapsilium dictorum *h.e.* ad promittendum promi potius, quā condi, ad largiendum non item. Vide Truc. 4. 2. ✠. 29.
m Infirmâ, tenui, levi. *Festus.*

Sed

Sed etiam unum hoc ex ingenio malo malum inveniunt suo:
Nulli [a] *Amici sunt, Inimicos ipsi in* [b] *sese omnis habent;*
Atque ii se quòm frustrantur, frustrari alios stolidi existumant:
Sicut est hic, quem esse Amicum ratus sum, atque [c] *ipsus sum mihi.*
Ille, quod in se fuit, adcuratum habuit, quod posset mali
Facere, & in me [d] *inconciliare copias omnis meas.*
PI. *Inprobum istunc esse oportet hominem.* MNE. *ego ita esse arbitror.*
PI. *Obsecro hercle; loquere, quis is est?* MNE. *benivolens* [e] *vivit tibi.*
Nam ni ita esset, [f] *tecum orarem, ut ei, quod posses mali*
Facere, faceres. PI. *dic modò hominem, qui sit: si non fecero*
Ei malè aliquo pacto, me esse dicito ignavissumum.
MNE. *Nequam homo'st; verùm hercle Amicus est tibi.* PI. *tantò magis*
Dic; quis est? Nequam-hominis ego parvipendo gratiam.
MNE. *Video non potesse,* [g] *quin tibi ejus nomen eloquar.*
Pistoclere, perdidisti me Sodalem funditùs.
PI. *Quid istuc est?* MNE. *quid est? misin' ego ad te ex Epheso epistulam*
Super Amicâ? ut mihi invenires. PI. *fateor factum, & repperi.*
MNE. *Qui? tibi non erat Meretricum aliarum Athenis copia?*
Quibus cum haberes rem, nisi cum illâ, quam ego mandassem tibi?
Occiperes tu te amare, & me [h] *ires consultum malè?*
PI. *Sanun' es?* MNE. *rem repperi omnem ex tuo Magistro: ne nega.*
Perdidisti me. PI. *etiamne ultrò* [i] *tuis me prolectas probris?*
MNE. *Quid amas Bacchidem?* PI. *duas ergò hic intus eccas Bacchides!*
MNE. *Quid! duae?* PI. *atq; ambas Sorores.* MNE. *loquere nunc nugas sciens.*
PI. *Postremò, si pergis parùm mihi fidem* [k] *arbitrarier,*
Tollam ego ted in collum, atque intrò hinc auferam. MNE. *Immò ibo: mane.*
PI. *Non maneo. neque tu me habebis falsò suspectum.* MNE. *sequor.*

[a] Nemini sunt amici.
[b] Nota synt. *inimicos in se.*
[c] Mihi æquè amicum esse, atque ipse sum mihi.
[d] Inimicare, irritare, inimicas reddere.
[e] Est tibi benev.
[f] Te. Vide Lex.
[g] Video me non posse aliter facere.
[h] Mihi malè consuleres. *Festus.*
[i] Etiamne prior nullâ lacessitus injuriâ tuis probris insectaris?
[k] Habendam esse. Nota syntaxin utramque. *Parum fidem.* & *Arbitrari:* pro, *habere.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.

PARASITUS. PUER.

PARASITUS *ego sum nequam hominis, atque inprobi*
Militis, qui amicam secum avexit ex Samo.
Nunc me jre jussit ad eam, & percontarier,
Vtrum aurum reddat; an ne eat secum semul.
Tu dudum, Puer, cum illâ usque Isti semul.

Quæ

Digitized by Google

Quæ harum sunt [a] ædes, pulta. adi actutùm ad foris,
Recede hinc dierectè. ut pulsat [b] propudium!
Comesse panem tris pedes latum [c] potes,
Foris pultare nescis! Pu. *ecquis his in ædibus est?*
Heus! ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium? Ecquis exit?

a Ex his ædibus, eas, quæ sunt Bacchidis, pulsa.
b Quàm remissè & languidè pultat fores Puer impudicus?
c Strenuus es ad comedendum. *Hyperbole.*

ACTVS QVARTI
SCENA II.

Pistoclerus. Parasitus.

QVID *istuc est? quænam istac est pulsatio?*
Qui te mala crux agitat? qui ad istunc modum
Alieno viris tuas [d] extentes ostio?
Fores penes exfregisti. quid nunc vis tibi?
Pa. *Adulescens, salve!* Pi. *salve! sed quem quæritas?*
Pa. *Bacchidem.* Pi. *utram ergò?* Pa. *nihil scio, nisi Bacchidem.*
Paucis me misit Miles ad eam Cleomachus,
Vel, ut ducentos Philippos reddat aureos;
Vel, ut hinc in [e] Elatiam hodie eat secum semul.
Pi. *Non it. negato esse ituram. abi, & renuntia.*
Alium illa amat, non illum. duc [f] te ab ædibus.
Pa. *Nimis iracundè!* Pi. *at scin'? quàm iracundus fiem!*
Næ tibi hercle haut longe 'st [g] os ab infortunio:
Ita [h] Dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.
Pa. *Quòm ego hujus verba interpretor, mihi cautio 'st,*
Ne [i] Nucifrangibula excussit ex [k] malis meis.
Tuo ego istac igitur dicam illi periculo.
Pi. *Quid ais tu?* Pa. *Ego istuc illi dicam.* Pi. *dic mihi,*
Quis tu es? Pa. *illius sum integimentum [l] corporis.*
Pi. *Nequam esse oportet, quoi tu integimentum [m] inprobus es.*
Pa. [n] *Sufflatus ille huc veniet.* Pi. [o] *dirrumptum velim.*
Pa. *Num quid vis?* Pi. *abeas celeriter, facto 'st opus.*
Pa. *Vale!* [p] *Dentifrangibule.* Pi. *& tu integimentum, Vale!*
In eum nunc hæc revenit res locum, ut quid consilI
Dem meo Sodali super Amicâ, nesciam,
Qui iratus renumeravit omne Aurum Patri:
Neque Nummus ullu'st, qui reddatur Militi.

d Expromas, & contendas, seu experiaris.
e Vrbs maxima Phocidis, vel etiã Thessaliæ.
f Auferre ab ædib.
g Facies tibi pugnis excipietur.
h Articulos digitorum meorum.
i Dentes, quibus nuces franguntur.
k *Malæ* sunt etiam partes intra os.
l Custos & stipator corporis, latelles. σωματοφύλαξ. δορυφόρος.
m Improbus sit, oportet, cui tu es integumentum. Rei nãq; pretiosæ vile integumentum non est accommodandum.
n Iracundiâ tumidus.
o Præ iracundiâ. Vide Apologum Ranæ apud Horat. lib. 3. Satis. 1.
p Qui dentes frãgis hominibus.

Sed

Sed huc concedam. nam concrepuerunt fores.
Mnesilochus eccom mœstus progreditur foràs!

ACTVS QVARTI
SCENA III.

MNESILOCHUS. PISTOCLERUS.

PETULANS, *proptervo, iracundo animo, indomito,* [a] *incogitato:*
Sine modo, & modestiâ sum, sine bono jure, atque honore.
[b] *Incredibilis, inposque animi, inamabilis, inlepidus vivo.*
Malivolente ingenio [c] *natus. postremò id mihi 'st,* [d] *quod volo*
Ego esse aliis. credibile hoc est? nequior nemo 'st, neque indignior,
Quoi DI *benefaciant, neque quem quisquam homo, aut amet, aut adeat.*
Inimicos quàm amicos æquiu' st me habere: malos, quàm bonos
Par magis me juvare. omnibus probris, quæ inprobis viris
Digna sunt, dignior nullu' st homo: qui Patri reddidi omne Aurum amans.
Quod fuit præ manu. sumne ego homo miser!
Sumne ego nullius pretii! Perdidi me, atque operam Chrysali.
PI. *Consolandus hic mihi 'st. abeo ad eum. Mnesiloche, quid fit?* MNE. *perii!*
PI. *DI melius faciant!* MNE. *perii!* PI. *non taces? insipiens!* MNE. *taceam?*
PI. *Sanus satis non es.* MNE. *perii! multa mala mihi in pectore,*
Nunc acria, atque acerba eveniunt. [e] *Criminin' me habuisse fidem!*
Immeritò tibi iratus fui. PI. *Eja! bonum habe animum.*
MNE. *Unde habeam? mortuus* [f] *pluris preti 'st, quàm ego sum.* PI. *Militis*
Parasitus modò venerat Aurum petere. hinc eum ego meis
Dictis malis his foribus atque hàc reppuli, rejeci hominem.
MNE. *Quid mihi id prodest? quid faciam? nihil habeo miser. ille quidem*
Hanc abducet, scio. PI. *Si mihi sit, non* [g] *pollicear.* MNE. *scio, dares.*
Novi. [h] *sed enim nisi ames, non habeam tibi fidem tantam.*
Nunc [i] *agitas sat tute tuarum rerum. egon' ut opem mihi*
Ferre putem posse inopem te? PI. *Tace modò.* DEUS *nos aliquis* [k] *respiciet.*
MNE. *Nugæ!* PI. *mane.* MNE. *quid est?* PI. *tuam copiam eccam video! Chrysalum.*

[a] Activè. incogitabili.
[b] Indignus cui quisquam credat.
[c] Vide Calligr. Pl. Tit. *Morum.*
[d] Quod potius volo. Ellipsis τοῦ *magis*, vel *potius*. Vide Elect. Pl. Tit. *Imprecationum.*
[e] *H.e.* Me in tuam fidem in crimen vocasse! Sic infra 4. 2. ℣. 32. *propter crimen.*
[f] *Hyperbole.* Mortuus enim nullius pretii.
[g] Sed ultrò dem.
[h] Nunc autem, quia amas alterā Bacchidem, facilè credo, te nihil habere, quod mihi dare possis.
[i] Exerceris, & laboras incerto eventu negotiorū tuorum. Inde Seneca Epist. 98. *Satagios* vocat. Vide Merc. 2. 1. ℣. 4.
[k] Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum, Fortunæ.*

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

CHRYSALUS, Servus. MNESILOCHUS. PISTOCLERUS, Adolescens.

HUNC Hominem decet auro [a] *expendi: huic decet statuam statui ex Auro.*
Nam duplex hodiè facinus feci; duplicibus spoliis sum adfectus.
Erum majorem meum, ut ego hodiè lusi lepidè! ut ludificatu'st!
Callidum Senem callidis dolis [b] *compuli, & perpuli, mihi omnia ut crederet.*
Nunc Amanti Ero, filio Senis, quîcum ego bibo, quîcum edo, & amo,
Regias copias, aureasq; obtuli; ut domo sumeret, neu foris quæreret.
Non mihi isti placent [c] *Parmenones, Syri, qui duas, aut tris Minas*
Auferunt Eris. NEQUIUS *nihil est, quam egens consilii* SERVUS*, nisi habet*
Multipatens [d] *pectus, ubicumque usus siet, pectore expromat suo.*
NULLUS FRUGI *esse potest homo, nisi qui & benè, & malè facere tenet.*
Inprobis cum inprobus sit; [e] *hárpaget: furibus furetur quod queat.*
Versipellem frugi cónvenit esse hominem, pectus quoi sapit.
Bonus sit bonis, malus sit malis. [f] *utcumque res sit, ita animum habeat.*
Sed lubet scire, quantum aurum Erus sibi dempsit, & quid suo reddidit Patri.
Si frugi'st, [g] *Herculem fecit ex Patre: decumam partem ei*
Dedit; sibi novem abstulit. sed quem quæro, optumé ecce obviam
Mihi st. numqui Nummi exciderunt, Ere, tibi? quod sic terram
Obtuére [h]*. quid vos mæstos tam tristisque esse conspicor?*
Non placet: nec temerè 'st etiam. quin mihi respondetis!
MNE. *Chrysale, óccidi.* CH. [i] *fortassis tu auri dempsisti parùm.*
MNE. *Qui, malum! parùm? immò verò nimiò minus multò parùm.*
CH. *Quid igitur? stulte; quoniam occasio ad eam rem fuit,*
Meâ [k] *virtute parta, ut quantum velles, tantum sumeres.*
Sic hoc digitulis duobus sumebas [l] *primoribus?*
An nesciebas? quàm [m] *ejusmodi homini rarò tempus se daret.*
MNE. *Erras.* CH. *at quidem tutè errasti, quòm parùm* [n] *inmersisti ampliter.*
MNE. *Pol tu, quàm nunc me* [o] *accuses magis, si magis rem noveris!*
Occidi! CH. *animus jam istoc dicto plus* [p] *præsagitur mali.*
MNE. *Perij!* CH. *quid ita?* MNE. *quia Patri omne cum* [q] *ramento reddidi.*
CH. *Reddidisti?* MNE. *reddidi.* CH. *omnéne?* MNE. *oppidò.* CH. *occisi sumus!*
Qui in mentem venit tibi? istuc facinus facere tam malum.
MNE. *Bacchidem, atque hunc suspicabar propter* [r] *crimen, Chrysale,*
Me [s] *malè consuluisse; ob eam rem omne Aurum iratus reddidi*

Meo

[a] Auro contrà ponderari. Man solt jhn mit golde bezahlen.
[b] compuli, adegi.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Comœdia.*
[d] amplum & omnis generis fallaciarum plenum.
[e] rapiat, furetur.
[f] Fortunæ cuivis suum animum norit applicare.
[g] cui pars decima bonorum de prædis dabatur. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum. Hercules.*
[h] Quod sic casuri [illegible] in cedis tristis. ut supra [illegible] 3. ℣. 3.
[i] Fortassis auri parum de ea summa, quam attulisti Epheso, detraxisti, & plusquam tibi expediebat, Patri reddidisti.
[k] Mea astutia. cõsilio meo.
[l] Respicit forte ad modum sacrificãdi, quo thura dabantur Aris. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum.*
[m] Eiusmodi tempus, occasio, *sc.* argenti sumendi.
[n] *sc.* manus in aurum. Q. d. Debuisti manus tuas in aurum inmergere, & ex eo, quantum tibi opus esset, largiter haurire.
[o] accusares.
[p] Præsagit. *Nonius.*
[q] cum pulvisculo, omni scobe, & pulvere. supr. 3. 4. ℣. 19.
[r] in eo *sc.* quòd crimen commisisset. Vide supr. 4. 3. 15.
[s] Mihi. *Festus.*

Meo Patri. CH. *quid, ubi reddebas Aurum, dixisti Patri?*
MNE. *Id Aurum accepisse extemplò ab Hospite Archidemide.* CH. *hem!*
Istoc dicto dedidisti hodie in cruciatum Chrysalum.
Nam ubi me adspiciet, ad Carnuficem rapiet continuò Senex.
MNE. *Ego Patrem exoravi.* CH. *Nempe ergò hoc* [a] *ut faceres? quod loquor.*
MNE. *Immò tibi ne noceat. neu quid ob eam rem suscenseat.*
Atque ægrè impetravi. nunc hoc tibi curandum 'st, Chrysale.
CH. *Quid vis curem?* MNE. *ut ad Senem etiam alteram facias viam.*
Compara, fabricare, finge quod lubet; [b] *conglutina,*
Ut senem hodie doctum doctè fallas, Aurumque auferas.
CH. *Vix videtur fieri posse.* MNE. *perge, ac facile hac feceris.*
CH. *Quàm, malum! facile? quem* [c] *mendacii prehendit manufesto modo:*
Quem si orem, ut mihi nihil credat, id non [d] *ausit credere.*
MNE. *Immò, si audias, quæ dicta dixit* [e] *me advorsùm tibi.*
CH. *Quid dixit?* MNE. *si tu* [f] *illum Solem, sibi Solem esse dixeris.*
Se illum Lunam credere esse, & Noctem, qui nunc est Dies.
CH. *Emungam hercle hominem probè hodie,* [g] *ne id necquiquam dixerit.*
MNE. *Nunc quid nos vis facere?* CH. [h] *enim nihil est, nisi ut ametis, impero.*
Cæterùm, quantum lubet, me poscitote Aurum; ego dabo.
Quid mihi refert [i] *Chrysalo esse nomen? nisi factis probo.*
Sed nunc, quantillum usu'st Auri tibi? Mnesiloche; dic mihi.
MNE. *Militi Nummis ducentis jam usu'st pro Bacchide.*
CH. *Ego dabo.* MNE. *Tum nobis opu'st sumptu.* CH. *ah! placidè* [k] *volo*
Unumquidque agamus: hoc ubi egero, tum istuc agam.
De ducentis Nummis primum intendam [l] *Balistam in Senem.*
Ea Balistâ, si pervortam Turrim, & Propugnacula,
Rectà Portâ invadam extemplò in Oppidum [m] *antiquom & vetus.*
Sed [n] *capso, geritote amicis vostris Aurum corbibus,*
Si quod animus [o] *superat.* PI. *apud te est animus noster, Chrysale.*
CH. *Nunc tu abi intrò, Pistoclere ad Bacchidem; atque effer citò.*
PI. *Quid?* CH. *Stilum,* [p] *Ceram, & Tabellas, &* [q] *Linum.* PI. *jam faxo hic erunt.*
MNE. *Quid nunc es facturus? id mihi dice.* CH. *coctum 'st prandium.*
Vos duo eritis, atque Amica tua erit tecum tertia.
MNE. [f] *Sicut dicis.* CH. *Pistoclero nulla Amica 'st.* MNE. *immò adest.*
Alteram ille amat Sororem, ego alteram: ambas Bacchides.
CH. *Quid tu loqueris?* MNE. *hoc, ut futuri sumus.* CH. *ubi 'st* [t] *Biclinium*
Vobis stratum? MNE. *quid id exquæris?* CH. [u] *res ita 'st; dici volo.*
Nescis, quid ego acturus sim; neque facinus quantum exordiar.

Oo 2 MNE. Cedò

a Ut adjuvaret capere me.
b confice dolos.
c Vide Calligr. Pl. Tit. *Culpæ. Peccati.*
d vereatur credere.
e *h. e.* me præsente in te absentem: quæ dixit mihi de te.
f Ἀστεϊσμός. *Sensus est*: Ita te mendacem ac fallacem esse, & nihil veri dicere, sibi persuasit: ut si dicis illum Solem, qui nunc lucet, Solem esse, credat illum esse Lunam: & ex analogiâ *Diem* qui nunc est, esse Noctem.
g Ne id gratis, & sine pœna dixerit.
h Vide Lex. *Enim.*
i Vide Elect. Pl. Tit. *Nominum.*
k moderate, sine festinatione.
l fallaciam instructam. ἀλληγορικῶς: à re militari.
m In Senem.
n Cepero.
o Superest. Animus enim totus erat apud servum.
p Qua obsignabatur tabellæ. Vide Elect. Plaut. Tit. *Scriptorum litterarum.*
q quo tabellæ obligabantur.
r Ite accubitum: omnia parata sunt.

f Immò sic faciamus, ut dicis. *t* Vide Elect. Plaut. Tit. *Conviviorum.*

Digitized by Google

MNE. *Cedò manum, ac subsequere propius me ad foris. intrò inspice.*
CH. *Evax! Nimis bellus, atque ut esse maxumè optabam, locus.*
PI. *Quæ* [a] *imperavisti (imperatur benè bonis) factum ilicò 'st.*
CH. *Quid paravisti?* PI. *quæ paravi; tu jussisti omnia.*
CH. *Cape stilum properè, & Tabellas* [b] *tu has tibi.* MNE. *quid postea?*
CH. *Quod jubeo, scribito, istic. nam propterea te volo*
Scribere, ut Pater cognoscat litteras, quando legat.
Scribe! MNE. *quid scribam?* CH. *Salutem tuo Patri verbis tuis.*
PI. *Quid si potius Morbum, &* [c] *Mortem scribat! id erit rectius.*
MNE. *Ne interturba; jam* [d] *imperatum in cerâ inest.* CH. *dic, quemadmodum?*
MNE. *Mnesilochus Salutem dicit suo Patri.* CH. *adscribe hoc citò.*
Chrysalus mihi usque quàque loquitur [e] *nec-rectè, Pater,*
Quia tibi Aurum reddidi, & quia non te fraudaverim.
PI. *Mane* [f], *dum scribit.* CH. *celerem oportet esse Amatoris manum.*
PI. *Atque idem hercle est ad perdundum magis, quàm ad scribundum citus.*
MNE. *Loquere; hoc scriptum 'st.* CH. *nunc, Pater mi, proin tu ab eo ut caveas tibi,*
Sycophantias componit, Aurum ut abs teâ auferat;
Et profectò se ablaturum dixit. planè adscribito.
MNE. *Dic modò.* CH. *Atque id pollicetur se daturum Aurum mihi,*
Quod dem Scortis, quòdque in lustris comedim, & [g] *congræcem, Pater.*
Sed Pater mi; *ne tibi hodiè verba det; quæso, cave.*
MNE. *Loquere porrò.* CH. *adscribe dum.* MNE. *etiam loquere, dum id scribam* [h], *modò.*
CH. *Sed Pater, quod promisisti mihi, te quæso, ut memineris,*
Ne illum verberes, verùm apud te vinctum adservato domi.
Cedò tu Ceram, ac Linum actutùm. age, obliga [i], *obsigna citò.*
MNE. *Obsecro! quid istis ad istunc usu 'st conscriptis modum?*
Vt tibi ne quid credat, atque ut vinctum te adservet domi.
CH. *Quia mihi ita lubet. potin'* [k] *ut cures te? atque ut ne parcas mihi!*
Meâ [l] *fiduciâ opus conduxi, & meo periculo rem gero.*
MNE. *Aequom dicis.* CH. *cedò Tabellas.* MNE. *accipe.* CH. *animum advortite.*
Mnesiloche, & tu Pistoclere, jam facite in Biclinio
Cum amicâ suâ uterque accubitum eatis. ita negotium 'st.
Atque ibidem, ubi nunc sunt lecti strati, potetis. PI. *scitè!*
Numquid [m] *aliud?* CH. *hoc, atque etiam ubi erit accubitum semel,*
Nequdquam exsurgatis, donec à me erit signum datum.
PI. *O Imperatorem probum!* CH. *jam bis bibisse oportuit.*
MNE. *Fugiamus.* CH. *vostrum curate officium, ego efficiam meum.*

ACTVS

a Vide Elect. Pl. Tit. *Imperij. Mandati.*
b Mnesiloche.
c Vide supr. 5. 2. ℣. 85.
d Iam scriptum est, quod imperasti.
e Convitiatur, maledicit.
f Noli tam propere dictare.
g Græcorum in morem potando absumam.
h *Q. d.* Quin tu, dum vel id scribo, loquere tamē interim, quod porro scribam. Satis enim omnia assequor.
i Limo.
k *Q. d.* Cura tu modo Genium tuum, & de me securus esto.
l Mea fide, meo periculo. Vide Elect. Plaut. Tit. *Sponsionis.*
m *H. e.* adhuc. Vis me aliud hoc? *h. e.* quam hoc, quod modo dixisti. Sic Horat: *Nec putes aurum sapiente, bonoque beatum.* Tibullus: *Hoc album desine velle virum.* Phædrus: *Si alius Sejano accusator esset* Sallust. *Aliud bello mallet.*

Digitized by Google

ACTUS QUARTI SCENA V.

CHRYSALUS.

INSANUM [a] *magnum molior negotium,*
Metuoq; ut hodie possiem emolirier.
Sed nunc truculento mihi, atq; [b] *sævo usus Sene'st.*
Nam non conducit nunc huic sycophantia,
Senem esse tranquillum: qui ubi me [c] *adspexerit,*
Versabo [d] *ego illunc hodiè, si vivo, probè.*
Tam frictum ego illum reddam, quàm frictum'st [e] *Cicer.*
Adambulabo ad hostium, ut quando exeat,
Extemplò advenienti Tabellas dem in manum.

a Valdè magnum. Vide Calligr. Tit. *Augendi. Exaggerandi.*
b Duro, immiti, vehementi. Vide Lex.
c *Sc.* me arripi & vinciri jubebit.
d Instar pisciculi, quem in craticula versat coquus. *Allegoria.*
e Vide Elect. Pl. Tit. *Ciborum.*

ACTUS QUARTI SCENA VI.

NICOBULUS. CHRYSALUS.

NIMIÒ *illæc res est magnæ* [f] *dividiæ mihi,*
Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.
CH. *Salvos sum, iratu'st Senex. nunc est mihi*
Adeundi ad hominem tempus. NI. *Quis loquitur propè?*
Atq; hic quidem opinor Chrysalu'st. CH. *Accessero.*
NI. *Bone* [g] *Serve; salve! quid fit? quàm mox navigo*
In Ephesum? ut Aurum repetam ab Theotimo domum.
Taces? per omnis DEOS *adjuro! ut ni meum*
Gnatum tam amem, atq; ei facta cupiam, quæ is volit,
Vt tua jam virgis latera lacerentur probè,
Ferratusq; [h] *in Pistrino ætatem conteras.*
Omnia rescivi scelera ex Mnesilocho tua.
CH. *Men' criminatu'st? optumè'st: ego sum malus.*
Ego [i] *sum* [k] *sacer, scelestus: specta rem modò.*
Ego nec verbum faciam. NI. *Etiamne, Carnufex,*
Minitare? CH. *Nosces tu illum actutùm, qualis sit.*

f Molestiæ & dolori. Vide Lex.
g εἰρωνικῶς.
h Ferreis catenis vinctus.
i Concessio Ironica.
k Exsecrandus. Vide Lex.

Digitized by Google

Nunc hasce tabellas ferre me jussit tibi,
Orabat, ut quod istic esset scriptum, ut fieret.
NI. *Cedo.* CH. [a] *Nosce signum.* NI. *Novi. ubi ipse 'st?* CH. *Nescio.*
Nihil jam me oportet scire; oblitus sum omnia.
Scio me esse servom. [b] *nescio etiam id, quod scio.*
Nunc [c] *ab trasennâ hic turdus lumbricum petit,*
Pendebit hodiè pulcrè. ita intendi [d] *tenus.*
NI. *Manedum parumper; jamjam ad te exeo, Chrysale.*
CH. *Ut verba mihi dat! ut nescio! quam rem gerat:*
Servos arcersit intus, qui me vinciant.
Benè [e] *Navis agitatur; pulcrè hac* [f] *confertur ratis.*
Sed conticiscam. nam audio aperiri foris.

ACTUS QUARTI
SCENA VII.

NICOBULUS. CHRYSALUS.

CONSTRINGE tute illi, Artamo, actutùm manus.
CH. *Quid feci?* NI. [g] *Impinge pugnum, si muttiverit.*
Quid hæ [h] *loquuntur litteræ?* CH. *Quid me rogas?*
Ut ab illo accepi, ad te obsignatas adtuli.
NI. *Eho tu! loquitatúsne es Gnato meo malè*
Per sermonem? quia mihi id Aurum reddidit.
Et te dixisti id Aurum ablaturum tamen
Per sycophantias? CH. *Egon' istuc dixi?* NI. *Ita.*
CH. *Quis homo 'st? qui dicat, me dixisse istuc.* NI. *Tace.*
Nullus homo dicit: hæ Tabellæ [i] *te arguunt,*
Quas tu adtulisti. hem! hæ te vinciri jubent. CH. *Aha!*
Bellerophontem [k] *jam tuus me fecit Filius.*
Egomet Tabellas detuli, ut vincirer? [l] *Sine.*
NI. *Propterea hoc facio, ut suadeas Gnato meo,*
Ut pergræcetur tecum, Tervenefice.
CH. *O stulte, stulte; nescis nunc venire te,*
Atque in eo ipso astas lapide, [m] *ubi Præco prædicat.*

NI. *Re-*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Litterarum.*
b *εἰρωνικῶς* Proverbiale. h. e. sum taciturnus. Hominis subuati verba sunt. Vide supr. 2. 3. ℣. 90.
c Allegoria, qua notatur Senem lectione litterarum jamjam deceptum, & captum iri. Vide Lex. *Transenna.* Hæc autem loquitur Sene non audiente.
d *H. e.* Arcum. Vide Lex. Servius in Virgil. pag. 402. pro plurali sumit.
e Benè res procedit, absque periculo. Sic figuratè loquitur Chrys. de periculo imminente, immo præsente: cum malum sibi strui videret ab Hero, qui servos accersebat ad ipsum vinciendum. Vide Most. 3. 2. ℣. 51. Et Calligr. Tit. *Pers. ult.*
f Benè sic concurrunt, & impingunt hæ Naves. *Ἀλληγορικῶς.*
g Vide Lex. *Impingo.*
h Vide Elect. Pl. Tit. *Scriptura. Litterarum.*
i Vide Elect. Pl. Tit. *Scriptura. Indicij.*
k Quia litteras ab eo accepi in meã perniciem scriptas. Vide Fabulam Hom. Iliad. ζ.
l Minantis est. Vide Lex. *Sine.* & Calligr. Pl. *Minandi.*
m In eo ipso loco es, ubi auctio fit, & in quo Præco res venales & mancipia venalia prædicat. *Prædicare*, est German. Ausruffen.

NI. *Responde; quis me vendit?* CH. [a] QUEM DI DILIGUNT,
ADULESCENS MORITUR: *dum valet, sentit, sapit.*
Hunc [b] *si ullus DEVS amaret, plus* [c] *annis decem,*
Plus jam viginti, mortuum esse oportuit:
Qui terræ odium inambulat, & jam nihil sapit,
Nec sentit. tanti 'st, [d] *quanti 'st fungus putidus.*
NI. *Tun' terræ me* [e] *odium esse autumas? abducite hunc*
Intrò, atq; adstringite ad [f] *Columnam fortiter.*
Numquam auferes hinc Aurum. CH. *Atqui ultrò jam dabis.*
NI. *Dabo?* CH. *Atq; orabis me quidem ultrò, ut auferam,*
Quòm [g] *illum rescisces Criminatorem meum,*
Quanto in periculo, & quantâ in pernicie siet.
Tum libertatem Chrysalo [h] *largibere:*
Ego adeò numquam accipiam. NI. *Dic,* [i] *scelerum caput:*
Dic, quo in periclo 'st meus Mnesilochus Filius?
CH. *Sequere hàc me; faxo. jam scies.* NI. *Quò gentium?*
CH. [k] *Tres-unos passus* NI. *Vel decem.* CH. *Agedum, tu Artamo.*
Forem hanc pauxillum aperi placidè: ne crepa.
Sat est. accede huc tu. viden' convivium?
NI. *Video exadvorsum Pistoclerum, & Bacchidem.*
CH. *Qui sunt in lecto illo altero?* NI. *Interij miser!*
CH. *Novistine Hominem?* NI. *Novi.* CH. *Dic sodes mihi,*
Bellan' videtur specie Mulier? NI. *Admodum.*
CH. *Quid illam! Meretricemne esse censes?* NI. [l] *quippeni!*
CH. *Frustra es.* NI. *Quis igitur obsecro est?* CH. [m] *inveneris.*
Ex me quidem hodie numquam fies certior.

ACTVS QVARTI
SCENA VIII.

CLEOMACHUS. * NICOBULUS. CHRYSALUS.

MEAMNE *hic Mnesilochus* Nicobuli *Filius*
Per vim ut retineat [n] *Mulierem? quæ hæc* [o] *factio 'st?*
NI. *Quis ille est?* CH. *Per* [p] *tempus hic venit Miles mihi.*

CL. *Non*

[a] Est querela Servi: Ea sunt fata hominum, ut supervivat Senex, intermoriatur Adolescens. Ex imitatione Menandri. ὃν φιλεῖ θεὸς, ἀποθνήσκει νέος.
[b] Nicobulum.
[c] Plusquam ante annos decem. Vide Calligr. Tit. *Temporis. Ætatis.*
[d] *H. e.* Nihil sapit, ut fungus putidus, & inutilis ac stolidus.
[e] Telluris inutile pondus. *Horat.*
[f] Vide Elect. Pl. tit. *Supplicii.*
[g] Mnesilochum.
[h] Largiens.
[i] Sceleratissime.
[k] *H. e.* Solos.
[l] Vide Lex.
[m] Tu per te invenias, si voles.

* Introducitur in hac Scena Miles, cui Bacchis operas suas locaverat. Cum eo Chrysalus ante nunc dolum confinxerat, ut ille se Maritum Bacchidis simularet, & ita Argentum à Sene extorqueret. Notandum hic illustre Plauti peccatū in οἰκονομίᾳ sive artificio Comico. Chrysalus enim nondum quicquam cum Milite locutus fuerat, nec illum convenerat: & hic tamen Miles introducitur de compacto agere.

[n] Concubinam, seu Vxorem. [o] Intoleranda potentia. [p] Opportunè venit Cleom.

Digitized by Google

CL. *Non me arbitratur Militem, sed* [a] *Mulierem,*
Qui me, meosq; non queam defendere.
Nam neq; Bellona mihi umquam, neq; Mars creduat!
Ni illum [b] *exanimalem faxo, si convenero;*
Nive [c] *exhæredem fecero vitæ sua.*
NI. *Chrysale, quis ille'st? qui minitatur* Filio.
CH. *Vir hic est illius Mulieris, quâcum accubat.*
NI. *Quid! vir?* CH. *Vir, inquam.* NI. *Nupta'st illan'? obsecro!*
CH. *Scies haut multò post.* NI. *Oppidò interij! miser.*
CH. *Quid! nunc scelestus tibi videtur Chrysalus?*
Age nunc, [d] *vincito me, auscultato* Filio.
Dixin' tibi ego? illum inventurum te, qualis siet.
NI. *Quid nunc ego faciam?* CH. *Jube sis me exsolvi citò.*
Nam nisi ego exsolvor jam, manufestò hominem [e] *opprimet.*
CL. *Nihil est lucri, quod me hodie facere mavolim,*
Quàm illum cubantem cum illâ opprimere, [f] *ambo ut necem.*
CH. *Audin' quæ loquitur? quin tu me exsolvi jubes!*
NI. *Exsolvite istum. perij! pertimui miser!*
CL. [g] *Tùm illam, quæ corpus publicat volgo suum,*
Faxo, [h] *se haut dicat nanctam, quem derideat.*
CH. *Pacisci cum illo paululâ pecuniâ*
Potes. NI. *Paciscere ergò, obsecro, quid lubet tibi;*
Dum ne manufestò hominem opprimat; neve énicet.
CL. *Nunc, nisi ducenti* [i] *Philippi redduntur mihi,*
Jam illorum ego animam amborum [k] *exsorbebo oppidò.*
N. *Hem! illoc paciscere; si potes. perge, obsecro;*
Paciscere quidvis. CH. *Ibo, & faciam sedulò.*
Quid clamas? CL. *Vbi Erus tuus est?* CH. *Nusquam: nescio.*
Vis tibi ducentos Nummos jam promittier?
Vt ne clamorem hic facias; neu convitium?
CL. *Nihil est, quod malim.* CH. [l] *Atq; ut tibi mala multa ingeram?*
CL. *Tuo arbitratu.* CH. *Vt subblanditur Carnufex!*
Pater hic Mnesilochi'st. sequere; is promittet tibi.
Tu Aurum rogato; cæterùm [m] *verbûm sat est.*
NI. *Quid fit?* CH. *Ducentis Philippis rem pepigi.* NI. *Vah! Salus*
Mea, servavisti me! quàm mox dico? Dabo:
CH. *Roga hunc tu; tu promitte huic.* NI. *Promitto.* CH. *Roga.*
CL. *Ducentos Nummos aureos Philippos probos*
Dabin' [n]? CH. *Dabuntur: inque; responde.* NI. *Dabo.*
CH. *Quid nunc! Inpure:* [o] *numquid debetur tibi?*
Quid illi molestus? quid illum Morte territas?

[a] Vide Calligr. tit. *Mulierum*, & *Ignaviæ*.
[b] Ni illum exanimem fecero.
[c] Nisi eum vitâ privaro.
[d] Concessio Ironica.
[e] Scin adulterio.
[f] Ambos. Vide Lex. h. e. adulterũ & filiam in adulterio deprehensos.
[g] Fecero, ut illa, quæ corpus suum omnibus de populo prostituit, nõ dicat, te nactam esse virum ignavum.
[h] Plautus seipse hic imitatur. Vide supr. 3. 4. ℣. 8.
[i] Philippei aurei.
[k] Charybdis aliqua.
[l] Et eadem opera, ut multa maledicta in te cõgeram?
[m] Verborum sat est. Vide Rud. 3. 6. ℣. 28. Truc. 2. 4. ℣. 14. Quod ad cætera attinet v. s. e. Q. d. de rebus aliis nihil opus est ad Senem meminisse: nũmos saltim rogato: id satis, nec ultra aliũ in sermonem descendes. Vide Lex. *Cæterùm*: reliquùm.
[n] Vide Calligr. tit. *Stipulationis*.
[o] Q. d. nihil debetur tibi, aut si quid debetur ex stipulatu debetur, quo tibi optimè cautum est.

Et ego te. & ille mactamus infortunio.
Si tibi 'st Machæra: at nobis [a] *VerBina'st domi,*
Qui quidem te faciam, si tu me irritaveris,
Confossiorem [b] *forícinâ Naniâ.*
Jamdudum hercle equidem sentio, suspicio
Quæ te sollicitet: eum esse cum illâ Muliere.
CL. *Immò 'st quoq;.* CH. *Ita me* JUPPITER! JUNO, CERES,
MINERVA, LATONA, SPES, OPS, VIRTUS, VENUS,
CASTOR, [c] POLLUCES, MARS, MERCURIUS, HERCULES,
SUBMANUS [d], SOL, SATURNUS, *Diiq; omnes ament!*
Ut ille cum illâ, neq; cubat, neq; ambulat:
Neq; osculatur, neq; illud quod dici [e] *solet.*
NI. *Ut jurat, servat me ille suis perjuriis.*
CL. *Ubi nunc Mnesilochus ergò 'st?* CH. *Rus misit Pater.*
Illa autem in [f] *Arcem abiit, Ædem visere*
Minervæ. nunc [g] *aperta 'st. i, vise; estne ibi.*
CL. *Abeo ad Forum igitur.* CH. *Vel hercle in malam crucem!*
CL. *Hodie exigam Aurum hoc?* CH. *Exige, ac suspende te:*
Ne supplicare [h] *censeas, nihili Homo.*
Ille est [i] *amotus. sine* [k] *me per te, Ere; obsecro*
DEOS *immortalis! ire huc intrò ad Filium.*
NI. *Quid eò introibis?* CH. *Ut eum dictis plurumis*
Castigem, quòm hæc facta sic, ad hunc faciat modum.
NI. *Immò oro, ut facias, Chrysale; & te obsecro.*
Cave [l] *parsis in eum dicere.* CH. *Etiam me mones?*
Satin' est? si plura ex me audiet hodie mala,
Quàm audivit umquam Clinia [m] *ex Demetrio?*
NI. *Lippi ille Oculi servos est* [n] *simillumus.*
Si non est, nolis [o] *esse, neq; desideres:*
Si est, abstinere quin attingas, non queas.
Nam ni illic hodie fortè [p] *fortunâ hic foret,*
Miles Mnesilochum cum Uxore opprimeret suâ,
Atq; obtruncaret Mœchum manufestarium.
Nunc quasi ducentis Philippeis emi Filium,
Quos dare promisi Militi: quos non dabo
Temerè etiam. priusquam Filium convenero.
Numquam edepol quicquam temerè credam Chrysalo:
Verùm libet etiam mihi has perlegere denuò:

Pp Æquom

a Parvum veru. Vide Lex.
b *H. e.* Te magis confossum reddam, quam intestinum soricinū, cujus sorex in muscipula deprehensus certa machinatione confoditur. Vide Lex. *Nania.*
c *Pro, Pollux.* Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum.*
d Pluto. Vide ibid.
e *Σιωπώμενον* intelligit. nam verbum turpe reticet.
f *εἰς ἀκρόπολιν.* Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum. Minervæ.*
g *Sc.* foris. tu vide num ibi sit.
h Ne tu homo nihili, putes me tibi supplicare.
i Remotus, amandatus. Hæc autem loquitur ad herum suum.
k Observa syntaxin. usitatum enim est in Deprecationibus inter præpositionem, ejusq; casum, interponere pronomen. Vide Calligr. Tit. *Deprecandi.*
l Cave peperceris.
m Ad Turpilij forsan Demetrium alludit.
n Quia quemadmodum, cum lippus oculus non adest, nemo eum desiderat, & facile ac libenter eo caret: cum adest, nemo potest sibi temperare, quin eum manu tractet: ita si Chrysalum non haberem, non magnopere desiderarem: cùm habeo, non possum, quin opera ejus utar. Vide Pers. 1. I. ỹ. 11. o *Sc.* talem oculum. p Vide Elect. Plaut. Tit. *Deorum.*

Æquom'st Tabellis [a] *consignatis credere.*

ACTUS QUARTI
SCENA IX.

CHRYSALUS. NICOBULUS.

ATRIDES [b] *duo fratres* [c] *cluent fecisse facinus maxumum:*
Quòm Priami patriam [d] *Pergamum,* [e] *divinâ mœnitum manu,*
Armis, equis, exercitu, atq; eximiis bellatoribus,
Mille cum [f] *numero navium, decumo anno post subegerunt.*
Non [g] *Pelídes tormento fuit, præut ego Erum expugnabo meum.*
Sine Classe, sineq; exercitu, & tanto numero militum,
Cæpi: expugnavi amanti Erili Filio Aurum ab suo Patre.
Nunc priusquàm huc Senex venit, libet lamentari, dum exeat:
O [h] *Troja! ô Patria! ô Pergamum! ô Priame! perIsti Senex,*
Qui miserè malè mulcabere quadringentis Philippis aureis.
Nam ego has Tabellas obsignatas, consignatas, quas fero,
Non sunt Tabellæ, sed [i] *Equus, quem misére Achivi ligneum.*
Epíus [k] *est Pistoclerus: ab eo hæc sumptæ. Mnesilochus* [l] *Sinon est*
Relictus: [m] *ellum! non in busto Achilli, sed in lecto áccubat:*
Bacchidem habet secum. ille olim habuit [n] *ignem, qui signum daret.*
Hunc [o] *ipsum exurit. ego sum Ulyxes, quojus consilio hæc gerunt.*
Tum quæ hic sunt scriptæ litteræ, in hoc Equo insunt Milites
Armati, [p] *atq; animati probè. ita res successit;* [q] *meliusq; adhuc.*
Atq; hic Equus non in Arcem, verùm in [r] *Arcam faciet inpetum.*
Excidium, exitium, exlecebra fiet hic Equus hodie Auro Senis.
Nostro Seni huic stolido; ei profectò nomen facio ego ILIO.
Miles [f] *Menelau'st: ego Agamemnon: idem Ulyxes* [t] *Laertius.*
Mnesilochus est [u] *Alexander; qui erit exitium rei Patriæ suæ:*
Is [x] *Helenam abduxit, quojâ causâ nunc facio obsidium Ilio.*
Nam [y] *illic eídem audivi Ulyxem, ut ego sum, fuisse & audacem, & malum.*
Dolis [z] *ego deprensus sum. ille mendicans pænè inventus interIt,*
Dum ibi exquirit [aa] *Fata Iliorum. ac similiter mihi hodiè óbtigit.*
Victus sum; sed dolis me exemi. item se ille servavit dolis.

ILIO

a Obsignatis.
b Agamemnon & Menelaus, duo Atrei filij.
c Dicuntur fec. Vide Lex. *Cluer.*
d Trojam, Ilium, sive Arces Trojànas.
e Neptuni & Apollinis manu munitum & muro cinctum jussu Iovis.
f Hunc numerum etiam habuit Liv. lib. . Dec. .
g Nõ Achilles machinis & tormẽtis æque expugnavit mœnia Trojana.
h Ex antiquâ Comœdia forte desumta hæc sunt.
i De Equo hoc Vide Elect. Pl. Tit. *Bele.*
k Est nomen Fabri, qui Equum istum durateum fecit. *Epéus.*
l Qui simulaverat se a Græcis fugiẽtibus esse relictum, & in Achillis busto delituerat. Alij tamen Achillem pro Palamede positum ajunt.
m Ecce illum.
n Sinon enim sublata face, Græcis à Tenedo redeuntibus, noctu signum dabat.
o Mnesilochum ignis *h. e.* Bacchis exurit.
p Vide Elect. Pl. Tit. *Mutua.*
q Res nobis melius successit, quã Græcis.
r Heri mei majoris Nicobuli.
f Ut Menelaus Helenam, quam rapuerat Alexander Paris, repetebat: ita hic Miles Cleomachus Bacchidem suam repetit.
t Laertis filius. Contracte: quasi *Lartius.*
u Quia ut Paris fuit exitio Trojæ, patriæ suæ, ita Mnesiloch. erit exitio rei patriæ.
x Mnes. Bacchidem rapuit.
y Illic ibidem.
z Sicuti Ulysses.
aa Oracula Trojanorum.

Digitized by Google

ILIO *tria fuisse audivi Fata, quæ illi exitio forent:*
Signum [a] *ex Arce si perIsset: alterum etiam'st* [b] *Troili mors:*
Tertium [c] *quòm Porta Scææ limen superum scinderetur.*
Paria item tria eis tribus sunt Fata nostro huic Ilio.
Nam dudùm primò ut [d] *dixeram nostro* [e] *Seni mendacium,*
Et de [f] *Hospite, & de Auro, & de Lembo; ibi signum ex Arce jam abstuli.*
Jam duo restabant Fata tum; [g] *nec magis id ceperam Oppidum.*
Post, ubi Tabellas ad Senem detuli, ibi occidi Troilum.
Quòm censuit Mnesilochum cum Vxore esse dudùm Militis,
Ibi vix me exsolvi: atq; id periclum adsimilò, Vlyxem ut prædicant
Cognitum ab Helenâ esse proditum Hecubæ. sed ut olim ille se ab eâ
Blanditiis exemit, & ei persuasit, se ut amitteret;
Item ego dolis me illo expuli è periculo, & decepi Senem.
Posteàcum [h] *magnifico Milite, Vrbes* [i] *verbis qui inermus capit,*
Conflixi; atq; Hominem reppuli: dein pugnam conserui Seni.
Eum ego adeò uno mendacio devici; [k] *uno ictu extempulò*
Cœpi spolia. is nunc ducentos Nummos Philippos,
Militi * *quos dare se promisit, dabit.* *
Nunc alteris etiam ducentis [l] *usu'st, qui dispensentur*
Ilio capto: ut sit [m] *Mulsum, qui triumphent Milites.*
Sed Priamus hic multò illi præstat. non [n] *quinquaginta modò;*
Quadringentos filios habet, atq; equidem omnis lectos [o] *sine probro:*
Eos ego hodie omnis contruncabo duobus solus ictibus.
Nunc Priamo nostro, si est quis emptor, [p] *coemptionalem Senem*
Vendam ego; venalem quem habeo, extemplò ubi Oppidum expugnavero.
Sed [q] *Priamum adstantem eccom ante portam video! adibo, atq; adloquar.*
NI. *Cujânam vox propè me sonat?* CH. *O Nicobule!* NI. *Quid fit? quid! quòd*
Te misi. ecquid egisti? CH. *Rogas? congredere.* NI. [r] *congredior.*
CH. *Optumus sum orator: ad lacrumas coegi hominem castigando,*
Maleq; dictis: quæ quidem quivi comminisci. NI. *Quid ille ait?* CH. *Verbum*
Nullum fecit, lacrumans tacitus auscultabat, quæ ego loquebar.
Tacitus conscripsit Tabellas: obsignatas mihi has dedit.
Tibi me jussit dare. sed metuo, ne idem cantent, [s] *quod priores.*
Nosce signum. est ne ejus? NI. *Novi. libet perlegere has.* CH. *Perlege.*
Nunc superum limen scinditur, nunc propè *adest exitium Ilio.*
Turbat [t] *Equus lepidè ligneus.* NI. *Chrysale, ades; dum ego has perlego.*
CH. *Quid me tibi adesse opu'st?* NI. *Volo, ut, quod jubeo, facias:*
Vt scias, quæ hic scripta sient. CH. *Nihil moror; neq; scire volo.*
NI. *Tamen ades.* CH. *Quid opu'st?* NI. *Taceas! quod jubeo, id facias.* CH. *Adero.*
NI. *Euge litteras minutas!* CH. [u] *Qui quidem videat parùm:*
Verùm qui satis videat, grandes satis sunt. NI. *Animum advortito igitur.*

a Palladiũ: quod Vlysses & Diomedes corruperunt.
b Priami omnium natu minimi filij.
c Sepulcrum Laomedontis, quod erat in porta Scęâ.
d Postquã · quamprimum dixeram.
e Nicobulo.
f Archidemide, cum invitum ſc. aurum corripuisse.
g Nihilo magis exp.
h Cleomacho.
i Qui verbis plura de se prædicat, quàm re ipsa præstet. infr. Mil. 4. 2. ✝. 64. *Vrbicapus.*
k Senem a me devictum spoliavi.
l Opus est.
m Mulsũ enim in Triumpho datum militibus. Vide Elect. Pl. tit. *Militia.*
n Numos Philippeos.
o Non vitio aut volgivaga Venere conceptos, quales spurij filij solent: sed legitimo satu partuque in lucem editos.
p Senem plane utilẽ ad emtiones faciendas. Vide Elect. Pl. Tit. *Emtionis, Venditionis, Auctionis.*
q Nicobulum.
r Penultima productâ ἀρχαι μῶ.
s Vide supr. 2. 3. ✝. 51.
t Verberat, quatit Ilium. q. d. Hæ tabellæ ligneæ egregias turbas dant.

u Ei scil. qui vid. par.

CH. Nolo, inquam. NI. *At volo, inquam.* CH. *Quid opu'st?* NI. *At enim, quod te jubeo,*
Facias. CH. *Justum'st, tuus tibi Servos tuo arbitratu serviat.*
NI. *Hoc age sis nunc jam.* CH. *Ubi lubet, recita; aurium operam tibi* [a] *dico.*
NI. *Cera quidem haut parsit,* [b] *neq; stilo. sed quicquid est, perlegere certum'st.*

a Addico promitto.
b *H. e.* litteræ longæ sunt.

EPISTULA.

LITTERÆ MNESILOCHI.

PATER, DUCENTOS PHILIPPOS, QUÆSO, CHRYSALO
DA, SI ESSE SALVOM VIS ME, AUT VITALEM TIBI.
CH. *Malum quidem hercle magnum* [c] *tibi dico.* NI. *Quid est?*
CH. *Non prius salutem scripsit?* NI. *Nusquam sentio.*
CH. *Non dabis, si sapies. verùm* [d] *si das maxumè,*
Na ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi.
Nam ego non laturus sum, si jubeas maxumè.
Sat sic suspectus sum, quòm careo noxiâ.
NI. *Ausculta porrò, dum hoc, quod scriptum'st, perlego.*
Inde à principio jam inpudens Epistula'st.
NI. PUDET PRODIRE ME AD TE IN CONSPECTUM, PATER.
TANTUM FLAGITIUM TE SCIRE AUDIVI MEUM,
QUOD CUM PEREGRINI CUBUI UXORE MILITIS.
Pol haut [e] *derides. nam ducentis Aureis*
Philippis redemi vitam ex flagitio tuam.
CH. *Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.*
NI. STULTE FECISSE, FATEOR: SED, QUÆSO, PATER,
NE ME IN STULTITIA, SI DELIQUI, DESERAS.
EGO ANIMO CUPIDO, ATQUE [f] OCULIS INDOMITIS FUI:
PERSUASUM 'ST FACERE, QUOIUS NUNC ME FACTI PUDET.
Prius te cavisse ergò, quàm pudere æquom fuit.
CH. *Eadem istæc verba dudum illi dixi omnia.*
NI. QUÆSO, UT SAT HABEAS ID, PATER, QUOD CHRYSALUS
OBJURGAVIT [g] ME PLURUMIS VERBIS MALIS,
ET ME MELIOREM FECIT PRÆCEPTIS SUIS,
UT TE EII HABERE GRATIAM, ÆQUOM SIT, BONAM.
CH. *Estne istuc istic scriptum?* NI. *Hem! specta; tum scies.*
CH. *Ut qui deliquit, supplex est ultrò omnibus.*
NI. NUNC, SI ME FAS EST OBSECRARE [h] ABS TE, PATER,
DA MIHI DUCENTOS NUMMOS PHILIPPOS, TE OBSECRO.
CH. *Ne unum quidem hercle, si sapis.* NI. *Sine perlegam!*
EGO IUSIURANDUM VERBIS [i] CONCEPTIS DEDI,
DATURUM ID ME HODIE MULIERI ANTE VESPERUM,

c Videtur malum precari Mnesilocho. sed mera simulatio est: mox enim corrigit, & aversus, inquit: *ibid. sci.* ò Nicob. non; Mnesilocho.
d Tametsi jubeas.
e *H. e.* Verum dicis. Hæc submisse Senex loquitur, ut *scil.* ἱκετευτικῶς ad litteras filij Mnesilochi. Talia & illa sunt versu 94.
f Vide Elect. Pl. tit. *Amoris.*
g Vide Lex. *Objurgare.*
h Nota syntaxin.
i Vide Elect. Pl. tit. *Iuramenti.*

PRIUS.

Digitized by Google

PRIUSQUAM À ME ABIRET. NUNC NE PERIUREM, PATER,
CURA: ATQUE ABDUCE ME HINC AB HAC, QUANTUM POTEST,
QUAM PROPTER TANTUM DAMNI FECI ET FLAGITII.
CAVE TIBI DUCENTI NUMMI [a] DIVIDIÆ FUANT.
SESCENTA [b] TANTA REDDAM, SI VIVO, TIBI.
VALE, ATQUE HÆC CURA. *Quid nunc censes, Chrysale?*
CH. *Nihil ego tibi hodie consilij quicquam dabo:*
Neque [c] *ego haut committam, ut, si quid peccatum siet,*
Fecisse dicas de meâ me sententiâ.
Verùm, ut ego opinor, si ego in istoc sim loco,
Dem potius Aurum, quàm illum corrumpi sinam.
Duæ conditiones sunt; utram tu accipias, vide.
Velut. [d] *Aurum perdas, velut Amator perjuret.*
Ego neque te jubeo, neque voto, [e] *neque suadeo.*
NI. *Miseret me illius.* CH. *tuus est, non mirum facis.*
Si plus perdundum'st, perisse suaviu'st,
Quàm illud flagitium volgo dispalescere.
NI. *Næ ille edepol Ephesi multò mavellem foret,*
Dum salvos esset, quàm revenisset domum.
Quid ego istic, quod perdundum 'st, properem perdere?
Binos ducentos Philippos jam intus ecferam:
Et Militi, quos dudum promisi miser,
Et istos. mane istic: jam exeo ad te, Chrysale.
CH. [f] *Fit vasta Troja; scindunt proceres Pergamum.*
Scivi ego jamdudum fore me exitium Pergamo.
Edepol qui me esse dicat cruciatu malo
Dignum, ne ego cum illo pignus haut ausim dare,
Tantas turbellas facio. sed crepuit foris:
Ecfertur præda ex Troiâ. taceam nunc jam.
NI. *Cape hoc tibi Aurum, Chrysale: i, fer Filio.*
Ego ad Forum autem hinc ibo, ut [g] *solvam Militem.*
CH. *Non equidem accipiam. proin tu quæras, qui ferat.*
Nolo ego mihi credi. NI. *cape verò; odiosè facis.*
CH. *Non equidem capiam.* NI. *at, quæso!* CH. *dico, ut res se habet.*
NI. [h] *Morare.* CH. *nolo, inquam, aurum concredi mihi.*
Vel da aliquem, qui me servet. NI. *ohe! odiosè facis.*
CH. *Cedò, si necesse est.* NI. *cura hoc ad vos. jam ego huc à foro revenero.*
CH. *Curatum 'st, esse te Senem omnium miserrumum.*
Hoc est incepta efficere pulcrè, veluti nunc mihi
Evenit, ut [i] *Ovans Prædâ onustus incederem.*
Salute [k] *nostrâ, atque Urbe captâ per dolum,*

[a] Ægritudinem, seu molestiam afferant, si pro me exponant.
[b] Triplo plura.
[c] *Neque haud*: Duæ negationes vehementer negantes. Aul. 2. 4. ℣. 7.
[d] *sc.* Aurum filio tuo date.
[e] Vulgo palam fieri. Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti*.
[f] Troia vastatur: Græciæ principes, qui in Equo erat, Troiam exscindunt. Intelligit litteras in tabellâ ceratâ scriptas.
[g] Absolvam.
[h] *sc.* me aliò properantem.
[i] Vide Elect. Pl. Tit. *Triumphi*.
[k] Salvis nobis.

Digitized by Google

Domum reduco integrum omnem hinc *exercitum.*
Sed, Spectatores, vos nunc ne miremini,
Quòd non Triumpho. pervolgatum 'st; nihil moror.
Verumtamen accipientur Mulso [a] *Milites.*
Nunc hanc [b] *Prædam omnem jam ad Quæstorem deferam.*

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Milita.* supr. p. 48.
[b] Præda enim ex hostibus facta ad Quæstores Urbanos deferebatur. Vide Elect. Plaut. Tit. *Milita.*

ACTUS QUARTI
SCENA X.

PHILOXENUS, Senex.

QUAM *magis in pectore meo foveo, quas meus Filius turbas turbet:*
Quam se ad vitam, & quos ad mores præcipitem [c] *inscitus capessat,*
Magis [d] *curæ est, magisque adformido, ne is pereat; neu corrumpatur.*
Neque placitant [e] *mores, quibus video volgò* [f] *gnatos esse Parentes.*
Scio ego; fui illâ ætate, & feci illa omnia; sed modesto more.
Duxi [g], *habui* [h] *scortum: potavi: edi: donavi: & enim id rarò.*
Ego [i] *dare me ludum meo Gnato institui: ut animo obsequium*
Sumere possit, æquom esse puto. sed [k] *nimis nolo desidiæ*
Ei dare ludum. nunc Mnesilochum, quod mandavi, viso;
Ecquid eum ad virtutem, aut ad frugem operâ suâ conpulerit:
Sicut [l] *eum, si convenit, scio fecisse. eo 'st ingenio gnatus.*

[c] Stultus. *Festus.*
[d] Subaudi: *Tam magis.*
[e] Severiores Patrum in Filios.
[f] i. e. Natos esse patent.
[g] Domum sc.
[h] Vide Lex. *Habere.*
[i] Nota synt. & phrasin.
[k] Nolo enim nimis laxare habenas illi desidiæ.
[l] uti scio Mnesilochum fecisse, si filium meum convenit.

ACTUS QUINTI
SCENA I.

NICOBULUS. PHILOXENUS.

QUICUMQUE [m] *ubi* ubi *sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthàc,*
Stulti, stolidi, fatui, fungi, [n] *bardi, blenni, buccones:* hos
Solus ego omnis longè ante eo stultitiâ, & moribus indoctis.
Perii! pudet. hocine me ætatis ludum bis factum esse indignè!
Magis [o] *quàm id reputo, tam magis* [p] *uror; quem meus* Filius *turbavit.*
Perditus sum, atque etiam eradicatus sum: [q] *omnibus exemplis crucior.*
Omnia me mala consectantur, omnibus exitiis interI.
Chrysalus me hodie laceravit, Chrysalus me miserum spoliavit:
Is me, Scelus, auro usq; [r] *attondit dolis doctis indoctum, ut lubitum 'st.*
Ita Miles memorat Meretricem esse eam, quam ille uxorem esse aiebat.
Omnidque, ut quidque actum 'st, memoravit, eam sibi hunc annum conductam.

Reliquom

[m] Ubicumque. Vide Lex.
[n] Vide Lex. de istis voculis, quibus homo insipidus & ignavus denotatur.
[o] quantò: tantò.
[p] Crucior.
[q] Omnib. modis.
[r] ludificavit, vel auro emunxit.

Digitized by Google

Reliquom [a] *id Auri factum, quod ego ei stultissumus homo promisissem.*
Hoc est, hoc est, quod [b] *peracescit, hoc est demùm, quod percrucior,*
Me hoc ætatis ludificari: immò edepol sic ludos me factum,
Cano capite, atque albâ barbâ! sic miserum me Auro esse emunctum!
Perij! hoc servom meum [c] *non nauci facere esse ausum! atque ego si alibi*
Plus perdiderim, minus ægrè habeam, minusq; adeò id mihi dampno ducam.
PH. *Certò hic propè me mihi nescio-quis loqui visu'st. sed quem video,*
Hic quidem Pater Mnesilochi est. NI. *Euge!* [d] *socium ærumnæ, & mei mali video.*
Philoxene, salve! PH. *& tu. unde* [e] *agis?* NI. *unde homo miser atq; infortunatus.*
PH. *At pol ego ibi sum, esse ubi miserum hominem decet, atque infortunatum.*
NI. *Igitur pari fortunâ, ætate uti sumus, utimur.* PH. *sic est. sed tu,*
Quid [f] *tibi 'st?* NI. *pol mihi* [g] *par idem est, quod tibi.* PH. *numquidnam ad filiũ*
Ægritudo [h] *hæc adtinet?* NI. *admodùm.* PH. *idem mihi* [i] *morbus in pectore 'st.*
NI. *At mihi Chrysalus* [k] *optumus homo perdidit Filium, me, atque omnẽm*
Rem meam. PH. *quid tibi ex filio nam, obsecrò, ægrè 'st?* NI. *scies id; perit*
Cum tuo; ambo æquè habent Amicas. PH. *qui scis?* NI. *vidi.* PH. *hei mihi! disperii!*
NI. *Quid dubitamus pultare? atque huc evocare* [l] *ambo foràs?*
PH. *Haut moror.* NI. *heus! Bacchis. jubesis actutùm aperiri foris!*
Nisi mavoltis foris, & [m] *postis comminui securibus.*

ACTUS QUINTI
SCENA II.

BACCHIDES: Duæ Sorores,
NICOBULUS. PHILOXENUS: Duo Senes.

QUIS *sonitu, ac tumultu tanto, nomine nominat*
Me, atque pultat ædis? N. *ego, atque hic.* BA. *quid hoc est*
Negotij? nam, amabo, quis has huc [n] *Ovis adegit?*
NI. *Ovis nos vocant pessumæ!* SO. *Pastor harum*
Dormit, quòm hæ eunt sic à pecu [o] *palitantes.*
BA. *At pol nitent: haut* [p] *sordidæ videntur ambæ.*
SO. *Attonsæ* [q] *hæ quidem ambæ à nobis usque sunt.* PH. *ut videntur*
Deridere nos! NI. *sine suo usque arbitratu.*
BA. *Rerin'* [r] *ter in anno tu has* [s] *tonsitari?* SO. *pol hodie*
Altera [t] *jam bis detonsa certò 'st.* BA. *Vetulæ*
Sunt: [u] *Thymiamæ.* SO. *at* [x] *bonas fuisse credo.*
Viden' limulis [y], *obsecro, ut intuentur!*
BA. *Ecastor sine omni arbitror* [z] *malitiâ esse.* PH. *Meritò*

[a] Dixit Miles, se auri, quod ei stipulanti promisissem, reliquum esse, quod ei debeatur, & quod renumerandum sit, si Bacchis domum revehi, eique operas amplius dare nolit.
[b] Quod peracerbum, & permolestum est.
[c] Ne nauci quidẽ: contemtissimum. Vide Lex. Atque ego si in alia re plus auri perdiderim, æquiore animo feram, minusque id mihi damnosum esse putẽ: nunc autem cùm in flagitiis filii stantam auri jacturam fecerim, & à servo meo ludificatus, atque illusus sim, ferre non possim.
[d] Philoxenũ? quia filius quoque ejus [illegible] lustris corrumpitur & alteram Bacchidem amat.
[e] sc. te. Vide Calligr. Tit. *Eundi*.
[f] Sic Curc. [illegible] 3. ℣. 30.
[g] par, atque adeò idem est, quod tibi: par mihi est: immo vero idem, quod tibi.
[h] de quâ mecum loqueris, nũquid propter Filiũ tuũ tibi accidit?
[i] Eadem ægritudo.
[k] Nota epithetũ; *optumus homo.*
[l] Filios.
[m] Vide Captiv. 4. [illegible] ℣. 52.
[n] stolidos. Vide Lex. *Ovu*. & Calligr. *Stultitia*.
[o] a grege, errantes.

[p] non scabiosæ: sed nitidâ cute sunt, non scabrâ. [q] à Filiis & servis expilatos senes intelligit. *Ambiguum.* [r] Vide Elect. rl. Tit. *Ovis*. Ter in anno tonsæ oves Græciæ. [s] argento emungi. *Ambig.* [t] h. e. Nicobulus alter Senex Mnesilochi Pater à Chrysalo Servo bis delusus, & auro emunctus. *Ambig.* [u] Fortè à thymo sic dictæ: quasi thymum amantes. Vel, à [illegible] incenso & arido. Sic dicitur Senes macri, & aridi ut si incendantur [illegible], usum præbere possint. Alii malint [illegible] ut alludatur ad Minas, quibus Senes erant emuncti. [x] pingues. [y] obliquis oculis. Vide Calligr. Tit. *Videndi*. & Pl. Tit. *Amoris*. [z] ad decipiendum faciles.

Digitized by Google

PH. *Meritò hoc nobis fit, qui quidem huc venerimus.*
B. [a] *Cogantur quidem intrò.* SO. *haut scio, quid eo opus sit,*
Quæ nec [b] *lactem, nec* [c] *lanam ullam habent. sic sine astent.*
Exsolvére [d] *quanti fuére. omnis fructus*
Iam illis decidit. an non vides? ut palantes
Solæ liberè [e] *Crassentur! quin ætate eas jam credo esse mutas:*
Ne balant quidem, quòm à pecu cætero absunt. SO. *stultæ, atque haut* [f] *malæ videntur.*
BA. *Revortamur intrò, Soror.* NI. *ilicò ambæ manete: hæ Oves volunt vos.*
BA. *Prodigium hoc quidem'st, humanâ nos voce adpellant Oves.*
P. *Hæ Oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.*
BA. *Si quam debes,* [g] *te condono; tibi habe; numquam abs te petam.*
Sed quid est? quapropter nobis vos malum minitamini?
PH. *Quia nostros* [h] *Agnos conclusos istìc esse ajunt duos.*
NI. *Et, præter eos Agnos, meus est istìc clam mordax* [i] *Canis:*
Qui, nisi nobis producuntur jam, atque emittuntur foràs,
Arietes [k] *truces nos erimus; jam in vos incursabimus.*
BA. *Soror; est, quod te volo* [l] *secretò.* SO. *ehò! amábo.* NI. *quò illæ abeunt?* BA. *Senem illum ego*
Tibi dedo [m] *ulteriorem, Soror, lepidè ut lenitum reddas: ego ad hunc*
Iratum adgrediar. possumus nos hos intrò inlicere huc? SO. *meum*
Pensum [n] *ego lepidê adcurabo. quàm odiosum'st,* [o] *Mortem amplexarier!*
BA. *Facito* [p] *, ut facias.* SO. *taceas. tu tuum facito; ego, quod dixi, haut* [q] *mutabo.*
NI. *Quid illæc illìc in consilio duæ secretò consultant?*
PH. *Quid ais tu homo?* NI. *quid me vis?* PH. *pudet dicere me tibi quiddam.*
NI. *Quid est? quod pudeat.* PH. *Sed amico homini tibi quod volo* [r] *credere, certum'st.*
Nihili [s] *sum.* NI. *istuc jampridem scio. sed* [t] *quid nihili sis, memora.*
PH. *Tactus sum vehementer* [u] *Visco, cor stimulo foditur.*
NI. *Pol tibi multò æquiu'st* [x] *Coxendicem.*
Sed quid istuc est? etsi jam ego ipse, quid sit, propè scire puto me:
Verùm audire etiam ex te studeo. PH. *viden' hanc?* NI. *video.* PH. *haut* [y] *mala est mulier.*
NI. *Pol verò ista* [z] *mala, & tu nihili.* PH. *quid multa? ego amo.* NI. *an amas?* PH. [aa] *necas.*
NI. *Tun' homo putide, Amator istac fieri ætate audes?* PH. *qui non?*
NI. *Quia flagitium'st.* PH. *quid opus verbi'st? meo ego Filio non sum iratus:*
Neque te tuo'st æquom esse iratum. si amant, sapienter faciunt.
BA. *Sequere hàc.* BA. *eunt.* NI. *eccas tandem:* [bb] *probri perlecebræ, & persuastrices.*
Quid

a ut oves.
b Quia sunt vetulæ. Vide Lex. *Lac.*
c Quia sunt probè attonsæ.
d Exsolverunt pretium quãti emtæ sunt. *h. e.* tantum lactis & lanæ eis detractum est, ut pretium, quo emtæ sunt, exsarcierint, nihilq; amplius eis detrahi possit.
e incedant. Vide Lex.
f H. e. simplices, nõ malitiosæ.
g Nota syntaxin.
h filios.
i Chrysalus.
k petemus vos cornibus, ut Arietes.
l seorsim ab his senibus.
m i. e. remotiorem Philoxenum.
n Meum munus facile administrabo.
o Senem exsanguem, atq; Acheronticum adeo. *h. e.* mortuo quàm vivo similiorem. Vide Elect. Pl. Tit. *Senectutis.*
p Philoxenum lenito.
q Nõ mutabo sententiam, aut consilium.
r committere, aperire consilium.
s Quia Senex amore captus sum.
t Cur nihili sis.
u Amore. Vide Calligr. Pl. Tit. *Amoris.*
x coxam stimulo fodi æquius est, ut equo aut asino pigro, & tardius eunti.

y Non invenusta. *z* sive deformis, sive improba. *aa* cùm toties rem eamdem à me iterari postulas. *bb* quæ ad probrum pelliciunt, illudque persuadent.

Quid! nunc etiam redditis nobis, & Filios, & Servom? an ego
Experior tecum [a] vi majore? PH. abin' hinc?
Non homo tu quidem es, qui istoc pacto tam lepidam inlepidè adpelles.
BA. Senex optume, quantum 'st in terrâ; sine hoc exorare me, obsecro, [b] abs te:
Ut istuc delictum [c] desistas tanto opere ire [d] oppugnatum.
NI. Ni abeas, quamquam tu bella es, [e] malum tibi magnum dabo jam. BA. Patiar.
Non metuo, [f] ne quid mihi doleat, quod ferias. NI. ut blandiloqua 'st!
BA. Hei! mihi metuo. SO. hic [g] magis tranquillu' st.
I hàc mecum intrò: atque ibi, si quid vis, filium concastigato.
NI. Abin' à me! [h] scelus. BA. sine, mea Pietas, te exorem! NI. exores tu me?
BA. Ego quidem ab hoc certò exorabo. PH. immò ego te oro, ut me intrò abducas.
SO. Lepidum te! PH. at scin'? quo pacto me ad te intrò abducas? SO. mecum ut sis.
PH. Omnia quæ cupio conmemoras. NI. [i] vidi ego nequam
Hominem; verùm te neminem deteriorem. PH. [k] ita sum.
BA. I; i hàc mecum intrò, ubi sit tibi lepidè victibus, [l] vino, atque unguentis.
Satis satis jam vostri 'st [m] convivij; me nihil pœnitet, ut sim accceptus.
Quadringentis Philippis Filius me, & Chrysalus circumduxerunt.
Quem quidem ego, ut non excruciem, alterum [n] tantum auri non meream mî.
BA. Quid tandem? si dimidium auri redditur, [o] in' hàc mecum
Intrò; atque ut eis delicta ignoscas? PH. faciet.
NI. Minumè. nolo; nihil moror. sine sic! malo illos ulcisci [p] ambo.
PH. Etiam tu homo nihili; quod DI dant boni; cave, culpâ tuâ [q] amissis.
Dimidium Auri datur: accipias, potesque, & scortum accumbas.
NI. Egon'? ubi Filius corrumpatur meus, ibi potem? PH. potandum 'st.
NI. Age jam id, utut est; etsi est dedecôrum, patiar: facere [r] inducam
Animum. egon' quòm hæc cum illo accumbet, inspectem? BA. immò equidem pol tecum
Accumbam: te amabo, & te amplexabor. NI. caput [r] prurit; perij!
Vix quid in negito. BA. non tibi venit in mentem, amabo; si, dum Vivas,
Tibi benefacias. jam pol id quidem esse haut [t] perlonginquum:
Neque si hoc [u] hodiè amiseris, post in Morte id eventurum esse numquam?
NI. [x] Quid ago? PH. quid agas? rogitas etiam? NI. libet, & metuo. BA. quid metuis?
NI. Ne obnoxius [y] Filio sim, & Servo. BA. Mel meum, amabo! istæc [z] fiunt.
Tuus est. unde illum censes sumere, nisi quod tute illi dederis?
Hanc veniam illis sine te exorem. NI. ut terebrat [aa]! satin' [bb] offirmatum
Quod mihi erat, id me exorat? tuâ sum operâ, & propter te, inprobior.

a Vide Elect. Pl. Tit. *Vis. Violentia.* vers. 29: & 53.
b Nota syntaxin.
c filij tui: & servi Chrys.
d oppugnare.
e *Malum* hoc ambiguè capi potest. Vide Lex.
f Non est mihi verendum, ne aliquid verberum tuorum mihi doleat, si modò tu me ferias, vel verberes.
g Philoxenus lenior & facilior est, minus iracundus.
h scelesta.
i Vidi ego alios improbos. Ich hab wol manchen losen Lecker gesehen/ꝛc.
k talis sum. Vide supra Amph. 2. 1. ✠. 57. Aul. 2. 4. ✠. 49. Rud. Prol. ✠. 3. Et Calligr. Tit. *Morum.*
l ubi lepidè excipiaris, èpulis, vino, unguentis. Vide Elect. Plaut. *Conviviorum.*
m Iron. Satis me jam explastis: nô queror me à vobis parùm lautè esse acceptum.
n alterum tãtum, quantum perdidi, non accipiam in mercedem. Vide Calligr. Tit. *Accusandi.* Vide etiam Lambinum ad Horat. Epistol. pag. 151. b.
o pro: *isne*; vel: *ibisne?*
p ambos. Vide Lex. Tota autem hæc sententia gestu animanda est. *Sine sic:* ἀφαιρετικῶς scil. ut nihil auri mihi reddatur.. q amiseris. r Nota syntaxin: *Induc. am animum face c.* Vide Calligr. s vel ex amore, vel ob metum periculi. t vitam nostram esse perbrevem. u dum vivis, & datur potestas tibi amandi, &c. x Dubitantis & consultantis sermo. y nempe, si idem peccaro, quod in illis reprehendo, & si mei flagitii conscii sint. z vulgo: ut nimirùm sibi benefaciant, ament, potent. aa quo pacto mihi animum blandis suis dictis perforat? bb Quod mihi fixum & decretum erat, non facere,

Digitized by Google

Ba. Nusquam tu me à te avelles. satin' ego istuc habeo offirmatum?
Ni. Quod semel dixi, haut mutabo. Ba. it dies, ite intrò accubitum:
Filij vos expectant intus. Ni. quàm nos quidem actutùm [a] emoriamur.
Ba. Vesper hic [b] est. sequimini. Ph. ducite nos, quò lubet, tamquam vobis [c] addictos quidem.
Ba. Lepidè ipsi hi sunt capti, suis qui Filijs fecére insidias. ite!

GREX.

HI Senes nisi fuissent nihili [d], jam inde ab adulescentiâ,
Non hodiè hoc tantum flagitium Canis Capitibus:
Neque adeò hæc faceremus, ni antehac vidissemus fieri,
Ut apud Lenones [d] rivales filiis fierent Patres.
Spectatores, vos Valere volumus, & clarè ADPLAUDERE!

a *H. e.* Filii exspectant mortem nostram, ut eò liberius possint vivere. sup. 4. 4. ℣. 80. Most. 1. 3. ℣. 76.
b ὀψιαίτερον. hic vesper adest.
c Vide Lex. & Phil. Pl. Tit. *Creditorum. Solutionis.*
d Nequam & nullius pretii.
e quibuscum Bacchides erant, aliæque Meretrices.

EXPLICIT.

PLAUTI. BACCHIDES.

INCIPIT. PLAUTI.

MUSTELLARIA.

M. ACCI

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
MOSTELLARIA.

Joach. Camerar.

HAEC FABVLA hilaritatis & festivitatis plena est: etiam multis bonis sententiis insignis. Et proponitur exemplum in hâc consiliorum malorum & fraudulentorum: quæ quia firma esse non possunt, requirunt novas semper machinas, quibus fulciantur, donec tandem ruunt omnia deprehensis dolis.

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

TRANIO, Servus. vel; *à liquido*; vel; *à sedilibus*.
GRUMIO, Servus. Fortè *à grumis*: vel; *à cratibus*.
PHILOLACHES, Adolescens. *A studio fortis*.
PHILEMATIUM, Meretrix. *Suaviolum*, Alii; PHILOCOMASIUM.
SCAPHA, Ancilla. *Linter*.
CALLIDAMATES, Adolescens. *Formæ domitor*.
DELPHIUM, Meretrix. *Vnicum*. δέλφιον.
THEUROPIDES, Senex: Pater Philolachis. Ejus ἔτυμον vide infr. 4.1. verf. 63. quasi ἀπὸ τοῦ δεῦρο, καὶ ὀπὸς: quòd τὴν ὄπα *h.e.* visum: vel, ὦπα *h.e.* oculum: δεῦρο *h.e.* huc flectere juberetur à Tranione. Vide etiam infr. 5.1. verf. 32.
SIMO, Senex: Vicinus.
DANISTA, Argentarius. *Fenerator*.
PHANISCUS, Advorsitor. ἀπὸ τοῦ φανοῦ, *à face*. Qui Hero suo adversùm ire solet: nempe Callidamatis Servolus.
SERVUS alius.
PUER alius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGVMENTVM.

AMICAM *Philematium, ut emittat Philolaches manu, Patre absente Theuropide, ab Danistâ sumit nummos fenore, adscitoq; Callidamante amorum socio, scortantur simul. Redeunti in Patriam Theuropidi, ne domi deprehendat pergræcantem filium, fit obvius servus Tranio: fingit ædes terrificis vexari* MONSTRIS, *Filiumq; propterea emisse Vicini domum. Atq; inde Fabula nomen invenit* MOSTELLARIA. *Et ut fictæ fallaciæ fidem faciat: rogat vicinum Simonem, Theuropidi cōcedat, ejus ut invisat domum: ad cujus exemplum dicit se velle ædificare Gynacéum: assentitur Simo. ducitur Theuropides tamquam emtas in proprias ædes. Advenit interim Danista: petit sibi sortem & fenus dari. Hero servus simulat pecuniam sumtam pro ædibus: fidem habet Theuropides confictis dolis, donec à Callidamantis servis edoctus, agnoscit se delusum à Servo: quem dum ulcisci quæritat, rogatur, Servo, suoque ignoscat Filio. Senex precibus delinitus utrisque remittit noxam.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI Sarsinatis Vmbri

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

[a] MOSTELLARIA.

ARGVMENTVM.

MANUMISIT [b] emptos suos [c] Amores [d] Philolaches,
Omnemq; absente [e] rem suo absumit [f] Patre.
Senem [g], ut revénit, ludificatur [h] Tranio:
Terrifica [i] MONSTRA ait videri in ædibus;
Et inde primùm emigratum esse. intervenit
Lucripeta [k], fenus fenerator [l] postulans.
Ludosq; rursùm fit Senex. num [m] mutuum
Acceptum *inde* dicit pignus emptis ædibus;
Requirit [n] quæ sint: ait vicini [o] proxumi.
Inspectat [p] illas. pòst se derisum dolet;
Ab sui [q] sodale Gnati [r] exoratur tamen.

ACTVS PRIMI SCENA I.

GRUMIO. TRANIO: Servi duo.

EXI è culinâ [s] sis foràs, [t] Mastigia,
Qui mihi inter [u] patinas exibes argutias.
Egredere, Erilis pernicies, ex ædibus.
Ego pol te ruri, si vivam, ulciscar probè.
Exi, inquam, [x] nidor è culinâ. quid lates?

TR. *Quid*

[a] Sic dicitur à *Mostris*, siue *Monstris*, Quia Senex a Servo quasi Manium monstris exterretur. Dicta etiam fuit hæc fabula PHASMA. infr. 3. 2. ℣. 40. vide. Lex. *Mostrum*.
[b] Vide Eleå. Pl. Tit. *Manumissionis. Servorum*.
[c] Suas delitias: suam amicam Philematium. Vide Lex. *Amores*.
[d] Adolescens, Theuropidæ filius. aberat autem tum Theuropides cùm Philolaches Amicam suam emtam manumisit.
[e] Familiarem.
[f] Theuropide.
[g] Theuropidem.
[h] Servus.
[i] Vnde Fabula dicta MOSTELLARIA.
[k] Lucrum petens.
[l] Danista *ἀνάτυμος*
[m] Pecuniam mutuò acceptam dicit Servus Tranio; vt esset pretium emtarum ædium.
[n] Senex: quæ sint eæ ædes.
[o] Simonis.
[p] Putans eas à Filio esse emtas:
[q] à Callidamante.
[r] Ne quid gravius in Filium, & Tranionem iratus statuat, placatur, lenitur.
[s] Si vis.
[t] Flagrio, verbero. Vide Lex.
[u] Qui inter patinas argutias loqueris, & argutis ac facetis sermonibus uteris.
[x] Sic vocat Tranionem, qui crebrò in culinâ versatur.

Digitized by Google

TR. *Quid tibi, malum! hic ante ædis* [a] *clamatio'st?*
An ruri censes te esse? abscede ab ædibus.
Abi rus, abi [b] *directe; abscede ab januâ.*
Hem! hocine volebas? GR. *Perii! cur me verberas?*
TR. *Quia tu vis.* GR. *Patiar; sine modò adveniat Senex.*
Sine modò venire salvom, quem absentem [c] *comes.*
TR. *Nec verisimile loquere, nec verum,* [d] *Frutex;*
Comesse quemquam ut quisquam absentem possiet!
GR. *Tu urbanus verò Scurra, deliciæ popli;*
Rus mihi tu objectas? [e] *sanè hoc credo, Tranio.*
Quid? te in Pistrinum scis actutùm tradier?
Cum hercle paucas tempestates, Tranio,
Augebis ruri [f] *numerum, Genus Ferratile.*
Nunc dum tibi lubet, licetq;, pota; perde rem;
Corrumpe Erilem Filium, adulescentem optumum:
Dies noctesq; bibite, pergræcamini;
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate [g] *pollucibiliter.*
Hæcine mandavit tibi, quòm peregrè hinc iit, Senex?
Hocine modo hic rem curatam offendet suam?
Hocine boni esse officium Servi existumas?
Ut Eri sui corrumpat & rem, & Filium.
Nam ego illum corruptum duco, quòm his factis studet,
Quo nemo adæquè juventute ex omni Atticâ
Antehàc est habitus parcus, nec magis continens:
Is nunc in aliam [h] *partem palmam possidet.*
Virtute [i] *id factum tuâ, & magisterio tuo.*
TR. *Quid tibi, malum! me; aut quid ego agam,* [k] *curatio'st?*
An ruri quæso non sunt? quos cures bovis.
Lubet potare, amare, Scorta ducere.
Mei tergi facio hoc, non tui [l] *fiduciâ.*
GR. *Quàm confidenter loquitur!* [m] *fue!* TR. *At te Juppiter!*
Diq; omnes perdant! oboluisti [n] *allium.*
Germana [o] *inluvies, Rusticus, Hircus, Hara suis,*
Canis, [p] *Capra commista.* GR. *Quid vis fieri?*
Non omnes possunt olere unguenta [q] *exotica,*
Si tu oles: neq; [r] *superior, quàm Erus, accumbere,*

TR

a Vide Lex. *Periphrasis.*
b Abi in morem hominis in crucem acti, & sub dio erecti.
c Cujus absentis bona absumis, & dilapidas. In V.C. glossa ad orã notat *Comedis.*
d Vide Calligr. Pl. Tit. *Maledicendi.*
e Tu me ruris colonum increpas? credo sane, nec repugno. quid te futurum autem putas? An brevi te nescis catenatum fore & pistrini? ominor ac spondeo tibi, paucos intra dies ad heri reditum rusticus tu quoque fies, sed ferratus, & ex genere annelatorum.
f Augebis numerum: nempe, genus ferratile augebis. ὑπερβατόν.
g Parate obsonia opipare, & sumtuose. Nã de esculentis, & potulentis Herculi deciman. dabant, idq; *Pollucere*: & consecratũ quod fuerat, *Pollucitum* dicebatur. Vide Lex.
h Nempe in profusione & incontinentia omnes facile vincit.
i Opera & industria tua.
k Vide Lex. *Periphrasis.*
l Si quid hic culpæ contractum erit, meum tergum periculum subibit, non tuum. Ich muß herhalten/ und nicht du/ etc.
m Est interjectio, ructum exprimens.
n Anima tua fœtet, ob comesum allium. Talem hominem alliatum, Seneca vocat *scordalum.*
o Quantus quantus es, nil nisi illuvies, & fœtor es.
p Fœtidior cane, & capra commista, quando initur. Vide Men. 5. 2. ℣. 86.
q Peregrina, ut Græca, quæ sunt pretiosiora. τὸ *olere* in Tertiâ positum est. *Diomed. Prisc.*
r Neq; quivis potest superior accumbere, quam Herus: quod tibi contigit *sc.* vel quod tu facis.

Neq; [a] *tam facetis, quàm tu vivis, victibus.*
Tu tibi istos habeas Turtures, Pisces, Avis;
Sine [b] *me Aleato fungi, fortunas meas.*
Tu fortunatus, ego miser: [c] *patiunda sunt.*
Meum [d] *bonum me, te tuum maneat malum.*
TR. *Quasi invidere mihi hoc vidére, Grumio.*
Quia [e] *mihi benè est, & tibi malè est; dignissumum'st.*
Decet me amare, & te [f] *bubulcitarier:*
Me victitare pulcrè, te miseris modis.
GR. *O Carnuficum* [g] *cribrum! quod credo fore,*
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat quàm primùm *Senex.*
TR. *Qui scis, an tibi istuc eveniat priùs, quàm mihi?*
GR. *Quia numquam merui: tu meruisti, & nunc meres.*
TR. *Orationis operam* [h] *conpendi-face,*
Nisi te [i] *malâ re magnâ mactari cupis.*
GR. [k] *Ervom daturin' estis? bubus quod feram.*
Date as [l], *si non estis. agite porrò; pergite.*
Quomodo occepistis, bibite, [m] *pergracamini,*
Esse, [n] *ecfercite vos, saginam* [o] *cadite.*
TR. *Tace, atq; abi rus; ego ire in* [p] *Piraeúm volo,*
In [q] *vesperum parare* [r] *piscatum mihi.*
Ervom tibi aliquis cras faxo ad Villam adferat.
Quid est? quid tu me nunc obtuére? Furcifer!
GR. *Pol tibi istuc credo nomen actutùm fore.*
TR. *Dum intereà sic* [f] *sit: istuc actutùm sino.*
GR. *Ita'st. sed unum hoc scito:* NIMIÒ [t] *celerius*
Venire, quod molestè, quàm illud, quod cupidè petas.
TR. *Molestus ne sis: nunc jam i rus, teq; ámove.*
Ne [u] *tu erres, hercle præter hàc mihi non facies moram.*
GR. *Satin* [x] *abijt; neq;, quod dixi, flocci existumat?*
Pro DI inmortales! obsecro vostram fidem!
Facite, huc ut redeat noster quamprimùm Senex,
Triennium qui jam hinc abest: priusquàm omnia

Rr *Periére,*

a Neque potest quivis tam facetis *h.e.* tam elegantibus & lautis victibus vivere, quàm tu vivis.
b Sine me patienter comesse Alliatum sive Moretum. In hoc enim sitæ sunt fortunæ meæ: ita ut sit Appositio. Vide Lex. *Alliatum*, & Calligr. Pl. Tit. *Frugalitatis.*
c Ferenda sunt. [illegible]
d Non recuso, quominùs ego non duriter vivam; tu lautè & opiparè; dum me quidem maneat bonum meum, te vero malum maneat tuũ, cùm venerit Senex.
e Quando. Vide Lex.
f Boum custodem esse: boves pascere, & curare.
g Tergum tuum ita à Carnificibus perforabitur stimulis acuminatis, ut cribrum videri possit. Vide Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum.*
h Laborem & operam orationis lucrare, ne tibi sit necesse verba impendere, quasi in iis etiam sit sumtus. Vide Lex.
i Nisi tibi vis à me malam rem magnam dari.

k Hordei genus, quod bobus datur. l Date nummos, unde emam, si non vultis ervum date. Si non estis daturi ervum. m Vide Lex. *Græcari*, & Calligr. Tit. *Luxûs.* n Saturate vos, explete vos. o Mactate assidue boves, oves, aliaq; animalia in saginam data. Vide Lex. *Sagina.* p In portum Atheniensium: ubi rerum venalium magnus proventus. q *H.e.* in cæna. r Ibo paratum pisces. f Dum interea sic sit, ut nunc est, *hoc est*, laute opipareque vivitur; quid actutùm futurum sit, non admodùm laboro. Oratio est hominis præsentia tantum spectantis, futura negligentis. t Democritus: *Bona vix quærentibus eveniunt, mala verò etiam ultrò contingunt.* u Ne fortè te frustreris, tu numquam me præterea remoraberis. Das du es eben wissest. Est formula Comica. x Q. d. Prorsus abijt, & quod dixi, flocci æstimat.

Digitized by Google

Periére, & Ædis, & Ager: qui nisi huc redit,
Paucorum mensium [a] *sunt relicta reliquiæ.*
Nunc rus abibo. nam eccom [b] *Erilem Filium*
Video corruptum hîc ex adulescente optumo.

a Ex herilibus bonis tantum reliquæ sunt: quod sc. non [illegible] numerat, ut [illegible] ad[illegible] inde [illegible] possit.
b [illegible], τὸ ec[illegible] etiam de absentibus dicitur. Vide Lex.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

PHILOLACHES, Adolescens.

RECORDATUS *multùm & diu cogitavi,*
Argumentaq; [c] *in pectus multa institui*
Ego: atq; in meo corde. si est [d] *quod mihi cor,*
Eam rem volutavi, & diu disputavi,
Hominem, quojus rei, quando natus est,
Similem esse arbitrarer, simulacrumq; habere.
Id repperi jam exemplum.
Novarum [e] *Ædium esse arbitror similem ego Hominem,*
Quando hic natus est. ei argumenta rei dicam.
Atq; hoc haut videtur verisimile vobis.
At ego id faciam [f], *esse ita, ut credatis.*
Profectò ita esse, ut prædico, vera [g] *vincam.*
Atq; hoc vosmetipsi, scio,
Proinde uti nunc ego esse [h] *autumo, quando*
Dicta audietis mea, haut [i] *aliter id dicetis.*
Auscultate, argumenta dum dico ad hanc rem.
Simul autem [k] *gnaruris vos volo esse hanc rem mecum.*
Ædes quòm [l] *extemplò sunt paratæ, expolitæ,*
Factæ probè, [m] *examussim,*
Laudant Fabrum, atq; Ædes probant. sibi quisq;
Inde exemplum expetunt: sibi [n] *quisq; simile,*
Suo [o] *usq; sumptu: operæ* [p] *neparcunt suæ.*
Atq; ubi illò inmigrat nequam homo, indiligensq;,
Cum pigrâ familiâ, inmundus, [q] *instrenuus,*
Hic jam ædibus vitium additur,
Bonæ quòm curantur malè.
Atq; illud sæpe fit; tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricesq;. ibi

c Pro: in pectore. Vide Lex. [illegible].
d Siquidem habeo cor: si non sum excors, & amens.
e Vide Elect. Plaut. *Homine.*
f Verum esse. Vide Lex. *Esse.*
g Argumentis docebo, & evincam.
h Prædico. Vide Lex.
i *Haud aliter* πλεονάζει. Vide Lex.
k Gnaros. Vide Lex. τὸ *simul* itidem πλεονάζει.
l Statim ut sunt paratæ, simulac. Vide Lex.
m Vide Lexic.
n Sibi quisq; similitudinem & formam iis ædibus expressam expetit.
o Usque: pro, adeò. Lex.
p Non parcunt *Nonius.* Vide Lex.
q Ignavus, negligens.

Dominus

Dominus indiligens [a] *reddere alias nevolt.*
Venit Imber; lavit parietes; [b] *perpluunt*
Tigna: putrefacit aër [c] *operam Fabri.*
Nequior factus jam est usus Ædium:
Atq; haut est Fabri culpâ. sed magna [d] *pars*
Moram hanc sibi induxerunt, si quid Nummo sarciri potest,
Usq; dum [e] *mantant: neq; id faciunt,* [f] *donicùm*
Parietes ruunt: ædificantur Ædes tota denuò.
Hæc [g] *argumenta ego Ædificiis dixi. nunc etiam volo*
Dicere, ut vos Hominis Ædium esse similis arbitremini.
[h] *Primùm-dum Parentes Fabri liberûm sunt,*
Et fundamentum [i] *substruunt liberorum,*
Extollunt [k], *parant sedulò in* [l] *firmitatem,*
Et ut in usum boni, & in speciem populo
Sint: sibiq; aut materiæ [m] *neparcunt,*
Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt.
Expoliunt, docent litteras, jura, & Leges;
Sumptu suo, & labore nituntur, [n] *ut*
Alij sibi esse illorum similis expetant.
Ad Legionem [o] *quòm itant, adminiculum eis danunt*
Tum jam aliquem Cognatum suum.
Eatenus [p] *abeunt à Fabris.*
Unum [q] *ubi emeritum'st stipendium; igitur* [r] *tum*
Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio.
Nam ego [s] *ad illud frugi usq;, & probus fui, in Fabrorum potestate dum fui.*
Posteaquam [t] *immigravi in ingenium meum,*
Perdidi operam [u] *Fabrorum ilicò oppidò.*
Venit Ignavia: ea mihi tempestas fuit:
Ea mihi adventu suo grandinem, imbremq; adtulit:
Hæc Verecundiam mihi, & Virtutis [x] *modum*
Deturbavit, texit, detexitq; [y] *à me ilicò.*
Postillà [z] *obtiCere eam, negligens fui:*
Continuò [aa] *pro Imbre Amor advenit in cor meum.*

a Reponere. *Nonius.*
b Pro *Perpluuntur.* Vide Lex. *Verba Activa.*
c H. e. quod Faber in ædibus fecit, tépestatibus corrumpitur, & putredine absumitur.
d Sed plæriq; homines hanc cunctationem induxerunt, & moras nectunt, & tempus ædium reficiendarum proferunt.
e Usque eò moras protrahunt, expectant. Vide Lex.
f Donec, Vide Lex.
g His ego argumentis ... ædificia descripsi ... Vide Lex.
i Subtexstruunt.
k Attollunt, tamquam ædificium, & in altum educunt.
l Fundamentum ponunt stabile, h. e. liberos à primis statim annis erudiunt: ut hac puerili institutione stabiliti, & unà cū ætate doctiores & meliores evadentes, Cives Reip. verè utiles, & in specimen boni; h. e. exterorum sint ornamento patriæ.
m Parentes neque labori, neque pecuniæ parcunt, nec putant sumptus esse, qui impenduntur institutioni liberorum. Nota esse integrum Phalæcium, *Nec sumtus*, &c. n Ut alij Patres exoptent sibi esse filios illorum, qui ita eruditi sint similes illis. o Adolescentibus militaturis primo stipendij anno Custodes dati soliti. ἀ... Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.* p Usque ad eum locum abeunt à Patribus. q Ubi primi stipendij merendi finis factus est. r ἀ...: *Tum igitur.* s Usque ad eam militiam emeritam probus fui, tamdiu per dum in potestate Patris & Pædagogi fui. t Posteaquam ex magisterio excessi, & custode remoto, meo arbitratu modò vivere incepi. u Patris & magistrorum operam, quam in me instituendo, erudiendo, consumserunt, perdidi, & nequam factus sum. x Virtutem, quæ instar mensuræ est, atq; modi seu mediocritatis. y Mei pectoris tegulas atq; imbrices tempestati quasi quadam oborta adobruit: texit, & rursum detexit, atq; à me avertit. Vide infr. I. 3. ꝟ. 7. unde hæc lectio MSS. Pall. confirmatur. z Posteà neglexi verecundiam obtegere contra grandinem Amoris. aa Tamquàm imber, Vide Lex. Pro.

Is usq; in pectus permanavit; permadefecit
Cor meum. nunc simul Res, Fides, Fama, Virtus,
Decusq; deseruerunt: ego sum [a] *inusu*
Factus nimiò nequior. atq; edepol ita
Hac tigna umidè putent. non videor mihi
Sarcire posse Ædis meas, quin tota
Perpetua [b] *ruant; quin cum fundamento*
Perierint, nec quisquam esse auxilio queat.
Cor dolet, quòm scio, ut nunc sum, [c] *atq; ut fui:*
Quo neq; industrior de juventute erat
Arte [d] *Gymnasticá, Disco, Hastis, Pilá,*
Cursu, Armis, Equo. victitabam haut [e] *volupe:*
Parsimoniá, & duritiá disciplina [f] *aliis eram,*
Optumi quiq; expetebant à me doctrinam sibi.
Nunc [g] *post, quàm nihili sum! id verò* [h] *meopte ingenio repperi.*

ACTVS PRIMI
SCENA III.

PHILEMATIUM, Mulier.
SCAPHA, Ancilla.
PHILOLACHES, Adolescens.

IAM *pridem ecastor* [i] *frigidá non lavi magis lubenter,*
Nec unde me melius, mea Scapha, rear esse [k] *defæcatam.*
SCA. *Eventus rebus* in *omnibus, velut hornò* [l] *Messis magna fuit.*
PHI. *Quid ea Messis adtinet ad meam lavationem?*
SCA. *Nihilo plus, quàm lavatio tua ad Messim.* PHILO. *Ob! Venus venusta!*
Hac illa'st tempestas mea, mihi quæ modestiam [m] *omnem*
Detexit, tectus [n] *quá fui: quam mihi Amor & Cupido*
In pectus [o] *perpluit meum: neq; jam umquam* [p] *obtingere possum.*
Madent jam in corde Parietes; [q] *periére* [r] *hæc oppidò Ædes.*
PHILE. *Contempla, amabo; mea Scapha! satin' hæc me vestis deceat.*
Volo placere Philolacheti meo Ocello, meo [s] *Patrono.*
SCA. *Quin tu te exornas moribus lepidis, quòm lepida tota's.*
Non vestem Amatores Mulieris amant, sed Vestis [t] *Fartum.*
PHIL. *Ita me DI ament! lepida* est *Scapha: sapit scelesta multùm;*

a *H. e.* ignavia. Vide Lex.
b Vno tempore conjunctim. Dass es nit mit einander vber ein hauffen falle. Vide Trin. 1. 2. ✝. 134. & 4. 3. ✝. 41.
c Qualis sim nunc præ illo qui fui olim. Vide 1. 1. ✝. 29.
d Vide Elect. Pl. tit. *Gymnastices.* Bacch. 3. 3. ✝. 24.
e Parce, duriter, & minimè delicatus fui in victu.
f Documento, & exemplum aliis fui parsimoniæ, & tolerantiæ.
g *Nunc post:* ut, *paulo post, multò post.*
h Non alterius culpá
i Vide Elect. Pl. tit. *Balnearum.*
k Abstersam, & ab omni sordium illuvie purgatam.
l *H. e.* annuo proventu.
m Vide superiori Scená ✝. 58.
n Qua verecundia & pudore tamquá veste quadam fui tectus.
o Activè. Vide Lex. *Verba Absoluta, Neutra*
p Tegere contra illam tempestatem.
q *H. e.* ego perij. Nota perpetuam Allegoriam.
r Hæ ædes. Vide Lex. *Hac.*
s Qui me emit, & emtam manu misit. Vide Lex. *Ocellus.*
t Corpus *h. e.* ipsam mulierem, quæ vestem farcit, & implet.

Et lepidè omnis res tenet, sententiasq; amantium.
PHILE. *Quid nunc?* SCA. *quid est?* PHILO. *Quin me aspice, & contempla; ut hoc me decet* amiculum*!*
SCA. *Virtute* [a] *formæ id evenit, te ut deceat, quicquid habeas.*
PHILO. *Ergò ob hoc verbum te, Scapha, donabo ego profectò hodie* [b] *aliquî:*
Neque patiar te istanc gratis laudasse, quæ placet mihi.
PHILE. *Nolo ego te adsentari mihi.* SCA. *nimis tu quidem stulta es Mulier.*
Ehò! mavis vituperari falsò, quàm verò [c] *extolli?*
Equidem [d] *pol, vel falsò tamen laudari multò malo,*
Quàm verò culpari, aut alios meam speciem irridere.
PHILE. *Ego verum amo, verum volo dici mihi, mendacem odi.*
SCA. *Ita tu me ames! ita Philolaches tuus te amet! ut venusta 's!*
PHILO. *Quid ais? scelesta. quomodo adjurasti? ita ego istam amarem?*
Quid! isthæc me: [e] *id cur non additum 'st? infecta* [f] *dona facio.*
Periisti! [g] *quod* jam *promiseram tibi: dona perdidisti.*
SCA. *Equidem pol miror tam* [h] *catam, tam doctam te, & benè eductam,*
Non stultam tam stultè facere. PHILE. *quin mone, quæso, si quid erro.*
SCA. *Tu ecastor: erras, quæ quidem illum* [i] *exspectes unum; atque illi*
Morem præcipuè sic geras, atque alios omnis asperneris.
Matronæ, non Meretricium 'st, unum uni [k] *inservire Amantem.*
PHILO. *Pro Iuppiter! nam quod malum versatur meæ domi illud?*
DI DEÆque *omnes me pessumis exemplis interficiant!*
Nisi ego illam Anum interfecero siti, fameque, atque [l] *algu.*
PHILE. *Nolo ego mihi malè te, Scapha,* [m] *præcipere.* SCA. *stulta 's planè, quæ*
Illum tibi æternum putes fore amicum, & benivolentem.
Moneo ego te; te ille deseret ætate, & satietate.
PHILE. *Non spero.* SCA. INSPERATA *accidunt magis sæpè, quàm quæ speres.*
Postremò, si dictis nequis perduci, ut vera hæc credas,
Mea dicta ex factis nosce. rem vides, quæ sim, & quæ fui antè:
Nihilo ego, quàm nunc tu, amata sum, atque uni modò gessi morem,
Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem commutavit,
Reliquit, deseruitque me. tibi idem futurum credo.
PHILO. *Vix comprimor, quin involem illi in oculos* [n] *stimulatrici.*
PHILE. *Solam illi meo soli censeo esse oportere obsequentem;*
Solam ille me soli sibi [o] *suo* quòm *liberavit.*
PHILO. *Pro DI immortales! Mulierem lepidam, & pudico ingenio!*
Benè hercle factum: & gaudeo, mihi [p] *nihil esse hujus causâ.*
SCA. [q] *Inscita ecastor tu quidem es.* PHILO. *quapropter?* SCA. *quæ istuc* cures,
Ut te ille amet. PHILO. *cur, obsecro, non curem?* SCA. *libera 's jam.*
Tu jam, quod [r] *quærebas, habes: ille te nisi amabit ultrò,*

[a] Forma facit. Weil du so schön bist, so stehet dir alles wohl an.
[b] aliquâ re.
[c] verè laudari. Persius hunc versum imitatus est Satir. 1. ℣. 69.
[d] Non solùm non multò malo vituperari falsò, quàm veris laudibus ornari, sed etiam malo falsis laudibus ornari, quàm vere culpari.
[e] cur nō addidisti? *Ita tu Philolachem ames!*
[f] Quæ tibi donatam, aut donaturum promiseram, indonata esse voualo.
[g] *τὸ Perire,* *ἐνεργητικῶς* capi potest: more Hebræorum אבד.
[h] solertem & acutam.
[i] *H. e.* spectes. Vide Lex. *Exspectare.*
[k] Vide infr ℣. 59. & Lex. *Inservire.*
[l] Frigore.
[m] Præmonstrare, docere.
[n] Quæ Philematium stimulat, ut se multis prostituat.
[o] *De* suo sumtu.
[p] Me esse inanem, nudum, atq; egētem.
[q] Stulta. Vide Lex.
[r] Libertatem.

Idpro [a] *Capite tuo quod dedit, perdiderit tantum Argenti.*
PHILO. *Perij hercle! ni ego illam pessumis* [b] *exemplis* [c] *enicasso.*
PHILE. *Illa hanc corrumpit Mulierem, Male-suada* [d] *Vitilena,*
Numquam ego illi possum gratiam referre, ut meritu'st de me.
Scapha [e] *id tu mihi ne suadeas, ut illum minoris pendam.*
SCA. *At hoc unum facito; cogites, si illum* [f] *inservibis solum,*
Dum tibi nunc hæc [g] *ætatula'st, in senectâ malè quærere.*
PHILO. *In Anginam* [h] *ego nunc me velim vorti, ut Venefica illi*
Fauces prehendam, atque enicem scelestam stimulatricem.
PHILE. *Eundem animum oportet nunc mihi esse gratum, ut inpetravi,*
Atque olim, priusquam id [i] *éxtudi, quòm illi subblandiebar.*
PHILO. *Di me faciant! quod volunt: ni ob istam orationem*
Te liberasso denuò, & ni Scapham enicasso.
SCA. *Si tibi sat* [k] *acceptum'st, fore victum tibi sempiternum,*
Atque illum Amatorem tibi [l] *proprium futurum in vitâ,*
Soli gerundum censeo morem, & [m] *capiundas crinis.*
PHILE. *Ut FAMA* [n] *est homini, exinde solet pecuniam invenire.*
Ego si bonam FAMAM mihi [o] *servasso, sat ero dives.*
PHILO. *Si* [p] *quidem hercle vendundum 'st, Pater venibit multò potius,*
Quàm te, me vivo, umquam sinam, aut egere, aut mendicare.
SCA. *Quid illis futurum 'st cæteris? qui te amant.* PH. *magis amabunt,*
Quòm videbunt [q] *gratiam benemerenti referri.*
PHILO. *Utinam meus nunc mortuus Pater ad me nuntietur!*
Ut ego exhæredem meis me bonis faciam, atque [r] *hæc sit hæres.*
SCA. *Jam ista quidem absumtares erit: diesque, noctesque* [f] *estur;*
Bibitur: neque quisquam parsimoniam adhibet. [t] *sagina planè est.*
PHILO. *In te hercle* [u] *certum'st principium, ut sim parcus, experiri.*
Nam neque edes quicquam, neque bibes apud me ijsdem diebus.
PHILE. *Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui licebit:*
Nec-rectè si illi [x] *dixeris, jam ecastor vapulabis.*
PHIL. *Edepol si summo ego Jovi ViBo illoc* [y] *Argento sacruficassem,*
Pro illius Capite quod dedi, numquam æquè id benè conlocassem:
Ut videas [z], *eam medullitus me amare.* [aa] *oh! probus Homo sum.*
Qui pro me causam diceret [bb]; *Patronum liberavi.*
SCA. *Video, te nihili pendere præ Philolachete omnis hominis.*
Nunc ne ejus causâ vapulem, tibi potius [cc] *adsentabor.*

a Pro libertate. *b* Modis pessumis. *c* Enicavero. *d* Dictio composita ex *Vitio* & *Lena*. Sic *Vitiiligator*. *Vitiimagistratus* &c. *e* Propter id. Vide Lex. *f* Pro: *illi inservies*. supr. ✝. 31. *g* Adolescentia, ætas ferox. *h* Vide Lex. *Angina*; est inflammatio faucium. Ich wünsche ich wolt ihr den halß mit erwürgen. *i* Blanditijs extorsi, elicavi. Merc. 1.2 ✝. 111. *k* Certum, compertum, firmū, veluti datis fide jussoribus, & sponsoribus, semper tibi suppeditatum victū. Vide Calligr. *Certum virb.* *l* Perpetuum & stabilem. *m* More Matrum-familias, quæ promissos alebant crines: non item Scorta, quib. ut eò commodius se modò in Pueros, modo in Puellas transformare possent, crines erant breviores. Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum*. *Conjug.* *Meretricum*. *n* Qualis est hominum de aliquo existimatio, talis ei apud illos fides est. Vide Elect. Pl. Tit. *Fama*. *o* Servavero. *p* Siquid mihi vendendum est, ne egeas, Patrem vendam potius, quàm te egere me vivo sinam. Mil. 3.1. ✝. 196. *q* Cùm videbunt me gratum esse in benevolum. *r* Philematium. *f* Editur. *t* Videmini planè id agere, ut saginemini. Ich weiß euch mit einander mästen. *u* deliberatum mihi principio in te experiri, quàm parcus sim. *x* Maledixeris. *Festus*. qui hunc locum citat ex PHASMATE Plauti. vide Lex. *Nec*. *y* Quod pro illius libertate dedi. *z* Quàm facile est videre me ab illâ medullitùs amari. *aa* Interjectio lætitiæ. *bb* Liberavi Philematium, ut esset mihi tanquam Patronus. *cc* H. e. sententiam & orationem tuam de Philolachete uno amando, probo: tibi obsequar. Vide Lex. *Adsentari*.

Si acceptum sat habes, tibi fore illum amicum sempiternum.
PH.LE. *Cedò mihi Speculum & cum* [a] *Ornamentis Arculam actutùm; Scapha:*
Ornata ut sim, quùm huc veniat Philolaches, Voluptas mea.
SCA. *Mulier, quæ se, suamque* [b] *ætatem spernit, Speculo ei* [c] *usu'st.*
Quid opu'st Speculo tibi? quæ tute Speculo Speculum [d] *es maxumum.*
PHILO. *Ob istuc verbum ne nequicquam, Scapha, tam lepidè dixeris,*
Dabo aliquid hodie [e] *peculi.* [f] *Philematium mea!*
PHILE. *Suo quique loco: viden'? Capillus satin' compositu'st* [g] *commodè?*
SCA. *Ubi tu commoda es, Capillum commodum esse credito.*
PHILO. *Vah! quid illâ pote pejus quicquam Muliere memorarier?*
Nunc Adsentatrix scelesta 'st; dudum advorsatrix erat.
PHILE. *Cedò* [h] *Cerussam.* SC. *quid Cerussâ opus?* PHIL. [i] *nã* [k] *qui malas oblinã.*
SCA. *Unâ operâ Ebur* [l] *Atramento candefacere postules.*
PHILO. *Lepidè dictum de Atramento atque Ebore. eugepæ! laudo, Scapha.*
PHILE. *Tum tu igitur cedo* [m] *Purpurissum.* SCA. *non do. scita's tu quidem.*
Novâ picturâ interpolare [n] *vis opus lepidissumum.*
Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum adtingere:
Neque Cerussam, neque [o] *Melinum, neque ullam aliam* [p] *offuciam*
Cape igitur Speculum. PHILO. *Hei mihi misero! savium Speculo dedit.*
Nimis velim lapidem [q] *, qui ego illi Speculo dimminuam caput*
SCA. [r] *Linteum cape, atque exterge tibi manus.* PHILE. *quid ita? obsecro!*
SCA. *Ut Speculum tenuisti, metuo ne oleant* [f] *Argentum manus:*
Ne usquam Argentum te accepisse suspicetur Philolaches.
PHILO. *Non videor vidisse Lenam callidiorem ullam alteram.*
Ut lepidè, atque astutè in mentem venit de Speculo malæ!
PHILE. *Etiámne unguentis unguendam censes?* SCA. *minumè feceris.*
PHILE. *Quapropter?* SCA. *Quia ecastor* MULIER *rectè olet, ubi nihil olet.*
Nam istæ [t] *Veteres, quæ se unguentis unctitant interpoles,*
Vetulæ, Edentulæ, quæ vitia [u] *corporis fuco occulunt;*
Ubi sese sudor cum unguentis consociavit, ilicò
Itidem olent, quasi quùm unà multa jura confudit Coquus.
Quid oleas, nescias; nisi id unum, ut malè olere intellegas.
PHILO. *Ut perdoctè cuncta callet! nihil hac doctâ doctius.*
Verum illud est, maxumaque pars [x] *vostrorum intellegit,*
Quibus Anus domi sunt Uxores, quæ vos Dote [y] *meruerunt.*
PHILE. *Agedum, contempla* [z] *Aurum & Pallam; satin' hæc deceat? Scapha.*
SCA. *Non me curare istuc oportet.* PHILO. *quem, obsecro, igitur?* SCA. *eloquar:*
Philolachenis. ne quid emat? nisi quod tibi placere censeat?

NAM

a Muliebribus. b Quæ scit esse deformem. c Opus est. d Quia tota formosa es. e Vide Elect. Pl. Tit. *Peculium*. f Ita fortè ex amore insanus Phil. g Vide Elect. Pl. Tit. *Ornatr.* Habebant puellas à forma h.e. Ornatrices. Mulier igitur ancillam judicare jubet de compositione capilli. h Vide Elect. Pl. Tit. *Forma*. Ad fucandam faciem Cerussam adhibebant. i q. Nam Comicè παρέλκει. k Qua Cerussa. l Q.d. Quemadmodum siquis atramento velit Ebur candefacere, & stultè ageret, & nativum ejus candorem corrumperet: Ita absurdum est, te malas cerussa velle candefacere, cum malæ ipsa cerussa sint Candidiores. m Spuma collecta, effervescente purpura: cum ea tinctura efficitur. n Tantum enim ea, quæ obsoleta sunt, interpolari solent. o Auripigmentum colore candido. p neque ullum alium fucum. q Opto mihi lapidem, quo totum Speculum conteram. r mantile lineum, ad manus abstergendas. Handtüchlein. Vel etiam: Schnupftüchlein. f Specula enim ex argento facta. Vide Elect. Pl. Tit. *Speculum*. t Istæ Vetulæ, quæ se pigmentis interpolant, ut ex Vetulis novæ quasi Puellæ fiant. *Interpoles*, est; interpolatæ. u rugas, & squalorem. x vestrum. y quæ vos Dote emerunt, quarumque proprii estis Dotis causa. z Vide supr. p. 97.

Nam AMATOR *Meretricis* [a] *mores sibi emit Auro, & Purpurâ.*
Quid opu'st? quod suum esse nolit, et ultrò ostentarier.
Purpurâ Ætas [b] *occultanda'st: Aurum turpe Mulieri.*
Pulchra Mulier nuda erit, quàm purpurata, pulcrior.
Postea nequicquam exornata 'st bene, si Morata est malè.
Pulcrum Ornatum turpes Mores pejus cœno [c] *cónlinunt.*
Nam si pulcra'st, nimis ornata'st. PHILO. [d] *nimis diu abstineo manu.*
Quid hic vos duæ agitis? PHILE. *tibi, me exorno, ut placeam.* PHILO. *ornata's satis.*
Abi hinc tu intrò; atque Ornamenta hæc aufer. sed, Voluptas mea,
Mea Philematium! potare tecum conlibitum 'st mihi.
PHILE. *Libet & edepol mihi tecum. nam quod tibi libet, idem mihi libet,*
Mea Voluptas. PHILO. *Hem! istuc* [e] *Verbum vile'st viginti Minis.*
PHILE. *Cedò* [f], *amàbo, decem: benè emptum tibi dare hoc Verbum volo.*
PHILO. *Etiam nunc decem Minæ apud te sunt: vel* [g] *rationem puta.*
Triginta Minas pro Capite tuo dedi. PHILE. *Cur exprobras?*
PHILO. *Egóne id exprobrem! qui mihimet cupio id opprobrarier.*
Nec quicquam Argenti locavi jam diu usquam æquè benè.
PHILE. *Certè ego, quòd te amo, operam nusquam melius potui ponere.*
PHILO. *Benè igitur ratio Accepti,* [h] *atque Expensi, inter nos cónvenit.*
Tu me amas; ego te amo: meritò id fieri uterque existumat.
Hæc [i] *qui gaudent, gaudeant perpetuò suo semper bono.*
Qui invident, [k] *ne umquam eorum quisquam invideat prosùs commodis.*
PHILE. *Age; accumbe igitur: cedò* [l] *Aquam manibus, Puer: appone hic Mensulã.*
Vide [m] *Tali ubi sint. vin' Unguenta?* PHILO. *quid opu'st? cum* [n] *Stactâ accubo.*
Sed estne hic meus Sodalis? qui huc incedit cum Amicâ suâ.
Is est. Callidamates cum Amicâ eccom incedit! Euge! Oculus [o] *meus.*
Conveniunt [p] *manuplares. eccos! prædam participes petunt.*

ACTUS PRIMI
SCENA IV.

CALLIDAMATES. SCAPHA. DELPHIUM. PHILOLACHES. PHILEMATIUM.

ADVORSÙM [q] *venire mihi ad* [r] *Philolachem*
Volo [s] *tempori. audi; hem!* [t] *tibi imperatum'st.*

CA. *Vise*

[a] Morigerationẽ.
[b] Ætas mala *senectus* occultatur Purpura: Turpitudo & deformitas Auro occultatur.
[c] Contaminat.
[d] Nimis diu me continui, ne eas adirem. *Adire manum alicui.* Vide Calligr. *Desiderio.*
[e] Illud verbum: *mea Voluptas*; non carè quis emat, si pro eo xx Minas expendat.
[f] Imò vero ego vel xcõtentus ero, Bene tibi vendam hoc Verbum *Voluptas* ut bene emas.
[g] Vel rem ad calculos voca, si mihi non credis. Nam jam tum mihi hoc Verbum emtum est. Dedi enim pro Capite tuo xxx Minas, quibus si demas xx, habebis decẽ; quibus nunc tu Verbum hoc æstimasti.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Rationum.*
[i] Nota synt. Persa: 5.1. ꝟ. 14.
[k] Sint infelices: quibus nemo invidet. Miserrima enim est fortuna, quæ caret Inimico.
[l] Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.* Pers. 5. 1. ꝟ. 8.
[m] Tu Puer, vide ubi sint Tali, *&c.*
[n] unguentum ex Myrrhâ.
[o] Qui mihi carissimus est, instar oculi.
[p] Commilitones.
[q] Phaniscum alloquitur in primis. Vide inf. 4. 1.
[r] Domum Philol.
[s] Tempestivè, maturè. Vide Lex.
[t] Tibi dico: tu memineris igitur.

Nam illi, ubi fui, inde ecfugi foràs.
Ita me ibi malè convivij sermonisque tæsum 'st.
Nunc [a] *conmissatum ibo ad Philolachetem,*
Ubi nos hilari [b] *ingenio, & lepidè accipiet.*
Ecquid tibi videor, [c] *Mamma, madere?* DE. *semper*
Istoc modo moratus tute [d] *debebas.*
CAL. *Vin' ne ego te, ac tute me amplectare?*
DE. *Si tibi* [e] *cordi 'st facere; licet.* CAL. *lepida 's:*
Duce me, amabo. DE. *Cave, ne* [f] *cadas; asta.*
CAL. *Oho! Ocellus es meus, tuus sum Alumnus; Mel meum.*
DE. *Cave modò, ne prius in viâ accumbas,*
Quàm illi, ubi lectus est stratus, [g] *coimus.*
CAL. *Sine; sine cadere me.* DE. *sino: sed & hoc;* [h] *quod mihi in manu 'st.*
Si cades, non cades, quin cadam tecum:
Jacentu tollet posteà nos ambos aliquis.
SCA. *Madet* [i] *homo.* CAL. *tun' meam vis Mammam madere?*
DE. *Cedò* [k] *manum: nolo equidem te* [l] *adfligi.*
CAL. *Hem! tene; age, i: i simul. quòd ego eam; an scis?*
DE. *Scio; in mentem venit modò.* CAL. *nempe domum eo*
Conmissatum. DE. *Immò istuc quidem jam memini.*
PHILO. *Num non vis obviam me* [m] *hisce eire? Anime mi.*
PHILE. *Illi ego ex omnibus optumè volo.* PHILO. *Jam*
Revortar. PHILE. *Diu 'st* [n] JAM *id mihi* CAL. [o] *ecquis hîc est?*
PHILO. [p] *Adest.* CAL. *Eu! Philolaches: salve! amicissume*
Mihi hominum omnium. PHILO. *DI te ament! áccuba,*
Callidamates. unde [q] *agis te?* CAL. *unde homo* [r] *ebrius.*
PHILO. *Probé! quin, amabo! áccubas, Delphium mea!*
CAL. *Date illi, quod bibat: dormiam ego jam.*
PHILO. *Num mirum* hic, *aut novom quippiam facit? quid ego*
Hoc faciam posteà? [f] *mea!* DE. *Sic sine eumpse.* PHILO. *age tu;*
Interim da ab [t] *Delphio* [u] *citò Cantharum circùm.*

a *Cōmissari*: est, nocturnas Compotationes instituere. Schlaff-trunck halten. Vide Lex.
b Hilaritate non simulatâ.
c Numquid tibi, ô Māma mea, videor esse ebrius?
d *sc.* esse. laudo factum tuum: semper mihi placent ea, quæ tu facis.
e Si tibi placet. *A. gellius.*
f Quia ebrius mihi videris.
g In lecto discubitorio accumbimus, epulamur, & de symbolis edimus.
h *Q. d.* Sinam quidem te cadere, si ita vis: sed & hoc sino; *sive*, & hoc fieri oportet, quod in mea potestate est: ut nimirùm te cadente & ipsa cadam. Forte aliquid obscœni subest. alij, qui Callid. omnia hæc tribuunt, referunt illud: *sed & hoc*; ad Delphium, quæ ipsum manu ducebat.
i Ebrius est: cui opponitur, *Siccus.*
k Quia Callid. se ab amplexu Delphii subduxerat, ita ut reprehendendus fuerit. Iterùm Delphium vocat *Mammam* suam, ut supra ꝟ. 7.

l Ad terram graviùs cadere. Vide Lex. m Philolacheti, & Delphio. n Illud IAM nimis diu mihi est. o Num quis hic est? Loquitur ut ebrius; vacillantibus oculis. p Et ego hic sum. Auch ein gut Gesell. q Unde is? Wo kombstu her? r Unde & alij ebrij. Auß der zechstuben/ wo alle volle zotten herkommen. f O mea Delphium! quid ego hoc homine ebrio Callid. faciam? Was soll ich nur mit jhm anfangen? t Initio facto à Delphio. u In orbem. Vide Elect. Tit. *Conviviorum.*

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

TRANIO. PHILOLACHES. CALLIDAMATES. DELPHIUM. PHILEMATIUM. PUER.

IVPPITER *supremus summis opibus, atque industriis,*
Me perisse, & Philolachetem cupit Herilem Filium.
Occidit spes nostra. nusquam [a] *stabulum 'st Confidentiæ.*
Nec Salus nobis [b] *saluti jam esse, si* [c] *cupiat, potest.*
Ita mali mœroris [d] *Montem maximum ad Portum modò*
Conspicatus sum. Erus advenit peregrè; periit Tranio.
Ecquis Homo 'st? qui facere Argenti cupiat aliquantum lucri,
Qui hodiè se excruciari meam [e] *vicem possit pati?*
Vbi sunt isti [f] *Plagipatidæ,* [g] *Ferritribaces viri? vel*
Isti, qui Hastis trium [h] *Nummorum causa subeunt sub Falas:*
Vbi [i] *aliqui quindenis Hastis corpus transfigi solent?*
Ego dabo ei Talentum primus, qui in Crucem [k] *excucurrerit.*
Sed [l] *eâ lege, ut offigantur bis pedes, bis brachia.*
Vbi id erit factum, à me Argentum petito præsentarium.
Sed ego, sumne ille Infelix? qui non curro [m] *curriculo domum.*
PHILO. *Adest obsonium. eccum Tranio à Portu redit.*
TR. *Philolaches.* PHILO. *quid est?* TR. *& ego, & tu.* PHILO. *quid?* ET EGO ET TU. TR. *Periimus!*
PHILO. *Quid ita?* TR. *Pater adest.* PHILO. *quid ego è te audio?* TR. *absumpti sumus.*
Pater inquam, tuus venit. PHILO. *ubi est is? obsecro!* TR. *adest.*
PHILO. *Quis id ait? quis vidit?* TR. *egomet, inquam, vidi.* PHILO. *væ mihi!*
Quid ego agam? TR. *nam quid tu, malum! me rogitas? quid agas?* [n] *accubes.*
PHILO. *Tune vidisti?* TR. *egomet, inquam.* PHILO. *certe?* TR. *certè, inquam.* PHILO. *occidi!*
Si ita vera memoras. TR. *quid mihi sit boni?* [o] *si mentirer.*
PHILO. *Quid ego nunc faciam?* TR. *jube hæc hinc omnia amolirier.*
Quis istic dormit? PHILO. *Callidamates.* TR. *Suscita istum, Delphium.*
DE. *Callidamates! Callidamates! vigila.* CAL. *vigilo. cedo, ut bibam.*
DE. *Vigila! Pater advenit peregrè Philolachis.* CAL. *valeat Pater!*
PHILO. *Valet* [p] *ille quidem; atque ego disperii.* CAL. *Disperiisti? qui potest?*
PHILO. *Quæso edepol, exsurge! Pater advenit.* CAL. *tuus venit Pater?*
Iube abire rursum: quid illi [q] *reditio etiam huc fuit?*
PHILO. *Quid ego agam? Pater jam hic me offendet miserum adveniens ebrium.*

Ædis

a Statio, perfugiũ.
b Hyperbole.
c Tametsi.
d Vide Lex. *Mons.*
e Meâ voce. Ἀντιπτωσις. infr. 3. 2. 3. 16 qui accepta aliqua pecunia possit excruciari pro me. Vide Lex.
f Qui [illegible] didicerunt [illegible].
g Qui ferrum [illegible] runt, qui ut plurimum [illegible] ferreis compediti sunt.
h Propter tres asses. Alludit ad stipendium militare. [illegible] Qui tam exiguo pretio auctoramenta [illegible], & turres ligneas, seu falas [illegible] subire [illegible] aliquot [illegible]. Vide [illegible].
i In quibus [illegible] solet aliquibus [illegible] transfigi corpus.
k [illegible] meam vicem.
l Ea lege huic [illegible] Vicario Talentum primus dabo. Vide Elect. Pl. Tit. *Supplic.*
m Cursu citato.
n *Q. d.* Tute ipsus ubi convivus es, accumbere te. nô debes igitur me rogare, quid agas.
o Quid prosit mihi mentiri?
p Iocus in verbo *Valere.*
q Vide Lex. *Perperam.*

Ædi plenas Convivarum, & Mulierum. MISERUM 'ST OPUS,
IGITUR [a] DEMUM FODERE PUTEUM, UBI SITIS FAUCIS TENET:
Sicut ego adventu Patris nunc quæro, quid faciam miser.
TR. *Ecce autem hic* [b] *deposivit caput, & dormit; suscita!*
PHILO. *Etiam vigilas? Pater inquam aderit jam hic meus.* CAL. *ain' tu? Pater!*
Cedò Soleas [c] *mihi, ut arma capiam. jam pol ego occidam Patrem.*
PHI. *Perdis rem. tace, amabo: adripite hunc intrò actutum inter* [d] *manus.*
CAL. *Jam hercle ego vos pro* [e] *matulâ habebo, nisi matulam datis.*
PHILO. *Perii!* TR. *Habe bonum animum; ego istum lepidè* [f] *medicabor metum.*
PHILO. *Nullus sum.* TR. *taceas: ego, qui istæc sedem, medicabor* [g] *tibi.*
Satin' habes? si advenientem ego ita Patrem [h] *faciam tuum;*
Non modò ne introëat: verùm etiam, ut fugiat longe ab Ædibus.
Vos modò hinc abite intrò, atque hæc hinc properè amolimini.
PHILO. *Ubi ego ero?* TR. *ubi maxumè esse vis cum hac: tu cum* [i] *istac eris.*
DE. *Quid est igitur? abeamus hinc nos.* TR. *non* [k] HOC *longè; Delphium.*
Namque intus potate, haut [l] TANTILLO, *hac quidem causa, minus.*
PHILO. *Hei mihi! quàm, istæc blanda dicta quò eveniant, madeo* [m] *metu!*
TR. *Potin'* [n]*? animo ut sis quieto & facias? quod jubeo.* PHILO. *potest.*
TR. *Omnium primùm, Philematium, intrò abi: & tu, Delphium.*
DE. *Morigeræ tibi erimus ambæ.* TR. *Ita* [o] *ille* [p] *faxit Iuppiter!*
Animum advorte nunc tu jam, quæ volo accurarier,
Omnium [q] *primumùm, Ædes jam fac occlusæ sient.*
Intus cave, mutire quemquam siveris. PHILO. *curabitur.*
TR. *Tamquam si intus gnatus* [r] *nemo in Ædibus habitet!* PHILO. *licet.*
TR. *Neu quisquam responset, quando hasce Ædis pultabit Senex.*
PHILO. *Num quid aliud?* TR. *clavim mihi harunce Ædium* [s] *Laconicam*
Jam jube ecferri intus [t]*; hasce ego Ædis occludam hinc foris.*
PHILO. *In tuam custodiam me, & meas spes trado, Tranio.*
TR. PLUMA *haut interest,* [u] *Patronus, an Cliens probior siet*

* * *

[x] *Homini,* [y] *quoi nulla 'st in pectore audacia:*
Nam [z] *quoivis homini vel optumo; vel pessumo,*
Quamvis [aa] *desubitò, facilè 'st facere nequiter.*
(Clavem cedò, atque abi intrò, atque occlude ostium.)
Verùm id videndum 'st; id viri docti est opus:
Quæ [bb] *dißignata sunt, & facta nequitiâ;*

a Deinde Rud. 4. [illegible] Vide Lex. [illegible] [illegible] datur. T[illegible] iis, qui [illegible] [illegible] ce, [illegible] dere [illegible]
b Vide Lex. [illegible]
c Accubituri enim Calceos, & Soccos ponebant. Vide Elect. [illegible] Tit. *Conviviorum Triclinij.*
d Qui est in potestate nostra.
e Perniciam vos, sive etiam immejam vobis.
f Levabo, minuam. Nota Syntaxin verbi, *Medicari.*
g Ego tibi medicinam faciam, ut hunc animi tui æstum tranquillè.
h [illegible] faciam, ne [illegible] introeat. Vide Lex. *Ante [illegible]*. Pseud. 1. 6. [illegible] Mil. [illegible]
i Philol. erit cum Philematio tu Callid. cum Delphio.
k [illegible]: re aliqua minima demonstrata. vel ungue, vel pilo.
l Etiam [illegible].
m Plenus sum metu.
n potesne facere? ut, &c.
o [illegible]. Vel; qui illic est in excelso vel; præpotens Deus.
p faxit, ut ex usura corporum vestrorum capiam voluptatem.
q [illegible] dum [illegible]
r nemo hominum [illegible] terrenisch. Sic infr. [illegible] & Pseud. 1. 3. [illegible] *Male memini.*
s adulterinam clavem clausam: quæ intùs aperiebat, aut forinsecus claudebat.
t domo. Vide Lex. *Intus.*
u Q. d. Nihil refert, Patronus ne an timidus Cliens commodius sit homini. Si habeam Patronû timidum, si Clientem timidum, neuter altero proderit mihi magis: non hic probior mihi erit, quàm iste.
x alicui.
y Patrono. Clienti.
z Cuivis homini facile est Vitium: sicut Virtus difficilis.
aa subito.
bb Quæ novo more & exemplo male facta sunt, ne malè cadant, & vita tædium tibi concilient. Vide Lex. *Dissignare* & *Totim.*

Ne quid patiatur, quamobrem pigeat vivere:
Tranquille cuncta, & ut proveniant sine omni malo.
Sicut ego efficiam, quæ facta hic turbavimus:
Profectò ut liqueant omnia, & tranquilla sint;
Neque quicquam nobis pariant ex se incommodi.
Sed quid tute egrederis? perii! jam jam optume
Præceptis paruisti. PH. *Erus jussit maxumo*
Opere orare, ut Patrem aliquo absterreres modo,
Ne intrò iret. adest. TR. *Quin etiam illi hoc dicito,*
Facturum me, ut ne etiam adspicere ÆDis audeat,
Capite [a] *obvoluto ut fugiat cum summo metu.*
Clavim cedo; atque abi hinc intrò, atque occlude ostium.
Et ego hinc occludam. jube venire nunc jam.
Ludos ego hodie [b] *vivo præsenti hic Seni*
Faciam: [c] *quod credo mortuo numquam fore.*
Concedam à foribus huc. hinc speculabor procul;
Unde advenienti sarcinam [d] *inponam Seni.*

a Capite operto, quia se pudere [illegible] Vide [illegible] Tit. *Tu-* [illegible].
b [illegible] enim vivis [illegible] claris tan[illegible] nebant. Vide [illegible] Tit. *Fu-* [illegible].
c Vide Lex. *Quod.* Aul. 2. 5. ℣. 18. & infr. 4. [illegible] ℣. 18. 19.
d Senem gravi curâ, & molestiâ affectum, amoliar. Wir müssen den Alten abschaffen. Infr. 2. 2 ℣. 9. & Mil. [illegible] ℣. 61.

ACTUS SECUNDI SCENA II.

THEUROPIDES, Senex.
TRANIO, SERVUS.

HABEO, Neptune, gratiam magnam tibi
Quòm me [e] *amisisti à te vix vivom* [f] *modò.*
Verùm si posthàc me pedem latum modò
Scies inposuisse in undam, haut causa ilico 'st,
Quod nunc voluisti facere, quin facias mihi.
Apage! apage te à me! nunc jam post hunc [g] *diem*
Quod crediturus tibi fui, omne credidi.
TR. *Edepol, Neptune, peccavisti largiter,*
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
TH. *Triennio* [h] *pòst Ægypto advenio domum.*
Credo, exspectatus veniam familiaribus.
TR. *Nimiò edepol ille potuit exspectatior*
Venire, qui te nuntiaret mortuum.

e Vide Lex. *Amittere.*
f Quia Navigatio nihil aliud est, quam Mortis [illegible] *Sensus est:* si posthac, Neptune, scies, me non corpus, sed latum modo pedem in [illegible] [illegible] causam [illegible] fluctibus obrutas.
g Numquam post hunc diem tibi quicquam com[illegible] scilicet.
h postquam discessi domo.

TH. *Sed quid hoc? occlusa janua'st* [a] *interdius?*
Pultabo. heus! ecquis istas aperit mî foris?
TR. *Quis homo'st? qui nostras Ædis accessit propè.*
TH. *Meus Servos hic quidem 'st Tranio.* TR. *O Theuropides!*
Ere, salve! salvom te advenisse gaudeo.
Usquéne valuisti? TH. *Usq; ut vides.* TR. *Factum optumê!*
TH. *Quid vos? insanin' estis?* TR. *Quidum?* TH. *Sic; quia*
Foris ambulatis. gnatus [b] *nemo in Ædibus*
Servat [c], *neq; qui* [d] *recludat, neq; qui respondeat.*
Pultando pedibus panè confregi hasce [e] *ambas.* TR. *Eho!*
An tute tetigisti has Ædis? TH. *Cur non tangerem?*
Quin pultando, inquam, panè confregi foris.
TR. *Tetigistin'?* TH. *Tetigi, inquam: & pultavi.* TR. *Vah!* TH. *Quid est?*
TR. *Male herclè factum!* TH. *Quid est negotij?* TR. *Non potest*
Dici, quàm indignum facinus fecisti, & malum.
TH. *Quid jam?* TR. *Fuge, obsecro; atq; abscede ab Ædibus.*
Fuge huc, fuge ad me propiùs. tetigistin' foris?
TH. *Quomodo pultare potui, si non tangerem?*
TR. *Occidisti hercle!* TH. *Quem Mortalem?* TR. *Omnis tuos.*
TH. *DI te, DEÆq; omnis faxint* [f] *cum istoc omine!*
TR. *Metuo;* [g] *te, atq; istos expiare ut possies.*
TH. *Quamobrem? aut quam subitò rem mihi adportas novam?*
TR. *Eheu! jube* [h] *illos illinc, amabo, abscedere.*
TH. *Abscedite!* TR. *Ædis ne* [i] *attigate: tangite*
Vos quoq; terram. TH. *Obsecro hercle; quin eloquere jam!*
TR. *Quia septem menses sunt, quòm in hasce Ædis pedem*
Nemo intrò tetulit, semel ut emigravimus.
TH. *Eloquere; quid ita?* TR. [k] *Circumspicedum; num quis est?*
Sermonem nostrum qui aucupet. TH. *Tutum probè 'st.*
TR. *Circumspice etiam* [l]. TH. *Nemo 'st: loquere nunc jam.*
TR. *Capitalis* [m] *cædis facta 'st.* TH. *Quid est? non intellego.*
TR. *Scelus* [n] *inquam factum 'st jamdiu antiquom, & vetus.*
Antiquom [o] *id adeò nos nunc factum invenimus.*
TH. *Quid istuc est? sceleste. aut quis id fecit? cedò.*
TR. *Hospes necavit Hospitem captum manu;*
Iste, ut ego opinor, qui has tibi Ædis vendidit.
TH. *Necavit?* TR. *Aurumq; ipsi ademit Hospiti;*
Eumq; hic defôdit Hospitem ibidem in Ædibus.
TH. *Quapropter id vos factum suspicamini?*
TR. *Ego dicam; ausculta. ut foris cenaverat*
Tuus Gnatus, postquam redit à Cenâ domum,

[a] Interdiu. Vide Elect. Pl. Tit. *Ædium. Domorum.*

[b] Nemo mortalis

[c] Custodit. *vel*, est domi. Vide Lex.

[d] Aperiat.

[e] Sc. assulas in foribus. *θυρώματα.*

[f] Volebat Senex plura addere, ut: *DI te faciant! ut malo cruciatu pereas!* vel quid simile: sed Servus interpellat.

[g] Metuo, ne te, & tuos impietate purgare non possis.

[h] Cōservos meos, quos tecum duxisti, & reduxisti: comites tuos.

[i] Attingite. Antiquè. Genus Venerationis & Ceremoniæ erat: *Tangere terram.* Vide Elect. Pl. Tit. *Religionis.*

[k] τὸ *dum* παρέλκει.

[l] Num quis, quæ loquimur, excipere & exaudire possit.

[m] Capitis rea.

[n] Vide Lex. *Scelus.*

[o] Antiquum quidem, sed nos nūc demùm cognovimus.

Abimus omnes cubitum; condormivimus:
Lucernam fortè oblitus fueram extinguere;
Atq; [a] *ille exclamat derepentè maxumum.*
TH. *Quis homo? an Gnatus meus?* TR. *St! tace; ausculta modò:*
Ait venisse illum in [b] *somnis ad se mortuum.*
TH. *Nempe ergo in somnis?* TR. *Ita. sed ausculta modo.*
Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum.
TH. *In somnis?* TR. *Mirum* [c], *quin vigilanti diceret,*
Qui abhinc sexaginta [d] *annis occisus foret.*
Interdum ineptè stultus es.
TH. *Taceo.* TR. *Sed ecce, quae ille inquit:*
Ego transmarinus Hospes sum [e] *Diapontius:*
Hic habito, haec mihi dedita'st habitatio.
Nam me in Acheruntem recipere Orcus noluit,
Quia praematurè [f] *vitâ careo: per* [g] *fidem*
Deceptus sum; Hospes hic me necavit, isq; me
Defodit [h] *insepultum clam ibidem in hisce Ædibus*
Scelestus, auri causâ. nunc tu hinc emigra:
Scelestae hae sunt Ædes: impia 'st habitatio.
Quae hic MONSTRA *fiunt, anno vix possum eloqui.*
St! st! TH. *Quid obsecro hercle factum 'st?* TR. *Concrepuit foris.*
Hiccine percussit? TH. *Guttam haut habeo sanguinis,*
Vivom me arcessunt ad Acheruntem mortui.
TR. [i] *Perii! illisce hodie hanc conturbabunt fabulam.*
Nimis quam formido, ne [k] *manufesto hic me opprimat.*
TH. *Quid tute tecum loquere?* TR. *Abscede ab januâ.*
Fuge, obsecro hercle. TH. *Quò fugiam? etiam tu fuge!*
TR. *Nihil ego formido, pax mihi est cum* [l] *Mortuis.*
TH. *Heus! Tranio.* TR. *Non me adpellabis, si sapis.*
Nihil ego commerui, neq; istas percussi fores.
TH. *Quaeso, quid segreges* [m] *es? quae res te agitat? Tranio.*
Quicum istaec loquere? TR. *An quaeso tu adpellaveras?*
Ita me Di amabunt! mortuum illum credidi
Expostulare, quia percussisses fores.
Sed tu etiamne astas? nec quae dico, obtemperas?
TH. *Quid faciam?* TR. *Cave,* [n] *respexis, fuge: atq; operi caput.*
TH. *Cur non fugis tu?* TR. *Pax mihi est cum Mortuis.*
TH. *Scio. quid modò igitur? cur tanto opere extimueras?*
TR. *Nil me* [o] *curassis, inquam, ego mihi providero:*
Tu ut occepisti; tantum, quantum [p] *quis, fuge;*
Atq; Herculem [q] *invocabis.* TH. *Hercules! te invoco.*

TR. E

a Strim, cõtinuò. Vide Lex. *Atque.* Nota connubium Adverbij. *Exclamat maxumum.*
b κατ' ὄναρ: dum dormit ipse: per noctem. *Donatus.*
c Vide Lex. *Mirum quin.*
d Ab hinc multis annis. [illegible] Merc. [illegible]
e Graecus: transmarinus.
f Morte non naturali extinctus sum.
g S. malam hospitis.
h Inhumatum, ut [illegible] à me auferret Aurum, quod mecum habui. [illegible] In terram quidé defossum humavit, sed non [illegible] justo sepulturae honore carentem.
i Haec secũ loquitur Tranio, moleste ferẽs, eos strepere intus: metuensq;, ne res palam fiat: atque ita tota Fabula, quae à Monstris nomen habet, conturbetur.
k In manifesto mẽdacio me Senex deprehendat.
l Quia eos numquam laesi.
m Solus: quia qui curis anguntur, solitudinem amant. Vide Lex. *Segrex.*
n Respexeris.
o Curaveris.
p Quantum potes.
q Ut ἀλεξίκακον, & Monstrorum domitorem.

TR. Ut ego [a] tibi hodiè ut det Senex magnum malum! [a] Sc. Hercle invenibo.
Pro DI inmortales! obsecro vostram fidem!
Quid ego hic hodie negoti confeci mali!

ACTUS TERTII
SCENA I.

DANISTA. THEUROPIDES, Senex.
TRANIO, Servus.

SCELESTIOREM [b] ego Annum locando Argento fenori
Numquam ullum vidi, quam hic mihi Annus obtigit.
A mane ad noctem totum usque in Foro dego diem:
Locare Argenti nemini Nummum queo.
TR. Nunc pol ego perii plane in perpetuum modum!
Danista adest, qui dedit Argentum fenori,
Qui [c] Amica est emta, quoque opus in sumptus fuit.
Manifesta res est, [d] nisi quod occurro prius,
Ne hoc iam Senex resciscat. ibo huic obviam.
Sed quidnam hic sese tam citò recipit domum?
Metuo, ne hac re quippiam hic inaudiverit.
Accedam atque adpellabo. heu! quam timeo miser!
Nihil est miserius, quam ANIMUS hominis [illegible]
[illegible]
[illegible] res postulat
[illegible] TH. [illegible]
TR. Numquid dixisti de illo? quod dixi tibi.
TH. Dixi [illegible] omnia. TR. [illegible]
[illegible] TH. Immò pernegat.
TR. Cape [illegible], cum eo [illegible] judicium
[illegible] videto, ut capias, qui credat mihi.
Iam facile vinces [illegible] Volpes [illegible].
Metuo, ne technae [f] meae perpetuo perierint.
[illegible]
[illegible]
[illegible]

TR. *Negat?* TH. Negat inquam. TR. Perij oppidò! *quàm cogito.*
Non confitetur? TH. *Dicam,* [a] *si confessus sit.*
Quid nunc faciundum censes? TR. *Egon'? quid censeam?*
Cape [illegible] *hercle te, cum eo una judicem.*
Sed eccum [b] *video, ut capias, qui credat mihi.*
Tam facilè vinces, [c] *quàm pirum Volpes comest.*
DA. *Sed Philolachetis servom eccom* [d] *Tranium!*
Qui mihi neq; fenus, neq; sortem [e] *Argenti* [f] *danunt.*
TH. *Quò tu te* [g] *agis?* TR. *Nec quóquam abeo.* [h] *næ ego sum miser,*
Scelestus, natus DEIS inimicis omnibus!
Jam [illegible] *& illinc mihi exhibent negotium.*
Jam illo præsente adibit. næ ego homo sum miser!
Sed occupabo [i] *adire.* DA. *Hic ad me it? salvos sum.*
Spes est de Argento. TR. *Hilarus est frustra istic Homo.*
Salvere jubeo te, [k] *Misargyrides bene.*
DA. *Salve & tu! quid de Argento'st?* TR. *Abi sis! Belua.*
Continuò adveniens pilum [l] *injecisti mihi.*
DA. [m] *Hic homo inanis est.* TR. *Hic Homo'st certè* [n] *Ariolus.*
DA. [illegible] *mittis tricas?* TR. *Quin, quid vis, cedo!*
DA. *Ubi Philolaches est?* TH. *Numquam potuisti mihi*
Magis opportunus advenire, quàm nunc *advenis.*
DA. *Quid est?* TR. *Concede huc* DA. Quin mihi argentum redditur
TR. [illegible] *esse voce: ne* clama nimis.
DA. *Ego hercle verò clamo.* TR. *Ah! gere morem mihi!*
DA. *Quid tibi ego morem vis geram?* TR. *Abi, quæso, hinc domum.*
DA. *Abeam?* TR. *Redito huc circiter meridie.*
DA. *Redditurne igitur fenus?* TR. *Reddetur. nunc abi.*
DA. *Quid ego huc recursem? aut operam sumam, aut conteram?*
Quid si hic manebo potius ad meridiem?
TR. *Immò abi domum. verùm hercle dico; abi modò.*
DA. *Quin vos mihi fenus date! quid hic nugamini?*
TR. *Euge! hercle* [o] *næ tu abi modò; ausculta mihi.*
DA. *Jam hercle ego illunc nominabo* hic. TR. *Euge! strennuè!*
Beatus [p] *verò es nunc, quom clamas.* DA. *Meum peto.*
Multos me hoc pacto jam dies [q] *frustramini.*
Molestus si sum, reddite Argentum. abiero.
TR. [r] *Responsiones omnis hoc verbo eripit.*
Sortem [s] *accipe.* DA. *Immò Fenus: id primùm volo.*

a [illegible] esse?
b Hæc [illegible] loquitur ad Spectatores.
c [illegible]
d [illegible] meum. Vide Lex. *Deo Iro-* [illegible]
e Caput illius pe- [illegible] quæ com- [illegible] in fœnera- [illegible], ut inde lu- [illegible] fiat.
f Dant.
g Quo abis?
h Hæc secum lo- quitur Tranio.
i Antevertam.
k Antiphrasis: *Osor argenti*; qui ita Ar- [illegible], & incedimus ut vel os sibi verberari pugnis, modo ar- genteis, facile pa- teretur. [illegible] ar- gyrides facit mentionem Do- [illegible] in Adelphis [illegible] impedimen- tum. Vide Lex. L. [illegible] *Impedimen-* [illegible]
m Hæc secum in- [illegible] Danista ita [illegible] exaudiat [illegible]
n [illegible] divinatio [illegible] hic manem [illegible] esse
o Subaudi: [illegible] aliquid. [illegible] enim hominis [illegible]
p Dives factus. *Ironia.*
q [illegible] verbis [illegible] palcitis.
r *Ironia.* Hic Da- nista, Spectatores, responsiones o- mnes mihi hac o- ratione eripit [illegible] dicet: *Reddite Argentum.*
s Hs. Capitale, τὸ κεφάλαιον. Die Hauptsum.

TR.[a] *Quid túte, Hominum, Homo, omnium teterrume!*
Venisti huc te [b] *extentatum? agas; quod in* [c] *manu'st.*
Non dat: non debet. DA. *Non* [d] *debet?* TR. *Nec erit* [e] *quidem.*
Ferre hoc potes? an mavis? ut *aliquò abeat foràs.*
Vrbem exsul linquat factis *his? causâ tui:*
Quoi sortem vix dare licebit. DA. *Quin non* [f] *peto!*
* TR. *Euge! optumè! eccom Ædium Dominus foràs*
SIMO *progreditur ipsus! huc concessero.*
Dum mi senatum consili in cor convoco:
Igitur tum accedam hunc, quando, quid agam, invenero.

ACTVS TERTII
SCENA II.

SIMO. THEUROPIDES: Duo Senes. TRANIO, Servus.

MELIUS [g] *Anno hoc mihi non fuit domí:*
Nec [h] *quando Esca una* benè *meruerit magis.*
Nam *Prandium Vxor mihi pérbonum dedit.*
Nunc illa dormitum jubet me eire. minumè.
Non mihi [i] *forte visum ilicò fuit;*
Melius quòm prandium quàm solitum, dedit.
Voluit in cubiculum abducere me Anus.
NON BONUS SOMNUS [k] EST Homini DE PRANDIO. *Apage!*
Clanculùm ex Ædibus med edidi foràs.
Tota [l] *turget mihi Vxor, scio, nunc domí.*
TR. *Res parata'st mala in vesperum huic Seni.*
Nam & cenandum, & cubandum'st intus malè.
SI. *Quòm magis* ac magis ego *cogito cum meo animo,*
Si quis Dotatam Vxorem domi suæ *habet* malè;
Neminem sollicitat Sopor.
Ire dormítum odio'st. nunc verò mihi
Exsequi certa res est hoc; *ut abeam*
Potiùs hinc ad Forum, quàm domí cubem.
Atq; pol nescio, ut moribus sient
Vostræ: hæc, sat scio, quàm me habeat malè:

Te Pejusq;

a Quid? an ideò huc venisti? ut Herum meum exspoliares facultatibus, fœnoris tui voragine.
b *Q. d.* Quid tu, impurissime, venisti extentatum, seu extensum vocem tuam? ut vires laterum tuorum clamando experireris, atque ostenderes.
c Facias, quod lubet, quod in potestate tuâ, & penes te est.
d Imò debet: ex Stipulationis cautione.
e *Sc.* daturus.
f *Sc.* Sortem: sed fenus duntaxat.
* De hoc integro loco: ut & seqq. Vide infrà prolixè Notas Criticas.
g *Benè esse,* quid sit: Vide Caligraph. Tit. *Felicitatis, Prosperitatis.*
h Nec unquam fuit; quando una esca mihi magis profuerit. Esca quasi *meritum* præstat, cum sapit, ac juvat. Vide similia loca Capt. 1. 1. ℣. 27. Asin. 1. 2. ℣. 10.
i Non temerè & casu id fieri, illicò in mentem venit, cum lautius cottidiano prandium apponi mihi viderem. & certè illud erat: meridianam à me operam impetrare voluit. Nota formulam Lex. *Non temere, non forte, non de nihilo.*
k *Somnus insititius* Varroni. Pseud. 1. 2. ℣. 68.
l Irata est.

Digitized by Google

Pejusq; posthàc fore, quàm fuit mihi.
TR. Si abitus tuus tibi, Senex, fecerit malè,
Nihil erit, quod DEORUM nullum accusites:
Te [a] ipse jure optumo meritò incuses licet.
Sed tempus nunc est, Senem hunc adloqui mihi.
Hoc habet. [b] repperi, qui Senem ducerem,
Quoq; dolo à me dolorem procul pellerem:
Accedam. DI te ament plurumùm! Simo.
SI. Salvos sis! Tranio. TR. Vt vales? SI. Non malè.
Quid agis? TR. Hominem [c] optumum teneo. SI. Vt amicè facis!
Quòm me laudas. TR. Decet certè hercle te.
Habeo. Hau! bonum teneo Servom.
Eja! Mastigia; ad me redi. TR. jam istic ero.
SI. Quid nunc? quàm mox? TR. Quid est? SI. Quod solet fieri.
TR. Dic igitur; quod solet fieri; quid id est?
SI. Quod facitis vos. sed ut verum, Tranio, loquar;
Sic decet: [d] Vt homines sunt, ita morem geras.
VITA [e] quàm sit brevis, simul cogita. TR. Quid! *
Ehem! vix tandem percepi super [f] his rebus nostris te loqui.
SI. [g] Musicè hercle agitis ætatem: ita ut vos decet.
Vino & victu; piscatu probo, electili,
Vitam colitis. TR. Immò ita ea quidem, ut antehàc erat:
Nunc nobis communia hæc exciderunt, Simo.
SI. Quidum? TR. Ita oppidò occidimus omnes, Simo.
SI. Non taces? prosperè vobis cuncta usq; adhuc
Processerunt? TR. Ita, ut dicis, facta: haut nego.
Nos profectò probè, ut voluimus, viximus.
Sed, Simo, ita nunc Ventus Navem [h] nostram
Deseruit. SI. Quid [i] est? TR. Quomodo pessumè [k] potuit.
Quæ nec subducta erat tutò in terram antehàc.
TR. Heu! SI. Quid est? TR. Me miserum! occidi. SI. Qui? TR. Quia
Venit Navis, nostræ Navi quæ frangat Ratem.
SI. VELIM [l] UT TU VELLES! Tranio. sed quid est negotI?
TR. Eloquar. Erus peregrè venit. SI. Tunc tibi
Chorda tenditur: indè in [m] Ferriterium;
Posteà in Crucem rectà. TR. Nunc te ego per Genua
Obsecro! ne indicium Ero facias meo. SI. E me,
Ne quid metuas; nihil sciet. TR. Patrone; [n] Salve!
SI. Nihil moror [o] mihi istiusmodi Clientis.

TR.

a Quia tibi ipse male facis, dum ultro abis domo, non modo ab Vxore non ejectus, sed ab eâ blande in cubiculum allectus. Hæc aversus à Simone loquitur Tranio.

b *H. e.* Ego reperi fallaciam, quâ Senem ducerem. Vide Elect. Pl. Tit. *Gladiatorum.* Ergo habe! et habe sein theil!

c Virum optimum teneo prehensum manibus.

d Q. d. Philolaches est corruptus, & voluptuarius: sapienter igitur facis, qui ei non adverseris, sed morem geras.

e Vide Elect. Pl. tit. *Lætitia, Hilaritatis.* Hilare victuri vitæ brevitatem sibi proponebant.

f De his rebus. *Festus* ex Phasmate Plauti citat in *Super.*

g *H. e.* lautè, nullo sumptu: qualẽ vitam vivũt Tibicines. Vide Call. Tit. *Convivandi.*

h Fortunati esse desijmus: res non succedit amplius ex sententiâ. *Allegoria.*

i Quid navi factũ est? *ἀλληγορικῶς.*

k Ita est, ut pejus non possit. Quod tamen mirum nobis videtur in eâ Navi, quæ quasi in terram fuit subducta. *Allegoria.*

l Vide Calligraph. *Gratificandi:* & *Vovendi.*

m Catenas, & carcerem: quòd ferrum in iis teratur. Eum qui in ferriterio, supr. 2 1. ℣. 9. *Ferritribacem* vocat. n Vide Elect. Plaut. Tit. *Salutationum.* o τὸ mihi παρέλκει. Vide Lex. παρέλκοντα.

TR. *Nunc hoc, quod ad te noster me misit Senex,*
Hoc mihi responde primùm; quod ego te rogo.
SI. *Jam de istis rebus voster quid sensit Senex?*
TR. *Nihil quicquam.* SI. *Numquid increpitavit Filium?*
TR. *Tàm* [a] *liquidu'st, quàm liquida esse Tempestas solet.*
Nunc te hoc orare jussit opere maxumo,
Vt sibi liceret inspicere has [b] *Ædis tuas.*
SI. *Non sunt venales.* TR. *Scio equidem istuc. sed Senex*
Gynecéum [c] *ædificare volt hic in suis,*
Et Balineas, & Ambulacrum, & Porticum.
SI. *Quid* ille [d] *consomniavit?* TR. *Ego dicam tibi:*
Dare volt Vxorem Filio, quantum potest.
Ad eam rem facere volt Gynecéum novom.
Nam sibi laudasse hasce ait [e] *Architectorem*
Nescio-quem. esse ædificatas has sanè benè.
Nunc hinc exemplum capere volt, nisi tu [f] *nevis.*
SI. *Næ ille malo* quidem ab *opere* sibi *ex te exemplum petit.*
TR. [g] *Quia hic* audivit, *esse æstatem pérbonam.*
Nam [h] *súbdiù coli* absq; Sole *perpetuum diem.*
SI. *Immò edepol* [i] *verò, quòm usquequàq, umbra' st, tamen*
Sol semper hic est, usq, à [k] *mani ad vesperum,*
Quasi flagitator adstans usq, ad ostium.
Nec mihi UMBRA *usquam' st; nisi si in Puteo quæpiam' st.*
TR. *Quid!* SARSINATIS *ecqua' st? si* [l] UMBRAM *non habet.*
SI. *Molestus ne sis: hæc sunt, sicut prædico.*
TR. *Attamen inspicere volt.* SI. *Inspiciat, si lubet.*
Si quid erit, quod illi placeat [m] *de exemplo meo;*
Ipse ædificato. TR. *Eón'? voco huc Hominem?* SI. *Voca.*
TR. *Alexandrum Magnum, atq,* [n] *Agathoclem ajunt maxumas*
Duo [o] *res gessisse. quid mihi fiet Tertio?*
Qui solus facio facinora inmortalia.
Vehit hic Clitellas, [p] *vehit hic* [q] *autem alter Senex.*
Novitium mihi quæstum institui non malum.
Nam Muliones Mulos clitellarios
Habent: ego habeo Homines clitellarios.
Magni sunt [r] *oneris: quicquid inponas, vehunt.*

TI A ACTVS

a Tàm lenis, & tranquillus est, quàm, *&c.* Vide Lex. *Liquidus*.
b Vide Elect. Pl. Tit *Ædificiorum*.
c Locum muliercculis separatum: in quo Textrinæ, lanificioque dent operam.
d Vnde hoc ei tàm stulte venit in mentem?
e Vide Lex. *Architector*.
f Nolis.
g Interruptus sermo. nam Tranio Simoni protinus causam subjicit, quare malo opere sibi exemplum petat
h Interdiù. Vide Lex.
i Immò contrarium fit. Nam cùm ubique locorum umbra est, Sol ad vespertinum tempus à matutino usque, quasi creditor importunus, hic antè fores adstat.
k Vide Lex. *Adverbia*.
l Locus ex ambiguo. *Vmbra*, est aër lumine cassus: & ; in Vmbriâ nata. *Sarsinatis*, est recti casus. *Sarsina*, Oppidum Vmbriæ, patria Plauti.
m Ex ædib. meis: quæ sint ei exemplo.
n Qui figuli filius fuit, Rex Siciliæ factus, maximas res fecit.
o Duos. Vide Lex. *Ambo*.
p Quemadmodùm Hero meo clitellas impono, & vehere facio: ut super illis omne onus: *h.e.* dolos, & fallacias meas imponam: ita & hic alter Senex Simo vehit clitellas *h.e.* uterq; probè ludificati estis, supr. 2. 1. ℣. 82. q τò *Autem*, habet vim copulandi. Vide Lex. r Magno oneri ferendo sunt.

ACTUS TERTII SCENA III.

TRANIO: Servus. THEUROPIDES. SIMO: Duo Senes.

NUNC nunc haut scio, an conloquar : congrediar.
Heus Theuropides! TH. Hem! quis nominat me?
TR. Ero Servos multùm suo fidelis.
Quò me miseras, adfero omne inpetratum.
TH. Quid illic, obsecro! tam diu destitisti?
TR. Seni non otium erat; id sum opperitus.
TH. Antiquom obtines hoc [a] tuum, tardus ut sis.
TR. Heus tu! si voles verbum hoc cogitare;
SIMUL FLARE, [b] SORBEREQUE, HAUT FACTU FACILE'ST:
Ego hîc [c] esse, & illî simul, haut potui.
TH. Quid nunc? TR. Vise; specta tuo arbitratu.
TH. Age; duc me. TR. Num moror? TH. Súbsequor te.
TR. Senex ipse te ante ostium, eccom! opperítur.
Sed mœstus est, sese hasce vendidisse.
TH. Quid tandem? TR. Orat, ut suadeam Philolacheti,
Ut istas [d] remittat sibi. TH. Haut opinor.
Sibi quisq; [e] ruri metit. si malè emptæ
Forent, nobis istas [f] redhibere haut liceret.
Lucri quicquid est, id domum trahere oportet.
TR. Latiùs [g], demùm est operæpretium, ivisse. TH. Et rectè edepol mones.
SI. Ehò! istum, Puer, circumduce hasce Ædis, & Conclavia.
Nam egomet ductarem, nisi mihi esset ad Forum negotium.
TH. Apage istum à me perductorem! nihil moror ductarier.
SI. Quid! quid est? TH. Errabo potiùs, quàm perductet quispiam.
SI. Ædis [h] dico. TR. Ergò intrò eo igitur sine [i] Perductore. SI. Ilicet!
TH. Ibo intrò igitur. TR. [k] St! mane sis. videam, ne [l] Canis. TH. Agedum vide.
TR. Est.. TH. Ubi Canis est? TR. ibi; Dierecte. st! abin' hinc in malam Crucem?
At etiam restas? st! abi istinc. SI. Nihil pericli est. age!
Tàm placida'st, quàm est [m] feta; quàvis eire intrò audacter licet.
Eo ego hinc ad Forum. TH. Fecisti commodè: benè ambula.

Tranio.

a H. e. more tuo solens facis.
b Proverbium: de iis, quæ simul fieri non possunt. Vide Calligr. Impossibilitatis.
c Vide Amph. 1. 1. ℣. 19. & Elect. Pl. Tit. Hominis. & Actionum.
d Condonet, venditione rescissâ.
e Proverbialiter. Sibi quisque consulit. Sic dicitur: Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται: Cadente quercu, ligna quivis colligit.
f Vide Lex. Redhibere: recipere id, quod ante habuimus.
g Tum demùm operam non inanem sumes, si latius ibis, & domũ inspicias.
h Non eò perductorem tibi præstò esse volo, ut te tàmquam Scortum ductet. Ambiguum.
l Sine Lenone tali. Ambiguitas.
k τὸ st! Revocantis sibilus est. Epid. 2. 2. ℣. 8. ubi aliqui legunt st! st! sed contrà libb. MSS.
l ἰδιωτισμός. Scil. sit aliqua mordax in introitu: quæ domûs Custos in te ignotum sæviat. Vide Elect. Pl. Tit. Ædificiorum.
m Q. d. vise; Canis non minùs est placida, quàm est fœta, & gravida. Vide Aul. 2. 2. ℣. 37.

Tranio; age! Canem [a] *istam à foribus abducat, face:*
Etsi non metuenda'st. TR. *Quin tu illam aspice; ut placidè accubat!*
Nisi molestum vis videri te, atque ignavom. TH. *jam, ut lubet.*
Sequere hàc me igitur. TR. *Equidem haut usquam à pedibus abscedam tuis.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.

PHANISCUS, Advorsitor.
TRANIO, Servus. THEUROPIDES.
SIMO: Duo Senes.

SERVI [b] *qui, quòm culpâ* [c] *carint, tamen malum*
Metuunt; hi solent esse Eris utibiles.
Nam illi, qui nihil metuunt, postquàm sunt malum
Meriti, stulta sibi consilia expetunt.
Exercent sese ad [d] *Cursuram; fugiunt. sed*
Hi, si reprehensi [e] *sunt, faciunt à* [f] *malo*
Peculium. quod nequeunt facere de suo:
Augent ex [g] *pauxillo; Thensaurum indè parant.*
Mihi in pectore consili quod est,
Lubet cavere *malam rem priùs,*
Quàm ut meum tergum [h] exsinceratum fiat:
Aut id subiciam Culcitram vibicibus.
Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Sincerum [i]; *atque uti votem* [k] *verberari,*
Si huic inperabo, probè tectum habebo:
Malumquòm inpluit cæteros, [l] *ne inpluat mihi.*
Nam ut SERVI volunt esse Erum, ita solet esse.
Boni sunt cum probis: sunt Mali item.
Nam nunc domi nostræ tot pessumi vivont,
Peculi sui [m] *prodigi, Plagigeruli: ubi, advorsùm ut*
Eant; vocantur Ero. Non eo: molestus ne sis.
Scio, quò properas; gestis aliquò jam hercle!
Ire vis, [n] *Mula, foràs pastum. benè merens*
Hoc precium indè abstuli. Ita abi foràs.
Solus nunc eo advorsùm Ero, ex plurumis Servis.
Hoc die crastini, quòm Erus resciverit,

a Fac Canem istã, ut à forib. Ostiarius abducat pro, *abducat*: vel; abducat se. *Canem*, pro; *Canis.* ἀντίπτωσις.
b Qui Hero advorsum eunt.
c Careant. Men. 5. 6. ℣. 21
d Ad fugam.
e Ex fugâ recepti.
f È verberib. thesaurum mali colligunt. vide Lex. *Thesaurus.*
g Ambiguâ pronũciatione: pro; *paxillo.* Vt Spectatores dubitarent, an de *palo*, an *pauxillo*, peculium quærerent Servi.
h Impuratum: cruentatum.
i incruentum.
k vt porro evitem verbera; atque ita, si huic ori (σ[χηματικῶς]) impetrabo silentium, tũ demùm probe tutus ero. τὸ *vitem*: est, *vetem*: antiquè.
l Cùm cæteris verbera instar imbris incidunt, mihi ne incidant. τὸ *Implu-ere*, ἐνεργητικῶς positum.
m Qui non servat tergum suum à loris sartum & tectum: nempe cùm officii sunt immemores. *Vel*; qui peculium suum prodigunt in Lustra.
n Ire vis aliquo in popinã, ut te farcias: sicut Mulæ solent fractis retinaculis pastum ire. Horat. lib. I. Satir. 5. ℣. 18. Sunt enim verba servorum domi desidentium, & Servũ frugi deridentiũ.

Digitized by Google

Manè castigabit eos bubulis [a] *exuviis.*
Postremò minoris pendo tergum illorum, quàm meum.
Misericordias jam habere haut *Hominem oportet.*
TR. *Morare* [b] *hercle, cùm* verba *facis.* PH. *subsequere; fiet.*
Do tibi ego operam. Senex [c] *illic est. hem! tibi adduxi Hominem.*
SI. *Salvom te advenisse peregrè gaudeo; Theuropides.*
TH. *DEI te ament!* SI. *inspicere* hìc *Ædis te bas* [d] *Belle ajebat mihi:*
Nisi tibi incommodum 'st. TH. *Immò commodum.* SI. *I intrò, atque inspice.*
TH. *At enim Mulieres* [e]. SI. *Cave tu ullam flocci faxis Mulierem.*
Quà libet, perambula Ædis [f] *oppidò, tamquam tuas.*
TH. *Tamquam:* TR. *Ah! cave tu illi objectes nunc in ægritudine,*
Te has emisse. non tu vides hunc? voltu ut tristi est Senex!
TH. *Video.* TR. *Ergò inridere ne videare, & gestire admodùm,*
Noli facere mentionem, te has *emisse.* TH. *Intellego;*
Et benè monitum duco, atque te existumo humani ingenI.
Quid nunc? SI. *Quin tu is intrò! atque otiosè perspectas, ut lubet.*
TH. *Benè denique arbitror te facere.* SI. *Factum edepol volo.*
SI. *Vin'?* [g] *qui perducat.* TH. *Apage istum perductorem! non placet.*
Quid id est? TH. *Errabo potiùs, quàm perducat quispiam.*
TR. *Vidén' vestibulum antè Ædis? hoc & Ambulacrum, quojusmodi?*
TH. *Luculentum edepol.* TR. *Age; specta postis! quojusmodi?*
Quâ firmitate facti, & quantâ crassitudine?
TH. *Non videor vidisse postis pulchriores.* SI. *Pol mihi*
Eo precio empti [h] *fuerant olim.* TR. *audín'?* FUERANT; [i] *dicere.*
Vix videtur continere lacrumas. TH. *Quanti hosce* [k] *emeras?*
SI. *Tris Minas pro istis duobus præter vecturam dedi.*
TH. *Hercle quin multùm inprobiores sunt, quàm* [l] *à primo credidi.*
TR. *Quapropter?* TH. *Quia edepol* [m] *ambo ab infumo* [n] *Tarmes secat.*
TR. *Intempestivos excisos credo; id eis vitium nocet.*
Atque etiam nunc satis boni sunt, si sunt [o] *inducti pice.*
Non enim hæc Pultiphagus opifex operâ fecit [p] *barbarus.*
Vidén' Coagmenta in foribus? TH. *video.* TR. *Specta, quàm artè dormiunt!*
TH. *Dormiunt?* TR. *Illud quidem;* [q] *ut connivent! volui dicere.*
Satin' habes? TH. *Ut quidquid magis contemplor, tantò magis placet.*
TR. *Vidén'* [r] *pictum? ubi ludificatur Cornix unà Volturios* [s] *duo.*
Cornix adstat; ea Volturios duo vicissim [t] *vellitat.*
Quæso! huc ad me [u] *specta; Cornicem ut conspicere possies.*

Hab

a Loris è pellibus bubulis.
b *Moraris.* absolutè.
c Simo.
d Pro *velle.* antiquè. B pro V.
e *sc.* domi sunt: quæ molestè ferēt meam præsentiā.
f Accurate.
g sc. *Puerum.* concisè.
h Tanti mihi emti sunt, ut pulcherrimi esse debeant. ita pulchro & luculento pretio emi.
i *Q. d.* audis, quòd & ipse Simo non amplius ædes hasce pro suis habeat: cùm dicat: *Fuerant.*
k *sc.* quando tui erant.
l Ab initio.
m Ambos.
n Tarmes. θρίψ. Vide Lex. sunt igitur postes verminculati.
o Iliti pice.
p Pœnus lignarius. Si talis aliquis fecisset postes, non ita hiarent. Vide Lex. *Pœnulus Pultiphagonides.*
q Dormitant: & sic videntur connivere.
r Hoc ita fingit. per *Cornicem* se intelligit: per *Volturios* duos Senes. quos sic vocat, vel propter canitiem defloccatam: vel propter avaritiā.
s Duos, Theurop. & Simonem. Vide Lex. *Ambo.*
t Vellicat, ferit, appetit rostro suo.
u ... est Theurop. quòd τὴν ὄψιν ... vultum huc flectere jubeatur.

Iam vides? TH. *Profectò nullam equidem illic Cornicem intuor.*
TR. *At tu istò ad vos obtuére; quoniam Cornicem nequis*
Conspicari: si Volturios fortè possis cóntui.
TH. *Omninò, ut te absolvam; nullam pictam conspicio hic Avem.*
TR. *Age jam; mitto: ignosco;* [a] *ætate non quis obtuerier.*
TH. *Hæc quæ possum, ea mihi profectò cuncta vehementer placent.*

a Præ ætate

ACTUS QUARTI
SCENA II.

PHANISCUS, Advorsitor.
TRANIO, Servus.
DANISTA, THEUROPIDES, Senex.

ILLI [b] *Bucadæ erunt multò potiùs, quàm ego*
Sim [c] *Restio.* TR. *mane tu; atque adsiste ilicò.*
Molestus ne sis; nemo dat: age, quod lubet.
PH *Tu solus, credo, fenore Argentum datas.*
DA. *Cedò fenus: redde fenus: fenus reddite!*
Daturín' estis fenus actutùm mihi?
Date mihi fenus. TR. *Fenus illic! fenus hic!*
Nescit quidem nisi FENVS *fabularier*
[d] *Veterator. neque ego deteriorem Beluam*
Vidisse me umquam quemquam, quàm te, censeo.
DA. *Non edepol nunc me tu tuis verbis territas.*
TH. *Calidum hoc est; & si* [e] *procul adstes, urit malè.*
Quod illud est Fenus? obsecro! quod illic petit.
TR. *Pater eccom! advénit peregrè non multò priùs*
Illius. is tibi & Fenus, & Sortem dabit.
Ne inconciliare [f] *quid nos porrò postules.*
Vide; num moratur? DA. *quin feram!* [g] *si quid datur.*
TH. *Quid ais tu?* TR. *quid vis? qui illic est? quid illic petit?*
Quid Philolachetem Gnatum compellat ferox meum
Sic? & præsenti tibi facit convitium?
Quid illi debetur? TR. *obsecro hercle! jube*
Obi:i *Argentum huic* [h] *ob os inpura Belua.*
TH. *Iubeam?* TR. *Iubén' Homini Argento os verberarier?*

b Ex abrupto sic incipit Phaniscus, & ad illa superiora respicit, quæ dixerat. 4. 1. ℣. 17. *h. s.* Illi Conservi mei, qui mecum Hero advorsùm ire noluerunt, coriis bubulis cædentur potiùs, quàm committam, ut mihi ad restim res redeat. Vide Lex. *Bucada.*

c Resti, fune dignus.

d Callidus, & astutiâ vetustâ roboratus.

e Nota Syntaxin. Vide Lex. *Procul. Intus.* & Epid. 5. 2. ℣. 9.

f Ne pergas nos porro in te irritare, tibique inimicos reddere; *sive*, ut loquitur Horatius, *inimicare.*

g Immò ne me jocari putes: ego accipiam, si quid mihi datur.

h Iube ei contra os impingi.

DA. *Persa-*

Digitized by Google

DA. *Perfacilè ego Ictus perpetior Argenteos.*
TH. *Quod illud Argentum'st?* TR. *Huic debet Philolaches*
Paululùm. TH. *Quantillum?* TR. *quasi quadraginta Minas.*
DA. *Ne sanè id multum censeas; Paulum id quidem'st.*
TR. *Audin'? videtúrne* [a] *obsecro hercle, idoneus?*
Danista qui sit: Genus quod inprobissumum 'st.
TH. *Non ego istuc curo, quis iste sit, unde sit;*
Id volo mihi dici, id me privum scire [b] *expeto.*
Adeó [c] *etiam Argenti fenus creditum audio?*
TR. *Quattuor quadraginta illi debentur Minæ.*
Dic te daturum, ut abeat. TH. *Egón' dicam dare?*
TR. *Dic.* TH. *Egóne?* TR. *Tu ipsus. dic modò; ausculta mihi.*
Promitte. age; inquam: ego jubeo. TH. *Responde mihi:*
Quid eo 'st Argento factum? TR. [d] *salvom'st.* TH. *solvite*
Vosmet igitur, si salvom'st. TR. *Ædis Filius*
Tuus emit. TH. *Ædis?* TR. *Ædis.* TH. *Euge! Philolaches*
Patrissat. jam Homo in [e] *Mercaturâ vortitur.*
Ain' tu Ædis? TR. *Ædis inquam. sed scin' quojusmodi?*
TH. *Qui scire possum?* TR. *Vah!* TH. *quid est?* TR. *ne me roga.*
TH. *Nam quid ita?* TR. *Speculo* [f] *claras; clarorem merum.*
TH. *Bene hercle factum. quid eas? quanti* [g] *destinat?*
PHANISCE; *etiam respice!* PH. *Mihi molestus ne sis.*
TR. *Vide, ut fastidit* [h] *Simia!*
PH. *Miles sum: libet esse; quid id curas?*
TR. *Manésne ilicò? inpure Parasite.*
PH. *Qui Parasitus sum?* TR. *Ego enim*
Dicam: Cibo perduci poteris quóvis.
Ferocem [i] *facis, quia te Erus tàm amat.* PH. *vah!*
Oculi [k] *dolent?* TR. *cur?* PH. *Quia fumus* [l] *molestu'st.*
TR. *Tace sis,* [m] *Faber, qui cudere soles plumbeos*
Numos. PH. *Non potes tu cogere me, ut tibi*
Malè dicam: [n] *novit Erus me.* TR. *suam quidem*
Pol ipse Culcitellam [o] *oportet. Si sobrius sis,*
Malè non dicas. PH. *Tibi* [p] *obtemperem? cùm tu mihi*
Nequeas? at tu mecum, Pessume; I tu [q] *advorsùs.*
TR. *Quæso hercle,* Phanisce, *abstine jam sermonem*
De istis rebus. PH. *Faciam: & pultabo foris.*
Heus! ecquis hic est? maxumam qui his injuriam

Foribus

a εἰρωνικῶς planè aliud intelligi vult, quàm quod dicit.
b Quod id Argentum sit, quod ei debeatur, ego solùm scire expeto.
c Quin etiam Argenti fenus Danistæ deberi audio.
d Nondum est consumtum.
e Mercaturam exercet, eoque Patrem imitatur.
f H. e. Ædes ita claras, tamque politâ & nitidâ facie emit, ut cum æquore, & planitie speculi possint comparari: vel; ut loco Speculi esse possint.
g Emit. Præsens pro Præterito.
h Deformis, ut Simia, τὸ *fastidit* absolutè positum.
i Scil. te. jactas te. Du brüstest dich/ daß dich der Herr so werth hat.
k f. tibi. an mihi invides?
l locatur ad dolorem oculorum.
m Tace, si vis, qui simulatis officiis & speciosis dictis, ac factis, Hero persuasisti, te esse frugi Servum, cum nequam sis.
n *Noscere*, verbum Venereum, & nequam est. Vide Call. gr. *R. et Venereo*. Et de Culcitellâ Pers. 1. 3. ✱. 5.
o Necesse est; omnino debet esse Culcitella.
p Q. d. Num parcam maledictis in te? cùm tu mihi non possis parcere.
q Hero obviam mecum ito.

Foribus [a] *defendat. ecquis huc exit? atque aperit?*
Nemo hinc quidem foràs exit. ut esse addecet
Nequam Homines; ita sunt. sed eò magis cauto 'st
Opus, ne huc exeat, qui malè me [b] *mulcet.*

a Qui fores aperiat, ne à me effringantur in his Ædib. Vide Lex.
b Vide Lex. *Mulcare.*

ACTVS QVARTI
SCENA III.

TRANIO, Servus. THEUROPIDES, Senex.

QVID tibi visum'st hoc [c] *mercimonij?* TH. *totus gaudeo.*
TR. *Num nimio emptæ tibi videntur?* TH. *Numquam edepol ego me scio*
Vidisse umquam abjectas [d] *Ædis, nisi modò hasce.* TR. *ecquid placent?*
TH. *Ecquid placent? me rogas? immò hercle verò pérplacent.*
TR. *Quojusmodi Gynacéum? quid Porticum?* TH. *Insanùm* [e] *bonam!*
Non equidem ullam in publico esse majorem hâc existumo.
TR. *Quin ego ipse, & Philolaches, in publico omnis Porticus*
Sumus commensi. TH. *Quid igitur?* TR. *Longè omnium longissuma'st.*
TH. *Di immortales!* [f] *mercimonij lepidi! si herclè nunc ferat*
Sex Talenta magna Argenti pro istis præsentaria,
Numquam [g] *accipiem.* TR. *Si, Ere, te accipere cupies, ego numquam sinam.*
TH. *Benè res nostra conlocata'st istoc mercimonio.*
TR. *Me suasore, atque inpulsore, id factum audacter dicito.*
Qui subegi, fenore Argentum ab Danistâ ut sumeret,
Quod isti dedimus Arraboni. TH. *Servavisti omnem* [h] *Ratem.*
Nempe octoginta debentur huic Minæ. TR. *haut Nummo amplius.*
TH. *Hodiè accipiat.* TR. *Ita enimverò: ne qua causa* [i] *subsiet,*
Vel mihi denumerato; ego illi porrò denumeravero.
TH. *At enim* [k] *ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi.*
TR. *Egóne te joculo modò ausim dicto, aut facto fallere?*
TH. *Egóne abs te ausim non cavere? ne quid conmittam tibi.*
TR. *Qui tibi numquam quicquam, postquam tuus sum, verborum dedi.*
TH. *Ego enim cavi rectè.* [l] *eam mihi debeo gratiam, atque animo meo.*
Sat Sapio, si abs te uno modò caveo. TR. *tecum sentio.*
TH. *Nunc abi; i rus: dic me advenisse Filio.* TR. *faciam, ut voles.*
TH. [m] *Curriculò abi; jube, in Vrbem veniat jam simul tecum.* TR. *licet.*
Nunc ego me illâ per posticum ad Congerrones conferam.
Dicam, ut hic res sint quietæ, atque ut hunc hinc amoverim.

c Qualis tibi visa est hæc merx?
d Quæ habeantur pro derelictis. Vide Lex. *Ablegare.*
e Valdè bonam.
f Ellipsis Græca. Germ. Ey deß schönen Kauffs!
g Ἀρχαϊκῶς: pro, *accipiam.*
h Omnem rem familiarem.
i Controversia.
k *sc.* Cavendum mihi est, ne quid mihi fraudi sit, si tibi dinumeravero.
l Quod nunquam deceptus sum, id non tibi, sed meæ prudentiæ debeo.
m Properè, statim. Vide Lex.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

Phaniscus, Advorsitor.
Theuropides, Senex.
Servus. Alius.

Hic quidem neque Convivarum sonitus, itidem ut antehàc fuit;
Neque Tibicenam cantantem, neque alium quemquam audio.
Th. *Quæ illæc res est? quid illi homines, quærunt apud Ædis meas?*
Quid volunt? quid intrò spectant? Ph. *Pergam pultare ostium.*
Heus! reclude: heus! Tranio; etiam aperis? Th. *quæ hæc est fabula?*
Ph. *Etiamne aperis? Callidamanti nostro advorsum venimus.*
Th. *Heus! vos Pueri; quid istic agitis? quid istas Ædis frangitis?*
Ph. *Erus hic noster potat.* Th. *Erus hic voster potat?* Ph. *Ita loquor.*
Th. *Puere; nimiùm es* [a] *delicatus.* Ph. *Ei advorsùm venimus.*
Th. *Quoi homini?* Ph. *Ero nostro. quæso quotiens dicendum 'st tibi?*
Th. *Puer hic nemo habitat. nam te esse arbitror Puerum probum.*
Ph. *Non hic Philolaches Adulescens habitat his Ædibus?*
Ser. *Senex hic* [b] *cerebrosus est certè.* Ph. [c] *Erras pervorsè; Pater.*
Nam, nisi hinc hodiè emigravit, aut eri; certò scio,
Hic habitare. Th. *Quin sex menses jam hic nemo habitat.* Ser. *somnias.*
Th. *Egóne?* Ser. *tu.* Th. *Tún' molestus* [d]*? Sine me cum Puero loqui.*
Ph. *Nemo habitat? Hem!* Th. *Ita profecto.* Ph. *nam eri, & nudiustertius,*
Quartus, quintus, sextusque, postquam hinc peregrè ejus Pater
Abiit, numquam hic triduum unum desitum 'st esse, & bibi.
Th. *Quid ais?* Ph. *Triduum unum est; haut intermissum hic esse, & bibi,*
Scorta duci, pergræcari, Fidicenas, Tibicenas
Ducere. Th. *Quis istæc faciebat.* Ph. *Philolaches.* Th. *qui Philolaches?*
Ph. *Quoi Patrem Theuropidem esse opinor.* Th. *Heu! occidi!*
Si hæc hic vera memorat, pergam porrò percontarier.
Ain tu? istic potare solitum Philolachem istum, quisquis est,
Cum Ero vostro? Ph. *hic inquam.* Th. *Puere, præter speciem stultu's:*
Videsis, ne fortè ad Merendam copiàm devorteris,
Atque ibi Meliusculè, quàm satis fuerat, biberis. Ph. *quid est?*
Th. *Ita dico, ne ad alias Ædis perperàm deveneris.*
Ph. *Scio, quà me ire oportet: & quò venerim,* [f] *novi, loci.*
Philolaches hic habitat, quojus est Pater Theuropides.
Qui, postquam Pater ad Mercatum abiit, hic Tibicenam

Liberavit

[a] Audax nimium, & dicax, jocosus. Vide Cas. 3. 1. ✝. 14.
[b] Cerebro male affectus: mente commotus. Vide Lex.
[c] Sic Amph. 1. 1. ✝. 218. *Fugis iratio.*
[d] *s*, mihi sis.
[e] Puer, tu longè stultior es, quàm appares. nemo nō quantivis pretii te putaret, sed re absse tamen fallis, & stultescis. τὸ *copiàm* est, *quopiā*, antiquè.
[f] Quo loci Venerim, scio. *quo-loci* πειρίλογος est. Vide Lex.

Liberavit. TH. *Philolaches ergò?* PH. *Ita; Philematium quidem.*
TH. *Quanti?* SE. *triginta Talentis.* PH. *μὰ τὸν Ἀπόλλω! & sex Minis.*
Ain' Minis triginta Amicam [a] *destinatam Philolachi?*
PH. *Ajo.* TH. *Atq; eam manu emisisse?* PH. *Ajo.* TH. *& postquàm ejus hinc Pater*
Sit profectus peregrè, perpotasse istic adsiduò,
Tuo cum Domino? PH. *Ajo.* TH. *Quid! is ædis emit hîc proximas?*
PH. *Non ajo.* TH. *quadraginta etiam dedit huic* [b], *quæ essent pigneri?*
PH. *Neque istud ajo.* TH. *Ei! perdis.* PH. *Immò suum Patrem illic perdidit.*
TH. *Vera cantas; vana vellem.* PH. *Patris amicus* [c] *videlicet.*
TH. *Heu! edepol Patrem eum miserum prædicas.* PH. *nihil hoc quidem 'st.*
Triginta Minæ: præterquàm alios [d] *dapsiles sumtus facit.*
Perdidit Patrem: unus istic Servos est [e] *sacerrumus*
Tranio; is vel Herculi conterere [f] *quæstum possiet.*
Edepol me ejus Patris miseret, qui, quòm istæc sciet
Facta ita, amburet misero ei [g] *Corculum Carbunculus.*
TH. *Siquidem istæc vera sunt.* PH. *Quid merear?* [h] *quamobrem mentiar.*
Heus vos! ecquis hasce aperit? TH. *Quid istac pultas? ubi nemo intu'st.*
PH. *Aliò credo commissatum abîsse: abeamus nunc jam.*
TH. *Puere; jam ne abis? Libertas* [i] *pænula'st tergo tuo.*
PH. *Mihi, nisi Erum metuam, & curem; nihil est, qui tergum tegam.*

[a] Vide Lex. *Destinati. Trassino, Hæcino.*
[b] Vicino Simoni.
[c] *Sc.* es: ideòque doles.
[d] Largas, affluentes. Vide Lex.
[e] Omnib. modis execrandus. Vide Lex.
[f] Decimæ. *Hyperb. in prodigum.*
[g] Mœrore conficietur, & contabescet.
[h] Quid boni inde habeam? si mentiar.
[i] Cùm liber non sis, sed servus, pænula cares, qua tergum tuum tegas. Ergò Libertas tibi pænulæ loco est.

ACTUS QUINTI
SCENA I.

THEUROPIDES. SIMO: duo Senes.

PERI hercle! quid opu'st verbis? ut verba audio,
Non equidem in Ægyptum hinc modò vectus fui;
Sed etiam in Terras [k] *solas, orasq; ultumas*
Sum circumvectus. ita ubi nunc sim, nescio.
Verùm jam scibo. nam eccom! unde [l] *Ædis Filius*
Meus emit. quid agis tu? SI. *à foro incedo domum.*
TH. *Num quid processit ad Forum tibi hodiè novi?*
SI. *Etiam.* TH. *Quid tandem?* SI. *Vidi ecferri* [m] *mortuum.* TH. *Hem!*
Novom! SI. *Unum vidi mortuum ecferri foràs;*
Modò eum vixisse ajebant. TH. *væ capiti tuo!*
SI. *Quid tu, ut otiosus, res novas requiritas?*
TH. *Quia hodie adveni peregrè!* SI. *Promisi* [n] *foràs;*
Ad cenam ne me te vocare censeas.
TH. *Haut postulo edepol.* SI. *verùm cras, nisi quis prius*

[k] Desertas.
[l] à quo.
[m] Vide Elect. Pl. Tit. *Funeris.*
[n] *Q.d.* Ne spem tibi facias, ad cænã, te à me vocatum iri, ut solent peregrè advenientes: quia ipse alio jam condixi, neq; domi cœnabo. Nota Calligr. Tit. *Convivij:* & *Promittendi.*

Vocaverit me, vel [a] *apud te cenavero.*
TH. *Ne istuc quidem edepol postulo. nisi quid magis*
Es occupatus, operam mihi da. SI. *Maxumè.*
TH. *Minas quadraginta accepisti, quas sciam,*
A Philolachete. SI. *Numquam Nummum, quod sciam.*
TH. *Quid à Tranione, Servo* meo? SI. *multò id minus.*
TH. *Quas ille Arraboni tibi dedit.* SI. *quid somnias?*
TH. *Egóne? at quidem tu, qui istoc te speras modo*
Potesse dissimulando [b] *infectum hoc reddere.*
SI. *Quid autem?* TH. *quod me absente tecum hic Filius*
NegotI gessit. SI. *mecum, ut illic hic gesserit,*
Dum tu abes, negotij? quidnam? aut quo die?
TH. *Minas tibi octoginta Argenti debeo.*
SI. *Non mihi quidem hercle: verùm, si debes, cedò.*
Fides servanda 'st; ne ire inficias postules.
TH. *Profectò, non negabo debere; & dabo.*
Tu cave, quadraginta accepisse hinc, ne neges.
SI. *Quaeso edepol, huc me adspecta; & responde mihi.*
Te velle uxorem ajebat tuo Gnato dare;
Ideò aedificare hoc velle ajebat in tuis.
TH. *Hic aedificare volui?* SI. *sic dixit mihi.*
TH. *Hei mihi! disperij! vocis non habeo* [c] *satis.*
Vicini; perij! interij! SI. *Numquid, Tranio*
TurbaBit? TH. *Immò exturbaBit omnia:*
Te ludificatu 'st, & me, *hodiè indignis modis.*
SI. *Quid tu ais?* TH. *Haec res sic est, ut narro tibi.*
Deludificatu'st me hodiè in perpetuum modum.
Nunc te obsecro, ut me benè juves, operamque des.
SI. *Quid vis?* TH. *I mecum* hàc, *obsecro te, unà simul.*
SI. *Fiat!* TH. *Servorumque operam, & lora, mihi cedò.*
SI. *sume.* TH. *eâdem* ego *operâ haec tibi narravero,*
Quîs [d] *me exemplis hodiè eludificatu'st.*

a Etiam. Vide Lex.
b Irritum.
c ἀφασία μ' ἔχει. Ita perterritus sum.
d Quibus modis.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

TRANIO, Servus. THEUROPIDES, Senex.

QVI *homo timidus erit in rebus dubiis,* [e] *is nauci non erit.*
Atque equidem, quid id esse dicam verbum NAUCI; *nescio.*

e Nihil & nequam erit. Vide Lex. *Nauci.* & Calligr. *Contemnendi* & Elect. Pl. Tit. *Audaciae.* Audacia pro muro habetur. *Sal.* *ß.*

Nam Erus me postquàm rus misit, ut Filium suum arcerserem,
Abii illà per Angiportum, ad hortum nostrum clanculùm:
Ostium, quod in Angiportu'st, horti patefeci [a] *fores,*
Eâq; eduxi omnem Legionem: & Maris & Feminas.
Postquàm ex obsidione in tutum eduxi Manuplares meos,
Capio consilium, ut Senatum Congerronum convocem:
Quem quòm convocavi, atq; illi me è Senatu [b] *segregant;*
Ubi ego [c] *video rem verti in meo Foro, quantum potest:*
Facio idem, quod plurumi alii, quibus res timida, aut turbida'st.
Pergunt turbare usq;, ut ne quid possit conquiescere.
Nam scio equidem, nullo pacto jam esse posse clàm Senem.
Sed quid hoc est? quòd foris concrepuit, proxumâ viciniâ.
Erus meus hic quidem'st; gustare ego ejus sermones volo.
TH. *Ilicò intrà limen astate illic, ut quòm extemplò vos vocem,*
Continuò exsiliatis; Manicas celeriter connectite.
TR. *Talentis Magnis totidem,* [d] *quot ego, & tu sumus.*
Sed [e] *Arraboni hos dedit quadraginta Minas.*
Hic sumsit, quas ei dedimus. satin' intellegis?
Nam postquàm haece Ædes [f] *ita erant, ut dixi tibi,*
Continuò est alias Ædis mercatus sibi.
TH. *Benè hercle factum.* DA. *Heus! jam* [g] *adpetit meridies.*
TR. *Absolve* [h] *hunc, quæso, vomitum, ne hic nos énicet.*
Quattuor quadraginta illi debentur Minæ,
Et Sors, & Fenus. DA. *Tantum st: nihilo plus peto.*
TR. *Velim quidem hercle, ut uno Nummo* [i] *plus petas.*
TH. *Petito cras.* DA. *Abeo. sat habeo, si cras fero.*
TH. *Adulescens; mecum* [k] *rem habe.* DA. *Nempe abs te petam.*
TR. *Malum,* [l] *quod isti DI DEÆq; omnes duint!*
Ita mea consilia perturbat plenissumè.
Nullum edepol hodiè Genus est Hominum tetrius,
Nec minus bono [m] *cum jure, quàm Danisticum.*
TH. *Quâ in Regione istas emit Filius?*
TR. *Ecce autem, perii!* TH. *Dicis ne hoc? quod te rogo.*
TR. *Dicam. sed nomen Domini quæro,* [n] *quid siet.*
TH. *Age* [o] *comminiscere ergò.* TR. *Quid agam nunc jam?*
Nisi ut [p] *in vicinum hunc proxumum mendacium,*
Eas emisse Ædis, hujus dicam Filium.

a Patefeci fores horti, quod est ostium in Angiportu Nota synt. *Fores quod ostium.* Horti fores, erant ostiū in angiportu. Per illas enim commeatus ad ædes ipsas, & retro patebat. Illas fores patefeci, inquit: atq; illac manipulares meos, quasi ex obsidione in tutum eduxi.

b Nullam sibi moram adferunt quin me segregent. *Atq;* pro, *deinde.* Vide Lex.

c Ubi ego video litem in meo foro agi; ita ut non possim reculare, quominus judicium accipiam cùm, quantum fieri potest, facio idem &c. Vide Elect. Tit. *[illegible]*.

d Id est, Duobus Talentis magnis: sive quadraginta Minis. Vide Lex. & Elect. Tit. *Monetaria ver.* Ex abrupto autem Tranio, ut paulo anteà interpellatus de venditione ædium, quas filius emerat, sermonem suum de pretio Ædium continuat.

e Loco Arrhæ, quæ emtionis nomine datur. Den Kauffschilling.

f Hæ ædes, quia tales erant, quales dixi.

g Appropinquat meridies. Nota: Romanos post meridiem nihil solitos pacisci. h Expedi hominem. *Vomitus* Convicium istiid genus hominis. i Ut nimirùm causa cadas. Vide Elect. Pl. Tit. *[illegible]*. k Ego pro illo pecuniam sum soluturus, & te absoluturus. l Versum hunc Terentius totum assumsit. Phorm. [illegible]. m Moderato jure, & utiliori, q; genus feneratorium. n Nota synt. *Quid siet nomen.* Vide Callige. *Nomen.* o Redige tibi in memoriam. p Nisi dicam, Philol. ædis has proximas, quæ sunt vicini Simonis, emisse, ut mendacium hic in eum conferam. Ich will das uff ihn sagen, als hette er /rc.

Calidum hercle audivi esse optumum [a] *mendacium*;
Calidum hoc est: & si procul astes, urit malè.
Quicquid [b] D E I *dicunt, id rectum'st dicere.*
TH: *Quid igitur jam commentus?* TR. DI *istum* [c] *perduint!*
Immò istunc [d] *potius! de vicino hoc proxumo*
Tuus emit Ædis Filius. TH. *Bonân* [e] *fide?*
TR. *Si quidem es Argentum redditurus, tùm bonâ:*
Si redditurus non es, non bonâ.
TH. *Non in loco emit pérbono.* TR. *Immò optumo.*
TH. *Cupio hercle inspicere has Ædis. pultadum* [f] *foris,*
Atque evocato aliquem intus [g] *ad te, Tranio.*
TR. *Ecce autem; iterùm nunc, quid dicam, nescio.*
Iterùm jam ad saxum [h] *me fluctus ferunt.*
Quid nunc? non hercle, quid nunc faciam, reperio.
Manifestò [i] *teneor.* TH. *Evocadum aliquem foràs,*
Roga, [k] *circumducat.* TR. *Heus tu! at hic sunt Mulieres.*
Videndum'st primùm, utrum ea velint ne, an non velint.
TH. *Bonum æquomque* [l] *oras; percontare, & roga;*
Ego hic, tantisper dum exis, te opperiar foris.
TR. *DI te D E Æque omnes perdant! Senex.*
Ita mea consilia undique oppugnas mala.
TH. *Ego illum ante Ædis præstolabor, Ludificatorem meum.*
Quojus ego hic ludificabo [m] *corium, si vivo, probè.*
TR. *Res palam est. nunc te videre meliu'st, quid agas; Tranio.*
TH. *Doctè: atque astutè mihi captandum'st* [n] *cum illoc; ubi huc advenerit.*
Non ego illi extemplò ita meum ostendam sensum, mittam [o] *lineam.*
Dissimulabo me horum quicquam scire. TR. *O Mortalem malum!*
Alter hoc Athenis nemo [p] *doctior dici potest.*
Verba dare *illi, non magis hodie quisquam, quàm lapidi, potest.*
Adgrediar Hominem: adpellabo. TH. *Nunc ego, ille huc veniat, volim.*
TR. *Si quidem pol me quæris, adsum præsens præsenti tibi.*
TH. *Euge! Tranio; quid agitur?* TR. *Veniunt ruri Rustici.*
Philolaches jam hic aderit. TH. *Edepol mihi opportunè advenit.*
Nostrum ego hunc Vicinum opinor esse hominem audacem, & malum.
TR. *Quídum?* TH. *Qui negat novisse vos.* TR. *Negat?* TH. *Nec vos sibi*
Nummum umquam Argentei [q] *dedisse?* TR. *Abi. ludis me, credo. haut negat.*
TH. *Quid jam?* TR. *Scio jocaris nunc tu. nam ille quidem haut negat.*
TH. *Immò edepol negat profectò; neque se has Ædis Philolachi*
Vendidisse. TR. *Eho! an negavit sibi datum Argentum? obsecro!*
TH. *Quin jusjurandum pollicitu'st dare, si vellem, mihi:*
Neque se hasce Ædis vendidisse, neque sibi Argentum datum esse.

Dixi

a Mendacium, quod in re subita dicitur, & quasi ex tempore, illud est optimum. *At hoc ... longinquius.*
b Quicquid DI monent, & Mercurius menti suggerit, id æquum est, ut à me proferatur.
c Danistam, qui me turbavit, ut nomen venditoris ædium exciderit.
d Senem *scil.*
e Sc. loqueris? *Vel:* emit?
f τὸ *dum* est παρέλκον
g Vide Lex. *Intus.*
h Ad idem periculum. *Allegoria* à mari.
i In furto ac mendacio manifesto deprehensus sum.
k Circùm ædes.
l Dicis.
m Tergum flagris & loris variabo.
n Hæc secum loquitur Tranio. & aversus à Tranione seqq. loquitur Theurop. Nota synt. *Captare cum aliquo.* Vide Lex. *Captare.*
o Tranionem captabo, ut piscem missa linea. *Linea,* est linum illud, cujus extremo hamus est annexus.
p Astutior. supr. Bacch. 4. 4. ℣. 45.
q Antiquè, pro: *Argenti.*

Dixi ego istuc idem illi. * TR. *Quid ait?* TH. *Servos pollicitu'st dare*
Suos mihi [a] *omnis quæstioni.* TR. *Nugas! numquam edepol dabit.*
TH. *Dat profectò.* TR. *Quin & illum in jus,* [b] *si veniam.* TH. Jam *mane;*
Experiar [c], *ut opinor: certum'st.* TR. *Mihi* huc [d] *Hominem cedò.*
TH. *Quid si igitur ego arcessam homines* [e]? TR. *Factum jam esse oportuit.*
Vel hominem jube Ædis [f] *mancupio poscere.* TH. *Immò hoc primùm volo;*
Quæstioni accipere servos. TR. *Faciundum edepol censeo.*
Ego interim hanc Aram [g] *occupabo.* TH. *Quid ita?* TR. *Nullam rem sapis.*
Ne enim illi huc confugere possint, quæstioni quos dabit,
Hic ego tibi præsidebo; ne interbitat [h] *quæstio.*
TH. *Surge.* TR. *Minumè.* TH. *Ne occupassis, obsecro, Aram.* TR. *Cur?* TH. *Scies.*
Quia id enim maxumè volo, ut illi [i] *istoc confugiant. sine!*
Tantò apud Judicem hunc Argento condemnabo facilius.
TR. *Quod agis; id* [k] *agas. quid tu porrò vis serere negotium?*
Surgedum huc: est consulere igitur [l] *quiddam, quod tecum volo.*
TR. *Sic tamen hinc consilium dedero; nimiò plus sapio* [m] *sedens.*
Tum consilia firmiora sunt de [n] *Divinis locis.*
TH. *Surge. ne nugare: adspicedum* [o] *contrà me.* TR. *Adspexi.* TH. *Vides?*
TR. *Video. huc si quis intercedat tertius, pereat fame.*
TH. *Quidum?* TR. *Quia nihil quæsti fiet; mali* [p] *hercle ambo sumus.*
TH. *Perii!* TR. *Quid tibi'st?* TH. *Dedisti verba.* TR. *Qui tandem?* TH. *Probè*
Me emunxti [q]. TR. *Vide sis, satine rectè? num mucci* [r] *fluunt?*
TH. *Immò etiam Cerebrum quoq; omnem è capite emunxti meo.*
Nam omnia malefacta vostra repperi radicitùs.
Non radicitùs quidem hercle, verùm etiam [s] *eradicitùs.*
Numquam edepol hodiè [t] *inultus* [u] *designaveris* mihi.
Jam jubebo Ignem [x] *& Sarmenta, Carnufex, circumdari.*
TR. *Ne faxis. nam elixus esse,* [y] *quàm assus soleo suavior.*
TH. *Exempla* [z] *edepol faciam ego in te.* TR. *Quia placeo: exemplum* [aa] *expetis.*
TH. *Loquere, quojusmodi reliqui, quòm hinc abibam, Filium.*
TR. *Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.*
TH. *Aliud te rogo.* TR. *Aliud ego nunc tibi respondeo.*
Sed eccom! tui Gnati sodalem video huc incedere
Callidamantem. illo præsente mecum agito, si quid voles.

ACTVS

a Vt sc. veritas tormentis exquiratur. Vide Callige. *Quæstionu.*
b Sc. Vocabo: Vel; ire jubebo *ἰδιωτικῶς.*
c Sc. jus.
d Simonem produc, atq; exhibe.
e Servos.
f Iube filium tuũ petere Simonem, ut ædium dominium in se transferat.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Injuria.*
h In hac Arâ, tibi ero quasi in præsidio collocatus, ne intereat quæstio. Vide Lex. *Interbitere.*
i Simonis Servi.
k Formula Germ. Was du than wilt/thue bald.
l *Igitur:* pro, *Enim.* Vide Lex.
m Vide Elect. Pl. Tit. *Ara.* & *Responsiv.* & Lex. *Sedens.*
n Vide Elect. Pl. Tit *Templorum. Senatûs.*
o Vide Lex. *Contra.* & formulam hanc supr. 4.3.℣.32. Amphitr. 5.1.℣ 98.
p *Q. d.* Nos duo adeò probi sumus fallaciarum artifices, ut si quis tertius ex fallaciis lucrum facere, & nobiscum eundẽ quæstum facientibus certare velit, procul dubio frigeat ille, fameque pereat.
q Argento. *sc.*
r Dicis, te à me esse emunctum; vide an non satis rectè te emunxerim, num sordes tibi è naribus manant? *q. d.* non. s Vsque à radicibus evulsis. t Impunitus. u Ostenderis. x Vt te, quando aliter non licet, inde amoveam. Vide Elect. Pl. Tit. *Ara.* Vide Rud. 3.4.℣.55. y *Allegoria* à piscibus. z Exemplum pœnæ gravissimæ. Ich will ein Exempel an dir statuiren. aa Quia exemplum in te bonâ experitum idem tu, quia tibi placeo.

ACTUS QUINTI
SCENA III.

CALLIDAMATES, Adolescens.
THEUROPIDES, Senex.
TRANIO, Servus.

VBI somnum sepelivi omnem, atq; obdormivi crapulam,
Philolaches venisse mihi suum narravit *peregrè huc Patrem,*
Quoq; modo Hominem advenientem Servos ludificatus sit.
Ait, sese metuere in conspectum illius [a] *oCedere.*
Nunc ego de Sodalitate solus sum orator datus.
Qui à Patre ejus conciliarem pacem. atq; eccom! optumè.
Jubeo te salvere, & salvom advenisse te, Theuropides,
Peregrè; gaudeo. hic apud nos hodie [b] *cenes.* TH. *Sic talem,*
Callidamate. DEI te ament! de Cenâ facio gratiam.
CAL. *Quin venis!* TR. *Promitte. ego ibo pro te, si tibi non libet.*
TH. *Verbero! etiam inrides?* TR. [c] *Quian me pro te ire ad cenam autumo?*
TH. *Non enim ibis: ego ferâre, faxo, ut meruisti, in Crucem.*
CAL. *Age; mitte ista ac ito ad me ad cenam.* TR. *Dic venturum. quid taces?*
CAL. *Sed tu! istuc quid, confugisti in Aram inscitissumus?*
TR. *Adveniens perterruit me; loquere nunc; quid fecerim.*
Nunc utriusq; Disceptator eccom adest! age; disputa.
TH. *Filium corrupisse ajo te meum.* CAL. *Ausculta modò.*
Fateor peccavisse, Amicam liberasse, absente te
Fenori Argentum sumpsisse; id esse absumptum prædico.
Numquid aliud fecit? nisi quod faciunt summis Gnati generibus?
TH. *Hercle mihi tecum cavendum 'st: nimis clues Orator catus.*
CAL. *Sine me dum istuc judicare. surge; ego istic* [d] *adsedero.*
TH. *Maxumè. accipito hanc* [e] *ad te litem.* TR. *Enim istic* [f] *captio 'st.*
Fac [g]. *egóne metuam* igitur, & *ut tu meam timeas vicem?*
TH. *Jam minoris* [h] omnia facio, *præquàm* [i] *quibus modis*
Me ludificatu 'st. TR. *Benè herclè factum! & factum* [k] *gaudeo.*
Sapere istac ætate oportet, qui sunt Capite [l] *candido.*
TH. *Quid ego nunc faciam? si Amicus Demipho,* [m] *aut Philonides.*
TR. *Dicito iis, quo pacto tuus te Servos ludificaverit;*
Optumas frustrationes dederis in [n] *Comœdiis.*

a Pro: *accedere.* Vide Lex. *Ob.*

b Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationum.*

c An qui dico me velle pro te ire ad cenam? ideò te irrideo.

d Vide Elect. Pl. Tit. *ludi ii.*

e Tu Callidamate, hujus litis dijudicandæ onus tibi imponi patere: adeoq; hanc litem tu solus discepta.

f Enimverò, ista in re detrimento afficior.

g Tu Callidamate.

h Non tanti facio damnum, quàm dedecus.

i Vide Lex. *Praquàm.*

k Vide Elect. Pl. Tit. *Facti. Actionis.*

l Capite cano.

m Sc. intelligent, me sic esse ludificatum.

n Vide *Comici Senes dicti.*

CAL. Tace

CAL. *Tace parumper! sine me vicissim loqui, ausculta!* TH. *Licet.*
CAL. *Omnium primùm, Sodalem me esse scis Gnato tuo.*
Is adit me: nam illum prodire pudet in conspectum tuum,
Propterea, quia fecit, quæ te scire scit. nunc te obsecro,
Stultitiæ adulescentiæq; ejus ignoscas. tuus est:
Scis solere illanc Ætatem tali ludo ludere.
Quidquid fecit, nobiscum unà fecit: nos deliquimus.
Fenus, sortem, sumptumq; omnem, qui [a] *Amica' st, omnia*
Nos dabimus: nos conferemus nostro sumptu, non tuo.
TH. *Non potuit venire Orator magis ad me* [b] *inpetrabilis,*
Quàm tu. neq; illi sum iratus; neq; quicquam suscenseo.
Immò me præsente amato, bibito, facito, quod libet.
Si hoc pudet, [c] *fecisse sumptum: supplicii* jam *habeo satis.*
CAL. *Dispudet.* TR. *Dat is jam veniam.* [d] *quid me fiet nunc jam?*
TH. *Verberibus cadére* [e], *Lutum pendens.* TR. *Tamenetsi* me [f] *pudet.*
TH. *Interemam hercle ego, si vivo.* CAL. *Fac istam cunctam* [g] *gratiam:*
Tranioni remitte, quæso, hanc noxiam causâ meâ.
TH. *Aliud quidvis inpetrari à me facilius perferam,*
Quàm ut non ego istum pro suis factis pessumis pessum [h] *premam.*
CAL. *Mitte quæso istunc.* TH. *Hem! viden'? ut restat* [i] *Furcifer!*
CAL. *Tranio; quiesce, si sapis.* TH. *Tu quiesce, hanc rem modò*
Petere: ego illum verberibus, ut sit quietus, subegero.
CAL. *Nihil opu'st profectò. age jam; sine modò te exorarier.*
TH. *Nolo ores.* CAL. *Quæso hercle.* TH. *Nolo, inquam: ne ores.* CAL. *Nequicquam* [k] *nevis.*
Hanc modò unam noxiam, unam quæso, fac causâ meâ.
TR. *Quid gravaris?* [l] *quasi non cras conmeream aliam noxiam!*
Ibi tùm utrumq;, & hoc, & illud. poteris ulcisci probè.
Sine te exorem! TH. *Age; abi, abi inpunè. hem! huic habeto gratiam.*
SPECTATORES, *Fabula hæc est acta; vos* PLAUSUM *date.*

a *H. e.* quanti. Vide Lex.
b Qui facilius aliquid impetret. [illegible]
c Vide Electa Pl. tit. Fenerio
d Quia me mei peccati pudet: ideò debes mihi ignoscere.
e Tu homo lutulente, verberibus cædére pendens: ut solebant Servi.
f *H. e.* tamen verberabor, tametsi me pudet. *Interemam:* pro; *Interimam,* antiquè.
g Integram & plenam. ignosce non tantum filio, sed Servo etiam.
h Perdam.
i Vt confidenter se opponit! in contemtum *sc.* senis.
k *Plaud.* [illegible] Sed [illegible]
k Frustra non vis.
l *Q. d.* Profectò nō debes gravari, nā si idcircò ignoscere non vis, quod hoc pacto tibi de me pœnas sumere integrum non erit, existimare debes, me cras aliam noxiam commerciturum, ita tibi & hoc peccatum vetus, & illud recens animadvertere, atq; ulcisci licebit.

PLAVTI. MOSTELLARIA.

EXPLICIT.

INCIPIT. MENÆCHMUS.

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
MENÆCHMEI.

Janus Dousa.

MENÆCHMUS *pariter & lepore simul, & varietate delectat.*

Janus Gulielmius.

MENÆCHMI *& festivissima, & eruditæ varietatis plenissima est Fabula.*

DRAMATIS PERSONAE

PENICULUS, Paraſitus. *à pene; ſeu, caudâ animalium.*
MENÆCHMUS, Surreptus. *animoſus ad haſtæ cuſpidem,* h.e. *bellator*
EROTIUM, Meretrix. *ab Amore.*
CYLINDRUS, Coquus. *à volubilitate.*
MENÆCHMUS, Soſicles. *à ſalutari famâ.*
MESSENIO, Servus. *à Patriâ.*
MULIER, Vxor.
SERVUS Alius.
ANCILLA.
SENEX.
MEDICUS.
LORARII.

ARGUMENTUM.

MERCATOR *Siculus ex Syracusis, MOSCHUS nomine; ex Theusimarchâ filios habuit geminos: quorum uni MENAECHMO: alteri SOSICLI nomen indidit. Pater Tarentum petens mercimoniis secum Menæchmum ducit. Is cùm Tarenti fierent Ludi, à Patre aberrans, sublatus ab Epidamniensi, Epidamnum advehitur: adoptivumque filium facit: Uxorem ei locat in multis divitiis: moriensque bona cuncta sua ei reliquit. Ejus autem Pater, præ Filii amissi ægritudine navigans moritur. Avus Puerorum id percipiens, Puero alteri, qui domi erat, Sosicli, nomen Menæchmo indidit. Qui natu grandis factus, constituit, quàm maximè ab ipso fieri posset, ubique disquirere, an Fratrem vivum usquam posset comperire. Cum igitur Epidamnum cum servo Messenione pervenisset, ab Amicâ Fratris sui ob similitudinem creditus, Amator suus Menæchmus invitatus cum ipsâ prandet: Similitudine quoque ibidem Menæchmi uxor: uxorisq; Pater decepti, lites movent: ambobus tandem præsentibus, uter illorum maritus esset illius, dignoscitur: Sosiclesque Menæchmum secum avehit Fratrem.*

M. ACCI PLAVTI Sarſinatis Vmbri

MENÆCHMEI.

ARGVMENTVM.

MERCATOR [a] Siculus, quoi erant gemini [b] Filii.
E i, ſurrupto [c] altero, mors obtigit.
N omen ſurruptici indit illi, qui domi 'ſt.
A vos paternos: facit Menæchmum Soſiclem.
E t is Germanum, poſtquàm adolevit, quæritat
C ircùm omnis oras. pòſt [d] Epidamnum devenit:
H îc [e] fuerat alitus ille ſurruptitius.
M enæchmum omnes Civem credunt advenam.
E umque adpellant, Meretrix, Vxor, & Socer,
I i ſe cognoſcunt Fratres poſtremò invicem.

a Moſchus nomine.
b Soſicles, & Menæchmus.
c Menæchmo.
d Latinis; Dyrrachium.
e Epidamni adoleverat ſurreptitius ille Menæchmus.

PROLOGVS: Poëta.

SALUTEM *primùm jam à principio propitiam,*
Mihi, atque vobis, Spectatores, nuntio.
Adporto vobis [f] PLAUTUM; *linguâ, non manu.*
Quæſo, ut benignis accipiatis auribus.
Nunc ARGUMENTUM *accipite, atque animum advortite.*
Quàm potero in verba conferam pauciſſuma.
Atque hoc Poetæ faciunt in Comœdiis.
Omnis res geſtas eſſe [g] ATHENIS *autumant,*
Quò illud vobis Græcum videatur magis.
Ego nuſquam dicam, niſi ubi factum dicitur.
Atque adeò hoc Argumentum [h] *Græciſſat; tamen*

f μετωνυμικῶς. i. e. Comœdiam Plautinam: quam vobis recitaturi ſumus.
g Interdum tamē Scena fingitur eſſe, non Athenis Atticis, ſed in aliâ Vrbe Græciæ
h Græcum ſermonem imitatur: nō tamen Atticum, ſed Siculum. Vide Eloct. Pl. Tit. *Lingua.*

Non

Non atticissat, verùm Sicilicissitat.
Huic Argumento [a] Antelogium quidem hoc fuit:
Nunc Argumentum [b] vobis demensum dabo;
Non modio, [c] neque trimodio, verùm ipso horreo:
Tantum [d] ad narrandum Argumentum adest benignitas.
MERCATOR quidam fuit Syracusis senex:
Ei sunt gnati Filij geminei duo:
Ita forma simili [e] Pueri, uti Mater [f] sua
Non internosse posset, quæ [g] mammam dabat:
Neque adeò Mater ipsa, quæ illos pepererat,
Ut quidem ille dixit mihi, qui Pueros viderat.
Ego illos non vidi; ne quis vostrûm censeat.
Postquàm jam Pueri septuennes sunt, Pater
Oneravit Navem magnam multis mercibus.
Inponit alterum Geminum in Navem Pater,
Tarentum avexit secum ad Mercatum simul.
Illum reliquit alterum apud Matrem domi.
Tarenti Ludei fortè erant, quòm illuc venit.
Mortales multi, ut ad Ludos, convenerant:
Puer inter homines aberravit à Patre.
Epidamniensis quidam ibi Mercator fuit:
Is Puerum tollit, avehitque Epidamnium.
Pater ejus autem, postquàm Puerum perdidit,
Animum despondit, eâque is ægritudine,
Paucis diebus pòst Tarenti emortuu'st.
Postquam Syracusas de eâ re redit nuntius,
Ad Avom Puerorum, Puerum subruptum alterum,
Patremque Pueri Tarenti esse emortuum,
Inmutat nomen Avos huic Gemino alteri:
Ita illum dilexit, qui subruptu'st, alterum.
Illius nomen indit illi, qui domi 'st,
MENÆCHMO: idem quod alteri nomen fuit,
Et ipsus eodem 'st Avos vocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius;
Quia illum clamore [h] vidi flagitarier.
Ne mox erretis, jam nunc prædico prius,
Idem est ambobus nomen Geminis Fratribus.
Nunc in Epidamnum [i] pedibus redeundum 'st mihi.
Ut hanc rem vobis examussim disputem.
Si quis quid vostrûm Epidamnum curari sibi
Velit; is audacter inperato, & dicito:

[illegible] Ar-gumentum [illegible] [illegible] [illegible], & [illegible] Fatalis, & [illegible] lututus [illegible] narrando Argumento. [illegible] accrescunt. [illegible] totum [illegible] est [illegible] Argumentum. Nota [illegible] *Tantum benignitas*, ut; *Pa-*[illegible]. Vide [illegible] Adverbia. [illegible] [illegible] Elect. [illegible] Tit. *Forma*. [f] Nutrix [illegible] Mater, quia [illegible] [illegible] mammam præbet. [g] Nutrix quæ & [illegible] Mater [illegible].

[illegible] Fracones [illegible] eos proclamare [illegible] ad pedes [illegible].

Sed ita, ut det, unde curari id possit sibi.
Nam [a] *nisi qui non Argentum dederit, nugas egerit:*
Qui dederit, magis [b] *majores nugas egerit.*
Verùm illuc redeo, unde abii, atque uno adsto in loco.
Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,
Geminum illum Puerum, qui subrupuit alterum:
Ei liberorum, [c] *nisi divitiæ, nihil erat;*
Adoptat illum Puerum surruptitium
Sibi Filium, eique uxorem dotatam dedit.
Eumque heredem fecit, quàm ipse obiit diem.
Nam rus ut ibat fortè; multùm [d] *pluverat,*
Ingressus Fluvium rapidum ab Vrbe haut longulê,
Rapidus [e] *raptori Pueri subduxit pedes,*
Abstraxitque Hominem in maxumam malam [f] *Crucem;*
Illi tum divitiæ evenerunt maxumæ.
Is illic habitat Geminus surruptitius.
Nunc ille Geminus qui Syracusis [g] *habet,*
Hodiè in Epidamnum venit cum Servo suo,
Hunc quæritatum Geminum, Germanum suum.
Hæc urbs EPIDAMNUS *est, dum hæc agitur Fabula:*
Quando alia agetur, aliud fiet Oppidum:
Sicut [h] *familiæ quoque solent mutarier.*
Modò enim idem [i] *fit Leno; modò Adulescens; modò Senex;*
Pauper; Mendicus; Rex; Parasitus; Ariolus.

a Vide Pœn. Prol. ℣. 81. 82.
b Nota synt. Græcam. *Magis major.* Quia mihi tam stultè pecuniam dederit nihil suæ rei curaturo. Stich. 5. 4. ℣. 21.
c Nota syntax. τῦ *nisi.* Vide Lex.
d à *Pluvio.* vel versui sic consulitur, ut alibi *Fuvi:* pro; *Fui.*
e Fluvius imbrib. auctus submovit pedes Mercatori illi, qui Puerum Menæchmū surripuerat.
f Dolorem, angorem. Vide Lex.
g Habitat. Vide Lex.
h *Scil.* Histrionum familiæ. Vide Lex. *Familia.*
i Comœdus.

ACTUS PRIMI
SCENA I. *

PENICULUS, Parasitus.

IUVENTUS *nomen fecit* [k] PENICULO *mihi:*
Ideò; quia Mensam, quando edo, detergeo.
Homines Capteivos qui catenis [l] *vinciunt,*
Et qui fugitivis Servis indunt [m] *compedes,*
Nimis stultè faciunt, meâ quidem sententiâ.
Namque HOMINI MISERO, *si ad malum accidit malum,*
Major lubido'st fugere, & facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.
Tum compediti [n] *Anum limâ præterunt,*

k *Peniculus:* est spongia oblonga, caudæ similis, qua Mensas detergebant.
l Ferreis catenis.
m Ligneas.
n *H.* compedem, seu annulum sive circulum in compedibus. Vide Lex. *Anus.*

Aut lapide excutiunt clavom. nugæ sunt meræ!
Quem tu adservare rectè, ne aufugiat, voles;
Esca, atque potione vinciri decet.
Apud Mensam plenam Homini Rostrum [a] *deliges.*
Dum tu illi, quod edit [b], *& quod potet, præbeas,*
Suo arbitratu, & adfatim cottidie;
Numquam edepol fugiet jam, etsi [c] *Capital fecerit.*
Facilè adservabis, dum eo vinclo vincies.
Ita istæc nimis lenta [d] *Vincla sunt Escaria.*
Quam [e] *magis extendas, tantò adstringunt artiùs.*
Nam ego ad Menæchmum hunc eò, quò jam diu
Sum judicatus, ultrò [f] *eo, ut me vinciat.*
Nam illic Homo hominis non alit, verùm educat.
Recreatque. nullus melius [g] *Medicinam facit.*
Ita est: Adulescens ipsus esca [h] *maxume,*
Cerealis [i] *Cenas dat. ita Mensam exstruit;*
Tantas Struices [k] *concinnat Patinarias.*
Standum'st in [l] *Lecto, si quid de summo* [m] *petas.*
Sed mihi intervallum jam hos [n] *dies multos fuit.*
Domi domitus [o] *sum usque cum caris meis.*
Nam neque edo, neque emo, nisi quod est Karissumum.
Id quoque jam cari [p], *qui instruuntur, deserunt.*
Nunc ad [q] *eum inviso. sed aperitur ostium.*
Menæchmum eccom ipsum video! progreditur foràs.

a H. e. os. *Metaphora* ab Avibus, vel rostratis animantibus aliis.
b Edat. Vide Lex.
c Quod capitis pœna dignum sit, facinus. Vide Lex.
d Quæ facile frangi possunt. Vide Lex. *Lentus.*
e Nota usum particularum: *Quam, tantò.* Vide Lex.
f Non vocatus. Ungast.
g Nullus est Medicus, qui præsentiorem medicinā ægris faciat suis, quàm gutturi, ventrique meo famelico Menæchmus.
h Menæchmus ipse est cibi plurimi, ac edacitate sua cæteros Mandacones multis parasangis antecellit Vide Calligr. Tit. *Voracitatis.*
i Opimas, lautas, ac multis ferculis oneratas: quod Festis Cerealibus populariter solerent Genio indulgere. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.* & *Deorum. Cereris.*
k Tentas structuras patinarum. Vide Lex. *Struix.*
l In lecto discubitorio. Vide Elect. Pl. *Triclinij.*
m De superiori parte Lecti. Vide Elect. Pl. Tit. *Triclinij.*
n Cùm Menæchmi cœnas non frequento.
o Vide Lex. *Geminatio.*
p Id quoque accidit, ut cari cibi & dapsiles, qui instruuntur in mensa: & tamquam milites in acie collocantur, desertores ordinis sui esse incipiant: nec locum obtineant. *Cari;* sunt, *liberi.*
q Nota syntaxin.
r Ne. *Donatus.* Vide Lex. *Ni.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

MENÆCHMUS-SURREPTUS: PENICULUS, Parasitus.

NI [r] *mala, ni stulta sis, ni indomita, imposq; animi,*
Quod Viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.
Præterhàc si mihi tale pòst huncce diem

Faxis

Faxit, faxo foris Vidua visas Patrem.
Nam quotiens ire volo, me retines, revocas;
Rogitas, quò eam: quam rem ego agam; quid negotij geram;
Quid petam; quid feram; quid foris egerim.
Portitorem [a] *domum duxi. ita omnem mihi*
Rem necesse loqui est, quicquid egi, atque ago.
Nimiùm [b] *ego te habui delicatam.*
Nunc adeò, ut facturus, dicam: quando ego tibi Ancillas, Penum,
Lanam, Aurum, Vestem, Purpuram [c] *benè præbeo; nec quicquam* [d] *eges,*
Malo cavebis, si sapis: observare Virum desines,
Atque adeò ne me necquicquam [e] *serves, jam ob industriam*
Hodiè ducam Scortum ad Cenam, atque aliquò condicam [f] *foràs.*
PE. *Illic Homo se Vxori simulat malè loqui; loquitur mihi.*
Nam si foris cenat, profectò me, haut Vxorem, ulciscitur.
ME. [g] *Evax! jurgio hercle tandem Vxorem abegi ab januâ.*
Vbi sunt Amatores [h] *Mariti. dona quid cessant mihi*
Conferre omnes congratulantes? quia pugnavi fortiter.
Hanc modò Vxori intus Pallam surrupui; ad Scortum fero.
Sic hoc decet dari facetè verba custodi catæ.
Hoc facinus pulcrum'st; hoc probum'st, hoc lepidum'st, hoc factum'st fabrè.
Meo [i] *malo à Malâ abstuli: hoc ad* [k] *damnum deferetur hinc,*
Averti prædam ab Hostibus, [l] *nostrûm salute sociûm.*
PE. *Heus! Adulescens: ecqua in istac pars inest præmI mihi?*
ME. *Perij! in Insidias devéni.* PE. *immò in Præsidium, ne time.*
ME. *Quis homo'st?* PE. *ego sum.* ME. *oh! mea Commoditas! ô mea Opportunitas!*
Salve! PE. *salve!* ME. *quid agis?* PE. *teneo* [m] *dexterâ Genium meum.*
ME. *Non potuisti magis per* [n] *tempus advenire, quàm advenis.*
PE. *Ita ego soleo, Commoditatis omnis articulos scio.*
ME. *Vin' tu facinus luculentum inspicere?* PE. [o] *quis id coxit Coquus?*
Iam [p] *sciam; si quid titubatum'st, ubi reliquias videro.*
ME. *Dic mihi; numquà vidisti Tabulam pictam in pariete?*
Vbi Aquila [q] *Catameitum raperet; aut ubi Venus* [r] *Adoneum?*
PE. *Sapè. sed quid istæ Picturæ ad me* [s] *adtinent?* ME. *age; me adspice.*
Ecquid adsimulo [t] *similiter?* PE. *qui istic est ornatus tuus?*

[a] Quæ me egredientem & redeuntem curiosè observat, atque excutit more portitorum, qui portoria exigunt.
[b] Nimis delicatè, ac molliter te habui: nimis molli & leni genere te tractavi.
[c] Largè suppedito: ἀφειδῶς παρέχω
[d] Nota syntaxin.
[e] Ne frustrà dicaris obiisse laborem mei observandi, jam, vel hodiè potissimùm, ut tibi ægrè faciam, Scortum, &c. Nota; *ob industriam* datâ operâ, de composito.
[f] Indicam, & denunciabo me adfuturum.
[g] Exultantis Interjectio. Vide Lex.
[h] Qui alias Mulieres amant, & qui Amoribus dediti sunt.
[i] Meo periculo ab Vxore pallam abstuli.
[k] Ad Scortum damnosum.
[l] Ab Vxore mala, salvis nostris sociis. *Allegoria.*
[m] Eum dexterâ teneo, qui me alit, & in vita retinet, & quodammodo genuit. Vide Elect. Plaut. Tit. *Salutationum.* [n] In tempore, ac tempestivè. [o] Parasitus alludit ad obsonium aliquod luculentum. [p] Iam sciam, si quid peccatum est, postquam reliquias videro. Significat se usu peritum esse obsoniorum coquendorum. [q] Ganymedem, quem Iuppiter in Aquilam versus, rapuit. Vide Lexic. *Ganymedes.* [r] Adonin. Vide Fabb. Ovid. Metam. [s] Parasitum, qui ventrem cibo, non oculos pictura pascere cupio, soleoque. [t] Ecquid Ganymedem & Adonin forma aut ornatu refero? qui uterque Pueri molles, & mulierum similes erant. Erat autem indutus palla Vxoris.

ME. *Dic hominem lepidissimum esse me.* PE. *ubi jam esuri sumus?*
ME. *Dic modò hoc, quod ego te jubeo.* PE. *dico: Homo lepidissume!*
ME. *Ecquid audes* [a] *de tuo istuc addere?* PE. *atque hilarissume!*
ME. *Perge.* [b] PE. *non pergo hercle ego,* [c] *nisi scio, quâ gratiâ*
Litigium'st tibi cum Uxore. oh! mihi abs [d] *te caveo cautiùs.*
ME. *Clam Uxorem ubi sepulchrum habeamus, atque hunc* [e] ***comburamus diem.***
PE. *Age sanè igitur; quando aequom oras,* [f] *quàm mox incendo rogum!*
Dies quidem jam ad [g] *Umbilicum'st dimidiatus mortuus.*
ME. *Te morare;* [h] *mihi quòm obloquere.* PE. *oculum ecfodito* [i] ***pérsolum***
Mihi, Menaechme, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris.
ME. *Concede huc à foribus.* PE. *fiat.* ME. *etiam concede huc.* PE. ***licet.***
ME. *Etiam nunc concede audacter ab Leonino* [k] *cavo.*
PE. *Heu! edepol natu, ut ego opinor, esses* [l] *Agitator probus.*
ME. *Quidum?* PE. *ne te Uxor sequatur, respectas identidem.*
ME. *Sed quid ais?* PE. *egóne? id enim, quod tu vis, id aio, **atque id nego.***
ME. *Ecquid tu de odore possis, si quid fortè olfeceris,*
Facere conjecturam? PE. *captum sit Collegium* [m] Augurum.
ME. *Agedum, odorare hanc, quam ego habeo Pallam! quid olet? abstines?*
PE. *Summum* [n] *me olfactare oportet vestimentum muliebre.*
Nam ex istoc [o] *loco spurcatur* [p] *nasum odore inlucido.*
ME. *Olfacta igitur hinc, Penicule lepide. ut fastidis!* PE. *decet.*
ME. *Quid igitur? quid olet? responde.* PE. *Furtum, Scortum,* ***Prandium.***
ME. *Nunc ad Amicam deferetur hanc Meretricem Erotium.*
Mihi, tibi, atque illi jubeo jam adparari prandium:
Inde usque ad Diurnam [q] *Stellam crastinam potabimus.*
PE. *Expeditè fabulatu's. jam fori ferio?* ME. *feri.*
Vel mane etiam. PE. *Mille passûm commoratu's* [r] *Cantharum.*
Placidè pulta PE. *metuis credo, ne fores Samiae* [s] *sient.*
ME. *Mane, mane, obsecro hercle:* [t] *ab se ecca exit!* PE. *oh!* [u] ***Solem vides***
Satin'? ut occaecatus prae hujus corporis candoribus!

ACTUS

a Num quidnam abs tete impetrare potes, ut praeterea de tuo istuc vel corollarii vicê addas quippiam.
b Perge in supparasitatione.
c non adblandior gratis, nisi sciam quâ gratiâ.
d diligentius praescire praemium cupio: quia litigiū tibi cum uxore, ut haud facile me domum sis ad coenam vocaturus.
e Eo pretio, quidquid dices, dicea; ut hunc diem clā Uxorem luculentum nobis habeamus: atque ita mortuo, & exacto die Genium curemus: & epulemur. Sic enim dicitur *Mors diei.* Vide Stat. lib. 4. Sylv. 6. v. 3. Vide Calligr. *Convivandi. Hilaritatis. Temporis. Diei.* & Elect. Pl. *Funeris.*
f Allegoria quàm citò ob sonium coquo? ut opiparè epulemur.
g Inclinatus jam in pomeridianum tempus est dies: atque ita quasi dimidiatus mortuus est: igitur cōburendus. Vide Lex. *Umbilicus.*
h Tibi morā creas, cùm mihi loquēdo obstrepis.
i Oculum planè & omninò solum mihi effodito. Erat autem luscus. Vide Lex. *Per.* & *pérsolum* correptè ponitur. k *Leoninum cavum,* est domus, in quâ Mulier habitat, gravem halitum & virosum spirans. l Auriga. m *H. e.* non ipsum Collegium Augurum meliùs fecerit conjecturam. Vide Elect. Plaut. Tit. *Augurum.* & Lex. *Aperio.* At fortassis de Collegio Parasitico intelligendum: cùm vox *Augurum* non reperiatur in Mss. Pall. n *Q. d.* summam pallae partem mihi olfaciendam porrige. o Ex infirmâ parte. p *Q. d. Naum.* q Ad Luciferum. r Impedivisti, quòminus canthatus jam aliquot vicibus circumiverit, atque adeo jam mille passus absoluere potuisset. *Passum:* pro; *Passuum.* Phrasis ipsa *commorari m. p.* Plauto perquàm familiaris. Benè etiā sibi respondent *Expedite fab.* & *Commorari mille p.* s Testaceae, atq; ita fragiles. t sponte. *Bona fide* scibet. u Satin' vides? Solem, hujus Erotii candoribus ex adverso oppositis obscuratum esse.

ACTUS PRIMI
SCENA III.

EROTIUM, Mulier.
PENICULUS, Parasitus.
MENÆCHMUS SURREPTUS.

ANIMÆ mei, Menæchme; salve! PE. *Quid ego?* ER. *Extrà* [a] *numerum es mihi.*
Idem istuc aliis [b] *Adscriptivis ad Legionem fieri solet.*
ME. *Ego istîc mihi* [c] *hodiè adparari jussi apud te* [d] *prœlium.*
Hodie id fiet. ME. *In eo uterq;* [e] *proilio potabimus;*
Vter ibi melior Bellator erit inventus Cantharo.
Tua'st [f] *Legio: adjudicato; cum utro hanc noctem sies.*
Vt ego Vxorem, mea Voluptas, ubi te adspicio, odi malè!
ER. *Interim nequis, quin ejus aliquid indutus sies.*
Quid hoc est? ME. *Induviæ* [g] *tua, atq; Vxoris exuviæ, Rosa.*
ER. *Superas facilè, ut* [h] *superior sis mihi, quàm quisquam, qui impetrant.*
PE. MERETRIX *tantisper blanditur, dum illud, quod rapiat, videt.*
[i] *Nam si amabas, jam oportebat nasum abreptum mordicùs.*
ME. *Sustine hoc, Penicule. exsuvias* [k] *facere, quas vovi, volo.*
PE. *Cedò. sed, obsecro hercle, salta sic* [l] *cum Pallâ postea.*
ME. *Ego saltabo? sanus hercle non es.* PE. *Egon'? an tu* [m] *magis?*
Si non saltas; exue igitur. ME. *Nimiò ego hanc periculo*
Surrupui hodiè. Meo quidem [n] *animo, ab Hippolytâ Subgingulum*
Haut Hercules æquè magno umquam abstulit periculo.
Cape tibi hanc: quando una vivis meis morigera moribus.
Hoc animo decet animatos esse Amatores probos.
PE. *Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.*
ME. *Quattuor Minis ego emi istanc* [o] *annò jam uxori meæ.*
PE. *Quattuor Minæ periêre planè, ut ratio* [p] *redditur.*
ME. *Scin'? quid volo ego te adcurare?* ER. *Scio. curabo, quæ voles.*
ME. *Jube igitur nobis tribus apud te prandium adcurarier.*
Atq; aliquid [q] *scitamentorum de foro obsonarier:*
Glandionidam [r] *suillam; Laridum* [s] *Pernonidem; aut*
Sinciput, [t] *omenta porcina; aut aliquid ad eum modum:*

a Non es mihi in numero eorum, qui mihi cari sunt.
b Qui olim adscribebatur inermes, qui succederent armatis militib', si quis eorum deperisset. Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.*
c Vide supr. 1. 2. ℣. 61.
d *H. e.* prandium ut perseveret in metaph. *jussi* pro *jussero.*
e H. e. *prœlio* antiquè: ut sit elegans paronomasia.
f Tu es imperatrix: penes te nostri potestas est.
g Militaria vocabula. Vide Lex.
h Facile à me obtines, ut te pluris faciam, quàm quemquam eorum, qui à me impetrant mei corporis usuram.
i Si Menæchmum ex animo, & non simulate amabas, Erotium: oportebat te ei nasum mordicus avellisse. Nulla enim amoris nota apparet in labris eis.
k *H. e.* spoliare me & spolia aliò trãsferre volo: nempe meas & uxoris exsuvias faciam, & Peniculo tradam.
l Nempe qui olim saltabant, & cantabant in Scena, cũ palla saltabant. Vide infr. 1. 2. ℣. 47.
m *Sc.* sanus sum.
n Mea sententia, Hercules non æquè umquam magno cum periculo, ab Hippolyta Amazonum Regina baltheum abstulit, ac ego hanc pallam Andromachæ uxori meæ surripui. o Ante annum: *vel;* prid[illegible]. Vide Lex. p Vt ex iis, quæ dicis, colligitur. q *H. e.* scita edulia. r Carnem suillam ex glandiis. Sic ficta voce utitur. [illegible] hæc Epitheta sunt efficta: pro, *lardo,* & *perna.* t Vnde *f.* fiunt *Isicia omentata.* Vide Lex.

Madida [a], *quæ mihi adposita in mensam, Milvinam* [b] *suggerant.*
Atq; actutum. ER. *Licet ecastor.* MEN. *Nos prodimus ad Forum*
Jam hic nos erimus: dum coquitur, interim potabimus.
ER. *Quando vis; veni. parata res erit: propera modò.*
MEN. *Sequere tu.* PE. *Ego hercle verò, te & servabo, & te sequar;*
Neq; hodiè ut te perdam, meream DEORUM [c] *divitias mihi.*
ER. *Evocate intus Cylindrum mihi Quoquum actutùm foràs.*

[a] Costa. Vide Lex. Ma ideas.
[b] Quæ milvinam ὀρέξιν, & appetentiam mihi suggerant. h. e. vehementem valde. Vide Eleich. Pl. Tit. Avium.
[c] Q. d. Si quis Deus mihi dicat: En tibi, Penicule, Deorum divitias in manus do, hac lege, ut hodiè Menæchmum deseras, ac perdas, accipere nolim.

ACTUS PRIMI SCENA IV.

EROTIUM, Meretrix.
CYLINDRUS, Coquus.

SPORTULAM *cape, atq; Argentum; tris eccos Nummos habes!*
CY. *Habeo.* ER. *Abi, atq; obsonium adfer; tribus, vide, quod sit satis,*
Neq; desiat, neq; supersit. CY. *Quojusmodi hi Homines erunt?*
ER. *Ego, & Menæchmus, & Parasitus ejus.* CY. *Jam isti sunt* [d] *decem.*
Nam Parasitus octo hominum munus facilè [e] *fungitur.*
ER. *Elocuta sum Convivas:* [f] *cæterum cura tu.* CY. [g] *Licet.*
Cocta sunt; jub' ire accubitum. ER. *Redi citò.* CY. *Jam ego hic ero.*

[d] Hisce verbis notatur Peniculi edacitas.
[e] Nota Syntaxin.
[f] Q. d. Ego Convivas enumeravi: cætera jam tuum est curare.
[g] H. e. Id tibi licet: ego curabo: nec ero in mora, quin vel accubitum statim ire possitis. Vide Pseud. 3. 2. v. 101.

ACTUS SECUNDI SCENA I.

MENÆCHMUS-SOSICLES, } Taciti.
MESSENIO, Servus.

NULLA 'st voluptas Navitis, Messenio,
Major, [h] *meo animo, quàm quòm ex Alto procul*
Terram conspiciunt. MES. *Major, non dicam dolo,*
Quàm si adveniens Terram videas, quæ fuerit [i] *Tua.*
Sed quæso, quamobrem nunc Epidamnum venimus?
An, quasi Mare, omnis circuimus Insulas?
MEN. *Fratrem quæsitum Geminum Germanum meum.*

[h] Quantum ejus judicare possum: ut opinor: ut mihi videtur.
[i] H. e. Patriam tuã; quæ sit tua terra.

MES. *Nam quid modi futurum'st? illum quærere.*
Hic Annus sex. u'st, postquàm eire hinc operam damus:
Histros, Hispanos, Massilienses, Hilurios,
Mare superum [a] *omne; Græciamq;* [b] *exoticam,*
Orasq; Italicas omnis, quà adgreditur Mare,
Sumus circumvecti. si Acum, credo, [c] *quæreres,*
Acum invenisses, si appareret tam diu.
Hominem inter vivos quæritamus mortuum.
Nam invenissemus jam diu, si viveret.
MEN. *Ergò istunc quæro:* [d] *certum qui faciat mihi;*
Qui sese dicat scire, eum esse mortuum:
Operam præterea numquam sumam quærere.
Verùm aliter [e] *vivos numquam desistam exsequi.*
Ego illum, [f] *scio, quàm cordi sit charus meo.*
MES. *In scirpo nodum* [g] *quæris. quin nos hinc domum*
Redimus? nisi si Historiam [h] *scripturi sumus.*
MEN. *Dictum facessas doctum* [i], *& discaveas malo.*
Molestus ne sis: non tuo hoc fiet [k] *modo.* MES. *Hem!*
Illoc enim verbo esse me Servom scio.
Non potuit paucis plura planè próloqui.
Verumtamen nequeo me continere, quin loquar.
Audi, Menæchme! quòm inspicio marsupium,
Viaticati [l] *hercle admodùm æstivè sumus.*
Ne tu hercle, opinor, nisi domum revorteris;
Ubi nihil habebis, geminum dum quæris, [m] *gemes.*
Nam ita'st hæc hominum natio hic Epidamnia:
Voluptarij, atq; Potatores maxumi;
Tum Sycophantæ, & [n] *Palpatores plurumi*
In Urbe hâc habitant: tum Meretrices mulieres
Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic Urbi nomen [o] EPIDAMNO *inditum'st:*
Quia nemo fermè huc sine dampno divortitur.
MEN. *Ego istuc cavebo; cedòdum mihi huc marsupium.*
MES. *Quid eo vis?* MEN. *Jam* [p] *abs te metuo de verbis tuis.*
MES. *Quid metuis?* MEN. *Ne mihi dampnum in Epidamno duis.*
Tu magnus Amator Mulierum es, Messenio:
Ego autem Homo iracundus, animi perditi.
Id utrumq;, Argentum quando habebo, cavero:

Ne

[a] Adriaticum: superiora Italiæ lavans.
[b] *H. e.* Græciam majorem. Græci ipsi Siculos & Calabros vocabant ἐξωτικοὺς ἰταλικούς. *i. e.* barbaros. Ita autem *Italia* nominata fuit, quòd propior ea esset illis, quàm Græcia transmarina.
[c] *Proverbium Hyperbolicum:* quãdo summam in quærendo diligẽtiam volumus exprimere.
[d] Nota syntaxin: *certum facere aliud aliquem.* ut infr. 5. 2. ℣. 12. Vide Lex. Latt. C.
[e] Dum vivo. Vide Lex. *Vivus.*
[f] Nota syntaxin. *Ego illum scio, quàm sit.*
[g] *Proverb.* de iis quę nullius impedimenti sunt. *Fastus.*
[h] locus: nisi ideò tamdiu peregrinamur, ut Historiam aliquam describamus rerum visarum. Vide El. Pl. Tit. *Peregrinationum.*
[i] Noli mihi argutari, & sententias funditare.
[k] Tuo arbitratu. Es wird dir nicht nach deinem Kopff gehen.
[l] *H. e.* Tenuiter, & parcè viaticati sumus. Wir seind überflüssig gerüst. Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationum. Viatici.*
[m] Plorabis, ac miserum te dices.

[n] Qui palpum obtrudunt. Fuchsschwentzer. [o] *Ironia:* quasi Epidamnum esset ab ἐπὶ & *damnum.* Posteà dictum DYRRACHIUM. [p] Nota syntax. *Metuo de verbis tuis*, ut infra 5. 5. ℣. 32.

Ne tu [a] *delinquas, neu' ego irascar tibi.*
MES. *Cape, atq; serva; me lubente feceris.*

a Ne tu scorteris.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

CYLINDRUS. MENÆCHMUS-SOSICLES. MESSENIO, Servus.

BENE *obsonavi, atq; ex* [b] *meâ sententiâ:*
Bonum [c] *anteponam Prandium Pransoribus.*
Sed eccom Menachmum! [d] *videon' væ! tergo meo?*
Prius jam Convivæ ambulant ante ostium,
Quàm ego obsonatu redeo. adibo, atq; adloquar.
Menachme; salve! MEN. *Dî te amabunt! scis? quis ego sum!*
CY. [e] *Non hercle verò. ubi Convivæ cæteri?*
MEN. *Quos tu Convivas quæris?* CY. *Parasitum tuum.*
MEN. *Meum Parasitum? certè hic insanu st homo.*
MES. *Dixin' tibi esse hic Sycophantas plurumos?*
MEN. *Quem tu Parasitum quæris, Adulescens, meum?*
CY. *Peniculum.* MES. *Eccom hunc* [f] *in Vidulo salvom fero!*
CY. *Menachme; numerò huc advenis ad prandium.*
Nunc obsonatu redeo. MEN. *Responde mihi,*
Adulescens, quibus hic pretiis Porci veneunt
Sacru [g] *sinceri?* CY. *Nummo uno.* MEN. *En! à me accipe:*
Jube te piari de meâ pecuniâ.
Nam ego quidem insanum esse te, certò scio:
Qui mihi molestus Homini [h] *ignoto; quisquis es.*
CY. *Cylindrus ego sum; non nosti nomen meum?*
MEN. *Seu tu Cylindrus, seu* [i] *Coriendrus:* [k] *perieris!*
Ego te non novi, neq; novisse adeò volo.
CY. *Est tibi Menæchmo nomen* [l] *tantùm, quod sciam.*
MEN. *Pro* [m] *sano loqueris, quòm me* meo *adpellas nomine.*
Sed ubi novisti tu me? CY. *Ubi ego te noverim?*
Qui Amicam habebas Eram meam, hanc Erotium.
MEN. *Neq; hercle habeo; neq; te, quis homo sis, scio.*
CY. *Non scis? quis ego sim? qui tibi sæpissumè*
Cyathisso [n], *apud nos quando potas.* MES. *Hei mihi!*

b H. e. prout quidem præsumo, cēseo, sentioque, uti ti confido.
c Vide Lex. *Ponere.*
d Num appropinquante Menæchmo, video væ! h. e. plagas imminere tergo meo?
e *εἰρωνικῶς* capiendum.
f *...* Tu quæris peniculum, ecce ego eum gero in viduio h. e. in subligaculo scorteo meo.
g H. e. puri & integerrimi, atque ad sacrificium idonei. Vide Elect. Pl. Tit. Dierum. Lactium. Sacrificiorum.
h Ignoranti. *Ignoto* Active.
i Fictum & jocularē nomen. Du bist gleich Kung oder Hering!
k ...!
l Ego falsum scio te Menæchm. vocari ... tamen eo utique non fallus sum.
m ... sanus. Vide Lex. etc.

n *... κυαθίζω* sum tibi Cyathus.

Quòm

Quòm nihil est, qui illi Homini dimminuam caput.
MEN. *Tun' cyathissare mihi soles? qui ante hunc diem*
Epidamnum numquam vidi; neq; veni? CY. *Negas?*
MEN. *Nego hercle verò.* CY. *Non tu in illisce Ædibus*
Habitas? MEN. *DI illos Homines, qui illic habitant perduint!*
CY. *Insanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi.*
Audin'? Menæchme! MEN. *Quid vis?* CY. *Si me consulas,*
Nummum illum, [a] *quem mihi dudùm pollicitus dare,*
Jubeas, si sapias, Poculum adferri tibi.
Nam tu quidem hercle, certò non sanus satis,
Menæchme; qui nunc ipsus maledicas tibi.
MES. *Heu! hercle Hominem* [b] *multum, & odiosum mihi!*
CY. *Solet jocari sæpè mecum illoc modo.*
[c] *Quamvis* [d] *ridiculu'st, ubi Vxor non adest.*
MEN. *Quid ais tu?* CY. *Quid vis? inquam. satin' hoc? quod vides,*
Tribus vobis obsonatum'st. an obsono amplius
Tibi, & Parasito, & Mulieri? MEN. *Quas tu Mulieres?*
Quos tu Parasitos loquere? MES. *Quod te urget scelus?*
Qui huic sis molestus. CY. *Quid tibi mecum'st rei?*
Ego te non novi: cum hoc, quem novi, fabulor.
MEN. *Non edepol tute Homo sanus es; certò scio.*
CY. *Jam ergò hac* [e] *madebunt, faxo; nihil morabitur:*
Proin tu ne quò abeas longiùs ab Ædibus.
Numquid vis? MEN. *Vt eas maxumam in malam Crucem!*
CY. *Ire* [f] *hercle meliu'st te interim, atq; accumbere,*
Dum ego hæc adpono ad Volcani [g] *violentiam.*
Ibo intrò, & dicam, te hic adstare Erotio,
Vt te hinc abducat potiùs, quàm hic adstes foris.
MEN. *Jamne ille abiit? edepol haut mendacia*
Tua verba expterior esse. MES. *Observato modò:*
Nam istic Meretricem credo habitare Mulierem:
Vt quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modò.
MEN. *Sed miror, qui ille noverit nomen meum.*
MES. *Minumè hercle mirum. morem hunc* MERETRICES *habent;*
Ad Portum mittunt Servolos, Ancillulas:
Si qua peregrina Navis in Portum advenit,
Rogant, [h] *quojatis sit; quid ei nomen siet.*
Postillà extemplò se adplicant, adglutinant.
Si pellexerunt; perditum [i] *amittunt domum.*
Non in istoc portu stat Navis [k] *Prædatoria,*
Abs [l] *quâ cavendum nobis sanè censeo.*

[a] Nota synt. usitatam Plauto. pro: *Nummo illo, quem.* Vide Lex. *Syntaxis insolens.*
[b] Qui negotii plurimum mihi facessit, tamquam si ipse non solus, sed plures cum eo. Vide Lex. *Multus.*
[c] Nihil magis ridiculum eo ne optari quidem potest. Vide Lex. *Quamvis.* Capt. 1. 1. ℣. 10.
[d] Facetus, urbanus.
[e] Costa fint.
[f] locus est ambiguo. Epid. 1. 1. ℣. 11.
[g] Ad ignem.
[h] Pro: *Cujas.*
[i] Ab se omittunt domum.
[k] In domo stat Meretrix Erotium. *Allegoria.*
[l] Nota syntax.

MEN. *Mones quidem hercle rectè.* MES. *Tum demùm sciam,*
Rectè monuisse, si tu rectè caveris.
MEN. *Tacedum parumper. nam concrepuit ostium.*
Videamus; qui hinc egreditur. MES. *Hoc* [a] *ponam interim.*
Adservatote hæc, si voltis: Navales [b] *pedes.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

EROTIUM. CYLINDRUS. MENÆCHMUS-SOSICLES. MESSENIO.

SINE [c] *foris sic; abi; nolo operirier.*
Intus para; cura: vide, [d] *quod opu'st.*
CY. *Fiat!* ER. *Sternite* [e] *Lectos; incendite Odores:*
MUNDICIA *inlecebra animo'st* [f] *Amantum.*
Amanti [g] *Amœnitas malo'st; nobis lucro'st.*
Sed ubi ille est? quem Coquus ante Ædis esse ait.
Atq; eccom video! qui mihi' st usui, &
Plurumùm prodest: item huic ultrò fit, ut
Meret; Potissumus [h] *nostræ domi ut sit.*
Nunc eum adibo; adloquar ultrò.
Animule mî! mihi mira videntur,
Hic te stare foris; fores quoi pateant magis,
Quàm domus tua; domus quòm hæc tua sit.
Omne paratu'st,
Ut jussisti, atq; ut voluisti: neq; tibi'st
Ulla mora intus. Prandium, ut jussisti, hic
Curatu'st: ubi libet, [i] *ire licet accubitum.*
MEN. *Quicum hæc Mulier loquitur?* ER. *Equidem tecum.* MEN. *Quid mecum tibi*
Fuit umquam, aut num est, negotî? ER. *Quia pol te unum ex omnibus*
VENUS *me voluit magnificare: neq; id haut inmerito tuo.*
Nam ecastor solus benefactis tuis me [k] *florentem facis.*
MEN. *Certò hæc Mulier, aut insana, aut ebria'st, Messenio:*
Quæ Hominem ignotum conpellet me tam familiariter.
MES. *Dixin' ego istæc heic solere fieri? Folia nunc* [l] *cadunt,*

a Deponam interim [illegible].
b Intelligit servos, qui in Navibus Pedes sunt: vel certè ipsos Remos, quib. ceu pedibus ambulant Naves. Alii per Pedes intelligunt τοὺς παῖδας: Pueros ministros in Navibus.
c Hoc: noli claudere. Nota formulam. Sic [illegible].
d Cura administra totum lautitium.
e Vos Ancillæ sternite lectos.
f Animus amantium munditiâ puellarum tamquam illecebrâ quâdam capitur.
g Amœnitas loci alicit amantem, ut velit in domo meretricia versari: quod eidem malum.
h Hic qui primas partes apud Amicam tenet. Vide Lex. Potens, potior, potissimus. Er ist der beste Hahn im Korb.
i Vide Calligr. Tit. Convivandi. Sic tricabantur Convivæ ad accubitū mensa. Extat hic locus in Varrone: Ταφὴ Μενίππου.
k Beatum. fortunatum.
l Hoc. Si comparetur hæc, cum iis, quæ intra triduū futura sunt: proinde est, ac si folia cadentia cum ipsis arboribus comparentur. Alias per Folia notantur res nullius pretii.

Prand

Praut si triduum hoc hic erimus; tum Arbores in te cadent.
Nam ita sunt hic MERETRICES *omnes Elecebræ Argentariæ.*
Sed sine me dum hanc compellare. heus Mulier! tibi dico. ER. *Quid est?*
MES. *Vbi tu hunc Hominem novisti?* ER. *Ibidem, ubi hic me jamdiu:*
In Epidamno. MES. *In Epidamno? qui huc in hanc Vrbem, pedem;*
Nisi hodie, numquam intrò tetulit. ER. *Heja! delicias* [a] *facis;*
Mi Menæchme. quin, amabo, is intrò: hic tibi erit rectiùs.
MEN. *Hæc quidem edepol rectè adpellat meo me Mulier nomine.*
Nimis miror, quid hoc sit negotij. MES. *Oboluit Marsupium*
Huic istuc, quod habes. MEN. *Atq; edepol tu me monuisti probè.*
Accipedum [b] *hoc. jam scibo, utrum hæc Me mage amet, an Marsupium.*
ER. *Eamus intrò, ut prandeamus.* MES. *Benè* [c] *vocas: tam* [d] *gratia 'st.*
ER. *Cur igitur tibi me jussisti coquere dudùm prandium?*
MEN. *Egóne te jussi coquere?* ER. *Certò; tibi, & Parasito tuo.*
MEN. *Quoi, malum! Parasito? certò hæc Mulier non sana 'st satis.*
ER. *Peniculo.* MEN. *Quis iste 'st* [e] *Peniculus? qui extergentur Baxeæ.*
ER. *Scilicet, qui dudum tecum venit, quòm Pallam mihi*
Detulisti, quam ab Vxore tuâ surrupuisti. MEN. *Quid est?*
Tibi Pallam dedi? quam Vxori meæ surrupui. sanan' es?
Certè hæc Mulier Cantherino ritu hîc adstans [f] *somniat.*
ER. *Q[illegible] lubet ludibrio habere me? atq; ire inficias mihi?*
Facta quæ sunt. MEN. *Dic; quid est id? quod negem; quod fecerim.*
ER. *Pallam te hodiè mihi dedisse Vxoris.* MEN. *Sed jam nunc nego.*
Ego quidem neq; umquam Vxorem habui, neq; habeo: neq; huc
Vmquam, postquàm gnatus sum, intrà Portam penetravi pedem.
Prandi in Navi: inde huc egressus sum; te conveni. ER. [g] *Eccere!*
Perl misera! quam tu nunc mihi Navem [h] *narras?* MEN. *Ligneam;*
Sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam [i] *malleo:*
Quasi supellex Pellionis [k] *palus palo proximus 'st.*
ER. *Jam, amabo, desine ludos facere, atq; i hàc mecum semul.*
MEN. *Nescio-quem, Mulier, alium Hominem; non me, fortè, quæritas.*
ER. *Non ego te novi Menæchmum? Moscho prognatum Patre,*
Qui Syracusis perhibére gnatus esse in Siciliâ,
Vbi Rex AGATHOCLES *Regnator fuit, & iterùm* [l] PINTHIA,
Tertiùm LIPARO, *qui in morte Regnum Hieroni tradidit.*
Nunc HIERO *'st.* MEN. *Haut falsa, Mulier, prædicas.* MES. *Pro Juppiter!*
Num istæc Mulier illinc venit, quæ te novit tam catè;
MEN. *Hercle opinor; pernegari non potest* [m]. MES. *Ne feceris.*
Perl sti! si intrassis intra limen. MEN. *Quin tace modò!*
Benè res geritur: adsentabor, quicquid dicet, Mulieri;
Si possum Hospitium nancisci. jam dudum, Mulier, tibi

a Irrides, ludis.
b Accipe hoc marsupium, quod tibi trado.
c Benignam & liberalem in eo te probas, quod me ad prandium vocas: & gratiam tibi habeo. Est honesta recusatio. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
d *Tam*, pro; *tamen.* Vide Lex. Stich. 3. 2. ¥. 18.
e Ludit in nomine Peniculi. *Baxeæ*, sunt crepidæ. Vide Lex.
f Delirat, & insanit, stans somniat, ut Equi.
g Ecce rem.
h *Navis* in obscenis est. Vide Lex. & Calligr. *Ru Veneres.*
i Sæpè malleo, dū trita reficitur, extrà concussam, seu agitatam.
k Quemadmodū in Officinâ Pellionis crebri & multi sunt pali lignei ad distendendas pelles & siccidas: ita in hac Navi multi sunt: & palus palo proximus est. *Vel:* notat Pellionis cujusdam præparatam supellectilem. Fuit & *Pellio* malus Comœdiarum Actor. Bacch. 2. 2. ¥. 37.
l Incerta, & *ἀδιάφορα* hæc sunt.
m Eundum mihi est, quò vocat.

MEN. *Mones quidem hercle rectè.* MES. *Tum demùm sciam,*
Rectè monuisse, si tu rectè caveris.
MEN. *Tacedum parumper. nam concrepuit ostium.*
Videamus; qui hinc egreditur. MES. *Hoc* [a] *ponam interim.*
Adservatote hæc. si voltis: Navales [b] *pedes.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

EROTIUM. CYLINDRUS. MENÆCHMUS-SOSICLES. MESSENIO.

SINE [c] *foris sic; abi; nolo operirier.*
Intus para; cura: vide, [d] *quod opu'st.*
CY. *Fiat!* ER. *Sternite* [e] *Lectos; incendite Odores:*
MUNDICIA *inlecebra animo'st* [f] *Amantum.*
Amanti [g] *Amœnitas malo'st; nobis lucro'st.*
Sed ubi ille est? quem Coquus ante Ædis esse ait.
Atq; eccom video! qui mihi' st usui, &
Plurumùm prodest: item huic ultrò fit, ut
Meret; Potissumus [h] *nostræ domi ut sit.*
Nunc eum adibo; adloquar ultrò.
Animule mî! mihi mira videntur,
Hic te stare foris; fores quoi pateant magis,
Quàm domus tua; domus quòm hæc tua sit.
Omne paratu'st,
Ut jussisti, atq; ut voluisti: neq; tibi' st
Ulla mora intus. Prandium, ut jussisti, hic
Curatu'st: ubi libet, [i] *ireicet accubitum.*
MEN. *Quicum hæc Mulier loquitur?* ER. *Equidem tecum.* MEN. *Quid mecum tibi*
Fuit umquam, aut num est, negoty? ER. *Quia pol te unum ex omnibus*
VENUS *me voluit magnificare: neq; id haut inmerito tuo.*
Nam ecastor solus benefactis tuis me [k] *florentem facis.*
MEN. *Certò hæc Mulier, aut insana, aut ebria'st, Messenio;*
Quæ Hominem ignotum conpellet me tam familiariter.
MES. *Dixin' ego istæc hîc solere fieri? Folia nunc* [l] *cadunt,*

a Deponam interea sarcinam.
b Intellige servos, qui in Navibus Pedi sunt: vel etiā ipsos Remos, quib. ceu pedibus ambulant Naves. Alii per Pedes intelligunt τοὺς παῖδας: Pueros ministros in Navibus.
c Il... re claudere. ... lam. ...
d Cura administra totum lanitium.
e Vos Ancillæ sternite lectos.
f Animus amantum munditiā puellarum tamquā illecebrā quādam ....
g Amœnitas loci alicit amantem, ut velit in domo meretricia versari: quod eidamnosum.
h H.... qui primas partes apud Amicam tenet. Vide Lex. Potens, potior, potissimus. Er ist der beste Hahn im Korb.
i Vide Callige. Tit. Convivandi. Sic intrabantur Convivæ ad accubitū mensa. Extat hic locus in Varrone: Ταφὴ Μενίππου.
k Beatum. fortunatum.
l Hic. Si comparētur hæc, cum iis, quæ intra triduū futura sunt: pro... est, ac si folia cadentia cum ipsis arboribus comparentur. Aliàs per *Folia* notantur res nullius pretii.

Praut

Praeut si triduum hoc hic erimus; tum Arbores in te cadent.
Nam ita sunt hic MERETRICES *omnes Elecebræ Argentariæ.*
Sed sine me dum hanc compellare. heus Mulier! tibi dico. ER. *Quid est?*
MES. *Ubi tu hunc Hominem novisti?* ER. *Ibidem, ubi hic me jamdiu:*
In Epidamno. MES. *In Epidamno? qui huc in hanc Urbem, pedem,*
Nisi hodiè, numquam intrò tetulit. ER. *Heja! delicias* [a] *facis;*
Mi Menæchme. quin, amabo, i intrò: hic tibi erit rectiùs.
MEN. *Hæc quidem edepol rectè adpellat meo me Mulier nomine.*
Nimis miror, quid hoc sit negotij. MES. *Oboluit Marsupium*
Huic istuc, quod habes. MEN. *Atq; edepol tu me monuisti probè.*
Accipedum [b] *hoc. jam scibo, utrum hæc Me mage amet, an Marsupium.*
ER. *Eamus intrò, ut prandeamus.* MES. *Benè* [c] *vocas: tam* [d] *gratia 'st.*
ER. *Cur igitur tibi me jussisti coquere dudùm prandium?*
MEN. *Egóne te jussi coquere?* ER. *Certò; tibi, & Parasito tuo.*
MEN. *Quoi, malum! Parasito? certò hæc Mulier non sana 'st satis.*
ER. *Peniculo.* MEN. *Quis iste 'st* [e] *Peniculus? qui extergentur Baxeæ.*
ER. *Scilicet, qui dudum tecum venit, quòm Pallam mihi*
Detulisti, quam ab Uxore tuâ surrupuisti. MEN. *Quid est?*
Tibi Pallam dedi? quam Uxori meæ surrupui. sanan' es?
Certè hæc Mulier Cantherino ritu hìc *adstans* [f] *somniat.*
ER. *Qui lubet ludibrio habere me? atq; ire inficias mihi?*
Facta quæ sunt. MEN. *Dic; quid est id? quod negem; quod fecerim.*
ER. *Pallam te hodiè mihi dedisse Uxoris.* MEN. *Sed jam nunc nego.*
Ego quidem neq; umquam Uxorem habui, neq; habeo: neq; huc
Umquam, postquàm gnatus sum, intrà Portam penetravi pedem.
Prandi in Navi: inde huc egressus sum; te conveni. ER. [g] *Eccere!*
Perii misera! quam tu nunc mihi Navem [h] *narras?* MEN. *Ligneam;*
Sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam [i] *malleo:*
Quasi supellex Pellionis [k] *palus palo proximus 'st.*
ER. *Jam, amabo, desine ludos facere, atq; i hàc mecum semul.*
MEN. *Nescio-quem, Mulier, alium Hominem; non me,* fortè, *quæritas.*
ER. *Non ego te novi Menæchmum? Moscho prognatum Patre,*
Qui Syracusis perhibére gnatus esse in Siciliâ,
Ubi Rex AGATHOCLES *Regnator fuit, & iterùm* [l] PINTHIA,
Tertiùm LIPARO, *qui in morte Regnum Hieroni tradidit.*
Nunc HIERO '*st.* MEN. *Haut falsa, Mulier. prædicas.* MES. *Pro Juppiter!*
Num istæc Mulier illinc venit, quæ te novit tam catè;
MEN. *Hercle opinor; pernegari non potest* [m]. MES. *Ne feceris.*
Periisti! si intrassis intra limen. MEN. *Quin tace modò!*
Benè res geritur: adsentabor, quicquid dicet, Mulieri;
Si possum Hospitium nancisci. jam dudum, Mulier, tibi

[a] Irrides, ludis.
[b] Accipe hoc marsupium, quod tibi trado.
[c] Benignam & liberalem in eo te probas, quod me ad prandium vocas: & gratiam tibi habeo. Est honesta recusatio. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivi*.
[d] Tam, pro; *tamen*. Vide Lex. Stich. 3. 2. ℣. 18.
[e] Ludit in nomine Peniculi. *Baxeæ*, sunt crepidæ. Vide Lex.
[f] Delirat, & insanit, stans somniat, ut Equi.
[g] Ecce rem.
[h] *Navis*, in obscœnis est. Vide Lex. & Callige. *Res Venerea*.
[i] Sæpè malleo, dũ trita reficitur, extrà concussam, seu agitatam.
[k] Quemadmodũ in Officinâ Pellionis crebri & multi sunt pali lignei ad distendendas pelles & siccãdas: ita in hac Navi multi sunt: & palus palo proximus est. *Vel*: notat Pellionis cujusdam præparatam supellectilem. Fuit & *Pellio* malus Comœdiarum Actor. Bacch. 2. 2. ℣. 37.
[l] Incerta, & *ἀπόκρυφα* hæc sunt.
[m] Eundum mihi est, quò vocat.

Non imprudens advorsabar: hunc metuebam, ne mea
Vxori renuntiaret de Pallâ, & de Prandio.
Nunc, quando vis; eamus intrò. ER. *Etiam Parasitum* [a] *manes?*
MEN. *Neq, ego illum maneo, neq,* [b] *flocci facio: neq, si venerit,*
Eum volo intromitti. ER. *Ecastor haut invita fecero.*
Sed scin? quid te amabo, [c] *ut facias.* MEN. *Impera, quid vis, modò.*
ER. *Pallam illam, quam dudum dederas, ad* [d] *Phrygionem ut deferas;*
Vt reconcinnetur: atq, ut opera addantur, quæ volo.
MEN. *Herclè quin tu rectè dicis; eâdem* [e] *ignorabitur,*
Ne Vxor cognoscat, te habere; si in viâ conspexerit.
ER. *Ergò mox auferto tecum, quando abibis.* MEN. *Maxumè.*
ER. *Eamus intrò.* MEN. *Jam sequar te. hunc volo etiam conloqui.*
Ehò! Messenio; accede huc. MES. *Quid negotij'st?* MEN. *St! scire vis?*
MES. *Quid ergò?* MEN. [f] *Opu'st.* MES. Quid opu'st? MEN. *Scio; ut me* [g] *dices.* MES. *Tantò nequior* [h] *es.*
MEN. *Habeo prædam; tantum incepi operis. tu quantum potes,*
Abduc istos [i] *in Tabernam actutùm Divorsoriam.*
Tu facito, ante Solis occasum ut venias advorsùm mihi.
MES. *Non tu istas Meretrices novisti?* ERE. MEN. *Tace inquam* nunc jam:
Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stultè fecero.
Mulier hæc stulta, atq, inscita'st, quantum perspexi modò.
Est hic Præda nobis. MES. *Perl!* MEN. *Iamne abis?* MES. *Perijt probè.*
Ducit Lembum [k] *directum Navis Prædatoria.*
Sed ego inscitus, qui me Ero meo postulem moderarier.
Dicto me emit audientem, [l] *haut Imperatorem sibi.*
Sequimini; ut quod imperatum'st, veniam advorsùm [m] *temperi.*

[a] Expectas? Vide Lex.
[b] Ac ne flocci quidem facio. *Hyperbole.*
[c] Quod velim te orare, ut facias. Vide Lex. *Amare.*
[d] Qui acu pingit: *ein Sticker.*
[e] Eâdem opera seu ratione Palla reconcinnata immutabitur, ne ab Vxore agnoscatur.
[f] Opus incepi.
[g] Q. d. Scio, quem me dicturus sis: nequam sc. ac nihili hominem. Vide Pers. . . v. 12.
[h] Qui sciens tamen non caveas.
[i] Istos Navales pedes. supra 2. 1. v. 75.
[k] *Allegoria.* Ducit herum meũ Menæchmum captũ, & quasi sub dio erectum ac Cruci suspensum, Meretrix Mulier.
[l] Emit me sibi, ut parérem, non imperarem.
[m] Vt maturè sibi *adv. ven.*

ACTVS TERTII
SCENA I.
PENICULUS, Parasitus.

PLUS *triginta annis gnatus sum: quòm intereà loci*
Numquam quicquam facinus feci pejus, atq, scelestius,
Quàm hodiè; quòm in Concionem mediam me immersi miser.
Vbi, ego dum [a] *hieto, Menachmus se subterduxit mihi,*
Atq, abit ad Amicam, credo; neq, me voluit ducere.
Quem illum DI omnes perduint! qui primus commentu'st

[a] Dum inhio, & oscitor, χασμῶμαι. Hoc enim est, *Hiatare de fidiâ.* Germani dicunt: Gienaffen / oder Maulaffen feil haben.

Concio-

Concionem; hâc re qui Hominis occupatos occupat.
Non ad eam rem otiosos Homines decuit deligi?
Qui nisi adsint, quòm citentur, Census [a] *capiant ilicò.*
Adfatim est Hominum, indies qui singulas [b] *escas edint:*
Quibus negotij nihil est; qui esum neque vocantur, neque [c] *vocant:*
Eos oportet Concioni dare operam, atque Comitiis.
Si id ita esset, non ego hodie perdidissem Prandium,
Quoi tam credo datum [d] *noluisse, quàm me video vivere.*
Ibo etiamnum: reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego video Menachmum? cum [e] *Coronâ exit foràs.*
Sublatum 'st Convivium; edepol venio advorsùm [f] *tempori.*

[a] Pignoribus capiantur qui non venerint in concionem
[b] Qui semel tantū de die edunt; qui cœnam tantum, non prandium sumunt.
[c] Vide Lex. *Vocare.*
[d] Vide supr. ℣. 5.
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
[f] Commodum venio obviam.

ACTVS TERTII
SCENA II.

MENÆCHMUS-SOSICLES. PENICULUS, Parasitus.

POTINE? *ut quiescas, sid ego tibi hanc* [g] *hodiè probè,*
Lepidéq; concinnatam referam temperi?
Non faxo eam esse dices. ita ignorabitur.
PE. *Pallam ad Phrygionem fert confecto Prandio,*
Vino expoto, Parasito excluso foràs.
Non hercle is sum [h] *qui sum, ni hanc injuriam,*
Meque, ultus pulchrè fuero. observabo, quid agat:
Hominem post- deinde adibo ego hunc: atque adloquar.
ME. *Pro DI inmortales! quoi Homini umquam uno die*
Boni dedistis plus? qui minus' speraverit.
Prandi [i]*; potavi; Scortum accubui; abstuli*
Hanc; quojus hæres [k] *numquam erit post hunc diem.*
PE. *Nequeo, quæ loquitur, exaudire, clanculùm.*
Satur nunc loquitur de me, & de [l] *parti meâ.*
ME. *Ait; hanc dedisse me sibi, atque eam meæ*
Uxor surrupuisse: quoniam sentio
Errare, extemplò, quasi res cum eâ esset mihi,
Cœpi adsentari. Mulier quicquid dixerat,
Idem ego dicebam. quid multis verbis opu'st?
Minore nusquam benè [m] *fui dispendio.*
PE. *Adibo ad Hominem. nam turbare* [n] *gestio.*

[g] Pallam hanc.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti.*
[i] Inde, *Transus-posus*, dicitur is, qui temere negligenterque res suas agit.
[k] Dominus. *Festus.* Vide Lex.
[l] De meâ prandii portione. *parti* pro *parte.* ἀρχαϊκῶς.
[m] Numquam tam benè acceptus, & lepidè curatus fui minore sumtu. Vide Calligr. Tit. *Convivii. Lautia. Benè esse.* Truc. 4. 3. ℣. 8.
[n] Turbas excitare discupio.

ME. *Quis hic est? qui adversùm sit mihi.* PE. *Quid ais? Homo,*
Levior [a] *quàm pluma; pessume, & nequissume;*
Flagitium hominis; subdole, ac minumi pretI?
Quid de te merui? quâ me causâ perderes.
Ut surrupuisti te mihi dudum de Foro?
Fecisti [b] *funus meo absenti Prandio.*
Cur ausus facere [c]*? quoi ego aquè ac haris eram.*
ME. *Adulescens; quaeso, quid tibi mecum 'st rei?*
Qui mihi maledicas homini hic ignoto insciens?
An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Posteà [d]*?* PE. *eam quidem edepol te dedisse intellego.*
ME. *Responde, Adulescens; quaeso, quid tibi nomen 'st?*
PE. *Etiam derides? quasi nomen non noveris!*
ME. *Non edepol ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem*
Vidi; neq; novi. verùm certò, quisquis es,
Aequom si facias, mî odiosus [e] *ne sies.*
PE. *Non me novisti?* ME. *non negem; si noverim.*
PE. *Menaechme, vigila.* ME. *vigilo hercle equidem; quod sciam.*
PE. *Tuum Parasitum non novisti?* ME. *non tibi*
Sanum 'st, Adulescens, [f] *sinciput; ut intellego.*
PE. *Responde! surrupuistin' Uxori tuae*
Pallam istanc hodiè? eamque dedisti Erotio?
ME. *Neque hercle ego Uxorem habeo; neque ego Erotio*
Dedi, nec Pallam surrupui. PE. *satin' sanus es?*
[g] *Occisa 'st haec res. non ego te indutum foràs*
Exire vidi Pallam? ME. *vae Capiti tuo!*
Omnes [h] *Cinaedos esse censes; tu quia es.*
Tun' me indutum fuisse Pallam praedicas?
PE. *Ego hercle verò.* ME. *non tu abis? quò dignus es!*
Aut te [i] *piari jubes? Homo insanissume!*
PE. *Numquam edepol quisquam me exorabit, quin tuae*
Uxori rem omnem jam, uti sit gesta, eloquar.
Omnes in te istaec recident contumeliae.
Faxo haut inultum Prandium comederis.
ME. *Quid hoc negotii 'st? satine ut quemquem conspicor,*
Ita me ludificant! sed concrepuit ostium!

ACTUS

a Hyperbole proverbialis.
b Sepelivisti me absente prandiū: cōsumsisti omnia. Vide supr. 1. 2. ✝. 41.
c Hem! ô Vappa hominis! cur ausus tu sepelire hoc prandium, & illi justa facere, cum ego legitimus haeres nō adfuerim? Vide Elect. Plaut. Tit. *Funus.*
d τὸ *Posteà* Comicè παρέλκει, e molestus ne fies.
f non es mentis bene sanae. Vetter/ du wirst nicht wol under dem hütlein versehen seyn. Vide infr. 4. 2. ✝. 69.
g periit hoc negotiū. Vide Calligr. Tit. *Damni.*
h Molles & impudicos.
i Vide supr. 2. 2. ✝. 17. & Elect. pl. Tit. *Insania.*

ACTVS TERTII
SCENA III.

ANCILLA. MENÆCHMUS-SOSICLES.

MENÆCHME, *amare* [a] *ait te multùm Erotium,*
Vt hoc nunc *unâ operâ ad Aurificem deferas,*
Atque huic ut addas Auri tu pondo unciam,
Iubeasq, Spinther [b] *novom reconcinnarier.*
ME. *Et istud, & aliud, si quid curari volet,*
Me curaturum dicito, quicquid volet.
AN. *Scin' ? quod hoc sit Spinther.* ME. *nescio; nisi aureum.*
AN. *Hoc est, quod olim clanculùm ex Armario*
Te surrupuisse ajebas Vxori tuæ.
ME. *Numquam hercle factum' st.* AN. *non meministi? obsecro!*
Redde igitur Spinther, si non meministi. ME. *mane,*
Immò equidem memini. nempe hoc est, quod illi dedi.
AN. *Istuc,* MEN. *ubi illæ Armillæ sunt? quas unà dedi.*
AN. *Numquam dedisti.* MEN. *nampol hoc unà dedi.*
AN. *Dicam* [c] *curare?* MEN. *dicito; curabitur:*
Et Palla, & Spinther, saxo, referantur simul.
AN. *Amabo, mi Menæchme, Inauris da mihi*
Faciundas pondo duûm Nummûm [d] *Stalagmia,*
Vt te libenter videam, quòm ad nos veneris.
MEN. *Fiat! cedò Aurum: ego* [e] *manupretium dabo.*
AN. *Da sodes abs te: pòst ego reddidero tibi.*
MEN. *Immò cedò abs te.* AN. *ego pòst tibi reddam duplex.*
MEN. *Non habeo.* AN. *at tu quando habebis, tum dato.*
Numquid me vis? MEN. *hæc me curaturum dicito,*
Vt quantum [f] *possint, quique liceant, veneant.*
Iamne abijt intrò? abijt; operuit foris.
DI me equidem omnes adjuuant, augent, amant.
Sed quid ego cesso? dum datur mihi occasio,
Tempusque, abire ab his locis Lenoniis.
Propera, Menæchme; fer pedem: confer gradum!
Demam Coronam, atque abIciam ad lævam manum;
Vt, si qui sequantur, hàc me abijsse censeant.
Ibo, & conveniam Servom, si potero, meum,
Vt hæc, quæ bona dant DI mihi, ex me sciat.

a Amanter precari, & à caro homine rogare, & optare. Vide Lex.
b Armillam, aut fibulam in humeris. *Festus.*

c Dicam Erotio te, quæ oravit, curaturum.
d Inaures Stalagmia. Appositio. *Stalagmium* est Inaure oblongum ex baccâ pendulâ, à guttæ similitudine, quæ Græcè σταλαγμιον
e Pretium, quod datur pro opere manu facto: Handlohn.
f Fiat quamprimùm quàm citissime & quanti æstimantur sive liceant, vendantur.

ACTVS

ACTVS QVARTI
SCENA I.

MULIER, Vxor.
PENICULUS, Parasitus.

EGON' hic me patiar esse in Matrimonio?
Ubi Vir conpilet [a] *clanculùm, quicquid domi 'st:*
Atque id ad Amicam deferat? PE. *quin tu taces!*
Manufestò [b], *faxo, jam opprimes; sequere hàc modò,*
Pallam ad Phrygionem cum Coroná hinc *ebrius*
Ferebat, hodie tibi quam surrupuit domo.
Sed eccam! quam Coronam habuit. num mentior?
Hem! hàc [c] *abiit, si vis persequi vestigiis.*
Atq; e depol eccom ipsum! *optumè revortitur;*
Sed Pallam non fert. MU. *quid ego nunc cum illoc agam?*
PE. *Huc concedamus! ex insidiis aucupa.*

a Vide Lex. *Compilare.*

b H. e. Manifestum mendacii, erroris, maleficii.

c Laevorsùm, quà Coronam abjecerat.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

MENÆCHMUS-SURREPTUS.
MULIER, Vxor.
PENICULUS, Parasitus.

UT [d] *hoc utimur maximè more moro,*
Molestoque multùm! atque uti quique sunt
Optumi-Maxumi; morem habent hunc,
Clientis sibi omnes volunt esse multos:
Bonine [e] *an mali sint, id haut quaeritant.*
Res magis quaeritur, quàm Clientium
Fides quojusmodi clueat.
Si est Pauper, atque haut malus, nequam habetur.
Sin Dives malus est: is Cliens frugi habetur.
Qui neque [f] *Leges, neque Bonum usquam*
Colunt, sollicitos Patronos habent.

[illegible] quo pacto, [illegible] maximè [illegible] more, mul[illegible] atque molesto [illegible] [illegible] quaeritur magis, sintne divites, [illegible] sintne boni [illegible] Clientes. [illegible] Isti, qui neq; le[illegible], neq; aequum, [illegible] bonum sive [illegible] colunt, [illegible]

Datum

Datum dénegant, quod [a] *datum 'st. litium*
Pleni, rapaces, fraudulenti ſunt *viri;*
Qui aut fenore, aut perjuriis habent rem
Partam. mens eſt [b] *in querelis.*
Iuris ubi dicitur dies, ſimul
Patronis [c] *dicitur: quippe qui pro illis*
Loquantur, quæ malè fecerint; aut ad
Populum [d], *aut in* [e] *jure, aut ad* [f] *Iudicem res eſt.*
Sicut me hodiè nimis ſollicitum Cliens
Quidam habuit; neque quod volui, agere quicquam
Licitum 'ſt. ita me [g] *adtinuit; ita* me [h] *detinuit.*
Apud Ædilis [i] *prælis factis plurumis,*
Peſſumisq́, dixi cauſam. [k] *conditiones*
Tetuli tortas, confragoſas: aut plus,
Aut minus, quàm opus erat, multò; dixeram
Controverſiam [l], *ut Sponſio fieret.*
Quid ille? quid? Pradem [m] *dedit; nec magis*
Manufeſtum ego Hominem umquam ullum [n] *teneri vidi.*
Omnibus malefactis Teſtes tris aderant acerrumi.
DI illum omnes perdant! (ita mihi hunc hodiè [o] *corrupit diem.)*
Meque adeò, qui hodie Forum umquam oculis inſpexi meis.
Diem corrupi; optumum juſſi adparari Prandium:
Amica exſpectat me, ſcio. ubi primùm 'ſt licitum, ilicò
Properavi abire de Foro. irata 'ſt, credo, nunc mihi.
Placabit Palla, quam dedi, quam hodiè *Vxori abſtuli, atque huic*
Detuli Erotio. PEN. *quid ais?* MEN. *Viro me malo malè*
Nuptam. PEN. *Satin' audis, quæ illic loquitur?* MEN. *ſatis.* MEN. *ſi ſapiam,*
Hinc intrò abeam, ubi mihi benè ſit. MEN. *mane; malè erit potius.*
Na illam mecaſtor [p] *feneratò abſtuliſti. ſic* [q] *datur.*
Clanculùm te iſtæc flagitia facere cenſebas poteſſe?
MEN. *Quid illuc eſt, Vxor, negotij?* MEN. *men' rogas?* MEN. *vin' hunc rogem?*
PEN. *Aufer hinc palpationes. perge tu.* MEN. *quid tu mihi*
Triſtis es? MEN. *te ſcire oportet.* PEN. *ſcit; ſed diſſimulat malus.*
MEN. *Quid negotij 'ſt?* MEN. *Pallam.* MEN. *Pallam?* MEN. *Quidam Pallam;*
Quidam. PEN. *quid paves?*
MEN. *Nihil equidem paveo, niſi unum. Palla pallorem incutit.*
PEN. *At tu ne clam me comeſſes prandium! perge in Virum.*
MEN. *Non taces?* PEN. *Non hercle verò taceo: nutat; ne loquar.*

Aaa MEN. Non

[a] Sive mutuò, ſive commodatò.
[b] Nihil aliud cogitāt, quàm querelas.
[c] Vide Elect. Plaut. Tit. *Patronatus.*
[d] Comitiis centuriatim calatis, ſeu convocatis.
[e] apud Prætorem pro tribunali, ſellave poſita.
[f] vel à Prætore datum, vel à litigatoribus captum.
[g] Ita me in ſuo negotio occupatum retinuit.
[h] Ita me ab eo, quod acturus erā, avocatum tenuit.
[i] Curules majores, qui Ordinis Senatorii erant. Minores enim præerant Annonæ, & rebus venalibus, dicti: Ἀγορανόμοι:
[k] Conditiones tuli Adverſario obſcuras, perplexas, violētas: aut plus, aut multò minus fortè, quàm opus erat.
[l] ut Sponſione in certam pecuniam de Controverſia & lite tranſigeretur, ni Actor calūniaretur: aut Reus nocens eſſet. Vide Elect. Plaut. Tit. *Iudiciorum.*
[m] Cliens meus promiſit adverſario datis prædib. ſe ei ſatisfacturū.
[n] Convinci, coargui in omnibus criminibus, quæ obiiciebantur.
[o] quem ſc. delitiis conſumerem. Sic Aſin. 2. 2. ✠. 15. *Lacerare diem.* [p] Næ tu Pallam magna tua mercede h. e. magno tuo malo abſtuliſti. [q] Sermo caſtigantis, aut pœnas ſumentis, aut pœnas ſumptas eſſe gratulantis. Pœn. 5. 5. ✠. 7. Vide Lex.

MEN. *Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto, neque nicto tibi.*
MU. *Næ ego mecastor Mulier misera!* MEN. *quid tu misera es? mihi expedi.*
PEN. *Nihil hoc confidentius: qui, quæ vides, ea pérnegat.*
MEN. *Per Iovem! DEOSque omnis adjuro! (Uxor! satin' hoc est tibi?)*
Me isti non nutasse. PEN. *credit jam tibi de istis: illuc redi.*
MEN. *Quò ego redeam?* PEN. *equidem ad Phrygionem, censeo.* [a] *ei! Pallam refer.*
MEN. *Quæ istæc Palla 'st?* MU. *taceo jam: quando hic rem non meminit suam.*
MEN. *Numquis Servorum deliquit? num Ancillæ, aut Servæ tibi*
Responsant? eloquere. inpune non erit. PEN. *nugas agis.*
MEN. *Tristis admodùm es; non mihi istuc satis placet.* MU. *nugas agis.*
MEN. *Certè familiarium aliquoi irata es.* MU. *nugas agis.*
MEN. *Num mihi es irata saltem?* PEN. *nunc tu non nugas agis.*
MEN. *Non edepol deliqui quicquam.* PEN. *hem! rursùm nugas agis.*
MEN. *Dic, mea Uxor; quid tibi nunc ægrè 'st?* PEN. [b] *bellus blanditur tibi.*
MEN. *Potin'? ut mihi molestus ne sis? num te adpello?* MU. *aufer manum.*
PEN. *Sic datur. properato, absente me, comesse prandium.*
Pòst ante Ædis cum Coronâ me derideto ebrius.
MEN. *Neque edepol ego prandi; neque hodiè huc intrò tetuli pedem.*
PEN. *Tun' negas?* MEN. *nego hercle verò.* PEN. *nihil hoc homine audacius.*
Non ego te modò hìc ante ædeis cum Coronâ floreâ
Vidi adstare? quòm negabas, mihi esse sanum sinciput:
Et negabas me novisse: peregrinum ajebas esse te.
MEN. *Quin, ut dudùm divorti abs te, redeo nunc demùm domùm!*
PEN. *Novi ego te. non mihi censebas esse, quî te ulciscerer.*
Omnia hercle Uxori dixi. MEN. *quid dixisti?* PEN. *nescio;*
Eam ipsus roga. MEN. *quid hoc est? Uxor. quidnam hic narravit tibi?*
Quid id est? quid taces? quin dicis! quid sit. MU. *quasi tu nescias!*
Palla mihi 'st domo surrupta. MEN. *Palla surrupta 'st tibi?*
MU. *Men rogas?* MEN. *pol haut rogem te; si sciam.* PEN. *ô Hominem malum!*
Ut dissimulat! MU. *non potes celare: rem novi probè.*
PEN. *Omnia hercle ego edictavi.* MEN. *quid id est?* MU. *quando nihil pudet;*
Neque vis tuâ [c] *voluntate ipsè profiteri: audi; atque ades!*
Et quid sim tristis, & quid hic mihi dixerit, faxo, scias.
Palla mihi 'st domo surrupta. MEN. *Palla surrupta 'st tibi?*
PEN. *Viden'? uti scelestus* [d] *captat!* [e] *huic surrupta 'st, non tibi.*
Nam profectò tibi surrupta si esset, salva nunc foret.
MEN. *Nihil mihi tecum 'st. sed quid tu ais?* MU. *Palla, inquam, periit domo.*
MEN. *Quis eam surrupuit?* MU. *pol istuc ille scit, qui illam abstulit.*
MEN. *Quis hic homo 'st?* MU. *Menæchmus quidam.* MEN. *edepol factum nequiter.*
Quis is Menæchmus est? MU. *tu istic, inquam.* MEN. *egóne?* MU. *tu.* MEN. *quis arguit?*

a h. e. *i.* antiquè.
b Vide Lex. *Bellus.*
c *h. e.* sponte.
d Verbis captiosè ludit. Similes captiones sunt Aul. 4.4.ỷ.8. Capt. 4.2. ỷ.14.
e *h. e.* in usum ipsius: ut esset, quæ daret Erotio: non in tuum usum.

Digitized by Google

MU. *Egomet.* PEN. *& ego. atque huic Amicæ detulisti Erotio.*
MEN. *Egón' dedi?* PEN. *tu istic; inquam. vin' adferri Noctuam?*
Quæ [a] TOV! TOV! *usque dicat tibi. nam nos jam, nos defessi sumus.*
MEN. *Per Jovem! DEOSque omnis adjuro! (Vxor! satin' hoc est tibi?)*
Non dedisse. [b] PEN. *immò hercle verò; nos non falsum dicere.*
MEN. *Sed ego illam non condonavi; sed* [c] *sic utendam dedi.*
MU. *Equidem Ecastor tuam nec Chlamydem doforàs, nec Pallium*
Quoiquam utendum. Mulierem æquom' st, vestimentum muliebre
Dare forás: Virum, virile. quin refers Pallam domum?
MEN. *Ego faxo, referetur.* MU. *è re tuâ, ut opinor, feceris.*
Nam domum numquam introibis, nisi feres Pallam simul.
MEN. *Ego* [d] *domum!* PEN. *quid mihi futurum'st? qui tibi hanc operam dedi.*
MU. *Opera reddetur; quando quid tibi erit surruptum domo.*
PEN. *Id quidem edepol numquam erit. nam nihil est, quod perdam domi.*
Cum Viro, cum Vxore DI vos perdant! properabo ad Forum:
Namque ex hac familiâ me planè excidisse intellego.
MEN. *Malè mihi Vxor sese fecisse censet, quòm excludit* [e] *forás.*
Quasi non habeam! quò intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi displiceo, patiundum. at placuero huic Erotio:
Quæ me non excludit ab se, sed apud se occludet domi.
Nunc ibo: orabo, ut mihi Pallam reddat, quam dudum dedi.
Aliam illi redimam meliorem. heus! ecquis hic est Janitor?
Aperite! atque Erotium [f] *aliquis evocate antè ostium.*

[a] Alludit ad vocē Noctuæ: *Tou, Tou,* pleno *ou*, non Gallico *u*. Græcè τὺ τυ. nam τυτώ, Noctuam notat.
[b] *Sc.* me: sed commodasse, ut quūm libuerit, possim eandem repetere.
[c] δεικτικῶς. Vide Trin. 5. 2. ✠. 6.
[d] *sc.* Introibo?
[e] Mil. 4. 1. ✠. 10.
[f] Nota syntaxin.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

EROTIUM. MENÆCHMUS-SURREPTUS.

QVIS *hic me quærit?* ME. *sibi inimicus magis, quàm* [g] *Ætati tuæ.*
ER. *Mêi Menæchme; cur ante Ædis adstas? sequere intrò.* ME. *mane.*
Scin'? quid est, quòd ego ad te venio. ER. *scio; ut tibi ex me sit* [h] *volup'.*
ME. *Immò edepol Pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,*
Mihi eam redde. Vxor rescivit rem omnem, ut factum'st, ORDINE.
Ego tibi redimam bis tantò pluris Pallam, quàm voles.
ER. *Tibi dedi equidem illam, ad Phrygionem ut ferres paulò prius.*
Et illud Spinther, ut ad Aurificem ferres, ut fieret novom.
ME. *Mihi tu dederis Pallam, & Spinther! numquam factum* [i] *reviceris.*
Nam ego quidem postquàm illam dudùm tibi dedi, atque abij ad forum,

[g] *H. e.* tibi.
[h] Vide Lex. *Volupe.*
[i] *h. e.* Numquam evinces, aut probabis te mihi dedisse.

Nunc redeo, nunc te postillà video. ER. *video, quam rem agis.*
Quia [a] *conmisi; ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam.*
MEN. *Neq; pol te defrudandi causâ posco. quin tibi*
Dico; Vxorem rescivisse. ER. *nec te ultrò oravi, ut dares:*
Tute ultrò ad me detulisti, dedisti eam dono mihi;
Eandem nunc reposcis. patiar; tibi habe! aufer: utere
Vel tu, vel tua Vxor, vel etiam in oculos [b] *conpingite.*
Tu huc, post hunc diem, pedem intrò non feres; ne frustrà sis;
Quando tu me benè merentem tibi habes despicatui.
Nisi feres Argentum, frustrà [c] *me ductare non potes.*
Aliam posthàc invenito, [d] *quam tu habeas frustratui.*
MEN. *Nimis iracundè hercle tandem. heus tu! tibi dico; mane;*
Redi! ER. *etiamne astas? etiam* [e] *audes meâ revorti gratiâ?*
MEN. *Abit intrò; occlusit Ædis. nunc ego sum* [f] *exclusissumus.*
Neque domi, neq; apud Amicam, mihi jam quicquam creditur.
Ibo; & consulam hanc rem Amicos, quid faciundum censeant.

[a] *sc.* pallam.
[b] defigite.
[c] sine mercede me ut Scortum, ductare non potes. *Vel*; promissis, inanibus me lactare non potes.
[d] Quam sic temerè deludas.
[e] Vis? dignaris?
[f] Vide Curc. 1. 1. ✠. 25.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

MENÆCHMUS-SOSICLES. MULIER.

NIMIS *stultè dudùm feci, quòm marsupium*
Messenioni cum Argento concredidi.
Inmersit [g] *aliquò sese, credo, in Ganeum.*
MU. [h] *Provisam, quàm mox Vir meus redeat domum.*
Sed eccom video! salva sum; Pallam refert.
MEN. *Demiror; ubi nunc ambulet Messenio.*
MU. *Adibo; atque Hominem* [i] *accipiam, quibus dictis meret.*
Non te pudet prodire in conspectum meum?
Flagitium hominis! cum istoc ornatu? MEN. *quid est?*
Quæ res te agitat? Mulier! MU. *etiamne tu inpudens*
Muttire [k] *unum verbum audes? aut mecum loqui?*
MEN. *Quid tandem admisi in me? ut loqui non audeam?*
MU. *Rogas me? ô Hominis inpudentem audaciam!*
MU. *Non tu scis? Mulier,* [l] HECUBAM *quapropter Canem*
GraI esse prædicabant? MU. *non equidem scio.*
MEN. *Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis.*

[g] Conjecit se penitus in Ganeum aliquod.
[h] foràs egressa visam.
[i] Acriter objurgabo.
[k] Vide Lex. *Muttire.*
[l] Hecubam, velut Canem Græci lapidib. insectati sunt: quia maledicta in quemvis obvium è Græcis ingerebat. Et propter hanc animi acerbitatem, & rabiem, fingitur in Canem esse cōversa. Vide Fabb.

Omnia

Digitized by Google

Omnia mala ingerebat [a], *quemquem adspexerat:*
Itaq; [b] *adeò jure cœpta adpellar' est* Canes.
Mu. *Non istæc ego flagitia possum pérpeti.*
Nam me ætatem meam *Viduam esse mavolim,*
Quàm istæc flagitia tua pati, quæ tu facis.
MEN. *Quid id ad me? tu te nuptam possis perpeti?*
An sis abitura à tuo Viro? an mos est ita [c] *hic?*
Peregrino ut advenienti narrent fabulas.
Mu. *Quas fabulas? non, inquam, patiar* [d] *præterhàc,*
Quin Vidua vivam, [e] *quàm tuos mores pérferam.*
MEN. *Meâ quidem hercle causâ Vidua vivito,*
Vel usq; dum Regnum obtinebit [f] Juppiter.
Mu. *At mihi negabas dudum subrupuisse te;*
Nunc eandem ante oculos [g] *ádtines. num te pudet?*
MEN. *Heu! hercle Mulier multùm & audax, & mala's:*
Tun' tibi hanc subruptam dicere audes? quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem.
Mu. *Næ istuc Mecastor jam Patrem arcersam meum,*
Atq; ei narrabo tua flagitia, quæ facis.
[h] *Ei, Decio, quære meum Patrem; simul*
Vt veniat ad me: ita rem [i] mihi *esse dicito.*
Jam ego aperiam istæc tua flagitia. MEN. *Sanan' es?*
Quæ mea flagitia? Mu. *Pallam, atq; Aurum meum*
Domo quòm [k] *suppeilas tua Vxori, & tua*
Degeris [l] *Amicæ. satin' hæc rectè fabulor?*
MEN. *Quæso hercle, Mulier; si scis, monstra,* [m] *quod bibam,*
Tuam qui possim perpeti petulantiam.
Quem túte Hominem me *arbitrare?* Mu. *Nescio.*
MEN. *Ego te simitu* [n] *novi cum* [o] *Parthaone.*
Mu. *Si me derides, at pol illum non potes,*
Patrem meum, qui huc advenit. quin respicis!
Novistin' tu illum? MEN. *Novi. cum* [p] *Calchante simul*
Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.
Mu. *Negas novisse me? negas Patrem meum?*
MEN. *Idem hercle dicam, si Avom vis adducere.*
Mu. *Ecastor pariter hoc, atq; alias res soles.*

a Quemcunque *asp. in eum*, &c.
b Vide Lex. *Adv.*
c Epidamni.
d Præterea: amplius. Vide Lex.
e *Sc.* potiùs. Vide Lex. *Ellipsis.* Cas. 2.3.✱.35. Rud. 4.4. ✱.70. Lucę 8.✱.14.
f *H. e.* æternum.
g Tenes: retines.
h *H. e.* i. antiquè. Meinethalben/ du magst es thun/ etc. infr. 5.7.✱.47.
i Narra ei, hũc esse statum meum. Sage ihm/ es gehe mir also hie.
k Vide Lex. *Compilare.*
l Et ad tuam Amicam defers.
m Doce, quod medicamentum bibam, quo tuam maledicentiam perferre possim. *Allegoria* à Medicis, & Pharmacopolis; qui dant medicamẽta quędam, quibus epotis, aut venenum impunè sumi potest, aut jam sumtum tolerari.
n Simul. Vide Lex.
o Parthaon Pater Oenei Ætoliæ Regis, Dejaniræ Patris.
p Testoris filio, qui arte divinandi plurimùm pollebat in exercitu Græcorum ad Trojam.

 ACTVS

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA II.

SENEX. MULIER. MENÆCHMUS-SOSICLES.

VT ætas mea'ſt; atq; ut [a] hoc uſus facto'ſt;
Gradum proferam; progredi properabo.
Sed id quàm facilè ſit mihi, haut ſum falſus.
Nam pernicitas deſerit: cónſitus [b] ſum
SENECTUTE; *onuſtum gero corpus: vires*
Reliquére. ut ætas [c] mala'ſt! mala merx [d] ergò'ſt.
Nam res plurumas peſſumas; quòm advénit, adfert.
Quas ſi autumem omnis; nimis longus ſermo'ſt.
Sed hæc res mihi in pectore, & corde dura'ſt,
Quidnam hoc ſit negotij; quòd Filia ſic
Repentè expetit me ut ad ſeſe [e] irem:
Nec, quid id ſit, mihi certius facit,
Quid velit; quid me [f] arcerſit.
Verùm propemodùm jam ſcio, quid ſiet rei:
Credo cum Viro litigium gnatum eſſe aliquod.
Ita iſtæc ſolent, quæ Viros ſubſervire
Sibi poſtulant; Dote fretæ [g] feroces.
Et illi [h] quoq; haut abſtinent ſæpè culpâ:
Verùm'ſt modus tamen, quoad pati Vxorem oportet.
Nec pol Filia umquam Patrem arcerſit ad ſe,
Niſi aut commiſſi, aut jurgI'ſt cauſa.
Sed quicquid id eſt; jam ſciam. atq; eccam eampſe
Ante Ædis, & ejus triſtem Virum video!
Id eſt, quod ſuſpicabar. Adpellabo hanc:
Ibo advorsùm. MU. *Salve multùm! mi Pater.*
SE. *Salva ſis!* [i] *ſalvan'? advenio. ſalvan? arcerſi jubes?*
Quid tu triſtis es? quid ille autem abs te iratus [k] deſtitit?
Neſcio-quid vos [l] velitati eſtis inter vos duos.
Loquere, uter meruiſtis culpam; paucis: non longos [m] logos.
MU. *Nuſquam equidem quicquam deliqui. hoc primùm te abſolvo, Pater:*
Verùm vivere hic non poſſum, neq; [n] durare ullo modo.

Proin'

a Vt in rem conducit; hoc agendum eſt mihi.

b *Metaphora*: ab agris ſemine cónſitis.

c Senectus.

d Ætas nihili eſt. Es iſt ein arme Wahr vmb das Alter. Merc. 4.1. ℣.7.

e Domo mea ad ſe *h.e.* in Villam ſuam. Sic Cic. *à nobis diſceſſi. h.e.* domo noſtra. Vide Lex. A.

f Cur me accerſiverit.

g Vide Lex. *Ferox.*

h Neq; Viri ſæpè extrà culpã ſunt. Die Männer machens auch etwa nicht recht.

i Subaudi: *res.* Sic ſciſcitabantur de fortuna domeſtica. Vide Calligr. Tit. *Salutandi. Salvene res veſtræ ſunt?* Wie ſtehts daheim?

k Quid abs te tam lõge remotus eſt? Wie ſteht er ſo weit von dir?

l Vide Lex. *Velitari.* Rud. 2.6. ℣.41.

m Sc. facias. Vide Lex. *Logi.*

n Vide Lex. *Durare.*

Digitized by Google

Proin' tu me hinc abducas. SE. *Quid istuc autem 'st?* MU. *Ludibrio, Pater,*
Habeor. SE. *Unde?* MU. *Ab illo, quoi me* [a] *mandavisti, meo Viro.*
SE. *Ecce autem litigium! quotiens edixi tandem tibi?*
Ut caveres; neuter ad me iretis cum querimoniâ.
MU. *Qui ego istuc, mi Pater, cavere possum?* SE. *Men' interrogas?*
MU. *Nisi* [b] *non vis.* SE. *Quotiens monstravi tibi? Viro ut morem geras.*
Quid ille faciat, ne id observes: quò eat; quid rerum gerat.
MU. *At enim ille hinc amat Meretricem ex proxumo.* SE. *Sanè* [c] *sapit.*
Atq; ob istanc industriam, [d] *etiam, faxo, amabit amplius.*
MU. *Atq; ibi potat.* SE. *Tuan' quidem ille causâ potabit minus!*
Sive illic, sive alibi libebit. quæ hæc, malum! inpudentia 'st?
Unâ operâ [e] *prohibere, ad Cenam ne promittat, postules:*
Neve quemquam [f] *accipiat alienum apud te. servire'n tibi*
Postulas Viros? dare unâ [g] *illi operâ pensum postules:*
Inter Ancillas sedere jubeas; lanam [h] *carpere.*
MU. *Non equidem mihi te advocatum, Pater, adduxi, sed Viro.*
Hinc [i] *stas, illim causam dicis.* SE. *Si ille quid deliquerit;*
Multò tantò illum accusabo, quàm te accusavi, amplius.
Quando te auratam, & vestitam benè habet; Ancillas, Penum,
Rectè [k] *prahibet: melius sam nam* [l] *est, Mulier, mentem sumere.*
MU. *At ille suppeilat mihi Aurum, & Pallas ex Arcis modò:*
Me despoliat; mea ornamenta clam me ad Meretricis [m] *degerit.*
SE. *Malè facit, si istuc facit: si non facit, tu malè facis,*
Qua insontem insimules. MU. *Quin etiam nunc habet Pallam, Pater:*
Et Spinther, quod ad hanc detulerat. nunc quia rescivi, refert.
SE. *Jam ego ex hoc, uti factum 'st, scibo; ibo ad Hominem, atq; adloquar.*
Dic mihi istuc, Menæchme; quod vos dissertatis, ut sciam.
Quid tu trux es? quid illam autem iratam abs te destituis?
MEN. *Quisquis es,* [n] *quicquid tibi nomen est, Senex, summum Jovem,*
DEOSq; [o] *do testes!* SE. *Quâ de re,* [p] *aut quojus rei, rerum omnium?*
MEN. *Me neq; isti malè fecisse Mulieri; neq; quod me arguit.*
Hanc [q] *domo ab se subrupuisse, atq; abstulisse;* [r] *delurat.*
Si ego intrà Ædis hujus umquam, ubi habitat, penetravi pedem,
Omnium Hominum exopto ut fiam miserorum miserrumus!
SE. *Sanus'n es? qui istuc exoptes, aut neges, te umquam pedem*
In eas Ædis intulisse, ubi habitas; insanissume!
MEN. *Tun', Senex, ais habitare me hîc in illisce ædibus?*
SE. *Tu negas?* MEN. *Nego hercle verò.* SE. *Immò hæc ludicrè negas:*
Nisi quò nocte hâc emigrasti. concede huc! Filia.
Quid tu agis? num hinc emigrasti? MEN. *Quem in locum? aut* [s] *ob rem? obsecro!*

SE. Nou-

a Cui me in matrimonium collocasti: cujus fidei conjugali me tradidisti.
b Nisi nolis.
c Qui sic jucundè vivit: ex sententia vulgi.
d Quia istam diligentiam adhibes in observando Viro, quid rerum gerat: fecero ego, ut magis amet.
e Si invitetur: vocetur ad cænam: per te adire non poterit.
f Neve aliquem alienum, peregrinum excipiat convivio, tu prohibebis: per te non poterit.
g Eadem opera æquum esse censeas, Viro dare colum, & lanam.
h Sive; *Carere*: ut legit Nonius. Die Wolle Kartetschen. Vide Lex. *Carere*.
i A mea parte stas; pro illo causam dicis. *h.e.* prævaricaris. Cal.; 3. ✠. 5. *Illim*: pro, *illinc*. antique.
k Vide Lex. *Prahibere. h.e.* præbere.
l Vide Calligr. *Animi*. Amph. 5.1 ✠. 31. τὸ *m* in *samnâ* est ἐπένθεσις. ut in *thensaurus, formonsus*, ab *sumendo*.
m Defert.
n Nota synt. *quicquid nomen*.
o Testes invoco.
p Ad quam rem ex rebus omnib. ita Iovem testaris?
q Hanc pallam, quam fero.
r Antique. Vide Lex. *Delirare*.
s Aut quiobrem.

SE. *Non edepol scio.* MU. *Profectò ludit te hic.* SE. *Non tu te* [a] *tenes?*
SE. *Jam verò, Menæchme, satis jocatus es: nunc hanc rem age.*
MEN. *Quæso, quid mihi tecum'st? unde? aut quis tu homo's?* quid feci ego
Tibi? aut adeò isti? quæ mihi molesta'st quoquo modo.
MU. *Viden' tu illi oculos* [b] *virére? ut viridis exoritur colos*
1 *Ex temporibus, atq; fronte! ut oculi scintillant! vide.*
5 MEN. *Quid mihi meliu'st? quàm quando illi me insanire prædicant;*
6 *Ego me adsimulem insanire? ut illos à me absterream!*
3 MU. *Vt* [c] *pandiculans oscitatur! quid nunc faciam? mi Pater.*
4 SE. *Concede huc! mea Gnata; ab istoc, quàm potest, longissumè.*
7 [d] *Evoe! Evie! Bromie! quò me in Sylvam venatum vocas?*
MEN. *Audio: sed non abire possum ab his Regionibus:*
Ita illa me ab lævâ rabiosa Femina adservat Canis.
Pòst autem illic [e] *Hircos salius, qui sæpè ætate in suâ*
Perdidit Civem innocentem falso testimonio.
SE. *Væ capiti tuo!* MEN. *Ecce! Apollo mihi ex Oraculo imperat;*
Vt ego illi oculos exuram [f] *lampadibus ardentibus.*
MU. *Peri* [g] *mihi! Pater. minatur mihi oculos exurere.*
2 MEN. *Heu mihi! insanire me ajunt, ultrò quòm ipsi insaniunt.*
SE. *Filia; heus!* MU. *Quid est? quid agimus?* SE. *Quid si ego huc Servos* [h] *cito!*
Ibo; adducam, qui hunc hinc tollant, & domi devinciant;
Priusquàm turbarum quid faciat ampliùs. MEN. *Enimverò nisi*
Occupo [i] *aliquid mihi consilium, hi domum me ad se auferent.*
Pugnis [k] *me votas in hujus ore quicquam parcere?*
Ni jam his oculis abscedat in malam magnam Crucem;
Faciam, quod jubes, Apollo. SE. *Fuge domum, quantum potest.*
Ne hic te obtundat. MU. *Fugio: amabo! adserva istunc, mi Pater,*
Ne quò hinc abeat. sumne ego Mulier misera? quæ illæc audio.
MEN. *Haut malè illanc amovi. nunc hunc* [l] *ego inpurissumum,*
Barbatum, tremulum [m] *Titanum,* [n] *Cygno prognatum.*
Ita mihi imperas, ut ego hujus membra, atq; ossa, atq; [o] *artua*
Comminuam illo scipione, quem ipse habet. SE. *Dabitur malum,*
Me quidem si attigeris; aut si propius ad me accesseris.
MEN. *Faciam, quod jubes; securim capiam ancipitem; atq; hunc*
Senem ossetim dedolabo; & assulatim [p] *viscera.*

SE. *Enim-*

[a] Non cohibes te? non abstines? non nosti ædes tuas? Cas. 1.1. ℣. 22. Hält du dein Mau zu!
[b] Signa hominis iracundi, cui ex furore omnia mēbra nativum mutarunt colorem.
[c] *Pandiculari* dicūtur, qui toto corpore oscitantes extenduntur: eò quod pandi fiunt. *Festus.*
[d] Quia Menæchmus se furere, & bacchari simulat, usurpat vocabula, quibus Bacchantes utebantur. *Evoi! Evius & Bromius*, Bacchi nomina.
[e] Quia Capras saliat. ut Hircus salius, fœdissimi est odoris. Most. 1.1. ℣. 40.
[f] Maleficis & sontibus oculos exurebant: & Insani sibi male conscii somniabant, se teneri tædis Furiarum ardentibus. Vide Elect. Pl. Tit. *Conscientia.*
[g] τὸ *mihi* περιττόν.
[h] Voco.
[i] Nisi maturè consilium aliquod cepero.
[k] Clarè hæc iterū loquitur. Vetásne, Apollo, me quicquā meis pugnis in hujus Mulieris ore parcere? *q. d.* Non parcam. τὸ *votas*, antiquè; pro: *vetas*. [l] *Sc.* amovebo. [m] Vide Proverb. *Titanicus aspectus*: de tetrico & torvo. *Titani* terræ & cœli Filij, qui Iovem regno præcipitare conati sunt. [n] Plures fuerunt Cygni. unus Martis Filius: alter Neptuni tertius Ligurum Rex. Sic autem hic Senex vocatur, quod esset capite cano. [o] Artus. *Nonius.* [p] Diminuam minutatim viscera. *Assulæ* proprie sunt fragmenta in cædendo marmore dissipata: atq; adeo omnia, quę, dum franguntur, in longitudinem magis, quàm in latitudinem dissiliunt. Merc. 1.2. ℣. 20. Repetendum autem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: & *dedolabo assul. viscera.* Est autem *Ossetim dedolare*, idem, quod alibi noster Truc. 2.7. ℣. 55. 60. ait: *ossatim conficere.* Vt ab *ossa*, factum, *ossatim*: ita ex *osse*, fit, *ossetim.*

Digitized by Google

SE. *Enimverò illud præcavendum'st, atq; adcurandum'st mihi:*
Sanè ego illum metuo, ut minatur; ne quid malè faxit mihi.
MEN. *Multa mihi imperas, Apollo. nunc Equos junctos jubes*
Capere me indomitos, ferocis; atq; in currum inscendere,
Vt ego hunc próteram Leonem [a] *Getúlum, olentem, edentulum.*
Jam adstiti in currum; jam lora teneo; jam [b] *stimulum in manu'st.*
Agite Equi! facitote; sonitus ungularum [c] *adpareant*
Cursu celeri: facite in flexu sit pedum pernicitas.
SE. *Mihin' tu Equis junctis minare?* MEN. *Ecce, Apollo, denuò*
Me jubes facere impetum in eum, qui stat; atq; occidere.
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de [d] *curru déripit?*
Imperium tuum demutat, atq; dictum [e] *Apollinis.*
SE. *Heu hercle morbum acrem ac durum! DI vostram fidem!*
Vel hic, qui insanit, quàm valuit paulò prius!
Ei derepentè tantus morbus incidit.
Ibo: atq; arcersam Medicum jam, [f] *quantum potest.*

a Ita vocat Senec: quia Getulia ferax Leonum.
b τὸ *Stimulum*. & ὁ *Stimulus*.
c Audiantur.
d Alludit ad Palladem Homericam, quæ Achillem capillis à pugna revocavit.
e Nota syntaxin. *Tuum edictum Apollinis.* qualis est illa apud Horat. lib. 1. Sat. 4. ℣. 25. Et Cic. *Tuum hominis pectus simplicis vidimus.* & infr. Pseud. 3. 1. ℣ 4. Alij τὸ *Apollinis* sumunt casu vocandi antiquo: ut, *Fulminis, Vulturis.*
f Quàm citissimè fieri potest.

ACTVS QVINTI
SCENA III.

MENÆCHMUS. SENEX.

IAMNE *isti abierunt, quæso, ex conspectu meo?*
Qui me vi cogunt, ut [g] *validus insaniam?*
Quid cesso abire ad Navem? dum salvo licet.
Vosq; omnis quæso; si Senex revenerit,
Ne me indicetis, quâ plateâ hinc aufugerim.
SE. *Lumbi sedendo; oculi exspectando dolent.*
Manendo [h] *Medicum, dum se ex* [i] *opere recipiat.*
Odiosus tandem vix ab ægrotis venit:
Ait se obligasse crus fractum [k] *Æsculapio;*
Apollini autem brachium. nunc cogito,
Vtrum me dicam ducere Medicum, an [l] *Fabrum.*
Atq; eccom incedit! move formicínum [m] *gradum.*

g Sanus.
h Expectando Medicum, sive chirurgum. Vide Lex. *Medicus.*
i In quo versatur Medicina.
k Attrogantia Medici, qui se Diis medicinam adhibuisse gloriatur.
l Qui se fracta membra, tamquã ædificia sarcire, glorietur.
m Accelera, Medice: ut solent formicæ spisso gradu incedere. Vide Calligr. Tit. *Eundi.*

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA IV.

Medicus. Senex.

QVid esset illi morbi dixeras? narra; Senex.
Num Lariatus [a] *aut Cerritus* [b]; *fac sciam.*
Num eum Veternus, aut Aqua-intercus tenet?
Se. *Quin eâ te causâ duco, ut id dicas mihi;*
Atq; illum ut sanum facias. Me. *Perfacilè id quidem 'st.*
Sanum futurum, meâ ego id promitto fide.
Se. *Magnâ cum curâ ego illum curari volo.*
Me. *Quin suspirabo* [c] *plus sescenta in dies:*
Ita ego illum cum cura magnâ curabo tibi.
Se. *Atq; eccom ipsum Hominem!* Me. *Observamus; quam rem agat.*

a Furiosus, aut mente motus.
b Scil. est: Vel, fit. Vide Lex.
c Iocus in ambig. *cura.* Significat enim & *θεραπείαν* medicam, & angorem animi.

ACTVS QVINTI
SCENA V.

Menæchmus-Surreptus. Senex. Medicus.

EDepol næ hic Dies pervorsus, atq; adversus mihi obtigit!
Quæ me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palàm
Parasitus, qui me conpleBit flagitij, & formidinis:
Meus Vlyxes [d], *suo qui Regi tantum concivit mali.*
Quem ego hominem, si quidem vivo; vitâ evolvam [e] *suâ.*
Sed ego stultus sum, qui illius [f] *esse dico, quæ mea sit.*
Meo ci Vo & sumptu educatu'st: animâ privabo Virum.
Condignè autem hæc Meretrix fecit; ut mos est Meretricius.
Quia rogo, Palla ut referatur rursùm ad Vxorem meam,
Mihi se ait dedisse. heu! edepol næ ego Homo vivo miser!
Se. *Audin'? quæ loquitur.* Med. *Se miserum prædicat.* Se. *Adeas velim.*

d Quo utebar cõsiliario & administro, ut Agamemnon Vlysse ad Trojam.
e Sumtum hoc à fusis aut stamine Parcarum: sive etjam à saxis, quę de monte devolvuntur. Idem autem hic *evolvere*, quod in omnibus MSS. Pall. exstat: atque *devolvere*: uti vulgo hic legitur.
f Qui vitam esse illius dico, q̃ mea est. meo enim sumtu Parasitum hucusq; alui.

Me. Sal-

MED. *Salvos sis! Menæchme. quæso, cur* [a] *apertas brachium?*
Non tu scis? quantum isti morbo nunc tuo facias mali?
MEN. *Quin tu te suspendis!* SE. *Ecquid sentis?* MED. *Quid ni sentiam?*
Non potest hæc res [b] *Ellebori jungere obtinerier.*
Sed quid ais? Menæchme. MEN. *Quid vis?* MED. *Dic mihi hoc, quod te rogo*
Album, an atrum [c] *Vinum potas?* MEN. *Quin tu is in malam Crucem!*
MED. *Jam hercle occeptat insanire primulùm.* MEN. *Quin tu me interrogas!*
Purpureum Panem, an Puniceum soleam ego [d] *esse, an luteum?*
Soleamne esse Avis squamosas, Piscis pennatos? SE. *Papæ!*
Audin' tu? deliramenta loquitur! quid cessas dare
Potionis aliquid? priusquam [e] *pércipit insania.*
MED. *Mane modò; etiam percontabor alia.* SE. *Occidis* [f] *fabulans!*
MED. *Dic mihi hoc etiam. solent tibi umquam Oculi duri* [g] *fieri?*
MEN. *Quid! tu me Locustam* [h] *censes esse? Homo ignavissume!*
MED. *Dic mihi.* [i] *en umquam Intestina tibi crepant? quod sentias.*
MEN. *Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio; tum crepant.*
MED. *Hoc quidem edepol haut pro* [k] *insano verbum respondit mihi.*
Perdormiscin' usq; ad lucem? Facilèn' tu dormis [l] *curans?*
MEN. *Perdormisco; si resolvi Argentum, quoi debeo.*
Qui te Juppiter, Diq; omnes, Percontator, perduint!
MED. *Nunc Homo insanire occeptat. de illis* [m] *verbis cave tibi.*
SE. *Immò modestior nunc quidem 'st de* [n] *verbis, praut dudùm fuit.*
Nam dudùm Vxorem suam esse ajebat rabiosam Canem.
MEN. *Quid ego dixi?* SE. *Insanis inquam.* MEN. *Egóne?* SE. *Tu istic; qui mihi*
Etiam me junctis quadrigis minitatu's prosternere.
Egomet hæc te vidi facere; egomet hæc te arguo.
MEN. *At ego te sacram Coronam* [o] *subrupuisse ajo Jovis:*
Et ob eam rem in Carcerem ted esse conpactum, scio.
Et postquàm es emissus, cæsum Virgis sub [p] *Furcâ, scio.*
Tum Patrem occidisse; & Matrem vendidisse, etiam scio.
Satin' hæc [q] *pro sano maledicta maledictis respondeo?*
SE. *Obsecro hercle, Medice; properè, quicquid facturus, face.*
Non vides Hominem insanire? MED. *Scin'? quid facias optumum 'st.*
Ad me, face, uti deferatur. SE. *Itan' censes?* MED. [r] *Quippini!*
Ibi meo arbitratu potero curare Hominem. SE. *Age, ut lubet.*
MED. *Elleborum potabis, faxo, aliquos* [s] *viginti dies.*
MEN. *At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.*
MED. *I; arcesse* [t] *Homines, qui illum ad me deferant.* SE. *Quot sunt satis?*

Bbb 2   50 ME. Pro-

a Crebrò aperis.
b Non potest hujus ægri sanitas tanta Ellebori copia obtineri, quanta ex agri jugere meti potest. τὸ n in *jungere*; est inibitens antiqua: qualem sæpius jam adnotavimus è cascis Membranaceis MSS. Pall.
c Quia Vinum non cujusq; coloris ægro conducit.
d Edere.
e Penitùs capit. τὸ *per* est αὐξητικόν. Vide Lex.
f Occidis hominem tuis fabulis. Medicus garrulus alter ægroto morbus.
g Ex atra bile. Vide Elect. Plaut. Tit. *Morborum.*
h Locustæ enim carent palpebris, eóque durissimis sunt oculis.
i *H. e.* umquamne. Cist. 1. 1. ℣. 88. Vide Lex. Cas. 4. 3. ℣. 6. *Inanitate intestina murmurant.*
k Vide infra ℣. 41.
l Cùm aliqua cura urgeris.
m Nota synt. supr. 2. 1. ℣. 4.
n Nota syntaxin.
o Quod Penilus quidam dicitur fecisse. Trin. 1. 2. ℣. 47.
p Vide Elect. Plautin. Titul. *Supplicij.* Non semper ad mortem cæsi.
q Supr. ℣. 18.
r Vide Lex. *Quippe.*
s Viginti circiter.
t Servos.

Digitized by Google

Med. Proinde, ut insanire video, quattuor: [a] nihilo minus.
Se. Jam hic erunt: adserva tu istunc; Medice. *Med.* Immò ego ibo domum,
Ut parentur, quibus paratis opu'st: tuos Servos jube;
Hunc ad me ferant. *Se.* Jam ego illic faxo erit. *Med.* Ego abeo. *Se.* Vale!
Men. Abijt Socerus: abijt Medicus; nunc solus sum. pro Juppiter!
Quid illuc est? quòd me hic Homines insanire prædicant.
Neq; ego insanio; neq; pugnas,, neq; ego litis cupio.
Nam equidem postquam gnatus sum, numquam ægrotavi unum diem.
Salves, salvos alios video. novi Hominis; adloquor.
An illi perperam insanire me ajunt? ipsi insaniunt.
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio; at Uxor non sinit.
Huc autem intromittit nemo. nimis [b] proventum'st nequiter.
Hic ero usq; ad noctem: [c] saltem, credo, intromittar domum.

ACTUS QUINTI
SCENA VI.

Messenio, Servus.

Spectamen bono [d] Servo id est, qui rem Erilem
Procurat, videt, conlocat, cogitatq;;
Ut absente Ero, rem Eri diligenter
Tutetur, [e] quàm si ipse adsit; aut rectius;
Tergum, [f] quàm Gulam: Crura, quàm Ventrem oportet
Potiora esse, quoi cor [g] modestè situm'st.
Recordetur id; qui nihili sunt, quid Is preti
Detur ab suis Eris, ignavis, inprobis
Viris; Verbera, Compedes, Molæ, magna
Lassitudo, Fames, Frigusq; durum.
Hæc pretia sunt Ignaviæ.
Id ego malè malum metuo; propterea bonum
Esse [h] certum'st potiùs, quàm malum. nam magis multò
Patior facilius verba. verbera ego odi.
Nimiòq; [i] edo lubentius molitum, quàm
Molitum præhibeo. propterea Eri inperium
Exsequor benè, & sedatè servio.
Atq; id mihi prodest. alij sese ita, ut in rem
Esse ducunt, sint: ego ita ero, ut me esse oportet:

a Quattuor satis sunt, nihilo pauciores accersi oportet.

b Nimis infeliciter res processit. Rud. 3. 5. ℣. 17. Stich. [illegible] 3. ℣. 72.

c Si exclusus sum ab Erotio: saltem intromittar ab Uxore.

d Probatio & documentum boni Servi in eo situm est.

e Subaudi: æquè, atq; si ipse. Vide Lex. *Quam*.

f Oportet Servum tergo suo potiùs, quam gulæ consulere & crurib. potius, quàm Ventri. Nam si officium negligat, futurum est, ut tergum quidem virgis cædatur, crura verò cōpedibus vinciantur.

g Servus, cui animus modestè affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis à suis heris persolvatur *sc.* verbera, compedes. pistrinum, *&c.*

h Præstat bonum esse quàm malū.

i Nimio libentiùs edo, quod alij servi in pistrino misero labore moluerunt, quàm ego aliis id, quod molestè moluerim, edendum præbeo.

Metum ut mihi adhibeam, culpam abstineam;
Eroque ut omnibus in locis sim prestò.
SERVI *qui culpâ carent, & metuunt; ij*
Solent esse Eris utibiles. nam illi, qui nihil
Metuunt, postquàm malum [b] *promeritum'st*, tunc *metuunt.*
Metuam [b] ego *haut multùm quidem. propè'st*, [c] *quando*
Erus, quod strenuê *faciam, pretium exsolvet* mihi.
Ego hoc *exemplo servio; tergo ut in rem* meo *esse arbitror.*
Postquàm in Tabernam Vasa, & Servos conlocavi, ut jusserat,
Ita venio advorsùm; nunc foris pultabo, adesse ut me sciat.
Neque utrum ex hoc [d] *saltu damni salvom ut educam foràs.*
Sed metuo, ne serò veniam: depugnato prælio.

ACTVS QVINTI
SCENA VII.

SENEX. MENÆCHMUS-SURREPTUS.
LORARII. MESSENIO, Servus.
SERVUS ALIUS.

PER *ego vobis* DEOS, *atque Hominis dico! ut imperium meum*
Sapienter habeatis curæ, quæque imperavi, atque impero,
Facite illic. Homo jam in Medicinam [e] *ablatus* [f] *sublimis fiet;*
Nisi quidem vos vostra crura [g] *aut latera nihil penditis.*
Cave quisquam, quod illic minitetur, vostrûm flocci-fecerit
Quid statis? quid dubitatis? jam sublimem raptum oportuit.
Ego ibo ad Medicum: prestò ero illi, quòm venietis. MEN. *occidi.*
Quid hoc est negotij? quid illic Homines *ad me currunt? obsecro!*
Quid voltis vos? quid quæritatis? quid me circumsistitis?
Quò rapitis me? quò fertis me? perij! obsecro vostram fidem!
Epidamnienses subvenite Cives! quin me mittitis!
MES. *Pro* DI *inmortales! obsecro; quid ego oculis adspicio meis?*
Erum meum indignissumê, nescio-qui, sublimem ferunt.
MEN. *Ecquis suppetias mihi audet adferre?* MES. *ego, Ere, audacissumè.*
O facinus indignum; & malum! Epidamnij Cives; Erum
Meum, hic in pacato Oppido
Luci deripier in viâ, qui liber ad vos venerit!
Mittite istunc. MEN. *obsecro te, quisquis es; operam ut des mihi,*

[a] *τὸ promeritum*, passivè & in malã partem ponitur. Illi qui nullo metu afficiuntur, neque metu deterriti à culpa abstinẽt: postquàm malum commeruerunt, tum denique metuunt. Vide Most. 4.1.ў.1.
[b] Metum mihi adhibebo, ne quid delinquam: & ita haud multũ metuam. nam & securus à verberib. victum, & pretiũ meæ diligentiæ feram.
[c] Tempus appropinquat, cùm mihi herus mei strenui facti pretium exsolvet.
[d] Sermo concisus. *Neq; scio*, vel: *novi, ut Herum meum educam foràs.* Nota: *Saltus mali.* Vide Lex. *Mentes mali.* Vel, alluditur ad etymon Epidamni. Vide Bacch. 1.1.ў.17.
[e] In Tabernã Medici. *εἰς ἰατρεῖον.*
[f] Sublatus manibus vestris.
[g] Nisi velitis vestra crura compedib. vinciri, aut latera virgis cædi.

 Neu'

Digitized by Google

Neu' sinas in me insignitè fieri tantam injuriam.
MES. *Immò & operam dabo, & defendam, & subvenibo sedulò.*
Numquam te patiar perire; me perire 'st æquius.
Eripe oculum isti ab humero, qui tenet; Ere, te obsecro!
Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque [a] *obseram.*
Maxumo hodiè malo hercle vostro istunc fertis. mittite!
MEN. *Teneo ego huic oculum.* MES. *face, ut* [b] *oculi locus in capite adpareat.*
Vos Scelesti; vos Rapaces, vos Prædones! LO. *perIimus!*
Obsecro herclè! MES. *mittite ergò.* MEN. *quid me vobis tactio 'st?*
Pecte [c] *pugnis.* MES. *agite; abite, fugite hinc in malam Crucem!*
Hem! tibi etiam, quia postremus cedis hoc præmI feres.
Nimis autem benè ora [d] *commentavi, atque ex meâ sententiâ.*
Edepol, Ere, ne tibi suppetias temporè advèni modò.
MEN. *At tibi DI semper, Adulescens, quisquis es, faciant benè!*
Nam absque [e] *ted esset, hodiè numquam ad Solem occasum viverem.*
MES. *Ergò edepol si rectè facias, Ere, me emittas manu.*
MEN. *Liberem ego te!* MES. *verum: quandoquidẽ, Ere, te servavi.* MEN. *quid est?*
Adulescens; erras. MES. *quid erro?* MEN. *per Iovem adjuro Patrem!*
Me Erum tuum non esse. MES. *non taces tu?* MEN. *non mentior.*
Nec Servos meus umquam tale fecit, quale tu mihi.
MES. *Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.*
MEN. *Meâ quidem hercle causâ liber esto; atque ito, quò voles.*
MES. *Nempe jubes?* MEN. *jubeo herclè, si quid inperij 'st in te mihi.*
MES. *Salve; mi Patrone!* SERVUS ALIUS. *Quòm tu liber es, Messenio,*
Gaudeo. MEN. *credo herclè vobis. sed Patrone, te obsecro!*
Ne minus inperes mihi, quàm quòm tuus Servos fui.
Apud te habitabo, & quando ibis, unà tecum ibo domum.
MEN. *Minumè.* MES. *nunc ibo in Tabernam; Vasa, & Argentum tibi*
Referam. rectè 'st [f] *obsignatum in Vidulo marsupium,*
Cum viatico. id tibi jam huc adferam. MEN. *adfer strennuè.*
MES. *Salvom tibi, ita ut mihi dedisti,* [g] *redhibeo. hic me* [h] *mane.*
MEN. *Nimia mira mihi quidem hodiè exorta sunt miris modis.*
Alij me negant eum esse, qui sum; atque excludunt foràs.
Etiam hic Servom esse se meum ajebat, quem ego emisi manu.
Is ait, se mihi adlaturum cum Argento marsupium:
Id si attulerit, dicam; ut à me abeat liber, quò volet:
Nec tum, quando sanus factus sit, à me Argentum petat.
Socer, & Medicus me insanire dicebant. quid sit? mira sunt.
Hæc, nihilo [i] *mihi esse videntur seciùs, quàm somnia.*
Nunc ibo intrò ad hanc Meretricem, quamquam suscenset mihi:
Si possum exorare, ut Pallam reddat, quam referam domum.

ACTUS

a Metaphora ab Agricultura.

b Fac, ut oculus ei sit erutus.

c Mulcta eum pugnis. Striegelt ihn cto wenig. Pœn. I. 2. ℣. 145. Rud. 3. 2. ℣. 41. Vide Lex. *Pectere*.

d *H. e.* raptim aliquid super ora illorum adnotavi; & pro Commentario habui, & in illis cõmentatus sum. Vide Lex. *Commentare:* quod est, raptim aliquid, & sine ordine, memoriæ causa, indistinctè adnotare. Pseud. 1. 5. ℣. 132.

e Nota formulam: *Absque te esset.* Vide Lex. *Absque.*

f Vide Elect. Pl. Tit. *Obsignationũ.*

g Reddo.

h Exspecta. Vide Lex.

i Nihilomagis narranda, quam si essent somnia. Varro. Agell. lib. 18. cap. 9.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA VIII.

MENÆCHMUS-SOSICLES. MESSENIO, Servus.

MEN' hodiè usquam convenisse te audax audes dicere?
Postquàm advorsùm mihi inperavi, ut huc venires. MES. quin modò
Eripui [a], Homines qui te ferebant sublimem quattuor,
Apud hasce Ædis. tu clamabas: DEÛM fidem, atque Hominum omnium!
Quòm ego adcurro, teque eripio, oppugnandod ingratiis,
Ob eam rem, quia te servavi; me amisisti liberum,
Quòm Argentum dixi me [b] petere, & vasa: tu, quantum pote'st,
Præcucurristi obviàm: ut, quæ fecisti, inficias eas.
MEN. Liberum ego te jussi abire? MES. certò. MEN. quoi certissimum'st,
Mepte [c] potiùs fieri Servom, quàm te umquam emittam manu.

a Est elliptica oratio. Liberavi te ab hominibus, qui te fer. subl.

b è Tabernâ diversoriâ.

c Meipsum.

ACTUS QUINTI
SCENA IX.

MENÆCHMUS-SURREPTUS. MESSENIO. MENÆCHMUS-SOSICLES.

SI voltis per Oculos [d] jurare, nihilo herclè eâ causâ magis
Facietis, ut ego hodiè abstulerim Pallam, & Spinther, Pessuma!
MES. Pro DI inmortales! quid ego video? MEN-SOS. quid vides? MES. Speculum tuum.
MEN-SOS. Quid negotij'st? MES. tua'st imago; tam consimili'st, quàm potest.
MEN-SOS. Pol Profectò haut est dissimilis; meam quòm formam noscito.
MEN-SUR. O Adulescens; salve! qui me servasti, quisquis es.
MEN-SUR. Adulescens, quæso hercle, loquere tuum mihi nomen; nisi piget.
MEN-SUR. Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat, quæ velis.
Mihi'st Menæchmo nomen. MEN-SOS. Immò id est edepol mihi.
MEN-SUR. Siculus sum Syracusanus. MEN-SOS. Ea domus & Patria'st mihi.
MEN-SUR. Quid ego ex ted audio? MEN-SOS. hoc quod res est. MES. Novi equidem hunc; Erus est meus.
Ego quidem hujus Servos sum; sed med esse hujus credidi.

d Vide Elect. Pl. Tit. Iuramentis, & Hominis. Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego Pallam, & Spinther abstulerim. Alloquitur autem Erotium, & eius Ancillam.

Digitized by Google

Ego hunc censebam ted esse; huic etiam exhibui negotium.
Quæso, ignoscas, si quid stultè dixi, atque inprudens tibi.
MEN-SOS. *Delirare mihi vidére. non commeministi semul,*
Te hodie mecum exire è Navi? MES. *enimverò æquom postulas.*
Tu mihi *Erus es; tu Servom quære: tu salveto! tu Vale!*
Hunc ego esse ajo Menæchmum. MEN-SUR. *at ego me.* MEN-SOS. *quæ hæc fabula 'st?*
Tu es Menæchmus? MEN-SUR. *me esse dico Moscho prognatum Patre.*
MEN-SOS. *Tun' meo Patre es prognatus?* MEN-SUR. *immò equidem, Adulescens, tuum*
Tibi neque occupare Patrem, *neque præripere postulo.*
MES. *DI inmortales! spem insperatam date mihi, quam suspicor.*
Nam nisi me animus fallit, hi sunt Geminei Germani duo.
Nam & Patrem, & Matrem [a] *conmemorant pariter, qui fuerint sibi.*
Sevocabo Erum. Menæchme! MEN-AMBO. *quid vis?* MES. *non ambos volo;*
Sed uter vostrûm 'st huc *advectus Navi mecum?* MEN-SOS. *non ego.*
MEN-SUR. *At ego.* MES. *te volo igitur; huc concede.* MEN-SOS. *concessi. quid est?*
MES. *Illic Homo, aut Sycophanta, aut geminus est Frater tuus.*
Namque ego Hominem Homini similiorem numquam vidi alterum.
Neque Aqua [b] *Aquæ: neque Lacte 'st Lacti, crede mihi, usquam similius,*
Quàm hic tui 'st: tuque hujus autem. posteà eandem Patriam, ac Patrem
Memorat. melius 'st nos adire, atque hunc percontarier.
MEN-SOS. *Herclè quin tu me admonuisti rectè; & habeo gratiam.*
Perge operam dare, obsecro herclè; liber esto, si invenis.
Hunc meum Fratrem esse spero. MES. *& ego idem spero fore.*
Quid ais tu? Menæchmum, opinor, te vocari dixeras.
MEN-SUR. *Ita verò.* MES. *Huic item Menæchmo nomen est. in Siciliâ*
Te Syracusis gnatum esse dixisti; hic gnatu 'st ibi.
Moschum tibi Patrem fuisse dixisti; huic itidem fuit.
Nunc operam potestis ambo mihi dare, & vobis simul.
MEN-SUR. *Promeruisti. ut ne quid ores, quod velis, quin inpetres.*
Tamquam si me emeris Argento, liber servibo tibi.
MES. *Spes mihi 'st, vos inventuros, Frater, Germanos duos*
Geminos, unâ Matre gnatos, & Patre uno, uno die.
MEN-SUR. *Mira memoras. utinam ecficere, quod pollicitus, possies!*
MES. *Possum. sed nunc coïte. uterque id, quod rogabo, dicite.*
MEN-SUR. *Ubi lubet, roga; respondebo: nihil reticebo, quod sciam.*
MES. *Est tibi nomen Menæchmus?* MEN-SUR. *fateor.* MES. *est itidem tibi?*
MEN-SOS. *Est.* MES. *Patrem fuisse Moschum tibi ais?* MEN-SUR. *ita verò.* MEN-SOS. *& mihi.*

Es ne

[a] Sic eleganter Matrem vocat *Patriam*, quæ unicuique censetur *Mater*.

[b] Vide Calligraph. Tit. *Similitudinis*. Mil. 2. 2. ✝. 85.

Digitized by Google

MES. Fuitne tu Syracusanus? MEN-SUR. certò. MES. quid tu? MEN-SOS.[a] quippini!
MES. Optume usque adhuc conveniunt signa. porrò operam date,
Quid longissume meministi, dic mihi, in Patria tua?
MEN-SUR. Cum patre ut abij Tarentum ad Mercatum; tum posteà
Inter homines me deerrare à Patre, atque inde avehi.
MEN-SOS. Iuppiter supreme! serva me! MES. quid clamas? quin taces?
Quot eras annos gnatus, quòm te Pater à Patria avehit?
MEN-SUR.[b] Septuennis. nam tum dentes mihi cadebant primulùm,
Neque Patrem unquam postillà ego vidi. MES. quid? vostrûm Patri
Filij quot erant?[c] MEN-SUR. ut nunc maxume memini, duo.
MES. Uter erat, tun' an ille major? MEN-SUR. æque ambo pares.
MES. Qui id potest? MEN-SUR. gemini ambo eramus. MEN-SOS. Di me servatum volunt!
MES. Si interpellas, ego tacebo. MEN-SOS. potius taceo. MES. dic mihi,
Uno nomine ambo eratis? MEN-SUR. Minume. nam mihi hoc erat,
Quod nunc est, Menæchmo: illum tum vocabant Sosiclem.
MEN-SOS.[e] Signa adgnovi: contineri, quin complectar, non queo.
Mi germane, gemine Frater; salve! ego sum Sosicles.
MEN-SUR. Quomodo igitur post Menæchmo nomen est factum tibi?
MEN-SOS. Postquam ad nos renuntiatum est de te & Patrem esse emortuum,
Avos noster mutavit. quod tibi nomen est, fecit mihi.
MEN-SUR. Credo ita esse factum, ut dicis; sed mihi hoc responde. MEN-SOS. roga.
MEN-SUR. Quid erat nomē nostræ Matri? MEN-SOS. Theusimarche! MEN-SUR. convenit.
O salve insperate annis multis[d] post quem conspicor;
Frater. MEN-SOS. & tu, quem ego multis miserijs laboribus
Usque adhuc quæsivi, quemque ego esse inventum gaudeo.
MES. Hoc erat, quod hæc te Meretrix hujus vocabat nomine.
Hunc censebat te esse, credo, quom vocat te ad Prandium.
MEN-SUR. Namque edepol jussi hic mihi hodie prandium adparario
Clam meam uxorem, quoi Pallam surrupui dudum domo.
Eam dedi huic. MEN-SOS. hanc dicis, Frater, Pallam quam ego habeo.
MEN-SUR. Quomodo hæc ad te pervenit? MEN-SOS. Meretrix huc ad prandium
Me abduxit; me sibi dedisse aibat. prandi perbene.
Potavi atque accubui scortum, Pallam, & aurum hoc mihi dedit.
MEN-SUR. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni.
Nam illa, quòm te ad se vocabat, me id esse credidit.
MES. Num quid me moraris, quin ego liber, ut jusseras, siem.
MEN-SUR. Optumum atque æquissumum orat, Frater. fac causâ meâ.

a Vide Lexicon. Quippe.
b Vide Lex. & Electa Pl. Tit. Homonu. Ætatu.
c Ex vobis, quot eratis filij Patri vestro?
d Vide Mod. [illegible]
e Hic est Fratrum ἀναγνωρισμός.

Men-Sos. Liber esto. Men-Sur. quom tu es liber, gaudeo: Messenio.
Mes. Sed meliore est opus [a] auspicio, ut liber perpetuo siem.
Men-Sos. Quoniam haec evenerunt, Frater, nostra ex sententia,
In Patriam redeamus ambo. Men-Sur. Frater, faciam, ut tu voles.
Auctionem hic faciam, & vendam quidquid est. nunc interim
Eamus intro; Frater Men-Sos. fiat. Mes. scitin' quid ego vos rogo?
Men-Sur. Quid? Mes. mihi ut [b] Praeconium detis. Men-Sur. dabitur. Mes.
ergo nunc jam
Vis conclamari? Auctionem fore. qui die? Men-Sur. die [c] septimi.
Mes. Auctio [d] fiet Menaechmi mane sane septimi.
Veneibunt Servi, Supellex, Funds, Ædis: omnia
Veneibunt; [e] quiqui licebunt, praesenti pecunia.
Veneibit Uxor quoque-etiam, si quis emptor venerit.
Vix credo [f] tota Auctione capiet quinquagesies.
Nunc, Spectatores, Valete & nobis clare-clare PLAUDITE!

PLAVTI.

MENÆCHMVS. EXPLICIT.

INCIPIT

MILES. GLORIOSVS.

a Aliud ut Messenio [illegible] quod [illegible] Messenio [illegible] Auspicium; [illegible] de me- [illegible] te, [illegible] liber [illegible] sed nō diu [illegible] lu- [illegible]

[illegible] auti [illegible] Agell lib.10. [illegible] 14. [illegible] lect. Pl [illegible]

e quicunque lice [illegible] Wer es wird [illegible] muß es [illegible] baarem Geld bezahlen.

f Menaechmus, [illegible] credo, ex omnibus bonis auctione venditis, Sestertiûm quinquagies-centum millia [illegible] centum quinquagint. [illegible] Aureorum. capiet

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
MILES GLORIOSVS.

Cicero *lib. 1. Offic. cap. 38.*

Deforme est, de seipso prædicare, falsa præsertim; & cum irrisione audientium imitari MILITEM GLORIOSUM.

Joachimus Camerarius.

Hæc Fabula est pictura imperitæ Superbiæ.

Janus Douza.

Non ultimam sanè inter Plautinas Fabulas gloriam jure suo MILES GLORIOSUS *meretur. Nam præterquam, quòd tota sale, lepore, politissimisq; sententiis efferta; graphicè in eâ insuper nobis Vanitatis imaginem sub* PYRGOPOLINICIS *persona adumbravit Poeta: eos innuens; qui se primos omnium rerum esse volunt.*

ACTUS QUINTI SCENA IV.

MEDICUS. SENEX.

QVID *esset illi morbi dixeras? narra; Senex.*
Num Lariuatus [a] *aut* Cerritus [b]; *fac sciam.*
Num eum Veternus, aut Aqua-intercus tenet?
SE. *Quin eâ te causâ duco, ut id dicas mihi;*
Atq; illum ut sanum facias. ME. *Perfacilè id quidem'st.*
Sanum futurum, meâ ego id promitto fide.
SE. *Magnâ cum curâ ego illum curari volo.*
ME. *Quin suspirabo* [c] *plus sescenta in dies:*
Ita ego illum cum cura magnâ curabo tibi.
SE. *Atq; eccom ipsum Hominem!* ME. *Observamus; quam rem agat.*

a Furiosus, aut mente motus.
b scil. *est*: Vel, *sit.* Vide Lex.
c Iocus in ambig. *cura.* Significat enim & *diligentiam* medicam, & angorem animi.

ACTUS QUINTI SCENA V.

MENÆCHMUS-SURREPTUS. SENEX. MEDICUS.

EDEPOL *ne hic Dies pervorsus, atq; advorsus mihi óbtigit!*
Quæ me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palàm
Parasitus, qui me conpleBit flagitŷ, & formidinis:
Meus Vlyxes [d], *suo qui Regi tantum concívit mali.*
Quem ego hominem, si quidem vivo; vitâ evolvam [e] *suâ.*
Sed ego stultus sum, qui illius [f] *esse dico, quæ mea sit.*
Meo ciVo & sumptu educatu'st: animâ privabo Virum.
Condignè autem hæc Meretrix fecit; ut mos est Meretricius.
Quia rogo, Palla ut referatur rursùm ad Vxorem meam,
Mihi se ait dedisse. heu! edepol næ ego Homo vivo miser!
SE. *Audin'? quæ loquitur.* MED. *Se miserum prædicat.* SE. *Adeas velim.*

d Quo utebar cõsiliario & administro, ut Agamemnon Vlysse ad Trojam.
e Sumtum hoc à fusis aut stamine Parcarum: sive etjam à saxis, quę de monte devolvuntur. Idem autem hic *evolvere*, quod in omnibus MSS. Pall. exstat: atque *devolvere*: uti vulgo hîc legitur.
f Qui vitam esse illius dico, q̃ mea est. meo enim sumtu Parasitum hucusq; alui.

ME. Sal-

Med. *Salvos sis! Menæchme. quæso, cur* [a] *apertas brachium?*
Non tu scis? quantum isti morbo nunc tuo facias mali?
Men. *Quin tu te suspendis!* Se. *Ecquid sentis?* Med. *Quidni sentiam?*
Non potest hæc res [b] *Ellebori jungere obtinerier.*
Sed quid ais? Menæchme. Men. *Quid vis?* Med. *Dic mihi hoc, quod te rogo*
Album, an atrum [c] *Vinum potas?* Men. *Quin tu is in malam Crucem!*
Med. *Jam hercle occeptat insanire primulùm.* Men. *Quin tu me interrogas!*
Purpureum Panem, an Puniceum soleam ego [d] *esse, an luteum?*
Soleamne esse Avis squamosas, Piscis pennatos? Se. *Papæ!*
Audin' tu? [illegible] deliramenta loquitur! quid cessas dare
Potionis aliquid? priusquam [e] *pércipit insania.*
Med. *Mane modò; etiam percontabor alia.* Se. *Occidis* [f] *fabulans!*
Med. *Dic mihi hoc etiam. solent tibi umquam Oculi duri* [g] *fieri?*
Men. *Quid! tu me Locustam* [h] *censes esse? Homo ignavissume!*
Med. *Dic mihi.* [i] *en umquam Intestina tibi crepant? quod sentias.*
Men. *Ubi satur sum, nulla crepitant: quando esurio; tum crepant.*
Med. *Hoc quidem edepol haut pro* [k] *insano verbum respondit mihi.*
Perdormiscin' usq; ad lucem? Facilèn' tu dormis [l] *curans?*
Men. *Perdormisco; si resolvi Argentum, quoi debeo.*
Qui te Juppiter, Diq; omnes, Percontator, perduint!
Med. *Nunc Homo insanire occeptat. de illis* [m] *verbis cave tibi.*
Se. *Immò modestior nunc quidem 'st de* [n] *verbis, præut dudùm fuit.*
Nam dudùm Uxorem suam esse ajebat rabiosam Canem.
Men. *Quid ego dixi?* Se. *Insanis, inquam.* Men. *Egóne?* Se. *Tu istic; qui mihi*
Etiam me junctis quadrigis minitatu's prosternere.
Egomet hæc te vidi facere; egomet hæc te arguo.
Men. *At ego te sacram Coronam* [o] *subrupuisse ajo Jovis:*
Et ob eam rem in Carcerem ted esse conpactum, scio.
Et postquàm es emissus, cæsum Virgis sub [p] *Furcâ, scio.*
Tum Patrem occidisse; & Matrem vendidisse, etiam scio.
Satin' hæc [q] *pro sano maledicta maledictis respondeo?*
Se. *Obsecro hercle, Medice; properè, quicquid facturus, face.*
Non vides Hominem insanire? Med. *Scin'? quid facias optumum 'st.*
Ad me, face, uti deferatur. Se. *Itan' censes?* Med. [r] *Quippini!*
Ibi meo arbitratu potero curare Hominem. Se. *Age, ut lubet.*
Med. *Elleborum potabis, faxo, aliquos* [s] *viginti dies.*
Men. *At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.*
Med. *I; arcesse* [t] *Hominis, qui illum ad me deferant.* Se. *Quot sunt satis?*

a Crebrò aperis.
b Non potest hujus ægri sanitas tanta Ellebori copia obtineri, quanta ex agri jugere meti potest. τὸ n in *jungere*; est ἐπένθεσις antiqua: qualem sæpiùs jam adnotavimus è cascis Membranaceis MSS. Pall.
c Quia Vinum non cujusq; coloris ægro conducit.
d Edere.
e Penitùs capit. τὸ *per* est αὐξητικόν. Vide Lex.
f Occidis hominem tuis fabulis. Medicus garrulus alter ægroto morbus.
g Ex atra bile. Vide Elect. Plaut. Tit. *Morborum.*
h Locustæ enim carent palpebris, eóque durissimis sunt oculis.
i *H. e.* umquamne. Cist. 1. 1. ℣. 88. Vide Lex. Cas. 4. 3. ℣. 6. *Inanitate intestina murmurant.*
k Vide infrà ℣. 42.
l Cùm aliqua cura urgeris.
m Nota synt. supr. 2. 1. ℣. 41.
n Nota syntaxin.
o Quod Petilius quidam dicitur fecisse. Trin. 1. 2. ℣. 47.
p Vide Elect. Plautin. Titul. *Supplicij.* Non semper ad mortem cæsi.
q Supr. ℣. 18.
r Vide Lex. *Quippe.*
s Viginti circiter.
t Servos.

MED. *Proinde, ut insanire video, quattuor:* [a] *nihilo minus.*
SE. *Jam hic erunt: adserva tu istunc; Medice.* MED. *Immò ego ibo domum,*
Ut parentur, quibus paratis opu'st: tuos Servos jube;
Hunc ad me ferant. SE. *Jam ego illic faxo erit.* MED. *Ego abeo.* SE. *Vale!*
MEN. *Abijt Socerus: abijt Medicus; nunc solus sum. pro Juppiter!*
Quid illuc est? quòd me hic Homines insanire prædicant.
Neq; ego insanio; neq; pugnas,, neq; ego litis cupio.
Nam equidem postquam gnatus sum, numquam ægrotavi unum diem.
Salves, salvos alios video. novi Hominis; adloquor.
An illi perperam insanire me ajunt? ipsi insaniunt.
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio; at Vxor non sinit.
Huc autem intromittit nemo. nimis [b] *proventum'st nequiter.*
Hic ero usq; ad noctem: [c] *saltem, credo, intromittar domum.*

a Quattuor satis sunt, nihilo pauciores accersi oportet.
b Nimis infeliciter res processit. Rud. 3. 5. ℣. 77. Stich. 2. 3. ℣. 72.
c Si exclusus sum ab Erotio: saltem intromittar ab Vxore.

ACTUS QUINTI
SCENA VI.
MESSENIO, Servus.

SPECTAMEN *bono* [d] *Servo id est, qui rem Erilem*
Procurat, videt, conlocat, cogitatq;;
Vt absente Ero, rem Eri diligenter
Tutetur, [e] *quàm si ipse adsit; aut rectius;*
Tergum, [f] *quàm Gulam: Crura, quàm Ventrem oportet*
Potiora esse, quoi cor [g] *modestè situm'st.*
Recordetur id; qui nihili sunt, quid Is pretI
Detur ab suis Eris, ignavis, inprobis
Viris; Verbera, Conpedes, Molæ, magna
Lassitudo, Fames, Frigusq; durum.
Hæc pretia sunt Ignaviæ.
Id ego malè malum metuo; propterea bonum
Esse [h] *certum'st potiùs, quàm malum. nam magis multò*
Patior facilius verba. verbera ego odi.
Nimiòq; [i] *edo lubentius molitum, quàm*
Mólitum præhibeo. propterea Eri inperium
Exsequor benè, & sedatè servio.
Atq; id mihi prodest. alij sese ita, ut in rem
Esse ducunt, sint: ego ita ero, ut me esse oportet:

d Probatio & documentum boni Servi in eo situm est.
e Subaudi: æquè, atq; si ipse. Vide Lex. *Quàm.*
f Oportet Servum tergo suo potius, quam gulæ consulere & crurib. potius, quàm Ventri. Nam si officium negligat, futurum est, ut tergum quidem virgis cædatur, crura verò cōpedibus vinciantur.
g Servus, cui animus modestè affectus est, recordetur, quid servis nequam mercedis à suis heris persolvatur *sc.* verbera, compedes, pistrinum, *&c.*
h Præstat bonum esse quàm malū.
i Nimio libentiùs edo, quod alij servi in pistrino misero labore moluerunt, quàm ego aliis id, quod molestè moluerim, edendum præbeo.

Metum ut mihi adhibeam, culpam abstineam;
Eroque ut omnibus in locis sim prastò.
SERVI *qui culpâ carent, & metuunt; ij*
Solent esse Eris utibiles. nam illi, qui nihil
Metuunt, postquàm malum [b] *promeritum'st*, tunc *metuunt*.
Metuam [b] ego *haut multùm quidem. propè'st*, [c] *quando*
Erus, quod strenuê *faciam, pretium exsolvet* mihi.
Ego hoc *exemplo servio; tergo ut in rem* meo *esse arbitror.*
Postquàm in Tabernam Vasa, & Servos conlocavi, ut jusserat,
Ita venio adversùm; nunc foris pultabo, adesse ut me sciat.
Neque utrum ex hoc [d] *saltu damni salvom ut educam foràs.*
Sed metuo, ne serò veniam: depugnato prælio.

ACTUS QUINTI
SCENA VII.

SENEX. MENÆCHMUS-SURREPTUS.
LORARII. MESSENIO, Servus.
SERVUS ALIUS.

PER *ego vobis DEOS, atque Hominis dico! ut imperium meum*
Sapienter habeatis curæ, quæque imperavi, atque impero,
Facite illic. Homo jam in Medicinam [e] *ablatus* [f] *sublimis fiet;*
Nisi quidem vos vostra crura [g] *aut latera nihil penditis.*
Cave quisquam, quod illic minitetur, vostrûm flocci-fecerit
Quid statis? quid dubitatis? jam sublimem raptum oportuit.
Ego ibo ad Medicum: prastò ero illi, quòm venietis. MEN. *occidi.*
Quid hoc est negotij? quid illic Homines ad me currunt? obsecro!
Quid voltis vos? quid quæritatis? quid me circumsistitis?
Quò rapitis me? quò fertis me? perij! obsecro vostram fidem!
Epidamnienses subvenite Cives! quin me mittitis!
MES. *Pro DI inmortales! obsecro; quid ego oculis adspicio meis?*
Erum meum indignissumê, nescio-qui, sublimem ferunt.
MEN. *Ecquis suppetias mihi audet adferre?* MES. *ego, Ere, audacissumè.*
O facinus indignum, & malum! Epidamnij Cives; Erum
Meum, hîc in pacato Oppido
Luci deripier in viâ, qui liber ad vos venerit!
Mittite istunc. MEN. *obsecro te, quisquis es; operam ut des mihi,*

[a] *τὸ promeritum*, passive & in malā partem ponitur. Illi qui nullo metu afficiuntur, neque metu deterriti à culpa abstinēt: postquam malum commeruerunt, tum denique metuunt. Vide Most. 4.1.ỷ.1.

[b] Metum mihi adhibebo, ne quid delinquam: & ita haud multū metuam. nam & securus à verberib. victum, & pretiū meæ diligentiæ feram.

[c] Tempus appropinquat, cùm mihi herus mei strenui facti pretium exsolvet.

[d] Sermo concisus. *Neq; scio, vel: novi, ut Herum meum educam foràs.* Nota: *Saltus mali.* Vide Lex. *Montes mali.* Vel, alluditur ad etymon Epidamni. Vide Bacch. 3.1.ỷ.17.

[e] In Tabernā Medici. *εἰς ἰατρεῖον.*

[f] Sublatus manibus vestris.

[g] Nisi velitis vestra crura compedib. vinciri, aut latera virgis cædi.

Neu'

Neu' sinas in me insignitè fieri tantam injuriam.
MES. *Immò & operam dabo, & defendam, & subvenibo sedulò.*
Numquam te patiar perire; me perire 'st aequius.
Eripe oculum isti ab humero, qui tenet; Ere, te obsecro!
Hisce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque [a] *obseram.*
Maxumo hodiè malo hercle vostro istunc fertis. mittite!
MEN. *Teneo ego huic oculum.* MES *face, ut* [b] *oculi locus in capite adpareat.*
Vos Scelesti; vos Rapaces, vos Praedones! LO. *perimus!*
Obsecro herclè! MES. *mittite ergò.* MEN. *quid me vobis tactio 'st?*
Pecte [c] *pugnis.* MES. *agite; abite, fugite hinc in malam Crucem!*
Hem! tibi etiam, quia postremus cedis hoc praemi feres.
Nimis autem benè ora [d] *commentavi, atque ex meâ sententiâ.*
Edepol, Ere, ne tibi suppetias temporé adveni modò.
MEN. *At tibi DI semper, Adulescens, quisquis es, faciant benè!*
Nam absque [e] *ted esset, hodiè numquam ad Solem occasum viverem.*
MES. *Ergò edepol si rectè facias, Ere, me emittas manu.*
MEN. *Liberem ego te!* MES. *verum: quandoquidē, Ere, te servavi.* MEN. *quid est?*
Adulescens; erras. MES. *quid erro?* MEN. *per Iovem adjuro Patrem!*
Me Erum tuum non esse. MES. *non taces tu?* MEN. *non mentior.*
Nec Servos meus umquam tale fecit, quale tu mihi.
MES. *Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.*
MEN. *Meâ quidem hercle causâ liber esto; atque ito, quò voles.*
MES. *Nempe jubes?* MEN. *jubeo herclè, si quid inperij 'st in te mihi.*
MES. *Salve; mi Patrone!* SERVUS ALIUS. *Quòm tu liber es, Messenio,*
Gaudeo. MEN. *credo herclè vobis. sed Patrone, te obsecro!*
Ne minus inperes mihi, quàm quòm tuus Servos fui.
Apud te habitabo, & quando ibis, unà tecum ibo domum.
MEN. *Minumè.* MES. *nunc ibo in Tabernam; Vasa, & Argentum tibi*
Referam. rectè 'st [f] *obsignatum in Vidulo marsupium,*
Cum viatico. id tibi jam huc adferam. MEN. *adfer strennuè.*
MES. *Salvom tibi, ita ut mihi dedisti,* [g] *redhibeo. hic me* [h] *mane.*
MEN. *Nimia mira mihi quidem hodiè exorta sunt miris modis.*
Alij me negant eum esse, qui sum; atque excludunt foràs.
Etiam hic Servom esse se meum ajebat, quem ego emisi manu.
Is ait, se mihi adlaturum cum Argento marsupium:
Id si attulerit, dicam; ut à me abeat liber, quò volet:
Nec tum, quando sanus factus sit, à me Argentum petat.
Socer, & Medicus me insanire dicebant. quid sit? mira sunt.
Haec, nihilo [i] *mihi esse videntur seciùs, quàm somnia.*
Nunc ibo intrò ad hanc Meretricem, quamquam suscenset mihi:
Si possum exorare, ut Pallam reddat, quam referam domum.

ACTUS

a Metaphora ab Agriculturâ.

b Fac, ut oculus ei sit erutus.

c Mulcta eum pugnis. Striegelt ihn ein wenig. Poen. 1. 2. ℣. 145. Rud. 3. 2. ℣. 42. Vide Lex. *Tollere*.

d *H. e.* raptim aliquid super ora illorum adnotavi; & pro Commentario habui, & in illis cōmentatus sum. Vide Lex. *Commentare*: quod est, raptim aliquid, & sine ordine, memoriae caussa, indistinctè adnotare. Pseud. 1. 5. ℣. 132.

e Nota formulam: *Absque te esset.* Vide Lex. *Absque*.

f Vide Elect. Pl. Tit. *Obsignationū.*

g Reddo.

h Exspecta. Vide Lex.

i Nihilomagis narranda, quàm si essent somnia. Varro. Agell. lib. 18. cap. 9.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA VIII.

MENÆCHMUS-SOSICLES.
MESSENIO, Servus.

MEN' *hodiè usquam convenisse te audax audes dicere?*
Postquàm adversùm mihi imperavi, ut huc venires. MES. *quinmodò*
Eripui [a], *Homines qui te ferebant sublimem quattuor,*
Apud hasce Ædis. tu clamabas: DEÛM *fidem, atque Hominum omnium!*
Quòm ego adcurro, teque eripio, oppugnandod ingratiis,
Ob eam rem, quia te servavi; me amisisti liberum,
Quòm Argentum dixi me [b] *petere, & vasa: tu, quantum pote'st,*
Praecurristi obviàm: ut, quæ fecisti, inficias eas.
MEN. *Liberum ego te jussi abire?* MES. *certò.* MEN. *quoi certissimum'st,*
Mepte [c] *potiùs fieri Servom, quàm te umquam emittam manu.*

[a] Est elliptica oratio. Liberavi te ab hominibus, qui te fer. subl.

[b] è Tabernâ diversoriâ.

[c] Meipsum.

ACTUS QUINTI
SCENA IX.

MENÆCHMUS-SURREPTUS. MESSENIO.
MENÆCHMUS-SOSICLES.

S*I voltis per Oculos* [d] *jurare, nihilo herclè eâ causâ magis*
Facietis, ut ego hodiè abstulerim Pallam, & Spinther, Pessuma!
MES. *Pro DI immortales! quid ego video?* MEN-SOS. *quid vides?* MES. *Speculum tuum.*
MEN-SOS. *Quid negotij'st?* MES. *tua'st imago; tam consimili'st, quàm potest.*
MEN-SOS. *Pol Profectò haut est dissimilis; meam quòm formam noscito.*
MEN-SUR. *O Adulescens; salve! qui me servasti, quisquis es.*
MEN-SUR. *Adulescens, quæso hercle, loquere tuum mihi nomen; nisi piget.*
MEN-SUR. *Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat, quæ velis.*
Mihi'st Menachmo nomen. MEN-SOS. *Immò id est edepol mihi.*
MEN-SUR. *Siculus sum Syracusanus.* MEN-SOS. *Ea domus & Patria'st mihi.*
MEN-SUR. *Quid ego ex ted audio?* MEN-SOS. *hoc quod res est.* MES. *Novi equidem hunc; Erus est meus.*
Ego quidem hujus Servos sum; sed med esse hujus credidi.

[d] Vide Elect. Pl Tit. *Juramenti*, &, *Hominis*. Etsi per oculos velitis jurare, nihilo magis tamen efficietis, ut ego Pallam, & Spinther abstulerim. Alloquitur autem Erotium, & eius Ancillam.

Ego hunc censebam ted esse, huic etiam exhibui negotium.
Quaeso, ignoscas, si quid stultè dixi, atque inprudens tibi.
MEN-SOS. *Delirare mihi vidére. non commeministi semul,*
Te hodie mecum exire è Navi? MES. *enimverò aquom postulas.*
Tu mihi Erus *es; tu Servom quaere: tu salveto! tu Vale!*
Hunc ego esse ajo Menaechmum. MEN-SUR. *at ego me.* MEN-SOS. *quae haec fabula 'st?*
Tu es Menaechmus? MEN-SUR. *me esse dico Moscho prognatum* Patre.
MEN-SOS. *Tun' meo Patre es prognatus?* MEN-SUR. *immò equidem, Adulescens, tuum*
Tibi neque occupare Patrem, *neque praeripere postulo.*
MES. *DI inmortales! spem insperatam date mihi, quam suspicor.*
Nam nisi me animus fallit, hi sunt Geminei Germani duo.
Nam & Patrem, & Matrem [a] *conmemorant pariter, qui fuerint sibi.*
Sevocabo Erum. Menaechme! MEN-AMBO. *quid vis?* MES. *non ambos volo;*
Sed uter vostrûm 'st huc *advectus Navi mecum?* MEN-SOS. *non ego.*
MEN-SUR. *At ego.* MES. *te volo igitur; huc concede.* MEN-SOS. *concessi. quid est?*
MES. *Illic Homo, aut Sycophanta, aut geminus est Frater tuus.*
Namque ego Hominem Homini similiorem numquam vidi alterum.
Neque Aqua [b] *Aquae: neque Lacte 'st Lacti, crede mihi, usquam similius,*
Quàm hic tui 'st: tuque hujus autem. posteà eandem Patriam, ac Patrem
Memorat. melius 'st nos adire, atque hunc percontarier.
MEN-SOS. *Herclè quin tu me admonuisti rectè; & habeo gratiam.*
Perge operam dare, obsecro herclè; liber esto, si invenis.
Hunc meum Fratrem esse spero. MES. *& ego idem spero fore.*
Quid ais tu? Menaechmum, opinor, te vocari dixeras.
MEN-SUR. *Ita verò.* MES. *Huic item Menaechmo nomen est. in Siciliâ*
Te Syracusis gnatum esse dixisti; hic gnatu 'st ibi.
Moschum tibi Patrem fuisse dixisti; huic itidem fuit.
Nunc operam potestis ambo mihi dare, & vobis simul.
MEN-SUR. *Promeruisti. ut ne quid ores, quod velis, quin inpetres.*
Tamquam si me emeris Argento, liber servibo tibi.
MES. *Spes mihi 'st, vos inventuros, Frater, Germanos duos*
Geminos, unâ Matre gnatos, & Patre uno, uno die.
MEN-SUR. *Mira memoras. utinam efficere, quod pollicitus, possies!*
MES. *Possum. sed nunc coite. uterque id, quod rogabo, dicite.*
MEN-SUR. *Vbi lubet, roga; respondebo: nihil reticebo, quod sciam.*
MES. *Est tibi nomen Menaechmus?* MEN-SUR. *fateor.* MES. *est itidem tibi?*
MEN-SOS. *Est.* MES. *Patrem fuisse Moschum tibi ais?* MEN-SUR. *ita verò.* MEN-SOS. *& mihi.*

[a] Sic eleganter Matrem vocat *Patriam*. quae unicuique censetur *Mater*.

[b] Vide Calligraph. Tit. *Similitudinis*. Mil. 2. 2. ✝. 85.

Es ne

MES. Es ne tu Syracusanus? MEN-SUR. certò. MES. quid tu? MEN-SOS.[a] quippini!
MES. Optumè usque adhuc conveniunt signa. porrò operam date,
Quid longissumè meministi, dic mihi, in Patriâ tuâ?
MEN-SUR. Cum patre ut abij Tarentum ad Mercatum; tum posteà
Inter homines me deerrare à Patre, atque inde avehi.
MEN-SOS. Iuppiter supreme! serva me! MES. quid clamas? quin taces!
Quot eras annos gnatus, quòm te Pater à Patriâ avehit?
MEN-SUR. [b] Septuennis. nam tum dentes mihi cadebant primulùm,
Neque Patrem umquam postillà ego vidi. MES. quid [c] vostrûm Patri;
Filij quot eratis? MEN-SUR. ut nunc maxumè meminit; duo.
MES. Vter eratis? tun' an ille major? MEN-SUR. aquè ambo pares.
MES. Qui potest? MEN-SUR. gemini ambo eramus. MEN-SOS. DI me servatum volunt!
MES. Si interpellas, ego tacebo. MEN-SOS. potius taceo. MES. dic mihi;
Vno nomine ambo eratis? MEN. SUR. Minumè. nam mihi hoc erat,
Quod nunc est; Menæchmo. illum tum vocabant Sosiclem.
MEN-SOS. * Signa adgnovi: contineri, quin complectar, non queo.
Mihi Germane. gemine Frater; salve! ego sum Sosicles.
MEN-SUR. Quomodo igitur post Menæchmo nomen est factum tibi?
MEN-SOS. Postquàm ad nos renunciatum 'st de te. & Patrem esse emortuum,
Avos noster mutavit. quod tibi nomen est, fecit mihi.
MEN-SUR. Credo ita esse factum, ut dicis; sed mihi hoc responde. MEN-SOS. roga.
MEN-SUR. Quid erat nomē nostræ Matri? MEN-SOS. Theusimarche! MEN-SUR. convenit.
O salve! insperate annis multis [d] pòst quem conspicor;
Frater. MEN-SOS. & tu, quem ego multis, miserisq; laboribus
Vsque adhùc quæsivi; quem q; ego esse inventum gaudeo.
MES. Hoc erat, quod hæc te Meretrix hujus vocabat nomine.
Hunc censebat te esse, credo, quòm vocat te ad Prandium.
MEN-SUR. Namque edepol hic mihi hodiè jussi prandium adpararier,
Clam meam Vxorem; quoi Pallam subrupui dudùm domo.
Eam dedi huic. MEN-SOS. hancne dicis, Frater, Pallam? quam ego habeo.
MEN-SUR. Quomodo hæc ad te pervénit? MEN-SOS. Meretrix huc ad prandium.
Me abduxit; me sibi dedisse ajebat. prandi pérbenè,
Potavi, atque accubui Scortum; Pallam, & Aurum hoc mihi dedit.
MEN-SUR. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evénit boni.
Nam illa, quòm te ad se vocabat, med esse credidit.
MES. Numquid me moráre? quin ego liber, ut jússi; eam.
MEN-SUR. Optumum, atque æquissumum orat; Frater. fac causâ meâ.

[a] Vide Lexicon. Quippe.
[b] Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. Hominu. Ætatu.
[c] Ex vobis, quot eratis filij Patri vestro?
* Hîc est Fratrum ἀναγνωρισμός.
[d] Vide Most. I. 2. ✱. 76.

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri
MILES GLORIOSVS

Cicero *lib. 1. Offic. cap. 38.*

Deforme eſt, de ſeipſo prædicare, falſa præſertim; & cum irriſione audientium imitari MILITEM GLORIOSUM.

Joachimus Camerarius.

Hæc Fabula eſt pictura imperitæ Superbiæ.

Janus Douza.

Non ultimam ſanè inter Plautinas Fabulas gloriam jure ſuo MILES GLORIOSUS *meretur. Nam præterquàm, quòd tota ſale, lepore, politiſſimisq; ſententiis efferta; graphicè in eâ inſuper nobis Vanitatis imaginem ſub* PYRGOPOLINICIS *perſona adumbravit Poeta: eos innuens; qui ſe primos omnium rerum eſſe volunt.*

DRAMATIS PERSONAE.

PYRGOPOLINICES, Miles. *à munitionum & Vrbium victoria.*

ARTOTROGUS, Parasitus. *Panivorus.* Vide Elect. Pl. Tit. *Parasitorum* à τρώγειν: quod eſt, *rodere.* Ἀρτοτρώξ: [illegible]: vel Τρωξάρτης, παρὰ τὸ τρώγειν τοὺς ἄρτους. q. d. *Panedo.* Ein Brotfreſſer.

PALÆSTRIO, Servus. *à ludo.* Aliqui legunt, PALEUTRIO ut ſit nomen conveniens Veteratori.

PERIPLECTOMENES, Senex. *à vi pertinaciæ.*

SCELEDRUS, Servus. *Lentus & ſegnis*: quòd minus agiles pedes habeat.

PHILOCOMASIUM, Meretrix. Amica comiſſationum. Ein geloch Schweſter / die mit unden und oben ligt.

PLEUSIDES, Adoleſcens. *Navigator.*

LUCRO, Puer. *à lucro.*

MILPHIDIPPA, Ancilla.

ACROTELEUTHIUM, Meretrix. *Finis verſûs.* vel; *ſomnolenta.*

PUER.

CARIO, Coquus.

ARGVMENTVM

AMABAT *Mulierem Philocomasium Pleusides Adolescens Atheniensis: sed dum is legatus Naupactum proficiscitur: Athenas venit* PYRGOPOLINICES, GLORIOSUS MILES, *qui Mulierem abducit Ephesum. Servus adolescentis Palæstrio, ut suo nunciet Hero abductam Amasiam, mox ingreditur mare: à piratâ capitur, donoq. datur à prædone Militi, is Herum ubi Amicam cognovit, mittit ad Herum litteras, ut concedat Ephesum. ille mox advolat, divertiturq. in proximâ vicini domo, à Periplectomeneq. excipitur paterno Hospite. Palæstrio, ut amantibus copiam faciat, communem domus perfodit parietem. Sed dum se invicem illi complectuntur, Sceledrus Militis Servus conspexit osculantes de tegulis. hoc ne aperiatur Militi, illicò occurrit Palæstrio, simulat ei similem venisse sororem alteram, quæ per defossum parietẽ exiens ac rediens, ostendit se in utraq. domo. Struuntur deinde novæ fallaciæ. Periplectomenes ornat Ancillam suam pro uxore. hæc edocta per conservam Ancillam, nuntiat, se deperire Militem: anulũq. mittit amoris pignus. Ille ut* GLORIOSUS *se difficilem reddit: tandem confictis irretitur dolis: & ut novis liceat amoribus potiri, insidiis vafri Palæstrionis Philocomasium prius remittit domum. Et cum se in vicinas ædes præriperet, ratus amantem mulierem offendere, incidit in paratos laqueos: vincitur: vapulat: meritasq. adulterij luit pœnas.*

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
* MILES GLORIOSVS.

* Forte & hęc FABVLA binominis fuit. Laudatur enim ab Auctorib. etiam Plautus; in PYRGOPOLINICE. & infr. 1. ℣. 8. ΑΛΑΖΩΝ.

ARGVMENTVM.

MEretricem [a] Athenis Ephesum [b] Miles ávehit.
I d dum [c] Ero amanti Servos [d] nuntiare volt,
L egato peregrè; ipsus captu 'st in Mari;
E t illi eidem Militi dono datu 'st.
S uum arcersit Erum Athenis, atque ecforat
G eminis [e] communem clàm parietem in ædibus;
L icere ut [f] quiret convenire Amantibus.
O bhærentis [g] custos [h] hos videt de tegulis.
R idiculus [i] autem, quasi sit [k] alia, [l] luditur.
I temq; inpellit Militem Palæstrio,
O missam faciat Concubinam; quando ei
S enis Vicini cupiat [m] Vxor nubere:
V ltrò abeat, [n] orat; donat multa. ipse in domo
S enis prehensus, pœnas pro Mœcho luit.

a Philocomasiũ, quæ erat ingenua.
b Pyrgopolinices. Vide Lex. Mil.
c Pleusidi.
d Palæstrio.
e Duplicibus, quæ communem medium parietem habebant.
f Vt liceret amantibus Pleusidi & Philocomasio cõvenire, seu, congredi: sive, ut V.C. adnotat supra lineam: coire.
g Pleusidè & Philocomasium.
h Servus Sceledrus, Philocomasio a Milite additus custos.
i Sceledrus
k Quasi non sit Philoc. sed alia.
l A Servo Palæstrione, & ab hospite Periplectomene.
m Nempe supposititia Vxor Periplectomenis, ut ei persuaserat falsò Servus. Periplectomenis erat cælebs: ancillam habuit Acroteleutium.

A L I V D.

MEretricem ingenuam [o] deperibat [p] mutuò Atheniensis [q] Juvenis. [r] Naupactum is domo Legatus abijt: Miles in eandem incidit. Deportat Ephesum invitam. Servos [s] Attici

n Miles erat, prior ut abeat: & tandem prehensus luit. o Philocomasium. p Cùm vicissim amaretur. q Ple[illegible] r Oppidum in Ætolia. s Servus juvenis Attici Pleusidis, Palæstrio.

Vt nuntiaret Domino factum; navigat,
Capitur: donatur illic captus Militi.
Ad Erum ut veniret Ephesum, scribit: advolat
Adulescens, atq; in proxumo divortitur
Apud Hospitem [a] paternum. medium parietem
Perfodit Servos, commeatus clanculum
Quà foret [b] Amantum. geminam fingit: Mulieris
Sororem ait esse. mox ei Dominus Ædium
Suam [c] clientam sollicitandum ad Militem
Subornat: capitur ille sperat; nuptias:
Dimittit Concubinam; & Mœchus vapulat.

a Per parietem.

[illegible]

ACTUS PRIMI
SCENA I.

PYRGOPOLINICES. ARTOTROGUS.

CURATE, *ut splendor meo sit Clypeo clarior,*
Quam solis radii esse [d] olim, quòm sudum'st, solent:
Ut ubi usus veniat, contra conserta manu
Praestringat oculorum [e] aciem in acie Hostibus.
Nam ego hanc [f] Machaeram [g] mihi consolari volo,
Ne lamentetur [h], neve animum despondeat,
Quia se iampridem feriatam gestitem,
Quae misera gestit [i] fartem facere ex Hostibus.
Sed ubi Artotrogus? AR. Hic est; stat [k] propter virum
Fortem atq; fortunatum & forma [l] regia,
Tum bellatorem. [m] Mars haud ausit [n] dicere,
Neq; aequiperare suas virtutes ad tuas.
PY. Quemne [o] ego servavi in Campis [p] Gurgustidoniis
Ubi BUMBOMACHIDES CLUNINSTARIDYSARCHIDES
Erat Imperator summus, Neptuni Nepos.
AR. Memini: nempe illum dicis cum armis aureis,
Cujus tu legiones difflavisti spiritu,
Quasi ventus folia aut paniculum [q] tectorium.
PY. Istuc quidem edepol nihil est. AR. Nihil hercle hoc quidem'st
Prae ut alia dicam, quae tu numquam feceris.

Perjuriorem [a] *hoc Hominem si quis viderit,*
Aut Gloriarum pleniorem, quàm illic est;
Me sibi [b] *habeto: & ego me illi mancupio dabo*
Uno [c] *Epityro; ut apud illum esuriem* [d] *insanè benè.*
PY. *Ubi tu es?* AR. *Eccom! Edepol vel* [e] *Elephanto in Indiâ*
Quo pacto pugno perfregisti [f] *brachium!*
PY. *Quid Brachium?* AR. *Illud, dicere volui, Femur.*
PY. *At indiligenter hic eram.* AR. *Pol si quidem*
Connisus esses; per corium, per viscera,
Perq; os, Elephanti transmitteres Brachium.
PY. *Nolo istæc hic nunc.* AR. *Na hercle operæ pretium quidem*
Mihi te enarrare; tuas qui virtutis sciam.
Venter creat omnis has ærumnas. auribus
Peraudienda sunt, ne dentes [g] *dentiant.*
Et adsentandum'st; quicquid hic mentibitur.
PY. *Quid illud? quod dico.* AR. *Hem! scio jam, quid vis dicere.*
Factum st hercle. memini fieri. PY. *Quid id est?* AR. [h] *Quicquid est.*
PY. *Habes Tabellas* [i] *?* AR. *Vis rogare? habeo & Stilum.*
PY. *Facetè advortis animum tuum ad animum meum.*
AR. *Novisse mores tuos meditatè decet;*
Curamq; adhibere, ut [k] *prævolat mihi, quæ tu velis.*
PY. *Ecquid meministi?* AR. *Memini: centum in Ciliciâ,*
Et quinquaginta: centum [l] *Sycolatronida,*
Triginta Sardi, sexaginta Macedones,
Sunt Homines; tu quos occidisti uno die.
PY. *Quanta istæc hominum summa 'st?* AR. *Septem milia.*
PY. *Tantum esse oportet; rectè rationem tenes.*
AR. *At nullos habeo scriptos; sic memini tamen.*
PY. *Edepol memoria 'st optuma.* AR. *Offæ* [m] *monent.*
PY. *Dum talem facies, qualem adhuc, adsiduò* [n] *edes:*
Communicabo [o] *semper te mensâ meâ.*
AR. *Quid in Cappadociâ? ubi tu quingentos simul,*
Ni hebes [p] *Machæra foret, uno ictu* [q] *occideres.*
At Peditatûs [r] *reliquia erant, si viverent.*

a Hæc dicit aversus ad Spectatores.
b Me sibi emito: Contubernalem & Hospitem sibi habeto.
c Mancupio me illi dabo pro unico tantum Epityro: ut apud illum minime lautis & facetis victibus victitans, esuriam. Vide Lex. *Epityrum.* Erat Cibi genus ex oleis concisis, addito aceto, coriandro, cumino, menta, &c.
d Vide Lex. *Insanè.*
e Vide Lex. *Vel*: etiam, quamvis.
f Alludit ad proboscidem Elephãti: Et est jocus ex ambiguo. Significat enim obscurê Parasitus Militê, dum aliquem olim manu cædere conatur, pene sibi brachium perfregisse. per Elephãtum notans Militem, quod sit instar Elephãti magna bestia; & stolidus, & quasi *ἀναισθητος*, ut Elephantus, propter corii duritiem.
g Vide Lex. *Dentire.* ne doleant mihi dentes. *Vel*: grãdescant, dum illos non exerceo in cibo atterẽdo. Ventris causâ hæc sunt audienda. Loquitur aũt hæc ad Auditores sive Spectatores seorsum.

h Quicquid sit istud, memini & scio, & tibi assentio esse verum. *i* *Sc.* utendas. *Q. d.* Accipe à me utendas, si vis. Solebant autem Centuriones & similes circumferre Tabellas, in quibus mercenariorum Militum nomina conscribebant: ut scirent, quibus stipendium deberetur. Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.* *k* *H. e.* ita mihi mores tuos cognitos esse oportet: atq; ita animus iis advertendus, ut quæcunque tu velis, ego prius velim. *l* Alludit ad nomen sycophantæ Plautus. *m* Memoria mea certe optima est. Illam mihi offæ suggerunt. *n* Dum talem me prædicabis, qualem adhuc prædicasti, tibi quod comedas, non deerit: communicabo semper te mensa mea. *o* Nota syntax. *p* Hyperbole sarcasmo quodam fermentata. *q* Occidisses. ut supra versu 30. *r* At Pedites illi 500. totius Peditatûs erant reliquiæ, si viverent, *h. e.* si ulli essent. Iocus: quo notat Pedites nullos fuisse. *Reliquia*; antiquè pro; *reliquiæ.* *ἰωνικῶς*. ut *delitia.*

Quid tibi ego dicam? quod omnes Mortales sciunt;
Pyrgopolinícem te unum in terrâ vivere,
Virtute, & formâ, & factis invictissumis;
Amant te omnes Mulieres: neq; hercle injuriâ;
Qui sis tam pulcher. ut vel illæ quæ [a] *erè pallio*
Me [b] *reprehenderunt.* Py. *Quid erè dixerunt tibi?*
Ar. *Rogitabant; hicíne* [c] *Achilles est, inquit,* [d] *tibi?*
Immò ejus Frater, inquam; innuit illarum altera.
Ergò [e] *mecastor pulcher est, inquit, mihi,*
Et liberalis. Vide; Cæsaries [f] *quàm decet!*
Næ illæ sunt Fortunatæ! quæ cum isto cubant.
Py. *Itan'* [g] *ajeVat tandem?* Ar. *Quæ me* [h] *ambæ obsecraverint,*
Vt te hodiè quasi pompam illâ præterducerem.
Py. *Nimi'st* [i] *miseriam; pulchrum esse Hominem nimis.*
Ar. *Molestæ sunt mihi: orant, ambiunt, obsecrant,*
Videre ut liceat [k]*: ad sese arcersi jubent;*
Vt tuo non liceat dare operam negotio.
Py. *Videtur tempus esse, ut eamus ad Forum,*
Vt in Tabellis, quos consignavi hic crí
[l] *Latronis; ibus ego denumerem stipendium.*
Nam Rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Vt sibi Latrones cogerem, & conscriberem:
Regi hunc diem mihi operam decretum'st dare.
Ar. *Agite; eamus ergò.* Py. *Sequimini; Satellites.*

a Heri. Vide Lex.
b Vide Lex. *Reprehendere.*
c Omnium Græcorum & pulcerrimus & fortissimus.
d τὸ tibi παρέλκει. sicut & *mihi* paulò post.
e Certè meritò. Vide Lex. Perf. I. ℣. 22.
f Vide Elect. Pl. tit. *Cultûs.*
g Vide Calligr. tit. *Interrogandi.*
h Q. d. Quid hoc quæris? itane mecum locutæ sunt Mulieres? quę me ambæ obsecraverint, ut te, &c. Vide Elect. Pl. Tit. *Circumitum.*
i *Nimis miseriam:* ut; *Tarum fidem.* & Ovid. lib. 3. Metam. ℣. 349. *Satis fortunam.* Vide Lex. *Parùm.*
k Mihi *sc.*
l Milites. Vide Lex. *Latrones.* Nota syntaxin. Vide etiam Elect. Pl. tit. *Militiæ.* τὸ *ibus*, est; iis. Antique.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

* Palæstrio, Servus Pleusidis.

* PROLOGVM hîc agit Palæstrio. sed non satis præmeditatè, aut cautè, ad indecorum evitandum.

Mihi *ad enarrandum hoc* Argumentum'*st comitas,*
Si ad auscultandum vostra erit benignitas.
Qui autem auscultare nolit, exsurgat foràs;
Vt sit, ubi sedeat ille, qui auscultare volt.
Nunc, quâ adsedistis causâ in festivo loco,
Comœdiæ, quàm nos modò acturi sumus,
Et Argumentum, & Nomen vobis eloquar.

ΑΛΑΖΩΝ [a] Græcè huic Nomen est Comœdiæ,
Id nos Latinè GLORIOSUM dicimus.
Hoc Oppidum EPHESU'ST: idem MILES meus est Erus,
Qui hinc ad Forum abiit Gloriosus, inpudens,
Stercoreus [b], plenus perjurii, atq; adulterii.
Ait, sese ultrò [c] omnis Mulieres sectarier:
Is deridiculu'st, quaquà incedit, omnibus.
Itaq; hic Meretrices labiis dum ducunt eum;
Majorem [d] partem videas [e] valgis [f] saviis.
Nam ego haut diu apud hunc servitutem servio.
Id volo vos scire, quomodo ad hunc devenerim
In servitutem, ab eo, quoi servivi priùs.
Date operam. nam nunc ARGUMENTUM exordiar.

ERAT [g] Erus Athenis mihi Adulescens optumus.
Is amabat Meretricem, Matre [h] Athenis Atticis,
Et illa illum [i] contrà: qui est Amor cultu optumus.
Is publicè Legatus Naupactum fuit:
(MAGNAI REIPUBLICAI gratiâ'st.)
[k] InteriVi ut hic Miles fortè Athenas ádvenit,
Insinuat sese ad illam Amicam Eri mei:
Occepit ejus Matri subpalparier,
Vino, Ornamentis, opiparisq; Obsoniis.
Itaq; intumum ibi se Miles apud Lenam facit.
Vbi primùm evénit Militi huic occasio,
Sublinit [l] os illi Lena, & Matri Mulieris,
Quam Erus meus amabat. nam is illius Filiam
[m] Contegit in Navem Miles clam matrem suam:
Eamq; huc invitam Mulierem in Ephesum ádvehit.
[2] Ego, quantum citiùs possum, mihi Navem paro,
[1] Amicam Erilem Athenis avectam scio.
[3] Inscendo [n], ut eam rem Naupactum ad Erum nuntiem.
Vbi sumus provecti in Altum, id, [o] quod volunt,
Capiunt Prædones Navem illam, ubi [p] vectus fui.
Prius perii, quàm ad Erum veni, quò ire occeperam.
Ille me qui cepit, dat me huic dono Militi.
Hic postquàm in Ædis me ad se deduxit domum.
Video illam Amicam Erilem, Athenis quæ fuit.
Vbi contrà adspexit me, oculis mihi signum dedit,
Ne se adpellarem: inde, postquàm occasio'st,
Conqueritur [q] mecum Mulier fortunas suas,
Ait sese Athenas fugere cupere ex hâc domu,

a Ostentator.
b Putidus, instar stercoris.
c Se à mulieribus ultrò peti, & coli.
d Sc. Meretricum.
e Sc. ex sannarum illa frequentatione, & contemnifica obtortione, nūc distorta labia gerunt Meretrices.
f H.e. pravè distorto ore, & posticis sannis Militem deludunt. Vide Lex. Savia: pro, ipsis labris.
g Pleusides.
h Quam mater Athenæ Atticæ pepererunt.
i H.e. vicissim. Vide Cistell. 1.3.ꝟ.45.
k Interibi; intereà, interim. Antiquè.
l Decepit Lenam illam, & Matrem ejus.
m H.e. in Navem abscondit.
n Navem.
o H.e. ut solent, quod illis volupe est. Merc. 1.1.ꝟ.94.
p In quo vectus fui.
q Nota syntaxin.

Sese illum amare meum Erum, Athenis qui fuit;
Neq; pejus quemquam odisse, quàm istum Militem.
Ego, quoniam inspexi Mulieris sententiam,
Cepi tabellas; consignavi clanculùm:
Dedi Mercatori, qui ad illum deferat
Meum Erum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat,
Vt is huc venıret. is non sprevit nuntium.
Nam & venit. & is in proxumo hic divortitur
Apud suum paternum Hospitem, lepidum [a] *Senem.*
Itaq; ille amanti suo Hospiti morem gerit;
Nosq; operâ consilioq; adhortatur; juvat.
Itaq; ego paravi hic-intus magnas [b] *machinas.*
Qui amantis unà inter se facerem [c] *Cónvenas.*
Nam unum conclave, Concubinæ quod dedit
Miles, quò nemo, nisi [d] *eapse, inferret pedem;*
In eo conclavi ego perfódi parietem,
Quà conmeatus clàm esset hinc huic Mulieri.
Et Sene sciente hoc feci; is consilium dedit.
Nam meus Conservos est Homo haut magni pretI,
Quem Concubinæ Miles custodem addidit,
Et nos facetis fabricis, & doctis dolis
Glaucómam [e] *ob oculos obIciemus; eumq; ita*
Faciemus, ut quod viderit, non viderit.
Et mox, ne erretis; hac duarum hodiè vicem
Et hîc, & illinc Mulier feret imaginem:
Atq; eadem erit. verùm alia esse adsimulabitur:
Ita sublinitu'st os custodi Mulieris.
Sed foris [f] *concrepuit hinc à vicino Sene.*
Ipse exit. hic ille est lepidus, quem dixi, Senex.

a Periplectomen.
b Fabricas, dolos. infr. ✝. 69.
c Qui in unius Scorti nidum cõspirarunt, vocati *Patres convenæ, conventitij*. Vide Lex. *Convenire*.
d Ea ipsa.
e *Glaucoma*, vitiũ oculorum. Wir wollen jhm ein geplerr vor die Augen machen.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Ædificiorum*.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

PERIPLECTOMENES. PALÆSTRIO.

NISI herclè defregeritis Talos; posthàc [g] *quemq; in tegulis*
Videritis alienum; ego vostra faciam latera [h] *lorea.*
Mihi quidem jam [i] *arbitri & vicini sunt; meæ quid fiat domi.*

g Quemcumque.
h Virgis cæsa, & lacerata loris, sive corio.
i Inspectores. Trinu. 1. ✝. 109.

Ita

Digitized by Google

Ita per Impluvium [a] *intrò spectant. nunc adeò edico omnibus,*
Quemque [b] *à Milite hic videritis Hominem in nostris tegulis,*
Extrà unum Palæstrionem, hunc deturbatote in viâ.
Quòd ille Gallinam, aut Columbam se sectari, aut Simiam
Dicat; disperIstis! ni usque ad mortem mulcaßitis malè;
Atque adeo, ut ne Legi fraudem faciant [d] *Talaria,*
Adcuratote; ut sine Talis domi agitent Convivium.
PA. *Nescio, quid malè factum à nostrâ huc familiâ 'st, quantum audio.*
Ita hic Senex Talos elidi jußit Conservis meis.
Sed me excepit. nihili facio, quid illis faciat cæteris.
Adgrediar Hominem. estne advorsùm? est, quasi collaturus pedem.
Quid agis? Periplectomene? PE. *haut multos Homines, si optandum fuerit,*
Nunc videre, & convenire, quàm te, mavellem. PA. *quid est?*
Quid negotij 'st? PE. *res palam 'st.* PA. *quæ res palam 'st?* PE. *de tegulis*
Modò nescio-quis inspectavit vostrarum [e] *familiarium,*
Per nostrum Impluvium intus apud nos Philocomasium, atque Hospitem,
Osculantis. PA. *quis homo vidit?* PE. *tuus Conservos est.* PA. *quis is homo 'st?*
PA. *Nescio. ita abripuit repentè sese subitò.* PA. *suspicor*
Me perIsse. PE. *ubi abijt, conclamo: heus! ecquid agis tu? inquam, in tegulis.*
Ille mihi abiens ita respondit; se sectari Simiam.
PA. *Væ mihi misero! quoi pereundum 'st, propter nihili bestiam.*
Sed Philocomasium hicine etiam nunc est? PE. *quòm exibam, hic erat.*
PA. [f] *Si, jube transire huc, quantum poßit,* [g] *se ut videant domi*
Familiares [h]*: nisi quidem illa nos volt, qui servi sumus,*
Propter Amorem suum omnis Crucibus Contubernalis dari.
PE. *Dixi* [i] *ego istuc; nisi quid aliud vis.* PA. *volo: huic dicito,*
Paret [k] *Artem & Disciplinam; obtineat colorem.* PE. *hei! quemadmodum?*
PA. *Vt eum, qui hic se vidit, verVis vincat, ne se viderit,*
Siquidem centiens hîc visa sit; tamen infitias eat.
Os [l] *habet; linguam* [m]*; perfidiam, malitiam, atque audaciam,*
Confidentiam, [n] *confirmitatem, fraudulentiam,*
Qui arguat se, eum contrà vincat jurejurando suo.
Domi habet [o] *animum falsiloquum; falsificum, falsijurium,*
Domi dolos, domi delenifica [p] *facta, domi fallacias.*
Nam Mulier holitori [q] *numquam supplicat, si qua 'st mala.*
Domi habet Hortum [r] *& Condimenta ad omnis* [s] *molis malificas.*
PE. *Ego istæc, si erit hic, nuntiabo. sed quid est? Palæstrio;*
Quod volutas tute tecum in corde. PA. *paulisper tace,*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Ædificiorum.*
b quemcumque ex familiaribus Militis. Vide Lex. *Ab.*
c Quantum ad illud attinet, quod is causari velit, se Gallinam aut Columbam, aut Simiam, quæ domo aufugerit, persequi; nullam accipio causam. actũ est de vobis, nisi ad mortem eum verberaveritis. Vide Lex. *Quod.*
d Iocatur ambiguitate *Talorum.* Præcipue hoc vult; ut Talos ei destringant, si quem offenderint: sic enim futurum, ut sine Talis pedum *sc.* Convivium facere cogantur. Quod si fiat, nullum fore periculum ne alter alterum, in ista sortitione dominij sive magisterij convivialis fallat. Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.*
e quis ex vestra familia: q̃ Ancillæ.
f Si vis. Vide Lex.
g *Se:* pro; *ipsam.*
h Militis. Aul. I. I. ỷ. 20.
i Proinde habere debes, ac si dixerim.
k Simulet, dissimulet, mentiatur, nec colorē mutet.
l impudens, & durũ. Vide Lex. *Os.*
m qua mentiatur, & peieret.
n Constantiam.
o Non necesse habet aliunde utendum rogare. Vide Lex. *Domi.* p Facta ad decipiendum comparata. q Mulier, quæ malitiam domi habet, eam à nullo foris supplex petit. Latet sensus obscœnus. Vide Lex. *Hortus.* & Calligr. Tit. *Rei Venereæ.* r *Id est* Fontem & copiam malitiarum muliebrium. s ad omnis generis dolos; moles; *sive*, machinas malitiosas.

Dum ego mihi consilia in animum convoco, & dum consulo,
Quid agam; quem dolum doloso contrà Conservo parem,
Qui illam hic vidit osculantem; id visum, ut ne visum fiet.
PE. *Quære, ego hinc abscessero abs te te huc interim: illuc sis vide;*
Quemadmodum [a] *ábstitit, severâ fronte curas cogitans.*
Pectus digitis pultat: cor, credo, evocaturus foràs.
Ecce autem avortit [b] *nisus levâ, in femine habet lævam manum.*
Dexterâ digitis rationem conputat, feriens femur
Dexterum ita vehementer, quod [c] *tactu agrè súppetit.*
Concrepuit digitis: laborat, crebro conmutat status.
Eccere autem capite nutat: non placet, quod repperit,
Quicquid est, incoctum [d] *non expromit; benè coctum dabit.*
Ecce autem [e] *ædificat; Columnam mento suffulsit suo.*
Apage! non placet profectò mihi illa inædificatio.
Nam os Columnatum Poëta [f] *esse inaudivi Barbaro.*
Quoi Vini [g] *Custodes semper totis horis accubant.*
Euge! [h] *Euschemê hercle adstitit, &* [i] *Dulicê, &* [k] *Comœdicê.*
Numquam hodiè quiescet, priusquàm id quod petit perficit.
Habet, opinor. AGE, SI QUID AGIS! *vigila; ne somno stude:*
Nisi quidem hìc agitari mavis varius [l] *virgis: nî vigilas.*
Tibi ego dico. [m] *an Eri artûs nescis? heus! te adloquor; Palæstrio.*
Vigila; inquam. expergiscere; inquam. lucet [n] *hoc; inquam.* PA. *audio.*
PE. *Viden' Hostis tibi adesse? tuoque tergo Obsidium? consule;*
Adripe opem, auxiliumque ad hanc rem. properè hoc; non placidê [o] *decet.*
Antevenito aliquà aliquos: aut tu circumduce exercitum.
Curre [p] *in Obsidium Perduellis; Nostris præsidium para,*
Intercludito Inimicis Conmeatum; tibi muni viam,
Quà Cibatus, Conmeatusq; ad te, & Legionis tuas
Tutò possit pervenire. hanc rem age; res subitaria 'st.
Repperi; comminiscere: cedò calidum consilium citò:
Quæ hìc sunt visa, ut visa ne sint: facta infecta uti sient.
Magnam illic, Homo, rem incipis; & magna munis mœnia.
Tute unus [q] *si recipere hoc ad te dicis, confidentia 'st,*
Nos Inimicos [r] *profligare posse.* PA. *dico, & recipio*
Ad me. PE. *& ego inpetrare me dico id, quod petis.* PA. *at te Juppiter*
Benè amet! PE. *at inperti! Amice; me, quòd conmentus.* PA. *tace;*
Dum in [s] *Regionem Astutiarum mearum te induco; ut scias*

a Secessit. *Q. d.* astrictâ, caperatâ, ac matutinâ fronte curas unà pariter cum superciliis adducens, & velut sursùm cōpellens ac cogens. b *sc.* se. Vide Elect. Pl. Tit. *Arithmetices.* c Tactui. d Quodcumque istud commentū est, non ad opus deducet, nisi omnibus partibus absolutum. e Præbet speciem ædificantis: & brachium instar Columnæ mento suo supponit. f *H. e.* NÆVIO: Latino Poetæ, qui in commentando solebat manum mento suffulcire. g Canes, vel vincula. Fuit enim NÆVIVS in Carcere. τὸ *Vini*, est: *bini*, antiquè. h *εὐσχήμως*, decorê, speciosê. *εὐσχημόνως.* i *δουλικῶς*, serviliter. k Festivê, concinnê. l Cruentus virgis, ita ut corium tuū ob cruorem, non sit unius coloris, sed varii. m *H. e.* Si Miles hoc rescivit, certò futurum est, ut Heri pugnos sis devoraturus. Sic Curc. 5. 2. ℣. 47. Stich. 1. 1. ℣. 16. inquit Servus: *Novi ego Nostros.* n *δηλωτικῶς. Hoc:* scil. Cælum. o calidê & celeriter decet accurari: ut tibi opem & auxilium quæras. p curre, ut obsideas hostes. q Tute unus, si dicis te tuo periculo promittere, fore, ut hoc negotiū abs te conficiatur, certa spes est, nos inimicos posse perdere. *Recipere*, est in se negotium suscipere. German. Etwas uff sich nemen. Vide infr. ℣. 92. r ad interitum & internecionem adducere. *Nautus.* s infr. 3, 3. ℣. 13. *Regio consilij.*

Iuxtà

Iuxtà [a] *mecum mea consilia.* PE. *Salva* [b] *sumes indidem.*
PA. *Erus meus Elephanti* [c] *corio circumtentu'st, non suo:*
Neque habet [d] *plus sapientiam, quàm lapis.* PE. *egomet istuc scio.*
PA. *Nunc sic rationem incipissam. ita hanc instituam astutiam.*
Vt Philocomasio hanc Sororem geminam Germanam alteram
Dicam Athenis advenisse, cum Amatore aliquo suo,
Tam similem, quàm [e] *Lacte Lacti'st; & apud te eos hic devortier*
Dicam hospitio. PE. *euge! euge! lepidè! laudo commentum tuum.*
PA. *Vt si illic concriminatus sit advorsùm Militem*
Hic meus Conservus, eam vidisse cum alieno oscularier;
Eum arguam vidisse apud te contrà Conservom meum,
Cum suo Amatore amplexantem, atque osculantem. PE. *immò ut optumè!*
Idem ego dicam, si me exquiret Miles. PA. *sed simillumas*
Dicito esse: & Philocomasio id [f] *recipiendum'st, ut sciat,*
Ne titubet, si quæret ex eâ Miles. PE. *nimis doctum dolum!*
Sed si ambas videre in uno Miles [g] *Concilio volet;*
Quid agimus? PA. *facilè'st. trecentæ possunt* [h] *causæ conici.*
Non domi'st: abiit ambulatum; dormit; ornatur; lavat;
Prandet; potat; occupata'st; opera non est [i]; *non potest.*
Quantum [k] *prolationum! dum modò nunc primâ viâ*
Inducamus, vera ut esse credat, quæ mentibitur,
PE. *Placet, ut dicis.* PA. *intrò abi ergò: & si isti'st Mulier, jube*
Citò domum [l] *transire; atque hæc ei monstra: & præcipe,*
Vt teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus,
De geminâ Sorore. PE *doctè tibi illam perdoctam dabo.*
Numquid aliud? PA. *intrò ut abeas.* PE. *abeo.* PA. *equidem ego ibo domum.*
At quem Hominem investigando sumam operam, hinc dissimulavero;
Qui fuerit Conservus, qui hodiè fiet sectatus Simiam.
Nam ille non potuit, quin [m] *sermoni suo aliquem familiarium*
Participaverit de Amicâ Eri; vidisse sese eam
Hic in proxumo osculantem cum alieno Adulescentulo.
Novi morem ego, & tacere nequeo. solus scio.
Si invenio, qui vidit, ad eum [n] *Vineas, Pluteosque agam.*
Res parata'st; vi, pugnandoque Hominem capere certa res est.
Si ita non reppério; ibo odorans, quasi Canis Venaticus,
Vsq; [o] *donec persequutus Volpem ero vestigiis.*
Sed fores concrepuerunt nostræ. ego voce moderabo [p] *me.*
Nam illic est Philocomasio Custos meus Conservos. atque it foràs.

a æquè atque ego. Vide Lex. *Iuxta.*
b rectè & tutò apud me deposueris: *seu*, mihi credideris: non enim ea cuique vulgabo: sed salva & integra, qualia accepero, ex eodem loco, in quo deposueris, toller.
c *h. e.* durissimo; crassissimo.
d Nota syntax. Vide Lex. *Parùm.*
e Vide Calligraph. Tit. *Similitudinis.* supr. 1.1.℣.68. Mē. 5.9.℣.30.
f acceptandum, intelligendum, cognoscendum. Vide supr. ℣.74.
g cœtu.
h excusationes: προφάσεις.
i Philocomasio non est operæ facultas. *h. e.* non est vacua.
Sie hat nicht der weil.
k procrastinationū: ἀναβολῶν
l *s.* Militis: seu nostram.
m Nota syntaxin.
n *h. e.* Machinas omnes & artes adhibebo, ut Sceledro & Militi persuadeam, Sorores germanas inter se simillimas esse. *Allegoria.* Vide Elect. Plaut. Tit. *Militia.*
o Nota particulas, *usque-donec.* Vide Lex.
p Nota syntaxin.

ACTVS

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

SCELEDRUS. PALÆSTRIO.

NISI quidem ego hodiè ambulavi dormiens in tegulis,
Certò edepol scio, me vidisse hîc proxumæ viciniæ
Philocomasium Erilem amicam sibi alium quærere.
PA. *Hic illam vidit osculantem, quantum hunc audij loqui.*
SC. *Quis hic est?* PA. *tuus Conservos. quid agis? Sceledre.* SC. *te, Palæstrio,*
Volupe'st convenisse. PA. *quid jam? aut quid negotij fac sciam.*
SC. *Metuo.* PA. *quid metuis?* SC. *ne hercle hodiè quantum hîc familiarium'st,*
Maxumum in malum cruciatum insuliamus. PA. *tu sali*
Solus. nam ego istam insulturam [a], *& desulturam nihil hîc moror.*
SC. *Nescis tu fortasse, apud nos facinus est quod gnatum'st hîc novom.*
PA. *Quod id est facinus?* SC. *inpudicum.* PA. *tute* [b] *scis solitè tibi.*
Mihi ne dixis; scire nolo. SC. *non enim faciam, quin scias.*
Simiam hodie sum sectatus nostram in horum tegulis.
PA. *Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam Bestiam.*
SC. *DI te perdant!* PA. [c] *te istuc æquom: quoniam occepisti Eloqui.*
SC. *Fortè fortunâ per Inpluvium huc despexi in* [d] *proxumum,*
Atque ego illà adspicio osculantem Philocomasium cum [e] *altero*
Nescio-quo Adulescente. PA. *quod ego, Sceledre, scelus ex ted audio?*
SC. *Profectò vidi.* PA. *tutĕn'?* SC. *egomet duobus his oculis meis.*
PA. *Abi. non verisimile dicis; neque vidisti.* SC. *num tibi*
Lippus videor? PA. *Medicum istuc tibi melius percontarier.*
Verùm enim tu istam, [f] *si te DI ament, temerè haut tollas fabulam.*
Tuis nunc [g] *Cruribus, Capitique fraudem Capitalem hinc creas.*
Nam tibi jam ut pereas, paratum'st dupliciter; nisi súpprimis
Tuum [h] *stultiloquium.* SC. *quî verò dupliciter?* PA. *id dicam tibi.*
Primùm dum [i] *si falsò insimulas Philocomásium, hoc perieris.*
Iterùm, si id verum'st; tu ei Custos additus perieris.
SC. *Quid fuat me, nescio; hæc me vidisse ego certò scio.*
PA. *Pergin'? Infelix!* SC. *quid tibi vis? dicam; nisi quod viderim.*
Quin etiam nunc intus hîc in proxumo'st. PA. *eho! an non domi'st?*
SC. *Vise; abi intrò tute. nam ego* [k] *mihi nihil credi postulo.*

PA. *Certum*

a Iocatur: & alludit ad *Desultores*, qui ex unius equi ephippio desiliebant in alterum. Alii de Crucis adscensione interpretantur. Vide Elect. 1. Tit. *Suppliciorum Crucis.*
b Tute scias tibi soli; mihi ne dixeris. *Solitè*: est; *solitariè*. Vel; referendum ad impudicos: qui dicebantur *Consuescere*: *& Solere*: Vide Lex. Asin. 3. 3. ℣. 104. Cist. 1. 1. ℣. 38. Pseud. 4. 7. ℣. 81.
c Iocus est ex distinctione. Vide Capt. 4. 2. ℣. 88. Pœn. 1. 2. ℣. 11. Epid. 1. 1. ℣. 21. Amph. 1. 2. ℣. 108. uti quidam ibi malint distinguere, sed contra libb. nostros Mss.
d In ædes vicinas sive proximas.
e Cum alio. Truc. 1. 1. ℣. 1. Vide Lex.

f Nisi tibi iratos Deos habere velis; cave istum sermonem sine magna ratione efferas, & vulges. *Metaphora* sumpta à Parentibus, qui liberos, quos agnoscunt, voluntque sibi adnasci, tollunt. g *Cruribus tuis* Compedes; & *Capiti* h. e. Vitæ, extremam pœnam hoc sermone, si palàm fiat, paras. h μωρολογία. Sic alibi *Multiloquium*; *Pauciloquium*. i τό dum παρέλκει. k Sed potiùs rei & veritati.

PA. *Certum'st facere id.* SC. *hic te opperiar;* [a] *eâdem illi insidias dabo;*
Quòm Vxor ad stabulum [b] *juvenis recipiat se è pabulo.*
SC. *Quid ego nunc faciam? Custodem me illi Miles tradidit.*
Nunc, si indicium facio, interij: si taceo, interii tamen.
Si hoc palàm fuerit; quid pejus Muliere, aut audacius?
Dum ego in tegulis sum, illàc hac se Hospitio edit forâs.
Edepol facinus fecit audax. hocine si Miles sciat!
Credo hercle has sustollat Ædis totas; tollat atque hinc in [c] *Crucem.*
Hercle quicquid est, mussitabo potiùs, quàm inteream malè.
Non ego possum, quæ ipsa sese [d] *venditat, tutarier.*
PA. *Sceledre; Sceledre! quis homo* [e] *interim'st autem alter audacior?*
Quis magis DEIS *inimicus* [f] *gnatus? quàm tu, atque iratus?* SC. *quid est?*
PA. *Iube tibi oculos exfodiri; quibus id, quod nusquam'st, vides.*
SC. *Quid! nusquam?* PA. *non ego nunc tuam emam ipse vitam vitiosâ* [g] *nuce.*
SC. *Quid negotij'st?* PA. *quid negotij sit, rogas?* SC. *cur non rogem?*
PA. *Non tute tibi istam prætruncari linguam largiloquam jubes?*
SC. *Quamobrem jubeam?* PA. *Philocomasium eccam domi! quam in proxumo*
Vidisse ajebas te osculantem, atque amplexantem cum altero.
SC. *Mira'st lolio* [h] *victitare te, tam vili tritico!*
PA. *Quid jam?* SC. *quia* [i] *luscitiosus.* PA. *væ! Verbero. edepol tu quidem*
Cacus, non [k] *luscitiosus. nam* [l] *ellam quidem! illa* [m] *domi.*
SC. *Quid domi?* PA. *domi hercle verò.* SC. *abi! ludis me; Palæstrio.*
PA. *Tum mihi sunt manus inquinatæ.* SC. *quidum?* PA. *quia ludo* [n] *luto.*
SC. *Væ Capiti tuo!* PA. *tuo istuc, Sceledre, promitto fore,*
Nisi oculos, [o] *orationemque aliam commutas tibi.*
Sed fores concrepuerunt nostræ. SC. *at ego illic observo foris.*
Nam nihil est, quà hinc huc transire ea possit, nisi recto [p] *ostio.*
PA. *Quin domi eccam! nescio-quæ te, Sceledre, scelera suscitant.*
SC. *Mihi ego video; mihi ego sapio; mihi ego credo plurumùm,*
Me Homo nemo [q] *deterruerit; quin ea sit in his Ædibus.*
Hic obsistam: ne inprudenti huc ea se [r] *surrepsit mihi.*
PA. *Meus illic* [s] *homo'st: deturbabo jam ego illum de* [t] *pugnaculis.*
Vin' jam faciam? ut stultividum [u] *te fateare?* SC. *age; face.* volo.
PA. *Neque te quicquam sapere corde! neque oculis uti!* SC. *volo.*
PA. *Nempe tu istic dicis esse Erilem Concubinam?* SC. *atque arguo;*

Eee *Eam*

a eâdem operâ, ex occulto loco Philocomasium observabo, quàm brevi hanc partis versùs, se in ædes nostras recipiat è domo Vicini.
b Nota: *uxor juvenis*: de juvencula.
c *h. e.* statim ædes Periplectomenis tollat. Vide Elect. Plaut. Tit. *Suppliciorum*. Etiam in sedes sceleratorũ animadversum. vide & Trucul. 2. 8. ℣. 8.
d vendere & prostituere cupit.
e *scil.* te. ἰδιωτικῶς.
f vide Calligraph. Tit. *Miseria. Felicitatis.* & Elect. Plaut. Tit. *Deorum.*
g cassâ nuce:
h *q. d.* Si triticum carum esset, non esset mirum, te lolio vitam tolerare: nunc verò cùm tã vile sit triticum. vide Elect. Pl. Tit. *Herbarum.*
i nempe; quia ipso etiam lumine admoto nihil vides. Is enim dicitur *luscitiosus* teste Vlpiano, de Ædilitio Edicto. Alij aliter. vide Lex.
k vide Lex. Alij *Luscitiosum*, vocant, qui laborat vitio oculorum eo, quo quis clariꝰ vespertino tempore, quàm meridie cernit. *Festus.*

l ecce illam. κατὰ συγκοπήν. m *scil.* domi est. ἐλλειπτικῶς. n quia cùm ludo te (*te* Ablat. casu) proinde est, ac si luto ludam. tu enim homo lutulentus es. *Iocus.* Vide Lex. *Ambiguitas sensus ex distinctione.* Et supra ℣. 15. o Nisi desinas, ea tibi videri vidisse, quæ non vidisti, eaque te vidisse asseverare, quæ nuspiam videre potuisti. p *Rectum ostium* est *posticum.* q Nemo aliter mihi persuaserit. r Surrepserit. s meus est; Sceledrus. Er ist mein/ er muss mir her halten. Curcul. 3. 1. ℣. 61. Pseud. 1. 1. ℣. 6. t De propugnaculis. u te stultum esse in videndo.

Eam me vidisse osculantem hic- intus cum alieno Viro.
Pa. *Scin' tu? nullum Conmeatum hinc esse à nobis.* Sc. *Scio.*
Neque [a] *Solarium, neque Hortum; nisi per Inpluvium?* Sc. *Scio.*
Pa. *Quid nunc? si ea domi 'st: si facio, ut eam hinc exire videas domi.*
Dignus es verberibus multis! Sc. *dignus.* Pa. *serva istas foris,*
Ne tibi clam se subterducat istinc; atque huc transeat.
Sc. *Consilium 'st ita facere.* Pa. *pedes ego jam* [b] *illam huc tibi sistam in viam.*
Sc. *Agedum ergò face. volo scire, utrum ego, id, quod vidi, viderim:*
An illic faciat, quod facturum dicit, ut ea sit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo; nec rogo utendos [c] *foris.*
Sed hic illi subparasitatur semper; hic ei proximu'st:
Primus ad cibum vocatur; primò pulmentum datur.
Nam illic noster est fortasse circiter [d] *triennium:*
Neque quoiquam, quàm illi in nostrâ melius [e] *famulo familiâ.*
Sed ego hoc, quod ago, id me agere oportet; hoc observare ostium.
Hic obsistam hàc quidem. pol certò verba mihi numquam dabunt.

a Locus ubi solent apricari. Vide Lex.
b Ego pedibus iter faciens, non volans, illam tibi præsentem sistam in hunc locum. Vide similem locum infr. 3. 2. ℣. 6. Capt. 4. 2. ℣. 8.
c Vide Asin. 2. 2. ℣. ..
d Palæstrio in numero nostrorum familiarium est circiter ab hinc triennium. sed majus & longius spatium, supra colligitur ex Argumento. ideòque aliqui *trinundinum* legere malint.
e *sol.* est.

ACTUS SECUNDI

SCENA IV.

Palæstrio. Philocomasium. Sceledrus.

Pa. *Præcepta facito* [f] *ut memineris.* Ph. *totiens monere mirum 'st.*
Pa. *At metuo, ut satis sis subdola.* Ph. *cedò!* [g] *vel doctam edocebo.*
Memini malas, ut sint malæ: mihi [h] *sola; è quo supersit.*
Pa. *Age jam nunc; insiste in dolos: ego abs te procul recedam.*
Quid adstas tu? Sceledre. Sc. *hanc rem gero, habeo auris; loquere quid vis.*
Pa. *Credo ego istoc exemplo* [i] *tibi esse eundum actutùm extrà* [k] *Portam;*
Dispassis [l] *manibus Patibulum quòm habebis.* Sce. *quam nam ob rem?*
Pa. *Respice dum ad lævam. quis illac est Mulier?* Sce. *pro DI inmortales!*

Eri

f Quia mendacem oportet esse memorem. *Terentius.* Vide infr. 3. 3. ℣. 48.
g Q. d. Tantum abest, ut docenda sim, ut ego vel doctas edocere possim.
h *sol.* est. Mihi soli de malitia muliebri abunde superest: ne igitur verearis: ne non ego satis subdola futura sim.
i Stabat enim manibus ante se projectis, & leviter diductis: habitu, quo solent captantes, & apprehensuri. Vide E. lect. Plaut. Tit. *Suppliciorum.* k Metiam: *sive*, Esquilinam. *Proverbium; Extra portam ire: ἐς μακαρίαν, ἐς κόρακας.*
l à *Dispando; dispansum, & dispassum.*

Eri Concubina'st hæc quidem. PA. *mihi quoque pol ita videtur.*
Age nunc jam; quando lubet. SC. *quid agam?* PA. *peri perproperè!*
PH. *Vbi iste bonus Servos? qui propudij me* [a] *maxumeì innocentem*
Falsò insimulavit. PA. *hem tibi! hic mihi id dixit.* PH. *tibi? quem dixti*
Fute vidisse in proxumo hic, Sceleste, me osculantem?
PA. *Atque cum alieno Adulescentulo dixit.* SC. *dixi hercle verò.*
PH. *Tun' me vidisti?* SC. *atque his quidem oculis.* PH. *carebis* [b] *credo.*
Qui plus vident, quàm quod vident. SC. *numquam hercle* [c] *deterrebor,*
Quin viderim id, quod viderim. PH. *ego verò stulta, &* [d] *mora multùm,*
Quæ cum hoc insano fabulem; quem pol ego Capitis [e] *perdam*
SC. *Noli minitari; scio* CRUCEM *futuram mihi* [f] *sepulchrum:*
Ibi mei majores sunt siti [g]; *Pater, Avos, Proavos, Abavos.*
Non possunt [h] *mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.*
Sed paucis verbis te volo; Palæstrio. obsecro! unde
Exit hàc huc? PA. *unde? nisi domo.* [i] SC. *domo?* PA. *me viden'.* SC. *te video.*
Nisi mirum'st facinus, quomodo hæc hìc transire potuerit.
Nam certè neque Solariu'st hìc apud nos, neque Hortus ullus,
Neque fenestra, nisi [k] *Clatrata. nam certò ego te hìc intus vidi.*
PA. *Pergin' Sceleste,* [l] *intendere, & hanc arguere,* PH. *ecastor ergò*
Mihi haut falsum eveniat somnium! quod noctu hac somniavi.
PA. *Quid somniavisti?* PH. *ego eloquar: sed, amabo, advortite animum.*
Hac Nocte in somnis mea Soror Gemina germana visa
Venisse Athenis in Ephesum cum meo Amatore quodam:
Hi ambo hospitio huc in proxumum mihi divorti sunt visi.
PA. *Palæstrionis somnium* [m] *narratur. perge porrò.*
PH. *Ego læta visa, quia Soror venisset, propter eandem*
Suspicionem maxumam, sum visa sustinere.
Nam arguere in somnis me familiaris meus mihi visu'st,
Me cum alieno Adulescentulo, quasi [n] *nunc est, osculatam esse:*
Quòm illa osculata mea Soror Gemina suum esset Amicum.
Ita me insimulatam perperàm falsum esse somniavi.
PA. *Satin' eadem in vigilantis* [o] *expetunt? quæ in somnis visa memoras.*
Heus! hercle quàm præsentia omnia! abi intrò, & [p] *comprecare:*
Narrandum ego istuc Militi censebo. PH. *facere certum.*
Neque me quidem patiar probri falsò inpunè insimulatam.
SC. *Timeo, quid rerum gesserim hìc. ita dorsus* [q] *totus prurit.*
PA. *Scin' te perisse nunc quidem domi certò?* SC. *certa res est.*

a Prop. maximi. Antiquè.
b Carebis credo, his oculis, qui pl. vid. q. q. vid. *h. e.* qui sibi cernere videntur, quod non cernunt.
c *Nota:* Testimonium visûs certissimum, & infallibile. Es wirdt mich niemand bereden/das ich das nit solle gesehen haben: was ich gesehen hab.
d *Mora:* est à μωρός: unde *morari*, μωραίνειν.
e Vita privabo.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Supplicij*. Crux Servorum fuit.
g Mortui. Vide Lex. *Situs*.
h Non potes minis tuis hosce oculos mihi effodere *h. e.* Non potes minis efficere, ut non viderim, quod viderim, & ut oculis caream. *Hisce* pro *hi*. Vide Lex.
i nostrâ domo.
k clatris vallata.
Gegittert.
l Crimen in illam inicere.
m Palæstrionis cōmentum. Ita Palæstrio ad Spectatores aversus, somnii hujus auctorē se jactat: & jubet illum porrò narrare.
n Sicut nunc res se habet.
o Nobis vigilantibus omnia illa expetunt, & eveniūt, quæ tu somniaveras.
p deprecare somnia, Vide Lex. *Comprecari*. Vide Elect. Pl. Tit. *Somniorum*. Stich. 4. 1. ℣. 38.
q Dorsum totum plagas imminere præsagit. Es juckt mich der Buckel, Amph. 1. 1. ℣. 139. Bacch. 5. 2. ℣. 74. Pœn. 5. 5. ℣. 36. Pseud. 1. 1. ℣. 105.

Nunc nostrum observare ostium, [a] ubi esset. PA. at Sceledre, quæso,
Ut [b] ad id exemplum somnium quàm simile somniavit!
Atque ut tu suspicatus es! eam vidisse te osculantem.
SC. Me eam non vidisse arbitraris? PA. [c] opiner? obsecro! resipisce.
Næ tu hercle, si ad Erum hæc res perveniet, peribis pulchrè.
SC. Nunc demùm experior, priùs ob oculos mihi caliginem obtigisse.
PA. Dudùm edepol planum hoc quidem; quæ hic usq; fuerit intùs.
SCE. Nihil habeo certi, quid eloquar: non vidi eam; etsi vidi.
PA. Næ tu edepol! stultitia tua nos pænè perdidit.
Dum te fidelem facere Ero voluisti, absumptus es pænè.
Sed fores Vicini proxumi crepuerunt! conticiscam.

a quò ivisset hera.

b ὁ τῇ ut θαυμαστικῶς. ὡς!

c quid! me arbitrari, aut, opinari dices? quasi verò non certo sciam! Ergò resipisce, & hanc sententiam tuam demuta.

ACTUS SECUNDI
SCENA V.

PHILOCOMASIUM. PALÆSTRIO. SCELEDRUS.

INDE [d] ignem in Aram, ut Ephesiæ Dianæ [e] latas laudes,
Gratesque agam, eique ut Arabico fumificem odore amœnè,
Quæ me in locis [f] Neptuniis, Templisq; turbulentis
ServaBit; sævis fluctibus ubi sum adflictata multùm.
SC. Palæstrio; ô Palæstrio! PA. ô Sceledre! Sceledre; quid vis?
SC. Hæc Mulier, quæ [g] hinc exit modò, est ne Erilis Concubina
Philocomasium? an non est ea? PA. hercle opinor; ea videtur.
Sed facinus mirum'st, quomodo hæc hinc nunc transire potuerit:
Si quidem ea'st. SC. an dubium tibi'st? eam esse hanc. PA. ea videtur.
Adeamus; adpellemus. SC. heus! quid istuc est? Philocomasium.
Quid tibi istic hisce in Ædibus debetur? quid negotij'st?
Quid nunc taces? tecum loquor. PA. Immò! immò edepol nunc tute tecum.
Nam hæc, nihil est; respondet. SC. te adloquar; vitij probriq; plena.
Quæ circùm Vicinos [h] vaga's. PH. quicum tu fabulare?
SC. Quicum? nisi tecum. PH. quis tu homo's? aut mecum quid est negotij?
SC. Men' rogas? hem! qui sim? PH. qui ne ego hoc rogem! quod nesciam.
PA. Quis ego sum igitur? si tu hunc ignoras. PH. mihi odiosus, quisquis es;
Et tu, & hic. SC. non nos novisti? PH. neutrum. SC. metuo maxumè.
PA. Quid metuis? SC. [i] Enim ne nosmet perdiderimus uspiam.
Nam neque te, neque me novisse ait. PA. persectari hic volo,

d Impone, inijce ignem in Aram. Alloquitur Ancillam, tamquam si peregrè adveniret.

e Amplas laudes.

f H. e. in mari turbulento. Vide Lex. Templum.

g ὀξιαστικῶς.

h Vaga es: vagaris.

i Vide Lex. Enim.

Sceledre,

Sceledre; nos Nostri, an Alieni [a] *simus, ne dum quispiam*
Nos vicinorum inprudentis aliquis inmutaverit.
SC. *Certè equidem Noster sum.* PA. *Et pol ego. quæres tu, Mulier, malum.*
Tibi ego dico: heus! Philocomasium. PH. *Quæ te intemperiæ tenent?*
Qui me perperàm perplexo nomine adpelles. PA. *Eho!*
Quis igitur vocáre? PH. *Glycera nomen est.* SC. [b] *Injuriá'st.*
Falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas.
At istuc non decet, & meo adeò Ero facis [c] *injuriam.*
PH. *Egóne?* PA. *Tute.* PH. *Quæ erí Athenis Ephesum advéni vesperí*
Cum meo Amatore, Adulescente Atheniensi. PA. *Dic mihi;*
Quid hîc tibi in Ephesó'st negotij? PH. *Geminam Germanam meam*
Hîc Sororem esse inaudivi; eam veni quæsitum. PA. *Mala's.*
PH. *Immò ecastor stulta multùm; quæ vobiscum fabuler.*
Abeo. SC. *Abire non sinam te.* PH. *Mitte.* SC. *Manufestaria*
Res est; non omitto. PH. *At mihi jam crepabunt manus; malæ* [d] *tibi:*
Nisi me omittis. SC. *Quid, malum! adstas? quid detines* [e] *altrinsecus?*
PA. *Nihil moror,* [f] *negotiosum mihi esse tergum. quî scio,*
An ista non sit Philocomasium; atq; alia ejus similis siet?
PH. *Mittis me? an non mittis?* SC. *Immò vi, atq; invitam ingratIs,*
Nisi voluptate [g] *ibi', rapiam te domum.* PH. *Ostium* [h] *hoc mihi*
Domicilium'st, Athenis Domus est [i] *Acherusia: ego istam domum*
Neq; moror; neq; vos, qui homines sitis, novi; neq; scio.
SC. *Lege* [k] *agito; te nusquam mittam, nisi das firmatam* [l] *fidem,*
Te huc, si omisero, intrò-ituram. PH. *Vi me cogis, quisquis es:*
Do fidem; si omittis; istoc me intrò-ituram, quò jubes.
SC. *Ecce omitto.* PH. *At ego abeo missa.* SC. *Muliebri fecisti* [m] *fide.*
PA. *Sceledre; manibus amisisti prædam. tam ea'st, quàm potis,*
Nostra Erilis Concubina. vin' tu facere hoc strennuè?
SC. *Quid faciam?* PA. *Adfer mihi Macharam huc-intus.* SC. *Quid facies eâ?*
PA. *Introrumpam rectà in Ædis: quemq; hîc* [n] *intus videro*
Cum Philocomasio osculantem, eum ego obtruncabo extempulò.
SC. *Visan' est ea esse?* PA. *Immò edepol planè ea'st.* SC. *Sed quomodo*
Dissimulabat? PA. *Abi; Macharam huc ecfer.* SC. *Jam faxo hic erit.*
PA. *Neq; Eques, neq; Pedes profectò quisquam tantâ audaciâ;*
Qui æquè faciat confidenter quicquam: quàm quæ MULIERES
Faciunt. ut [o] *utrobiq; orationem doctè edidit!*
Vt sublinitur os Custodi, cauto Conservo meo!
Nimis beat, quòd commeatus [p] *transtinet trans parietem.*
SC. *Heus! Palæstrio; Macharâ nihil opus.* PA. *Quid jam? aut quid opu'st?*
SC. *Domi eccam Erilem Concubinam!* PA. *Quid domi?* SC. *In Lecto cubat.*
PA. *Edepol næ tu tibi malam rem reperisti, ut prædicas.*

[a] Nostræ familiæ: an alienæ.

[b] Injustè facis, q̃ alienum nomen tibi assumas; te ipsã quod es, quodque adhuc usq; fuisti, perperàm inficiãdo dissimulans.

[c] Vtitur hac formulâ Cicero pro Roscio Amer. cap. 50. & pro Flacco cap. 17.

[d] Nisi omittis, crepabunt mihi quidem manus: tibi verò malæ.

[e] Ex alterâ parte.

[f] Nolo periculum mihi accersere, ut tergum meũ plagis exerceatur.

[g] Nisi ibis cum voluptate, & libens.

[h] Δεικτικῶς. Vbi ostium hoc est: ibi ego habito.

[i] *H. e.* Firma ac stabilis, è quâ nõ facile dimittar: quasi vivam Acherunti.

[k] Ex legis præscripto: legitimè. Recht und redlich.

[l] Certam, confirmatam jurejurando.

[m] Fluxa, sublesta.

[n] Vide Lex. *Intus.* & ὑφ' ἕν.

[o] Et ubi Philocomasij partes agebat, & ubi ejus sororis.

[p] Transversum tenet; vel continet. Vide Lex. Sticho 3. 1. ℣. 44.

SC. *Quid jam?* PA. *Quia hanc adtingere ausus Mulierem hîc in proxumo.*
SC. *Magis hercle metuo. sed numquam quisquam faciet, quin Soror*
Ista sit germana hujus. PA. *Eam pol tu hîc osculantem videras.*
Et quidem palam 'st, eam esse, ut dicis. SC. *Quid propius fuit?*
Quam ut perirem, si locutus fuissem Ero? PA. *Ergò si sapis,*
MuSitabis. PLUS [a] *oportet* SCIRE *Servom*, QUAM LOQUI.
Ego abeo à te, ne quid tecum consilij commisceam.
Atq; apud hunc Vicinum [b]. *tuæ mihi turbæ non placent.*
Erus si veniet, si me quærit, hîc ero: hînc me arcersito.

a Epid. 5. 1. ✝. 57. Vide Elect. Pl. Tit. *Silentij.*
b *Sc.* ero.

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

SCELEDRUS. PERIPLECTOMENES.

SATIN' abIt ille? *neq; Erile negotium*
Plus curat; quasi non servitute [c] *serviat.*
Certò quidem illa hic nunc intus est in Ædibus.
Nam ego excubantem eam modò offendi domi.
Certum 'st nunc observationi operam [d] *dare.*
PE. *Non hercle hisce* [e] *Homines, me Marem, sed Feminam*
Vicim rentur esse Servi Militis.
Ita me ludificant. Meamne hîc in viâ Hospitam,
Quæ eri huc Athenis cum Hospite advenit meo,
Tractatam, & ludificatam ingenuam, & liberam!
SC. *PerI hercle! hic ad me rectà abit rectâ viâ.*
Metuo, illac mihi res ne magno malo fuat;
Quantum hunc audivi facere verborum Senem.
PE. *Accedam ad Hominem. tun', Sceledre, hîc, scelerum Caput,*
Meam ludificasti Hospitam ante Ædis modò?
SC. *Vicine; ausculta quæso!* PE. *Ego auscultem tibi?*
SC. *Expurgare volo me.* PE. *Tun' te expurges mihi?*
Qui facinus tantum, tamq; indignum feceris?
An quia [f] *latrocinamini? arbitramini*
Quidvis licere facere vobis? Verbero!
SC. [g] *Licetne?* PE. *At ita me DI DEÆq; omnes ament!*
Nisi mihi supplicium Virgarum de te datur

c Nota synt. infr. 3. 1. ✝. 33. *Vitâ vivere.* De particula *Quasi*: pro, *Quàm si*, Vide Lex.
d Diligenter fores nostras observare, ne Philocomasium exeat.
e *Hisce*: pro, *hi.* Vide Lex.
f Quia Homines militares estis.
g *Sc.* expurgare me.

Longum,

Digitized by Google

Longum, diutinumq;, à mane, ad vesperum,
Quòd meas [a] *confregisti* [b] *Inbrices, & tegulas,*
Ibi dum condignam te sectatus Simiam,
Quòdq; inde inspectavisti meum apud me Hospitem
Amplexum Amicam quòm osculabatur suam,
Quòdq; Concubinam Erilem insimulare ausus es
Probri, pudicam, meq; summi flagitij:
Tum quod tractaBisti Hospitam ante Ædis meas;
Nisi tibi supplicium stimuleum [c] *dedatur,*
Dedecoris pleniorem Erum faciam tuum,
Quàm magno [d] *Vento plenum 'st Vndarum Mare.*
SC. *Ita sum* [e] *coactus, Periplectomene; ut nesciam*
Vtrum me [f] *postulare prius tecum æquom siet,*
Nisi istæc non est hæc, neq; ista 'st mihi.
Me expurgare hìc tibi videatur æquius.
Sicut etiam nunc nescio, quid viderim.
Ita 'st ista hujus similis nostra tua;
Si quidem non eadem 'st. PE. *Vise ad me intrò; jam scies.*
SC. *Licet ne?* PE. *Quin te juVeo! & placidè* [g] *noscita.*
SC. *Ita facere certum 'st.* PE. *Heus! Philocomasium; citò*
Transcurre curriculò ad nos. ita negotiu' 'st.
Pòst, quando exierit Sceledrus à [h] *nobis, citò*
Transcurrito ad vos rursùm curriculò domum.
Nunc pol ego metuo, ne quid [i] *infuscaverit.*
Si hìc non videbit Mulierem, aperitur dolus.
SC. *Prò* DI *inmortales! similiorem Mulierem,*
Magisq; eandem, utpote quæ non sit eadem, non reor
DEOS *facere posse.* PE. *Quid nunc?* SC. *Conmerui malùm.*
PE. *Quid igitur! ean' est?* SC. *Etsi ea 'st; non est ea.*
PE. *Vidistin' istam?* SC. *Vidi, & illam & Hospitem*
Complexam, atq; osculantem. PE. *Ean' ergò 'st?* SC. *Nescio.*
PE. *Vin' scire planè?* SC. *Cupio.* PE. *Abi intrò ad vos domum*
Continuò; vide, sitne ista hæc vostra [k] *intus-domum.*
SC. *Licet. pulchrè admonuisti: jam ego* ad *te exibo foràs.*
PE. *Numquam edepol Hominem quemquam ludificarier*
Magis facetè vidi, & magis miris modis.
Sed eccom egreditur! SC. *Periplectomene; te obsecro*
Per DEOS*! atq;* HOMINES*! perq; Stultitiam meam!*
Perq; tua [l] *Genua!* PE. *Quid obsecras me?* SC. *Inscitiæ*
Meæ, & Stultitiæ ignoscas: nunc demùm scio,
Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem.

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum. Damni. Vicinitatis.*
[b] *Imbrices* dicti, quod excipiant imbres. *Isidorus.*
[c] Nisi stimulis perforeris.
[d] *H.e.* cũ est magnꝰ ventus. *Hyperbole.*
[e] In angustiam redactus.
[f] Expostulare, verbis contendere.
[g] Dûmodò ne dictis factisq; injuriꝰ in Hospitam nostram, placideque omnia peragas.
[h] E nostra domo Vide Lex. A.
[i] Ne quid Philocomasium eorũ, ac præmonstrata sunt, turbaverit, seu corruperit. *Infuscare*; est, vinum aqua diluere: quod cùm vini generosi nigrior sit color, dilutior mixta aqua fusciorq; reddatur. Cistell.1.1.v.21.
[k] In domo. Vide Lex. *Intus.* & ...
[l] Vide Elect. Pl. Tit. *Obtestationum. Obsecrationum.*

Nam

Digitized by Google

Nam Philocomasium eccam intus! PE. *Quid nunc; Furcifer!*
Vidistin' ambas? SC. *Vidi.* PE. *Erum* [a] *exibeas volo.*
SC. *Meruisse equidem me maxumum fateor malum:*
Et tuæ fecisse me Hospitæ ajo injuriam.
Sed meam esse Erilem Concubinam censui;
Quoi me custodem Erus addidit Miles meus.
Nam ex uno Puteo similior numquam potis
Aqua aquæ [b] *sumi, quàm hæc est, atq; ista Hospita.*
Et me despéxe ad te per Impluvium tuum
Fateor. PE. *Quid ni fateare? ego quod viderim.*
SC. *Sed Philocomasium me vidisse censui.*
PE. *Ratúsne me sic Hominem esse omnium minumi pretii,*
Si ego me sciente paterer Vicino [c] *meo*
Em fieri apud me tam insignitê injuriam?
SC. *Nunc demùm à me insipienter factum esse arbitror,*
Quòm rem cognosco: at non malitiosè tamen
Feci. PE. *Immò indignê. namq; Hominem* [d] SERVOM *suos*
Domitos habere oportet oculos, & manus,
Orationemq;. SC. *Egóne? si post hunc diem*
Muttivero [e]! *etiam quod egomet certò sciam.*
Dato excruciatum me, egomet me [f] *didam tibi:*
Nunc hoc mihi ignoscas; quæso. PE. *Vincam* [g] *animum meum,*
Ne malitiosè factum id esse abs te arbitrer.
Ignoscam tibi istuc. SC. *At DI tibi faciant benè!*
PE. *Na tu hercle, si te DI amant, linguam comprimes*
Posthàc. etiam illud QUOD SCIES, NESCIVERIS.
Ne videris, quod videris. SC. *Benè me mones.*
Ita facere certum'st. sed satine oratu's? PE. *Abi.*
SC. *Numquid nunc aliud me vis?* PE. *Ne* [h] *me noveris.*
SC. *Dedit hic mihi verba. quàm benignê* [i] *gratiam*
Fecit! ne iratus esset. scio, quam rem gerat;
Ut Miles quòm extemplò à Foro adveniat domum,
Domi comprehendat. unà hic, & Palestrio,
Me habent [k] *venalem; sensi, & jamdudum scio.*
Numquam hercle [l] *ex istâ Nassâ ego hodiè escam petam.*
Nam jam aliquò aufugiam, & me occultabo aliquot dies,
Dum hæ consilescunt turbæ: atq; iræ [m] *leniunt.*
Nam jam nunc satis, & plus nimiò merui mali:
Verumtamen de me quicquid est; ibo hinc domum
PE. *Illic hinc abscessit. sat edepol certò scio,*
OCCISAM *sæpè* [n] SAPERE PLUS *multò* SUEM,

a Producas.
b *H. e.* hauriri, bibi. unde *simpulum* apud Varronem: à *sumendo*; seu, bibendo: unde sumi seu bibi potest.
c Hero tuo, Militi. Et, *Em* positum, pro; *Eum*, antiquè.
d Sic Pericles apud Ciceronem lib. 1. offic. cap. 40. *Prætorem decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere.*
e Vide Lex. *Mu.*
f Egomet tibi me didam: tu me porrò da excruciandum tuo arbitratu.
g Credam.
h Ne te dicas me novisse. Sage hinfort nit mehr/ daß du mich kennest / oder daß du etwas mit mir zu schaffen habest.
i Culpam condonavit. Calligr. *Gratia.*
k Sie verrathen vnd verkauffen mich.
l Ego domum Heri non introibo: quia futurum est, ut tamquam Piscis capiar, & periculum virgarum subeam. *Allegoria.*
m Leniuntur. Vide Lex. *Verba Activa.*
n Ludit in verbo *Sapere.* Vide Proverb. *Occisa sus.* Vide Calligr. Tit. *Stultitia.*

Quòd [a] *inducatur, ne id, quod vidit, viderit!*
Nam illius [b] *Oculi, atq; Auris, atq; Opinio*
Transfugêre ad nos. usq; adhuc actum'st probè.
Nimiùm festivam Mulier operam præbuit.
Redeo in Senatum [c] *rusùs. nam Palæstrio*
Domi nunc apud me: Sceledrus nunc autem [d] *foràs.*
Frequens Senatus poterit nunc haberier.
Ibo intrò; ne, dum absum, [e] *multis sortito fuam.*

ACTVS TERTII
SCENA I.

PALÆSTRIO. PLEUSIDES. PERIPLECTOMENES.

COHIBETE *intrà limen etiam vos parumper; Pleusides.*
Sinite me priùs perspectare, ne uspiam insidiæ sient
Concilio; quod habere volumus. nam opu'st nunc tuto loco,
Vnde Inimicus ne quis nostris spolia [f] *capiat consiliis:*
[1] Vnde Inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus.
[4] *Nam benè consultum, inconsultum'st; si Inimicis sit usui.*
[5] *Neq; potest; quin, si id Inimicis usui'st; obsit mihi.*
[2] *Nam bonum consilium subripitur* [g] tibi *sæpissumè;*
[3] *Si minus cum curâ, aut catè* [h] *locos loquendi lectus est.*
[6] *Quippe si resciverint Inimici consilium tuum,*
Tuopte tibi consilio occludunt linguam, & constringunt manus.
Atq; eadem, quæ illis voluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor; ne quis aut hinc à lævâ, aut à dexterâ
Nostro consilio Venator adsit, cum Auritis [i] *Plagis.*
Sterilis [k] *hinc prospectus usq; ad ultumam plateam'st probè.*
Evocabo. heus! Periplectomene, & Pleusides; progredimini!
PE. *Ecce nos tibi obedientis.* PA. FACILE'ST INPERIUM IN [l] BONIS.
Sed volo scire; eodem consilio, quod intus meditati sumus,
Si *gerimus rem.* PE. *Magis non potest esse ad rem utibile.*
PA. *Immò quid tibi? Pleusides!* PL. *Quod ne vobis placeat? displiceat mihi?*

Fff PE. *Quis*

a Quòd fungus ille se induci: ac persuaderi patiatur: ut ne viderit, quod tamen viderit. Ist daß nit ein Narr? läßt sich ve bereden / er habe nit gesehen / was er doch gesehen hatt. Refer ad Elect. Pl. Tit. *Sensuum. Visus.* Sensus oculorum non fallit.

b Sceledrus nihil videt, nihil audit, nihil opinatur, nisi quod volumus eum videre.

c Senatores erant Palæstrio. Pleusid. Philoc. & Periplect. Zü Bürschlt:

d *Scel.* ibit: veniet.

e Ne, dũ absum è Senatu, sors multis senatorib. fiam: *sim:* ne illi sortem de me ferant: meque in multam damnent. Vide Elect. Pl. Tit. *Senatus. Sortito:* ἀρχαϊκῶς est, *sortitu.* Est autem *Sortitus* actus ipse sortiendi. Vide Cas. 2. 4. ℣. 17. Cicero *pro Domo.* cap. 19.

f Alleg. à re militari.

g τὸ tibi παρέλκει.

h Pro, *locus.* antiquè. Intelligit autem lectum: ne quis arbitrari dicta illorum possit. Et hunc appellavit *tutum locum.*

i Ἀλληγορικῶς. *Aurita plaga* sunt aures.

k Locus vacuus ab hominibus: quoad longissime aciem oculorum contendere queat.

l Inter bonos. nam boni mites magis sunt, & obnoxij: & metuentes magis, quàm metuendi: inquit *Sallustius.*

PE. *Quis homo* [a] *sit magis meus? quàm tu es.* PL. *Loquere lepidè, & commodè.*
PA. *Pol ita decet hunc facere.* PL. *At hoc me facinus miserum macerat;*
Meumq; cor, [b] *corpusq; cruciat.* PE. *Quid est id? quod cruciat: cedò!*
PL. *Me tibi istuc ætatis Homini facinora puerilia*
ObIcere, neq; te [c] *decóra, neq; tuis virtutibus:*
Eaq; expetere te, ex [d] *opibus summis, mei honoris gratiâ:*
Mihiq; Amanti ire opitulatum; atq; ea te facere facinora;
Quæ istac Ætas fugere facta magis, quàm sectari solet.
Eam pudet me tibi in senectâ obIcere sollicitudinem.
PE. *Novo modo, tu Homo, amas: si quidem te quicquam, quod faxis, pudet.*
Nihil amas; Vmbra es Amantum magis, quàm Amator; Pleusides.
PL. *Hancine ætatem exercere me mei Amoris gratiâ?*
PE. *Quid ais tu? itáne tibi ego videor oppidò Acheruntícus?*
Tam [e] *Capularis? támne tibi diu videor vitâ* [f] *vivere?*
Nam equidem [g] *haut sum annos gnatus præter quinquaginta, & quattuor:*
Claré oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis.
PA. [h] *Si albus capillus hic videtur, neútiquam ab ingenio'st Senex.*
Inest in hoc [i] *amuSitata sua sibi ingenua* [k] *indoles.*
PL. *Pol id quidem experior ita esse, ut prædicas; Palæstrio.*
Nam [l] BENIGNITAS *quidem hujus oppidò ut Adulescentuli'st!*
PE. *Immò, Hospes, magis quòm periculum facies, magis nosces meam*
Comitatem, erga te amantem. PL. *Quid opus nota noscere?*
PE. [m] *Vt apud te exemplum experiundi habeas; ne eas foris.*
Nam qui ipse haut *amavit, ægrè Amantis ingenium inspicit.*
Et ego Amoris aliquantum habeo, humorisq;, meo etiam in corpore.
Neq; dum exarui ex amœnis rebus, & voluptariis.
Vel Cavillator facetus; vel Conviva commodus
Item ero: neq; ego Oblocutor sum alteri in Convivio.
Incommoditate [n] *abstinere* [o] *me apud Convivas commodè*
Conmemini, & meæ orationis justam [p] *partem persequi:*
Et meam partem itidem tacere, quòm aliena oratio'st.
Minumè Sputator; [q] *Screator sum: itidem minumè muccidus.*
Post Ephesi sum [r] *gnatus. non enim in Appulis; non sum in Vmbriâ.*
PL. *O lepidum* [s] *Senicem! si, quas memorat, virtutis habet:*
Atq; equidem planè eductum in nutricatu [t] *Venerio!*
PE. *Plus dabo, quàm prædicabo, ex me venustatis tibi.*
Neq; ego ad mensam publicas res clamo; neq; leges [u] crepo:
Neq; ego umquam alienum Scortum [x] *subigito in Convivio:*

Neq;

a Nota form. *Hominem esse.* H. e. prudentem, & sapientem.
b Sic infrà. ℣. 188.
c Te digna. *Hypallage.* pro: *tibi decora.*
d Summa contentione, conatu, ac studio. Vide Lex. *Opes.*
e Capulo proximus. *Nonius.* Et hic locus inter Fragmenta olim fuit relatus ex Nonij interpretatione.
f Vide Calligraph. *Ætatu. Vivendi.* Perf. 4. 3. ℣. 24. & Mil. supra 2. 6. ℣. 2.
g Nota particulas: *Haut-præter.*
h Si: pro; *etsi.* Vide Lex.
i Ad amussim facta.
k Sua propria, & à natura insita. Vide *Indoles.*
l Liberalitas Periplectom. Senis
m Vbi: quando. Vide Lex. *Vt.*
n *Incommoditas*, est Græcè *ἀηδία.*
o Nota synt. *Abstinere se.*
p *τὸ ἐπιβάλλον μέρος.* Ich weis mein theil zu schweigen. &c.
q Vt solent Senes.
r Non sum illepidus, insubidusque Vmber, vel Appulus. Vide Elect. Pl. Tit. *Nationum. Vrbium.*
s Senem. *ἀρχαϊκῶς. Priscianus.* Vide infra Fragmenta ex Clitellaria. pag. 6. *Negotioli senem.*
t Eductum à Venere.
u Vnde; *Legicrepa.*
x Protervius & nequitius attrecto.

Neq; præripio pulpamentum, neq; prævorto poculum:
Neq; per [a] Vinum umquam ex me exoritur [b] discidium in convivio.
Si quis ibi [c] odiosus est, abeo domum; sermonem [d] ségrego.
Venerem, Amorem, Amœnitatemq; accubans exerceo.
PL. Tui quidem edepol omnis mores ad Venustatem valent.
Cedò [e] tris mihi Homines Aurichalco contrà emptos cum istis moribus.
PA. At quidem illuc ætatis qui sit, non invenies alterum
Lepidiorem ad omnis res; nec magis quid Amicus Amico siet.
PE. Tute me, ut fateáre, faciam; esse Adulescentem moribus.
Ita apud [f] omnis conparébo tibi res benefactis frequens.
Opúsne erit tibi Advocato tristi, iracundo? ecce me!
Opúsne leni? leniorem dices, quàm mutum 'st Mare:
Liquidiusculusq; [g] ero, quàm Ventus est Favonius.
Vel hilarissumum Convivam hinc [h] indidem expromam tibi;
Vel primarium Parasitum, atq; Obsonatorem optumum.
Tum ad saltandum, non Cinædus [i] malacus æquè 'st, atq; ego.
PA. Quid ad illas Artes optassis? si optio eveniat tibi.
PL. Hujus promeritis ut referri pariter possit gratia:
Tibiq;, quibus nunc me esse experior, summæ sollicitudini.
At tibi tanto sumptui esse mihi molestum 'st. PE. Mórus es.
Nam IN MALA UXORE, atq; INIMICO, si quid [k] sumas, sumptus est.
In bono Hospite, atq; Amico, quæstu 'st, quod sumitur.
Et quod in Divinis rebus sumas, Sapienti lucro 'st.
DEÛM virtute, ut [l] Transeuntem hospitio accipiam, est apud me comitas.
Es [m]; bibe, Animo obsequere mecum; atq; onera te hilaritudine:
Liberæ sunt Ædes; liber sum [n] autem ego; me [o] uti volo liberè.
Nam mihi, DEÛM virtute, dicam, propter divitias meas,
Licuit Uxorem dotatam, genere summo, ducere.
Sed nolo mihi Oblatratricem in Ædis intromittere.
PL. Cur non vis? nam PROCREARE LIBEROS, LEPIDU 'ST ONUS.
PE. Hercle verò, LIBERUM ESSE, id multò 'st lepidius.
PA. Tute, Homo, & alteri sapienter potis es consulere, & tibi.
PE. Nam BONA UXOR, si ea quidem [p] deducta 'st usquam gentium;
Ubi eam possim invenire? verùm egóne eam ducam domum?
Quæ mihi numquam hoc dicat: Eme, mi Vir, lanam, unde tibi Pallium
[q] Malacum & calidum conficiatur; Tunicæq; hyberna bona,
Ne algeas hâc hyeme. hoc numquam verbum ex Uxore audias.
Verùm priusquam [r] Galli cantent, quæ me somno súscitet,
Dicat: Da mihi, Vir, Kalendis meam quod [s] Matrem juverit.
Da, qui [t] faciat, condiatque; da, quod dem [u] Quinquatribus

[a] Per ebrietatem.
[b] Vide Lex. *Discidium.*
[c] Molestus convivis.
[d] Taceo, facio finem loquendi.
[e] Da mihi tres Homines istis moribus præditos: & ego tibi æqui ponderis Orichalcum dabo.
[f] Ita apud, *Vel;* ad oẽs res frequens cõparebo tibi comitate & benefactis meis. Cistell. 1.1.½.:0.
[g] Liquidior, aliquanto serenior, quàm ventus Favonius, qui est serenitatis genitor.
[h] Ex eodem me.
[i] Mollis & delicatus.
[k] Insumas, impendas. Vide Lex. *Sumere.*
[l] Tantũ mihi bonorum superest, ut haud gravatim prætereuntes hospitio excipere possim.
[m] Ede, bibe, Genio tuo indulge.
[n] Vide Lex. *Autem.*
[o] τὸ *uti* passivè.
[p] Ad maritum suum deducta.
[q] Molle.
[r] *H.e.* Ante lucem.
[s] Quod meæ Matri voluptati futurum sit. Calendis Martiis nova munera mittebant sibi invicem. Vide Elect. Pl. Tit. *Strenarum.*
[t] Da Coquum, qui faciat, qui paret obsonia.
[u] Dieb. festis Minervæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Festorum.*

[a] Prætantatrici, [b] Conjectrici, [c] Ariolæ, atq; Haruspicæ.
[d] Flagitium 'st, si nihil mittetur. quo supercilio spicit!
Tum [e] Patricam, clementer non potest, quin munerem.
Jampridem, quia nihil abstulerit, suscenset [f] Ceraria.
Tum Obstetrix expostulavit mecum, parùm missum sibi:
Quid! Nutrici non missurus quicquam? quæ Vernas alit.
Hæc, atq; hujus similia alia dampna multa Mulierum,
Me Vxore prohibent. mihi quæ hujus similis [g] sermonis serant.
PA. *DI tibi propitij sunt hercle. nam si istam semel amiseris*
Libertatem, haut facilè te in eundem rusùm restitues locum.
PL. *At illa laus est magno in Genere, & in Divitiis maxumis;*
LIBEROS *Hominem educare,* GENERI [h] MONUMENTUM, *& sibi.*
PE. *Quando habeo multos Cognatos; quid opus sit mihi Liberis?*
Nunc benè vivo, & fortunatè, atq; UT VOLO, *atq; animo, ut lubet.*
Mea bona meâ morte Cognatis dicam; inter eos partiam.
Illi apud me edunt; me curant; visunt, quid agam; ecquid velim?
Priusquàm lucet, adsunt: rogitant, noctu ut somnium ceperim!
Eos pro Liberis habeo, quòm mittunt munera.
[i] Sacruficant? dant indè partem mihi majorem, quàm sibi;
Abducunt ad Exta: me ad se, ad prandium, ad cenam vocant.
Ille miserrumum se retur, minumum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis, egomet mecum mu[?]ito.
Bona mea inhiant; certatim ideò nutricant, & munerant.
PA. *Nimi' bonâ ratione, [k] nimiùmq; ad te, & tuan ul:ùm vides.*
[l] Ei tibi sunt Gemini, & trigemini, si te benè [m] habent, Filij.
PE. *Pol, si habuissem; satis cepisse miseriarum [n] Liberis*
Censerem. è Muro cecidissétne ebrius, aut de Equo uspiam
Metuerem; ne ibi defregisset crura, aut cervices sibi.
Tum ne Vxor mihi insignitos [o] pueros pariat: posteà
Aut varum [p], aut valgum [q], aut compernem [r], aut pætum [s], aut brocchum [t] Filium.
PA. *Huic Homini dignum 'st divitias esse, & diû vitam dari,*
Qui & rem servat, & qui benè habet, suisq; Amicis volt benè.
PL. *O lepidum caput! ita me DI DEÆq; ament! æquom fuit*
DEOS [u] paravisse uno exemplo ne omnes vitam viverent:
Sicuti merci-pretium [x] statui, pro [y] Virtute ut veneat:

Quæ

a Quæ profitetur, se carminibus, & incantamẽtis mala ab hominibus amoliri posse. Vide Lex. *Comprecari*.
b Quæ interpretatur significationẽ somniorum.
c Vide Lex. *Ariola*.
d turpe est, inquit, mulieri, *si n. m.* quantum excandescit! Vide Calligr. *Irascendi*.
e Ancillam patritiam, splendidam, magnificam.
f Puerulorũ gerula. C pro G. antiq.
g Quæ Vxor mihi sermones hujus, quam descripsi, similes fundat.
h *Στύλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες. Euripides.*
i Si sacrificant. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum*.
k Tu solers, & cordatus es: ad te, & tua respicis.
l *Sc.* Cognati illi.
m *Sc.* Nutricando & munerando.
n Liberis meis satis miseriarum accideret, si forte è muro, *&c.*
o Aliquo vitio notatos.
p Distortis cruribus. Vide Lex.
q Qui diversas habet suras, & talos vitiosos. *Festus*. Vide Lex.
r Qui sunt genibus plus justo cõjunctis. *Festus*. Vide Lex.
s Qui est oculis leviter declinatis: cui huc & illuc tremuli volvuntur. *Porphyrio*.
t Cui prominent labra & dentes. Vide Lex.
u Æquum fuit, Deos fecisse, ne omnes uno modo viverent; sed viri boni, comes, liberales, essent locupletes, fortunati & longævi homines: contrà improbi, incommodi, & illiberales, essent egentes, infortunati, & brevis vitæ.
x *Scil.* statui æquum est.
y Vt vendatur pro dignitate sua, Vide Lex. *Virtus*.

Quæ inproba'st, pro mercedis [a] *vitio Dominum pretio pauperet:*
Itidem DIVOS dispertisse Vitam Humanam æquom fuit.
Qui lepidè ingenuatus esset, Vitam longinquam darent:
At qui inprobi, & scelesti, iis adimerent Animam citò.
Si hoc paravissent; Homines essent minùs multi mali,
Et minus audacter scelesta facerent facta; & posteà
Qui Homines probi essent, [b] *esset his Annona vilior.*
PE. *Qui DEORUM consilia culpet, stultus, inscitusq́; sit;*
Quiq́; eos vituperet. nunc jam istis rebus [c] *desisti decet.*
Nunc volo obsonare; velut Hospes tuâ te ex virtute, & meâ,
Meæ domi accipiam benignè, lepidè, & lepidis victibus.
PL. *Nihil me pœnitet* [d] *jam, quanto sumptui fuerim tibi.*
Nam Hospes nullus tam in [e] *Amici hospitium diverti potest:*
Quin, ubi triduum continuum fuerit, jam odiosus fiet.
Verùm ubi dies decem continuos iterasti domum illius,
Tametsi Dominus non invitus id patitur, Servi murmurant.
PE. *Servientis servitutem ego Servos introduxi mihi,*
Hospes, non qui mihi inperarent, quibus ego essem [f] *obnoxius.*
Si illis ægrè'st, mihi quod volup'st, meo remigio [g] *rem gero.*
Tamen id quod odiosè'st [h] *faciundum'st cum malo, atque ingratis.*
Nunc [i] *quòd occepi, obsonatum pergam.* PL. *si certum'st tibi;*
Cum [k] *modo dum obsona; nec magno* [l] *sumptu: mihi* [m] QUIDVIS SAT EST.
PE. *Quin tu istanc orationem* [n] *hinc veterem, atque antiquam ámoves!*
Nam [o] *proletario sermone nunc quidem, Hospes, utere.*
Nam hi solent, quando accubuêre, ubi Cena adposita'st, dicere:
Quid opus fuit hoc, Hospes, sumptu tanto, nostrâ gratia?
Insanivisti [p] *hercle. nam idem hoc Hominibus sat erat decem.*
Quod eorum causâ obsonatu'st, culpant; & comedunt tamen.
PA. *Fit pol illud ad illud exemplum. ut doctè, & perspectè sapit!*
PE. *Sed Idem Homines numquam dicunt, quanquam adpositum'st ampliter;*
Iube illud demi; tolle hanc patinam, remove pernam: nihil moror.
Aufer illam offam penitam [q]*: probus hic* [r] *Conger frigidus.*
Remove, abi, aufer. Neminem eorum hæc adseverare audias:
Sed percellunt [s]*, se & procumbunt* [t] *dimidiati, dum ádpetunt.*
PA. *Bonus benè ut malos descripsit Mores!* PE. *haut centesimam*
Partem dixi: atque ocium rei si sit, possim expromere.
PA. *Igitur id quod agitur, nunc huic primum* [u] *prævorti decet.*

a Si merces sit improba, id vitium Dominus luere cogatur.
b *Sensus est.* Si Dii longam vitam viris bonis dedissent, brevem improbis, futurum fuisset, ut esset rerum ad victum necessariarũ proventus vilior.
c superſederi.
d *q. d.* Magno jam sumptui fui tibi. Ich hab dir grossen Unkosten gemacht. Non parvo sumptui videor tibi fuisse.
e Pro: *in tam amici hospit.*
f Quorũ ego fortè servus essem.
g Illis velint- nolint, parendum est, cùm mei sint. Allegoria à re nauticà.
h Quod odiose fit, etiam cum damno facere debent, si vel inviti faciant. Vide Lex. *Ingratiis.*
i quo intendi, quo ire volui. *quod* pro *quo*, *quod* hiatum impedit.
k *h. e.* Non nimis obsonii parato*dum est* [greek] ex usu Plauti. Merc. c. 4. v. 61.
l *h. e.* nec nimis care.
m Vide Calligr. tit. *Frugalitatis.*
n Protestationem illam pervulgatam.
o plebeio & vili. Vide Lex. *Proletarii. Apidus.*

p Nimis magnos sumtus faciendo, insanis. Vide Lex. *Insania.* q offam porcinam cum caudâ. *Festus.* r neminem hæc seriò dicere audias: Servetur hic Conger in diem crastinam. nam frigidus probi erit saporis. Kalt schmeckt es auch wol. *Conger* piscis Pers. s. 3. v. 26. s sed sternunt se, non in lecto, quo accumbunt, sed in mensa. ut scilicet possint remotioribus obsoniis manum admovere. t *h. e.* dum superiore toto corpore, seu dimidiati, procumbunt, ac proni imminent iis, quæ posita longiusculè fortè sunt: præ nimio appetendi studio, se veluti percellunt. u prius agere, quàm illud, quod dicis, te facere posse.

Nunc huc animum advortite ambo: mihi opu'st operâ tuâ;
Periplectomene. nam ego inveni lepidam [a] *sycophantiam,*
Qui admutiletur Miles usq; Cesariatus; atq; uti
Huic Amanti ab Philocomasio hanc efficiamus copiam;
Vt hic eam abducat, abeatque. PE. *dari istanc* [b] *rationem volo.*
PA. *At ego mihi Anulum dari istunc tuum volo.* PE. *quam ad rem usu'st?*
PA. *Quando habebo,* [c] *igitur rationem mearum* [d] *fabricarum dabo.*
PE. *Vtere; accipe.* PA. *accipe à me rursùm rationem doli,*
Quam institui. PL. *perpurgatis* [e] *ambo damus tibi operam auribus.*
PA. *Erus meus ita magnus Mœchus Mulierum 'st, ut neminem*
Fuisse aequè, neque futurum credam. PE. *credo ego istuc idem.*
PA. *Itaque* [f] *Alexandri praestare praedicat formam suam.*
Itaque omnis se ultrò sectari in Epheso memorat Mulieres.
PE. *Edepol* [g] *quin te de isto multi cupiunt nunc mentirier!*
Sed ego ita esse, ut dicis, teneo pulcrè. proin, Palaestrio;
Quàm potis, tam verba confer maxumè ad conpendium.
PA. *Ecquam tu potes reperire formâ lepidâ Mulierem?*
Quoi facetiarum cor, corpusq; sit plenum, & doli.
PE. *Ingenuámne, an libertinam?* PA. [h] *aequè istuc facio; dummodò*
Eam des, quae sit quaestuosa, quae alat corpus [i] *corpore;*
Quoique sapiat pectus. nam cor non potest; [k] *quod nulla habet.*
PE. *Lautam* [l] *vis? an quae nondum sit lauta?* PA. *siccam* [m], *súccidam,*
Quàm lepidissumam potes, quàmque adulescentem maxumè.
PE. *Habeo* [n] *eccillam meam Clientam, electricem adulescentulam.*
Sed quid eâ usu'st? PA. *ut ad te eam jam deducas domum:*
Itaq; eam huc ornatam [o] *adducas Matronarum modo;*
Capite compto; crinis, vittasq; habeat; adsimuletq; se,
Tuam esse Vxorem. ita praecipiendum 'st. PL. *erro* [p]*; quam insistas viam.*
PA. *At scietis. sed ecqua Ancilla 'st illi?* PE. *est* [q] PRIMICATA.
PA. *Eâ quoque opu'st. ita praecipito Mulieri, atque Ancillulae:*
Vt simulet, se tuam esse Vxorem, & deperire hunc Militem.
Quasiq; hoc [r] *Anulum* FAMESÆ *Ancillae dederit: ea porrò mihi;*
Militi ut darem: quasiq; ego rei sim [s] *interpres.* PE. *audio.*
Ne me [t] *surdum verbera.* PA. *tu, si audis,* [u] *ego rectè* [x] *meis*
Dabo; à tuâ mihi Vxore dicam delatum, & datum.
Vt sese ad eum [y] *conciliarem. ille ejusmodi 'st; cupiet miser.*

Qui

a Reperi falaciā, quâ Miles, quantumvis benè capillatus, usque ad cutem tondeatur, & probe decipiatur infr. 3.1 ✠.11. & 4.4.✠.6. Capt. 2.2.✠.18. & 3.4.✠.108. Vide Calligr. Tit. *Fallacia.* Nota: Milites caesariatos fuisse. Vide Elect. Pl. Tit. *Cultus. Militia.*
b volo mihi exponi, qui id fieri possit.
c deinde. Vide Lex. *Igitur.*
d Doli, astutiae meae.
e attentissimè te audimus. Vide Calligr. Tit. *Attendenti Audiendi.*
f Paridis Trojani.
g Verum est, quod dicis de tuo Hero: sed vel multi in hoc Theatro optarint, te falsum dicere. Sic enim Vxores haberent minimè damnosas, & malas. Aliorum interpretationes coactae sūt: quando s. retinetur negativa particula *non*: quae quidem exstat quoque in Mss.
h mihi tantidem est. Es gilt mir es ben gleich.
i quae sit succida. infrà ✠.192.
k quasi mulieres nullum cor habeant, nihil sapiant. Vide Lex. *Cor.*
l quae sit experta Lucinam, quia pòst partum lavationibus utebantur. Virgines autem à balneis arcebantur. Vide Elect. Pl. *Lavationum. & Puerperij.* *m* Quae sit sicca, non tamen succo carens. *n* *Eccam* de absentibus. Vide Lex. *o* Vide Lex. *Adducere*: pro: *conciliare alicui.* *p* non intelligo, quid agere cogites. *q* Fictum nomen. *q. d.* inprimis cata. Ein außbundt von einem verschmitzten Mägdelein. Eodem modo FAMESÆ nomen fictum est, ab *fame* & *edendo.* *r* ἀρχαϊκῶς τὸ *annulum.* *s* Mediator. *t* ne me ut surdum, eadem saepiùs iterando, obtunde. *u* Si intelligis, quae dico, ego Annulum cautè, & sine periculo amittendi Militi dabo. *x* Militi. *y* Nota syntax.

Qui, nisi adulterio, [a] *studiosus rei nullæ alia, est improbus.*
PE. *Non potuit reperire, si ipsi Soli quærendas dares,*
Lepidiores duas ad hanc rem, quàm ego dabo. *habe animum bonum.*
PA. *Ergò adcurato, & properato opu'st. nunc tu ausculta; Pleusides.*
PL. *Tibi sum obediens: hoc* [b] *facto.* PA. *Miles domum ubi advenerit;*
Memineris, ne Philocomasium nomines. PL. *quam nominem?*
PA. *Glyceram* [c]. PL. *nempè eandem, quæ dudùm constituta 'st.* PA. [d] *pax! abis?*
PL. *Meminero. sed quid meminisse id refert? ego te* [e] *tamen.*
PA. *Ego enim dicam tum, quando usus poscet. intereà tace;*
Vt nunc etiam [f] *hic agit; ac tu tùm partis defendas tuas.*
PL. *Ego eo intrò igitur.* PA. [g] *Ei; præcepta sobriè ut cures, face.*

ACTVS TERTII
SCENA II.
PALÆSTRIO. LUCRIO, Puer.

QVANTAS *res turbo! quantas moveo Machinas!*
Eripiam ego hodiè Concubinam Militi,
Si [h] *Centuriati benè sunt Manuplares mei.*
Sed illum vocabo. heus! Sceledre; nisi [i] *negotium,*
Progredere ante Ædis; te vocat Palæstrio.
LU. *Non opera est* [k] *Sceledro.* PA. *quid jam?* LU. *sorbet* [l] *dormiens.*
PA. *Quid sorbet?* LU. *illud stertit volui dicere.*
Sed quia consimile 'st; [m] *quòd stertas, quasi sorbeas.*
PA. *Eho! an dormit Sceledrus intus?* LU. *non naso* [n] *quidem.*
Nam eo magnùm clamat. tetigit [o] *Calicem. clanculùm*
Dempsit [p] *Nardini unam Amphoram Cellarius.*
PA. *Eho! tu Sceleste; qui illi Supprómus* [q] *es. eho!*
LU. *Quid vis?* PA. [r] *quî libitum 'st illi condormiscere?*
LU. *Oculis opinor.* PA. *non te istuc rogito; Scelus!*
Procede huc! per Isti jam, nisi verum scio.
Prompsisti tu illi vinum? LU. *non prompsi.* PA. *negas?*
LU. *Nego hercle verò. nam ille me votuit dicere.*

Neque

a Nota τὸ *studiosus* dativo junctum. & *nullæ* pro: *nulli*.
b hoc facio. τὸ *facto*: pro; *facio*, etiam aliàs usurpat noster. Vide Lex.
c Sup. 2. 5. # - 26.
d Interjectio silentium imponentis. Vide Lex. *Pax*.
e *sc.* monebo: vel tale quid.
f Sicut etiam Periplectomenes tacet, qui modò adfuit: & nunc agit, quod ipsi mandatum est de inveniendâ Muliere: Id si expediverit, tùc tuæ erunt partes, ut abducas Philocomasium.
g *h. e.* i. antiquè.
h Si mei Milites benè instructi, & ad pugnam parati sunt. *Allegoria*.
i nisi occupatus es.
k Sceledrus non potest cuiquam operam dare: non est vacuus.
l Inde: *sopor sorbilis*, in quo maximus stertor efficitur.
m Sed eò dixi *sorbet*: pro; *stertit*.
n *Sc.* dormit: quia naso magnum strepitum edit.
o exhausit calicem.
p Nardo mixtum. Vide Elect. Plaut. Tit. *Vin*.
q Secundus promus es. Underkeller.
r Ambig. in Adverbio; *qui*: qua parte corporis: quomodo.

Digitized by Google

Neque equidem Heminas [a] *octo exprompsi in Vrceum,*
Neque ille hîc [b] *calidum exViVit in prandium.*
PA. *Neque tu biVisti?* LU. *DI me perdant! si biVi:*
Si bibere potui. PA. *quî jam?* LU. *quia enim* [c] *obsorbui.*
1 *Nam nimis caleVat; ambureVat* [d] *gutturem,*
3 PA, *Alij ebrI sunt, alij Poscam* [e] *potitant.*
2 *Bono Suppromo, & Promo cellam creditam!*
4 LU. *Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita.*
Quoniam ÆMULARI *non licet; nunc* INVIDES.
PA. *Eho' an umquam prompsit antehàc? responde; Scelus.*
Atque ut tu scire possis, edico tibi;
Si falsa dixit, [f] *Cocio, excruciabere.*
LU. *Ita verò, ut tu ipse me dixisse* [g] *dedices;*
Posteà [h] *Saginâ ego eiciar Cellariâ,*
Vt tibi qui promat, alium Subprómum pares.
PA. *Non edepol faciam: age; loquere audacter mihi.*
LU. *Numquam edepol vidi promere. verùm hoc erat:*
Mihi inperaVat: ego promebam posteà.
PA. *Hui! illecebrose; capite sistebas* [i] *Cadum?*
LU. *Non hercle tam* [k] *istoc validè casaVant Cadi.*
Sed in Cellâ 'st paulùm nimis [l] *loculi lubrici,*
Ibi erat Vilibris Aqualis, hîc propter [m] *Cados.*
Ea sapè deciens compleVatur die.
Eam plenam, atque inanem fieri maxumam
Vidi. [n] *baccabatur Hama: quassaVant Cadi.*
PA. *Abi; abi intrò jam, vos in Cellâ vinariâ*
Bacchanal [o] *facitis. jam hercle ego Erum adducam à Foro.*
LU. *Perij! excruciaVit me Erus, domum si venerit,*
Quòm hac facta sciVit; quia sibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquò, atque hoc in diem extollam malum.
Ne dixeritis, obsecro, huic, vostram fidem!
PA. *Quò tu agis?* LU. *missus sum aliò. jam huc revenero.*
PA. *Quis misit?* LU. *Philocomasium.* PA. *abi; actutùm redi.*
LU. *Quæso tamen, tu meam partem infortunij,*
Si [p] *dividetur, me absente, accipito tamen.*

PA, *Modo*

a *Hemina* dimidia pars sextarii: mensuræ portio.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Potus*. Poscam bibebant, qui jam crapulam edormierant, & cruditatem stomachi leniore potu corrigere volebant.
c Raptim, & uno spiritu, ductuque; quasi jus calidum exsorbui. *Iocus est.*
d guttur: ἀρχαϊκῶς.
e h.e. alii servorum ebrii vino, alii jã crapulam edormierunt, & cruditatem stomachi viliore & leniore potu cupiunt corrigere. De *posca* Vide Lex.
f Vide Lex. *Cocio*. Est σκῶμμα in hominem nauci.
g dicas, affirmes. Vide Lex. *De*. & *Dedicare*.
h Vide Lex. *Sagina*. Tu vero ita me jubes rem omnem tibi aperire, ut dicas Conservis meis, me tibi eorum facinora enunciasse, ac prodidisse: atque hoc pacto eiiciar posteà e saginâ Cellariâ, & ut alium Subpromum, me ejecto, præficias, qui tibi vinum tuo arbitratu promat.
i Tune, illecebrose; capite sistebas cadum? *h. e.* in caput invergebas, & inclinabas cadum?
k δεικτικῶς gestu aut manu ostendit, se cados haud magno admodùm negotio loco movisse, aut vertisse: quia sine vi in lubrico loco, & levi impulsu casabant, *h.e.* nutabant, & inclinabantur. Vide Lex. *Casare*.
l parvi loci
m ad. Vide Lex. *Propter*.
n *h.e.* Vrceus, seu bilibris Aqualis illa propter cados astituta proxume Baccharum ritu temetum in se avariter ingurgitantium, vino ex cadis meâ comitate largiter defuso, decies sæpè in die complebatur. Quæ res casantes seu casabundos *h.e.* cernuum in morem nutantes, ac pronos prorsus inclinatosque cados, proinde ac si ebrii forent, efficiebat. *Bacchari* autèm dicitur *hama* ob sonum, quem edit in effusione: *bac bac*: & *Cadi quassant*, itidem cùm exhauriuntur: *quas, quas*. *Hama* est vas aquarium. Vide Lex.
o Bacchamini: sacrificium Baccho facitis.
p *sc.* inter me, & Sceledrum, vel alium Conservum. Wann der Herr daheimb dieweil stöß außtheilet/so nimb du vnter dessen mein theil auch zu dir.

Digitized by Google

PA. *Modò intellexi, quam rem Mulier gesserit.*
Quia Sceledrus dormit, hunc sub-custodem suum
Foris ablegavit à se, dum capse huc transiret. placet.
Sed Periplectomenes, quam ei mandavi Mulierem,
Nimis lepidâ formâ ducit. Di hercle hanc rem adjuvant!
Quàm dignè ornata incedit, haut meretriciè!
Lepidè hoc succedit sub [a] manus negotium.

[a] Vide infra 4. 4. ℣. 7. Pers. 4. 1. ℣. 1.

ACTUS TERTII
SCENA III.

PERIPLECTOMENES. MILPHIDIPPA: Muta Persona in hac Scenâ. ACROTELEUTIUM. PALÆSTRIO.

REM omnem, *Acroteleutium, tibi; tibique, mea Milphidippa;*
Domi demonstravi ORDINE. *hanc fabricam, fallaciasque,*
Minùs si tenetis, denuò volo percipiatis planè.
Satis si intellegitis; aliud est, quod potiùs fabulemur.
AC. *Stultitia, atque insipientia, insulsitasq; maxuma hæc sit,*
Me eire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,
Si eam [b] Opificinâ nesciam aut mala esse, aut fraudulenta.
PE. *At melius si monerier.* AC. *Meretricem commoneri,*
Quàm sanè magni referat! nihil clam est. quin ego me [c] frustro!
Postquàm adbibêre aures meæ tuam moram [d] orationis.
Tibi dixi, Miles quemadmodum potis esset [e] deasciarei.
PE. *At* NEMO SOLUS SATIS SAPIT. *nam [f] ego multos sæpè vidi*
Regionem fugere consilij priùs, quàm repertam haberent.
AC. *Si quid faciundum Mulieri malè, atque malitiosè,*
Ea sibi immortalis memoria 'st meminisse, & sempiterna.
Sin benè quid, aut fideliter faciundum 'st; eò deveniunt,
Obliviosæ extemplò uti fiant; meminisse nequeunt.
PE. *Ergò istuc metuo, quò [g] venit vobis faciundum [h] utrumque.*
Nam id proderit mihi, Militi malè quod facietis ambæ.
AC. *Dum ne inscientes, quid bonum faciamus, ne formida.*

[b] Si in eo opere faciendo, aut in illa operis officinâ, nesciam esse astuta.
[c] Immo me ipsa destituo, & prodo, atq; à meis ipsius consiliis aberro, postquam meæ aures orationem tuam ingratam adbiberunt.
[d] Simili metaphora utitur alibi quoque. Most. 5. 1. ℣. 15. Asin. 3. 3. ℣. 59. Aul. 2. 1. ℣. 30. Pœn. 1. 2. ℣. 113. & 5. 1. ℣. 5. Vide Calligraph. *Audiendi*.
[e] μεταφορικῶς: *Mala* falli, decipi. τὸ ει in fine dictionis, pro *i* positum: antiquè. [f] *H. e.* ego vidi multos aberrare sæpè à consilii sui regione, quam compertissimam tamen ante haberent. Nota: *Regio consilij*. [g] istuc, quò evadat, metuo. [h] Malè & bene simul. Dum enim Militi *malè* facietis, mihi facietis *benè*: quando quod illi obest, mihi prodest. Noli formidare, ne quid bonum faciamus, dum ne faciamus inscientes.

Mala [a] *nulla Meretrix est; ne pave: pejoribus conveniunt.*
Pe. *Ita vos decet. consequimini!* Pa. *cesso ego illis obviàm ire.*
Venire salvom [b] *gaudeo. lepido hercle ornatu incedis.*
Pe. *Benè, opportuneq; obviàm es; Palastrio. hem tibi! adsunt;*
Quas me jussisti adducere; & è quo ornatu. Pa. *heus! noster* [c] *esto,*
Palastrio; Acroteleutium salutat. Ac. *quis hic, amabo, est?*
Qui tam pro notâ me nominat? Pe. *hic noster* [d] *Architectu's̄t.*
Ac. *Salve! Architecte.* Pa. *salva sis! sed dic mihi; ecquid hic te*
Oneravit [e] *praceptis?* Pe. *probè meditatam utramque duco.*
Pa. *Audire cupio, quemadmodùm* [f]*: ne quid peccetis; paveo.*
Pe. *At tua pracepta* [g] *de meo nihil his novom* [h] *adposivi.*
Ac. *Nempe ludificari Militem tuum Erum vis?* Pa. *exlocuta's.*
Ac. *Lepidè, & sapienter; commodè, & facetè res parata 'st.*
Pa. *Atque hujus Vxorem esse te volo adsimilare.* Ac. *fiat!*
Pa. *Quasi Militi animum adjeceris, simulare.* Ac. *sic futurum 'st.*
Pa. *Quasique res hac per me Interpretem, & tuam Ancillam geratur.*
Ac. *Bonus Vates poteras esse. nam, qua sunt futura, dicis.*
Pa. *Quasique Anulum hunc Ancillula tua abs te detulerit ad me;*
Quem ego Militi darem tuis verbis. Ac. nunc *vera dicis.*
Pe. *Quid istis nunc memoratis opu'st? qua conmeminére?* Ac. *meliu'st.*
Nam, mi Patrone, hoc cogitato: ubi probus est Architectus,
Benè lineatam si semel carinam conlocavit,
Facilè esse [i] *Navem facere, ubi fundata, & constituta 'st.*
Nunc hac Carina satis probè fundata, benè & statuta 'st.
Adsunt Fabri, Architectiq; à te, à me, haut imperiti.
Si non nos Materiarius remoratur, quod opu'st, qui det,
Novi indolem nostri ingenij, citò erit parata Navis.
Pa. *Nempe tu novisti Militem meum Erum?* Ac. *rogare mirum 'st.*
Populi-odium [k] *quid ni noverim?* [l] *Magnidicum,* [m] *Cincinnatum,*
Mœchum unguentatum. Pa. *num ille etiam te novit?* Ac. *numquam vidit:*
Qui noverit me? quis ego sim. Pa. *nimis lepidè fabulare.*
Eò potuerit lepidus pol fieri. Ac. *potin ut hominem*
Mihi des? quiescas [n] *caterà, nî* illum [o] *ludificata lepidè*
Ero, culpam omnem in me inponito. Pa. *agite; intrò abite:*
Insistite hoc negotium sapienter. Ac. *alia* [p] *cura.*
Pa. *Age; Periplectomene; has nunc jam duc intrò, ego ad Forum illum*
Conveniam, atque illi hunc Anulum dabo, atque pradicabo
A tuâ Vxore mihi datum esse, eamque illum deperire.
Hanc ad nos quòm extemplò à Foro veniemus, mittito tu,
Quasi clanculùm ad me *missa sit.* Pe. *faciemus. alia cura.*

Pa. *Vos*

---

[a] Nō malæ vocandæ Meretrices, sed pejoribus conveniunt: *h. e.* ad pejora facinora idoneæ sunt. *vel*; conveniūt etiam vobiscum, qui nos etiam, quamvis Meretrices simus, malitiâ superatis.
[b] *sc.* te.
[c] Vide Calligr. *Laudandi.*
[d] Architectus scelerum.
[e] Cumulatè instruxit.
[f] Quemadmodū sit meditata.
[g] *scil.* sunt. ἰδίως πλοκαῖς.
[h] Vide Lex. *Positus.*
[i] Per Navem intelligitur. ἀλληγορικῶς. negotium de decipiendo Milite. per *Carinam*, commentū, & fallacia, totius denique fabricæ ratio & fundamētum: Per *Fabros*, Peripl. & Meretrices: Per *Architectum*, Palæstrio; per *Materiarium*, Miles. Vide Lex. *Navis*. quod in obscœnis est.
[k] Hominem populo odiosum. Vide supr. 1. 4. ✠. 1.
[l] μεγαληγόρον, καμπτοφανιδορήμονα. Den Brüllenreisser.
[m] Capillis crispis & calamistratis comtum.
[n] *Q. d.* Da mihi tātum hominem: quod ad cætera attinet, otiosus sis, ego curabo. Vide Lex. *Caterà*.
[o] *h. e.* ludificavero.
[p] Tu aliam rem, sinas me hanc curare. Siehe zu was du zu sorgen hast.

PA. *Vos modò curate. ego illum probè jam* [a] *oneratum huc acCiebo.*
PE. *Benè ambula; benè rem gere. at egóne, hoc si efficiam planè,*
Ut Concubinam Militis meus Hospes habeat hodiè;
Atque hinc Athenas avehat [b], *hodiè hunc si dolum dolamus,*
Quid tibi [c] *ego mittam muneris!* AC. *dat ne* [d] *abs se Mulieri operam?*
PE. *Lepidissumè, & comissumè.* AC. *confido* [e] *confuturum.*
Ubi facta erit conlatio nostrarum malitiarum,
Haut Vereor, ne nos subdolâ perfidiâ pervincamur.
PE. *Abeamus ergò intrò! hac uti meditemur cogitatè;*
Ne quid, ubi Miles venerit, titubetur. AC. *tu morare;*
Ut accuratè & commodè, hoc, quod agendum 'st, exsequamur:

[a] Gravi curâ ac molestiâ afficiam. Most. 2.1.℣.82. τὸ acCiebo: est, acciebo, antiquè.
[b] *sc.* concubinam.
[c] quantum muneris tibi mittam! Vide Lex. *Quid.* Pseud. 4.1.℣.28.
[d] *Abs se*: sponte, ultrò, non coactè.
[e] Vide Lex. *Confieri.*

ACTUS QUARTI
SCENA I.

PYRGOPOLINICES. PALÆSTRIO.

VOLUP'st, [f] *quod agas, si id procedit lepidè ex sententiâ.*
Nam ego hodiè ad SELEUCUM *Regem misi Parasitum meum.*
Ut Latronis, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui ejus Regnum tutarentur; mihi dum fieret otium.
PA. *Quin tu tuam rem cura potiùs, quàm Seleuci. quæ tibi*
Conditio nova, & luculenta fertur per me Interpretem!
PY. *Immò omnis res posteriores* [g] *pono, atque operam do tibi.*
Loquere; auris meas profectò dido in ditionem tuam.
PA. *Circumspicito dum, nequis* [h] *Auceps nostro hîc sermoni siet.*
Nam hoc negotij clandestinò ut agerem, mandatum 'st mihi.
PY. *Nemo adest.* PA. *hunc* [i] *Arrabonem Amoris primùm à me accipe.*
PY. *Quid hic? aut unde 'st?* PA. *à luculentâ, atque à festivâ Feminâ,*
Quæ te amat; tuamque expetissit pulcram [k] *pulchritudinem:*
Ejus nunc mihi Anulum Ancilla, ad te porrò ut deferrem, dedit.
PY. *Quid? ea Ingenuán', an* [l] *Festucâ facta è Servâ libera 'st?*
PA. *Wah! egóne? ut ad te ab Libertinâ esse auderem Internuntius?*
Qui ingenuis satis respondere nequeas, [m] *quæ cupiunt tui.*
PY. *Nuptan' st? an Vidua?* PA. *& Nupta, & Vidua.* PY. *quo pacto potis*
Vidua, & Nupta esse [n] *idem?* PA. *quia adulescens nupta 'st cum Sene.*
PY. *Euge!* PA. *Lepidâ, & liberali formâ 'st.* PY. *cave mendacium,*
PA. *Ad* [o] *tuam formam illa una digna 'st.* PY. *hercle pulcram prædicas.*
Sed quis ea 'st? PA. *Senis hujus Uxor Periplectomeni in proxumo.*

[f] Vide infr. 4.5. ℣.13.
[g] Depono.
[h] suprà: *Venator.* 3. 1.℣.13.
[i] hanc sponsionẽ.
[k] Vide Lex. *Atticismus.*
[l] Vide Elect. Pl. Tit. *Manumissionis. Ingenuitatis. Libertatis.* Manumissio fiebat festucâ sive virgâ Prætoris.
[m] quæ tui cupidæ sunt, & studiosæ, teq; desiderant. Vide Calligr. *Favoris. Benevolentia.*
[n] τὸ *idem* pro *eadẽ*, positum est: ut, *quis*: pro, *qua.*
[o] Illa una digna est, cujus forma cum tuâ comparetur. Vide Lex. *Ad.*

Digitized by Google

PA. *Ea* [a]. *demoritur* [b] *te; atque ab ill' o Cipit abire: odit Senem.*
Nunc te orare, atque obsecrare jussit, ut tui copiam
Sibi, potestatemq́; facias. PY. *cupio hercle equidem, si illa volt.*
PA. *Quæ* [c] *cupit?* PY. *quid* [d] *illâ faciemus Concubinâ? quæ domi 'st.*
PA. *Quin tu illam jube abs te abire, quò lubet: sicut Soror*
Eius Gemina venit Ephesum, & Mater; arcersuntq́; eam.
PY. *Ain' tu? advénit Ephesum Mater ejus?* PA. *ajunt, qui sciunt.*
PY. *Hercle occasionem lepidam! ut Mulierem excludam foràs.*
PA. *Immò vin' tu lepide facere?* PY. *loquere; & consilium cedò.*
PA. *Vin' tu illam actutùm amovere à te? ut abeat per* [e] *gratiam.*
PY. *Cupio.* PA. *tum te hoc facere oportet: tibi divitiarum affatim 'st,*
Iube sibi Aurum, atque Ornamenta, quæ illi instruxti Mulieri,
Dono habere sibi: *auferre abs te;* abire, *quò lubeat sibi.*
PY. *Placet, ut dicis. sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem;*
Vide modò. PA. *vah! delicatus; quæ te tamquam oculos amet.*
PY. *Venus me amat.* PA. *st! tace. aperiuntur fores; concede huc clanculùm.*
Hæc Celox illius est, quæ hìc egreditur Internuntia.
PY. *Quæ hæc* [f] *Celox?* PA. *Ancillula illius est,* quæ *hìc egreditur foràs,*
Quæ Anulum istunc adtulit, quem tibi dedi. PY. *edepol hæc quidem*
Bellula 'st. PA. [g] *Pithecium hæc est præ illâ, & Spinturnicium.*
Viden' tu illam oculis [h] *venaturam facere, atque aucupium auribus?*

ACTUS QUARTI
SCENA II.

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALÆSTRIO.

IAM *est ante* [i] *Ædis Circus; ubi sunt Ludificandi mihi.*
Dissimulabo; hos quasi non videam; neque esse hìc etiam dum sciam.
PY. *Tace; subauscultemus, ecquid de me fiat mentio.*
MI. *Num quisnam hinc* [k] *propè adest? qui rem alienam potiùs curet, quàm suã;*
Qui aucupet me? quid agam: qui de [l] *vesperi vivat suo?*
Eos nunc Homines metuo mihi, ne obsint; neve obstent uspiam.
Domo si ibit; ac dum huc transiVit, quæ hujus cupiens corpori 'st:
Quæ amat hunc Hominem, nimiùm lepidum, & nimiâ pulchritudine
Militem Pyrgopolinícem. PY. *satin' hæc quoque me deperit?*
Meam laudat speciem? edepol hujus sermones [m] *haut cinerem quæritant.*

PA. *Quo*

[a] *Sc.* est.
[b] perditè amat.
[c] *q. d.* Quis dubitet eam *velle*, quæ *cupiat*: cùm *cupere* plus sit, quàm *velle*.
[d] Nota formulã: Calligraph. Tit. *Faciendi.*
[e] cum bona gratia.
[f] Sic Acroteleutiũ Ancillam vocat. Vide Lex. *Celox.*
[g] *Simiola.* πιθηκίον. *Spinturnix* deformis & inauspicata avis. Vide Lex.
[h] Elegãs Metaph. Vide Calligr. *Videndi. Audiendi.* supr. 9. 1. ℣. & 4. 1. ℣. 9.
[i] ἀλληγορικῶς. Iam egregius mihi campus apertus est ad ludificandum, quoscũque libuerit. Vide Calligr. *Ludificandi.* & infr. Plauti ex Fragm. *Corniculariá.* similem formulam pag. 10.
[k] Vide Lex. *Propè.*
[l] Qui furtis suis vitam suam curet. Vide Calligr. *Furti.* & Elect. Pl. Tit. *Vrbis Romæ.* *Furtis Sc.* quo tamquã eluantur, & nitidentur (ut solent hodieque Vasa ex Orichalco cineribus elui) quia loquitur lautè & minimè sordidè. Vide Calligr. Tit. *Cinerum.*

Digitized by Google

PA. *Quo* hoc *argumento?* PY. *Quia enim loquitur lautè, & minumè sordidè:*
Tum autem illa ipsa'st nimiùm lepida, nimisq; nitida Femina.
Hercle verò jam adlubescit [a] *primulùm, Palæstrio.*
PA. *Priùs ne* [b], *quàm illam oculis?* PY. [c] *Tuis video id, quod credo tibi.*
Quin [d] *hæc locuta illa autem absentem subigit me, ut amem.* PA. *Hercle hanc quidem*
Nihil [e] *tu amaßis: mihi hæc desponsata'st. tibi si illa hodiè nupserit,*
Ego hanc continuò Vxorem ducam. PY. *Quid ergò hanc dubitas* [f] *conloqui?*
PA. *Sequere hàc me ergò.* PY. *Pedissequus tibi sum.* MI. *Vtinam quojus causâ*
Foràs sum egressa, conveniundi mihi potestas eveniat!
PA. *Erit, & tibi exoptatum obtinget: bonum habe animum; ne formida.*
Homo quidam 'st, qui scit, quod quæris, ubi sit. MI. *Quem ego hîc audivi?*
PA. *Socium tuorum consiliorum, & participem consiliarium.*
MI. *Tum pol ego id, quod celo, haut celo.* PA. *Immò ita; etiamsi non celas.*
MI. *Quo argumento?* PA. *Infidos celas; ego sum tibi firmè fidelis.*
MI. *Cedò mihi signum; si harunc* [g] *Baccharum es.* PA. *Amat Mulier quædam Quemdam.*
MI. *Pol istuc quidem multæ.* PA. *At non multæ de digito Donum mittunt.*
MI. [h] *Enim cognovi nunc, fecisti modò mihi ex proclivo palàm rem.*
Sed hîc nunc quis adest? PA. *Vel adest, vel non.* MI. *Cedò te mihi solæ solum.*
PA. *Brevin', an longinquo sermone?* MI. *Tribus verbis.* PA. *Jam ad* [i] *te redeo.*
PY. *Quid! ego hîc adstabo tantisper cum hac formâ, & factis, sic* [k] *frustrà?*
PA. *Patere, atq; adsta; tibi ego hanc do operam.* PY. *Properando excrucior.*
PA. *Pedetentim, tute hæc scis, tractari ita solere hasce hujusmodi* [l] *mercis.*
PY. *Age, age, ut tibi maxumè concinnum 'st.* PA. *Nullum est hoc stolidius saxum,*
Redeo [m] *ad te. quid me voluisti?* MI. *Quo pacto hoc dudum accepi,*
Vtile istuc fero ad te consilium. PA. *Quasi hunc depereat!* MI. *Teneo istuc.*
PA. *Conlaudato formam, & faciem, & virtutis conmemorato.*
MI. *Ad eam* [n] *rem habeo omnem aciem; tibi ut dudùm demonstravi.*
Tu cætera cura, & contempla, & de meis venator verbis.
PY. *Aliquam mihi partem hodiè operæ des deniq;: jam tandem ades ilicò!*
PA. *Adsum; IMPERA, SI QUID VIS.* PY. *Quid hæc narrat tibi?* PA. *Lamentari*
Ait illam miseram; cruciari, & lacrumantem se adflictare:
Quia [o] *tis egeat; quia te careat: ob eam rem huc ad me missa'st.*
PY. *Jube adire.* PA. *At scin'? quid tu facias. facito te fastidI* [p] *plenum,*
Quasi non lubeat. me inclamato; quia sic te volgo volgem.
PY. *Memini; & præceptis parebo.* PA. *Voco ergò hanc? quæ te quærit.*
PY. *Adeat; si quid volt.* PA. *Si quid vis, adi; Mulier.* MI. PULCHER [q] *salve!*
PY. *Meum Cognomentum quis conmemoravit? DI tibi dent, quæcumq; optes!*
MI. *Tecum ætatem exigere ut liceat!* PY. *Nimium optas.* MI. *Non me dico,*
Sed Eram meam, quæ te demoritur. PY. *Multa aliæ idem istuc cupiunt,*

[a] Placere incipit.
[b] *H.e.* an tibi priùs allubescat, quàm illam videris.
[c] *H.e.* ego vidi tamen: quia tuis oculis vidi, quibus *sc.* omnia video, quæ tibi credo.
[d] Certè illa sermone suo, quē tu saltim hausisti, etiam me absentem pellicit in amorē sui. Vide Lex. *Quin.* & *Autem.*
[e] Abstine à mea mihi desponsata: hanc Ancillam ne tu ames.
[f] Vide Lex. *Colloqui.*
[g] Allegoria à sacris Bacchi: quæ erant recōditissima, neque ulli, nisi sacris ejusdem initiato, cognita. Ideòque Palæstrio statim signum prodit.
[h] Vide Lex. *Enim.*
[i] *Sc.* Militem.
[k] τὸ *Sic* δεικτικῶς.
[l] Mulieres: quæ alibi dicuntur *Mala merx.* Vide Elect. Pl. Tit. *Mu iérum.*
[m] Venio ad te Milphid.
[n] Ad eam rē habeo instructam omnem aciem fallaciarum.
[o] Tui.
[p] Ostende fastidiū tuum. Sehe gar saur auß. Stelle dich / als thätst du es nicht gern.
[q] Erat hoc cognomen CLODIORVM, quo distinguebantur à Marcellis in gente Claudia, qui erāt plebeij, non patricij.

 Qui-

Digitized by Google

Quibus non copia'st. MI. *Ecastor haut mirum, si te habes carum:*
Hominem tam pulcrum, & præclarâ virtute, & forma, & factis.
Heus! dignior fuit, quisquam Homo [a] *qui esset?* PA. *Non hercle humanum'st ergò.*
Nam Volturio [b] *plus humani credo'st.* PY. *Magnum me faciam*
Nunc; quoniam illæc me conlaudat. PA. *Viden' ignavom!* [c] *ut sese inferat!*
Quin tu huic responde! hæc illic' est ab illâ, quam tibi [d] *dudùm.*
PY. *Quânam ab illarum? nam ita me occursant multæ: meminisse haut possum.*
MI. *Ab illâ quæ digitos despoliat suos, & tuos digitos decorat.*
Nam hunc Anulum ab tui cupiente [e] *hùc detuli huic* [f], qui [g] *porrò.*
PY. *Quid nunc tibi vis? Mulier; memora.* MI. *Vt quæ te cupit, eam ne spernas.*
Quæ per tuam nunc vitam vivit. [h] *sit nec ne sit; spes in te uno'st.*
PY. *Quid nunc volt?* MI. *Te compellare, & conplecti, & contrectare.*
Nam nisi tu illi fers suppetias, jam illa animum [i] *despondebit,*
Age, mi Achilles; fiat, quod te oro: serva illam pulcram pulcrè;
Exprome benignum ex tete ingenium, [k] *Vrbicape; Occisor Regum.*
PY. *Heu! hercle odiosas res! quotiens hoc tibi, Verbero, ego interdixi?*
Meam ne sic volgo polliciteris operam. PA. *Audin' tu? Mulier!*
Dixi hoc tibi dudùm, & nunc dico: nisi huic [l] *Verri adfertur merces;*
Non hic suo seminio quamq; [m] *porculenam inpertituru'st.*
MI. *Dabitur, quantum ipsus pretI poscet.* PA. *Talentum Philippum huic opus Auri 'st:*
Minus à nemine accipiet. MI. *Heu! ecastor nimis* [n] *vile'st tandem,*
PY. *Non mihi Avaritia umquam innata'st: satis est Divitiarum.*
Plus mihi Auri mille est modiorum Philippêi. PA. *Præter Thensaurum.*
Tum Argenti montis [o], *non massas habet.* ÆTNA *mons non æquè alto'st.*
MI. *Heu! ecastor Hominem perjurum!* PA. *Vt* [p] *ludo!* MI. *Quid ego? ut* [q] *sublecto os!* PA. *Scitè!*
MI. *Sed amabo; mitte me actutùm.* PA. *Quin tu hic responde aliquid!*
Aut facturum, aut non facturum. quid illam miseram animi excrucias?
Quæ numquam malè de te merita'st. PY. *At jube eampse exire huc ad nos.*
Dic me omnia, quæ volt, facturum. MI. *Facis nunc, ut facere'st æquom.*
Quod ipsa volt, eadem tu vis. PA. *Non* [r] *hic insulsum habet ingenium?*
MI. *Quòmq; me Oratricem haut sprevisti, sistiq; exorare ex te.*
Quid est? ut [s] *ludo!* PA. *Nequeo hercle quidem risu meo admoderarier.*
PY. *Ob eam causam huc abs te avorti. non edepol tu scis, Mulier,*
Quantum ego honorem nunc illi habeo. MI. *Scio; & istuc illi dicam.*
PA. *Contrà Auro alii hanc vendere potuit operam.* MI. *Pol istuc tibi credo.*
PA. [t] *Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantis fecit:*
Et pueri, annos octingentos qui *vivont.* MI. *Væ tibi!* Nugator.

PY. *Quin*

a *Q. d.* Multi sunt homines qui debebant nasci pecudes, non homines: ita sunt inhumani. tu verò dignissimus es, qui homo nascereris, propter mores tuos humanissimos.
b Ioci ambiguitas est in *Volturio*, quæ & recti & obliqui casûs locum tenet. item in *Est*: pro, *edit*. Vulturius plus humanæ carnis, dum in cadaveribus depascendis occupatus est, rostro vellicatim carpit, quam possidet Pyrgopol.
c Vt homo nihili magnificè & superbè incedit!
d *Sc.* Dixi.
e Ab mea hera tui cupida.
f Palæstrioni.
g Qui porrò tibi traderet.
h Salva sit hera mea; an nulla sit: in te uno situm est.
i Mortem sibi consciscet.
k πολιπορθε. Hosticapax. *Festus.*
l Porco non castrato: cui opponitur. *Majalis.*
m Nullam porculam sui seminis hic Verres admissarius participabit. *Porculena* dicitur, ut: *socienus: dubienus: alienus.*
n *Vilis* vel *vile* est.
o Vide Lex. *Mons.*
p *Sc.* Militem.
q Quam scitè ei palpando os demulceo!
r Miles. s *Sc.* Militem. t *H. e.* Veri bell. & præstantes. Vide Lex. *Merus.* Germ. Rechtschaffene.

Digitized by Google

PY. *Quin mille annorum perpetuò vivont, ab sæculo ad sæclum.*
PA. *Eò minus dixi; ne hæc censeret me advorsùm se mentiri.*
MI. *Perij! quot Hic ipse annos vivet? quojus Filij tam diu vivont.*
PY. *Postriduò gnatos sum ego, Mulier, quàm Juppiter ex* [a] *Ope natu'st.*
PA. *Si hic pridiè gnatus foret, quàm ille 'st; hic haberet Regnum in cælo.*
MI. *Jam jam sat, amábo 'st. finite abeam, si possum,* [b] *viva à vobis.*
PA. *Quin ergò abeis? quando responsum 'st.* MI. *Ibo; atq; illam huc adducam,*
Quam propter opera 'st mihi. numquid vis? PY. *Ne magis sim pulcer, quàm sum:*
Ita mea forma habet sollicitum. PA. *Quid hîc nunc stas? quin abis!* MI. *Abeo.*
PA. *Atq; adeò; audin' tu? dicito.* MI. *Vt doctè, & cordatè* [c] *curas aluit!*
PA. *Philocomasio dic, si est hîc; domum ut transeat: hunc hîc esse.*
MI. *Hic cum Erâ 'st: clam nostrum hunc illæ sermonem sublegerunt.*
PA. *Lepidè factum 'st. jam ex sermone hoc gubernabunt doctius porrò*
Rem. MI. *Me morare.* PA. *Abeo; neq; te* [d] *moro, neq; te tago, neq; te* [e]. *taceo.*
PY. *Jube* [f] *maturatè illam exire huc. jam nos isti rei prævortemur.*

[a] Ex Cybele. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum*. τὸ *gnatos*: est, *natus* antiquè.
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Garrulitatis* & *Molestia*.
[c] *H. e.* ut cor ei saliit! dum *sc.* amoris curas secum jucunde alit. Et hoc interpretamentum irrepsit in MS. Pal. Decurtatum. Vide infrà Notas Criticas.
[d] τὸ *moro*: & *tago*, antiquè ponuntur.
[e] κατ' ἀποσιώπησιν.
[f] Sic Pseud. 4. 7. ℣. 58.

ACTUS QUARTI
SCENA III.

PYRGOPOLINICES. PALÆSTRIO.

QVID *mihi nunc es auctor, ut faciam; Palæstrio,*
De Concubinâ? nam nullo pacto potest
Prius hæc in Ædis recipi, quàm illam obmiserim.
PA. *Quid me consultas? quid agas? dixi equidem tibi,*
Quo pacto id fieri possit clementissumè,
Aurum, atq; vestem omnem muliebrem habeat sibi.
Quæ illi instruxisti, sumat; habeat, auferat.
Dicasq; tempus maxumum [g] *esse, ut eat domum,*
Sororem gemina' adesse, & Matrem dicito,
Quibus concomitata rectè deveniat domum.
PY. *Quid tu scis? eas adesse.* PA. *Quia oculis meis*
Vidi hîc Sororem esse ejus. PY. *Convénitne eam?*
PA. *Convénit.* PY. *Ecquid* [h] *fortiuscula 'st?* PA. *Omnia* [i] *vis*
Obtinere. PY. *Vbi Matrem esse ajeVat Soror?*
PA. *Cubare in NaBe lippam, atq; oculis turgidis;*

[g] Tempus maximè opportunum. Es sey hohe zeit. τὸ *gemina*: pro, *geminam*. κατ' ἀποστροφήν.
[h] Valida & ætate integra, pulchra. Vide Lex. *Fortis*. Bacch. 2. 2. ℣. 18. Et hunc locum puto designari à Servio ad IV. Æneid. pag. 322.
[i] Omnia concupiscis scire, & habere.

Naucle-

Nauclerus dixit, qui illas advexit, mihi.
Is ad hos Nauclerus hospitio divortitur.
PY. *Quid is? ecquid fortis?* PA. *Abi sis hinc. nam tu quidem*
Ad Equas fuisti scitus admissarius;
Qui consectare quà [a] *maris, quà feminas.*
PY. *Hoc ago nunc.* PA. [b] *Istuc.* PY. *Quod das consilium mihi?*
Te cum illâ verba facere de istâ re volo.
Nam cum illâ sanè congruus sermo tibi.
PA. *Quin potiùs, quòm tute ades, tuam rem tute agas!*
Dicas Uxorem tibi necessum esse ducere:
Cognatos persuadere, Amicos cogere.
PY. *Itáne tu censes?* PA. *Quid* [c] *ego nî ita censeam?*
PY. *Ibo igitur intrò: tu hîc ante Ædis interim*
Speculare, ut, ubi illac prodeat, me próvoces.
PA. *Tu modò istuc cura, quod agis.* PY. *Curatum id quidem 'st.*
Quin si voluntate nolet, vi extrudum forís.
PA. *Istuc cave faxis. quin potiùs per gratiam*
Bonam abeat abs te; atq; illac quæ dixi, dato.
Aurum, Ornamentaq;, quæ illi instruxisti, ferat.
PY. *Cupio hercle.* PA. *Credo te facilè inpetrassere.*
Sed abi intrò; noli stare. PY. *Tibi sum obediens.*
PA. *Numquid videtur* [d] *demutare? atq; uti ego*
Dixi esse vobis dudùm hunc Mœchum Militem.
Nunc ad me ut veniat usu'st, Acroteleutium,
Ancillulaq; ejus, aut Pleusides. Pro Juppiter!
Satine ut commoditas usquequàq; me adjuvat!
Nam quos videre exoptabam me maxumè,
Unà exeuntis video hinc è proxumo.

[a] Vide Lex. *Qui.*
[b] Hoc ipsum ago.
[c] Quid ni. *Tmesis.*
[d] Alius esse, quam qualem eum esse dudum dixi.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

ACROTELEUTIUM. MILPHIDIPPA.
PLEUSIDES. PALÆSTRIO.

SEQUIMINI! *simul circumspicite; ne quis adsit Arbiter.*
MI. *Neminem pol video; nisi hunc, quem volumus* [e] *conventum.* PA. *Et ego vos.*
MI. *Quid agis? noster Architecte.* PA. *Egóne Architectus? vah!* MI. *Quid est!*

PA. *Qui*

[e] Vide Lex. *Convenire.* Cist. 1. 1. ✝. 42. Est malignum quandoq; verbum.

Digitized by Google

PA. Qui enim non sum [a] *dignus præ te, ut figam palum in parietem.*
AC. Eja verò! PA. Nimis facetè; nimisq; facundè mala'st,
Ut lepidè deruncinavit [b] *Militem! AC. At etiam parùm!*
PA. Bono animo es! negotium omne jam succedit sub manus.
Vos modò, porrò ut occepistis, date operam [c] *adjutabilem.*
Nam ipse Miles Concubinam intrò abiit oratum suam;
Ab se ut abeat cum Sorore, & Matre, Athenas. AC. Eu! probè!
PA. Quin etiam Aurum, atq; Ornamenta, quæ ipse instruxit, Mulieri
Omnia dat dono, ab se ut abeat. ita ego consilium tum dedi.
PL. Facilè istuc quidem'st, si & illa volt, & ille [d] *autem cupit.*
PA. Non tu scis? quòm ex [e] *alto puteo susùm ad summum escenderis,*
Maxumum periculum inde esse ab summo, ne rusùm cadas.
Nunc hæc res apud summum puteum geritur. si [f] *prosenserit*
Miles, nihil hinc [g] *ferri poterit hujus: nunc* [h] *cùm-maxumè*
Opu'st dolis. PL. [i] *Domi esse ad eam rem video silvæ satis.*
Mulieres tres, quartus tute es: quintus ego; sextus Senex.
PA. Quod apud nos fallaciarum [k] *septimum'st! certò scio*
Oppidum quodvis videtur posse expugnari dolis.
Date modò operam. AC. Id [l] *nos ad te, tu si quid velles, vénimus.*
PA. Lepidè facitis. nunc hanc tibi ego impero provinciam.
AC. Impetrabis, Imperator, quod ego potero, quod voles.
PA. Militem lepidè, & facetè, & lautè ludificarier
Volo. AC. [m] *voluntatem ecastor mihi imperas. PA. Et scin' tu? quemadmodum?*
AC. Nempe ut adsimulem me Amore istius [n] *differri. PA. Rem tenes.*
AC. Quasiq; istius causa Amoris ex hoc Matrimonio
Abierim, cupiens [o] *istius summè Ordinis Nuptiarum.*
Nisi modò unum [p] *hoc hasce etiam Ædis dicas Dotalis* [q] *tuas.*
[r] *Hinc Senem abs te abiisse, postquàm feceris divortium;*
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.
AC. Benè mones. PA. Sed ubi ille exierit intus; istuc te procul
Ita volo adsimulare, præ illius formâ, quasi spernas tuam;
Quasiq; ejus opulentitatem verearis, & simul
Formam [s] *amœnitatis, illius faciem, pulchritudinem*
Conlaudato. satin' præceptum'st? AC. Teneo. satin' est? si tibi
Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas.
PA. Sat habeo. nunc tibi vicissim quæ imperabo. PL. Nunc dicito sis.
PA. Quàm extemplò erit factum, ubi intrò hæc [t] *abierit, tu ilicò*
Facito, ut venias ornatos huc ornatu Nauclerico:

a Tantum abest, ut Architecti nomen merear, tecum comparatus: ut dignus nō sim, qui palum figam in parietem; quod tamen quis potest, etiam Architecturæ imperitus. Nota particulas *Qui enim.* τὸ *enim* περισσεύει.

b Admutilavit, assecuit: decepit, fefellit, induxit. supra 3.1. ✠. 172. & Cas. 3.4. ✠. 108.

c Sic Persa. 4.5. ✠. 1.

d Nota particul. *Autem.* Vide Lex.

e *H. e.* ex imo. Vide Lex. *Escendere.*

f Vide Lex. *Prosentire.* Amph. 5.1. ✠. 19.

g Nihil hujus rei, quam struimus, confici poterit, nihilque hujus auferri, si Miles dolos olfecerit, quare nunc cùm-maximè dolis utendum est cautè.

h Vide Lex. *Cum maximè.*

i Vide Lex. *Domi esse.*

k Septimam fallaciam ego probè novi.

l Propter id.

m *Q. d.* Ridiculum est, te mihi id imperare, quod ipse volo & lubens facio.

n Discruciari.

o *H. e.* summè cupida Nuptiarū militariū: *seu*; cupio nubere viro Ordinis militaris. Vide Lex. *Cupere*: & *Ordo.*

p Ista omnia probo: nisi quod unū addas velim. *Nisi modo*: pro, *modo*: *dummodo*: vel: *nisi*, positum est.

q Atq; adeò indè fieri, ut soluto jam matrimonio ad te revertantur: ne Miles vereatur in Ædes alienas introire.

r Ex iis ædibus.

s Quæ Militis facies sit, tamquam ipsius amœnitatis formæ. *Vel* quæ sit ipsa amœnitas: ut sit Appositio.

t Ubi Acroteleutium domum Senis introierit, quasi suam. *Ornatos*, est, *ornatus*, antiquè.

Digitized by Google

[a] *Causiam habeas* [b] *ferrugineam, Culcitam* [c] *ob oculos laneam;*
Pallіolum habeas ferrigineum (nam sic Colo'st Thalassicus)
Id erit connexum in humero lævo, [d] *ex fasilato brachio.*
Pracinctus [e] *aliqui adsimulato, quasi Gubernator sies.*
Atq; apud hunc Senem omnia hæc sunt. nam is Piscatoris habet.
PL. *Quid! ubi ero exornatus; quin tu dicis! quid facturus sim?*
PA. *Huc venito, & Matris verbis Philocomasium arcersito;*
Ut si itura'st Athenas, eat tecum ad Portum citò,
Atq; adjubeat ferri in Navim; si quid inponunt.
Nisi eat, te soluturum esse [f] *Navim; Ventum operam dare.*
PL. *Satis placet* [g] *pictura: perge.* PA. *Ille extemplò illam hortabitur,*
Ut eat; ut properet: ne sit Matri mora. PL. *Multimodis* [h] *sapis.*
PA. *Ego illi dicam, ut me Adjutorem, qui onus feram ad Portum, roget.*
Ille jubebit me ire cùm illâ ad Portum. ego adeò, ut tu scias,
Prorsùm Athenas protinùs abibo tecum. PL. *Atq; ubi illò veneris.*
Triduum unum servire numquam te, quin liber sis, sinam.
PA. *Abi citò; atq; orna te.* PL. *Numquid aliud?* PA. *Hæc ut memineris.*
PL. *Abeo.* PA. *Et vos abite hinc intrò actutùm. nam illum hinc sat scio*
Jam exiturum esse intus. AC. *Celebre* [i] *apud nos inperium tuum 'st.*
PA. *Agite; abscedite ergò. ecce autem commodùm* [k] *aperitur foris,*
Hilariùs exit; inpetravit. inhiat, [l] *quod nusquam est, miser.*

a Pileum latum. Wie ein Lemstengler. Vide Lex. *Causia.*
b Colore thalassico: *seu*, Veneto. Vide Elect. Pl. Tit. *Colorum.* infrà 4. 6. ℣. 67.
c Pulvillum laneū ad tegendum oculorum malum, quo simulabis te laborare.
d *H. e.* exerto. Vide Festum, in: *Effafilatum.*
e Aliqua *sc.* parte corporis alte cinctus.
f Te profecturum Navi quia ventus sit secundus.
g Fallaciæ in Militem struendæ descriptio.
h Vide Lex. *Multimodis.*
i *Q. d.* Nemo nostrûm est, qui non imperium tuum studiose exsequi properet.
k Opportunè.
l *Sc.* Matronæ concubitum.

ACTUS QUARTI SCENA V.

PYRGOPOLINICES. PALÆSTRIO.

QUOD volui, ut volo, inpetravi, per amicitiam, & gratiam,
A Philocomasio. PA. *Quidnam te intus fuisse tam dicam diu?*
PY. *Numquam ego me tam sensi amari, quàm nunc, ab illâ Muliere.*
PA. *Quid jam?* PY. *Ut multa verba fecit! ut lenta* [m] *materies fuit!*
Verùm postremò inpetravi, ut volui; donaviq; ei,
Quæ voluit, quæ postulavit: te quoq; ei dono dedi.
PA. *Etiam me? quomodo ego vivam sine te?* PY. *Age, es bono animo:*
Idem ego te liberabo. nam si possem ullo modo
Inpetrare, ut abiret; nec te abduceret, operam dedi:
Verùm obpressit. [n] PA. *DEOS sperabo; teq; postremò.* [o] *tamen-*
etsi

m Vide Lex. *Lentus.* Es ist mir hart gangen / Es hat hart gehatten.
n Pervicit, ut te secum abduceret. Cist. 2. 3. ℣. 52. Vide Lex. *Sperare.*
o Vide Lex. *Tamen-etsi.*

Digitized by Google

etsi istuc mihi acerbum 'st: quia Ero te carendum 'st optumo,
Saltim id volupe 'st, quòm ex virtute formæ evenit tibi
Meâ operâ super hanc Vicinam, quam ego nunc concilio tibi.
PY. *Quid opus verbis? libertatem tibi ego, & divitias dabo,*
Si inpetras. PA. *Reddam inpetratum.* PY. *At gestio.* PA. *At modicè decet*
Moderare animo: ne sis cupidus. sed eccam ipsam! egreditur forâs.

ACTUS QUARTI SCENA VI.

MILPHIDIPPA. ACROTELEUTIUM. PYRGOPOLINICES. PALÆSTRIO.

ERA; *eccom prestò Militem!* AC. *Vbi is est?* MI. *Ad lævam; videto:*
Adspicito limis [a] *oculis, ne ille nos se videre sentiat.*
AC. *Video. edepol nunc nos tempu 'st malas, pejores fieri.*
MI. [b] *Tuum 'st principium.* AC. *Obsecro! tute ipsum convenisti?*
Ne parce voci, ut audiat. MI. *Cum ipso pol sum* [c] *secuta:*
Placidè ipsa dum libitum 'st mihi; otiosè, meo arbitratu, ut volui.
PY. *Audin'? quæ loquitur.* PA. *Audio. quàm læta 'st! quia adit ad te.*
AC. *O fortunata* [d] *Mulier!* PY. *Vt amari videor!* PA. *Dignu 's.*
AC. *Permirum ecastor prædicas, te adiisse, atq; exorasse.*
Per epistulam, aut per nuntium, quasi Regem [e] *adiri eum ajunt.*
MI. *Namq; edepol vix fuit copia adeundi, atq; inpetrandi.*
PA. *Vt tu inclutus* [f] *apud Mulieres?* PY. *Patiar: quando ita Venus* [g] *volt.*
AC. *Veneri pol habeo gratiam: eamdemq; & oro, & quæso,*
Vt ejus mihi sit copia, quem amo, quemq; expetesso:
Benignusq; ergà me ut siet; quod cupiam, ne gravetur.
MI. *Spero ita futurum: quamquam illum multæ sibi expetessunt,*
Ille illas spernit, segregatq; ab se omnis, extrà te unam.
AC. *Ergò iste metus me macerat, quod ille fastidiosu 'st,*
Ne oculi ejus sententiam mutent, [h] *ubi viderit me.*
Atq; ejus [i] *flagrantia meam extemplò speciem spernat.*
MI. *Non faciet; bonum animum* modò habeto. PY. *Vt ipsa se contempnit!*
Metuo, ne prædicatio tua nunc meam formam exsuperet.
MI. *Istuc curavi, ut opinione illius pulcrior fies.*
AC. *Si pol me ducere nolet Vxorem, Genua amplectar,*

[a] Obliquis, transversis. Vide Callig. *Videndi.*
[b] Tuum est incipere.
[c] *H. e.* cum eo sum locuta. Vide Lex. *Sequi.* & Calligr. *Loquendi.*
[d] Milphidippa Ancilla *sc.* quæ tā benigne admissa sermonem cū Milite tam placide miscuisti: & tuo arbitratu.
[e] Vt Regem Persarum.
[f] Nobilis, clarus.
[g] Quia Venus amorum conciliatrix ita vult.
[h] Vbi viderit me non talem, qualem spe & opinione præceperat.
[i] Desiderium ejus me videndi: quo hucusq; flagravit me videre. Elegantes.

Digitized by Google

Atq; obsecrabo: alio modo si non quibo inpetrare;
Consciscam lethum: vivere sine illo scio me non posse.
PY. *Prohibendam mortem Mulieri video. adibon'?* PA. *Minumè.*
Nam tu te vilem feceris, si te ultrò largi Vere.
Sine ultrò veniat, quæritet, desideret, te exspectet.
Summovere istam vis gloriam, quam habes? cave sis faxis.
Nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus:
Tibi, & [a] Phaoni Lesvio, tam miserè ut amarentur.
AC. *Eo intrò. ah! tu illinc evoca sis foràs, mea Milphidippa.*
MI. *Immò opperiamur; dum exeat aliquis.* AC. *Durare nequeo,*
Quin eam intrò. MI. *Occlusæ sunt fores.* AC. *Exfringam.* MI. *Sana non es:* simula inquam.
AC. *Si amavit umquam, aut si parem sapientiam hic habet, ac formam:*
Per Amorem si quid fecero, clementi animo mihi *ignoscet.*
PA. *Ut quæso Amore perdita'st hæc misera!* PY. *Mutuum fit.*
PA. *Tace; ne audiat.* MI. *Quid adstitisti? obstupida. cur non pultas?*
AC. *Quia non est intus, quem ego volo.* PA. *Quî scis?* AC. *Scio edepol; scio.*
Nam odore [b] nasum sentiat, si intus siet. PY. *Hariolatur.*
Quia me amat, propterea Venus fecit, eam ut divinaret.
AC. *Nescio, ubi hic propè adest, quem expeto videre.* [c] hu! hu! *olet profectò.*
PY. *Naso pol jam hæc quidem videt plus, quàm oculis.* PA. *Cæca Amore'st.*
AC. *Tene me obsecro.* MI. *Quor?* AC. *Ne cadam.* MI. *Quid ita?* AC. *Quia hic adstare*
Nequeo. ita animus per [d] oculos meos defit. MI. *Militem pol*
Tu adspexisti? AC. *Ita.* MI. *Non video. ubi'st?* AC. *Videres pol, si amares.*
MI. *Non edepol tu illum magis ames, quàm egomet, si per te liceat.*
PA. *Omnes profectò Mulieres te amant; ut quæq; adspexit.*
PY. *Nescio; tun' ex me hoc audieris, an non: Nepos sum Veneris.*
AC. *Mea Milphidippa; adi obsecro! & congredere.* PY. *Ut me veretur!*
PA. *Illa ad nos pergit.* MI. *Vos* ego *volo.* PY. *Et nos te.* MI. *Ut jussisti,*
Eram meam eduxi foràs. PA. *Video.* MI. *Jube ergò adire.*
PY. *Induxi animum, ne oderim item ut alias: quando hoc orasti.*
MI. *Verbum hercle facere non poti'st, si accesserit propè ad te,*
Dum te obtuetur, interim linguam oculi [e] præciderunt.
PY. *Levandum morbum Mulieri video.* MI. *Viden' ut tremit! atq; extimuit! postquàm te adspexit.* PY. *Viri quoq; armati idem istuc faciunt;*
Ne tu mirére ampliùs Mulierem. sed quid volt med agere?
MI. *Ad sed ut eas. tecum vivere volt, atq; ætatem exigere.*
PY. *Egon' ad illam eam! quæ nupta sit. vir ejus metuendu'st.*
MI. *Quin tuâ causâ exegit virum à se!* PY. *Quid!* quî *id facere potuit?*

MI. *Quia*

[a] Quem perditè amavit Sappho. *Ovid.* Epist. & *Scal.* Ausonian. Lect. lib. 1. 18.

[b] *τὸ nasum.* per odorem! sentire possit, si i. e.

[c] *Hu!* vel *Hy!* Vestigationis seu indagationis nota.

[d] Infrà ỽ. 56.

[e] Quia in Amore cùm oculi cupide, quod amant, intuentur, non solùm mens, sed etjam lingua obmutescit. Hoc enim est *Præcidere.* Sic Euripid. ἔρως παρακόπτει φρένας. h. e. [illegible]. Vide suprà ỽ. 46.

MI. *Quia Ædes Dotales hujus sunt.* PY. *itáne?* MI. *ita pol.* PY. *juVe eam domum eire.*
Iam ego [a] *illím ero.* MI. *vide, ne sis* [b] *exspectationi;*
Ne illam animi excrucies. PY. *non ero profectò. abite!* MI. *abimus.*
PY. *Sed quid ego video?* PA. *quid vides?* PY. *nescio-quis eccom incedit!*
Ornatu quidem [c] *Thalaßico.* PA. *jam nos volt hic profectò:*
Nauclerus est hic quidem, PY. *videlicet arcersit hanc.* PA. *it jam hinc, credo.*

[a] Illic. antiquè.
[b] Nota syntax. Vide, ne diutius æquo sis exspectandus. Cistell. 1.3. ℣. 49. *quæstioni esse.*
[c] Marino, nauclerico. supr. 4.4. ℣. 41.

ACTVS QVARTI
SCENA VII.

PLEUSIDES. PALÆSTRIO. PYRGOPOLINICES.

ALIUM *alio pacto propter Amorem nî sciam*
Fecisse multa nequiter, verear magis,
[d] *Me Amoris causâ ist hoc ornatu incedere.*
Verùm quòm multos multa admîsse acceperim
Inhonesta propter Amorem, atque aliena à bonis:
Mitto jam; ut occídi. Achilles Civis passus est.
Sed eccom Palæstrionem! stat cum Milite:
Oratio aliò mihi demutanda 'st mea.
MULIER *profectò nata 'st ex ipsâ morâ.*
Nam quæ vis alia, quæ [e] *mora 'st æquè, mora*
Minor ea videtur, quàm quæ propter Mulierem 'st.
Hoc adeò fieri credo consuetudine.
Nam ego hanc arcerso Philocomasium. sed foris
Pultabo. Heus! ecquis hîc est? PA. *Adulescens; quid est?*
Quid tu ais? quid pultas? PL. *Philocomasium quærito:*
A Matre illius venio; si itura 'st; eat.
Omnis moratur: Navim cupimus solvere.
PY. *Iamdudum res parata 'st. Heus! Palæstrio.*
Aurum, Ornamenta, Vestem, Preciosam omne ut ferat.
Duc Adjutores tecum ad Navim, qui ferant.
Omnia composita sunt; quæ donavi, auferat.
PA. *Eo.* PL. *quæso hercle propera.* PY. *non morabitur.*
[f] *Quid istuc? quæso! quid Oculo factum 'st tuo?*
PL. *Habeo equidem hercle Oculum.* PY. *at Lævom dico.* PL. *eloquar.*

[d] τ Μεναιχμοι.
[e] stultæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Mulierum.* Et; *Mora Mulierũ:* in Proverbio.
[f] Sermo ex abrupto. quasi minus rectè videat: eòq; in oculo laboret vitio quodam. *vel;* obligavit Pleusides oculum: ne posset conspici.

Digitized by Google

Moris causâ hercle istoc ego Oculo utor minùs.
Nam si [a] *abstinuissem Amore,* [b] *tamquam hoc uterer.*
Sed nimis morantur me diu. PY. *eccos exeunt.*

ACTUS QUARTI
SCENA VIII.

PALÆSTRIO. PHILOCOMASIUM. PLEUSIDES. PYRGOPOLINICES.

QUID *modi flendo, quæso, hodiè facies?* PH. *quid ego nî fleam?*
Ubi pulcerrumè egi ætatem; inde abeo. PA. *viden' Hominem tibi?*
Qui à Matre, & Sorore venit. PH. *video.* PY. *audistin'? Palæstrio!*
PA. *Quid vis?* PY. *quin tu jubes ecferri omnia! quæ isti dedi.*
PL. *Philocomasium; salve!* PH. *& tu salve!* PL. *Materque, & Soror,*
Tibi salutem me jusserunt dicere. PH. *salvæ sient!*
PL. *Orant te, ut eas, Ventus operam dum dat; ut Velum explicent.*
Nam Matri oculi si valerent, mecum venisset simul.
PH. *Ibo; quamquam invita facio omnia. Pietas* [c] *sit!* PL. *Eho! sanè sapis.*
PY. *Si non mecum ætatem egisset, hodiè stulta* [d] *viveret.*
PH. *Istuc crucior, à Viro me tali abalienarier.*
Nam tu [e] *quamvis potis es facere, uti fluat facetiis:*
Et quia tecum eram, propterea [f] *animum eram ferocior.*
Eam nobilitatem amittendam video. PY. *nimiùm hæc flet.* PH. [g] *nequeo,*
Quòm te video. PA. *habe bonum animum! scio ego & quid doleat mihi.*
Nam nihil miror, si libenter Philocomasium hic eras.
Forma hujus, Mores, Virtus, Animum [h] *adtinuêre hîc tuum.*
Quin ego Servos, quando adspicio hunc, lacrumo; quia disjungimur.
PH. *Obsecro! licet conplecti, priusquàm proficisco?* PY. *licet.*
PH. *Oh mihi! oculi! ô Anime mi!* PA. *obsecro! tene Mulierem;*
Ne adfligatur. PY. *quid istuc quæso?* PA. *postquàm abs te abit; animo malê*
Factum 'st huic repentè miseræ. PY. *adcurrite intrò atque adferte* [i] *Aquam.*
PA. *Nihil Aquam moror.* PY. *quor?* PA. *malo metuo ne ipse interveneris.*
Quæso; [k] *dum resipiscit.* PY. *Capita inter se nimis nexa hic habent.*
Non placet. labra laVellis [l] *ferruminant.* PL. *acre malum!*
Temptabam; spiraret, non non. PY. *aurem admotam* [m] *oportuit.*
Sin' magis vis, [n] *ambos mittam.* PY. *nolo.* [o] *retineat.* PA. *fleo miser.*
PY. *Exite,*

a Respicit ad id, quod dici solet: *Oculis sunt in Amore duces.* Nempe Amore Oculum se corrupisse: quo minus æque, atq; altero, rectè uti possit. Alij lectionem depravant;& ad Æquivocationes ex ambiguo confugiunt. Vide infra Notas Criticas.

b eo æquè atque altero dextro *scil.* oculo uterer.

c Sit mihi Pietas erga Matrem longe potior, quam ut illam deseram: si vel invita id faciam, quod Pietas exiget.

d esset. nunc autem quia mecum vixit, cordata est.

e fœminam quãcumque vel insulsissimam.

f quoàd animum: animo eram ferocior.

g *Sc.* à fletu temperare mihi nõ possum: cùm cogito *scil.* me te ultimò videre, ampliùs non videndum.

D *Iungimur*: est, *disjungimur*, antique. Sic quoque *proficisco* ἀρχαϊκῶς dicitur: ita præscribentibus Antiquissimis Membranaceis Mss.

h Affixum tenuerunt.

i Quam animo defectæ offundatis.

k dum ad se redit.

l *Ferruminare*: est, συμφύειν. Ferrumen, & Ferruminatio, σύμφυσις.

m ut explorares, num adhuc spirares.

n Palæstrionem, & Philoc.

o *sc.* Philoc. retineat etiam Servum, quem semel dono dedi.

PY. Exite; atque ecferte huc intus omnia; quæ isti dedi.
PA. Etiam nunc saluto te, [a] *Familiaris; priusquàm eo.*
Conservi Conservæque omnes; benè Valete, & Vivite!
BENE quæso inter vos DICATIS! & mî absenti [b] *tamen!*
PY. Age; Palæstrio! bono animo 's! PA. heu! nequeo; quin fleam,
Quòm abs te abeam. PY. fer æquo animo. PA. scio ego, quid doleat mihi.
PH. Sed hem! quid hoc? quæ res est? quid video? Lux salve candida!
PL. Iam resipisti? PH. obsecro! quem amplexa sum.
Hominem? Perij! súmne ego apud me? PL. ne timeas; Voluptas mea.
PY. Quid istuc est negotij? PA. animus hanc modò hîc reliquerat.
Metuoque, & timeo, ne hoc tandem palàm fiat nimis.
PY. Quid [c] *id est? PA,* [d] *nos secundùm ferre nunc per Vrbem hæc omnia,*
Ne quis hoc tibi vitio vortat. PY. mea, non illorum dedi,
Parvi ego illos facio: agite; ite cum DIs benèvolentibus.
PA. Tuâ ego hoc causâ dico. PY. credo. PA. jam Vale. PY. & tu benè vale.
PA. Ite citò; jam ego vos adsequar: cum Ero pauca etiam loquar.
Quamquam alios fideliores semper habuisti tibi,
Tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium.
Et si ita sententia esset, tibi servire mavolim
Multò, quàm alij Libertus esse. PY. habe bonum animum. PA. [e] *Hau mihi!*
Quòm venit in mentem, ut mores mihi mutandi sient;
Discendi Muliebres, obliviscendi Stratiotici.
PY. Facsis [f] *frugi. PA. jam non possum: amisi omnem* [g] *lubidinem.*
PY. I, sequere illos. ne morére. PA. benè Vale! PY. & tu benè Vale!
PA. Quæso, ut memineris; si fortè liber fieri occeperim,
Mittam nuntium ad te, ne me deseras [h] *PY. non est* [i] *meum.*
PA. Cogitato identidem, tibi quàm fidelis fuerim:
Si id facies, tum demùm sciVis; tibi qui bonus sit, qui malus.
PY. Scio, & perspexi sæpè: verùm cùm antehàc, tum hodiè maxumè.
PA. Scies immò hodie: [k] *verum factis, faxo, pòst dices magis.*
PY. Vix reprimor; quin te manere jubeam. PA. cave istuc feceris.
Dicent te mendacem, nec verum esse: fidelem [l] *nullum esse te,*
Dicant Servorum præter me esse fidelem neminem.
Nam si honestè censeam te facere posse, suadeam:
Verùm non potest; cave faxis! PY. abi! jam patiar; quicquid est.
PA. Benè Vale igitur. PY. ire meliu'st strennuê. PA. etiam nunc Vale.
PY. Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper Servom pessumum;
Eum fidelem mihi esse invenio; quòm egomet mecum cogito.
Stultè feci, qui hunc amisi. ibo hinc intrò nunc jam
Ad Amores meos. & sensi, hinc sonitum fecerunt fores!

ACTVS

a *sc.* Lar.

b Quamvis. Vide Lex. *Tamen*. Fortassis allusum ad ritum potantium: q Amicis sic solebāt ἀφαμεῖν per pocula. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij*. BENE MEI BENE TE!

c Quod metuis, ne palàm fiat.

d Nos servos post Pleusidem & Philoc. hæc omnia ferre. Amph. 2. 1. ℣. 1. *secundùm sequi*.

e Interjectio flentis cum suspirio aliquo: & suam sortem indolentis.

f *h. e.* benè gere te abiturus cum Philocomasio.

g Iocus nequam. Vide Calligr. Tit. *Rei Venereæ*. vel; simpliciter etiam capi potest.

h *sc.* Benè meritos deserere.

i *sc.* Bene meritos deserere.

k reipsâ verum.

l Nō esse fidelem. Vide Lex. *Nullum*.

Digitized by Google

ACTVS QVARTI
SCENA IX.

Puer. Pyrgopolinices.

NE me moneatis! memini ego officium meum.
Ego jam conveniam illum: ubi ubi est gentium.
Investigabo; operæ ego non parco meæ.
Py. Me quærit illic. ibo huic Puero obviam.
Pu. Ehem! te quæro. Salve! Vir lepidissume;
Cumulate commoditate præter cæteros;
Duo DI quem curant. Py. qui duo? Pu. Mars, & Venus.
Py. Facetum Puerum! Pu intrò, te, ut eas, illa obsecrat:
Te volt, te quærit, teq; exspectans deperit.
Amanti fer opem. quid stas? quin intrò is? Py. eo.
Pu. Ipsus illic sese jam inpedivit in [a] plagas.
Paratæ insidiæ sunt. namque in statu [b] stat Senex,
Vt adoriatur Mœchum, qui formâ 'st ferox:
Qui omnis se amare credit, quæque adspexerit,
Mulieres. eum oderunt quà Viri, [c] quà Mulieres.
Nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio.

a Illaqueavit in retia.
b Vide Elect. Pl. Tit. *Gladiatorum*.
c Vide Lex. *Quà*. supr. 3.2.v.20.

ACTVS QVINTVS.

Periplectomenes. Pyrgopolinices. Cario, Coquus. Sceledrus.

DVCITE istum! si non sequitur; rapite sublimem foràs!
Facite, inter Terram atque Cælum ut medius sit: discindite.
Py. Obsecro hercle, Periplectomene, te! Pe. necquicquam hercle obsecras.
Vide, ut istic sit [d] actus, CARIO; culter probè.
Ca. Quin jamdudum [e] gestit Mœcho hoc abdomen adimere:
Vt faciam, quasi Puero, in collo pendeant [f] Crepundia.
Py. Perij! Ca. [g] haut etiam: numerò hoc dicis. Iámne in Hominem [h] involo?
Pe. Immò etiam prius verberetur fustibus. Ca. multùm equidem. Py. perii!
Pe. Cur es ausus subigitare alienam Vxorem? Inpudens!

d quasi in corpus adactus.
e sc. culter ille.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Crepundiorum*. *Pueritiæ*.
g Necdum periisti: nimis cito, & præmaturè dicis, te periisse, præ ut peribis. Vide Lex. *Numerò*.
h ut secem, discindam.

Py. Ita

PE. Ita me DI ament! ultrò ventum 'st ad me. PER. mentitur. feri!
PY. Mane; dum narro. PE. quid cessatis? PY. non licet mihi dicere?
PE. Dic. PY. oratus sum [a] ad te à Muliere. PE. quare [b] ausus? hem tibi!
PY. Oh! hei! satis sum verberatus; obsecro! CA. quàm mox seco!
PE. Ubi lubet; distendite Hominem divorsùm, & [c] dispennite.
PY. Obsecro hercle te! ut mea verba audias, priusquàm secat.
PE. Loquere! nondum [d] nihili factus? PY. Viduam esse censui:
Itaque Ancilla, [e] Conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.
PE. Iura; te non [f] nociturum esse hominem de hac re neminem;
Quòd tu hodiè hic es verberatus, aut quod verberabere:
Si te salvom hinc mittimus ire Venerium [g] Nepotulum.
PY. Iuro per Dianam [h]! & Martem! me nociturum nemini,
Quòd ego hîc hodiè vapulaveo. sed mihi id [i] æquè factum arbitror.
Et si Intestatus [k] non abeo hinc, benè agitur pro noxiâ.
PE. Quid si id non faxis! PY. ut vivam semper Intestabilis!
CA. Verberetur etiam; post ibi amitte-dum; censeo.
PY. DI tibi benè faciant semper! quòm Advocatus mihi benè es.
CA. Ergo des Minam Auri nobis. PY. quamobrem? CA. salvis Testibus,
Ut te hodiè hinc amittamus, Venerium Nepotulum.
Aliter hinc à nobis [l]; ne sis frustrà. PY. Dabitur. CA. magis sapis.
De Tunicâ, & Chlamyde, & Macharâ, ne quid speres; non feres.
Verberóne etiam? [m] antequàm amittis? PY. mitis sum equidem fustibus.
Obsecro vos! PE. solvite istum. PY. gratiam jam habeo tibi.
PE. Si posthàc prehendero, ego te hîc arcebo [n] Cestibus.
PY. Causam haut [o] dico. PE. eamus intrò, CARIO. PY. Servos meos
Eccos video! Philocomasium jam profecta'st? dic mihi.
SCE. Iamdudùm. PY. hei mihi! SCE. magis dicas, si scias, quod ego scio.
Namque ille qui lanam ob oculum habebat, Nauta non erat.
PY. Quis erat igitur? SCE. Philocomasio Amator. PY. qui tu scis? SCE. scio.
Nam postquàm exierunt Portâ; nihil cessarunt ilicò
Osculari, atque amplexari inter se. PY. væ misero mihi!
Verba mihi data esse video. Scelus [p] viri; Palestrio!
Is me in hanc inlexit fraudem. jure factum judico.
Si sic aliis Mœchis fiat, minus hîc Mœchorum siet.
Magis metuant; minus has res studeant. Eamus ad me. PLAUDITE!

PLAUTI. MILES. GLORIOSUS.

EXPLICIT.

INCIPIT. MERCATOR.

[a] Ad domum tuã.
[b] Cur ausus es venire? etiam rogatus.
[c] Vide Lex. *Dispennere* est brachia, aut etiam crura distendere, & expandere, vide etiã Lex. *Tennere.*
[d] Nondum es evirатus; seu castratus? Spadones enim homines nihili.
[e] Amotum sc. die Küpferin. *Maquerelle.* Gallis.
[f] Nota ἀρχαϊσμὸς verbi *Nocendi.* Et geminam negationem.
[g] Quia suprà. 4. 6. ♈. 50. Veneris Nepotem se dixerat.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Militia. Perjury. Deorum.* Diana gravissime solebat vindicare perjuria.
[i] Arbitror me jure, & æquè vapulare, meo merito.
[k] Iocus in vocabulo, *Intestatus.*
[l] *Sc.* non abibis. Est enim oratio imperfecta inter plagas.
[m] Visne ut etiam vapulet, priusquã eum missum facis?
[n] coërcebo te vinculis.
[o] non recuso, quin id faxis mihi.
[p] vide Lex. *Nomina abstracta.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri

MERCATOR.

Joach. Camerarius.

FABVLÆ huius Argumentum futile, & flagitioſum eſt. Quemadmodum autem prodeſt Venena nota eſſe, ut reſpuantur: ita talia dum legimus, exſecrari debemus. Sed neque Venena nulli prorsùs uſui ſunt; & hæc ad turpitudinem fugiendam, & convertendos animos ad timorem DEI, aſſumi poſſunt.

DRAMATIS PERSONAE.

CHARINUS, Adolescens. *Gratiosus.*
ACANTHIO, Servus. *A spinis.*
DEMIPHO, Senex.
LYSIMACHUS, Senex. *Prelij diremptor.*
LORARII.
EUTYCHUS, Adolescens. *Fortunatus.*
PASICOMPSA, Meretrix. *Omnimodò comta, & bella.* Vide act. 3. sc. 1. vers. 19.
DORIPPA, Vxor. *Ab equestri dono.*
SYRA, Anus Serva. *Nomen gentile.*
COQUUS.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

MERCATUM *missus Charinus à Demiphone Patre; & ob id* MERCATOR *dicta Comœdia est: domum rediens, Virginem formosam advehit. Demipho fortè, ut conspicatus est Mulierem, eam deperit: quærit illam comparari ad usus suos. Filius contrà nititur; non concedit Patri: quin per Servum simulat emisse Matri Pedissequam. Senex orat vicinum Lysimachum, ut præmercetur Ancillam sibi. is è Navi eam abducit, in suâq; excipit domo. Charinus sibi surreptam Virginem mæret; legatq; Eutychum sodalem, ubi ea sit, percontetur. sed Puella nusquam reperta. Charinus spe destitutus, se ultrò exulatum parat. Intereà Dorippa Uxori Lysimachi ruri rediens, offendit domi Mulierculam, quam Mariti Scortum reputat, viroq; turbas ciet. Eutychus Filius hoc resciens, occurrit Sodali jam abituro peregrè: nunciat adinventam Amicam sibi: Parentes conciliat. Demiphonem increpat, cogitq; ut Filio Puellam cedat. Suis itaq; tandem Charinus potitur Amoribus.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI Sarsinatis Vmbri

MERCATOR.

ARGVMENTVM.

MIssus mercatum ab suo [a] Adulescens [b] Patre;
Emit, atq; [c] adportat scita forma [d] Mulierem.
Requirit, quæ sit; postquàm eam vidit Senex.
Confingit Servos [e] emptam Matri Pedissequam:
Amat Senex [f] hanc, ad se simulans vendere,
Tradit [g] Vicino. eum putat Vxor [h] illius
Obduxisse sibi Scortum. tum Charinum ex fuga
Retrahit [i] sodalis; postquàm [k] Amicam invenit.

a Charinus adolescens.
b Demiphone.
c Advehit navi.
d Pasicompsam.
e Acanthio.
f Demipho hanc Ancillam amat. Est autem Tmesis: pro; *adsimulans se vend.*
g Lysimacho.
h Dorippa.
i Eutychus.
k Pasicompsam.

ALIVD.

MERCATUM à sedum [l] Filium extrudit Pater,
Is peregrè Milis redimit [m] Ancillam Hospitis,
Amore captus. ut [n] venit; Navi éxsilit.
Pater ádvolat [o], visamq; Ancillam deperit:
Quojus sit, procontatur. Servos pedissequam
Ab Adulescente *ait* Matri emptam esse ípsius.
Senex sibi [p] prospiciens, ut Amico suo
Veniret, Gnatum orabat. Gnatus ut suo
Hìc Filium [q] subdiderat Vicini, Pater
Vicinum. præmercatur Ancillam Senex.

l Charinum Pater Demipho.
m Pasicompsam.
τὸ *Milu* est gignẽdi casu positum. antiquè: pro; *Militi*.
n Cùmprimùm in patriam venit.
o Demipho ad navim properat.
p Demipho suo amori consulens, suasq; res agens, rogat filium, ut venderetur amico cuidam suo Pasicompsa, Filius contrà orat Patrem, ut suo cuidam venderetur.
q Charinus subornaverat Eutychum Lysimachi Vicini filium.

Eam

Digitized by Google

Eam domi deprehensam Conjunx illius
Vicini [a] Scortum insimulat, protélat [b] Virum.
Mercato: [c] expers patriâ fugere [d] destinat,
Prohibetur à Sodale, qui Patrem illius
Orat suo cum Patre Gnato, ut [e] cederet.

a Arguit & criminatur esse scortum.
b Longè abigit. Vide Lex. *Protelare.*
c Charinus.
d Constituit deserere patriam orbatus omni spe potiundæ Pasicompsæ.
e Ut Pasicompsam filio Charino concederet.

ACTUS PRIMI
SCENA I.

PROLOGUS.

CHARINUS, Adulescens.

DUAS res simul nunc agere decretum'st mihi:
Et Argumentum, & meos Amores eloquar.
Non ego idem [f] *facio, ut alios in Comœdiis*
Vidi facere Amatores, qui aut Nocti, aut [g] *Die,*
Aut Soli, aut Lunæ, miserias [h] *narrant suas:*
Quos [i] *pol ego credo Humanas Querimonias*
Non [k] *tanti facere, quid velint, quid non velint.*
Vobis narrabo potiùs meas nunc miserias.
Græcè hæc vocatur EMPOROS *Philemonis,*
Eadem Latinè MERCATOR *Marci Accij.*
PATER *ad Mercatum hinc me meus misit Rhodum,*
Biennium jam factum'st [l], *postquàm abij domo.*
Abij; amare occepi formâ eximiâ Mulierem.
Sed eâ, ut sim implicitus, dicam; si opera'st [m] *auribus:*
Atq; advortendum ad animum adest benignitas.
Et hoc parùm etiam more Amatorum institi:
Per me [n] *percontatus sum vos: jumq; index ilicò.*
Nam AMOREM *hæc cuncta* VITIA *sectari solent,*
Cura, Ægritudo, nimiaq; Elegantia.
Hæc non modò illum, qui amat; sed [o] *quemq; adtigit,*
Magno, atq; [p] *solido multat Infortunio.*

Nec

f Item.
g Diei. Vide Lex.
h Vide Elect. Pl. Tit. *Miseriarum.*
i Solem, Lunam, Noctem, Diem.
k δεικτικῶς.
l Nota syntaxin. Calligr. *Temporis.*
m Si commodum est, & potestis.
n Q. d. Quod per me, & mea quasi sponte percontatus sum, utrū vacaret Spectatoribus audire Amorum meorum seriem; non feci id Amatorum more, & modo, qui cum ratione parùm agunt scilicet, & quod ipsis lubet, dicunt, sine respectu aliorum. Potiùs enim decuit statim indicare, quàm delicias facere præfatiuncula, & modestia, Amatoribus aliena. Sed & quod percontatus sum, puto me à vobis consecuturum. quin & Amoris vitia vobis continuò explicabo.
o Quemcumque.
p Vehementer, admodum. Vide Lex. *Solidi.*

Digitized by Google

Nec pol profectò quisquam sine grandi malo,
Præquam [a] res patitur, studuit elegantiæ.
Sed AMORI accedunt etiam hæc, quæ dixi minus.
Insomnia [b], Ærumna, Error, Terror, & Fuga,
Ineptia, Stultitiaq; adeo, & Temeritas,
Incogitantia, excors Immodestia,
Petulantia, Cupiditas, & Malevolentia.
Inhæret etiam Aviditas, Residia [c], Injuria,
Inopia, Contumelia, & [d] Dispendium,
Multiloquium, Parumloquium. hoc ideò fit, quia
Quæ nihil [e] attingunt ad rem, nec sunt usui; hæc
AMATOR profert sæpe advorso [f] tempore.
Hoc Pauciloquium rursum idcircò prædico,
Quia NULLUS unquam AMATOR adeò'st callidè
Facundus, quæ in rem sint suam, ut possit loqui.
Nunc vos mihi irasci ob multiloquium non decet
Eodem quo [g] Amorem Venus mihi hoc legavit die.
Illuc revorti certum'st, ut [h] conata eloquar.
PRINCIPIO, ut ab animus ephebus ætate exii,
Atq; animus studio amotus puerili est meus,
Amare validè cœpi hic Meretricem, ilicò
Res [i] exulatum ad illam clàm abibat Patris.
Leno [k] importunus, Dominus ejus Mulieris,
Vi summâ quicquid poterat rapiebat domum.
Objurgare Pater [l] hæc me noctes, & dies,
Perfidiam, Injustitiam LENONUM expromere,
Lacerari [m] validè suam rem, illius augerier.
Summo hæc clamore; interdum [n] mussans conloqui;
Abnuere negitare adeò me natum suum?
Conclamitare totâ Urbe, & prædicere,
Omnes tenerent [o] mutuitanti credere.
Amorem multos inlexe in dispendium.
Intemperantem [p], non-Modestum, Injurium,
Trahere, exhaurire me quod quirem, [q] ab se domum.
Ratione pessumâ, à me ea [r] ipsus optumâ.
Omnis labores invenis esse perditos,
Amoris vi disfunditari ædibus;
Convitium [s] tot me Annos jam se pascere.
Sibiq; ingratis me vitam agere perpetuam

a Centus. n ope. non ferant. Vide Lex. *Præquam.*
b Vacuitas à somnio. ἀυπνία.
c A Residendo, *Residia*: à Desidendo, *Desidia*.
d Sumptus.
e Attinent.
f Alieno tempore.
g Venus eodem die me fecit multiloquum, quo Amatorem

... Schand ... ins Hauß ziehen. Vide Lex ...

Quoia [a] nisi puderet, ne luberet vivere.
Sese extemplò ex ephebis postquàm excesserit,
Non, ut ego, Amori, neq; Desidiæ in otio
Operam dedisse, neq; potestatem sibi
Fuisse. adeo arte cohibitum esse à Patre.
Multo opere immundo [b] rustico se exercitum.
Neq; nisi quinto Anno quoq; positum [c] visere
Urbem. atq; extemplò inde, [d] ut spectavisset Peplum,
Rus rusùm confestim exigi solitum à Patre.
Ibi multò primum sese [e] familiarium
Laboravisse, quòm hæc Pater sibi diceret:
Tibi Aras, tibi Occas, tibi Seris, tibi item Metis.
Tibi deniq; iste pariet lætitiam Labos.
Postquàm recessit [f] vita patrio corpore,
Agrum se vendidisse, atq; eâ pecunia
Navim, Metretas [g] quæ trecentas tolleret,
Parasse atq; eâ [h] se in Persis vectatum undique;
Adeo-dum, quæ tum haberet, peperisse bona.
Me idem decere, si, ut deceret me, forem.
Ego me ubi invisum meo Patri esse intellego,
Atq; odio, me quoi placere æquom fuit,
Amens amansq;, ut ut animum offirmo [i] meum.
Dico esse iturum me mercatum, si velit:
Amorem missum facere me, dum illi obsequar.
Agit gratias mihi, atq; ingenium adlaudat meum.
Sed mea promissa non neglexit persequi,
Ædificat [k] Navim [l] cercurum, & merces emit,
Paratæ Navi imponit. præterea mihi
Talentum Argenti ipsus sua adnumerat manu.
Servom una mittit, qui olim à puero parvolo
Mihi Pædagogus [m] fuerat, quasi uti mihi foret
Custos. his sic confectis Navim solvimus.
Rhodum venimus, ubi quas merces vexeram
Omnes [n] ut volui vendidi ex sententia.
Lucrum ingens [o] facio, præterquam [p] mihi meus Pater
Dedit æstumatas merces: ita Peculium
Conficio grande. sed dum in Portu [q] illi ambulo,
Hospes me quidam adgnovit; ad Cenam vocat.
Venio decumbo: acceptus hilarè, atq; ampliter.

a Cuius ... [illegible]
b In ... [illegible]
c ... [illegible]
d Postquam in Urbe ... spectasset Peplum ... [illegible]
e ... [illegible]
f Postquam Pater e vita recessisset, agrum se vendidisse.
g Vide Lex. Metretæ.
h Nempe Attici ... in Persiam ... [illegible]
i ... [illegible]
k ... [illegible]
l ... [illegible]
m ... [illegible]
n ... [illegible]
o ... [illegible]

Pr[illegible] ea [illegible] me a [illegible]
[illegible] si pol [illegible]
[illegible] a [illegible]
[illegible] mihi valdè placuerit!
[illegible] esse vendundam mihi.
[illegible] gratiam me & munem for[illegible]
Qu[illegible] [illegible] a ivex: [illegible]
Ea[illegible] [illegible] Pater.
Med[illegible] ad [illegible] Navi & Servolum
Sed quid currentem Servom a Portu conspicor?
Quem Navi abire votui: timeo quid fiet.

ACTVS PRIMI
SCENA II

ACANTHIO. CHARINUS.

EX [illegible] viribusq; usq; experire, nitere,
Erus ut [illegible] Minor operâ tuâ servetur. agedum; [d] Acanthio
Abige abs te Lassitudinem: cave Pigritiæ [e] prævorteris!
Simul [f] [illegible] vix suffero hercle anhelitum.
Simul autem plenissime [illegible] qui advorsum eunt, [g] aspellito.
[illegible] hæc hic disciplina pessuma'st:
Currenti, properanti haut quisquam dignum [h] habet decedere.
Ita [illegible] [i] [illegible] res agendæ sunt quando unam occeperis:
Et currend[illegible] & [illegible]andum [illegible] [k] autem jurgandum 'st in via.
CH. Quid [illegible] tam expedite exquirit cursuram sibi?
Cura [l] est [illegible] quid nuntiet. AC. Nugas ago.
Quam [illegible] tam res in periclo vortitur.
CH. Mali [illegible] quid nuntiat. AC. Genua hunc Cursorem deserunt.
Perii! seditionem facit lien; [m] occupat præcordia.
Perii! Animam nequeo vortere: nimis nihili Tibicen [n] siem.
CH. At tu edepol sume [o] laciniam, atq; absterge sudorem tibi.
AC. Numquam edepol omnes balneæ [p] mihi hanc lassitudinem eximant.
Domin' an foris dicam esse Erum Charinum? CH. Ego animi pendeo.
Quid illud sit negotî, lubet scire [q] me: ex hoc metu ut sim certior.
AC. [illegible] adsto: at etiam cesso foribus facere hisce [r] assulas?
Aperite [s] aliquis! ubi Charinus Erus? domin' est, an foris?
Num [illegible] arbitratur? CH. Ecce me

a Promen[illegible] obligatum me [illegible] agnosco. Vide Lex. Mag.
b Summo opere [illegible] τὸ Ex παρέλκει: ut Mil. 3.1.v. 26. Pseud. 1.1 v. 54. [illegible] 2.1 v. 88. V. [illegible] Lex. Ore.
Herilis Filius.
Der junge Herr.
d [illegible] allo[illegible]
e Cave [illegible] pigriti[illegible] prævortatur [illegible] prævorteris [illegible]
f Crebra [illegible] quæ anheli[illegible] pecto[illegible] reciprocatio [illegible]
g [illegible]
h [illegible] Vide Lex.
i [illegible]
k [illegible]
l [illegible]
m [illegible]
n [illegible] Ich gebe ein [illegible] Pfeiffer.
o [illegible]
p [illegible]
q [illegible]
r [illegible]

[illegible marginal notes]

Acanthio, quem quaeris. Ac. *Nusquam'st disciplina* [a] *ignavior.*
Ch. *Quae te res* [b] *malè agitant?* Ac. *Multæ, Ere, te, atque me.* || Ch. *Quid est negotii?*
Ac. *Periimus!* || Ch. *Principium Inimicum* [c] *dato.* * || Ac. *At tibi sortito id obtigit.* * ||
Ch. *Loquere, id negotii quicquid est.* Ac. *Placide* [d] *volo acquiescere.*
Tua causa rupi [e] *Ramites; jam dudum sputo* [f] *sanguinem.*
Ch. *Resinam* [g] *ex melle Ægyptiam vorato; salvom feceris.*
Ac. *At tu edepol* CALIDAM [h] PICEM BIBITO! [i] *ægritudo abscesserit.*
Ch. *Hominem ego iracundiorem quam te novi neminem.*
Ac. *At ego pol maledicentiorem quam te novi neminem.*
Ch. *Sin saluti quod tibi esse censeo, id consulo.*
Ac. *Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ advenit.*
Ch. *Dic mihi, an* BONI *quid usquam est, quod quisquam uti possiet*
Sine MALO *omni; aut ne laborem capias, quom illo uti voles?*
Ac. *Nescio ego istæc: Philosophari numquam didici, neque scio.*
Ego bonum, malum quod accedit, mihi dari haut desidero.
Ch. *Cedo tuam mihi Dexteram, agedum, Acanthio.* Ac. *Hem dexteram, tene.*
Ch. *Vin' tu te mihi* [k] *obsequentem esse? an neveis?* Ac. *Opera licet*
Experiri, qui me rupi causa currendo tua;
Ut quæ scirem, scire actutum tibi liceret. Ch. *Liberum*
Caput tibi faciam paucis mensibus. Ac. *Palpo* [l] *percutis.*
Ch. *Egon' ausim tibi usquam quicquam facinus falsum proloqui?*
Quin jam priusquam sum elocutus, scis si mentiri volo. Ac. *Ha!*
Lassitudinem hercle verba tua mihi addunt; enicas.
Ch. *Sicine mihi obsequens es?* Ac. *Quid vis faciam?* Ch. [m] *Tun' id quod volo.*
Ac. *Quid est igitur, quod vis?* Ch. *Dicam.* Ac. *Dice.* Ch. *At enim* [n] *placide volo.*
Ac. *Dormientes Spectatores metuis ne ex somno excites.*
Ch. *Væ tibi!* Ac. *Tibi equidem à portu adporto* [o] *hoc.* Ch. *Quid fers? dic mihi.*
Ac. *Vim, Metum, Cruciatum, Curam, Jurgiumque, atque Inopiam.*
Ch. *Perii! tu quidem thesaurum huc mihi adportavisti mali.*
Nullus sum. Ac. [illegible] Ch. *Scio; jam miserum dices.* Ac. [illegible]
[illegible] *maximum infortunium est.*
Ch. *Obsecro* [illegible] *jam me; nimis diu animi pendeo.*
Ac. [illegible] *etiam prius volo, quam* [illegible]
Ch. [illegible] *vapulabis, nisi jam loquere, aut hinc abis.*
Ac. *Hoc sis vide, ut* [illegible] *palpatur! nullu'st, quando occepit* [illegible]
Ch. *Obsecro hercle, oroque, ut istuc quid sit, actutum indices:*
Quando quidem mihi supplicandum Servolo video meo.
Ac. *Tandem indignus videor?* Ch. *Immo dignus.* Ac. *Equidem* [illegible]
Ch. *Obsecro, num Navis periit?* Ac. *Salva'st Navis, ne time.*

Ch. *Quid*

CH. Quid alia armamenta? AC. salva, & sana sunt. CH. quin tu expedis!
Quid siet, quod me per urbem currens quaerebas modò.
AC. Tu quidem ex ore orationem mihi eripis. CH. taceo. AC. tace!
Credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter,
Qui nunc, quom malum audiendum st, flagitas me, ut eloquar.
CH. Obsecro hercle te istuc, uti tu malum mihi facias palam.
AC. Eloquar, quandoquidem me oras. tuus Pater. CH. quid? meus Pater.
AC. Tuam Amicam. CH. quid eam? AC. vidit. CH. vidit? vae misero mihi!
Hoc, quod te interrogo, responde. AC. quin tu, si quid vis, roga!
CH. Qui potuit eam videre? AC. [a] oculis. CH. quo pacto? AC. hiantibus.
CH. Hinc hodiè dierectus a me! nugare in re capitali meâ.
AC. Qui, malum, ego nugor? si tibi, quod me rogas, respondeo.
CH. Certen' vidit? AC. tam hercle certè, quam ego te, aut tu me, vides.
CH. Ubi eam vidit? AC. intus intra Navem, uti prora adstitit.
Et cum eâ confabulatu'st. CH. perdidisti me, Pater.
Eho tu, eho tu! quin cavisti, ne eam videret, Verbero?
Quin, Sceleste, abstrudebas, ne eam conspiceret Pater.
AC. Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis.
Armamentis complicandis, & componendis [b] studuimus.
Dum haec aguntur, [c] Lembo advehitur tuus Pater pauxillulo.
Neque quisquam Hominem conspicatu'st, donec [d] in Navi super.
CH. Nequicquam Mare subterfugi saevis tempestatibus.
Equidem iam censebam esse in terrâ, atque in tuto loco.
Verum video me ad saxa ferri saevis fluctibus.
Loquere porrò, quid sit actum. AC. postquam adspexit Mulierem,
Rogitare occepit, quoia esset. CH. quid respondit? AC. ilico
Occucurri, atque interpello, Matri te Ancillam tuae
Emisse illam. CH. visu'st tibi credere id? AC. etiam rogas?
Sed eam Scelestus [e] subigitare occepit. CH. illamne? obsecro!
AC. Mirum quin [f] me subigitaret. CH. edepol cor miserum meum!
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.
Perii! AC. hem istuc unum verbum dixisti verissume.
Stultitia istaec est. CH. quid faciam? credo, non credet Pater
Illam Matri meae me emisse Ancillam. post autem mihi
Scelus [g] videtur me Parenti proloqui mendacium.
Neque ille credet, neque credibile 'st, formâ eximiâ Mulierem
Eam me emisse Ancillam Matri. AC. non taces, stultissume?
Credet hercle, nam credebat iam mihi. CH. metuo miser,
Ne Patrem [h] prehendat, ut sit gesta res, suspicio.
Hoc, quod te rogo, responde mihi, quaeso. AC. quid rogas?
CH. Num esse Amicam suspicari visu'st? AC. non visu'st.

a Iocus ex ambiguo.

Quin quicq; ut dicebam, mihi credebat. CH. *verum, ut tibi quidem*
Visu st. AC. *non; sed credebat.* CH. *vae mihi misero!* [illegible]
Sed quid ego hic in lamentando pereo? ad Navim non eo?
Sequere! AC. *si istàc ibis; commodum obviàm venies Patri.*
Postea quam adspiceret te timidum esse, atque exanimatum, [illegible]
Retinebit: rogitabit, unde illam emeris; quanti emeris.
Timidum temptabit te. CH. *hac ibo potius. jam censes Patrem*
Abisse a Portu? AC. *quin ea ego huc praecucurri gratiâ;*
Ne te opprimeret inprudentem, atque [a] *elactaret.* CH. *optume.*

[a] [illegible] ando, & ap- [illegible] blande [illegible], cogita- [illegible] Vide Lex. [illegible] Moll. 13. [illegible] [illegible] Examinare.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

DEMIPHO, Senex.

MIRIS [a] *modis DI ludos faciunt Hominibus*
Miris exemplis somnia in somnis danunt.
Velut ego nocte hâc, quae praeteriit, proxumâ,
In somnis egi [b] *satis. & fui Homo* [c] *exercitus.*
Mercari visus mihi sum formosam Capram,
Et ne noceret, quam domi antè habui Capram,
Neu discordarent, si ambae in uno essent loco:
[illegible] *mercatus fueram, visus sum*
In custodiam eam Simiae concredere.
Ea Simia adeo post haut multò ad me venit;
Malè mihi precatur, & facit convicium:
Ait sese illius operâ, atque adventu Caprae,
Flagitium, & dampnum fecisse haut mediocriter.
Dicit Capram, quam dederam servandam sibi,
Suae Uxoris Dotem [d] *ambadedisse oppido.*
Mihi illud videri mirum, ut una illaec Capra
Uxoris [illegible] *Dotem ambadederit.*
In [illegible] *atque hoc derrane* [illegible]
[illegible] *illam ab se abducere.*
[illegible] *ad Uxorem ducturum meam*
[illegible] *hercle, benè velle illi visus sum*
[illegible] *quoi commendaram Capram.*
Quid magis quid facerem, curâ cruciabar miser

[a] [illegible] Graeco Meni- [illegible] est hic [illegible] Πολλαῖσι [illegible] [illegible]

[illegible]

Intereà Hœdus ad me visus est adgredirier:
Infit mihi prædicare, sese ab Simia
Capram abduxisse, & cœpit irridere me.
Ego enim lugere a, atque illam abductam conqueri.
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo invenire; nisi Capram illam suspicor
Jam me invenisse, quæ sit, aut quid voluerit.
Ad Portum hinc abii manè cum luce simul.
Postquam ibi id, quod volui, transegi, b atque ego conspicor
Navim ex Rhodo, quà heri est advectus Filius,
Conlubitum est illuc mihi, nescio qui, visere.
Adscendi in Lembum, atque ad Navim advehor, atque ego
Illic adspicio formâ eximiâ Mulierem,
Filius quam advexit meus Matri ancillam suæ.
Quam ego, postquam adspexi, non ita amo, ut sani solent
Homines, sed eodem pacto, ut insani solent.
Amavi hercle equidem ego olim in adulescentiâ:
Verum ad hoc exemplum numquam, ut nunc, insanio.
Unum quidem hercle jam scio, periisse me.
Vosmet videte cæterum, quanti siem.
Nunc hoc profectò sic est: hæc illa est Capra.
Sed Simia illa, atque Hœdus, timeo, quid velint.
Sed conticiscam: Vicinum eccum! exit foràs.

a Lugebam. Erasmus

b statim, continuo. Vide Lex. & [illegible]

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

LYSIMACHUS. DEMIPHO. LORARII.

PROFECTO ego illunc Hircum castrari volo,
Ruri qui nobis exhibet negotium.
DE. *Nec omen illud mihi, nec auspicium placet.*
Quasi Hircum, metuo, ne Uxor me castret mea,
Atque illius hæc nunc Simiæ partis ferat.
LY. *I tu hinc ad Villam, atque istos rastros Vilico*
Pisto ipsi facito, coram ut tradas in manum.
Uxori facito ut nunties negotium
Mihi esse in Urbe, ne me exspectet. nam mihi

Tris hodiè litis [a] *judicandas dicito.*
Ei, & hoc memento dicere. LO. *numquid amplius?*
LY. *Tantum est.* DE. *Lysimache, salve.* LY. *euge! & tu Demipho.*
Salveto! quid agis? quid fit? DE. *quod miserrumus.*
LY. *Di melius faxint!* DE. *Di hoc quidem faciunt.* LY. *quid est?*
DE. *Dicam; si videam tibi esse operam, aut otium.*
LY. *Quamquam negotium st, si quid vis, Demipho,*
Non sum occupatus umquam Amico operam dare.
DE. *Benignitatem tuam mihi experto prædicas.*
Quid tibi ego ætatis videor? LY. *Acherunticus*
Senex; Vetus, Decrepitus. DE. *pervorsè vides.*
Puer sum, Lysimache, septuennis, LY. *sanún' es?*
Qui puerum te esse dicas? DE. *vera prædico.*
LY. *Modo hercle in mentem venit, quid tu diceres*
senex quom extemplo 'st, iam nec sentit, nec sapit.
Aiunt solere eum rursum [b] *repuerascere.*
DE. *Immò bis tantò* [c] *valeo, quàm valui priùs.*
LY. *Bene hercle factum! & gaudeo.* DE. *Immò si scias,*
Oculis quoque etiam plus jam video, quàm prius.
LY. *Bene est.* DE. *malam rem dico.* LY. *iam istuc non bonum 'st.*
DE. *Sed ausimne ego tibi eloqui, si quid velim?*
LY. *Audacter.* DE. *animum advorte.* LY. *fiet sedulò.*
DE. *Hodie ire in ludum occepi litterarium,*
Lysimache, ternas scio iam. LY. *quid* [d] *ternas?* DE. AMO.
LY. *Tun' capite cano amas, senex nequissume!*
DE. [e] *Si canum, seu istuc rutilum, sive atrum 'st,* AMO.
LY. *Ludificas nunc tu me hic opinor, Demipho.*
DE. *Decide collum, si falsum ad te loquar:*
Velut scias me amare, cape cultrum; seca
Digitum, vel Aurem, vel tu Nasum, vel Labrum.
Si movero me, seu secari sensero,
Lysimache, auctor sum, uti me amando hic énices.
LY. *Si umquam vidisti pictum Amatorem: hem! illic est.*
Nam meo quidem animo, Vetulus, Decrepitus Senex
Tantidem 'st, quasi sit Signum pictum in pariete.
DE. *Nunc tu me, credo, castigare cogitas.*
LY. *Egon' te?* DE. *nihil est iam, quod tu mihi suscenseas:*
Fecere tale antè alij Spectati Viri.
HUMANUM AMARE 'st: *humanum autem ignoscere 'st.*
Ne sis; ne obiurga: [f] *hoc voluntate me impulit.*
LY. *Quin non obiurgo.* DE. *at ne deteriorem tamen*

a Lites judicio di-[illegible]

b [illegible]

Hoc

Hoc facto ducas. LY. *egóne te? ah! ne DI* [a] *siverint!*
DE. *Vide sit modò etiam.* LY. *visum'st.* DE. *certén'?* LY. *perdis me.*
Hic Homo ex Amore insanit. numquid vis? DE. *vale.*
LY. *Ad Portum propero. nam ibi mihi negotium'st.*
DE. *Benè ambulato!* LY. *benè valeto!* DE. *benè sit tibi!*
Quin mihi quoque etiam'st ad Portum negotium;
Nunc adeò ibo illuc. Sed optumé Gnatum meum
Video. eccum! opperiar Hominem: hoc nunc mihi viso 'st opus:
Huic persuadere quomodo potissim;
Vt illam vendat, neve det Matri suæ.
Nam ei dono advéxe audivi. sed præcauto 'st opus;
Ne ad illam me animum adjecisse [b] *aliquâ sentiat.*

a Græcè: μὴ γένοιτο! Da sey Gott vor! Est Proverbialis deprecatio. Bacch. 3. 3. ℣. 64.

b sc. ratione. Vide Lex. Eádem.

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

CHARINUS. DEMIPHO.

HOMO me miserior nullus est æquè, opinor,
Neque advorsa quoi plura sint sempiterna.
Satin' quicquid est, ut [c] *quam rem agere occepi,*
Proprium [d] *nequit mihi evenire, quod cupio?*
Ita mihi mala res objicitur aliqua,
Bonum quæ meum comprimit consilium.
Miser Amicam mihi paravi animi causâ; pretio eripui:
Ratus clam Patrem meum posse habere.
Is rescivit, & vidit, & perdidit me.
Neque, is quòm roget, quid loquar, cogitatum 'st:
Ita animi [e] *decem in pectore incerti certant.*
Nec quid corde nunc consilii capere possim,
Scio. tantus cum curâ meu'st error animo.
Dum Servi mei perplacet mihi consilium,
Dum rusum haut placet, nec Pater potis videtur
Induci, ut putet Matri Ancillam emptam esse illam.
Nunc, si dico, ut res est, atque illam mihi me
Emisse indico; [f] *quemadmodùm existumet me?*
Atque illam abstrahat, trans Mare hic venum asportet.
Scio sæva quàm sit, domo [g] *doctus. igitur hocine 'st*

c Postquàm aliquam rem ag. occ.
d Diuturnum, stabile. Vide Lex. Proprium.

e Decem. κατὰ πολλῶν. Bacch. 1. 2. ℣. 20.
f Quid de me existimet?
g Ex seipso doctus, non aliundè. Ich weiß wie er an sich selber ein schneller Mann ist. Vide Lex. Domi.

Amare? [a] Arare mavolim, quàm sic Amare.
Iam hinc olim invitum Domo extrusit ab sese.
Mercatum jussit jre: ibi hoc malum inveni. VBI
VOLVPTATEM Ægritudo vincat; quid ibi inest amœni.
Nequiquam abdidi; abscondidi: abstrusam habebam
[b] Musca 'st meus Pater: nihil potest clam illum haberi
Nec sacrum, nec tam profanum quicquam 'st, quin
Ibi illud adsit. nec [c] qui rebus meis
Confidam, mihi ulla spes in corde certa 'st.
DE. Quid illuc est, quod solus secum fabulatur Filius?
Sollicitus mihi, nescio quare, videtur. CH. [d] attatæ
Meus Pater hic quidem 'st, quem video. ibo, adloquar. quid fit, Pater?
DE. Vnde incedis? quid festinas? Gnate mi. CH. recte [e], Pater.
DE. Ita [f] volo sed istuc, quid est tibi quod commutatu 'st color?
Numquid tibi dolet? CH. nescio. quid meo animo 'st ægre, Pater.
Postea [g] hac nocte non quievi satis meâ ex sententia.
DE. Per Mare ut vectus, nunc oculi terram mirantur tui
Magis. CH. opinor. DE. id est profecto: verum actutum [h] abscesserit.
Ergò edepol palles: si sapias; eas, ac decumbas domi.
CH. Otium non est; mandatis rebus prævorti volo.
DE. Cras agito: perendiè agito. CH. sæpè ex te [i] audivi, Pater
REI MANDATÆ omnis sapientis [i] primum prævorti decet.
DE. Age igitur; nolo advorsari tuam advorsum sententiam.
CH. Salvos sum; siquidem isti dicto solida, & perpetua sit fides.
DE. Quid illuc est? quòd ille solus sed in consilium secessit
Iam non vereor, ne, illam me amare, hic potuerit resciscere.
Quippe haut etiam quicquam inepte feci, amantes ut solent.
CH. Res adhuc quidem hercle in tuto 'st. nam hunc omnino nescire, sat scio,
De illâ Amicâ. quod si sciret; esset alia oratio.
DE. Quin ego hunc adgredior de illa? CH. quin ego hinc me amolior?
Eo ego, ut quæ mandata Amicis, Amicis tradam. DE. immo mane.
Paucula etiam sciscitari prius volo. CH. dic, quid vis.
DE. Vsquene valuisti? CH. perpetuo recte, dum quidem illic fui.
Verum in Portum huc ut sum advectus, nescio qui animus mihi dolet.
DE. Nausea edepol factum credo: verum actutum abscesserit.
Sed quid ais? ecquam tu advexisti tuæ Matri ancillam Rhodo?
CH. Advexi. DE. quid ea? ut videtur mulier? CH. non edepol [illegible]
DE. Vt morata 'st? CH. nulla [illegible] [illegible] sententia.
DE. Mihi quidem edepol visa 'st, quom illam vidi. CH. ubi [illegible]
DE. Vidi: verum non ex usu nostro 'st, neque adeo placet.

CH. Qui

a Elegans παρονομασία. Sic apud Martial. lib. [illegible] Epigr. [illegible]
b [illegible] Homo curiosus, quem nihil [illegible] [illegible]
c Quomodo. Vide [illegible]
d [illegible] in se [illegible]
e [illegible] Pater [illegible]
f Ita opto.
g Præterita.
h Sc. Ægritudo.

i Qui [illegible] mandatum [illegible] negotium [illegible] [illegible] curabit. Vide [illegible]

CH. *Qui verò?* DE. *quia non nostrâ formam habet dignam Domo.*
Nihil opus nobis Ancillâ, nisi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, pensum [a] *faciat. Ædis verrat, vapulet;*
Quæque habeat cottidianum familiæ [b] *coctum cibum.*
Horunc illa nihilum quicquam facere poterit admodùm.
CH. *Eâ causâ equidem illam emi, dono quam darem Matri meæ.*
DE. *Ne* [c] *duis; neu te advexisse dixeris.* CH. *DI me adjuvant!*
DE. *Labefacto paulatim. verum, quod prætereij dicere,*
Neque illa Matrem satis honeste tuam sequi poterit Comes;
Neque sinam. CH. *qui verò?* DE. *quia illa forma, Matremfamiliâs,*
Flagitium [d] *sit, si sequatur; quando incedat per vias,*
Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,
Vellicent, vocent, molesti sint, [e] *occentent ostium:*
Impleantur meæ fores [f] *Flogiorum* [g] *Carbonibus.*
Atque, ut nunc sunt maledicentes Homines; Vxori meæ,
Mihique objectent; Lenocinium facere. nam quid eo'st opus?
CH. *Hercle quin tu rectè dicis; & tibi adsentior ego.*
Sed quid illâ nunc fiet? DE. *rectè ego emero Matri tuæ*
Ancillam Viraginem [h] *aliquam, non malam, formâ malâ;*
Vt Matrem addecet familiâs: aut Syram, aut Ægyptiam:
Ea molet, coquet, conficiet pensum, pinsetur [i] *flagro; neque*
Propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagitI.
CH. *Quid si igitur reddatur illi! unde empta 'st.* DE. *minumè gentium!*
CH. *Dixit se* [k], *redhibere si non placeat.* DE. *nihil istoc opu'st.*
Litigare nolo ego vos. quam tuam autem [l] *accusari fidem*
Multò edepol, si quid faciundum 'st, facere dampni mavolo;
Quàm opprobramentum aut flagitium muliebre [m] *ecferri domo!*
Me tibi illam posse opinor [n] *luculentè vendere.*
CH. *Dum quidem hercle ne minoris vendas, quàm ego emi, Pater*
DE. *Tace modò; Senex est quidam, qui illam mandavit mihi,*
Vt emerem, ad istam faciem. CH. *at mihi quidam Adulescens; Pater*
Mandavit, ad illam faciem, ita [o] *ut illa 'st,* Mulierem *emerem sibi.*
DE. *Viginti Minis opinor posse me illam vendere.*
CH. *At ego, si velim, jam dantur septem, & viginti Minæ.*
DE. *At ego.* CH. *quin ego; inquam.* DE. *ah! nescis, quid dicturus sum; tace!*
Tris Minas adcudere etiam possum, ut triginta fient.
CH. *Quò vortisti?* DE. *ad illum, qui emit.* CH. *ubinam 'st is Homo gentium?*
DE. *Eccom illum video! jubet quinq, me addere etiam nunc Minas.*
CH. *Hercle illunc DI infelicent! quisquis est.* DE. *ibidem mihi*
Etiam nunc adnutat; addam sex Minas. CH. *septem* [p]; *mihi.*

[a] lanam carpat, & neat. Vide Elect. Pl. Tit. *Servitij.*
[b] Quæ sit bona coqua: quæ cibum coquat. Vide Calligraph. *Habendi.* & Lex. *Habere.*
[c] ne des. antique.
[d] Vide Lex. *Flagitium.*
[e] Vide Lex. *Occentare.* & Elect. Pl. Tit. *Infamiæ.* Contra ostium cantēt; & probro afficiāt.
[f] Vide Lex. *Elogium.*
[g] Quando, sc. face exstinctâ inscribebatur famosum aliquod ostio Carmen. Vide Callige. Tit. *Probri. Infamia. Calumniæ.*
[h] Virili formâ, & robustam.
[i] Verberabitur.
[k] ἀπογράψασθαι. Redhibiturū se. *Redhibere*, est recipere, & quasi iterum habere. Vide Lex.
[l] Vide Lex. *Antè.*
[m] Efferri è domo ob illam Ancillā.
[n] cum lucro, bene, commodè.
[o] Hoc modo.
[p] At is, cui emi, annuit mihi, ut septem addam.

Numquam edepol me vincet hodiè. commodis [a] *poscit Pater.*
DE. *Nequiquam poscit: ego habebo.* CH. *at illic pollicitu'st prior.*
DE. *Nihili facio.* CH. *quinquaginta poscit.* [b] DE. *non centum.*
[c] *Potin' ne, ut ne licitére advorsum animi sententiam.*
Maxumam herclè habebis [d] *prædam. ita ille est, quoi emitur, Senex*
Sanus non est ex Amore illius; quod posces, feres.
CH. *Certò edepol Adulescens ille, quoi ego emo, ecflictim* [e] *perit*
Eius Amore. DE. *Multò hercle ille magis Senex, si tu scias.*
CH. *Numquam edepol fuit. neq; fiet ille Senex insanior*
Ex Amore, quàm ille Adulescens, quoi ego do hanc operam. Pater.
DE. *Quiesce, inquam; istanc rem ego rectè videro.* CH. *Quid ag[illegible]*
Quid est?
CH. *Non ego illam mancupio* [f] *accepi.* DE. *sed ille illam accipit [illegible]*
CH. *Non potes tu Lege vendere illam.* DE. *Ego aliquid videro.*
CH. *Post* [g] *autem communis est illa mihi cum alio, qui scio,*
Quid sit ei animi: venirène eam velit, an non velit.
DE. *Ego scio, velle.* CH. *at pol ego esse credo aliquem, qui non velit.*
DE. *Quid id meâ refert?* CH. *quia illi suam rem esse æquom 'st in* [h] *manu.*
DE. *Quid ais?* CH. *communis mihi illa 'st cum alio; is nunc hic non adest.*
DE. *Prius respondes, quàm rogo.* CH. *prius tu emis, quàm vendo. Pater.*
Nescio, inquam; velit ille illam, nec ne ab alienarier.
DE. *Quid illic* [i] *Quidam, qui mandavit, quòm ille nolet? nihil agi[illegible]*
Numquam edepol quisquam illam habebit potius, quàm ille, quem ego volo.
Certum 'st. CH. *censén' certum esse?* DE. *quin ad Navim jam hinc eo*
Ibi venibit. CH. *vin' me tecum illò ire?* DE. *nolo. non placet.*
Melius 'st te, quæ sunt mandatæ res tibi, prævortier.
CH. *Tu prohibes.* DE. *at tu excusato, te fecisse sedulò.*
Ad Portum ne [k] *Vitas; dico jam tibi.* CH. *auscultabitur.*
DE. *Ibo ad Portum, & ne hic rescisceat, cauto opu'st; non ipse emam:*
Sed Lysimacho Amico mandabo. is se ad Portum dixerat
Ire dudùm. sed me moror, quòm hic adsto. CH. *nullus sum; occidi.*

ACTVS

[a] Integris, non adulterinis. Vide Lex. [illegible]
[b] [illegible] Minis tibi e[illegible]
[c] Poterine facere
[d] Maximum quæstum facies.
[e] Valde amat. Vide Lex. *Efflictim.*
[f] Vide Elect. Pl. [illegible] *Emendi. Mancupi.* Nō ea lege emi, ut venditor mihi evictionem præstaret.
[g] Præterea autem.
[h] In potestate: veneat, an non veneat.
[i] Cur nunc demū dicis? illum, cum quo tibi Ancilla communis est, nolle eam vendere, cùm anteà dixeris, tibi ab alio [illegible] mercs? Si ille non vult vendere quid fiet illo, qui tibi mandavit, ut emeres? Nihil agis: [illegible] constat tibi. Vide v. [illegible]
[k] [illegible] Vide Lex. *E[illegible]*

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

CHARINUS. EUTYCHUS.

PENTHEUM [a] diripuisse aiunt Bacchas. nugas maximas
Fuisse credo, praeut [b] quo pacto ego divorsus distrahor
Cur ego vivo? cur non morior? quid mihi est in Vita boni?
Certum est; ibo ad Medicum; atque me ibi Toxico morti dabo:
Quando mihi adimitur, quâ causâ vitam cupio vivere.
EU. Mane; mane obsecro: Charine. CH. Qui me revocat? EU. Eutychus.
Tuus Amicus, & Sodalis, simul Vicinus proxumus.
CH. Non tu scis: quantum malarum rerum sustineam. EU. Scio.
Omnia ego istaec auscultavi ab ostio, omnem rem scio.
CH. Quid id est, quod scis? EU. Tuus Pater volt vendere. CH. Rem tenes.
EU. Tuam Amicam [c]. CH. Nimium multa scis. EU. Tuis [d] ingratiis.
CH. Plurumum tu scis; sed [e] qui scis? esse Amicam illam meam.
EU. Tute heri ipsus mihi narrasti. satin'? ut oblitus fui,
Tibi me narravisse! EU. Haut mirum factum est. CH. Te nunc consulo.
Responde; quo letho censes me, ut peream potissumum?
EU. Non taces? cave istuc dixis. CH. Quid vis me igitur dicere?
EU. Vin' Patri sublinere pulchre me os tuo? CH. Sane volo.
EU. Visne eam ad Portum? CH. Qui potius, [f] quam voles? EU. Atque eximam
Mulierem pretio? CH. Qui potius quàm Auro expendas. EU. Unde at erit id?
CH. Achillem orabo; Aurum mihi det, Hector qui expensus fuit?
EU. Sanun' es? CH. Pol sanus si sim, non te Medicum mihi expetam.
EU. Tanti quanti [g] poscit, vin' tanti [h] illam emi? CH. Auctarium
Adicito, vel mille Nummûm plus quàm poscet. EU. Jam tace.
Sed quid ais? unde erit Argentum? quod des quòm poscet Pater.
CH. Invenietur, exquiretur, aliquid fiet. EU. Enicas.
Jam istuc [i] ALIQUID FIET, metuo. CH. Quin taces! EU. Muto imperas.
CH. Satin' istuc mandatum est. EU. Potin'? ut aliud cures. CH. Non Potest.
EU. Bene vale. CH. Non edepol possum, priusquàm tu ad me redieris.
EU. Melius sanus sis [k]. CH. Vale; & vince, & me serva. EU. Ego fecero.
Domi [l] maneto me. CH. Ergò actutum [m] face cum Praeda recipias.

a Thebarum Regem Agave Mater, & Matertera Ino & Autonoe di[illegible] Vide [illegible]
[illegible]
c [illegible]
d [illegible] Lex.
e Quomodo [illegible] de. Vide [illegible] locum [illegible] 4.3.[illegible]
f Qua [illegible] tius eas, quam [illegible] les? an vero [illegible] justa causa est [illegible] quo voles potius quam eas.
g Sc. Leno.
h το τοσοῦτι. [illegible]
i Vide Lex. [illegible]
k Melius tibi consulueris, si sanus sis.
l Expecta me. Vide Callign. Tit. Expectandi.
m Fac, ut quàm primum redeas huc cum praeda, sive Amica. Vide Lex. Reciper. & Calling. Redeundi.

ACTUS TERTII
SCENA I.

LYSIMACHUS. PASICOMPSA.

a Nota syntaxin: quæ in Casina quoque recurrit. 2. 5. [illegible]
b [illegible] Pseud. 4. 4. [illegible]

AMICE Amico operam dedi; Vicinus [a] quod rogavit,
Hoc emi mercimonium. Mea es tu; sequere sane.
Ne [b] plora nimis; stulte facis: oculos corrumpis tales.
Quid! tibi quidem quod rideas magis est quàm ut lamentere.
PA. Amabo ecastor, mi Senex, eloquere. LY. Exquire quid vis.
PA. Cur emeris me? LY. Téne ego? ut quod imperetur, facias:
Item quod tu mihi imperes, ego faciam. PA. Facere certum 'st,
Pro copiâ & sapientiâ, quæ te velle arbitrabor.
LY. Laboriosi nihil tibi quicquam operis imperabo.
PA. Namque edepol equidem, mi Senex, non didici bajulare;
Nec Pecua ruri pascere, neque Pueros nutricare.
LY. Bona si esse vis, bene erit tibi. PA. Tum pol ego perii misera.
LY. Qui? PA. Quia illic, unde huc advecta sum, [c] malis bene esse solitum 'st.
Nec mos meu'st, ut prædicem, quod ego omnis scire credam.
LY. Oratio edepol pluris est hujus, quàm quanti hæc emta 'st:
Quasi dicas, NULLAM MULIEREM BONAM esse. PA. Haut equidem [illegible]
LY. Rogare hoc unum te volo. PA. Roganti respondebo.
LY. Quid ais tu? quid nomen tibi dicam esse? PA. Pasicompsæ.
LY. Ex formâ nomen inditum 'st. sed quid ais? Pasicompsa.
Possin' tu, si usus venerit, subtemen [d] tenue nere?
PA. Possum. LY. Si tenue scis, scio te uberius posse nere.
PA. De lanificio [e] neminem metuo, unâ ætate quæ sit.
LY. Bonam hercle te & frugi arbitror, matura jam inde [f] ætate.
Quom scis facere officium tuum Mulier. PA. Pol docta didici:
Operam accusari non sinam meam. LY. Hem! istæc hercle res est.
Ovem tibi eccam [g] tibi millam dabo, gnatam annos [h] sexaginta.
Peculiarem [i]. PA. Mi Senex, tam vetulam? LY. Generis [k] [illegible]
Eam si curabis, perbona 'st: tondetur nimium scite.
PA. Honoris causa, quidquid est, quod dabitur, gratum habebo.
LY. Nunc, Mulier, ne tu frustra sis, mea non es: ne arbitrere.
PA. Dic igitur quæso, quoja sum? LY. Tuo [l] ero [illegible]
Ego te redemi, is me oravit. PA. Animus [illegible]
Si mecum [m] servatur fides. LY. Bono animo es: [illegible]

c Locus in ambiguo [illegible] Suite- [illegible]
e Quantum ad [illegible] laudem at- [illegible]
[illegible]

Ille

Ille te Homo. ita edepol deperit te, atq; [a] *hodiè primùm vidit.*
1 PA. *Ecastor jam* [b] *biennium 'st, quòm mecum rem cepit* habere :
3 *Nunc* [c] *quando Amicum te scio esse illius; indicabo.*
2 LY. *Quid ais tu? jam biennium 'st quòm tecum rem habet?* PA. *Certò.*
4 *Et inter nos conjuravimus; ego cum illo, & ille mecum:*
Ego cum Viro, & ille cum Muliere. nisi cum illo, [d] *aut ille mecum*
Neuter stupri causa caput limaret. LY. *Di immortales!*
Etiam cum Vxore non cubet? PA. *Amabo! an Maritus illic 'st?*
Neq; est, neq; erit. LY. *Nolim quidem* PA. *Homo hercle* [e] *pe[illegible]*
Nullum Adulescentem plus amo LY. *Puer est ille quidem; stulta!*
Nam illi quidem haut sanè diu 'st, quom dentes exciderunt.
PA. *Quid! dentes?* LY. *Nihil est. sequere sis huc me. diem unum oravit*
Vt apud me præhiberem [f] *sibi locum ideo, quia Vxor ruri 'st.*

a Simulatque. Vide Lex. *Atque.*
b Vide Calligr. Tit. *Tempora.*
c Quia. Vide Lex. *Quando.*
d Neuter cum alio, aut alià oscularetur, aut corpus misceret. Vide Calligr. Tit. *Stupri.*
e Peierare. Vide Lex.
f Præter [illegible]

ACTVS TERTII
SCENA II

DEMIPHO

TANDEM *inpetravi, ut egomet me corrumperem*
Empta 'st Amica clam Vxore, & clam Filio.
Certum 'st: antiqua recolam; & servibo mihi.
Decurso in spatio, breve quod vitæ reliquom 'st,
Voluptate, Vino & Amore delectavero.
Nam hanc se bene habere ætatem nimiò 'st æquius
Adulescens quom sis; tum, quòm 'st sanguis integer
Rei tuæ quærendæ convenit operam dare.
Demum igitur quom Senex sis, tunc in otium
Te conloces, dum potestur. si vales id; jam lucro 'st,
Quod vivis. hoc ut dico, factis persequar.
Interea tamen [g] *ad me huc invisam domum.*
Vxor me exspectat jam-dudùm esuriens domi.
Jam jurgio enicabit, si intro rediero.
Verum hercle postremo ut ut est, non ibo tamen:
Sed hunc Vicinum prius conveniam, quam domum
Redeam; ut mihi Ædes aliquas conducat volo,
Vbi habitet istæc Mulier. atq; eccum it foras.

g [illegible]

ACTVS

ACTUS TERTII
SCENA III.

Lysimachus. Demipho.

ADDUCAM ego illum [a] jam ad te, si convenero.
De. Me dicit? Ly. Quid ais? Demipho! De. Est Mulier domi?
Ly. Quid censes? De. Quid si visam? Ly. Quid properas? mane!
De. Quid faciam? Ly. Quod opus sit facto, facito, ut cogites.
De. Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existumo,
Ut illuc introeam. Ly. Itáne verò, [b] Vervex; intrò eas?
De. Quid aliud faciam? Ly. Prius hoc ausculta, [c] atq; adis.
Prius etiam 'st, quod te facere ego æquom censeo.
Nam nunc si illò introieris, amplecti voles.
Confabulari, atq; ausculari. De. Tu quidem
Meum animum gestas; scis, quid acturus siem.
Ly. Perrorsc facies. De. Quódne [d] ames? Ly. Tantò minus.
Jam ætatis plenus; animaq; fœtidâ;
Senex hirquosus, tu ausculére Mulierem?
Utine adveniens vomitum [e] excutias Mulieri?
Scio pol, te amare. quòm istæc præmonstras mihi.
De. Quid si igitur (UNUM [f] FACTUM hoc si censes:) Coquum
Aliquem adripiamus! prandium qui percoquat
Apud te hic. usq; ad vesperum? Ly. Hem! istuc censeo.
Nunc tu sapienter loquere. atq; amatorie.
De. Quid stamus? quin ergò imus! atq; obsonium
Curamus! pulcrè ut [g] simus. Ly: Equidem te sequor.
Atq; hercle invenies tu locum illi; si sapis.
Nullum hercle præter hunc diem illa apud me erit,
Metuo ego Uxorem, ærus si rure redierit,
Ne illam hic offendat. De. Res parata 'st; sequere me.

a Demiphonem
b Homo ad Venerem ineptc, ut Aries castratus. [illegible]
c [illegible] quam ad- [illegible] puellam. Vide Lex. Atque: pro; quam. To ausculari ỳ. 10. & ausculére ỳ. 14. antique positum [illegible] pro [illegible] ut [illegible] pro, olia.
d Perversione facit [illegible], qui, quod [illegible] [illegible] ad osculetur & amplectatur?
e An [illegible] adveniens [illegible] ad vo- [illegible]?
f [illegible] factum, [illegible] [illegible] quod; [illegible] factum. Vide [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] apud [illegible] 4: [illegible] 8. [illegible] [illegible] Adelph. [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]

ACTUS

ACTUS TERTII
SCENA IV.

CHARINUS. EUTYCHUS.

SUMNE ego Homo miser? qui nusquam benè queo quiescere.
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi'st:
Ita mihi in pectore, atq; in corde facit AMOR incendium.
Ni oculis lacrumæ defendant, [a] jam ardeat, credo, caput.
Spem teneo; Salutem amisi: redeat, an non, nescio.
Si opprimit Pater, quod [b] dixit, exsolatum abiit Salus:
Sin Sodalis quod promisit, fecit; non abiit Salus.
Sed tamen jam, si podagrosis pedibus esset Eutychus,
A Portu rediisse potuit. id illi vitium maxumum'st,
Quod nimis tardus est, advorsùm mei animi sententiam.
Sed isn' est? quem currentem video. ipsu'st; ibo obviàm.
DIVÛM atq; Hominum [c] quæ spectatrix, atq; Hera eadem es Hominibus;
Spem speratam quòm obtulisti hanc mihi, tibi grates ago.
Numquid [d] restat? eheu! disperii: vultus neutiquam hujus placet:
Tristis incedit, pectus [e] ardet, hæreo, quassat caput.
Eutyche! EU. Heu! Charine. CH. Priusquàm recipias anhelitum;
Uno verbo eloquere: ubi ego sum? hic; an apud Mortuos?
EU. Neq; apud Mortuos; neq; hic es. CH. Salvos sum: Immortalitas
Mihi data'st: hic emit illam: pulchrè os sublévit Patri.
Impetrabilior [f] qui vivat, nullu'st. dic; obsecro!
Si neq; hic, neq; [g] Acherùnti sum; ubi sum? EU. nusquam-gentium:
CH. Disperii! illæc interemit me modò hic oratio.
ODIOSA 'st ORATIO, quòm rem agas, longinquum loqui.
Quicquid est; ad Capita [h] rerum pérveni. EU. Primùm omnium
Periimus! CH. Quin tu illud potius nuntias! quod nescio.
EU. Mulier alienata'st abs te. CH. Eutyche; [i] Capital facis.
EU. Qui? CH. Quia Æqualem, & Sodalem Civem liberum énicas.
EU. Ne DI sirint! CH. Demisisti gladium in jugulum. jam cadam.
EU. Quæso hercle; animum ne despondê. CH. Nullu'st, [k] quem despondeam.
Loquere [l] porrò aliam malam rem. quoi'st empta? EU. Nescio.
Jam [m] addicta, atq; abducta erat, quòm ad Portum venio. CH. Væ mihi!
Montes [n] tu quidem mali in me ardentis jam-dudùm jacis.
Perge; excrucia, Carnufex; ha! quandoquidem occepisti semel.

[a] Jocus. Vide Pers. 1.2. v. 22.

[b] H. e. si occupat id facere, quod dixit: Vel; si Pater me opprimit, alienando Pasicompsam; perii. τὸ in v. 21. est; iste? antiquè.

[c] Fortuna. Vide Elect. Pl. Tit. Fortuna.

[d] Nunquid reliquum est quod sperem.

[e] Discrucior animi maximo angore. Vide Calligr. Tit. Doloris. τὸ Pulchr' v. 19. est; pulchrè: per apostrophen antiquam.

[f] Qui aliquid impetrare possit.

[g] [illegible] in Acherunte.

[h] Dic summatim.

[i] Vide Lex. Capital.

[k] Qui exanimis, & mortuus sum.

[l] Aliud profer malum.

[m] Vide Lex. Addicere.

[n] Vide Lex. Mons. & Elect. Pl. Tit. Supplicij: & Servorum.

EU. Nec tibi istuc magis [a] dividiæ est, quàm mihi hodie fuit.
CH. Dic; quis emit? EU. Nescio hercle. CH. Hem! istuccine 'st operam da-
Bonum Sodalem? EU. Quid me facere vis? CH. Idem, quod me vides,
Ut pereas! quin [b] percontatus es Hominis quæ facies foret,
Qui illam emisset: eo si pacto posset indagarier
Mulier. EU. Heu me miserum! CH. Flere omitte; istuc quod nunc agis.
EU. Quid ego feci? CH. Perdidisti me. & fidem mecum tuam.
EU. Di [d] sciunt; culpam meam illam non esse ullam. CH. Eugepæ!
DEOS absentis testis memoras. qui ego istuc credam tibi?
EU. Quia tibi in [e] manu 'st, quod credas. ego quod dicam; id mihi meæ in manu 'st.
CH. De istac re argutus [f] es, ut par pari respondeas.
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis.
Promittebas te os sublinere meo Patri. egomet credidi;
Homini docto rem mandare: is Lapidi [g] mando maxumo.
EU. Quid ego facerem? CH. Quid tu faceres? men' rogas? requireres.
Rogitares, quis esset, aut unde esset, qua prosapia,
Civisne esset an Peregrinus. EU. Civem esse ajebant Atticum.
CH. Ubi habitaret, invenires saltem: si nomen nequis.
EU. Nemo ajebat scire. CH. At saltem hominis faciem exquireres.
EU. Feci. CH. Quâ formâ esse ajebant ergo? EU. Ego dicam tibi.
Canum, varum, ventriosum, bucculentum [h], breviculum,
Subnigris oculis, oblongis malis, pansum [i] aliquantulum.
CH. Non Hominem mihi; sed Thensaurum [k], nescio-quem, memoras Mali.
Numquid est, quod dicas aliud de illo? EU. Tantum, quod sciam.
CH. Edepol næ ille oblongis malis, mihi dedit magnum malum.
Non possum durare. certum 'st exulatum hinc ire [l] me.
Sed quam capiam Civitatem, cogito potissumùm:
Megara [m], Eretriam, Corinthum, Chalcidem [n], Cretam, Cyprum,
Sicyonem [o], Cnidum [p], Zacynthum [q], Lesbiam, Bœotiam.
EU. Cur istuc cœptas consilium? CH. Quia enim [r] me adflictat amor.
EU. Quid tu ais? quid, quom illuc, quo nunc ire [s] paritas, veneris,
Si ibi amare forte occeperis, atq; item ejus sit inopia,
Jam inde porro aufugies? deinde item illinc, si item evenerit?
Quis modus tibi exilio tandem eveniet? qui finis fugæ?
Quæ Patria aut Domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.
Cedo, si hac Urbe abis, amorem te hic relicturum putas?
Si id fore ita sat animo acceptum est, certum id pro certo habes;
Quanto te satius est rus aliquo abire, ibi esse, ibi vivere,
Adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit?
CH. Jam dixisti? EU. Dixi. CH. Frustra [illegible] consumis.

a Doloris, tædio. Vide Lex. Divid[illegible]
[illegible]
e Quia licet tibi credere, quod li[illegible]
f Promptus es in respondendo.
g Homini stolidissimo. Vide Lex. Lapis.
[illegible]
l Vide Lex. [illegible]

Eo de-

Eodomum, Patrem, atq; Matrem, ut meos salutem: posteà
Clam Patrem Patriâ hac effugiam, aut aliquid capiam consili
EU. *Ut* [a] *corripuit se repente, atq; abiit! heu misero mihi!*
Si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignavia.
Certum est, Præconum [b] *jubere jam, quantum est, conducier*
Qui illum investigent, qui inveniant. post ad Prætorem ibo.
Ibo; orabo ut Conquisitores det mihi in Viis omnibus.
Nam mihi nihil relicti quicquam aliud jam esse intellego.

ACTUS QVARTI
SCENA I

DORIPPA, Mulier. SYRA, Anus

QVONIAM à *Viro ad me rus advénit nuntius.*
Rus [c] *non iturum; feci ego ingenium* [d] *meum*
Reveni, ut illum persequar, qui me fugit.
Sed Anum non video consequi nostram Syram,
Atq; eccam! incedit tandem. quin is ocius!
SY. *Nequeo Mecastor. tantum hoc oneris est quod fero.*
DO. *Quid oneris?* SY. *Annos octoginta, & quattuor:*
Et eódem accedit Servitus, sudor, sitis:
Simul hæc, [e] *quæ porto, deprimunt.* DO. *Aliquid cedò,*
Qui hanc Vicini nostri Aram [f] *augeam; Syra.*
SY. *Da sane hanc Virgam Lauri.* DO. *Abi jam tu intro!* SY. *Eo.*
DO. *Apollo;* [g] *quæso te! ut des pacem propitius,*
Salutem, & sanitatem nostræ familiæ,
Meoq; ut parcas Gnato pace propitius.
SY. *Disperii! perii misera! væ miseræ mihi!*
DO. *Satin tu sana es? obsecro! quid ejulas?*
SY. *Dorippa mea, Dorippa!* DO. *Quid clamas? obsecro!*
SY. *Nescio. Mulier quæ est intus hic in Ædibus.*
DO. *Quid? Mulier?* SY. *Mulier Meretrix.* DO. *Veron serio?*
SY. *Nimium* [illegible] *quæ non* [illegible]
Quamvis [h] *insipiens* [illegible]
Illam esse [illegible] *tui viri bellissimam.*
DO. *Credo Mecastor!* SY. *Et hac mecum, ut videas semul.*

a Vt celeriter se abstulit.
b Vide Elect. Pi Tit. Præconum. & Furti.
c [illegible]
d Mores [illegible]
e [illegible]
f [illegible]
g [illegible]
h [illegible]

a Vt Alcumena Amphitruonis Vxor, cum qua rem habuit Iuppiter, Iunonis fuit Pellex ita Pasicompsa Pellex est Dorippæ. Vide Lex. Etym.

Tuam Alcumenam a *pellicem, Juno mea!*
Do. *Ecastor verò! istuc eo, quantum potest.*

ACTVS QVARTI SCENA II.

LYSIMACHUS

PARUMNE'st *hoc malæ rei! quod amat Demipho*
Ni sumptuosus insuper etiam fiet.
Decem si ad cenam vocasset Summos Viros
Nimiùm obsonavit. sed Coquos, quasi in Mari
Solet olim b *Hortator remiges hortarier,*
Ita hortabatur: Egomet conduxi Coquum;
Sed eum demiror non venire, ut jusseram.
Sed quis hinc nam à nobis exit? aperitur foris.

b κελευστής. Vide Asin.3.1.v.15.

ACTVS QVARTI SCENA III.

DORIPPA, Mulier. LYSIMACHUS, Vir.

MISERIOR *Mulier me nec fiet, nec fuit;*
Tali Viro quæ nupserim. heu misera mihi!
Hem! quoi te, & tua quæ tu habeas, commendes Viro!
Hem! quoi decem Talenta Dotis c *detuli;*
Hæc ut viderem! ut ferrem has contumelias!
Ly. *Perii hercle! rursiam rediit Vxor mea*
Vidisse eam credo Mulierem in Æd. [illegible]
Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo
Accedam propius. Do. *Væ miseræ mihi!* Ly. *Immo mihi!*
Do. *Disperii!* Ly. *Equidem hercle oppidò perii miser!*
Vidit d. *ut omnes te, Demipho, Di perduint!*
Do. *Pol hoc est, ire quòd rus meus Vir noluit*

c In dotem. Nota Antaxin & Cal. [illegible] Dotis. Pet. [illegible] 56

d Sc. [illegible]

LY. Quæ

LY. Quid nunc ego faciam? nisi ut adeam. atque compello
Iubet salvere suus Vir [a] Vxorem suam
Vrbani fiunt [b] rustici. DO. pudicum
Facio tibi, quam [c] qui non fiunt Rustici.
LY. Numquid delinquunt Rustici? DO. Ecastor minus
Quam Vrbani, & multò minus mali quærunt sibi.
LY. Quid autem Vrbani deliquerunt? dic mihi.
DO. Quis illa Mulier intus est? LY. vidistine eam?
DO. Vidi. LY. quoja ea sit, rogitas? DO. resciscam tamen.
LY. Cupin [d] hercle scire. sed tu me temptas sciens
LY. Vin' dicam? quoja sit illa? illa edepol. væ mihi
Nescio, quid dicam. DO. hæres. LY. haut vidi magis.
DO. Quin dicis? LY. quin si liceat [e]. DO. dictum oportuit.
LY. Non possum: ita instas. urges; quasi pro noxio.
DO. Scio, innoxius [f] audacter quamvis dicito. LY. dicam.
DO. Dic igitur. LY. ego dicam. DO. atqui dicundum est tamen.
LY. Illa est. Scin'? nomen etiam vis nomen dicam? DO. nihil agis
Manifesto teneo in noxia es. LY. qua in noxia?
Ista quidem illa est. DO. quæ illa est? LY. illa. DO. Io' illa?
LY. Iam si nihil? usus esset, jam non dicerem.
DO. Non tu scis? quæ sit illa. LY. immò etiam scio.
De istac sum Iudex captus. DO. Iudex [g] jam scio.
Nunc tu in consilium istam advocavisti tibi.
LY. Immò sic [h] Sequestro mihi data est. DO. intellego.
LY. Nihil hercle istius quicquam est. DO. numero [i] purgitas
LY. Nimium negoti reperi. enimverò hæreo.

ACTVS QVARTI
SCENA IV.

COQUUS. LYSIMACHUS. DORIPPA. SYRA.

AGITE, ite actutum. nam mihi Amatori Seni
Coquenda est Cena. atque equidem quom recogito.
Nobis coquenda est, non quoi conducti sumus.
NAM QUI AMAT, QUOD AMAT, SI ID HABET, ID HABET [a] PRO CIBO.
Videre, amplecti, osculari, adloqui.
Sed nos confido [b] onustos redituros domum.

Eite hac. sed eccum qui nos conduxit Senex.
Ly. Ecce autem, perii! Coquus adest. Co. Advenimus.
Ly. Abi. Co. quid abeam? Ly. st! abei. Co. abeamne? Ly. abi.
Co. Non estis cenaturi? Ly. jam saturi sumus.
Sed interii! Do. quid ais tu? etiamne haec illi tibi
Jusserunt ferri, quos inter Iudex datus?
Co. Haecin' tua 'st Amica? quam dudum mihi
Te amare dixti, quom obsonabas? Ly. non taces?
Co. Satis scitum [a] filum Mulieris. verum hercle ... [illegible]
Ly. Abin' dierectus? Co. haut mala 'st. Ly. at tu malus.
Co. Scitam hercle opinor fore Concubinam hanc. Ly. non abis?
Non ego sum, qui te dudum conduxi. Co. quid ais?
Immo hercle tu istic [b] ipsus. Ly. ne sis [illegible]
Co. Nempe Uxor ruri 'st tua: quam dudum dixeras
Te odisse aeque atque anguis. Ly. egon' istuc dixi tibi?
Co. Mihi quidem hercle. Ly. ita me amabit Iuppiter!
Uxor; ut ego illud numquam dixi. Do. etiam negas?
Co. Non te odisse ajebat Uxorem, verum suam.
Do. Palam istaec fiunt, te me odisse. Ly. quin nego!
Co. Et Uxorem suam ruri esse ajebat. Ly. haec ea 'st.
Quid mihi molestu's? Co. quia me non novisse ais.
Nisi [c] metuis tu istanc? Ly. sapio [d]. nam mihi unica 'st.
Co. Vin' me [e] experiri? Ly. nolo. Co. mercedem [f] cedo.
Ly. Cras petito; dabitur. nunc abi. Do. heu miserae mihi!
Ly. Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus
ALIQUID MALI ESSE PROPTER VICINUM MALUM.
Co. Cur hic adstamus? quin abimus? incommodi
Si quid tibi evenit, id non est culpa mea.
Ly. Quin me eradicas [g] miserum? Co. scio jam, quid velis:
Nempe hinc me abire vis. Ly. volo, inquam. Co. abibitur.
Drachmam dato. Ly. datur. Co. datam jube dari.
Dari potest interea dum illi [h] ponunt. Ly. quin abis?
Potin' ut molestus ne sies? Co. agite, apponite
Obsonium ante pedes illi Seni.
Haec vasa aut mox, aut cras jubebo abs te peti.
Sequimini. [illegible] fortasse te illum mirari Coquum,
Quod venit, atque haec attulit. dicam quid est. [illegible]
Do. Non miror, si quid damni facis, aut flagiti.
Nec pol ego patiar [illegible] me nuptam tam male,
Measque in aedis [illegible] scorta obductarier.
Syra, i, [illegible] rogato meum Patrem verbis meis

[illegible] am semul tecum huc. SY. [illegible]
[illegible] ruid [illegible] Uxor: obsecro!
[illegible] jusjurandum dabo:[c]
Me numquam quicquam cum illâ. jámne abijt Syra
Perij hercle! ecce autem hæc abijt. væ misero mihi!
At te [illegible] DII DEÆque perduint!
Tu [illegible],[b] cumque amationibus.
Suspicione implevit me indignissume.
Concivit[c] Hostis: domi Uxor acerrama st.
Ibo ad Forum, atque hæc Demiphoni eloquar,
Me istanc capillo protracturum esse in viam;
Nisi hinc abducit[d], quò vult, ex hisce Ædibus.
Uxor! Heus! Uxor! quanquam tu irata's mihi,
Jubeas, si sapias, hæc intrò hinc auferrier,
Eâdem [illegible] licebit mox cenare rectius.

c Vite Pieci [illegible] in Iuramentu[illegible]

b [illegible] rem [illegible] habuisse aliquid.

c Concitavit mihi hostes.

d Abd[illegible]

[illegible]

ACTUS QUARTI
SCENA V

SYRA, Serva. EUTYCHUS

ERA, quò me misit ad Patrem, non est domi:
Rus abisse ajebant. nunc domum renuntio.
EU. Defessus sum Urbem[f] pervenarier,
Nihil invenio quicquam de illâ Muliere.
Sed Mater rure rediit. nam video Syram
Adstare ante Ædis. Syra. SY. quis est? qui me vocat.
EU. Erus, atque alumnus[g] tuus sum. SY. Salve! Alumne mi.
EU. Iam Mater rure rediit? responde mihi.
SY. Cum quidem salute familiæ maxumâ.
EU. Quid istuc negoti'st? SY. tuus Pater bellissumus
Amicam abduxit intro in Ædis. EU. quomodo?
SY. Adveniens Mater rure eam offendit domi.
EU. Pol haud censebam istarum esse[h] operarum Patrem.
Etiam nunc Mulier intus est? SY. etiam. EU. sequere me.

f [illegible]

g [illegible]

[illegible]

* * * * * *

Qu[illegible] Peristratam hic Demiphonis contuor?
Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem:
Asservabo hinc; rerum quid gerat. magnum est, quicquid [illegible]

PERISTRATA. SYRA.

LYCISSA.

[illegible] Sidonius [illegible] Phoeni[illegible] Lex. [illegible]

DIVA [illegible] Astarte, Hominum, Deorumque Vis, Vita [illegible] ursus eadem quæ est
Pernicies, Mors, Interitus, Mare, Tellus, Cœlum [illegible]
Iovis quæcumque Templa colimus: ejus ducuntur [illegible] btemperant:
[illegible] spectant, quod illi displicet, facilè excludunt [illegible]
Quicquid complacitum, id sequontur: quæ vivont [illegible] [illegible]n-tiunt.
Alios enicat, exstinguit; alios suo lacte fovet, atque erigit [illegible]-cat,
Hi vivont, sapiunt: quos properat alere, ac erigere,
Hi quidem consestim pereunt, atque malè sapiunt miseri.
Iacent benivolentes [illegible]; humum mordent, caput reptant
[illegible]muntur, perstrepuntque, quòmque putant vivere, tunc [illegible] maximè:
Tunc, tunc studen[illegible] persequi, labant Iuvenes, itidem [illegible] Senes.
Illi [illegible]nt: quod amant, amatum volunt, atque cognitum
[illegible] ætate occeperunt, multò insaniunt [illegible]
V[illegible] non amant, oderunt: molesti itidem, atque [illegible]
[illegible], olores, tetrici, iracundi; sibi, suisque invidi.
Quod [illegible] olim a[illegible]re turpiter, id fieri at modestius,
N[illegible], æquom est Patres: sed clamant, indecenter [illegible]
Sy. Q[illegible] ego, & hanc malè habet Demipho. Pe. id [illegible]:
Amat [illegible] id quòm resciscit Pater, insanit vehementius.
Quæ [illegible]peri[illegible]? abegit Vir meus olim ipse ad Mercatum [illegible], [illegible].
[illegible] Acantho, ipse [illegible]
[illegible] Patrem [illegible] infortunatum Filium. [illegible]
[illegible] Matrem [illegible] Filiam [illegible]
Vendidit Pater, ubi-ubi erit inventa, Mater redimet.

Dic tu, Lycissa; num in hanc viciniam adductam autumant?
Ly. In hanc, opinor; in Amici Senis cujusdam Ædeis. Pe. hîc præter Lysimachum,
Nullus, quem sciam. Sy. Lysimachum nominant.
Mirum, nî Senes Vicini in unum nidum conspiraverint.
Pe. Dorippam ejus Vxorem conveniam. Ly. quid convenias? non eam vides?
Video equidem: auscultemus. nescio, quid secum iracunda mussitat.

DORIPPA. SYRA. LYCISSA.

PERISTRATA.

SYRA non redit; quam accersitum Patrem jam diu est, quod miseram.
Tarda nimiùm, aut Lapis obripuit, aut Angue demorsâ cessavit turgida.
Sy. Nulla sum; adest Hera, me quærit. Do. domi manere nequeo.
Bellulam istanc Pellicem mei non patiuntur oculi: exclusissem foràs.
At me meus continuit Eutychus, sed omninò, quod fert, non creduam.
Ly. Audin' Hera? Pe. audio: pergat. Ly. sino. Do. Amici inquit Senis
Gratiâ huc ad nos venisse; habes venalem: Amanti dum detrahat Filio.
Hæc quidem aut Viri, aut Gnati fallacia: dissident sententiæ.
Sequestro [a] Vir ait datam; eandem verò venalem dicit Filius.
Sy. Ibo de improviso obviàm, ne cessasse intellegat. Do. isthæc Filio
Non credam? qui obsequitur Patri: huic verò ut mero Cucúlo
Id certum est mentiri ampliter: æquidem Coquo creduam.
Eccam Syram! ut currit Venefica! Syra! Sy. Quis me vocat?
Do. Malum, quod DI tibi danunt! Sy. Hera, si sapis, hoc potiùs
Tuæ Pellici, & Marito dato. Do. [b] istuc dictum tibi non ampliùs irascor.
Sed ubi Pater? quid cessat? an Hominem Podagra impedit?
Sy. Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.
Do. Non domi? Sy. non. Do. ubi? Sy. rure esse [c] antumant.
Atque numquid redeat, incertum hodiè. cum Villico rationes putat. Do. Satin'
Omnia mihi hodiè eveniunt præter sententiam? non vivam vesperi;
Nisi illanc à me scelestam abigam: eo domum. Ly. Hera abit
Dorippa. Pe. hem! abit; compello. Dorippa! Do. Quid molestiæ
Hoc est? quis me revocat? Pe. non sum molesta, sed benivolens.
Et Amica te compellat tua Peristrata: mane quæso.
Do. Hem! Peristrata; te pol non noram: mala bilis cruciat

[a] suprà 4.3.℣.16.

[b] ob, propter istuc.

[c] ajunt, dicunt. Vide Lex. Antumare.

Me; atque exagitat. Pe. istuc volo: quæso; ne neges.
Te audivi modò: dic mihi; quæ te nunc habet sollicitudo?
Do. Peristrata; DI tibi unicum Gnatum sospitent! da mihi benigniùs operam,
Nulla dari mihi poterit meliùs. Par est Ætas, unà crevimus,
Pares ætate habemus Viros, nulli colloquor lubentius.
Sollicitor meritò quidem, quid tibi animi esse nunc possiet?
Si Amicam hâc ætate ante oculos tuus adduxerit Demipho.
Pe. Adduxit? Do. factum. Pe. domi est? Do. domi; immò Coqui
Conducti; parabatur Convivium, ni meus disturbasset adventus omnia.
Senem miserum Venus & Cupido, alieno satis vexant tempore.
Pe. Sed ista levia sunt, Dorripa: utinam non ego essem miserior!
Do. Levia! Pe. levia quidem. Do. quæ pejora tibi tuus faceret?
Pe. Immò pejoribus pejora. Do. quæ istæc sunt? quæso, loquere;
Vt tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt, demus consilium.
Vetus id dictum est: Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit.
Pe. Vnicus mihi, Dorippa, est Gnatus. scis? Do. scio. Pe. hunc Pater
Olim à se extrusit Rhodum. Do. quare? Pe. Quoniam amaret.
Do. Ob id ipsum? Pe. Id quidem nunc quoque quòm Ancillam domum
Adduxisset, hanc resciscens Pater produxit; venalem præbuit.
Do. Atat! novi: verum dixerat Filius, ego Mariti Amicam putabam mei.
Quoi data est? Pe. Seni quoidam in hâc Amico viciniâ.
Credo hîc alium, præter tuum, Amicum habere neminem.
Do. Ea quidem est. quid! Filius? Pe. Vrbem hanc se deserturum autumat.
Do. In Portu res est. quid! si inveneris. Pe. mansurum credito.
Do. Præter spem salvæ sumus. ne dubita; apud me ea est.
Pe. Apud te! ea erat, opinor; de quâ loqui te audivi modò.
Do. Ea. Pe. ô factum benè! meritò te amo; restituisti Filium.
Fac videam. Do. eamus intrò. Pe. eamus! Lycissa; ades!
Acanthioni hæc nuntia; ego ad Dorippam huc devortam.

ACTVS QVARTI
SCENA VI.

Syra.

Ecastor *Lege durâ vivont* Mulieres,
Multóq; iniquiore miseræ, quàm Viri.

Nam

by Google

Nam si Vir Scortum duxit clam Uxorem suam,
Id si rescivit Uxor, [a] inpunè 'st Viro.
Uxor Viro, si clam domo egressa 'st foràs,
Viro fit [b] causa; exigitur matrimonio.
Utinam Lex esset [c] eadem, quæ Uxori 'st, viro!
Nam Uxor contenta 'st, quæ bona 'st, uno Viro.
Qui minus Vir unâ Uxore [d] contentus siet?
Ecastor! [e] faxim; si itidem plectantur Viri,
Si quis clam Uxorem duxerit Scortum suam,
Ut illæ exiguntur, quæ in se culpam conmerent:
Plures Viri sint Vidui, quàm nunc Mulieres.

a Vide Elect. Pl. *Nuptiarum.*
b Vide Elect. Pl. Tit. *Divortij.*
c Ut non minore periculo peccarēt viri, quàm feminæ.
d Vide Horat. l.3. Od.24. *Dos est magna Parentium Virtus.*
e Observa syntaxin. *Faxim, ut plures &c.*

ACTUS QUINTI SCENA I.

CHARINUS.

LIMEN *superum, [f] inferumque; salve! simul autem vale!*
Hunc hodiè postremum extollo meâ domo patriâ pedem.
Usus, fructus, victus, cultus, jam mihi harunce Ædium
Interemtu 'st, interfectu 'st, occidit!
DI [g] Penates meûm Parentum, familiæque Lar Pater!
Vobis mando; Parentum meûm rem benè ut tutemini.
Ego mihi alios DEOS Penatis persequar; alium Larem,
Aliam Urbem, aliam Civitatem: ab Atticis abhorreo.
Nam ubi [h] MORES deteriores increbrescunt in-dies,
Ubi qui Amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere;
Ubique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxumè:
Ibi quidem si Regnum detur, non est [i] cupita Civitas.

f Vide Elect. Pl. Tit. *Ædium.*
g Vide Elect. Pl. *Deorum. Penatium.*
h Vide Trin. 1.2. ṽ.34.
i Expetita; desiderabilis.

ACTUS QUINTI SCENA II.

EUTYCHUS. CHARINUS.

DIVUM *atque Hominum quæ [k] spectatrix, atque Hera eadem es Hominibus;*

k Fortuna. Vide Elect. Plaut. *Deorū. Fortunæ.*

Nnn 2 *Spem*

Digitized by Google

Spem ſperatam quoniam obtuliſti hanc mihi, grates ago.
Ecquiunam DEVS *eſt? qui meâ nunc lætus lætitiâ fuat.*
Domi erat, quod foris *quæritabam*. ibi *ſex ſodales repperi:*
Vitam, Amicitiam, Civitatem, Lætitiam, Ludum, Iocum.
Eorum inVentu, res decem ſimitu [a] *peſſumas peſſum-dedi:*
Iram, Inimicitiam, Stultitiam, Exitium, Pertinaciam,
Mœrorem, Lacrumas, Exilium, Inopiam, Sollicitudinem.
Date DI, quæſo! conveniundi mihi ejus celerem copiam.
CH. *Adparatus ſum; ut videtis; abjcio* [b] *ſuperbiam:*
Egomet mihi Comes, Calator, Equus, Agaſo, Armiger;
Egomet ſum mihi Inperator, idem egomet mihi obedio:
Egomet mihi fero, quod uſu' ſt. ô Cupido! quantus es?
Nam tu quemvis confidentem facilè tuis factis facis;
Eumdem ex confidente actutùm diffidentem denuò.
EV. *Cogito; quónam ego illum curram quæritatum.* CH. *certa re' ſt.*
Me uſque quærere illam, quoquò hinc abducta' ſt gentium:
Neque mihi ulla obſiſtet Amnis, nec Mons: neque adeò Mare,
Nec [c] *Calor. Nec Frigus metuo; neque Ventum, neque Grandinem.*
Imbrem perpetiar, Laborem ſufferam, Solem, Sitim.
Non [d] *concedam; neque quieſcam uſquam noctu, neque interdius,*
Priùs profectò, quàm aut Amicam, aut Mortem inveſtigavero.
EV. *Neſcio quoja vox ad auris mihi advolavit.* CH. *invoco*
Vos Lares [e] *Viales! ut me benè* [f] *tutetis.* EV. *Iuppiter!*
Eſtne illic Charinus? CH. *Cives! benè valete!* EV. *ilicò*
Sta; Charine. CH. *qui me revocat?* EV. *Spes, Salus, Victoria.*
CH. *Quid me voltis?* EV. *ire tecum.* CH. *alium Comitem quærite;*
Non amittunt hi me Comites, qui tenent. EV. *qui ſunt ei?*
CH. *Cura, Miſeria, Ægritudo, Lacrumæ, Lamentatio.*
EV. *Repudia iſtos Comites; atque* [g] *hoc reſpice; & revortere.*
CH. *Si quidem mecum fabulari vis; ſubſequere.* EV. *ſta ilicò.*
CH. *Malè facis, properantem qui me conmorare; Sol abit.*
EV. *Si huc item properes, ut iſtuc properas, facias rectiùs.*
Huc ſecundus Ventus nunc eſt; cape modò [h] *vorſoriam!*
Hîc Favonius [i] *ſerenu' ſt; iſtic Auſter imbricus:*
Hîc facit tranquillitatem, iſte omnis fluctus conciet.
Recipe te ad dextram; Charine. nónne ex adverſo vides?
Nubis atra, [k] *InVerque inſtat: adſpice nunc ad ſiniſteram; atque videſis;*
Cælum ut eſt ſplendore plenum! ex adverſo vides?
CH. *Religionem* [l] *illic objecit, recipiam me illuc.* EV. *ſapis,*

[a] Simul. Vide Lex.
[b] quia Sc. ſine comite, ſervo, equo, &c. iter facio.
[c] τὸ *calor* per hanc diſtinctionem maſculinum manet. Al. τὸ *calor*.
[d] Secedam. Rud. 4.3.✠.97.
[e] Vide Elect. Pl. *Deorum. Laris*,
[f] [illegible] *tuto*.
[g] huc. antiquè.
[h] Funem nauticũ. Vide Lex.
[i] Siccus. Vide Lex.
[k] Antiquè: pro; *Imber*. V pro B.
[l] Terrorem ex omene ei incuſſit. Vide Calligr. *Ominis* & Lex. *Religio*.

O Chari-

Digitized by Google

O Charine; contrà pariter fer gradum & confer pedem,
Porrige brachium, prende! jam tenes? CH. *Teneo.* EU. *Tene.*
Quò nunc ibas? CH. *Exsulatum.* EU. *Quid ibi facere vis?* CH. *Quod miser.*
EU. *Ne pave; restituam jam ego te in gaudia antiqua; ut sis*
Maxumè, quod vis [a] *audire. id audies; quod gaudeas.*
Sta ilicò. Amicus advenio multùm benivolens. CH. *Quid est?*
EU. *Tuam Amicam.* CH. *Quid eam?* EU. *Vbi sit: ego scio.* CH. *Tún' autem? obsecro!*
EU. *Sanam, & salvam.* CH. *Vbi eam salvam?* EU. *Quò* [b] *ego scio.* CH. *Ego me mavolim.*
EU. *Potín'? ut animo sis tranquillo.* CH. *Quid si animus fluctuat?*
EU. *Ego istum in tranquillo, & tuto sistam tibi; ne time.*
CH. *Obsecro te! loquere* nunc, *ubi sit; ubi eam videris.*
Quid taces? dic; énicas me miserum tuâ reticentiâ.
EU. *Non longè hinc abest à nobis.* CH. *Quin ergò conmonstras! si tu vides.*
EU. *Non video hercle nunc; sed vidi modò.* CH. *Quin ego videam, facis!*
EU. *Faciam.* CH. *Longinquum istuc Amanti'st.* EU. *Etiam metuis?* CH. *Omnia.*
EU. *Conmonstrabo: amicior mihi nullus* [c] *vivit; atq; is est,*
Qui illam habet: neq; quoi magis me velle [d] *melius æquom siet.*
CH. *Non curo istunc; illam quæro.* EU. *De illâ ergò ego dico tibi.*
Sanè hoc non in mentem venit, dudum ut tibi dicerem.
CH. *Dic igitur; ubi illa st?* EU. *In nostris Ædibus.* CH. *Ædis* [e] *probas,*
Si tu vera dicis, pulcrèq; [f] *ædificatas arbitro.*
Sed quîd ego istuc credam? vidistín? an de audito nuntias?
EU. *Egomet vidi.* CH. *Quis eam adduxit ad vos?* quis? EU. *Iniquè rogas.*
CH. *Vera dicis.* EU. *Nihil, Charine; te quidem quicquam pudet:*
Quid tuâ refert? quîcum istàc venerit: dum istuc fiet.
EU. *Est profectò.* CH. *Opta ergò ob istuc* [g] *nuntium, quid vis, tibi.*
EU. *Quid si* [h] *optabo!* CH. *DEOS orato; ut ejus faciant copiam.*
EU. *Derides.* CH. *Servata res est demùm, si illam videro.*
Sed quin ornatum hunc reIcio! heus aliquis! heus! actutùm huc foràs.
Exite! illinc Pallium mihi ecferte. EU. *Hem! nunc tu mihi ut places!*
CH. *Optumè adveniens, Puere; cape* [i] *Chlamydem, atq; hac. istinc sta ilicò:*
Vt si hæc non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exsequar.
EU. *Non mihi credis?* CH. *Omnia equidem credo, quæ dicis mihi.*
Sed quin introducis me ad eam! ut videam. EU. *Paulisper mane.*
CH. *Quid manebo?* EU. *Tempus non est introeundi.* CH. *Enicas.*
EU. *Non opu'st, inquam, nunc intrò te ire.* CH. *Responde mihi;*
Quâ causâ? EU. *Operæ* [k] *non est.* CH. *Quur?* EU. *Quia non est illi commodum.*
CH. *Itáne commodum illi non est? quæ me amat, quam ego contrà amo.*
Omnibus hic ludificatur [l] *me modis; ego stultior,*

a *H. e.* Esse. Vide Lex. *Audire.* Id verò de te loquentur, quod multo gaudio sis perfusus.
b *Sc.* loco.
c Est. Vide Lex. *Vivere.*
d Quo nemo magis sit obstrictus, ut benè mihi vellet.
e Vide Elect. Pl. Tit. *Venditionis Ædium.*
f Cum ratione ædif. Et *arbitro:* anquè dicitur.
g *τò nuntium* neutro genere ex MSS. Pall. Vide Lex.
h *Q. d.* Obtinebóne?
i Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis.*
k Vide Calligraph. *Operæ.*
l Vide Lex. *Ludificare.*

* *Quid isti credam. conmoratur. Chlamydem sumam denuò.*
EU. *Mane parumper; atq; hoc audi.* CH. *Capesis Puer hoc Pallium.*
Mater irata'st Patri vehementer, quia Scortum sibi
Ob oculos adduxerit in Ædis, dum ruri ipsa abest.
Suspicatur, illam Amicam esse illi. CH. *Zonam* [a] *sustuli.*
EU. *Eam nunc rem exquirit intus.* CH. *Jam* [b] *Machara'st in manu.*
EU. *Nam si eò te nunc introducam.* CH. *Tollo* [c] *Ampullam; atq; hinc eo.*
EU. Heus! *mane; mane! Charine.* CH. *Erras; me decipere haut potes.*
EU. *Neq; edepol volo.* CH. *Quin tu ergò itiner exsequi meum me sinis?*
EU. *Non* [d] *sino?* CH. *Ego me moror: tu Puere; abi hinc intrò* [e] *ocius.*
Jam in Currum escendi; jam lora in manus cepi meas.
EU. *Sanus non es.* CH. *Quin* [f] *pedes vos in curriculum conicitis!*
In Cyprum rectà; quandoquidem Pater mihi exsulium parat.
EU. *Stultus es; noli istuc quæso dicere.* CH. *Certum'st exsequi,*
Operam ut sumam ad pervestigandum, ubi sit illac. EU. *Quin domi'st!*
CH. *Nam hic quod dixit, id mentitu'st.* EU. *Vera dixi equidem tibi.*
CH. *Jam Cyprum veni.* EU. *Quin sequere; ut illam videas, quam expetis.*
CH. *Percontatus non inveni.* EU. *Matris jam iram neglego.*
CH. *Porrò proficiscar quæsitum. nunc perveni Chalcidem:*
Video ibi hospitem [g] *Zazyntho: dico; quid eò advenerim;*
Rogito, quis eam vexerit: quis habeat, si ibi indaudiverit.
EU. *Quin tu istas omittis nugas! ac mecum huc intrò ambulas?*
CH. *Hospes respondit, Zacyntho ficos* [h] *fieri non malas.*
EU. *Nihil mentitu'st.* CH. *Sed de Amicâ sese inaudisse autumat,*
Hic Athenis esse. EU. *Calchas* [i] *iste quidem Zacynthiu'st.*
CH. *Navem conscendo; proficiscor ilicò: jam sum domi;*
Jam redij exsulio. salve mihi! sodalis Eutyche;
Ut valuisti! quid Parentes mei valent? Cena [k] *dabitur.*
Benè vocas; benignè dicis: cras apud te; nunc domi.
Sic decet: sic fieri oportet. EU. *Eho! quæ tu somnias?*
Hic Homo insanu'st. CH. *Medicari* [l] *Amicus quin properas!*
EU. *Sequere sis.* CH. *Sequor.* EU. *Clementer quæso!* [m] *calces deteris.*
Audin' [n] *tu?* CH. *Jam-dudùm audivi.* EU. *Pacem* [o] *conponi volo*
Meo Patri cum Matre. nam nunc est irata. CH. *I modò!*
EU. *Propter* [p] *istanc.* CH. *I modò!* EU. *Ergò cura.* CH. *Quin tu ergò! i modo!*
Tam propitiam reddam, quàm quòm propitia'st Juno Jovi.

ACTUS

* Pro: *qui.* τὸ *d* hiatum impedit.
a Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis.* & Lex. *Zona.*
b Græci enim ut & Romani in Urbe non gerebant gladium. Vide Elect. Pl. Tit. *Gladij.*
c Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis.* & Lex. *Ampulla.*
d Nónne sino? Vide Pseud. 1.3 ✝. 11. Est enim sermo hominis irati.
e Vide Lex. *Ocyus.*
f Quamobrem, ô pedes mei, *&c.*
g E Zazyntho. Vide Lex. *Præpositiones omissæ.* & *Periphrasis.*
h *Sensus est:* ut Fici, quæ acerbæ, immaturæque, insuavitatem habēt: percoctæ, tandem ad suavitatem & dulcedinem mitescunt: ita Juvētus mea acerba est, & indomita: quæ tamen ætate mãsuescet, & domabitur. *Allegoria.*
i Verus Vates est.
k Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis.*
l Si *sc.* non sum sanus. τὸ *properas* extrito *e* pronunciabitur; *propras*, versûs causa.
m Ne nimis propera ad Amicam: sed placide eas. Thue gemach / du trittst mir die Schue auff.
n *Sc.* Quid abs te fieri velim.
o Refer ad Calligr. Tit. *Pacis.*
p *Sc.* irata est.

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA III.

LYSIMACHUS. DEMIPHO: Duo Senes.

DEMIPHO; Sapientum illud dictum te audisse reor sæpiùs;
VOLUPTAS EST MALORUM ESCA: quòd ea non minus Homines,
Quam hamo capiuntur Pisces. hæc quòm fugiant Senes,
Tu tamen Senectuti gratiam non habeas: quoniam hæc tibi
Non abstulit modò, sed in Amorem conjecit fortiùs:
Quò te, consiliumq; tuum, atq; mentem perdit funditùs;
Atq; oculorum tibi præstringit aciem: me quoq;
In magnum conjecisti malum; nec quid faciam, scio.
DE. Lysimache; DEûM hoc arbitrium est, non Hominum. tute hoc tecum
Si cogites, non æquom te facere arbitrabere;
Quòm Amico homini, tuiq; conscio ita succenseas miserè.

* * * * *

QUASI *tu numquam quicquam adsimile hujus facti feceris!*
LY. *Edepol numquam:* [a] *cavi, ne quid facerem. vix vivos sum miser!*
Nam mea Vxor propter illam tota [b] *in fermento jacet.*
DE. *At ego eam expurgationem* [c] *habebo; ut ne suscenseat.*
LY. *Sequere me. sed exeuntem Filium video meum!*

a Latet heic locus ab interpunctione: *Edepol nūquam cavi, &c.*
b Irata est. Vide Calligr. Tit. *Irascendi.*
c Refer ad Calligr. Tit. *Purgandi. Excusandi.*

ACTVS QVINTI
SCENA IV.

EUTYCHUS, Adolescens. DEMIPHO: LYSIMACHUS: Duo Senes.

IAM *redeo.* DE. *Placet principium. Quid agis? quid fit? Eutyche.*
EU. *Ad Patrem ibo; ut Matris iram sibi esse sedatam sciat.*
Optumâ opportunitate ambo advenistis. LY. *Quid rei'st?*
EU. *Vxor tibi placida, & placata'st.* [d] *cette dextras nunc jam.*

d Cedite, date. A cedo. *Nonius.* Vide Elect. Pl. Tit. *Amicitia.* & *Corporis humani* Hæc verba inter Fragmenta diu oberrarunt. Vide infrà Fragm. pag. 19.

LY. DI

LY. *Di me servant!* EU. *Tibi Amicam esse nullam nuntio.*
DE. *Di te perdant! quid negotij 'st nam, quæso, istuc?* EU. *Eloquar.*
Animum advortite igitur ambo! LY. *Quin tibi ambo operam damus!*
EU. *Qui bono sunt Genere gnati, si sunt ingenio malo,*
Suâpte culpâ Genere [a] *capiunt Genus; ingenio inprobant.*
DE. *Verum dicit hic.* LY. *Tibi ergò dicit.* EU. *Eò illud verum 'st magis.*
Nam te istâc ætate, haut æquom fuerat Filio tuo,
Adulescenti Amanti, Amicam emptam Argento eripere suo.
DE. *Quid tu ais? Charini Amica 'st illa?* EU. *Ut dissimulat malus!*
DE. *Ille quidem illam sese Ancillam Matri emisse dixerat.*
EU. *Propterea igitur tu mercatu's? novos Amator vetus Puer.*
LY. *Optumè hercle: perge; ego adsistam jam hinc* [b], *alterinsecùs:*
Quibus est dictis dignus, usq; oneremus ambo. DE. *Nullus sum.*
LY. *Filio suo qui innocenti fecit tantam injuriam.*
EU. *Quem quidem hercle ego, in exsulium quòm iret, reduxi domum.*
Nam exibat exsulatum. DE. *An abijt?* EU. *Etiam loquere;* [c] *Larva* tu!
Temperare istâc ætate istis decebat Artibus.
DE. *Fateor, deliqui profectò.* EU. *Etiam loquere; Larva* tu!
Vacuum esse istâc ted ætate [d] *iis decebat noxiis:*
Itidem ut tempus Anni. Ætatem aliam aliud factum convenit.
Nam si istuc jus est, Senectâ ætate scortari Senes,
Ubi-loci Res summa nostra Publica? DE. *Hei! perij miser!*
EU. *Adulescentes rei* [e] *agundæ isti magis solent operam dare.*
DE. *Jam obsecro hercle vobis habete cum Porcis* [f], *cum Fiscinâ.*
EU. *Redde Filio: sibi habeat!* DE. *Jam ut volt; per me sibi habeat licet!*
EU. *Temperi* [g] *edepol: quoniam ut aliter facias, non est copia.*
DE. *Supplicij sibi* [h] *sumat, quid volt ipse, ob hanc injuriam:*
Modò pacem faciatis. ora; ut ne mihi iratus siet.
Si hercle scivissem; sive adeò joculo dixisset mihi,
Sed illam amare; numquam facerem, ut illam Amanti abducerem.
Eutyche; ted oro, sodalis ejus es: serva, & subveni.
Hunc Senem para [i] *me Clientem; memorem dices beneficI.*
LY. *Ora;* [k] *ut ignoscat deliciis tuis, atq; adulescentiæ.*
DE. *Pergin' tu autem? eja! superbè* [l] *invehere. spero ego mihi quoq;*
Tempus tale eventurum, ut tibi gratiam referam parem.
LY. *Missas jam ego istas artis feci.* DE. *Et quidem ego dehinc jam.* LY. [m] Nibil.

Consue-

[a] Genus, seu prosapiam suã, quasi captivam ducunt, in Generis sui perniciem. Genus erit illis instar παγίδος Sic Horat. lib. 4. Od. 4. ℣. 35. *Utcumque defecêre mores, dedecorant bene-nata culpæ.* Cicero ad Herenn. lib. 2. cap. 3. dixit: Vitam impediri turpitudine, & infamiâ: quæ vitijs sc. cooperta est. Et hoc est: *Capere Genus Genere.* Aliarum lectionum labyrinthos nihil moramur. Vide infrà Notas Criticas. Notanda autem ista in Electis Pl. Tit. *Nobilitatis.*

[b] Ex altera parte.

[c] Itáne impudens es? ut loqui ausis.

[d] Decet. Nota syntaxin.

[e] Amori.

[f] *Allegoria Proverbialis.* Lusit ut in scropha, quam vel abalienamus sæpenumerò, vel cedimus cum suo fœtu: & fiscina, qua sordes & stercora haræ efferimus. Sic igitur figuratè cavillatur in Amica, quã alijs transcribit à se amandatam. Nemet sie hin mit Haut und Haar, mit Hosen und Wammes, wie man die kleine Schneider-fischlein isset. Den Beutel mit dem Gelt.

[g] Maturè. Vide Lex. Sed εἰρωνικῶς contrarium heic notat.

[h] Sumat de me pœnas quas vult: ego sufferam.

[i] Esto mihi Patronus & Patrocinio isto tuo me tibi Clientem para.

[k] H. e. voluptatibus tuis ut veniam det, & ætati. Certe autem videtur Demiphonem Senem alloqui, ut is oret Filium Charinum de venia sibi danda.

[l] Q. d. Non sum satis per me miser, & oppressus, nisi etiam tu mihi prostrato superbè insultes.

[m] Non poteris ab amando abstinere: habitum enim tibi contraxisti.

Digitized by Google

CONSUETUDINE *Animus te rusus huc inducet.* DE. *Obsecro!*
Satis jam [a] *ut habeatis. quin loris cadite etiam! si lubet.*
LY. *Rectè dicis. sed istuc Uxor faciet, quòm hoc resciverit.*
DE. *Nihil opu'st; resciscat.* EU. *Quid istic? non resciscet; ne time.*
Eamus intrò. non utibili'st hic locus factis tuis;
Dum memoramus, Arbitri ut sint, qui prætereant per vias.
DE. *Hercle; quin tu rectè dicis! eadem* [b] *brevior Fabula*
Erit; eamus. EU. *Hîc est intus Filius apud nos tuus.*
DE. *Optumè 'st. illàc per Hortum nos domum transibimus.*
LY. *Eutyche; hanc volo priùs rem agi, quàm meum intrò refero pedem.*
EU. *Quid istuc est?* LY. *Suam quisq; Homo* [c] *rem meminit; responde mihi.*
Certón' scis? non suscensere mihi tuam Matrem. EU. *Scio.*
LY. *Video.* EU. *Me* [d] *vide!* LY. *Satis habeo. at* [e] *quæso hercle etiam vide!*
EU. *Non mihi credis?* LY. *Immò credo; sed tamen metuo miser.*
DE. *Eamus intrò.* EU. *Immò dicamus Senibus Leges, censeo;*
Priusquàm abeamus: quâ se Lege teneant, contentiq; sint.

ANNOS. GNATUS. SEXAGINTA. QUI. ERIT. SI. QUEM. SCIBIMUS.
SEU. MARITUM. SEU. HERCLE. ADEO. COELIBEM. SCORTARIER.
CUM. EO. NOS. HIC. LEGE. [f] AGEMUS. [g] INSCITUM. ARBITRABIMUR.
ET. PER. NOS. QUIDEM. HERCLE. QUIDEM. EGEBIT. QUI. SUUM. PRODEGERIT.
NEU. QUISQUAM. POSTHAC. PROHIBETO. ADULESCENTEM. FILIUM.
QUIN. AMET. ET. SCORTUM. DUCAT. QUOD. BONO. FIAT. [h] MODO.
SI. QUIS. PROHIBUERIT. PLUS. PERDET. CLAM. QUAM. SI. PRÆHIBUERIT. [i] PALAM.

Hæc adeò ut ex hâcce Nocte primùm Lex teneat Senes.
Benè Valete! atq;, ADULESCENTES, hæc si vobis Lex placet,
Ob Senum hercle industriam, vos æquom 'st clarè PLAUDERE.

PLAUTI. MERCATOR.

EXPLICIT.

INCIPIT. PSEUDOLUS.

a Desinite me probris onerare.

b Eadem opera Comœdia brevior erit.

c Vide Elect. Pl. Tit. *Amicitia.*

d Tu nihil sollicitus esto: ego videro. Sey du derhalben unbekümmert/ laß mich darvor sorgen.

e Tamen adhuc vide; an res certa satis.

f *H. e.* pœnas legibus indictas infligemus. Vide Calligr. Tit. *Legum. Pœnarum. Indiciorum.*

g Veneri ineptum. Vide Lex. *Scitus. Inscitus.*

h Modò nihil fiat contra leges, & supra modum.

i Præbuerit. *Sc.* perdet. ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. suprà Prolog. ✝. 41.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
PSEVDOLVS.

Cicero.

Quàm gaudebat Bello suo Punico NÆVIUS! *quàm Truculento* PLAUTUS! *quàm* PSEUDOLO!

Agellius.

PSEUDOLUS *Comœdia festivissima.*

Camerarius.

PSEUDOLI *Argumentum est varium, & planè mirificum.*

Douza.

Quàm PSEUDOLO *suâ* PLAUTUS *gavisus fuerit, nescio: hoc scio, nullam me ex Poëtæ illius Comœdiis jampridem æquè lubentem pelligisse, neque animo unde defæcatiore me discessisse existimem. ita ut mirandum non sit, eam Ciceroni tantoperè complacitam. Est enim Comœdia illa (ut multa sanè paucis eloquar)* OCELLUS *Fabularum* PLAUTI.

Gruterus.

Vbi describitur PSEUDOLUS, [*infrà 4 7. vers 120.*] *puto ibi depingi ipsum* PLAUTUM. *Nam ubi id faceret potiùs? quam in Fabulâ sibi acceptissimâ.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

PSEUDOLUS, Servus. *Ex mendaciis compositus.*
CALLIDORUS, Adolescens. *A forma munere.*
BALLIO, Leno. *Versipellis.*
LORARII quatuor.
SIMO, Senex.
HARPAX, Cacula.
CHARINUS, Adolescens.
PUER.
COQUUS.
SIMIA, Sycophanta.
PHOENICIUM, Meretrix.

ARGVMENTVM.

PACISCITVR *cum Lenone Miles Macedo, sibi Phœnicium Meretricem dari viginti Minis: quindecim ilicò dinumerat: quinq; debentur Minæ. pro his reliquit Symbolum, ut qui illas attulerit, per eumdem sibi Mulierem destinet. Hanc deperibat Callidorus Adulescens. illa mittit Amanti litteras, se venditam asserens à Lenone Militi. quærit Adulescens undecumq; pecuniam, ut Amicam redimat. servum* PSEUDOLUM *suum facit participem consilii: & pollicetur Servus operam daturum, & Lenonem falsurum. Pater Adulescentis Simo monitus, Filium velle Amicam redimere, Ballionem Lenonem præmonet, ut caveat à Pseudolo: qui si se decipi sinat, ultrò promittit Simoni, daturum viginti Minas. Interim advenit à Milite missus Cacula, pecunias reliquas adfert, ut Mulierem abducat. Is dum Lenonem quæritat, incidit in Pseudolum fingit Pseudolus sub-Ballionem Syrum, absentemq; domo Lenonem. tradit ille Symbolum, & litteras: Lenoni cùm venerit, ut det, post paululùm rediturus, pecuniam ut dinumeret. Pseudolus recepto Symbolo subornat Sycophantam Simiam. is ad Lenonem tanquam missus à Milite, quinque Minas adfert, petitq; sibi Puellam dari. facilè credit Leno, inspiciens Symbolum: tradit receptâ pecuniâ Meretriculam. Advenit postremò verus Harpax Cacula: petit à Lenone Mulierem tradi. Leno ratus illum missum à Pseudolo, eum deludit aliquandiu: tandem ut adgnovit sibi os esse sublitum, pactas tradit Simoni viginti Minas: Callidorusq; suâ potitur Amasiâ.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

PSEVDOLVS.

ARGVMENTVM.

PRÆSENTI s numerat quindecim Miles Minas.
S imul consignat Symbolum, ut Phœnicium
E i det Leno, qui eum cum [a] reliquo adferat.
V enientem [b] Caculam intervortit [c] Symbolo,
D icens Syrum [d] se Ballionis, Pseudolus:
O pemque Erili [e] ita tetulit. nam [f] Simiæ
L eno Mulierem, quem is supposuit, tradidit:
V enit Harpax [g] verus: res palàm cognoscitur.
S enexq; Argentum, [h] quod erat pactus, reddidit.

PROLOGVS.

STUDETE hodiè mihi: bonam [i] Scævam adfero:
Nam Bona Bonis ferri, reor æquom maxumè.
Vt Mala Malis: ut qui Mali sunt habeant Mala:
Qui Boni, Bona: Bonos quòd oderint Mali;
Sunt Mali: Malos quòd oderint Boni, Bonos
Esse oportet. vosque ideò estis Boni: quandoquidem
Semper odistis Malos, & Lege [k], & [l] Legionibus
Hos [m] fugitastis, QUIRITES, successis [n] Bonis.
Huic vos nunc pariter Bonam Boni operam date [o] Gregi;
Qui Bonus est, & hodiè ad Bonos adfert Bona.

Aures,

a Qui Symbolum cũ reliquis quinq; Minis afferat Lenoni.
b Servum Militis, nomine Harpagẽ.
c Intercipit Symbolum à Servo allatum.
d Dicens se esse Ballionis Servum, nomine Syrum, omnia Ballionis negotia gerẽtem, & sub Ballionem quendam.
e Filio, Callidoro.
f Servo, quem Syrus subornarat, & ad Ballionem pro Harpage miserat.
g Nam Simia ille fuerat simulatus, & à Syro suppositus.
h Senex præsenserat Pseudolum Ballioni fallaciam struere: præmonueratque ipsum, sibi caveret. Leno usque adeò sibi confisus, ultrò Seni xx. Minas promittit, si circũveniretur. Circũvẽtus igitur, pactum dependit. Vide Act.4.sc.6. i auspicatò: bono, & liquido Auspicio in Scenam progredior. k quia Lex coërcet Malos metu pœnæ. l quibus Romani Hostes in Castris devicerunt. m fugastis. Vide Lex. n prosperis eventis. Vide Lexicon. Successa. o Gregi Comico. Vide Lex. Grex.

Aures, Oculi, Animus, saturi fient ampliter.
In Scenam qui jejunus aut sitiens venerit,
Is Risu, & Ventre raso vigilabit sedulò.
Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc, si sapitis, cedite jejuni; atque discedite.
Vos saturi state; immò [a] sedete; atque attendite.
Non Argumentum, neque hujus Nomen Fabulæ
Nunc proloquar ego; satis id faciet Pseudolus.
Satis id dictum vobis puto jam, atque [b] deputo.
Vbi Lepos, Iocus, Risus, Vinum, Ebrietas, decent,
Gratia, Decor, Hilaritas, atque Delectatio.
Qui quærit alia [c] his, malum videtur quærere.
Curas malas abIcite jam, ut ociosi [d] hodiè.

* * * * *

ExporCi meliu'st [e] *lumbos; atque exsurgere.*
Plautina *longa* Fabula *in Scenam venit.*

[a] Spectatores e oim sedebant. Vide Elect. Pl. Tit. *Scena.*
[b] Vide Lex. *De.*
[c] Ab his. ab Lep. Ioc. *&c.* Vide Lex. *Alius.* Imitatus hic est semetipsũ Pl. Bacch. 1. 2. ✠. 8.
[d] *Sc.* possitis spectare: & nobis operam dare.
[e] Pro *frontem*: Ioci causa. *ExporCi*: est; *Expergi*: antiquè.
* Sensus eorum, quæ desideratur, fuit: Abiicite malas jam curas, ut odiosi nobis operam hodie detis. Si qui autem negotiosi sunt, eos exsurgere, atque abire melius est. nam longa Fabula in scenam agenda venit.
[f] Nota syntaxin. suprà Menæch. 5. 3. ✠. 19. & Lex. *Pronomina.* Et. *Labori mei*, pro: *labore mei.*
[g] Quas accepisti à Phœnicio; quibus significabat se Militi à Lenone esse venditam 20. Minis: rogans, ut antevertat, & se redimat. Forte in Oeconomiam hic peccatur: quia infrà dicitur: quod tantum pridie habuerit eas Tabellas.
[h] Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum Pueritia.*

ACTVS PRIMI
SCENA I.

Pseudolus, Servus. Callidorus, Adolescens.

Si ex te tacente fieri possem certior,
Ere; quæ Miseriæ te tam miserè macerant:
Duorum labori ego Hominum parsissem lubens;
Mei [f] *te rogandi: & tui respondendi mihi.*
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit, ut te rogitem; responde mihi;
Quid est? quod tu exanimatus jam hos multos dies,
Gestas Tabellas [g] *tecum; eas lacrumis lavis,*
Neque tui participem consilij quemquam facis.
Eloquere; ut quod ego nescio, id tecum sciam.
Ca. *Miserè miser sum; Pseudole!* Ps. *id te Iuppiter*
Prohibessit! Ca. *nihil hoc Iovis ad judicium attinet.*
Sub Veneris [h] *Regno vapulo; non sub Iovis.*

Ps. *Licet*

Digitized by Google

Ps. *Licet me id scire? quid sit. nam tu me antidhàc*
Supremum habuisti Comitem consiliis tuis.
Ca. *Idem animus nunc est.* Ps. *fac me certum, quid tibi'st:*
Iuvabo te, aut re, aut operâ, aut consilio bono.
Ca. *Cape has Tabellas; tûte hinc narrato tibi;*
Quæ me Miseria & cura contabefacit.
Ps. *Mos tibi geretur. sed quid hoc? quæso!* Ca. *quid est?*
Ps. *Ut opinor, quærunt Litteræ hæ sibi Liberos;*
Alia aliam [a] *scandit.* Ca. *ludis me ludo* [b] *tuo.*
Ps. *Has quidem pol credo, nisi Sibylla* [c] *legerit,*
Interpretari alium posse reor neminem.
Ca. *Cur inclementer dicis lepidis Literis,*
Lepidis Tabellis, lepidâ conscriptis manu?
Ps. *An, obsecro hercle! habent quoque Gallinæ manûs?*
Nam has quidem [d] *Gallina scripsit.* Ca. *odiosus mihi's.*
Lege; vel Tabellas redde. Ps. *immò enim pellegam:*
Advortito animum. Ca. *non adest.* Ps. *at tu cita.*
Ca. *Immò ego tacebo; tu hinc eum ex Cerâ* [e] *cita.*
Nam istic meus animus nunc est; non in pectore.
Ps. *Tuam Amicam video; Callidore.* Ca. *ubi ea'st? obsecro!*
Ps. *Eccam in Tabellis porrectam; in Cerâ* [f] *cubat.*
Ca. *At te DI DEÆque* [g]; *quantus's!* Ps. *servaßint quidem!*
Ca. *Quasi Solstitialis* [h] *Herba* [i] *paulisper fui:*
Repentè exortus sum; repentinò occidi.
Ps. *Tace; dum Tabellas pellego.* Ca. *ergò; quin legis!*
Ps. PHOENICIUM CALLIDORO AMATORI SUO,
PER [k] CERAM, ET LINUM, LITTERASQUE INTERPRETIS,
SALUTEM MITTIT: ET SALUTEM ABS TE EXPETIT,
LACRUMANS, TITUBANTI [l] ANIMO; CORDE, ET PECTORE.
Ca. *Peri! Salutem nusquam invenio, Pseudole;*
Quam illi remittam. Ps. *quam Salutem?* Ca. *Argenteam.*
Ps. *Pro Ligneân Salute* [m] *vis Argenteam*
Remittere illi? vide sis! quam tu rem geras.
Ca. *Recita modò: ex Tabellis jam faxo scies,*
Quàm subitò Argento mihi usus invento fiet.
Ps. LENO ME PEREGRE MILITI MACEDONICO
MINIS VIGINTI VENDIDIT; VOLUPTAS MEA!
ET PRIUSQUAM HINC ABIT, QUINDECIM MILES MINAS
DEDERAT; NUNC UNÆ QUINQUE REMORANTUR [n] MINÆ:

[a] Litteræ *sc.* non erant rectâ lineâ collocatæ: sed ut à Puellâ scriptæ, alia alii quasi incubat. Latet autem jocus obscœnus. Puella, more feminarũ non scripserat rectas lineas, ut principiũ lineæ esset longè superius, quàm finis: & ita una littera ferè alteram incubabat: sicut in συνουσίᾳ maris & feminæ.

[b] *h. e.* more solito.

[c] Quæ etiamsi legere non possit, divinare tamen possit.

[d] Pedibus Gallinæ. Als wans die hüner gekratzt hetten.

[e] Evoca animum tuum absentem.

[f] In ceratâ Tabellâ scripta est. Vide Elect. Pl. Tit. *Litterarum.*

[g] *Sc.* perduint! Vide Aulul. 4. 10. *v.* 55. At Servus antevertit, & corrigit.

[h] quæ æstate, & propter Anni vaporem mox exarescit.

[i] Proverbium de re fugaci, & non caduca. Vide Calligraph. Pl. Tit. *Flexibilitatis. Temporis. Durationis.*

[k] *H. e.* per litteras cera obsignatas, & lino obligatas Vide Elect. Pl. Tit. *Litterarum.*

[l] Incerto animo. *Metaphora.*

[m] Quòd in tabellis, quæ erant ligneæ, missa fuerat

[n] Ne *sc.* ad Militem Maced. abirent.

Digitized by Google

EÂ CAUSÂ MILES HÎC RELIQUIT [a] SYMBOLUM,
EXPRESSAM IN CERÂ EX ANULO SUAM IMAGINEM,
UT QUI HUC ADFERRET EIUS SIMILEM SYMBOLUM,
CUM EO SIMUL ME MITTERET. EI REI DIES
HÆC PRÆSTITUTA 'ST, PROXUMA DIONYSIA.
CA. *Cras ea quidem sunt: propè adest exitium mihi;*
Nisi quid mihi in te est auxilij. PS. *sine pellegam.*
CA. *Sino. nam mihi videor quom eâ fabularier.*
Lege; [b] *dulce-amarumque unà nunc misces* [c] *mihi.*
PS. NUNC NOSTRI AMORES, MORES, CONSUETUDINES,
IOCUS, LUDUS, SERMO, SUAVIS SAVIATIO,
CONPRESSIONES ARTÆ AMANTUM [d] CONPARUM,
TENERIS LABELLIS [e] MOLLES MORSIUNBULÆ,
PAPILLARUM [f] HORRIDULARUM OPPRESSIUNCULÆ,
HARUM VOLUPTATUM MIHI OMNIUM, ATQUE ITIDEM TIBI
DISTRACTIO, [g] DISCIDIUM, VASTICIES VENIT:
NISI QUÆ MIHI IN TE 'ST, AUT TIBI EST IN ME SALUS.
HÆC QUÆ EGO SCIBI; UT SCIRES, CURAVI OMNIA.
NUNC EGO [h] TE EXPERIAR, QUID AMES, QUID SIMULES.
VALE!
CA. *Est miserè scriptum, Pseudole.* PS. *ô miserrumè!*
CA. *Quin fles!* PS. *Pumiceos* [i] *oculos habeo; non queo*
Lacrumam exorare, ut exspuant unam modò.
CA. *Quid ita?* PS. *Genus nostrum semper Sicc-oculum fuit.*
CA. *Nihilne adjuvare me ades?* PS. *quid faciam tibi?*
CA. *Eheu!* PS. *heu! id quidem hercle; ne* [k] *parsis; dabo.*
CA. *Miser sum; Argentum nusquam invenio mutuum;*
Pseudole. PS. *heu!* CA. *neque intus Nummus ullu'st.* PS. *eheu!*
CA. *Ille abducturu'st Mulierem cras.* PS. *eheu!*
CA. *Istócine pacto me adjutas?* PS. *do id, quod mihi'st:*
Nam is mihi Thensauros [l] *jugis in nostrâ 'st Domo.*
CA. *Actum hodie de me'st. sed potes nunc mutuam*
Drachmam dare mihi unam? quam cras reddam tibi.
PS. *Vix hercle, opinor, est; si me opponam pigneri.*
Sed quid [m] *de Drachmâ facere vis?* CA. *restim volo*
Mihi emere. PS. *quamobrem?* CA. *quî me faciam* [n] *pensilem.*
Certum'st [o] *mihi; antè tenebras, tenebras persequi.*
PS. *Quis mihi igitur Drachmam reddet? si dederim tibi.*
An tu te eâ causâ vis sciens suspendere?
Ut me defrudes Drachmâ: si dederim tibi.
CA. *Profectò nullo pacto possum* [p] *vivere;*

Si illas

[a] Imaginem, ceræ impressam Hospitalitatis Monumentum. Vide Lex. *Symbola. Symbolum*: & Elect. Pl. Tit. *Convivij*, & *Hospitalitatis*. Nota *ô Symbolus*.
[b] γλυκύπικρον. infrà 2.4. ✠.1. Cist. 1.1. ✠.7. Truc. 2.3. ✠.25.
[c] Alloquitur Phœnicium absentem.
[d] Qui inter sese amant. σύζυγοι.
[e] Vide Calligr. *Basiandi*.
[f] Quæ Virgines adhuc nondum compressæ.
[g] Vide Lex. *Discidium*.
[h] τὸ σε πειράσω.
[i] Aridos. Vide Calligr. *Lacrimarum. Flendi*.
[k] ne peperceris: ne parce ejules. suppeditabo enim tibi magnam copiam vocum harum flebilium.
[l] perennis: propter incommoda Servitutis. Vide Lex. *Thesaurus*. Hæc dictio antiquè hoc loco ponitur. *es* pro, *us*.
[m] Quid vis facere cum Drachmâ? Vide Lex. *De*.
[n] Vnde me suspendam.
[o] Decretum est, antequàm nox adveniat, mortem oppetere.
[p] Vide similem locum de impatientiâ Amoris. Merc. 2.4. ✠. 32.

Digitized by Google

Si illa à me abalienatur, atque abducitur.
PS. *Quid fles* [a] *Cucúle? vives.* CA. *quid ego ni fleam?*
Quoi nec paratus Nummus Argenti siet;
Neq; quoi [b] *Libellæ spes sit usquam gentium.*
PS. *Ut Litterarum ego harum* [c] *sermonem audio;*
Nisi [d] *tu illis Drachmis fleveris Argenteis:*
Quod tu istis lacrumis te [e] *proVare postulas:*
Non pluris refert; quàm si Imbrem in Cribrum geras.
Verùm ego te Amantem, ne pave; non deseram.
Spero alicundè hodiè me bonâ [f] *operâ, aut hâc meâ*
Tibi inventurum esse Auxilium Argentarium.
CA. *Atque id futurum unde?* PS. *unde! unde dicam, nescio;*
Nisi quia futurum 'st. ita supercilium [g] *salit.*
CA. *Utinam quæ dicis, dictis facta suppetant!*
PS. *Scis tu quidem hercle, mea si* [h] *conmovi Sacra,*
Quo pacto. & quantas soleam [i] *turbellas dare.*
CA. *In te nunc omnis spes sunt ætati meæ.*
PS. *Satin' est? si hanc hodiè Mulierem ecficio tibi,*
Tua [k] *ut sit; aut si tibi do viginti Minas?*
CA. *Satis, si futurum 'st.* PS. *roga me viginti Minas:*
Ut me ecfecturum, tibi quod promisi, scias:
Roga [l], *obsecro hercle! gestio promittere.*
CA. *DaVisne Argenti mihi hodiè viginti Minas?*
PS. *Dabo, molestus nunc jam ne sis mihi.*
Atque hoc ne dictum tibi neges, dico prius;
Si neminem alium potero; tuum [m] *tangam Patrem.*
CA. *DI te mihi omnes servent! verùm si potes,*
Pietatis [n] *causâ vel etiam Matrem quoque.*
PS. *De istâc re, in oculum utrumvis conquiescito.*
CA. *Oculum utrum? ánne in aurem?* PS. *at hoc pervolgatum 'st minus.*
Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus,
Pube [o] *præsenti; in Concione: omni Poplo,*
Omnibus Amicis, notisq; edico meis,
In hunc diem à me ut caveant; ne credant mihi.
CA. *st! tace; obsecro hercle!* PS. *quid negotI 'st?* CA. *ostium*
Lenonis [p] *crepuit.* PS. *crura* [q] *mavellem modò.*
CA. *Atque ipse egreditur* [r] *intus* [s] *perjurI caput.*

a Vide Lex. *Cucúlus.*
b Libella, numus argêteus, decima pars Denarii. Vide Elect. Pl. Tit. *Monetariæ rei.*
c Vide Elect. Pl. Tit. *Scripturæ.* Scriptura etiam loquitur.
d Nisi lacrimæ tuæ super Amicâ Phænicio effusæ, argenteæ fuerint. *h. e.* nisi argentum pro illâ liberandâ profuderis.
e Quod tu censes, te existimari ab illâ probum Amatorem, ob lacrimas; falleris. τὸ *proVare* antiquè ponitur. V. pro: B.
f *h. e.* rectâ ratione, aut via aliqua dolosa, ac me servo digna.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Ominis.* & *Corporis humani.* Asin. 2.2.℣.45.
h Allegoria à Sacrorum renovatione; in qua simulacra commovebantur. Vide Elect. Pl. *Sacrorum. Religionis.*
i Turbas dare.
k Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
l Infrà 4.6.℣.11.
m *μεταφορικῶς.* Sic Epid. 5.2.℣.58. Pseud. 1.5.℣.60. Vide Lex. *Tangere.*
n Per Pietatem liceat tibi non Patrem tantùm, sed matrem quoque tangere. Sic *Mad causâ: est; per me.*
o Vide Lex. *Pubes.*

 ACTUS

p Vide Elect. Pl. Tit. *Ædificiorum.* q Crura mallem crepuisse, *seu*; fracta esse. Vide Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum.* r Vide Lex. *Intus.* Pers. 1.4.℣.10. s periurus. Vide Lex. *Periphrasis.* Rud. 4.4.℣.55.

ACTVS PRIMI
SCENA II.

Leno. Lorarii IIII. Pseudolus. Callidorus.

EXITE; *agite! Ignavi, malè* [a] *habiti; & malè* [b] *conciliati:*
Quorum numquam quicquam quoiquam venit in mentem, ut rectè faciant:
Quibus, nisi ad [c] *hoc exemplum experior, non potest usurpari Vsura:*
Neque ego Hominis magis Asinos umquam vidi. ita plagis costæ [d] *callent!*
Quos dum ferias, tibi plus noceas. eo enim ingenio hi sunt [e] *Flagritribæ.*
Qui hac habent consilia: Vbi data occasio 'st; RAPE, [f] CLEPE, TENE, [g] HARPAGA,
BIBE, [h] ES, FUGE. *Hoc est eorum opus;*
Vt mavolis Lupos apud Ovis linquere, quàm hos domí Custodes.
At faciem quòm adspicias eorum; haut mali videntur: [i] *opera fallunt.*
Nunc adeò hanc [k] *edictionem: nisi animum omnes advortitis;*
Nisi somnum, secordiamque ex pectore oculisque amovebitis,
Ita ego vostra latera loris faciam, ut validè [l] *varia sint,*
Vt ne [m] *Peristromata quidem aquè picta sint* [n] *Campanica:*
Neque Alexandrina [o] *beluata, consiliata* [p] *Tapetia.*
Atque Erí antè dixeram omnibus, dederamque eas [q] *Provincias.*
Verùm ita vos estis perditi, neglegentes, ingenio inprobo,
Officium vostrum ut vos malo cogatis [r] *conmonerier.*
Nempe ita animati estis. vos [s] *vincite hoc duritiâ ergò; atque me.*
Hoc vide sis; ut alias res agunt! hoc agite! [t] *hoc animum advortite!*
Huc adhibete auris! quæ ego loquar; Plagigera Genera Hominum.
Numquam edepol vostrum durius tergum erit, quàm [u] *Terginum hoc meum,*
Quî nunc? dolétne? Hem! sic [x] *datur! si quis Erum Servos spernit.*
Adsistite omnes contrà me, & quæ loquor, advortite animum.
Tu qui Vrnam habes, Aquam ingere; face plenum Aënum sit citò.
Te cum securi, Caudicali [y] *præficio Provinciæ.*
LO. *At hæc* [z] *retunsa 'st.* LE. *sine, fiet; itidem vos quoque estis* [aa] *plagis omnes.*
Num quî [bb] *minus eâ gratiâ tamen omnium operâ utor?*

a *H. e.* damnosè, & magno cum pretio atque malo alti, educatique.
b Magno, seu carè, & cum dispendio herili comparati. Vide Elect. Plaut. Tit. *Convitij. Servitij.* & Lex. *Malè.*
c δεικτικῶς. scuticam fortè commonstrans.
d Callum obduxerunt.
e παθητικῶς: quia flagris atteruntur.
f Furare. à κλέπτειν.
g rape. Ab ἁρπάζω. Trin. 2. 2. ℣. 12.
h Ede.
i Si Hero opera danda sit; ignavi sunt, & nequam.
k *f.* Accipite. infr. ℣. 19.
l Variis vibicibus picta, & cruentata.
m Peripetasmata. Velaria. Umbhenge. Stich. 1. 1. ℣. 53.
n In Campaniâ elaborata: *vel* quibus Campani Superbi utebantur.
o In quibus beluæ acu pictæ erant.
p Coacta à Fullonibus. Vide Lex. *Consiliari.* & Elect. Pl. Tit. *Fullonum.* & *Vestium.*
q Eas partes, illa officia: id muneris.
r ut cogatis me flagra in manus sumere, quibus vos officii vestri commoneam.
s Habete tergum hac scutica durius.
t *hunc*, ad hoc.
u Scutica. Vide Lex. Amph. 1. 2. ℣. 123.
x So macht mans einem! Vide Calligr. *Tersa.*
y ut ligna seces.
z retusa est. Vide Lex. Tundo.
aa *f.* retusi.
bb Num quo aliquo. *q. d.* nihilo minùs tamen.

Tibi

Tibi hoc pracipio, ut niteant Ædes. habes, quod facias. propera; abi intrò.
Tu esto [a] *Lectisterniator: tu Argentum eluito; idem* [b] *exstruito.*
Hac, quòm ego à Foro revortor, facite, ut offendam parata,
Vorsa [c], *prasterga, tersa, strata, lautaq; coctaq; omnia uti sint.*
Nam mihi hodiè NATALIS [d] DIES *est: decet eum omnis vos concelebrare.*
Pernam, callum, glandium, sumen, facito, in aquâ jaceant. satin' audu?
Magnificè volo enim Summos Viros [e] *accipere, ut mihi rem esse* [f] *reantur.*
Intrò abite; atq; hac citò celebrate [g]: *ne mora qua sit, Coquus quòm veniat*
Mihi. ego eo in Macellum, ut piscium quicquid est, pretio [h] *prastinem.*
I, Puere, pra! ne quisquam [i] *pertundat Cruminam,* [k] *cautio'st.*
Vel operire. est, quod domí dicere panè fui oblitus.
Auditin'? vobis, Mulieres, hanc habeo edictionem:
Vos, qua in mundiciis, molliciis, deliciisq; atatulam agitis,
Viris cum Summis inclyta Amica; nunc ego scibo, atq; hodiè experiar:
Qua [l] *Capiti, qua Ventri operam det, quaq; sua rei; qua Somno studeat,*
Quam Libertam fore mihi credam; & quam venalem, hodiè experiar.
Facite hodiè, ut mihi munera multa huc ab Amatoribus conveniant.
Nam nisi Penus [m] *annuus hodiè convenit, cras Populo prostituam vos.*
NATALEM *scitis mihi* DIEM *esse hunc. ubi isti sunt? quibus vos* [n] *Oculi estis.*
Quibus Vita, quibus Delicia estis? quibus Savia? Mamilla? Millita?
Manipulatim mihi, Munerigeruli, facite, antè Ædis jam hic adsint.
Cur ego Vestem, Aurum, atq; ea, quibus est vobis usui, [o] *prahibeo? quid mihi*
Domí, nisi malum, vostrâ operâ'st hodiè? improba; vino modò cupida [p] *estis,*
Eo vos, vostros panticesq; [q] *adeò madefacitis, quòm ego sim hic siccus.*
Nunc adeò hoc FACTUM *'st* [r] OPTUMUM, *ut nomine quamq; adpellem suo.*
Ne dictum esse actutùm sibi, quapiam vostrarum mihi neget; advortite animum cuncta.
Principiò; HEDULIUM: *tecum ago, qua Amica's Frumentariis,*
Quibus cunctis [s] *Montes maxumi, ac acervi frumenti sunt domí:*
Fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc Annum quod satis
Mihi, etiam familia omni sit mea; atq; adeò, ut frumento adfluam:
Ut Civitas nomen mihi conmutet; meq; ut pradicet
Lenone ex Ballione, Regem [t] *Iasonem.* CA. *Audin'? Furcifer;*
Qua loquitur. satin' magnificus tibi videtur? PS. *Pol iste*
Atq; etiam malificus. sed tace; atq; hanc rem gere.
LE. ÆSCHRODORA, *tu; qua Amicos tibi habes Lenonum* [u] *amulos*
Lanios: qui item ut nos jurando, [x] *jure malo quarunt rem; audi!*
Nisi [y] *Carnaria tria* [z] *gravida* [aa] *tegoribus oneri* [bb] *uberi hodiè*

[a] Vide Lex. *Lectisterniator.*
[b] E thecis exprõtum disponito.
[c] Versa: à *Verro.* Et *Prasterga*; antiquè: pro; *pratersa.*
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Natalis.*
[e] Vide Calligr. *Convicij.*
[f] Vt inde meas divitias, meum apparatum videant.
[g] Hęc celeriter curate: velociter expedite. Sic Actius apud Nonium in Ægysto: *Celebri gradu gressum accelebrasse decet.* Sic enim ibi legitur in MS. Pal. Vbi Nonius explicat: *Celebre, non solùm frequẽs: sed etiam* velox.
[h] Emam. Vide Lex. *Prastinare.*
[i] Sector aliquis zonarius.
[k] Cavendum est.
[l] Saluti & libertati studeat.
[m] Penus in totum annum.
[n] Quibus estis caræ, ut oculi. qui vos appellant Oc. Vit. Del. *&c.* Vide Lex. *Oculus.*
[o] Præbeo.
[p] Nota syntaxin: *cupida vino.* Calligr. Tit. *Cupiditatis.* Mil. 3. 1. ℣. 104.
[q] Vide Lex. *Pantex.*
[r] Vide Elect. Pl. Tit. *Ominis.* BONVM FACTVM!
[s] Vide Lex. *Montes.*
[t] Thessaliæ Tyrannum, qui ætate Epaminondæ floruit. De Iasione autem Hyginus in *Artophylax.* Ovid. lib. 9. Metam. Et lib. 3. Amor. Eleg. 9.
[u] Vide Elect. Pl. Tit. *Laniorum.*
[x] *H. e.* injustè.
[y] Vasa seu loca, in quibus Carnes asservantur.
[z] Onusta, ponderosa, plena.
[aa] Pro: *tergoribus.* antiquè.
[bb] Nisi erunt mihi in onus valde uber, & grave.

Digitized by Google

Mihi erunt; cras te quasi Dircam [a] olim (ut memorant) duo Gnati
Jovis devinxére ad Taurum; item hodiè stringam ad Carnarium. id tibi
Profectò Taurus fiet. Ps. Nimis sermone [b] hujus irâ incendor.
Húncine hic Hominem pati colere [c] juventutem Atticam?
Vbi sunt? ubi latent? quibus ætas integra'st, qui amant à [d] Lenone?
Quin conveniunt! quin unà omnes peste hâc Populum hunc liberant!
Sed nimis sum stultus; nimiùm fui indoctus. ne [e] illi audeant
Id facere? quibus ut serviant, suus Amor cogit, simul
Prohibet, faciant adversùm eos, quod volunt. Ca. Vah! tace. Ps. Quid est?
Ca. Male morigerus, malè facis mihi, quòm sermone huic [f] obsónas. Ps. Taceo.
Ca. At taceas malo multò; quàm tacere te dicas. Le. Tu autem
Xystylis; fac, ut animum advortas; quojus Amatores olivi
Dynamin [g] domi habent maxumam.
Si mihi non jam huc Culleis oleum deportatur,
Teipsam Culleo [h] ego cras faciam, ut deportêre in [i] Pergulam,
Ibi tibi adeò Lectus dabitur, ubi tu haut somnum capias:
Sed ubi usq; ad languorem [k]. tenes? quò se hæc tendant, quæ loquor.
En, Excetra [l] tu! quæ tibi Amicos tot habes, tam probè onustos oleo.
Num quoipiam'st hodiè tuâ tuorum operâ [m] Conservorum
Nitidissumum caput? aut num ipse ego Pulmento utor magis
Vnctiusculo? sed scio; tu Oleum haut magnipendis, Vino te
Deunctis [n]. sine modò [o]; reprehendam ego cuncta hercle unâ operâ, nisi
Quidem hodiè tu omnia facis, Scelesta; hæc, uti loquor.
Tu autem, quæ pro Capite Argentum mihi jam jamq; sæpè [p] numeras;
Ea pacisci modò scis: sed quæ pacta's, non scis solvere.
Phœnicium; tibi hæc ego loquor: Deliciæ Summatum Virûm;
Nisi hodiè mihi ex fundis tuorum Amicorum omne huc penus adfertur,
Cras, Phœnicium; Phœnicio [q] Corio invises Pergulam.

ACTUS PRIMI
SCENA III

CALLIDORUS. PSEUDOLUS. BALLIO, Leno.

PSEUDOLE; non audis? quæ hic loquitur. Ps. Audio, Ere, equidem; atq; animum advorto.
Ca. Quid mihi's [r] auctor? huic ut mittam; ne Amicam hic meam prostituat.

Ps. Benè

a Zethus & Amphion Iovis ex Antiopa filij, Dircen, quam Lycus, Antiopa eorũ matre ejecta uxorem duxerat, quæque Antiopam in vincula confecerat: caudę bovis indomiti alligarunt, Lycumq; interfecerunt.
b Ob sermonem.
c Incolere, degere.
d Puellas ex domo Lenonis. Vide Lex. A. Ab. Pœn. 5.2.✝.132.
e Illine juvenes audeant id facere lenonibus, quibus, &c. κατ' ἀναστροφήν.
f Obstrepis, ita ut ejus sermonem exaudire non possim.
g Vim, copiam.
h Vide Lex. Culleus.
i Vide Lex. Pergula. ut sc. venales ibi sitis.
k Verbum turpe tacuit: quod sub audiendum est.
l Q. d. tu Vipera. Ita ex iracundiâ eam vocat.
m Quæstu Meretricio ex oleariis facto. Nota posteà: magis unctiusculo. Vide Lex. Magis.
n Quia sc. Xystilis pro Vino Oleum habebat. C. antique, pro: G.
o Omnia hercle tua peccata una opera corrigam, & animadvertã, nisi q. &c. Vel; propriè sumatur vox hæc: ut apud Terentiũ, aliosq;. Cuncta reprehendam. h. e. resumam revocabo. ut infr. 1.4.✝.18.
p Verbis non re.
q Rubro corio: sive tergum habebis flagris cruentum.
r Quid mihi suades?

Digitized by Google

Ps. Benè [a] curaßis; [b] liquido's animo: ego pro me & te curabo.
Jamdiu ego huic benè, & hic mihi volumus, & Amicitia 'st antiqua.
Mittam hodiè huic suo DIE NATALITIO malam rem magnam, & maturam.
CA. Quid [c] opu'st? Ps. Potin' aliam rem ut cures? CA. At! Ps. Bat [d]! CA. Crucior. Ps. Cor [e] dura.
CA. Non possum. Ps. Fac poßis. CA. Quonam pacto poßim vincere animum?
Ps. In rem quod sit, pravortaris; quam re advorsa [f] animo auscultes.
CA. Nugæ istæc sunt. non jucundum 'st, nisi Amans facit stultè. Ps. Pergin'?
CA. O Pseudole mi; sine sim nihili. Ps. Mitte me sis. CA. Sino [g]. Ps. Modò ego
Abeam. CA. Mane, mane; jam ut voles esse me, ita ero. Ps. Nunc tu sapis.
BA. It dies: ego mihi cesso. i præ! Puere. CA. Heus! abijt. quin revocas!
Ps. Quid properas? placidè! CA. At priusquàm abeat. BA. Quod hoc? malum! tam placid' is? Puere.
Ps. [h] HODIE-NATE heus! HODIE-NATE: tibi ego dico. heus! HODIE-NATE: redi; &
Respice ad nos; tametsi occupatu's: moramur. mane! sunt conloqui
Qui volunt te. BA. Quid hoc est? quis est? qui moram occupato molestam obtulit?
CA. Qui tibi sospitati [i] fuit. BA. Mortuu'st; qui [k] fuit: qui est; vivo'st.
Ps. Nimis superbè. BA. Nimis molestu's. CA. Reprehende [l] Hominem; adsequere.
BA. I; Puere. Ps. Accedamus hàc obviam. BA. Juppiter te perdat! quisquis es.
Ps. Te volo [m]. BA. At vos ego ambos vorte hàc te; Puere. Ps. Non licet
Conloqui [n] te? BA. At mihi non lubet. CA. Sin [o] tuam 'st quippiam in rem? BA. Licét
Ne, obsecro! [p] vivere; an non licet? Ps. Vah! manta. BA. Omitte. CA. Ballio;
Audi. BA. Surdus sum; profectò Inanilogista's. CA. Dedi; dum [q] fuit.
BA. Non peto; quod dedisti. CA. Dabo, quando erit. BA. Ducito;
Quando habebis [r]. CA. Heu! heu! quàm ego malis perdidi modis!
Quod tibi detuli; & quod dedi. BA. Mortua [s] Verba re nunc facis:
Stultus es; Rem Actam [t] agis. Ps. nosce saltim hunc, quis est. BA. Jam diu
Scio, qui fuit: nunc quis est is; ipsus sciat: ambula tu [u] modò.
Ps. Potin' ut semel modò, Ballio, huc cum [x] lucro respicias?
BA. Respiciam istoc [y] pretio. nam si sacruficem summo Jovi,
Atq; in manibus Exta teneam [z] ut poRiciam: intereà loci
Si lucri quid detur, potiùs rem divinam deseram.
Non potest Pietate [aa] obsisti huic. Ps. Vt ut [bb] res sunt cæteræ;
DEOS quidem, quos maxumè æquom 'st metuere, eos minumi facit.
BA.

a Rectè feceris, si curaveris.
b Ne sis sollicitus.
c Quid auxilij?
d Vide Lex. Bat.
e Animum obfirmato.
f Potius quod ex re est, agas, quam animo obtemperes, iis agendis, quæ abs re sunt & rei adversa. re re positum pro; rei, ut die: pro; diei. Itemque [Greek] est τῦ magis: . Vel; potius. Vt apud Terent. Prolog. Eunuch. & Rud. 4.4. ℣.70. Nota phrasin: Animo auscultare.
g Sino te nihili esse: modò me sinas.
h Sic vocat Lenonem: quia diem Natalem suum celebrat.
i Qui tibi fuit sospes: & felicitati tuæ salutaris.
k Vide Calligr. Mortu. & Lex. Fuit.
l Vide Lex. Reprehendere.
m Te, volo, Iuppiter perdat. Vel: Te volo convenire. Ambig.
n Nota syntaxin, supr. ℣.15.
o Annon sines te conveniri? si quid in rem tuam sit?
p Q.d. vos me enicatis odio vestro, & molestia.
q Sc. pecunia.
r Sc. Phœnicium. Vide Calligr. Nuptiarum.
s Reipsa nūc mortua & inania, nullius ponderis verba nunc facis. Indè paulò antè Inanilogistam vocavit. t Vide Calligr. Iudicij. Frustranea rei. u Sc. Puer. x Potestne tibi persuaderi, ut tantum semel velis retro respicere: quod non gratis postulo: sed ut cum lucro tuo fiat. y Ea conditione retrò respiciam, ut si exinde lucrum sim consecuturus. z Vide Elect. Pl. Tit. Sacrificiorum. & Lex. Porricere: porrò jacere. aa Nulla pietate lucro obsisti potest, nec impediri vel à religione. bb Vt ut alia sunt, Deorum quidem sceleratus iste metum & reverentiam spernit omninò: qui colendi, timendique maximè erant, quid sc. hominibus facturus, & profanis in rebus: cui Divina sic & Sacra ludibrio, jocoque sunt.

Digitized by Google

BA. *Compellabo. salve multùm! Serve* [a] *Athenis pessume.*
PS. *DI te DEÆq; ament! vel hujus arbitratu, vel meo:*
Vel si dignus alio pacto, neq; ament, nec faciant bene!
BA. *Quid agitur? Callidore.* CA. *Amatur; atq; egetur acriter.*
BA. *Misereat* [b]*; si familiam alere possim Misericordiâ.*
PS. *Heja! scimus nos quidem: te qualis sis; ne prædices.*
Sed scin'? quid nos volumus? BA. *Pol ego propemodùm; ut malè sit mihi!*
PS. *Et id; & hoc; quòd te revocamus, quæso; animum advorte.* BA. *Audio.*
Atq; in pauca, ut occupatus nunc sum; confer, quid velis.
PS. *Hunc pudet, quod tibi promisit, quâq; id promisit die;*
Quia tibi Minas viginti pro Amicâ etiam non dedit.
BA. *Nimiò* [c] *id, quod pudet, faciliùs fertur, quàm illud, quod piget:*
Non dedisse istum pudet: me quia non accepi, piget.
PS. *At dabit, parabit: aliquot hos dies manta modò.*
Nam hic id metuit, ne illam vendas ob [d] *simultatem suam.*
BA. *Fuit occasio; si vellet, jampridem Argentum ut daret.*
CA. *Quid si non habui!* BA. *Amabas? invenires* mutuum,
Ad Danistam devenires; adderes fœnusculum:
Subriperes Patri. PS. *Subriperet hic Patri! audacissume!*
Non [e] *periculum'st, ne quid rectè monstres?* BA. *Non* [f] *lenoniu'st?*
CA. *Egon' Patri subripere possim quicquam! tam cauto Seni.*
Atq; adeò si facere possem; Pietas prohibet. BA. *Audio.*
Pietatem [g] *ergò istam amplexator noctu pro Phœnicio.*
Sed quòm Pietatem Amori video tuo [h] *prævortere,*
Omnes tibi Patres sunt? nullu'st? tibi quem roges mutuum
Argentum. CA. *Quin nomen* [i] *quoq; jam interijt* MUTUUM.
PS. *Heus* [k] *tu! postquàm hercle isti à Mensâ surgunt saturi,* & *poti;*
Qui suum repetunt; alienum reddunt gnato nemini.
Ab alienis cautiores sunt; ne credant alteri.
CA. *Nimis miser sum: Nummum nusquam repperire Argenti queò.*
Pater Callidori opere petit maxumo,
Ut mihi caverem à Pseudolo Servo suo;
Neu fidem ei haberem. nam eum circumire in hunc diem,
Ut me, si posset, Muliere [l] intervorteret,
Eum promisisse firmiter dixit sibi,
Sese abducturum à me dolis Phœnicium.

[a] Vide Lex. *Conquinisc. etc.* Est cernuum se inflectere. Castell. 4.1.✝.5. & 4.2.✝.13.
[b] Istis furibus. *Donatus.* Terent. Eunuch. 4.7.✝.6.
[c] Qui observent coquos fures.
[d] Iure, quod sorbendum tibi tradam.
[e] Æsonem potius. Vide Fab. 1 lib. VII. Metam. Ovid. Vide Elect. Pl. Tit. *Fama*, & *Nomen*.
[f] Quia scilicet ita conditurus cenam, ut [illegible] ipsi sibi prærodant suos [illegible]. Die sollen die Finger darnach lecken. Vide Callig. Tit. *Ciborum*.
[g] Garris similiter Metaph. ab ære.
[h] Menæch. 1. 4. ✝.7.
[i] Coquorum. Ey wie ein schönes Gesindlein Die Schmutzlecker.
[k] Discipulos Coqui ad lingendas patinas [illegible] ad [illegible] quenda aptos.
[l] Fraudaret muliere excideret ut suprà loquebatur.

Nunc ibo intrò, atq; edicam Familiaribus :
Profectò ne quis quicquam credat Pseudolo.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

Pseudolus, Servus.
Simia, Sycophanta.

Si umquam quemquam DI immortales voluere esse auxilio adjutum.
Tum me, & Calidorum servatum volunt esse, & Lenonem [illegible].
Quòm te adjutorem genuérunt mihi, tam doctum Hominem, atq; astutum.
Sed ubi illic est? sumne ego Homo insipiens? quid hæc mecum egomet loquar solus?
Dedit verba mihi hercle, ut opinor; malus quom malos stulte cavi.
Tum pol ego interii, Homo si ille abiit: neq; hoc opus, quod volui, ego hodie efficiam.
Sed eccom! video Verbeream [a] *statuam, ut magnifice infert sese!*
Hem! te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male, ne abiisses.
Sy. *Fuit meum* [b] *officium, ut facerem: fateor.* Ps. *ubi restiteras?* Si. *ut mihi libitum'st.*
Ps. *Ipsus ego satis scio.* Sy. *cur ergò, quod scis, me rogitas?* Ps. *at hoc volo monere te.*
Sy. *Monendus ne me moneat.* Ps. *nimis tandem abs te contemnor.*
Sy. *Quippe* [c] *ego te ni contemnam* [illegible] *Homo qui [illegible]*
[illegible] volo, quod occeptum'st; age. Sy. *numquid agere aliud [illegible]*
Ps. *Ambula ergò citò.* Sy. *immo* [d] *otiose volo.* Ps. *hæc [illegible] [illegible] the* [e] *dormit;*
Volo, tu prior ut occupes adire. Sy. *quid properas?* [f] *placidè!*
Ne [g] *time, ita ille faxit Iuppiter! ut ille palam ibidem adsiet,*
Quisquis ille'st, qui adest a Milite, numquam edepol erit ille potior
Harpax, quàm ego. habe animum bonum! pulcre ego hanc explicatam tibi rem dabo.
Sic ego illum dolis, atq; mendaciis in timorem dabo,
Militarem advenam; ipse sese ut neget, eum esse, qui siet:
Meq; ut esse autumet, qui ipsus'st. Ps. *qui potest?* Si. [h] *occidis me*
Quòm istuc rogitas. Ps. *ô Hominem lepidum! te quoque etiam dolis*
Atq; etiam mendaciis, Iuppiter te mihi servet!
Sy. *Immo* [i] *mihi. sed vide; ornatus hic satis me condecet!*
Ps. *Optume habet.* Sy. *esto!* Ps. *tantum tibi boni DI immortales* [k] *duint*
Quantum tibi optes. nam si exoptem; quantum dignus, tantum dent,
Minus nihilo'st: neq; ego hoc Homine quemquam vidi magis malum,
Et maleficum. Sy. *tun' id mihi?* Ps. [l] *taceo. sed ego, quæ tibi dona*

a Servum, verberibus dignum.
b Ut facerem, qui [illegible] sum. [illegible]
c [illegible] ego te [illegible] nam? qui [illegible] Homo [illegible]
[illegible]
e [illegible]
f Harpax [illegible]
g [illegible] timere, ne [illegible] tempore [illegible] Lenonem [illegible] ego [illegible] Harpax habe[illegible] autem [illegible] tumulatus [illegible]
[illegible] & [illegible]
[illegible] Menæch. [illegible]
[illegible]

Dabo. & faciam si hanc rem sobriè [a] *adcurassis.* SY. *potin? ut taceas.*
MEMOREM [b] IMMEMOREM FACIT, QUI MONET, QUOD MEMOR MEMINIT. *teneo omnia.*
In pectore condita sunt, meditati sunt doli doctè! PS. *probus hic est Homo.* SY. *neque hic est, neque ego.* PS. *at vide; ne titubes.* SY. *potin? ut taceas.*
PS. *ita me Di ament!* SY. *ita non* [c] *facient! mera jam mendacia fundes.*
PS. *Ut ego ob tuam, Simia, perfidiam te amo, & metuo, & magnifico!*
SY. *Ego istuc aliis dare condidici. mihi obtrudere non potes* [d] *palpum.*
PS. *Ut ego te hodie accipiam lepidè! ubi ecfeceris hoc opus.* SY. *ha ha he!*
PS. *Lepido victu, Vino, Unguentis, & inter pocula Pulpamentis.*
ibidem una aderit Mulier lepida, tibi savia super savia quæ det.
SY. *Lepidè accipis me.* PS. *immò si ecficis; tum faxo magis dicas.*
SY. *Nisi ecfecero; cruciabiliter, Carnufex, me* [e] *accipito.*
sed propera mihi monstrare, ubi ostium Lenonis Ædium.
PS. *Tertium hoc est.* SY. *st! tace; Ædes* [f] *hiscunt.* PS. *credo. animo male'st Ædibus.* SY. [g] *quid jam?* PS. *quia edepol ipsum Lenonem évomunt.*
SY. *Illicine'st?* PS. *illic est.* SY. *mala* [h] *merx est.* PS. *illuc sis vide.*
Non [i] *prorsus; verum ex transuerso cedit. quasi Cancer solet.*

ACTUS QUARTI
SCENA II

BALLIO. PSEUDOLUS. SYCOPHANTA.

MINUS *malum hunc Hominem esse opinor. quàm esse censebam Coquum.*
Nam nihil etiam dum harpagavit præter Cyathum, & Cantharum.
PS. *Heus tu nunc occasio'st. & tempus.* SY. *tecum sentio.*
PS. *Ingredere in viam: dolose. et ego hic in insidiis ero.*
SY. *Habui numerum sedulò.* [k] *hoc est sextum à Portâ proximum Angiportum. in id Angiportum me deuorti* [l] *jusserat.*
Quotumas [m] *Ædis dixerit id ego admodùm incertò scio.*
BA. *Quis hic Homo Chlamydatu'st? aut unde'st? aut quem quæritat?*
Peregrina facies videtur Hominis; atque ignobilis.
SY. *Sed eccum! qui ex incerto faciet mihi, quod quæro certius.*
BA. *Ad me adit rectà. unde ego Hominem hunc esse dicam gentium?*
SY. *Heus tu! qui cum Hirquinâ* [n] *adstas Barbâ. responde; quod rogo.*
BA. *Eho! an non prius salutas?* SY. *nulla'st mihi salus* [o] *dataria.*

a Si cum [illegible] & diligentia [illegible] feceris.
b Vide Capt[illegible] Symmachus lib. 6. Epist. 44. *redundantia est:* [illegible] *memorem commonere.* Idem lib. [illegible] Ep. 53. *Memorem monere ineptum.* Et *meditati* ponitur [illegible]. *Priscianus.*
c Te nō amabunt. nam mera mendacia loqueris.
d *H. e.* Vide Calligraph. [illegible]
e Locus in verbo *accipito* [illegible] quod & secundæ & tertiæ personæ esse [illegible]
f Ædes [illegible] *Diomedes.*
g Particula [illegible]
h Homo [illegible]
i [illegible] Trouersus [illegible]
k [illegible] vide Elect. [illegible] Pl. *Testimon* & Lex [illegible]
l Mutes [illegible]
m [illegible]
n [illegible] Bock-bart [illegible]
o Quam ego alteri [illegible]

Nam pol

BA. *Nam pol hinc tantundem accipies.* PS. *Jam inde à principio probus.*
SY. *Ecquem in Angiporto hoc Hominem tu novisti? te* [a] *rogo.*
BA. *Egomet me.* SY. *Pauci istuc faciunt Homines, quod tu prædicas.*
Nam in Foro vix decumus quisque est qui IPSUS SESE [b] NOVERIT.
PS. *Salvos sum. etiam philosophatur.* SY. *Hominem ego hic quæro malum*
Legirupam, inpium, perjurum, atq; inprobum. BA. *Me quæritat.*
Nam illa mea sunt cognomenta; nomen si memoret modò.
Quid est ei Homini nomen? SY. LENO-BALLIO. BA. [c] *Scivin' ego?*
Ipse ego sum Adulescens quem tu quæritas. SY. *Tún' es Ballio?*
BA. *Ego enimverò is sum.* SY. *Ut vestitu's, es Perfossor* [d] *parietum.*
BA. *Credo; in tenebris conspicatus si sis me abstineas manum.*
SY. *Erus me us tibi me salutem multam voluit dicere:*
Hanc Epistulam accipe à me; hanc me tibi jussit dare.
BA. *Quis is Homo st? qui jussit.* PS. *Perij! nunc Homo in medio* [e] *luto 'st:*
Nomen nescit. hæret hæc [f] *res.* BA. *Quem hanc misisse ad me autumas?*
SY. *Nosce* [g] *imaginem: tute ejus nomen memorato mihi;*
Ut sciam, Ballionem ted esse ipsum. BA. *Cedò mihi Epistulam.*
SY. *Accipe, hem! cognosce signum.* BA. *Oho! Polymachæroplacides*
Purus putus [h] *est ipsus. novi. heus!* SY. POLYMACHÆROPLACIDES
Nomen est. scio jam tibi me rectè dedisse Epistulam,
Postquam Polymachæroplacidæ elocutus nomen es.
BA. *Sed quid agit is?* SY. *Quod Homo edepol fortis atq; Bellator probus.*
Sed propera hanc pellegere quæso Epistulam. ita [i] *negotium 'st:*
Atq; accipere Argentum actutum, Mulieremq; mihi emittere.
Nam necesse hodie Sicyoni med esse; aut cras mortem [k] *exsequi.*
Ita Erus meus st imperiosus. BA. *Novi. notis* [l] *prædicas.*
SY. *Propera pellegere Epistulam ergò.* BA. *Id ago; si taceas modò.*

MILES LENONI BALLIONI EPISTULAM
CONSCRIPTAM MITTIT POLYMACHÆROPLACIDES,
IMAGINE OBSIGNATAM, QUÆ INTER NOS [m] DUO
CONVENIT OLIM. SY. *Symbolum 'st in Epistula.*
BA. *Video; & cognosco signum. sed in Epistulâ*
Nullam Salutem mitterene scriptam solet?
SY. *Ita militaris disciplina 'st, Ballio:*
Manu salutem mittunt benivolentibus:
Eâdem malam rem mittunt malivolentibus.
Sed, ut occepisti. perge operam experirier;
Quid Epistula ista narret. BA. *Ausculta modò.*
HARPAX CALATOR [n] MEUS EST, AD TE QUI VENIT.
Tún' is es Harpax? SY. *Ego sum; atq; ipse Harpax quidem.*

[a] Vide Callig. tit. *Blandiendi.* TE ROGO.
[b] locus in Thaletis dicto: γνῶθι σεαυτόν.
[c] Nonne ego scivi, me quæritari? [illegible] B pro V ut sæpe.
[d] Fossor, circulatius; qui palo ferreo muros furandi gratiâ perfodere solet. Vide Callig. Tit. *Furandi.* & Elect. Pl. Tit. *Latronum.*
[e] Non potest se expedire.
[f] Non potest pervenire ad exitum.
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Litterarum.*
[h] Verus & germanus. infra 4. 7. [illegible]
[i] Negotium postulat, ut eam pellegas.
[k] Mortem obire [illegible] iis qui norunt [illegible]
[m] Vide [illegible]
[n] [illegible] qui lignis [illegible] portat. Vide [illegible]

BA. Qui

BA. QUI EPISTULAM ISTAM FERT, AB EO ARGENTUM ACCIPI, ET
QUOM EO SIMITU MULIEREM MITTI VOLO.
SALUTEM SCRIBERE AM DIGNUM 'ST DIGNIS MITTERE:
TE SI ARBITRAREM [a] DIGNUM, MISISSEM TIBI.
SY. *Quid nunc? BA. Argentum des, abducas Mulierem.*
SY. *Uter [b] remoratur? BA. quin sequere ergò intrò. SY. sequor.*

a Arbitrarer.
b Sic supra Curcul. 2.3. ℣.8. & Terēt. Phorm. 4.5. ℣.6.

ACTVS QVARTI
SCENA III.
PSEUDOLUS.

PEIOREM ego Hominem, magisq; vorsutè malum,
Numquam edepol quemquam vidi, quàm hic est Simia,
Nimisque ego illum Hominem metuo, & formido malè:
Ne malus item ergà me sit, ut ergà illum fuit;
Ne in re [c] secundà nunc mihi obvertat [d] cornua;
Si occasionem [e] capsit, qui fiet malus.
Atque edepol equidem nolo. nam illi benè volo.
Nunc in metu sum maxumo, triplici modo.
Primum omnium iam hunc [f] conparem metuo meum,
Ne deserat nunc me, atque ad Hostis transeat.
Metuo autem, ne Erus redeat etiam dum à [g] foro,
Ne capta prædâ capti Prædones fuant.
Quom hæc metuo, metuo, ne ille huc Harpax adveniat,
Priusquam hinc hic Harpax abierit cum Muliere.
Perij hercle! nimiùm tardè egrediuntur foràs.
Cor conligatis [h] vasis exspectat meum;
Si non educat Mulierem secum semul;
Ut exsolatum ex pectore aufugiat meo.
Victor [i] sum; vici [k] cautos Custodes meos.

c Quam benè gessit.
d Adversetur.
e Ceperit.
f Sociū. Vide Lex.
g Quia res geritur prope domum Simonis & ille, si domum hoc articulo temporis revertisset, insidiator Pseudolus oppressus manifesto esset.
h Nota Calligraph. Expeditionis. a re militari.
i Dum video Mulierem cum Simia egredientem.
k Etiam cautos.

ACTUS QUARTI SCENA IV

Sycophanta. Pseudolus

NE [a] plora; nescis, ut res sit; Phœnicium:
Verum haut multò pòst saxo scibis accubans.
Non ego te ad illum duco Dentatum [b] Virum
Macedoniensem, qui te nunc flentem [c] facit.
Quojam esse te vis maxume; ad eum duco te
Callidorum haut multò pòst saxo amplexa Vere
Ps. Quid tu intus quæso desedisti? quàm diu
Mihi cor [d] retunsum'st obpugnando pectore [e]
Sy. Occasionem repperisti? Verbero:
Ubi percontaris me insidiis hostilibus.
Quin hinc metimur gradibus [e] militaribus.
Ps. Atque edepol quamquam nequam Homo's, recte mones.
Ite hàc Triumphi ad Cantharum rectà via.

a Quia [illegible] putas te [illegible] Militem abduci.
b [illegible] magnis dentibus [illegible] mordacem. Meta[illegible] [illegible] Facit, ut fleas. Amph. [illegible]
d Dum oppugnatur pectus tuum [illegible] & metu, ne nobis præda elaberetur e manibus.
e [illegible] gradu [illegible] bonis quin [illegible] [illegible] 20000 passus conficiebat. Vide lect. Pl. Tit. Mustia. Supra E[illegible] [illegible] Gradus grandes.

ACTUS QUARTI SCENA V.

Ballio, Leno.

HA!he! nunc demum mihi animus in tuto'st loco.
Postquam iste hinc abiit, atque abduxit Mulierem.
Mihi libet nunc venire Pseudolum, scelerum caput,
Et abducere à me Mulierem fallaciis.
Conceptis hercle [f] verbis satis certò scio:
Ego perjurare mavellem me miliens,
Quàm mihi illum verba per deridiculum dare.
Nunc deridebo hercle Hominem; si convenero.
Verum in Pistrinum, credo, ut [g] convénit, fore
Nunc ego Simonem mihi obviam veniat velim
Ut mea lætitiâ lætus [h] promiscam siet

ACTVS QVARTI
SCENA VI.

SIMO, Senex,
BALLIO, Leno

VISO, *quid rerum* [a] *Vlyxes egerit.*
Iamne habeat signum [b] *ex Arce Ballioniâ.*
BA. *O fortunate! cedò fortunatam manum;*
Simo. SI. *quid est?* BA. *jam.* SI. *quid jam?* BA. *nihil est, quod metuas.* SI. *quid est?*
Venitne Homo ad te? BA. *non.* SI. *quid est igitur boni?*
BA. *Minæ viginti sanæ, & salvæ sunt tibi,*
Hodie quas abs te unde 'st instipulatus Pseudolus.
SI. *Velim quidem hercle.* BA. *Roga me viginti Minas,*
Si [d] *illic hodie illâ sit potitus Muliere.*
Sive eam tuo Gnato hodiè, ut promisit, dabit.
Rogato obsecro hercle: gestio promittere.
Omnibus modis tibi esse rem ut salvam scias,
Atque etiam habeto [e] *Mulierem dono tibi.*
SI. *Nullum periclum 'st, quod sciam, stipularier.*
Vt concepisti verba; viginti Minas
Dabin? BA. *dabuntur.* SI. *hoc quidem actum 'st haut male.*
Sed Hominem convenistin? BA. *Immò ambos semul.*
SI. *Quid ait? quid narrat? quæso, quid dicit tibi?*
BA. *Nugas* [f] *Theatri: verba, quæ in Comœdiis*
Solent Lenoni dici, quæ Pueri sciunt.
Malum, & scelestum, & perjurum [g] *ajebat esse me.*
SI. *Pol haut* [h] *mentitu 'st.* BA. *ergò* [i] *haut iratus fui.*
Nam quanti refert te nec-rectè [k] *dicere?*
Qui nihili faciat, quique inficias non eat.
SI. *Quid est? quod non metuas ab eo; id audire expeto.*
BA. *Quia numquam ab me abducet Mulierem jam, nec potest*
Meministine tibi dudùm dicere;
Eam [l] *vanisse Militi Macedonio.*
SI. *Memini.* BA. *hem illius Servos huc ad me Argentum adtulit*
Et obsignatum Symbolum. SI. *Quid postea?*
BA. *Qui inter me, atque illum Militem convenerat.*

a Callidus, & [illegible]
b Phœnicium et: olim Vlysses Palladium ex Arce Troiana.
c [illegible] Stipulatus. [illegible] Vide supra de stipulatione [illegible] 112. & 114. Nota Calligraph. Tit. *Stipulandi. Promittendi.* Promiserat Simo se viginti Minas daturum Pseudolo, si ab Lenone Mulierem abduceret.
d Sive. Vide Lex. *Si.*
e Habeto Phœnicium, me volente, & donante, si Pseudolus eam hodie a me auferet.
f Vide Calligraph. *Convitiandi.*
g τὸ *aiebat* [illegible]: ut Rud. 2.2. v. 2.
h Mentitus est: nō *mentitus est* ut quidam accipiunt perperam. Merc. [illegible] quod non mentitus sit.
k Maledicere [illegible]. Et est [illegible]
l Venditam [illegible]

si secum

[illegible] secum abduxit Mulierem haut multò priùs.
SI. Bonân' fide istuc dicis? BA. undè ea sit mihi?
SI. Vide modò, ne illic sit contechnatus [a] quippiam.
BA. Epistola, atque imago me certum facit.
Quin [illegible] ex [illegible] adduxit modò.
SI. Benè [illegible]
Facere; [illegible] Coloniam?
Sed quis hic Homo [illegible]? BA. non edepol scio;
Nisi ut observemus, quo [illegible] aut quam rem gerat.

a Machinatus [illegible]

b [illegible] Colonia. Vide [illegible] ex Colonia, & E. [illegible] Colonia.

ACTUS QUARTI
SCENA VII

HARPAX. SIMO. BALLIO.

MALUS, & nequam est Homo, qui nihili imperium Eri
Sui Servos facit. NIHILI est autem, suum
Qui officium facere immemor est, nisi adeò [c] monitus.
Nam qui liberos esse ilicò se arbitrantur,
Ex conspectu Eri si sui se abdiderunt,
Luxuriantur, [d] lustrantur, comedunt quod
Habent, [illegible] Servitutis ferunt:
Nec [illegible] nisi ut in-
probis se artibus teneant. Cum his mihi nec locus, nec sermo
[illegible] fui.
Ego, ut [illegible] adesse Erum
[illegible] adest:
Ne, quom adsiet, [illegible] [f] dabo.
[illegible] [g] Syrus,
[illegible];
Leno ubi esset [illegible] [i] arcessere.
Verùm, ubi [illegible] venio huc ultrò,
[illegible] Homo me ludificetur.
Neque quicquam [illegible] [k] pultem, atque aliquem
Evocem hinc intus. Leno argentum hoc volo à me accipiat,
Atque amittat Mulierem [illegible].
BA. Heus tu! SI. quid vis? BA. hic Homo meus est. SI. quidum? BA. quia
Præda hæc mea est: Scortum quærit, habet argentum.

c Vide Lex. Adeo.
d Qui Luxuriose, [illegible], & in ganeis meretricum [illegible]. Vide Lex. [illegible].
e Notus. Vide Lex.
f Itaque, ne mihi Erus absens metuendus sit.
g [illegible] 2. [illegible]
h [illegible] me arcesseret, ubi Leno domi [illegible]
i [illegible]
k [illegible]

Iam [a] *admordere hunc mihi lubet*.
SI. *Iámne illum conmesuru's?* BA. *dum recens est;*
Dum datur; dum calet; devorari decet. nam
Boni [b] *viri me pauperant, inprobi alunt,*
Augent rem meam mali; Populi [c] *strenui,*
Damno mihi, *inprobi usui sunt.* SI. *malum!*
Quod tibi DI dabunt; qui sic scelestu's.
HA. *Me nunc cónmoror? quòm has foris non ferio;*
Vt sciam sitne Ballio domí. BA. *Venus mihi hac*
Bona datat, quòm hos huc adigit Lucrifugas, damni
Cupidos, qui se, suamque ætatem benè [d] *curant:*
Edunt, bibunt, scortantur: illi sunt alio ingenio, atque tu;
Qui neque tibi benè esse patere; & illis, quibus est, invides.
HA. *Heus! ubi estis vos?* BA. *hic quidem ad me rectà habet rectam viam.*
HA. *Heus! ubi estis vos?* BA. *heus! Adulescens! quid istîc debetur tibi?*
Benè ego ab hoc prædatus ibo; novi. bona [f] *Scæva'st mihi.*
HA. *Ecquis hoc aperit?* BA. *heus! Chlamydate! quid istîc debetur tibi?*
HA. *Ædium Dominum Lenonem Ballionem quærito.*
BA. *Quisquis es, Adulescens; operam fac* [g] *conpendI quærere.*
HA. *Quid jam?* BA. *quia te is ipsus coram præsens præsentem videt.*
HA. *Tún' is es?* SI. *Chlamydate; cave sis tibi à* [h] *Curio infortunio;*
Atque in [i] *hunc intende digitum. hic Leno'st.* BA. *at hic est vir probus.*
Sed tu, bone Vir; flagitáre [k] *sæpè clamore in Foro.*
Quom [l] *Libellâ nusquam'st, nisi quid Leno hic súbvenit tibi.*
HA. *Quin tu mecum fabulare!* BA. *fabulor. quid vis tibi?*
HA. *Argentum accipias* BA. *jam-dudùm, si des; porrexi manum.*
HA. *Accipe: hic sunt quinque Argenti* [m] *lectæ numeratæ Minæ.*
Hoc tibi Erus me jussit ferre Polymachæroplacides,
Quod deberet, atque ut mecum mitteres Phœnicium.
BA. *Erus tuus?* HA. *ita dico.* BA. *Miles?* HA. *ita loquor.* BA. *Macedonius?*
HA. [n] *Admodùm; inquam.* BA. *te ad me misit Polymachæroplacides?*
HA. *Vera memoras.* BA. *hoc Argentum ut mihi daret?* HA. *si tu quidem es*
Leno-Ballio. BA. *atque ut à me Mulierem tu adduceres?* HA. *ita.*
BA. *Phœniciúmne esse dixit?* HA. *rectè meministi.* BA. *mane;*
Iam redeo ad te. HA. *at* [o] *maturatè propera. nam vides*
Iam [p] *die multum esse.* BA. *video. hunc advocare etiam volo.*
Mane modò istic; jam revortar ad te. quid nunc fiet? Simo.
Quid [q] *agimus? manufestò* [r] *hunc Hominem teneo, qui Argentum adtulit.*
SI. *Quid jam?* BA. *an nescis? quæ sit hæc res.* SI. *juxtà quom* [s] *ignarissumis.*
BA. *Edepol Hominem Verberonem Pseudolum! ut doctè dolum*

[a] *Metaphora*: ab aviditate. Ich muss anbeyssen. Vide Asin. 2. 1. ℣. 71.
[b] Vide Lex. *Pauperare*.
[c] Qui gnavi & strenui sunt.
[d] Vide Lex. *Curare*.
[e] Quid tibi illic rei est? Was hastu da verlohren?
[f] Bonum omen mihi obiicitur ab hoc chlamydato. Vide Lex. *Scæva*. & Calligraph. *Ominis*.
[g] Parce ab operâ quærendi. Vide Calligraph. *Compendij*.
[h] *h. e.* à vitâ, Curarum plenâ: cujusmodi est Amatorum. Sic autem finxit, suo more.
[i] δεικτικῶς. Medium, seu infamem, & impudicum: atque ita Lenonem deride, ac contemne. Vide Elect. Pl. Tit. *Illusionis. Contemtûs*.
[k] à Creditoribus. suprà 1. 4. ℣. 143.
[l] *sc.* argenti. suprà 2. 2. ℣. 34. & Capt. 5. 1. ℣. 27.
[m] Alludit ad Oves Minas: quæ lectæ sunt in Sacris, & numerari solent.
[n] τὸ *Admodùm* annuendi vim habet.
[o] Vide Lex. *Maturatè*. Mil. 4. 1. ℣. 101.
[p] Diei.
[q] Quid consilii nobis est capiendum?
[r] Simonem.
[s] Æque nescio atque ignarissimi. Vide Lex. *Iuxtà*.

Conmentu'ſt! tantumdem Argenti, quantum Miles debuit,
Dedit huic; atque Hominem exornavit, Mulierem qui arcerſeret.
Pſeudolus tuus adlegavit hunc, quaſi à Macedonio
Milite eſſet. SI. *habéſne Argentum ab Homine?* BA. *rogitas? quod vides.*
SI. *Heus! memento ergò dimidium iſtinc mihi de predâ dare:*
Commune iſtuc eſſe oportet. BA. *quid!* [a] *malum! id totum tuum 'ſt.*
HA *Quàm mox mihi operam das?* BA. *tibi do equidem. quid nunc mihi es* [b] *auctor? Simo.*
SI. *Exploratorem* [c] *hunc faciamus ludos ſuppoſititium.*
Adeò donicum ipſus ſeſe ludos fieri [d] *ſenſerit.*
BA. *Sequere. quid ais? nempe tu illius Servos es?* HA. *planiſſumè.*
BA. *Quanti te emit?* HA. *ſuarum in pugnâ virium* [e] *victoriâ.*
Nam egò eram domi Inperator ſummus in Patriâ meâ.
BA. *An etiam ille umquam expugnavit Carcerem, Patriam tuam?*
HA. CONTUMELIAM SI DICES, AUDIES. BA. *quotumo die*
Ex Sicyone huc perveniſti? HA. *altero ad* [f] *meridiem.*
BA. *Strenuè mehercle* [g] *Iſti:* [h] *quamvis pernix hic eſt Homo!*
Vbi ſuram adſpicias, ſcias, poſſe eum gerere craſſas conpedes.
Quid ais? túne etiam cubitare [i] *ſolitu's in Cunis Puer?*
SI. *Scilicet.* BA. *etiámne ſolitu's Puer? ſcin? quid loquar.*
SI. *Scilicet* [k] *ſolitum eſſe.* HA *ſaníne eſtis?* BA. *quid hoc? quod te rogo.*
Noctu in vigiliam [l] *quando ibat Miles, tum tu ibas ſemul?*
Conveniebátne in [m] *Vaginam tuam* [n] *Machæra Militis?*
HA. *I in malam Crucem!* BA. *ire licebit* [o] *tibi tamen hodiè temperi.*
HA. *Quin tu Mulierem mihi emittis! aut reddis Argentum!* BA. *mane.*
HA. *Quid manſam?* BA. *Chlamydem hanc conmemores, quanti conducta 'ſt.*
HA. *quid eſt?*
BA. *Quid* [p] *meret Machæra?* HA. *Helleborum* [q] *hiſce Hominibus opu'ſt.*
BA. *Eho!* HA. *mitte.* BA. *quid mercedis Petaſus hodiè Domino* [r] *demeret?*
HA. *Quoi Domino?* BA. *quid ſocci?* HA. *quid ſomniatis? mea quidem hæc habeo omnia*
Meo peculio [ſ] *empta.* BA. *nempe quòd* [t] *ſemina ſumma ſuſtinet.*
Vncti [u] *hi ſunt Senes: fricari ſeſe ex antiquo volunt.*
BA. *Reſponde obſecro hercle hoc verò ſeriò, quod te rogo.*
Quid meres? quantillo Argento te conduxit Pſeudolus?
HA. *Qui iſtic Pſeudolu'ſt?* BA. *Præceptor tuus; qui te hanc fallaciam*

Docuit

a *Iocus ambig.* Quid adeo commune lucrũ iſtuc poſtulas? totum id quidem eſt tuum. *Vel ſic.* Quid commune tibi poſtulas mecum malũ? id vero totum tuũ ſit: nec mihi partẽ inde peto.
b Quid mihi ſuades?
c Hunc, qui venit ad te, ut abs te quaſi explorando mulierem auferat, ſuppoſitum in locum veri Harpagi à Pſeudolo, illudamus.
d Ludificemus eũ ſanè uſque eo, donec ipſe intellexerit, ſe eſſe deprehenſum: & fruſtrà veniſſe, qui ſic à nobis ludificetur, donec ſenſerit, ſe à nobis ludibrio haberi.
e Me bello cepit.
f Vno die integro, & dimidio.
g Ivisti.
h Admodùm. Vide Lex. *Quamvis.* & Calligraph. *Currend. f. feſtinandi.*
i Vide Lex. *Solere.* & Calligr. *Res Venerea.*
k Iocus ex ambig. Neſcias enim an hoc velit: ſolitum eſſe cubitare *ſcil.* in cunis: *vel*; ſolitum eſſe *ſ.* obſcæno modo. Vide Lex. *Solere.* ſupr. [illegible] & paulò antè. l Vide Elect. Plaut. *Militia. Noctu.* m podicem tuum. Caſin. [illegible] n Faſcinum virile. o in malam crucem. p Quid mercedis pro eâ datur Domino, à quo conducta eſt. q Vide Lex. *Helleborum.* & Elect. Pl. *Inſania.* r meretur. ſ Virili ſ. Pœn. [illegible] *Peculium.* & Calligr. *Res Venerea.* t femora, ſeu coxa interior. Vide Calligraph. *Res Venerea.* u Libidine pruriunt, & tricari volunt. Vide Elect. Plaut. Tit. *Vnctiones.*

Digitized by Google

Docuit, ut fallaciis hinc Mulierum à me abduceres.
HA. *Quem tu Pseudolum? quas tu mihi prædicas fallacias?*
Quem ego Hominem nullius coloris [a] *novi.* BA. *non tu istinc abis?*
Nihil est hodiè hic Sycophantis quæstûs. proin tu Pseudolo
Nunties; abduxisse alium prædam, qui occurrit prior
Harpax. HA. *is quidem edepol Harpax ego sum.* BA. *immò edepol esse vis.*
Purus [b] *putus hic Sycophanta'st.* HA. *ego tibi Argentum dedi;*
Et dudùm adveniens extemplò Symbolum Servo tuo,
Eri imagine obsignatam Epistulam, hic ante ostium.
BA. *Meo tu Epistulam dedisti Servo? quoi Servo?* HA. *Syro.*
BA. *Non* [c] *confidit. Sycophanta hic nequam est; nugis meditatur malè.*
Edepol Hominem verberonem Pseudolum! ut doctè dolum
Commentu'st! tantumdem Argenti, quantum Miles debuit;
Dedit huic: atque Hominem exornavit, Mulierem qui abduceret.
Nam illam Epistulam ipsus verus Harpax huc ad me ddtulit.
HA. *Harpax ego vocor: ego Servos sum* [d] *Macedonis Militis.*
Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec maleficè.
Neque istum Pseudolum mortalis qui sit, novi; neque scio.
SI. *Tu nisi mirum'st, Leno, planè perdidisti* [e] *Mulierem.*
BA. *Edepol næ istuc magis magisque metuo, quòm verba audio.*
SI. *Mihi quoque edepol jamdudùm ille Syrus cor* [f] *perfrigefacit,*
Symbolum qui hoc accepit. mira sunt, ni Pseudolus est. Ehò!
Tu! quâ facie fuit [g] *dudùm? quoi dedisti Symbolum.*
HA. RUFFUS [h] QUIDAM, VENTRIOSUS, CRASSIS SURIS, SUBNIGER,
MAGNO CAPITE, ACUTIS OCULIS, ORE RUBICUNDO, ADMODÙM
MAGNIS PEDIBUS. SI. *Perdidisti; postquàm dixisti pedes.*
Pseudolus fuit ipsus. BA. *actum'st de me; jam morior, Simo.*
HA. *Hercle haut te sinam emoriri; nisi Argentum mihi redditur,*
Viginti Minæ. SI. *atque etiam mihi aliæ viginti Minæ.*
BA. *Auferetur id præmium à me, quod promisi* [i] *per jocum?*
SI. *De inprobis viris auferri præmium, & prædam decet.*
BA. *Saltem Pseudolum mihi dedas.* SI. *Pseudolum ego dedam tibi?*
Quid deliquit? [k] *dixín'? ab eo tibi ut caveres, centiens.*
BA. *Perdidit me.* SI. *at me viginti commodis* [l] *multavit Minis.*
BA. *Quid nunc faciam?* HA. *si mihi Argentum dederis; te suspendito.*
BA. *Di te perdant? sequere sis me ergò hàc ad Forum, ut solvam.* HA. *sequor.*

[a] Est mihi ignotus. Ater, an albus sit, nescio. *Proverb.* Asin. 2.1. v. 66.

[b] Suprà 4.2. v. 32.

[c] Non est confidens, uti quiem mendacem esse decet.

[d] Macedonii.

[e] Phœnicium.

[f] Animum exterret. Vide Amph. 1. 1. v. 125.

[g] *Scil.* is Syrus.

[h] Talis sc. facie erat Pseudolus. Et fortè suam ipsius formam depingit PLAVTVS.

[i] Vide Elect. Pl. *Stipulationum.* Paullus IC. negat nasci obligationē, si per jocum promiserit. leg. Oblig. §. ultimo. de Oblig. serv.

[k] Nonne dixit *Ellipsis.*

[l] Integris, non adulterinis. Vide Lex. *Commodum*

BA. *Hodiè ego Peregrinos* [a] *absolvam; cras agam cum* [b] *Civibus.*
Pseudolus mihi Centuriata [c] *habuit capitis Comitia.*
Qui illum ad me hodiè adlegavit; Mulierem qui abduceret.
Sequere tu. nunc ne expectetis, dum hàc domum redeam viâ.
Ita res gesta'st: Angiporta hac certum'st consectarier.
HA. *Si gradere tantum,* quantnm *loquere; jam esses ad* [d] *Forum.*
BA. *Certum'st mihi hunc Emortualem facere ex Natali die.*

a Harpagi XX. dabo, ut hinc abeat. Nota: Peregrinis officia præstanda pro cæteris.
b Simoni.
c Vide Elect. Pl. *Comitiorum. h. t.* Consilia Pseudoli omnibus artibus fuerunt instructissima & callidissima. Vide Trucul. 4.3.✠.45.
d Apud. Vide Lex.

ACTUS QUARTI SCENA VIII.

SIMO, Senex.

BENE *ego illum* [e] *tetigi: benè autem Servos inimicum suum.*
Nunc mihi certum'st, alio pacto Pseudolo insidias dare,
Quàm in aliis Comœdiis fit, ubi cum stimulis, aut flagris
Insidiantur: at ego jam inultus promam viginti Minas,
Quas promisi. si ecfecisset; obviam ei ultrò deferam.
Nimis illic Mortalis doctus, nimis versutus, nimis malus,
Superavit Trojanum [f] *Dolum, atq; Vlyxem, Pseudolus.*
Nunc ibo intrò; Argentum promam; Pseudolo insidias dabo.

e Rem benè gessi: Lenonem fallendo. Vide Lex. *Tangere.*
f Dolonem speculatorem Græcorum, qui ab Vlysse interfectus. Ita quoque Ballio à Simone tactus.

ACTUS QUINTI SCENA I.

PSEUDOLUS, Servus ebrius.

QVID *hoc? sicine hoc fit? Pedes; statin'? an non?*
An id voltis? ut me hinc tacentem aliquis tollat.
Nam hercle si cecidero, vostrum erit [g] *flagitium.*
Pergitin' [h] *pergere? ah! sæviundum mihi*
Hodiè'st, Magnum hoc [i] *vitium Vino'st.*
Pedes captat primùm, luctator dolosu'st.

g Vestra erit culpa flagris digna.
h Pergitisne vacillare? Vide Calligr. Tit. *Pergendi.* Asin. 1.2.✠.1. Pœn. 1.3.✠.24.
i Vide Elect. Pl. Tit. *Ebrietatis.*

Profectò

Digitized by Google

Profectò edepol ego nunc probè abeo [a] *Madulsa.*
Ita victu [b] *excurato: ita magnis munditiis digni.* [c] *ah!*
Itaq; in loco festivo sumus festivè accepti.
Quid opus? me multas agere ambages. hoc
Est Homini, quamobrem [d] VITAM *amet. hîc omnes*
Voluptates; in hoc omnes Venustates sunt.
DEIS *proxumum esse arbitror. nam ubi Amans complexu'st*
Amantem, ubi ad labra labella adjungit;
Ubi alter alterum [e] *bilingui manufestò*
Inter se prehendunt; ubi Mamma [f] *maniculâ*
Opprimitur aliâ; aut si lubet, corpora
Conduplicant: manu candidâ Cantharum dulciferum
Propinare [g] *amicissumam amicitiam: neq; ibi esse alium alij*
Odio, nec molestum; nec sermonibus morologis uti:
Unguenta, atq; odores, Lemniscos [h], *Corollas dari dapsilis.*
Non enim parci-promi [i] *victu catero; ne quis me roget.*
Hoc ego modo, atq; Erus minor hunc diem sumpsimus [k] *prothymè,*
Postquàm opus meum, ut volui, omne perpetravi, hostibus fugatis.
Illos accubantis, potantis, amantis, cum Scortis
Reliqui, & meum Scortum ibidem, corde atq; animo suo
Obsequentis. sed postquàm exsurrexi, orant med, uti saltem.
Ad hunc me modum [l] *intuli; ut illis satisfacerem ex disciplinâ: quippe ego*
Qui probè Jonica [m] *perdidici. sed palliolatim amictus*
Sic hàc incessi ludibundus. plaudunt partim: clamitant [n] *me, ut revortar.*
Occepi denuò hoc modo [o] *volvi. idem Amicæ dabam me* [p] *meæ,*
Ut me amaret. ubi circumvortor; cado, id fuit nænia [q] *Ludo.*
Itaq; dum enitor ([r] *pax!) jam penè inquinavi Pallium. nimiæ tum*
Voluptati edepol fui ob casum. datur Cantharus: bibi; conmuto
Ilicò Pallium: illud [s] *posivi. indè huc exi; crapulam dum amoverem.*
Nunc ab Ero ad Erum majorem venio: fœdus [t] *conmemoratum.*
Aperite; aperite! heus! Simoni me adesse, quis [u] *nuntiate!*

a Ebrius. Vide Lex. *Madulsa.*
b Accurato, apparato.
c *Q. d.* ah! indigni sumus tot mundiciis, tantoq; apparatu.
d Curcul. 1. 3. ℣.16:
e Nota Phrasin: *Bilinguis prehendere*: quando *scil.* amantes καταγλωττίζουσι. Vide de Calligr. Tit. *Arguendi.* Pœn. 5. 1.℣.18.
f Parvâ manu.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.*
h Vide Lexic. *Lemniscus*, & *Dapsilis.* & Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.*
i *Sc.* fuimus.
k Consumsimus. προθύμως: benignè, promtè, & alacriter.
l In proscenium: ut saltarem.
m Vide Elect. Plaut. Tit. *Saltationum.*
n Nota syntaxin: *Clamare aliquem.*
o *Sc.* saltare, κινῆσαι, ut ebrius.
p Ego idem studebam meæ amicæ saltando placere.
q Is casus, cantûs & carminis vicem fuit. Vide Lex. *Nænia.*
r Vide Lexic. *Pax!*
s Illud quod temeto inquinatum fuit, deposui.
t Quod inter nos convenit, ut si Lenonem deciperem, daret mihi XX. minas. Vide Lex. *Fœdus.* Et, *Commemorare.*
u Aliquis nuntiet. Nota syntaxin per enallagen.

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA II.

SIMO, Senex. PSEUDOLUS, Servus. BALLIO, Leno.

VOX *Viri pessumi me exciet foràs. sed quid hoc? quomodo? quid tu video* [a] *ego?*
PS. *Cum* [b] *Coronâ ebrium Pseudolum tuum.* SI. *Liberè hercle hoc quidem. sed vide statum.*
Num meâ gratiâ pertimescit? magis cogito; saviter, blanditérne adloquar.
Sed [c] *hoc me votat vim facere nunc, quod fero. si* [d] *qua in hoc spes sita'st mihi.*
PS. *Vir malus viro optumo obviam it.* SI. *Di te ament! Pseudole.* [e] *Psui! in malam Crucem!*
PS. *Cur egomet adflictor?* SI. *Quid tu (malum!) ergò in os mihi ebrius inructas?*
PS. *Molliter siste nunc me. cave; ne cadam. non vides me? ut madidè madeam!*
SI. *Quæ ista hæc audacia'st? te sic interdius* [f] *cum Corollâ ebrium incedere.* PS. *lubet.*
SI. *Quid lubet? pergin' ructare in os mihi?* PS. *Suavis ructus mihi'st. sic sine modò!*
SI. *Credo equidem, potasse te, Scelus, Massici montis uberrumos quattuor*
Fructus [g] *ebibere in horâ unâ.* PS. *Hybernâ addito.* SI. *Haut malè mones.*
Sed dic tamen, undè onustam Celocem [h] *agere te prædicem?* PS. *Cum tuo Filio*
Perpotavi modò. sed Simo; ut probè tactus Ballio'st! quæ tibi dixi, ut
Ecfecta reddidi! SI. *Derides? pessumus homo'st.* PS. *Mulier hæc,*
Feci [i], *ut cum tuo Filio libera accubet.* SI. *Omnia, ut quidq; egisti* ORDINE,
Scio. PS. *Quid ergò dubitas? dare mihi Argentum.* SI. *Jus petis; fateor.*
Tene. PS. *At negabas daturum esse te mihi; tamen das. onera hunc Hominem; atq; me*
Consequere hàc. SI. *Ego istum onerem?* PS. *Onerabis; scio.* SI. *Quid ego huic Homini faciam?*
Satin' ultrò & Argentum aufert; & me inridet? BA. *Væ* [k] *victis!* SI. *Vorte ergò humerum.*
[l] *Hem!* BA. *Hoc ego numquam ratus sum fore; me ut tibi fierem supplex.*
Heu! heu! heu! PS. *Desine* BA. *Doleo.* PS. *Ni* [m] *doleres tu, ego dolerem.*
BA. *Quid hoc?* [n] *auférsne, Pseudole; abs tuo Ero?* PS. *Lubentissumo corde, atq; animo.*
BA. *Non audes, quæso, aliquam* [o] *partem mihi gratiam facere hinc Argenti?*
PS. [p] *Novi. me dices avidum esse hominem. tam* [q] *hoc numquam eris Nummo divitior.*
Neq; te mei tergi miseret, sei hoc non hodie ecfecissem.

BA. [a] *Erit;*

---

[a] Sic Epid. 2.2. ℣. 60. *Quid tu in est?*
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum.* *Statum* sic quoq; capit Most. 5.2. ℣. 50. *Et saviter* ac *blanditer*, opponuntur. Stich. 1.2. ℣. 11.
[c] *δεικτικῶς.* Hoc Argentum, quod promsi domo.
[d] Si fortè exorare possim, ut gratiam mihi faciat Argēti, atque ita meus Filius ad frugem reducatur.
[e] Vide Lex. *Psui.*
[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Ebrietatis.* Turpe de die potare. Asin. 4.2. ℣. 17. Terent. Adelph. 5. 9. ℣. 8.
[g] Vindemias Massici vini.
[h] *H. e.* ventrem cibo, & vino probè saburratum.
[i] Feci, ut Phœnicium cum tuo Filio accubaret.
[k] Vide Elect. Pl: Tit. *Victoria.*
[l] *Sc.* Argētū humero tuo impono.
[m] Nisi te Phœnicio intervortissem, quod promiseram Simoni, in pistrinum conditus essem.
[n] *Sc.* Argentum.
[o] Aliquâ ex parte.
[p] *Q. d.* non audeo. Novi enim quid de me dicturus sis: proptereà quòd hujus Argenti tibi gratiam non faciam, dices me esse pecuniæ avidū, atq; avarum.
[q] *Q. d.* Nihil meâ refert, frustrà me avidum esse dices. Et tamen, *&c.* Vide Lex. *Tam.*

BA. [a] *Erit; ubi te ulciscar, sei vivo.* Ps. *Quid minitare? habeo* [b] *tergum.*
BA. *Age sanè.* Ps. *Igitur redi.* BA. *Quid redeam?* Ps. *Redi modò. non eris deceptus.*
BA. *Redeo.* Ps. *I simul mecum potatum.* BA. *Egóne eam?* Ps. *Fac, quod te jubeo.*
Si is; aut dimidium, aut plus etiam faxo hinc feres. BA. *Eo. duc me, quò vis.* Ps. *Quid nunc?*
Numquid [c] *iratus es? aut mihi, aut Filio? propter has res;* Simo. SI. *Nihil profectò.*
Ps. *I hac.* SI. *Te sequor. quin vocas Spectatores semul?* Ps. *Hercle me isti*
Haut solent vocare: [d] *neq; ergò ego istos: verùm si voltis* ADPLAUDERE,
Atq; adprobare hunc Gregem, & Fabulam; in crastinum [e] *vos vocabo.*

a Sc. locus, res, occasio.
b Sc. verberibus assuefactum. Asin. 1. 4. ℣. 13.
c Amph. 1. 2. ℣. 56.
d Simile est illud Hesiodi: καὶ δῶρον ὅστιν δῷ, καὶ μὴ δῶρον ὅστιν μὴ δῷ: τὸν δὲ μάλιστα, ὅστις σε καὶ οὔτι κελεύσῃ.
e Vos jam vocabo, ut cras nobiscum potetis. Vide Lex. *Vocare.* & Callige. *Convivij.*

PLAVTI PSEVDOLVS.

EXPLICIT.

INCIPIT. POENULUS.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri

P OE N V L V S.

COMOEDIA *lepida, elegantiarum pleniſſima: detegens Artes lenonias, illicitosq; Amores.*

vua

Digitized

DRAMATIS PERSONAE.

AGORASTOCLES, Adolescens. *A foro* : seu, *forensibus, & nundinalibus negotiis, & famâ.* Idem qui *Sophocles* : & *Laudicænus*. Plin. lib 2. Epist. 14. Ejus Pater fuit ; *Iacchon*. Mater ; *Amsigura*. infr. 5.2. vers. 105.

MILPHIO, Servus.

ADELPHASIUM, Meretrix.

LYCUS, Leno. Lupus.

ANTERASTYLIS. *A mutuo amore.*

ANTHEMONIDES, Miles. *Floridus.*

ADVOCATI.

COLLYBISCUS, Villicus. ἀπὸ τοῦ κολλύβου. *Vel* : ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ : *mutilo* : *Vel* ; ἀπὸ τῶν κο λοβῶν : qui certi sunt *Panes*.

SYNCERASTUS, Servus.

HANNO, Pœnus. Patruus Agorastoclis. } Sunt duo nomina Punica.

GIDDENEME, Nutrix. }

PUER.

ARGVMENTVM.

FVERE fratres Karthaginenses duo. alteri geminæ erant filiæ, Anterastylis, & Adelphasium: alteri unicus filius Agorastocles. hic septennis surripitur, venditurq; Calydonæ Antidamanti Seni. qui cùm careret liberis; surreptum Agorastoclem sibi adoptat Filium, eumq; sibi instituit hæredem. Pater Filio surrepto moritur præ ægritudine, fratremq; relinquit successorem: cui pariter ambæ surripiuntur filiæ cum Nutrice Giddeneme simul, vēditæq; sunt in Anactorio Lenoni Lyco, qui demùm Calydonem cum Puellis migrat. Adelphasij Cognatus capitur amore imprudens Agorastocles: quem diximus surreptum parvulum. alterius Miles Antemonides. impatiens amorum Agorastocles cum servo Milphione consilium communicat. hic in Lenonem confingit, & struit dolos, adornat Villicum Collybiscum tamquam advenientem advenam. is secum defert aureos trecentos Philippéos: apud Lenonem hospitari, potare, scortari se velle simulat, locumq; tutum sibi præberi postulat. Leno inhians pecuniæ, illum accipit dictis blandioribus. Receptus igitur ut est à Lenone Villicus, Agorastocles illicò accurrit, ut illum doli & furti arguat: perquirit à Lenone Servum, ad eamq; rem adhibet vocatos Testes conscios facinoris. Leno ratus Milphionem quæri Servulum, negat Servum apud se esse. sed illò adductis Testibus, & Villico, Servum se asserente, Lenoni furtum objicit, minaturq; illum ad Prætorem se tracturum, suam familiam ac rem omnem ut addicat sibi. Intereà HANNO, cui geminæ fuerant surreptæ filiæ; ut surreptas inveniat, plura lustrat loca: & tamdem Calydonem venit. offendit fratris Agorastoclem Filium: agnoscunt se ambo qui sint, suasq; percunctatus invenit filias. Leno ut novit Mulieres hasce liberas, magnumq; sibi imminere malum, ultrò dimittit Patri. Et cùm hæc nunc innotescerent, frustratur pariter, qui venerat Miles. Agorastocles deniq; Adelphasium uxorem ducit.

Fun c

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

*POENVLVS.

ARGVMENTVM.

PVER septuennis [a] subrupitur Karthagine.
O sor [b] Mulierum adoptat hunc emptum Senex,
E t facit heredem. eius *Pueri* Cognatæ [c] duæ,
Nutrixque [d] earum, raptæ. [e] mercatur [f] Lycus,
V exatque [g] amantem. at [h] ille cum Auro Villicum
L enoni obtrudit. ita eum furto ádligat.
V enit HANNO [i] Pœnus; Gnatū [k] hunc Fratris repperit.
S uasque adgnoscit, quas perdiderat, Filias.

PROLOGVS.

ACHILLEM Aristarchi [l] mihi conmentari lubet;
Indèmihi principium capiam ex eâ Tragœdiâ:
SILETEQUE; [m] ET TACETE; ATQUE ANIMUM ADVORTITE!
Audire jubet vos Inperator [n] Histricus.
Bonoque ut animo sedeant in subselliis,
Et qui esurientes, & qui saturi venerint.
Qui edistis; multò fecistis sapientiùs:
Qui non edistis: saturi fite Fabulis.
Nam quoi paratum 'st, quod [o] edit; nostrâ gratiâ,
Nimia 'st stultitia, sessum [p] inpransum incedere.

Vuu 3 Exsurge,

*Possis suspicari hanc Fabulam Funebribus Ludis actam. Eadem dicta fuit CARCHEDONIVS: PATRVVS: & PHAGΩN. Vide infr. in Fragmentis pag. 15. SCHEMATICVS.
a Agarastocles filius, cujus pater præ ægritudine mortuus est, Hannone fratre relicto hærede.
b Antidamas.
c Hannonis, qui Agorastoclis erat Patruus, filiæ: Anterastylis, & Adelphasium. τὸ eius μονοσυλλαβῶς legendum.
d Giddeneme.
e Ambas.
f Leno.
g Agorastoclem, qui amabat Adelphasium.
h At Agorastocles Villicum suum Collybiscum subornatum ad Lenonem mittit cum pecunia suâ: hoc consilio; ut eum apud Lenonem quasi furem manifesto deprehēsum adhibitis Testibus teneat, & furti arguat, & convincat. i qui Anterastylis Adelphasij erat Pater. k Agorastoclem. l Quā Tragœdiam ENNIVS latine vertit. m per Præconem fiebat silentium hoc. n Histrionum Præfectus. Vide Lex. *Histrio.* & Elect. Plaut. *Fabularum.* o edat; ἀρχαϊκῶς. p Venire sessum; subsellium occupare non ante pransum.

Exsurge, Præco; fac Populo [a] audientiam.
Iamdudùm exspecto, si tuum officium scias.
Exerce vocem, quam [b] per vivisque, & colis.
Nam nisi clamabis, tacitum te [c] obrépet fames.
Age nunc; reside, duplicem [d] ut mercedem feras.
BONUM FACTUM'ST! [e] edicta ut servetis mea.
Scortûm exolctûm ne [f] quis in Proscenio
Sedeat; neu Lictor [g] verbum, aut Virgæ [h] muttiant:
Neu Dissignator [i] præter os [k] obambulet,
Neu sessum ducat, dum Histrio in Scenâ siet.
Diu qui domi otiosi dormiérunt, decet
Animo æquo nunc stent, vel dormire [l] temperent.
Servi ne obsideant: Liberis ut sit locus,
Vel æs [m] pro Capite dent. si id facere non queunt;
Domum abeant; vitent ancipiti infortunio,
Ne & hîc varientur [n] Virgis, & Loris domí;
Si minùs [o] curassint, quòm Eri veniant domum;
Nutrices Pueros infantis minutulos
Domí ut procurent; neve spectatum adferant;
Ne & ipsæ sitiant, & Pueri pereant [p] fame;
Neve esurientes hîc quasi Hœdi [q] obvagiant.
Matronæ tacitè spectent; tacitè rideant;
Canorâ hîc voce suâ tinnire temperent.
Domum sermonis [r] fabulandi conferant,
Ne & hîc viris sint, & domi molestiæ,
Quodque ad Ludorum Curatores ádtinet,
Ne Palma detur quoiquam Artifici injuriâ;
Neve ambitionis [s] causâ extrudantur [t] foràs;
Quò Deteriores anteponantur Bonis.
Et hoc quoque etiam, quod pænè oblitus fui;
Dum Ludi fiunt, in Popinam Pedisequi,
Inruptionem facite, nunc dum occasio'st,
Nunc dum scribilitæ [u] æstuant, occurrite.
Hæc inperata quæ sunt pro inperio Histrico';
BONUM hercle [x] FACTUM pro se quisque ut meminerit.
Ad ARGUMENTUM nunc vicissatim volo
Remigrare [y], ut æquè mecum sitis [z] ignarures.
Ejus nunc [aa] regiones, limites, confinia

Determi-

[a] ut nos spectet, & audiat. Asin. Prolog. ℣. 4. Vide Lex. *Audientia*.
[b] Per quam victû, & cultum tibi paras. *ἀναστροφή*.
[c] Tacitus esuries.
[d] Alteram *scil.* ob clamorem: alterã ob silentium.
[e] Vide Elect. Pl. *Edictorum*.
[f] τὸ *quis* ad utrumque sexum referẽdum.
[g] Vide Elect. Pl. *Theatri*. & *Funerũ*.
[h] Sonitum edant.
[i] Vide Lex. *Designator* erat *Locarius*. Platzmeister.
[k] ante os, adversum alios obambulet, in viâ q. obsistens ambulantibus.
[l] Vel manè citiùs surgant.
[m] Vide Elect. Pl. *Theatri*. Servi aliquid pro loco pẽdebant. Vide Lex. *Lucar*.
[n] Lacerentur hîc in Theatro à Magistratu. Vide Elect. Pl. *Servorum*. & *Supplicij*.
[o] Si edicto non paruerint.
[p] domí *sc.* non procurati.
[q] Vide Lex. *Vagire*.
[r] Domui reservent.
[s] Gratificandi minus bonis causâ.
[t] Meliores artifices.
[u] Placentæ. Vide Lex.
[x] Vide Elect. Pl. *Edicti*.
[y] Migrare, transire. Vide Lex. *Re*.
[z] Risum excitat cõtrariè hâc voce: & tamen verum dicit: quia etiam ignoravit confinia. Vide Lex. *Gnarurũ*.
[aa] Mil. 1. 1. ℣. 78. & 3. 3. ℣. 13. Vide Lex. *Regio*.

Determinabo; ei rei ego factus *sum* finitor.
Sed nisi molestum 'st; nomen dare vobis volo
Comœdiai. sin odio 'st; dicam tamen.
Si quidem licebit per illos, quibu 'st in [a] manu.
KARCHEDONIUS [b] vocatur hæc Comœdia.
Latinè Plautus: [c] PATRUUS [d] PULTIPHAGONIDES.
Nomen jam habetis, nunc rationes cæteras
Accipite. nam Argumentum hoc hîc [e] censebitur.
Locus Argumento 'st suum sibi Proscenium.
Vos Juratores [f] estis; quæso, operam date.
Karthaginienses Fratres Patrueles duo
Fuére, summo genere, & summis divitiis.
Eorum alter vivit, alter est emortuus.
Propterea apud vos dico confidentius,
Quia mihi Pollinctor [g] dixit, qui eum pollinxerat.
Sed illi Seni, qui mortuu 'st, *ei* Filius
Vnicus qui fuerat, *olim* abditivus [h] à Patre,
Puer septuennis subripitur Karthagine;
Sexennio priùs quidem, quàm moritur Pater.
Quòm jam per Isse sibi videt Gnatum unicum,
Conlcitur ipse in morbum ex ægritudine.
Facit illum hæredem fratrem Patruelem suum,
Ipse abiit ad Acheruntem sine [i] viatico:
Ille qui subrupuit puerum, Kalydonem avehit,
Vendit eum Domino: hîc diviti quoidam [k] Seni.
Cupienti Liberorum, osori Mulierum.
Emit Hospitalem [l] is Filium inprudens Senex
Puerum illum; eumque adoptat sibi pro Filio.
Eumque hæredem fecit, quòm ipse obIt diem.
Is illic Adulescens habitat in illisce Ædibus.
Revortor [m] rursùs denuò Karthaginem.
Si [n] quid amandare voltis; aut curarier.
Argentum nisi qui dederit, nugas egerit,
Verùm qui dederit, magi' majores [o] egerit.
Sed illi Patruo hujus, qui vivit Senex,
Karthaginiensi dûæ fuére Filiæ.
Altera quinquennis; altera *autem* quadrimula,
Cum Nutrice unà perjére. à [p] magaRibus
Eas qui subrupuit, in ANACTORIUM devehit,

[a] In quorum potestate hoc est.
[b] Carthaginensis.
[c] Quia *sc.* Hanno Patruus Agorastoclem fratris sui filium insperato reperit.
[d] Patronymicum fictum. Quia Pœni olim *Pultiphagi*. Vide Elect. Plaut. *Nationum. Populorum*.
[e] à vobis Spectatoribus, tamquã censoribus judicabitur.
[f] Spectatores, qui rationes accipitis, me ferente & dedicante. Vide Trinum. 4. 2. ỿ. 10.
[g] Vide Lex. *Pollinctor.* & Elect. Pl. *Funeris*.
[h] Qui separatus, & sejunctus est à Patre, χωρισθεὶς, ἀποσπασθεὶς.
[i] Quia Mortuis in os Numus imponebatur, Charonti portorium, & naulum. Vide Elect. Pl. *Funeris*.
[k] Antidamanti.
[l] Hospitis filium.
[m] Vide Lex. *Pleonasmus*.
[n] Vide Menæch. Prolog. ỿ. 51. 52. 53.
[o] Quia Argentum perdident. Menæch. Prolog. ỿ. 54. ỿ. 55.
[p] Magaria, locus fuit in Carthagine; unde surreptæ filiæ, & delatæ Anactorium, oppidum in Acarnanià, resc. 1. ỿ. 57.

Vendit-

Venditque has omnis: & Nutricem, & Virgines,
Præsenti Argento, Homini (si [a] Leno 'st Homo)
Quantum hominum terra sustinet, [b] sacerrumo.
Vosmet nunc facite conjecturam cæterùm,
Quid id sit Hominis, quoi LYCO [c] nomen siet.
Is ex Anactorio ubi priùs habitaverat,
Huc conmigravit in Kalydonem, haut diu,
Sui quæsti causâ. is in illis habitat Ædibus.
Earum hic Adulescens alteram ecflictim perit
Suam sibi Cognatam inprudens; neque scit, quæ ea
Sit; neque eam umquam tetigit. ita eum Leno macerat.
Neque quicquam quom eâ fecit etiamnum stupri,
Neque duxit umquam; neque ille voluit mittere.
Quia amare cernit, tangere Hominem volt [d] bolo.
Illam minorem in Concubinatum sibi
Volt emere Miles quidam, qui illam deperit.
Sed Pater illarum Pœnus, postquàm eas perdidit,
Marique, terrâque usquequàque quæritat.
Vbi quamque in Vrbem 'st ingressus, ilicò
Omnes Meretricis, ubi [e] quisque habitant, invenit.
Dat Aurum; ducit [f] Noctem: rogitat póstibi
Vndè sit, quojatis; cáptane, [g] an subrupta sit;
Quo genere gnata, qui Parentes fuverint,
Ita doctè, atque astu Filias quærit suas.
Et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens;
Se scire. Pœnus [h] planè est. quid verbis opu 'st?
Is eri huc in portum navi venit vesperè.
Pater harum idem huic Patruus Adulescentulo 'st.
Jámne hoc tenetis? si [i] tenetis, ducite.
Cave, dirumpatis: quæso; sinite transigi.
Ehem! pænè oblitus sum reliquum dicere.
Ille qui adoptavit hunc pro Filio sibi;
Is illi Pœno *olim* hujus Patruo hospes fuit:
Is hodiè huc veniet, repperietque hîc Filias,
* 1 Et hunc sui Fratris Filium, ut quidem didici ego.
5 Ego ibo: ornabor. vos æquo animo noscite.
2 Hic qui hodiè veniet, repperiet suas Filias,
3 Et hunc sui Fratris Filium. dehinc cæterùm
6 Valete! adeste; ibo: alius [k] nunc fieri volo.
4 Quod restat; restant [l] alii, qui faciant palàm.
7 Valete [m]! atque [n] adjuvate, ut vos servet Salus.

[a] Vide Elect. Pl. *Lenonu.* & similem formulam Pseud. 1.3.ỳ.116.
[b] Exsecrabilissimo. Vide Lex. *Sacer.*
[c] q.d. malo omine Lycus appellatus fuit. Vide Elect. Pl. *Nominum.*
[d] Fallere, circumvenire. *Metaphora* à Piscatoribus.
[e] pro: *quaque.*
[f] H.e. è lupanari in noctem unam ad hospitium suum ducit. Vide Elect. Pl. *Campone.*
[g] bellone an furto surrepta.
[h] Callidus versutus.
[i] Alludit ad Ludũ Puerorum, quo Sparteam restem ducebant, & tamdiu trahebant, donec aut rumperet, aut alteruter omissâ funis prehẽsione in nates caderet. Vide Lex. *Tenere.* verbum amatorium. infrà 5.4.ỳ.54. & Elect. Pl. *Ludi.* & Calligr. *Contendendi. Rixarum.*

* Vide infrà Notas Criticas.
[k] Induam personã Comicam, & alius factus, h.e. personatus in prosceniũ prodibo.
[l] Actores. *scil.*
[m] Vide Elect. Pl. *Fabulatum.*
[n] addite operam, adnitimini pariter, atq; in eã curam, cogitationẽque incumbite. Vide Lex. *Adjuvare.*

ACTUS PRIMI
SCENA I.

AGORASTOCLES, Adolescens.
MILPHIO, Servus:

SÆPE ego res multas tibi mandavi, Milphio;
Dubias, egenas, inopiosas consilI,
Quas tu sapienter, doctè, & cordatê, & catê
Mihi reddidisti opiperas operâ tuâ.
Quibus pro benefactis fateor deberi tibi
Et libertatem, multas grates gratias.
MI. *Scitum'st* [a]: (PER TEMPUS SI OBVIAM IS;) *verbum vetus.*
Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet,
Gerræ germanæ, atque *edepol* λῆροι λῆροι.
Nunc mihi blandidicus es; eri in tergo meo
Tris facile [b] *corios contrivisti bubulos.*
AG. *At amans per Amorem, si quid feci, Milphio;*
Ignoscere id mihi æquom'st. MI. [c] *haut vidi magis.*
Et ego nunc Amore pereo: sine te verberem;
Item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam.
Post id locorum tu mihi Amanti ignoscito.
AG. *Si tibi lubido'st, aut voluptati; sine.*
Suspende, vinci, [d] *Berbera, auctor sum; sino.*
MI. *Si auctoritatem posterà* [e] *defugeris,*
Vbi dissolutus tu sies, ego pendeam.
AG. *Egóne istuc ausim facere? præsertim tibi.*
Quin, si feriri video te, extemplò dolet.
MI. *Mihi quidem hercle.* AG. *Immò mihi.* MI. *istuc mavolim.*
Sed quid nunc tibi vis? AG. *cur ego apud te mentiar?*
Amo [f] *inmodestè.* MI. *Mea istuc scapulæ* [g] *sentiunt.*
AG. *At ego hanc Vicinam dico Adelphasium meam;*
Lenonis hujus Meretricem majusculam.
MI. *Iampridem equidem istuc ex te audivi.* AG. *differor*
Cupidine ejus. sed Lenone istuc Lyco,
[illegible] ius Domino, non lutum'st lutulentius.
MI. *Vin' tu illi nequam dare nunc?* AG. *cupio.* MI. *hem! me* [h] *dato.*
AG. *Abi* [i] *directus!* MI. *dic mihi verò seriò,*
Vin' dare malum illi? AG. *cupio.* MI. *hem! eumdem me dato;*

a H. e. vetus est, quod Herus blandiatur Servo suo, per tempus videlicet, & occasione, ac re sic poscente. *Proverb.* PER TEMPUS SI OBVIAM IS. Vide Lex. *Gerræ.* Λῆροι.
b *i. corios.*
c *Q. d.* Nihil vidi umquam æquius: immò contrarium volo. Iniquissimum enim.
d antique: pro, *verbera*, V. pro B.
e Recusabis, negabis te mihi auctorem fuisse! Et Vide Terent. Eun. 2. 2. ℣. 97. Cicero pro Sullâ. cap. 11. sed & absolutè sic usurpatur verbum *defugere*: vel, ut vetus scriptura habet *aufugere*, apud Iul. in leg. 10. ff. de evict. *posterà* pro, *postea*. antiquè.
f Suprà modum.
g Meum tergum sentit tuam immodestiam.
h Qui s. nequam sum, & malus.
i in Crucem illic ad corvos.

Digitized by Google

Vtrumque faxo habebit, & nequam, & malum.
Ac. *Iocare.* Mi. *vin' tu illam hodiè sine* [a] *damno tuo*
Tuam libertam facere? Ag. *cupio; Milphio.*
Mi. *Ego faciam, ut facias. sunt tibi intus aurei*
Trecenti Nummi Philippij. Ag. *sescenti quoque.*
Mi. *Satis sunt trecenti.* Ag. *quid iis facturu's?* Mi. *tace.*
Totum Lenonem tibi cum totâ familiâ
Dabo hodiè dono. Ag. *quid facturu's?* Mi. *jam scies.*
Tuus Collybiscus nunc in Vrbe 'st Villicus:
Eum hic non novit Leno. satin' intellegis?
Ag. *Intellego hercle; sed* [b] *quò evadas, nescio.*
Mi. *Non scis?* Ag. *non hercle.* Mi. *at ego jam faxo scies.*
Ei dabitur Aurum, ut ad Lenonem deferat;
Dicatque, se peregrinum esse ex alio Oppido:
Se amare velle, atque obsequi animo suo:
Locum [c] *sibi velle liberum praberier,*
Vbi [d] *nequam faciat clam; ne quis sit arbiter.*
Leno ad se accipiet, Auri cupidus, ilicò
Celabit Hominem, & Aurum. Ag. *Consilium placet.*
Mi. *Rogato; Servos venerítne ad eum tuus?*
Ille me censebit quæri; continuò tibi
Negabit. quid tu [e] *dubitas? quin extempulò*
Dupli tibi Auri, & Hominis fur Leno fiet.
Neq; id [f] *undè efficiat, habet.* *ubi in jus venerit,*
Addicet [g] *Prætor familiam totum tibi.*
Ita decipiemus foveâ Lenonem Lycum.
Ag. *Placet consilium.* Mi. *immò etiam ubi expolivero,*
Magis [h] *hoc tum demùm dices; nunc etiam rude 'st.*
Ag. *Ego in Ædem Veneris eo: nisi quidvis, Milphio.*
Aphrodisia [i] *hodiè sunt.* Mi. *scio* hoc. Ag. *oculos volo*
Meos [k] *delectare munditiis meretriciis.*
Mi. *Hoc primùm agamus, quod consilium cepimus.*
Abeamus intrò, ut Collybiscum Villicum
Hanc perdoceamus, ut ferat fallaciam.
Ag. *Quamquam Cupido in corde vorsatur, tamen*
Tibi auscultabo. Mi. *faciam, ut facto gaudeas.*
Inest Amoris macula huic Homini in pectore,
Sine dampno quæ elui neútiquam potest.
Itaque hic scelestus est Homo Leno Lycus,
Quoi jam infortunI intenta [l] *Balista 'st probè;*

a *h.e.* Sine dispendio tuo. Quæ glossa irrepsit in utrûque Mss. Pall.
b Ad quem finem tua referatur oratio, nescio.
c Vbi remotis interpellatoribus, & arbitris voluptati operam dare potest.
d Vbi nequiter vivat. Vide Lex. *Malum*.
e Quid est, quod dubites? quin extemplo Leno tibi damnetur furti, pœnaque in eum constituatur dupli, Auri, & Servi. *Fur Hominis*: est, *Plagiarius*.
f Leno non habet, unde tantam pecuniam conficiat. Vide Elect. Tit. *Servorum*. & *Pœnarum*.
g Vide Elect. Pl. *Magistratuum*. *Prætoris*.
h Nota formulã: *Immò tum magis dices*. Sic Terent. Eun. 1.3.ꝟ.63.
i Dies festi Veneris. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum*. *Veneris*.
k Sic infrà 5.4.ꝟ.2. *Oculis epulas dare*.
l Vide Lex. *Balista*.

Quam

Quam ego haut multò post mittam è Balistario.
Sed Adelphasium eCam exit! atque Anterastylis.
Hæc [a] *est prior, quæ meum Erum dementem facit.*
Sed evocabo. heus! i foràs, Agorastocles,
Si vis videre Ludos jucundissumos.
AG. *Quid istuc tumulti 'st? Milphio.* MI. *hem! Amores tuos*
Si vis spectare. AG. *ô multa tibi DI dent bona!*
[b] *Quòm mihi hoc obtulisti tam lepidum Spectaculum.*

[a] Adelphasium primùm amat Agorastocles.

[b] *Cùm*: pro, *quia*. Vide Lex.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

ADELPHASIUM. ANTERASTYLIS: Meretrices duæ.
MILPHIO, Servus.
AGORASTOCLES, Adolescens.

NEGOTII *sibi qui volet* [c] *vim parare:*
NAVEM, & MULIEREM; *hæc duo comparato.*
Nam nulla magis res duæ plus negotij
Habent. eas fortè si occeperis exornare;
Neque umquam satis hæ duæ res ornantur,
Neque eis ulla ornandi satis satietas est.
Atque hæc, ut loquor, nunc modò docta dico.
Nam nos usque ab Aurorâ, ad hoc, quod diei 'st,
Ex industriâ ambæ numquam concessamus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi: & unà
Binæ singulis quæ datæ nobis Ancillæ,
Eæ nos lavando, eluendo operam dederunt;
Ab [d] *gerundâq; aquâ sunt viri defessi duo.*
Apagesis negotij quantum in Muliere unâ est.
Sed [e] *verò duæ, sat scio, maxumo uni*
Populo, quoi lubet, plus satis dare potissunt.
Quæ noctis diesque omni in ætate semper
Ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur,
Postremò modus muliebris nullus est,
Neque umquam lavando; & fricando scimus

[c] Qui volet sibi multa negotia facessere. Nota: *vis negotij.* ut Pseud. 1. 2. ✝. 77. *Aliquapoes olivi.* Sic Livius lib. 49. *magna vis in utrâque causâ virorum mulierumque fuit.*

[d] Vide Elect. Pl. *Aquariorum.* Et Lex. *Ab.*

[e] Vide Lex. *Sed:* pro; *verùm etiam.*

Digitized by Google

Facere. En [a] *jam!* * * *Nam quæ lavata 'st, nisi*
Perculta 'st; meo quidem animo, quasi inluta 'st.
AN. *Miror equidem, Soror, te istac sic fabulari,*
Quæ tam callida, & docta sis, & faceta.
Nam quòm sedulò munditer nos habemus;
Vix, ægrèque Amatorculos invenimus.
AD. *Ita 'st. verùm hoc unum tamen cogitato,*
MODUS *omnibus* in *rebus Soror, optumum 'st* [b] *habitu.*
NIMIA *omnia nimiùm exhibent negotium hominibus ex se.*
AN. *Soror; cogita, amabo; item nos perhiberi,*
Quasi salsa [c] *muriatica esse autumantur;*
Sine omni lepóre, & sine suavitate.
Nisi multâ aquâ usq; & diu macerantur;
Olent, salsa sunt, tangere ut non velis: item nos sumus
Ejus seminis. Mulieres sunt insulsæ
Admodùm, atque invenustatæ; sine munditiâ, & sumptu.
MI. *Coqua 'st hæc quidem, Agorastocles; ut ego opinor:*
Scit, muriatica ut [d] *maceret.* AG. *quid molestu's?*
AD. *Soror; parce, amabo: sat est, istuc alios dicere nobis;*
Ne nosmet nostra etiam vitia loquamur.
AN. *Quiesco ergò.* AD. *Amo* [e] *te. sed hoc nunc responde mihi:*
Sunt hic omnia, quæ ad Deûm pacem oportet adesse?
AN. *Omnia adcuravi.* AG. *diem pulcrum, & celebrem, & venustatis plenum!*
Dignum Veneri pol, quoi sunt Aphrodisia hodiè.
MI. *Ecquid gratiæ? quòm huc foràs te evocavi; jam nunc*
Me decet donari [f] *cado Vini veteris. dic dari.*
Nihil respondes? lingua huic éxcidit, ut ego opinor. quid; malum!
Adstans obstipuisti? AG. *sine amem: ne me obturba; ac tace.*
MI. *Taceo.* AG. *si tacuisses; jam istuc* TACEO *non gnatum foret.*
AN. *Eamus, mea Soror.* AD. *Ebo! amabo; quid illò nunc properas?* AN. *rogas?*
Quia Erus nos apud Ædem Veneris mantat. AG. *maneat pol. mane!*
Turba [g] *est nunc apud Aram. an ibi vis inter istas vorsarier*
[h] *Prosedas? Pistorum Amicas, reliquias* [i] *alicarias*
Miseras, cœno delibutas, servilicolas sordidas:
Quæ tibi [k] *olant stabulum,* [l] *statumque, & sellam, & sessibulum merum.*
Quas adeò haut quisquam umquam Liber tetigit, neque duxit domum.
Servolorum sordidulorum Scorta [m] *duobolaria.*
MI. *I; in malam Crucem! tún' audes etiam Servos spernere?*
Propudium; quasi bella sit, quasi eampse Reges ductitent.
En monstrum mulieris! tantilla tanta verba [n] *funditat.*

Quojus

a Elliptica oratio. s. modum. Cùm vero belle omnia curata: *En jam!* quid factum? bene lavata. inluta est. Nam ea mulier, cujus sordes & maculæ omnes elutæ sunt, nisi jã perfecte & satis culta est, meo judicio, est illauta, h. e. nullis aquis umquam elui potest.
b Sic Mil. 1.1 ℣. 13. *Cultu optumus.* Stich. 1.2. ℣. . *Habitu probus.* Et Pœn. 1.2 ℣. 7. . *Habitu satius.*
c Salsamenta. Vide Lex. *Muria.* & Elect. Pl. *Amatorum* & *Visum.*
d Quomodo macerare debeat.
e Vide Calligr. *Approbandi.* Est enim formula venusta respondendi: *Amo te:* cùm grata & accepta nobis aut facta aut verba aliorum significamus.
f Vide Elect. Pl. Tit. *Nuncij.* Den Wein schencken.
g Meretricum cõtemptarum.
h Prostitutas. Vide Lex. *Proseda.* & Elect. Pl. *Meretricũ.*
i Emultas reliquas: vertoff ne Huren. Vide Lex. *Alicaria.* Trucul. 4.4. ℣. 1. & infrà Pœn. 4. 2. ℣. 4.
k oleant. antiquè.
l H. e. Satis declarant odore, se totos dies prostare, & sedere: dum exspectant sui similes Amatores.
m Quæ merebant binos obolos. Vide Elect. Pl. *Meretricum.*
n Iactat velut fundâ.

Quojus ego vel [a] *nebulæ Cyatho septem noctis non emam.*
AG. *DI immortales omnipotentes! quid est apud vos pulcrius?*
Quid habetis? quî mage immortalis vos credam esse, quàm ego siem.
Qui hæc tanta oculis bona concipio. nam Venus non est Venus.
Hanc equidem Venerem venerabor; me ut amet posthàc propitia.
Milphio; heus! Milphio; ubi es? MI. *Assum* [b] *apud te. eccom!* AG. *At ego elixus sis volo.*
MI. *Enimverò, Ere, facis* [c] *delicias.* AG. *De te quidem hæc didici omnia.*
MI. *Etiámne? ut ames eam! quam numquam tetigeris. nihil illic* [d] *quidem'st.*
AG. *DEOS quoq; edepol, ut* [e] *amo, & metuo! quibus ego tamen abstineo manus.*
AN. *Heu! ecastor, quòm ornatum adspicio nostrûm ambarum, pœnitet;*
Exornatæ ut simus. AD. *Immò verò sanè commodè.*
Nam pro [f] *Erili, & nostro quæstu satis benè exornatæ sumus.*
NON enim potest QUÆSTUS consistere, si eum sumptus superat; Soror.
Eò illud [g] *satiu'st, satis quod satis est, habitu, quàm quod plus sat est.*
AG. *Ita me DI ament! ut illa me amet malim, quàm DI; Milphio.*
Nam illa Mulier lapidem silicem [h] *subigere, ut se amet, potest.*
MI. *Pol id quidem haut mentíre. nam tu es lapide silice stultior,*
Qui hanc ames. AG. *At vide sis! quom illàc numquam* [i] *limavi caput.*
MI. *Curram igitur aliquò ad Piscinam, aut ad lacum limum petam.*
AG. *Quid eo opu'st?* MI. *Ego dicam, ut illi, & tibi,* [k] *limem caput.*
AG. *I in malam rem!* MI. *Ibi sum* [l] *equidem.* AG. *Pergis?* MI. *Taceo.* AG. *At perpetuò* [m] *volo.*
MI. *Enimverò, Ere, meo me lacessis* [n] *ludo, & delicias facis.*
AN. *Satis nunc lepidè ornatam credo, Soror, te tibi viderier.*
Sed ubi exempla conferuntur Meretricium aliarum; ibi tibi
Erit [o] *cor-dolium; si quam ornatam melius fortè adspexeris.*
AD. *Invidia in me numquam innata'st, neq; malitia; mea Soror.*
BONO ME INGENIO esse ornatam, quàm Auro multò mavolo.
AURUM in Fortunâ invenitur, naturâ INGENIUM BONUM.
Bonam ego, quàm [p] *beatam, me esse nimiò dici mavolo.*
MERETRICEM Pudorem gerere magis decet, quàm Purpuram;
Magisq; Meretricem Pudorem, quàm Aurum gerere cóndecet.
* *Pulcrum ornatum TURPES MORES pejus cœno cónlinunt;*
LEPIDI MORES turpem ornatum facilè factis cónprobant.
AG. *Ehò tu! vin' tu facinus facere lepidum, & festivom?* MI. *Volo.*
AG. *Potésne mihi auscultare?* MI. *Possum.* AG. *Abi domum; suspende te.*
MI. *Quamobrem?* AG. *Quia jam numquam audibis verba tot tam suavia.*
Quid tibi opu'st vixisse? ausculta mihi modò, ac suspende te.
MI. *Siquidem tu es mecum futurus pro* [q] *uvâ passâ pensilis.*

[a] Vel minimâ, & nihili re non emam.
[b] Adsum. *Iocus* in seqq.
[c] Tu rebus secundis elatus jocaris?
[d] Nihili & amore perditus est Agorastocles.
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Religione.*
[f] Pro quæstu, quẽ ex nobis Herus facit.
[g] Eò illud satius quod satis est, satius est habitu (*i.e.* melius est, ut habeatur) quàm illud, quod plus est, quàm sat sit. *Vel*: Iiam ob eausam habitu satius est, sive melius habetur, haberive potest, illud satis, quod satis est: quàm illud, quod plus sat est.
[h] Cogere, adducere.
[i] Conjunxi. Vide Calligr. *Amoris.*
[k] Iocus ambig. in *Limere.* ut limo inquinem, & conspurcem. *Limare caput,* est, συνκυσιάζειν.
[l] In malâ re:
[m] h. … te volo
[n] Pseud. 1. 4. ỳ. 51. *Meo me ludo lamberas.*
[o] Cordolium adjectivè. Vide Lex. *Cor.* Vel substantivè quoque accipi potest. καρδιωγμός, καρδιαλγία.
[p] Divitem. Vide Vide Lex. *Beatus.*
* Hic versus occurrit suprà Mostell. 1. 4. ỳ. 133.
[q] Vvæ enim suspẽdebantur, ut passæ fierent. Vide Elect. Pl. Tit. *Vvarum.*

100 AG.

Digitized by Google

AG. *At ego amo hanc.* MI. *At ego* [a] *esse, & bibere.* AD. Ehò tu! *quid ais?* AN. *Quid rogas?*

AD. *Viden' tu? pleni oculi sordium qui erant, jam splendent mihi?*

AN. *Immò etiam in medio oculo paulum* [b] *sordi'st.* AD. Cedò *sis* [c] *dexteram.*

AG. *Vt tu quidem hujus oculos inlutis manibus tractes, ac teras?*

AN. *Nimia nos socordia hodiè tenuit.* AD. *Quâ de re? obsecro!*

AN. *Quia jam non dudùm ante lucem* [d] *ad Ædem Veneris venimus;*

[e] *Primâ cum ut inferremus ignem in Aram.* AD. *Ah! non facto'st opus.*

Quæ habent nocturna [f] *ora noctu sacruficatum ire* [g] *óccupant,*

Priusquàm Venus expergiscatur, priùs deproperant sedulò

Sacruficare. nam vigilante Venere, si veniant eæ;

Ita sunt turpes. credo, ecastor; Venerem ipsam è fano fugent.

AG. *Milphio!* MI. Edepol *Milphionem miserum! quid nunc vis tibi?*

AG. Obsecro *hercle; ut* [h] *mulsa loquitur!* MI. Nihil *nisi* [i] *laterculos.*

Sesamum [k], *papaveremq; triticum, & frictas* [l] *nuces.*

AG. Ecquid *amare videor?* MI. Dampnum; *quod* [m] *Mercurius minumè amat.*

AG. Namq; *edepol* LUCRUM *amare nullum* [n] AMATOREM *áddecet.*

AN. Eamus; *mea Germana.* AD. *Age sis, ut lubet. sequere hàc.* AN. *Sequor.*

AG. *Eunt hæ. quid si adeamus ad eas? primùm, prima salva sis.*

Et secunda tu; in secundo [o] *salve in pretio:* [p] *tertia;*

Salve extra pretium. PED. Tum *pol ego, & oleum, & operam* [q] *perdidi.*

AG. *Quò te agis?* AD. *Egóne? in Ædem Veneris.* AG. *Quid eò* tu? AD. *Vt Venerem propitiem.*

AG. Ehò! *an irata'st? propitia hercle est. Vel ego pro illâ spondeo.*

AD. *Quid tu ais? quid mihi molestu's? obsecro!* AG. *Ah! tam sæviter!*

AD. *Mitte; amabo.* AG. *Quid festinas? turba nunc illic est.* AD. *Scio.*

Sunt illi aliæ, quas spectare ego, & me spectari volo.

AG. *Qui lubet spectare turpis? pulcram spectandam dare?*

AD. *Quia apud Ædem Veneris, hodiè est mercatus* [r] *meretricius.*

Eò conveniunt Mercatores: ibi ego me ostendi volo.

AG. INVENDIBILI [s] MERCE *oportet ultrò emptorem adducere.*

PROBA *merces facilè emptorem reperit, tametsi in abstruso sita'st.*

Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput, & corpus copulas?

AD. *Quo die* [t] *Orcus ab Acherunte* [u] *mortuos amiserit.*

AG. *Sunt mihi intus nescio-quot* Nummi aurei [x] *Lymphatici.*

AD. *Deserto ad me; faxo, actutùm constiterit* [y] *Lymphaticum.*

MI. *Bellula*

a Edere.

b τὸ *sordis* singulari numero positum, ut apud Cic. lib. 1. ad Att. Epist. 16. & Orat. pro Flacco. cap. 3.

c Vt sordem oculo eximas.

d Vide Elect. Pl. Tit. *Religionis. Sacrorum.*

e Cum primâ *sc.* luce; κατ᾽ ἔλλειψιν.

f Deformes, velut mali ominis, similesq; nocturnis avibus, quæ & ipsæ tantum noctu visuntur.

g Prævertunt, anticipant.

h Suavia & dulcia.

i Genus pistorij operis, à formâ.

k Sesamum inter bellaria. Vide Lex.

l Coctas, tostas. Vide Elect. Pl. Tit. *Ciborum.*

m Qui nimirum lucris præest, & Mercatorum est Deus. Vide Elect. Pl. Tit. *Deorum. Mercurij.*

n Amantem enim oportet esse munificum, atq; adeò profusum.

o Salve secundo loco, gradu, & honore.

p Quæ erat pedisequa amis meretriculis & contemtim ita salutatur.

q Illam *sc.* operam, quam Agorastocli sæpe dedi, dum ad amores cum suos clanculùm & furtim admitto. Igitur frustrà sic benigna & prompta fui. *Tr... bium.* Vide Calligr. Tit. *Laboris. Opera.*

r Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum.*

s Malæ & improbæ.

t Pluto. *H.e.* numquam. Lucret. lib. 3. ℣. 954. *neque quisquam exper-gitus exstat, Frigida quem semel est vitai pausa secuta.* Catull. *nobis cùm semel occidit brevis lux, nox est perpetuo una dormienda.* Eurip. Herc. fur. ... ἐλθεῖν ἐξ ᾅδου ...

u Ex communi mortuorum receptaculo. Ἀδιαπτῶν.

x Qui sunt quasi furiosi, & extra gestiunt. Die incken mich toll wil ... bleiben.

y Faxo ego, consistant, & quieti reddantur, sanato furore, & lymphatico morbo, So soll ihnen vergehen.

Mi. *Bellula* [a] *hercle'st.* Ag. *I directè in maxumam malam Crucem!*
Mi. *Quàm magis adspecto, tam magis est* [b] *nimbata: & nugæ mera.*
Ad. *Segrega sermonem. tædet* [c]. Ag. *Age, sustolle hoc* [d] *amiculum.*
Ag. *Pura* [e] *sum. comperce, amabo, me attrectare; Agorastocles.*
Ag. *Quid agam nunc?* Mi. *Si sapias. curam hanc facere* [f] *compendI potes.*
Ag. *Quid ego nunc te curem? quid agis? Milphio!* Mi. *Ecce odium* [g] *meum:*
Quid me vis? Ag. *Qur mihi hæc irata'st?* Mi. *Qur hæc irata'st tibi?*
Qur ego id curem? namque istac magis tua'st curatio.
Ag. *Jam hercle tu perIsti, nisi illam mihi tam* [h] *tranquillam facis,*
Quàm Mare olim'st, quòm ibi [i] *Alcedo pullos educit suos.*
Mi. *Quid faciam?* Ag. *Exora, blandire, expalpa.* Mi. *Faciam sedulò.*
Sed videsis, ne tu Oratorem hanc pugnis [k] *pectas posteà.*
Ag. *Non faciam.* Ad. *Nos eamus nunc! etiam morare? malefacis.*
Benè promittis multa ex multis. omnia incassum cadunt.
N*am liberare juravisti me haut semel, sed deciens.*
Dum te exspecto usquè, neque usquam aliam mihi paravi copiam;
Neque istuc usquam apparet. ita nunc servio nihilo minus.
I Soror; abscede tu à me. Ag. *Perij! ehò! quid agis? Milphio.*
Mi. *Mea Voluptas! mea Deliciæ! mea Vita! mea Amœnitas!*
Meus Ocellus! meum Labellum! mea Salus! meum Savium!
Meum Mel! meum Cor! mea [l] *Collostra! meus Molliculus Caseus!*
Ag. *Méne ego illæc patiar præsente dici? discrucior miser.*
Nisi ego illum jubeo quadrigis [m] *cursim ad Carnuficem rapi.*
Mi. *Noli, amabo! suscensere Ero meo, causâ meâ.*
Ad. *Ego* [n] *faxo sine!* Mi. *Irata's nimium.* Argentum *pro te dabit.*
Atque te faciet, ut sis civis Attica, atque libera.
Ad. *Quin abire sinis! quid vis tibi?* Qui *benè* [o] *volunt; benè vis item.*
Mi. *Si antè quidem mentitus sit, nunc jam dehinc erit verax tibi.*
Ad. *Abscede hinc sis; Sycophanta.* Mi. Pareo [p]. *at scin'? quomodo.*
Sine te exorem; sine prehendam [q] *auriculis; sine dem savium.*
Jam hercule ego faciam plorantem illum, nisi te propitiam facio.
Atque hic me ne verberet, illum faciat; nisi te [r] *propitio,*
Male formido. novi ego hujus mores [s] *moros, & malos.*
Quamobrem, amabo te, mea Voluptas; sine te exorarier.
Ag. *Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi Mastigia*
Exturbo oculos, atque dentis! hem Voluptatem tibi!
Hem Mel! hem Cor! hem labellum! hem Salutem! hem Savium!

Mi. [a] *In-*

a Bellũ verò prostibulum populi, in quam numi isti aurei profundantur.
b Fasciâ sc. frontali tecta, ne frons cõspiceretur. Vide Lex. *Nimbus*, & Elect. Pl. Tit. *Meretricum*.
c Me tui.
d Quod verrebat humum.
e H.e. Lota præparataq; rei divinæ: qualem Virginem petulco digito tãgere nefas. Vide Elect. Pl. Tit. *Religionis. Sacrorum*, & *Res Venerea*.
f Minuere tibi potes, si amare Adelphasium desinas. Vide Lex. *Compendi*.
g Qui me odit, tametsi illud blandum MI suggerat mihi.
h Vide Mil. 1. ... & Lex.
i Nomen avis. Vide Lex. & Calligr. Tit. *Tranquillitatis*.
k Sic loquitur Men. 5. 7. ℣. 28. Et ludit prætereà in verbo *Orare*.
l Colustrum, lac novum in mammis. Vide Lex. & Calligr. Tit. *Nominum*.
m Quàm citissimè. ἀπονοίας; sc. mori non recuso: ne vivam.
n Ego faxo, ut eũ pœniteat, quod mihi verba tã diu dederit, sine modo.
o *H.e.* quibus tu benè vis: iis item & tu benè vis: ut sit elliptica oratio pronominis. p Q.d. Ego verò tibi parebo. at scin' quomodo? nempe ut te exorem, te osculer. q Vide Elect. Pl. Tit. *Osculorum. Blanditiarum*. r Atq; ego male formido, nisi te propitiam reddo, ne hic me verberet, & *illum faciat*: h.e. referat illum herum sævum, & plagas mihi inferentem. Δεικτικῶς innuit Herum plagas intentantem. s Stultos.

MI. [a] *Inpias, Ere, te: Oratorem verberas.* AG. *Jam istoc magis.*
Et jam Ocellum addam, & Labellum. & Linguam. MI. *Ecquid facies* [b] *modi?*
AG. *Su ine ego te orare jussi?* MI. *Quomodo ergò orem?* AG. *Rogas?*
Sic enim diceres, Sceleste: [c] *hujus Voluptas; te obsecro!*
Hujus Mel! hujus Cor! hujus Labellum! hujus Lingua! Savium!
Hujus Salus! hujus Amœnitas! hujus Festivitas!
Hujus Collustra! hujus dulciculus Caseus! Mastigia.
Hujus [d] *Jecur! hujus Studium! hujus* [e] *Flagrum! Mastigia.*
Omnia illa, quæ dicebas tua esse, ea memorares mea.
MI. *Obsecro hercle te; Voluptas hujus, atq; Odium meum!*
Hujus Amica [f] *mammeata, mea Inimica, & malevola,*
Oculus hujus! Lippitudo mea! Mel hujus! Fel meum!
Vt tu huic irata ne sis: aut si id fieri non potest.
AD. [g] *Capias restim, ac suspendas cum Ero, & vostrâ familiâ!*
MI. *Nam mihi jam video* [h] *propter te te victitandum sorbilo.*
Itaq; jam quasi [i] *ostreatum tergum ulceribus gestito,*
Propter Amorem vostrum. AD. [k] *amâbo! méň prohibere postulas?*
Ne te verberet, [l] *magis quàm ne mendax me advorsùm siet.*
AN. *Aliquid* [m] *huic responde, amâbo, commodè; ne incommodus*
Nobis sit. nam detinet nos de nostro negotio.
AD. *Verùm* [n] *etiam tibi hanc* [o] *amittam noxiam unam; Agorastocles.*
Non sum irata. AG. *Non es?* AD. *Non sum.* AG. *Da ergò, ut credam, savium.*
AD. *Mox dabo, quòm ab re divinâ rediero.* AG. *I ergò strenuè!*
AD. *Sequere me; Soror.* AG. *Atq; audin' etiam? Veneri dicito*
Multam meis verbis salutem. AD. *Dicam.* AG. *Atq; hoc etiam audi.* AD. *Quid est?*
AG. *Paucis verbis rem divinam facito. atq; audin'? respice.*
[p] *Respexit. idempol Venerem credo facturam tibi.*

a Impiè facis, & scelere te contaminas, qui contra jus gẽtium Legatum verberas.
b Annon facies verberandi modum?
c Agorastoclis *st.*
τὸ Hem! verberãtis est. Vide Lex.
d Omnis concupiscentiæ sedes.
e Pro, flagrantiâ, seu amore.
f Mammosa, *μασ-θώδης-Nonius.*
g Adelphasium irata Servum interpellat: ne sermonem absolvat suum.
h Video mihi propter te vapulandũ, & gemendum. Suspiria enim, & gemitus vapulantium, imitantur spiritum sorbentium.
i *H. e.* puncturis asperum, scruposum, rimosum, cavernosum: quo modo ostrearum testæ.
k Vide Lex. *Amabo.*
l Vtrum est æquius? me prohibere, ne tuus te Herus verberet; an potius, ne sit adversus me mendax?
m Agorastocli.
n Particula assentientis. Vide Lex.
o Remittam, condonabo.
p Ita sibi respõdet Adolescens ex eventu. Atq; ita facile potuit.
q Quod *h.* soles, cum tibi quid minus ex animi sententiâ succedit: me verberes, &c.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

AGORASTOCLES, Adolescens.
MILPHIO, Servus.

QVID *nunc mihi es auctor? Milphio.* MI. *Vt me* [q] *verberes;*
Atq; auctionem [r] *facias. nam inpunissumè*

Tibi

r Vide Elect. Plaut. Tit. *Emtionum. Venditionum.*

Digitized by Google

Tibi quidem hercle vendere [a] *hasce Ædis licet.*
AG. *Quid jam?* MI. *Majorem partem in ore* [b] *habitas meo.*
AG. *Supersede istis verbis.* MI. *Quid nunc vis tibi?*
AG. *Trecentos Philippos Collybisco Villico*
Dedi dudùm, priusquàm me evocasti foràs.
Nunc obsecro te! Milphio; hanc per Dexteram!
Perq; hanc [c] *Sororem lavam! perq; Oculos tuos!*
Perq; meos Amores! perq; Adelphasium meam!
Perq; tuam Libertatem! MI. *Hem! nunc* [d] *nihil obsecras.*
AG. *Mi* [e] *Milphidisce; mea Commoditas! mea Salus!*
Fac; quod facturum te esse [f] *promisisti mihi:*
Vt ego hunc Lenonem perdam. MI. *Perfacilè id quidem 'st.*
I; adduce Testis [g] *tecum; ego intus interim*
Jam & ornamentis meis, & sycophantiis
Tuum exornabo Villicum. propera; atq; abi.
AG. *Fugio.* MI. *Meum 'st istuc magis* [h] *officium, quàm tuum.*
AG. *Egóne?* [i] *Egóne! si istuc lepidè faxis?* MI. *I modò.*
AG. *Vt non ego te hodiè!* MI. *Abi modò.* AG. *Emittam manu.*
MI. *I modò: non hercle* [k] *meream.* AG. *Oh! oh!* MI. *Vah! abi modò.*
AG. *Quantum* [l] *Acherunt' est mortuorum.* MI. *Etiámne abis?*
AG. *Neq; quantum Aqua 'st in Mari.* MI. *Abiturúsne es?*
AG. *Neq; Nubes omnes quantum 'st.* MI. *Pergín' verò* [m] *pergere?*
AG. *Neq; Stella in cælo.* MI. *Pergín' auris tundere?*
AG. *Neq; hoc, neq; illuc,* [n] *neq; : enimverò seriò*
Neq; hercle verò. MI. *Quid opu' st verbis? quippini!*
Quod uno verbo dicere hîc quidvis licet.
AG. *Neq; hercle verò seriò. scin'? quomodo.*
Ita me DI amabunt! vín' bonâ dicam fide?
Quod hic inter nos liceat. ita me Juppiter!
Scin' quàm? vide tu. Credín', quod ego fabuler?
MI. *Si nequeo facere, ut abeas; egomet abiero.*
Nam isti quidem hercle orationi Oedipo
Opu' st conjectore, [o] *qui Sphyngi Interpres fuit.*
AG. *Illic hinc iratus abiit. nunc mihi cautio 'st,*
Ne meámet culpâ meo Amori objexim [p] *moram.*
Ibo; atq; arcersam Testis: quando Amor jubet,
Meo me obedientem esse Servo liberum.

a In quibus *sc.* Adolescens habitabat. δεικτικῶς.
b *H. e.* Licet Amatori Agorastocli nunc Ædes tuas vēdere: quoniam in ore meo verberalissimo maximā jam partem habitas. *Nota:* digressis Meretriculis unà Servum & Herum domum tendere: atq; in viâ vel ante jam Ædes ipsas hæc inter eos agitari. Ergò demonstratâ domo, Servus inquit: Non est tibi opus hâc domo, quando os meum tibi pro Ædibus est, in quo pugnis ferè totus habitas.
c Per alteram manum, quæ quasi soror est dextræ. omnia a. Paria *Fratres* aut *Sorores* appellabant. Vide Calligr. Tit. *Paritatis*, & Lex. *Soror. Frater.* & Elect. Pl. Tit. *Obtestationum.*
d Frustrà per libertatem obsecras: cùm liber numquam sis futurus.
e Sic vocat καθ' ὑποκορισμὸν, blandiendi causâ.
f Suprà 1.1.✝.37.
g Qui testificentur Aurum & Servum esse tuum.
h Qui servus sum.
i Q. d. ego profectò te manumittam si istuc feceris.
k Non hercle velim pro mercede mortuos omnes consequi: neque aquam, *&c.* ut nō te mittam manu istud promissum tuum effeceris.
l Acheronti: Adverbi aliter. apud inferos.
m Sic Pseud. 5.1.✝.3.
n Ita perplexè loquitur Adolescens.
o Vide Pseud. 1.1.✝.23. Vide Calligr. Tit. *Obscuritatis.*
p Objecerim; objiciam.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

LYCUS, Leno.
ANTHÆMONIDES, Miles.

DI illum [a] infelicent omnes! qui post hunc diem
Leno ullam Veneri umquam inmolarit Hostiam,
Quive ullum thuris granum sacruficaverit.
Nam ego hodie infelix DIs meis iratissumis,
Sex inmolavi agnas. nec [b] potui tamen
Propitiam Venerem facere, uti esset mihi.
Quoniam litare [c] nequeo; abij illinc ilicò
Iratus; votui Exta [d] prosicarier,
Neq; ea adspicere volui. quoniam illa non [e] bona
Haruspex dixit, DEAM esse indignam credidi.
Eo pacto avara Veneri pulcrè adij [f] manum.
Quando id, quod sat erat, satis habere noluit,
Ego pausam [g] feci. sic ago; sic me decet:
Ego faxo posthac DI DEÆq; ceteri
Contentiores [h] mage erunt, atq; advii minus,
Qùm scibunt, Veneri ut adierit Leno manum.
Condignè [i] Haruspex, non Homo trioboli,
Omnibus in Extis ajebat portendi mihi
Malum, dampnumq;; & DEOS esse iratos mihi.
Quid eis Divini, aut Humani aequom'st credere?
Mina mihi Argenti dono postillà data'st.
Sed quæso; ubinam illic restitit Miles modò?
Qui hanc mihi donavit: quem ego vocavi ad prandium.
Sed eccum incedit! AN. Ita, ut occepi dicere,
LENULLE [k]; de illâ pugnâ pentethronicâ,
Quâ sexaginta milia Hominum uno die,
Volaticorum, manibus occidi meis.
LY. Ehem! Volaticorum Hominum! AN. Ita dico quidem.
LY. An, obsecro! usquam sunt Homines Volatici?
AN. Fuêre. verùm interfeci. LY. Quomodo

Potuisti?

[a] Infelicem faciant. Vide Lex. Cas. 2. 3. ℣. 30. Merc. 2. 3. ℣. 99. Rud. 4. 6. ℣. 21.
[b] Nec potui tamẽ facere, ut Venus mihi esset propitia.
[c] Sacrificando à Diis quod volo, impetrare, & facto sacrificio Numen placare. Vide Lex. *Litare*. καλλιερῆσαι.
[d] Vide Lex. *Prosicias*. & Elect. Pl. tit. *Sacrificiorum*. τὸ *votui*, antiquè, pro; *vetui*. Vide Notas Criticas passim.
[e] Non prosperum eventum significantia.
[f] Venus ut avara est, plures assiduè à me hostias exspectabat: ideòq; *litare* me nolebat: at ego ne *prosecare* quidem Exta volui: eamq; hiantẽ reliqui, & sic ei adij manum. Vide Calligr. Tit. *Adeundi*. & *Contemtûs*. & Lex. Aul. 2. 8. ℣. 8. Cas. 5. 2. ℣. 46. Pers. 5. 2. ℣. 18.
[g] Quievi. Vide Calligr. Tit. *Quiescendi*.
[h] Magis contenti.
[i] Haruspex Venere dignus.
[k] A Leno ὑποκοριστικῶς fit *Lenunculus* & *Lenullus*. & τὸ *pentethronica* ficta vox est de gloriosulo.

Potuisti? AN. *Dicam.* [a] *Viscum Legioni dedi,*
Fundasq; :eò [b] *praesternebam folia Farferi.*
LY. [c] *Quoi rei?* AN. *Ne ad fundas Viscus adhaeresceret.*
LY. *Perge. optumè hercle* [d] *perjuras. quid posteà?*
AN. *In fundas Visci indebant grandiculos gloVos,*
Eò illos volantis jussi [e] *funditarier.*
Quid multa verba? quemquem [f] *Visco offenderant,*
Tam crebri ad terram accidebant quàm Pira.
Vt quisq; acciderat, eum necabam [g] *ilicò*
Per cerebrum pinnâ suâ sibi, quasi Turturem.
LY. *Si hercle istuc umquam factum'st; tum me Juppiter*
Faciat! ut semper sacruficem; nec umquam litem.
AN. *An mihi haec non credis?* LY. *Credo,* [h] *ut mihi'st aequom credier.*
AN. *Age; eamus intrò, dum* [i] *Exta referuntur: volo*
Narrare inibi etiam unam pugnam. LY. *Nihil moror.*
AN. *Ausculta.* LY. *Non hercle.* AN. *Tuum jam elidam caput,*
Nisi auscultas, aut is hinc in malam Crucem.
LY. *Malam Crucem ibo potiùs.* AN. *Certúmne'st tibi?*
LY. *Certum.* AN. *Tum tu igitur die bono* [k] *Aphrodisiis*
Addice tuam mihi Meretricem minusculam.
Ita res divina mihi fuerit. res serias
Omnis [l] *extollo ex hoc die in alium diem:*
Profestos [m] *festos habeam, decretum'st mihi.*
Nunc hinc eamus intrò. LY. *Sequere hàc me.* AN. *Sequor.*
In hunc diem jam tuus sum Mercennarius.

ACTVS TERTII
SCENA I.

AGORASTOCLES, Adolescens. ADVOCATI.

ITA *me* DI *ament!* TARDO AMICO *nihil est quicquam iniquius,*
Praesertim Homini Amanti; qui, quicquid agit, [n] *properat omnia.*
Sicut ego hos duco Advocatos Homines [o] *spissigradissumos;*
Tardiores, quàm Corbitae [p] *sunt in tranquillo Mari.*
Atq; equidem hercle deditâ operâ Amicos fugitavi Senes.
Sciebam, aetate tardiores. metui meo Amori moram.

[a] Gluten, vel rete etiam.
[b] Eo consilio in fundis antè sternebam folia farferi, ne viscus ad fundas adhaeresceret. *Farferum* virgulti genus. Vide Lex.
[c] Sic Cicero illud Cassianum laudat: CVI BONO?
[d] Mentiris. Vide Lex. *Perjuro.* & Calligr. *Mentiendi.*
[e] Peti fundis. supr. 2. 1. ℣. 61.
[f] Quemcumque hominem istorũ volaticorum globis visco illitis cõtigerant legionarij funditores mei.
[g] In loco, è vestigio.
[h] *H. e.* non credo. nam Leonibus credi non oportebat, utpote perjuris & impijs. Vide Elect. Pl. Tit. *Lenonum.* Aul. 2. 4. ℣. 2P.
[i] Vide Elect. Pl. tit. *Sacrificiorum.*
[k] Festo, Vide Calligr. *Ominis.*
[l] Differo. *Nonius.* Vide Calligr. *Differendi. Retrastinãdi.* Proverb. *εἰς αὔριον τὰ σπουδαῖα.*
[m] Sic supr. Aul. 2. 5. ℣. 1. opponit dies festos, & pfestos. *i. e.* Etiã dies pfesti mihi erunt festi.
[n] Properè agit omnia. Active.
[o] Senes tardissimos. Vide Lex. *Spissum.* h. e. tardũ.
[p] Naves onerariae, tardae & grandes. à corbib. in summo fastigio.

Digitized by Google

Nequiquam [a] *hos mihi Procos elegi: loripedes, tardissumos.*
Quin si ituri estis hodie, ite; aut ite hinc in malam Crucem!
Sicine oportet ire Amicos Homini Amanti operam datum?
Nam iste quidem gradus succretu'st Cribro [b] *pollinario.*
Nisi cum pedicis [c] *condidicistis isthoc Crassari gradu.*
AD. *Heus tu! quamquam nos videmur tibi plebei, & pauperes,*
Si [d] *nec-recte dicis nobis, Dives de summo loco;*
Divitem audacter solemus mactare infortunio.
Nec tibi nos obnoxii sumus istuc, quid tu ames, aut oderis.
Quom Argentum pro Capite dedimus, nostrum dedimus; non tuum.
Liberos nos esse oportet: nos te nihili pendimus,
Ne tuo nos Amori Servos tuos esse addictos censeas.
LIBEROS HOMINES *per Urbem modico magis par est gradu*
Ire. SERVILE *esse duco, festinantem currere,*
Praesertim in re Populi placidâ, atq; interfectis Hostibus.
Non decet [e] *tumultuari. sed si properabas magis,*
Pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit.
Ne tu opinere; haut quisquam hodie nostrûm curret per vias,
Neq; nos Populus pro [f] *Cerritis insectabit lapidibus.*
AG. *At si ad prandium me in* [g] *Aedem vos dixissem ducere,*
Vinceretis Cervom cursu, vel [h] *claBatorem gradu.*
Nunc vos, quia mihi advocatos dixi, & Testis ducere;
Podagrosi estis, ac vicistis Cochleam tarditudine.
AD. *At* [i] *verò non justa causa'st, quò curratur celeriter;*
Ubi bibas, edas de alieno, quantum velis, usq; adfatim:
Quòd tu invitus [k] *numquam reddas Domino, de qui ederis.*
Sed tamen quomodocumq;, quamquam sumus pauperculi,
Est domi, quod [l] *edimus; ne nos tam contemptim conteras.*
Quicquid est, pauxillulum illuc, [m] *nostrum id omne intu'st.*
Neq; nos quemquam flagitamus; [n] *neq; nos quisquam flagitat.*
Tuâ caussâ nemo nostrorum'st suos rupturus [o] *ramices.*
AG. *Nimis iracundi estis. equidem haec vobis dixi per jocum.*
AD. *Per jocum itidem dictum habeto, quod nos tibi respondimus.*
AG. *Obsecro hercle! operam* [p] *velocem hanc mihi, ne Cerbitam date;*
Adtrepidate [q] *saltem. nam vos adproperare haut postulo.*
AD. *Si quid tu placide, otioseq; agere vis, operam damus.*
Si properas, cursores meliu'st te advocatos ducere.
AG. *Scitis. rem narravi vobis, quod vostrâ operâ mihi opus siet.*

De

[a] H. e. Proceres. σιγωνικῶς Propriè autem intelligit Adolescentes eâ aetate, ut de uxore ducendâ cogitare possint.
[b] H. e. est rarissim⁹. Per *cribrum pollinarium* intelligitur ipsa farina à furfuribus expurgata, quam Florem h. e. pollinem appellamus.
[c] Incedere impeditissimi. τὸ *Crassari* est *grass.* C. pro G. antique.
[d] Maledicis nobis. *Nec-recte* est, *male*. Vide Lex.
[e] Vide Lex. *Tumultuar.*
[f] Insanis. Vide Lex. *Cerritus.*
[g] Sacram: convivatum. Vide Elect. Pl. Tit. *Relig. sonv. Sacrorum. Convivorum.*
[h] Per *Clavatores* intelligit calones militum, qui ligneas clavas ferebant. Et ii erant laboriosi, veloces, & Cursorum officio fungebantur.
[i] Non est propterea celeriter currendum, quo sit aliquis ad coenam vocatus, ubi edat & bibat, quod reddere nequeat.
[k] Non quòd reddere nolis, sed quia non possis, quantum cupies.
[l] Edamus.
[m] Quicquid nobis, etiam pauxillulum, est, id omne tamen nostrum est, domi nostrae.
[n] Mendicorum ritu, neq; nos ullus Creditor acerbius flagitat.
[o] Inguina. Vide Lex. *Ramex.*
[p] Operam celerem date mihi, & gradum maturate. Alludit autem κατὰ παρήχησιν ad *Celocem* navem: cui opponit *Cerbitam*. Nam haec tarda, altera celeris est.
[q] Senili gradu appropeate. Vide Lex. *Trepidare.*

Digitized by Google

De Lenone hoc, qui me Amantem ludificatur tam diu,
Et paratae ut sint insidiae, de Auro, & de Servo meo.
AD. [a] Omnia 'stac scimus jam nos; si hi Spectatores sciant:
Horunc hinc [b] nunc causâ haec agitur Spectatorum Fabula,
Hos te satiu' st docere; ut quando agas, quid agant, sciant.
Nos tu ne curaßis: scimus rem omnem. quippe omnes simul
Didicimus tecum unà, ut respondere poßimus tibi.
AG. Ita profectò 'st. sed agite igitur; ut sciam, vos scire rem
Expeditè; & mihi, quae vobis dudùm dixi, dicite.
AD. Itáne temptas? an sciamus. non meminisse nos ratu's?
Quomodo trecentos Philippos Collybisco Villico
Dederis, quos deferet huc ad Lenonem inimicum tuum,
Isque se ut adsimularet perégrinum esse aliundè, ex alto Oppido.
Ubi is detulerit, tu eò quaesitum Servom adventes tuum,
Cum pecuniâ. AG. meminiſtis memoriter; servaſtis me.
AD. Ille negabit; Milphionem quaeri censebit tuum:
Id duplicabit omne furtum; Leno addicetur [c] tibi.
Ad eam rem nos esse Testis vu tibi? AG. tenetis rem.
AD. Vix quidem hercle [d]: ita pauxilla 'st; digitulis primoribus.
AG. Hoc citò, & cursim 'st agundum. properate jam [e] quantum potest.
AD. Benè Vale igitur: te Advocatos melius celeris ducere:
Tardi sumus nos. AG. pessumè itis: optumè [f] hercle dicitis.
Quin etiam [g] deciderint vobis femina in talos velim.
AD. At edepol nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in solum.
AG. Eja! haut vostrum 'st, iracundos esse, quod dixi joco.
AD. Nec tuum quidem 'st, Amicis per jocum injustè loqui.
AG. Mittite istaec. quid velim; vos scitis. AD. callemus probè.
Lenonem ut perjurum perdas; id studes. AG. tenetis rem.
Ecce opportunè egrediuntur: Milphio unà:
Et Villicus basilicè exornatus incedit, fabrè ad fallaciam.

a Per apostrophen antiquam. omnia istaec.
b Hic versus suprà erat Pseud. 1. 4. ♈. 10.

c à Praetore. sup. 1. 1. ♈. 58.
d Sc. tenemus rē. seu penem. Das Ding. Iocus.
e quantum fieri potest.
f Linguâ celeres, pedibus inertissimi estis.
g Ita festinate, ut tandem currendo fatigatis vobis femina in talos decidant. Vide Lex. Femina, seu, Flemina. Epid. 5. 2. ♈. 5. Pseud. 4. 7. ♈. 98.

ACTUS TERTII
SCENA II.

MILPHIO, Servus.
COLLYBISCUS, Villicus.
AGORASTOCLES, Adolescens.
ADVOCATI.

IAM tenes præcepta in corde. CO. *pulcrè.* MI. *videsis* [a] *calleas.*
CO. *Quid opu'st verbis? callum* [b] *aprugnum callere æquè non sinam.*
MI. *Fac modò ut* [c] *condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.*
CO. *Quin edepol condoctior sum, quàm Tragœdi, aut* [d] *Comici.*
MI. *Probus homo 's.* AG. *adeam propius; adsunt Testes.* MI. *tot quidem*
Non potuisti adducere Hominis magis ad hanc rem idoneos.
Nam istorum nullus nefastu'st; [e] *Comitiales sunt meri.*
Ibi habitant; ibi eos conspicias, quàm Prætorem sæpiùs.
Hodiè [f] *juris coctiores non sunt, qui lites creant,*
Quàm hi sunt: qui, si nihil est litium, lites emunt.
AD. *DI te perdant!* MI. *vos quidem hercle* [g]; *commendo: quiqui tamen*
Et benè, & benignè facitis, quòm Ero Amanti operam datis.
Sed isti jam sciunt? negotI quid sit. AG. *omnem rem Ordine.*
MI. *Tum vos animum advertite igitur. hunc vos Lenonem Lycum*
Novistis? AD. *facilè.* CO. *at pol ego eum, quâ sit facie, nescio.*
Eum volo mihi demonstretis Hominem. AD. *nos curabimus.*
Satis præceptum. AG. *hic trecentos Nummos numeratos habet.*
AD. *Ergò nos inspicere oportet istuc Aurum; Agorastocles,*
Vt sciamus, quid dicamus mox pro testimonio.
AG. *Agite; inspicite Aurum.* CO. *est profectò, Spectatores,* [h] *Comicum:*
Macerato hoc pingues fiunt Auro in [i] *Barbariâ BoVes.*
Verùm ad hanc rem agundam [k] *Philippum 'st.* AD. *ita nos adsimulabimus.*
CO. *Sed ita adsimulatote; quasi ego sim peregrinus.* AD. *scilicet.*
Et quidem quasi tu [l] *nobiscum adveniens hodiè oraveris,*
Liberum ut commonstraremus tibi locum, & voluptarium;
Vbi ames, potes, pergræcére. MI. *heu! edepol Mortales malos!*
AG. *Ego enim docui.* MI. *quis te* [m] *porrò?* CO. *Agite; intrò, abite; Agorastocles;*
Ne hîc vos mecum conspicetur Leno! neu' fallacia
[n] *Præpedimentum objiciatur.* MI. *hic Homo sapienter sapit.*
AD. *Facite; quod jubet.* AG. *abeamus. sed vos! satis dictum 'st?* CO. *abi.*
AG. *Abeo quæso DI inmortales!* CO. *quin abis?* AG. *abeo.* CO. *sapis.*
St! tace! AD. *quid est?* CO. *fores hæ fecerunt magnum flagitium modò.*
AD. *Quid id est flagitij?* CO. *crepuerunt* [o] *clarè.* AD. *DI te perduint!*
Ponè nos recede. CO. *fiat!* AD. *nos priores ibimus.*
CO. *Faciunt,* [p] *SCURRÆ quod consueverunt; ponè sese Homines locant.*
AD. *Illic Homo 'st, qui egreditur, Leno.* CO. *bonu'st. nam similis malo 'st.*
Iam nunc ego illi egredienti sanguinem exsúgam procul.

ACTVS

a Vide, ut callidus sis. b Locus in verbo *Callere.* Persa. 2. 5. ✠. 4. Capt. 4. 3. ✠. 4. c Græc. διδάσκειν, docere Fabulā. | Et κωμῳδοδιδάσκαλος. Et *Condiscere* apud Petronium. d Qui Fabulam, quam acturi sunt, una fideliter addidicerunt, gestūque agere sciunt. Peri. 4. 2. ✠. 4. e Alluditur ad Dies nefastos, & Comitiales Vide Elect. Pl. *Dierum.* *Sensus est:* His testibus non est nefas testimonium perhibere: & sic nec improbos, nec intestabiles esse: quandoquidem in Comitio sedulam quotidie perhibendis testimoniis dent operam. Vide Elect. Plaut. *Testium* & *Sycophantarum:* qui quotidie in Foro sunt, exponentes venalem operam & fidem: unde cōducebantur. Trin. 3. 1. ✠. 86. f Locus in vocab. *Ius.* Epid. 3. 4. ✠. 86. g Locus in ambiguitate distinctionis. *Sensus est:* Ne vero irascimini. nam in commendationem & laudem vestri hæc locutus sum, non in culpam: at quicūque, qualescumq; estis, benè sanè facitis in eo, quòd hero meo sic operam datis. Talis ambiguitas quoque est Cas. 2. 4. ✠. 1. h h. e. sunt lupini. Vide Elect. Pl. *Fabularum. Theatri.* & *Monetariarii.* i in Italia à lupino macerato saginantur boves. B pro V. k sic habendum, ac si aurum sit Philippéum & optimum. l pro: nos. Vide Lex. *Mecum.* m docuit? Ego *scil.* n impedimentum aliquod; antequam ad exitum perducatur: & Leno insidiis circumveniatur. o h. e. Ibi quis crepitum ventris emisit. Vide Lex. *Flagitium.* p Vide Lex. *Scurra.*

ACTUS TERTII
SCENA III.

LYCUS, Leno. ADVOCATI. COLLYBISCUS, Villicus.

[stamp] ...TTORIO EMANUELE

IAM istuc ego revortar; Miles. convivas volo
Reperire nobis [a] commodos, qui unà sient;
Interibi [b] adtulerint Exta, atq; [c] eâdem Mulieres
Iam ab re divinâ credo adparebunt domi.
Sed quid huc [d] tantum Hominum incedunt? ecquid nam adferunt?
Et ille Chlamydatus quinam'st? qui sequitur procul.
AD. [e] Ætoli Cives te salutamus; Lyce:
Quamquam hanc salutem ferimus inviti tibi;
Et quamquam benè volumus leniter Lenonibus.
LY. Fortunati omnes sitis! quod certò scio,
Nec fore; nec Fortunam id situram fieri.
AD. ISTIC EST THENSAURUS STULTIS [f] IN LINGUÂ SITUS,
UT QUÆSTUI HABEANT, MALÈ LOQUI MELIORIBUS.
LY. Viam qui nescit, quâ deveniat ad Mare,
Eum oportet Amnem quærere Comitem sibi.
Ego malè loquendi vobis nescivi viam:
Nunc vos mihi Amnes estis; vos certum'st sequi.
Si benè dicetis, vostrâ ripâ vos sequar:
Si malè dicetis, vostro gradiar limite.
AD. Malo benè facere, tantumdem'st periculum,
Quantum bono malefacere. LY. qui verò? AD. scies.
MALO SI QUID BENEFACIAS, ID BENEFICIUM INTERIT:
Bono si quid malefacias, ætatèm [g] expetit,
LY. Facetè dictum. sed quid istuc ad me adtinet?
AD. Quia nos honoris tui causâ huc ad te venimus.
Quamquam benè volumus leviter Lenonibus.
LY. Si quid boni adportatis, habeo gratiam.
AD. Boni de nostro tibi nec ferimus, nec damus [h] tibi.
Neque pollicemur, neque adeò volumus datum.
LY. Credo hercle vobis. ita vostra'st [i] benignitas.
Sed quid nunc voltis? AD. hunc Chlamydatum, quem vides.
Ei Mars [k] iratus'st. CO. Capiti vostro istuc [l] quidem!

a Facetos, Vrbanos. Vide Lex. *Commodus*.
b Intereà fieri potuit, ut attulerint.
c Operâ.
d Nota syntax.
e Ætoli enim fuerunt Advocati. inf. 5. 2. ℣. 8.
f Vide de maledicis ac velut Scyllis canibus Elect. Pl. Tit. *Calumnia. Maledicentia*. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 15. cap 25
g diu durat. nam vir bonus injustè læsus non facilè placatur, quin sui doloris pœnas repetiverit.
h Sc. quicquam: sed de alieno.
i Liberalitas. [illegible].
k Sc. qui contrà propitius est lupo. Lupi enim in tutelâ Martis: eique sacri. Igitur Mars istum Villicum prædam dat suo Lyco. Truc 1. 1. ℣. 3. Et infrà Pœn 5. 1. ℣ 5.
l Mars vobis potiùs sit iratus.

AD. Hunc

Ad. Hunc [a] nunc, Lyce, ad te diripiendum adducimus.
Co. Cum prædâ hic [b] hodiè incedet Venator domum.
Canes [c] compellunt in plagas lepidè Lycum.
Ly. Quis hic est? Ad. nescimus nos istum quidem, qui siet;
Nisi dudum à mane ut ad Portum processimus;
Atq; istunc è Navi exeuntem onerariâ
Videmus: adiit ad nos extemplò exiens;
Salutat; respondemus. Co. Mortales malos!
Ut ingrediuntur doctè in sycophantiam!
Ly. Quid deinde? Ad. sermonem nobiscum ibi copulat.
Ait, se peregrinum esse hujus ignarum [d] Oppidi.
Locum sibi velle liberum præberier.
Ubi nequam [e] faciat. nos Hominem ad te adduximus.
Tu! si te DI amant, agere tuam rem occasio 'st.
Ly. Itáne ille 'st cupiens? Ad. Aurum habet. Ly. præda hæc mea 'st.
Ad. Potare, amare volt. Ly. Locum lepidum dabo.
Ad. At enim hic furtim esse volt, ne qui sciant,
Neve arbiter sit. nam hic Latro in Spartâ fuit,
Ut quidem ipse nobis dixit, apud Regem Attalum.
Indè nunc aufugit; quoniam capitur Oppidum.
Co. Nimis [f] lepidè de Latrone; de Spartâ optumê.
Ly. DI DEÆque vobis multa bona dent! quòm mihi
Et benè præcipitis, & bonam Prædam datis.
Ad. Immò ut ipse nobis dixit, quò adcures magis,
Trecentos Nummos Philippos portat [g] præsidI.
Ly. Rex [h] sum; si ego illum hodiè Hominem ad me adlexero.
Ad. Quin hic quidem tuu'st. Ly. obsecro herclè! hortamini;
Ut devortatur ad me in hospitium optumum.
Ad. Neque nos hortari, neque dehortari decet
Hominem peregrinum: tuam rem tu ages; si sapis.
Nos tibi [i] Palumbem ad [k] Aream usq; adduximus:
Nunc te illum meliùs capere, si captum [l] esse vis.
Ly. Iámne itis? Co. quid! quod vobis mandavi; Hospites.
Ad. Cum illoc te melius tuam rem, Adulescens, loqui:
Illic est ad istas res [m] probus, quas quæritas.
Co. Videre equidem vos vellem, quòm huic Aurum darem.
Ad. Illinc procul nos istuc [n] inspectaVimus.
Co. Bonam dedistis mihi operam. Ly. it ad me lucrum.
Co. Illud quidem [o] quorsùm asinus cadit calcibus.

Ly. Blandè

a Peregrinum. chlamyd. villicum
b h.e. ego ipse.
c Advocati.
d Calydonis, in Ætoliâ.
e h.e. nequiter. Vide Lex. *Facere*. & *Res Venerea*.
f Lepidè dicor *Latro*: utpote qui non clam & furtim, sed palàm prædas agere suetus. De *Latrone* Vide infrà 3.6.℣.7. Est satelles, miles, stipator. De *Spartâ* optimê: sive rapinarum mearum respectu, quibus deprehêsis flagris cædor: sive adeò, quòd aliis de causis nô semel Spartanam patientiam induere coactus fuerim.
g h.e. commeatû, seu viaticum fami arcendæ. Sic Pers. 3.1.℣.66. Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Dotis. Nuptiarum.*
h Summe felix, & gloriosus. Vide Calligr. *Felicitatis*. & Elect. Pl. *Regis*.
i Vide Calligr. Pl. *Rei Venereæ*. *Palumbus*. inter obscena.
k Ubi positis tendiculis, & visco eam capias.
l *Edere*. Etiam inter obscœna, Vide Lex. *Edere*, & Elect. Pl. *Rei Venereæ*, Etiam in *captum* talis sensus latet.
m Utilis.
n Inspectabimus. V pro B.
o Illud quidem lucrû eò it, quorsùm asinus cadit calcibus h. e. retrorsùm. Ja du wirsts kriegen/ hinder sich/ meyne ich/ wie die Bawren die spieß tragen: oder/ wie die hüner scharren.

LY. Blandè huc Hominem conpellabo. Hospes Hospitem
Salutat: salvom te advenire gaudeo.
Co. Multa tibi DI dent bona! quòm me salvom esse vis.
LY. Hospitium te ajunt quaritare. Co. quarito.
LY. Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierunt modò,
Te quaritare à [a] Muscis. Co. minumè gentium.
LY. Quid ita? Co. Quia à Muscis si mihi hospitium quarerem,
Adventens huc item in Carcerem rectâ viâ.
Ego id quaro hospitium, ubi ego curer mollius,
Quàm Regi Antiocho Oculi [b] curari solent.
LY. Edepol na tibi possum illum festivom dare;
Siquidem potes esse pati te in lepido loco,
In Lecto lepidè strato, lepidam Mulierem
Conplexum contractare te. Co. rectam is, Leno, [c] viam.
LY. Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo,
Vetustate Vino [d] edentulo atatem inriges.
Ibi te replebo usquè unguentûm [e] echeumatis.
Quid [f] multa verba? faciam; ubi tu laveris;
Ibi ut Balneator [g] faciat unguentariam.
Sed hac [h] latrocinantur, qua ego dixi omnia.
Co. Quid ita? LY. quia Aurum poscunt præsentarium.
Co. Quin hercle accipere tu non mavis, quàm ego dare,
LY. Quin sequere me intrò. Co. duc me ergò intrò. addictum tenes.
AD. Quid si evocemus huc foràs Agorastoclem!
Vt ipse Testis sit sibi certissumus.
Heus tu! qui furem captas, egredere ocius;
Vt tute inspectes Aurum Lenoni dare.

ACTVS TERTII
SCENA IV.

AGORASTOCLES, Adulescens. & EIDEM.

QUID est? quid voltis? Testes. AG. specta ad dexteram.
Tuus Servos Aurum ipsi Lenoni datat.
Co. Age, accipe hoc sis. hic sunt numerati aurei
Trecenti Nummi, qui vocantur Philippi.

[a] Sc. Liberum ab arbitris & advêtorib. Vide Elect. Pl. Curiositatis. Impudentia. & Lex. Musca.

[b] h.e. Præcipui in Aulâ Antiochi. Vide Elect. Plaut. Nominum. Antiochus Rex Syriæ Callinici filius solitus ex oculis laborare, & uti Medico Apollophone. quod colligitur ex Polyb. lib. V. ubi de Hermeæ cæde loquitur. Videatur ibi locus. συμφερόντως μετὰ ταῦτα &c.

[c] Supr. Amph. 1. 1. ℣. 272. Ingressus est viam. Du bist vff dem rechten weg.

[d] Nimiâ vetustate. Vide Lex. Vinum.

[e] Vnguentorum effusionibus.

[f] Vide Calligr. Abrumpendi.

[g] H. e. Ita unguentis balneum, in quo lavabis affluere faciam, ut non balneum, verùm unguentarii officina potiùs videri possit.

[h] Vtuntur jure ac disciplinâ militari. Sie machens vff gut Landsknechtisch rauben/ vnd stehlen. Vide Lex. Latrocinari. Mil. 1. 6. ℣. 19.

Digitized by Google

Hinc me [a] *procura; properè hosce absumi volo.*
LY. *Edepol fecisti prodigum* [b] *promum tibi.*
Age; eamus intrò. CO. *te sequor.* LY. *age, age; ambula:*
Ibi, quæ reliqua alia, unà fabulabimur.
CO. [c] *Eâdem narrabo tibi res Spartiaticas.*
LY. *Quin sequere me ergò.* CO. *abduc* [d] *intrò addictum tenes.*
AG. *Quid nunc mihi auctores estis?* AD. *ut frugi sies,*
AG. *Quid si animus esse non sinit?* AD. *esto, ut sinit.*
AG. *Vidistis? Leno quòm aurum accepit.* AD. *vidimus.*
AG. *Eum vos meum esse servom scitis?* AD. *scimus.*
AG. *Rem advorsùs populi sæpe leges?* AD. [e] *scivimus.*
AG. *Hem! istac volo ergò vos conmeminisse omnia;*
Mox quòm ad Prætorem usus veniet. AD. *meminerimus.*
AG. *Quid si recenti* [f] *re Ædis pultem?* AD. *censeo.*
AD. *Si pultem; non recludet.* AD. *panem* [g] *frangito.*
AG. *Si exierit Leno; censetis? Hominem interrogem.*
Meus Servos si ad eum venerit, necne? AD. *quippini!*
AG. *Cum auri ducentis Nummis Philippis?* AD. *quippini!*
AG. *Ibi extemplò Leno* [h] *errabit.* AD. *quâ de re?* AG. *rogas?*
Quia centum Nummis minus dicetur. AD. *benè putas.*
AG. *Alium censebit quæritari.* AD. *scilicet!*
AG. *Extemplò denegabit.* AD. *juratus* [i] *quidem.*
AG. *Homo furti sed* [k] *adstringit.* AD. *haut dubium id quidem'st.*
AG. *Quantum quantum ad eum erit delatum.* AD. *quippini!*
AG. *Ibo; & pultabo januam hanc.* AD. *ita. quippini!*
AG. *Diespiter vos perduit!* AD. *te. quippini?*
AG. *Tacendi tempu'st. nam crepuerunt fores.*
Foràs egredier video Lenonem Lycum.
Adeste, quæso! AD. *quippini! quin si tu voles;*
Operire [l] *capita, ne nos Leno viderit,*
Qui illi malæ rei antè fuimus [m] *inlices.*

a Cura, ut his nummos liberaliter accipiat.
b Non potuisti eligere promum largiorem, quàm ego sum.
c eàdem operâ. Vide Lex. *Eâpse*.
d Vide Elect. Plaut. Tit. *Judiciorum.* & Lex. *Abducere.* Asin. 5. 2. ✝. 87.
e locus in Verbo *Sciscere*, unde: *Plebis-scita*. Etiam in distinctione ambiguitas est.
f Facto. vf frischer That.
g locus est in voce *pultem*: quæ & Nomen & Verbum est. Si non aperiet pultem, panem frangito. Ita sine distinctione ista pronunciandum: *Si pultem non recludet.* Quid si pultis copiam non facit? AD. Panem frangito. Vide Elect. Pl. Tit. *Furti*.
h Fallet eum ratio: quia putabit, me agere de Milphione, cum de villico sentiam; & quia Collybiscus venit ad eum cum trecentis Numis, ego autem ducentos tantum commemorem.
i Qui juraverit. *Injuratus*, qui non juravit.
k Leno furti judicio se alligabit, quantumcumque auri ad eum delatum erit.
l Aderimus hâc lege, si tu nobis capita operire voles-ne.
m Qui eum in tantam fraudem illexerimus.

ACTVS

ACTUS TERTII
SCENA V.

LYCUS, LENO. AGORASTOCLES. ADVOCATI.

SUSPENDANT *omnes nunc jam se Haruspices!*
Quid ego illis posthàc, quod loquantur, creduam?
Qui in re Divinâ dudùm dicebant, mihi
Malum [a] *dampnumq; maxumum portendier;*
Is explicavi [b] *meam rem postillà lucro.*
AG. *Salvos sis! Leno.* LY. *DI te ament! Agorastocles:*
AG. *Magis me benignè nunc salutas, quàm antidhàc.*
LY. *Tranquillitas* [c] *evenit; quasi navi in Mari;*
Vtquomque'st [d] *Ventus, exín velum vortitur.*
AG. *Valeant apud te! quas* [e] *volo; atque haut te volo.*
LY. *Valent, ut postulatum'st; verùm non* [f] *tibi.*
AG. *Mitte ad me, si* audes, *hodiè Adelphasium tuam,*
Die Festo celebri, nobilique Aphrodisiis.
LY. *Calidum prandisti prandium hodiè? dic mihi.*
AG. *Quid jam?* LY. *quia os* [g] *nunc frigefactas, quòm rogas.*
AG. *Hoc agesis, Leno; Servom esse audivi meum*
Apud te. LY. *apud* me? *numquam factum reperies.*
AG. *Mentire. nam ad te venit, Aurumque ádtulit.*
Ita mihi [h] *renunciatum'st, quibus credo satis.*
LY. *Malus es; captatum me ádvenis cum Testibus:*
Tuorum apud me nemo'st, nec quicquam tui.
AG. *Mementote illuc, Advocati.* AD. *meminimus.*
LY. *Ha ha he! jam teneo, quid sit; perspexi modò.*
Hi [i], *qui illum dudùm conciliaverunt mihi*
Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur;
Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.
Nunc hunc inimicum quia esse sciverunt mihi,
Eum [k] *adlegaverunt, suum qui Servom diceret*
Quom Auro esse apud me. conposita' st fallacia;
Vt eo me privent, atque inter se dividant.
Lupo [l] *Agnum eripere postulant. nugas agunt.*
AG. *Negásne apud te esse Aurum; nec Servom meum?*

[a] Supr. 2.1. ℣. 19.
[b] Extendi & quasi dilatavi, atq; auxi.
[c] *Meæ* res tranquilliores factæ sunt.
[d] A quâcumque parte ventus fiat, ad eam velũ vertitur. Ita qualis est Fortuna, talis est Hominũ animus, vultus, oratio. Epid. 1.1. ℣. 47.
[e] Ex Puellæ, quas valere volo. neque enim te valere volo.
[f] Chlamydato enim has Puellas jam pretio destinatar.
[g] Similis locus Rud. 5.2. ℣. 39.
[h] *sc.* ab ijs.
[i] Ii, quorum operâ hic Spartanus ad me venit, molestẽ jam ferũt, me hos 300 Philipp. lucrifacturum esse. τὸ *Hi* est ἀνακόλουθον Comicum & τὸ *id* sequenti versu, est: *propter id.* Vide Lex.
[k] Huc miserunt.
[l] *Proverb.* Esurienti Leoni ex ore exsculpere prædam. *Lucilius.* Alludit ad nomen suum *Lycus.*

LY. *Nego: & negando, si quid refert,* [a] *ravit.*
AD. *Periisti Leno! nam iste est hujus Villicus,*
Quem tibi nos esse Spartiatem diximus,
Qui ad trecentos Philippos modò detulit:
Idque adeò in istoc Aurum inest marsupio.
LY. *Væ vostræ ætati!* AD. id nunc quidem in *mundo 'st* [b] *tua.*
AG. *Age; omitte actutùm, Furcifer, marsupium.*
Manufestò [c] *fures. mihi quæso hercle operam date;*
Dum me videatis Servom ab hoc abducere.
LY. *Nuncpol ego perii certò, haut* [d] *arbitrariò.*
Consultò hoc factum 'st, mihi ut insidiæ fierent.
Sed quid ego dubito? fugere hinc in malam crucem;
Priusquàm hinc obtorto [e] *collo ad Prætorem trahor.*
Eheu! quàm ego habui Ariolos Aruspices!
Qui, si quid benè promittunt; pro [f] ipsisso évenit.
Id quod mali promittunt; *præsentarium 'st.*
Nunc ibo; Amicos consulam, quo me modo
Suspendere [g] *æquom censeant potissumùm.*

[a] Contentâ voce ad ravim usque clamando pernego.
[b] Ad manum: in promtu. Vide Calligr. *Promptum inv.* Et *vostræ ætati*: id est, *vobis*.
[c] Vide Elect. Plaut. Tit. *Furt.*
[d] Non est, q̃ quisquam dicat, me arbitrari, me periisse: sed potest hoc liquido dicere.
[e] Vide Calligr. *Trahendi. Rapiendi.* & Elect. *Iudicij. Accusationis.*
[f] Perquàm tardè, & sero. Cicero in Bruto: *ipsè atque vix.*
[g] Re omni *sc.* desperatâ.

ACTUS TERTII
SCENA VI.

AGORASTOCLES, Adolescens.
COLLYBISCUS, Villicus.
ADVOCATI.

AG. E tu; *pro Credere, ut Testes videant, te ire isthinc foràs.*
Estne hic Servos meus? CO. *sum mehercle verò; Agorastocles.*
AG. *Quid nunc! scelestè Leno.* AD. *quicum litigas,*
Abscessit. AG. *utinam hinc abierit in malam crucem!*
AD. *Ita nos velle æquom 'st.* AG. *cras subscribam* [h] *Homini dicam.*
CO. *Numquis* [i] *me?* AG. *abscedas; sumas* [k] *ornatum tuum.*
CO. *Non sum necquiquam Miles factus. paululùm*
Prædæ intus feci; dum Lenonis familia
Dormitat. Extis sum satur factus probè.
Abscedam hinc intrò. AG. *factum à vobis comiter.*
Bonam dedistis, Advocati, operam mihi.
Cras manè quæso in Comitio estote [l] *obviàm.*

[h] Vocabo in jus. Vide Calligraph. *Accusandi.* Aul. 4. 10. ✝. 10.
[i] *Sc.* vocat, vult.
[k] Villici: deposito hoc militari.
[l] Estote mihi præsto. Vide Elect. Pl. *Iudicij.*

Tu seque-

Digitized by Google

Tu sequere me intrò; vos Valete. AD. *Et tu Vale.*
Injuriam illic insignitè [a] *postulat.*
Nostro [b] *servire nos sibi censet cibo.*
Verùm ita sunt isti nostri DIVITES.
Si quid benè facias, levior plumâ'st gratia:
Si quid peccatum'st, [c] *plumbeas iras gerunt.*
Domos abeamus nostras, sultis, nunc jam;
Quando id, quoi rei operam dedimus, inpetravimus,
Ut perderemus Corruptorem civium.

a Agorastocles apertè à nobis rem injustam postulat.
b Nostro sumtu. Truc. c. ✠. 61. Sic Terent. Eun. 2. 1. ✠. 34. *Viden' otium & cibus quid faciat alienus!*
c Graves & diuturnas.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

MILPHIO, Servus.

EXSPECTO; *quo pacto mea techna processura sient.*
Studeo hunc Lenonem perdere: velut meum Erum miserum macerat.
Is me autem porrò verberat, incursat pugnis, calcibus.
SERVIRE AMANTI *miseria'st; præsertim qui, quod amat, caret.*
Attate! Fano recipere video se Syncerastum Veneris
Lenonis Servom. quid habeat sermonis, auscultabo.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

SYNCERASTUS. MILPHIO: Servi duo.

SATIS [d] *spectatum'st*; DEOS *atq; Homines ejus neclegere gratiam,*
Quoi Homini Eru'st consimilis: velut ego habeo nunc hujusmodi.
Neq; perjurior, neq; pejor alter usquam'st gentium,
Quàm Erus meu'st: neq; tam luteus, neq; tam cœno cónlitus.
Ita me DI ament! vel in [e] *lautumiis, vel in Pistrino mavolim*
Agere ætatem, præpeditus latera forti ferro mea, meam;
Quàm apud Lenonem hunc servitutem [f] *colere. quid illuc est genus?*

d Notum est, Deos ei infestos esse, qui Herũ habeat Hero meo consimilem.
e Vide Lex. *Lautumiæ.* De luteo Lenone suprà 1. 1. ✠. 30.
f τρίβειν. Vide Calligr. Tit. *Colendi.*

Quæ illic Hominum corruptelæ fiunt? DI vostram fidem!
Quodvis genus ibi Hominum videas; quasi Acheruntem veneris.
Equitem, Peditem, Libertinum, Furem, an Fugitivom velis;
Verberatum, vinctum, addictum qui habet, quod det [a]: *ut ut Homo'st.*
Omnia genera recipiuntur. itaq; in totis Ædibus
Tenebræ [b]; *latebræ, bibitur; estur, quasi in Popinâ: haut secus.*
Ibi tu videas Litteratas fictiles [c] *Epistulas,*
Pice signatas: [d] *Nomina insunt cubitum longis Litteris.*
Ita [e] *Vinariorum habemus nostra dilectum domi.*
MI. *Omnia edepol mira sunt; nisi Erus hunc heredem facit.*
Nam is quidem illi, ut [f] *meditatur, verba facit emortuo.*
Et adire lubet Hominem. equidem nimis eum ausculto lubens.
SY. *Hæc quòm hic video fieri; crucior, pretiis emptos maxumis,*
Apud nos [g] *expeculiatos Servos fieri suis Eris.*
Sed ad postremum nihil [h] *adparet.* MALE PARTUM, MALE DISPERIT.
MI. *Proindè habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bona:*
Qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere Ignaviam
SY. *Nunc domum hæc ab Æde Veneris refero vasa, ubi hostiis*
Erus nequivit propitiare Venerem suo Festo die.
MI. *Lepidam Venerem!* SY. *Nam Meretrices nostra primis* [i] *hostiis*
Venerem placavére extemplò. MI. *O lepidam Venerem! denuò.*
SY. *Nunc domum ibo.* MI. *Heus! Syncerafte.* SY. *Syncerastum qui vocat?*
MI. *Tuus Amicus.* SY. *Haut amicè facis, qui cum onere offeras* [k] *moram.*
MI. *At ob hanc rem tibi reddam operam, ubi voles, ubi jusseris:*
Haberem pactam. SY. *Si futurum 'st; do tibi operam* [l] *hanc.* MI. *Quomodo?*
SY. *Ut enim ubi mihi vapulandum 'st, tute corium* [m] *sufferas.*
MI. *Apage!* SY. *Nescio, quid viri sis.* MI. *Malus sum.* SY. *Tibi sis.* MI. *Te volo.*
SY. *At onus urget.* MI. *At tu appone; & respice ad me.* SY. *Fecero.*
Quamquam haut otium 'st. MI. *Salvos sis, Syncerafte.* SY. *O Milphio!*
DI *omnes* DEÆ*que ament!* MI. *Quémnam Hominem?* SY. *Nec te, nec me; Milphio,*
Neq; Erum meum adeò. MI. *Quem ament igitur?* SY. *Alium aliquem.*
Nam nostrorum [n] *nemo dignu'st.* MI. *Lepidum eloquere* SY. *Me decet.*
MI. *Quid agis?* SY. *Facio, quod manufestò deprensi Mœchi* [o] *haut fermè solent.*
MI. *Quid id est?* SY. *Refero Vasa* [p] *salva.* MI. *DI te, & tuum Erum perduint!*

SY. *Me*

[a] Recipiuntur ad nos, ut ut moribus & vitâ sint, modò quod dent, habeant omnes. Allerley Lumpengesindt. Bistu gleich ein Schelm/ oder Dieb/ Hastu Gelt/ so bistu dennoch lieb.

[b] Sunt enim Lucifugæ, qui rebus student ejusmodi. Schlupfflöcher.

[c] Testas, seu Amphoras litteris inscriptas. Vide Elect. Pl. Tit. *Vasorum*. Rud. 5.2.ꝟ.7.

[d] Consulum *sc.* Vide Elect. ibid.

[e] Oenopolarum. Amphoræ autem vinariæ pittacia habebant, quibus continebatur vini patria ac senectus. Vide Elect. Pl. Tit. *Vini*.

[f] Memorat, loquitur.

[g] Peculium suum amittere, & tanto fieri Heris suis viliores, quam erat.

[h] Tot spolia hominum congesta ad nihilum recidunt.

[i] *H.e.* Adelphasiū & Anterastylis Aphrodisiis Venerem sibi fecerunt volentem propitiam, *h.e.* litarunt, pacemq; à patronâ suâ ac veniam impetrarūt haud gravatim, idque primis *h.e.* præcidaneis hostiis; nequè iis succidaneis porro opus fuit. Vide Elect. cit. Tit. *Sacrificiorum*.

[k] Qui moram inicias ei, qui jam onus gerit. [l] Ut sistam gradum, & tecum loquar. [m] Tuum pro me tergum supponas. Nota Phrasin. quæ etiam in Fragmentis Casinæ occurrit: infr. Fragm. pag 24. *Sufferam meum tergum ad injuriam*. [n] Eorum, qui sunt nostri. [o] Vide Lex. *Haud*. [p] Iocus in ambig. *Vasa*. quæ etiam partes verecundas notant. τὰ αἰδοῖα, ἢ γεννητικὰ μέρη. Vide Lex. *Vasa*. & Elect. Pl. Tit. *Rei Veneræ*. & *Adulterij*.

SY. *Me non perdant! illum non perdant! facere possim, si volim,*
Meum Erum ut perdant, ni mihi metuam; Milphio. MI. *Quid id est? cedò.*
SY. *Malus es.* MI. *Malus sum.* SY. *Malè mihi 'st.* MI. *Memora dum: esse* [a] *aliter decet.*
Quid est? quod malè sit: quoi domi 'st, quod edis; quod ames adfatim.
Neq; triobolum ullum Amicæ das, & eam [b] *ductas gratiis.*
SY. *Diespiter me sic amabit!* MI. *Vt quidem edepol dignu's.*
SY. *Vt ego hanc familiam interire cupio!* MI. *Adde* [c] *operam, si cupis.*
SY. SINE PENNIS VOLARE [d] HAUT FACILE 'ST: *meæ alæ pinnas non habent.*
MI. *Nolito edepol* [e] *devellisse. jam his duobus mensibus*
Volucres tibi erunt tuæ hirquinæ. SY. *i in malam rem!* MI. *i tu; atq; Erus!*
SY. *Verùm enim, qui benè eum norit, citò Homo* [f] *pervorti potest.*
MI. [g] *Quid jam?* SY. *Quasi tu tacere quicquam potis sis!* MI. *Rectius*
Tacitus tibi [h] *sistam, quàm quod dictum 'st malæ Mulieri.*
SY. *Animum inducam facilè, ut istuc tibi credam, ni te noverim.*
MI. *Crede audacter meo periculo.* SY. *Malè credam; & credam tamen.*
MI. *Scin' tu Erum tuum meo Ero esse inimicum capitalem?* SY. *Scio.*
MI. *Propter Amorem.* SY. *Omnem operam perdis.* MI. *Quid jam?* SY. *Quia doctum doces.*
MI. *Quid ergò dubitas? quin lubenter tuo Ero; meus, quod possiet*
Facere, faciat malè, ejus merito. tum autem, si quid tu adjuvas,
Eò facilius facere poterit. SY. *At ego hoc metuo; Milphio.*
MI. *Quid est? quod metuas?* SY. *Dum Ero insidias paritem, ne à te* [i] *perdeam.*
Si Erus meus me esse loquutum quoiquam mortali sciat,
Continuò is med ex Synceraſto [k] *Crurifragum fecerit.*
MI. *Numquam edepol Mortalis quisquam fiet è me certior:*
Nisi Ero meo uni indicasso; atq; ei quoq; ut ne enunciet,
Id esse facinus ex te ortum. SY. *Malè credam, & credam tamen.*
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. MI. [l] *Fide non melius creditur.*
Loquere (locus occasio que 'st) liberè: hîc [m] SOLI SUMUS.
SY. *Erus si tuus volet facere frugem; meum Erum perdet.* MI. *Quî id potest?*
SY. *Facilè.* MI. *Fac ergò id facilè noscam, ut ille possit noscere.*
SY. *Quia Adelphasium, quam Erus deamat tuus, ingenua 'st.* MI. *Quomodo?*
SY. *Eodem, quo soror illius altera Anteraſtylis.* MI. *Sed quî id credam?* SY. *Quia*

Illas

a Debet tibi benè esse.
b Ducis Scortum ad te gratis.
c Adjuva, ut pereat.
d *Proverbium.* Vide Calligr. Tit. *Impossibilitatis.*
e Milphio impudice Alas interpretatur axillas & pilos sub illis. Si, *inquit*, his tantum duobus mensibus desieris vellere te, habebis alas hirquinas volucres. Impudicis autem sub alis *Hircus* dicebatur *habitare*: iidemq; se crebrò vellebant. Vide Elect. Pl. Tit. *Res Venerea.*
f Leno citò percelli potest.
g *H. e.* Quid ita? quomodo? Elegãs particula Comica. Vide Lex.
h Rectius fecero, si tibi persistam, & perdurabo, quàm si committam, ut mihi dicatur, quod malæ Mulieri dici solet: *h. e.* garrulæ & loquaci; nempe: *Abi foras*; *Mulier es: odiosa es.* Vide Elect. Pl. Tit. *Mulieris.*
i *H. e.* ne tuâ operâ peream, quod rem tibi commissam, & creditam tacere non potueris. *Paritem*: pro, *parem.* Et *perdeam*: pro, *peream.* τὸ d hiatûs causâ interjectum: ut in multis alijs verbis. k Passivè capiendum. De Crurifragio Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum.* & *Supplicij.* *Sensus est*: Ex eo, qui nunc sum, fecerit directum, & mihi in crucem acto crura fregerit. l Pro: *Fidei*, ἀρχαϊκῶς. Vide Lex. *Dic.* & *Enallage.* m Proverbium SOLI SVMVS.

Digitized by Google

Illas emit in Anactorio parvolas. MI. *Quanti?* SY. *Duodeviginti Minis;*
Depradone Siculo. MI. *Quanti?* SY. *Duodeviginti Minis.*
MI. *Duas illas* tanti quæso? SY. Immò & *Nutricem earum* [a] *tertiam,*
Et ille, qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere:
Ingenuas Karthagine ajebat esse. MI. DI *vostram fidem!*
Nimiùm lepidum memoras facinus. nam Erus meus Agorastocles
Ibidem gnatus; indè subruptus ferè sexennis: post ibi
Qui eum subrupuit, huc devexit, meoq; Ero eum hic vendidit.
Is in divitias Homo adoptavit hunc, quòm diem obiit suum.
SY. *Omnia memoras. quò id facilius fiat; manu eas* [b] *adserat*
Suas Populares liberali causâ. MI. *Tacitus tace modò.*
SY. *Profectò* AD [c] INCITA' *Lenonem* REDIGET, *si eas abduxerit.*
MI. *Quin priùs disperibit faxo; quàm unam calcem civerit.*
Ita paratum 'st. SY. *Ita* DI *faxint! ne apud Lenonem hunc serviam.*
MI. *Quin hercle Conlibertus meus faxo eris; si* DI *volent.*
SY. *Ita* DI *faxint! numquid aliud vis memorare? Milphio.*
MI. *Valeas; beneq; ut tibi sit!* SY. *Pol istuc tibi, & tuo Ero 'st in manu.*
Vale! & hac cura; clanculùm ut sint dicta. MI. *Non dictum 'st.* VALE.
SY. *At enim nihil est; nisi, dum calet,* [d] *hoc agitur.* MI. *Lepidu's. quòm mones.*
Et hoc ita fiet. SY. *Proba materies* [e] *data 'st. si probum adhibes Fabrum.*
MI. *Potin'? ut taceas.* SY. *Taceo; atq; abeo.* MI. *Mihi commoditatem creas.*
Illic hinc abiit. DI *inmortales meum Erum servatum volunt,*
Et hunc disperditum Lenonem. tantum [f] *eum instat exitI.*
Satin' ne, priusquàm unum 'st injectum telum? [g] *tam instat iterùm.*
Ibo intrò, hæc ut meo Ero memorem. nam huc si ante Ædis evocem;
Quæ audivistis modò, nunc si eadem hic iterem, inscitia 'st.
Ero uni potiùs intus ero odio, quàm hic sim vobis omnibus.
DI *inmortales!* quid malorum? *quanta advenit calamitas*
Hodiè ad hunc Lenonem? [h] *sed ego! nunc est? quòm me moror.*
Id negotium institutum 'st; non datur cessatio.
Nam & hoc [i] *noctè consulendum, quod modò concreditum 'st;*
Et illud autem inserendum 'st consilium [k] *vernaculum.*
Remora si sit, qui malam rem mihi det, meritò fecerit.
Nunc intrò ibo, dum Erus adveniat à Foro; opperiar domi.

ACTUS

a Quod tu miraris duas illas tam vili emtas, accessit etiam tertia: ita ut tres vænierint octodecim Minis, cùm solemne aliàs pretiũ unius, ut minimum, triginta. Sed parvulæ tum fuerunt puellæ.

b Adserat eas in libertatem judicio seu actione de libertate. Vide Elect. Pl. Tit. *Libertatis.*

c *H. e.* INCITAS: eliso τοῦ S. more antiquo. Ennius: *Pandite sis ingenuas.* Et: *Virgines nam sibi quisque.* Proverbium à calculis. Vide Calligr. *Paupertatis.* & Elect. Pl. Tit. *Arithmetica. Calculorum. Ludorum.* & Lex. *Incita.* Trin. 2. 4. ℣. 136.

d Dum recens est, & occasio præsto. Metaphora à ferro. Weil das Eysen heiß ist / muß man schmieden. Vide Elect. Pl. Tit. *Actionum.*

e *H. e.* Præclarum negotium datum est, modò adhibeas idoneũ hominem, qui id cõficiat. *Proverbium.*

f pro, *ei.*

g *το tam* ἐπιτακτικὸν μᾶλλον.

h Sed quid ago? estne aliquid cum hic me moror?

i Sic Græci: ἐν νυκτὶ ἡ βουλή.

k Domesticum illud, & à nobis natum consilium, à me Servo adjuvandum.

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA I.
HANNO Pœnus Pœnicè loquitur.

f e d c b a
ות־על יונין ועלו נגת סיז קראתי שמה קומשירת

כים לך כנות מומים תעלמק טברי עמסתי

i h g
ליפו קנח אח בנותי דדא־דין בינים אותי

בירבדוב שלו עומלונים ובימסרתוהו

בתלים מוטין נוקתותיהי ולכנתי דשמכון

k
עסד ליברים טפלות כלוח יכון חם ליפול

ות־בנים עזדיבור חינו כותנה *Agorastocles*

עחי מנח עהי כרסהי ליכואי סיתנאסו

ביני ותכיל לוהלי גנבלים לסביתיטינים

בור יאלית ערעים נין נועים לים מונכות לוזים

* * * * *

אח עליונין עלונות סובורחים מישחי *Atticum esse*

קותים באנת ללכנת כנה ענוחת *Concubitum à bello*

הויק סלק מנפי אתי דמסקות עלם ענרוברחי מלונו בתמי

a H. e. DEOS. *Halonim* enim, teste Sisennâ in Cōmentario Pœnoli, ut refert Rufinus de Metris Comicis, Pœnis & Afris DEVM notat: qui Syris & Palæstinis dicitur: אל & אלים ab Hebræo אלוהים Indè Christus: *Eli Eli.* Et Græcis ἥλιος Sol. Chald. *Elaha.* Ægypt. *Ala.* Arab. & Turc. *Alla.* Neq; aliūdè *Alagabalo* Imperatori nomē fuit. ות est particula servilis in principio.

b H. e. Et Deas. Ex copulâ ו. עליונים עליון. Alti & altæ. ביתים h. e. Dij Deæve superæ in alto habitantes. τὸ ין est affixum plurale more Syriaco: q Hebræis est ים

c Auxiliares, uti & apud Rabbinos accipitur.

d Est a קרא invocare, inclamare. Synecdochicè: cultum divinum exercere, seu, venerari.

e Ibi, illic. Nempè est Millah, sive Particula. Paulò post Plautus ipse reddit: *hanc Urbē.*

f Est à Syriaco קם incolere, hospitari. Vndè קומתא קומתא *Cumtá:* Vel, *Cumsá:* Hospitum Patrona. ἀφ᾽ ὕψους. τὸ ית est formativa syllaba: ut in בירית. Sensus igitur primi versiculi hic erit: DEOS DEASq; veneror, quib. hic est habitatio. g Gnatas, filias. Chaldæis בנת: ab Hebræo בן & vulgò Syriac: בר Indè *Bythinia*: filia Dei. quasi; *Binith-ja.* h Fratris mei. Ex דרא ab Hebr. דד quod modò *Fratrem,* modò *Patruelem* sonat. דין ut Chaldæis די est provocabulum possessivum. i Filium etiam. k *Iachon* nomen proprium Patris Agorastoclis.

zed by Google

קלתום קומוקרה לעני *At enim* חיו סובר ענה־צית *Aristoclem*
עחמאנך עסקטליץ הלכות עלמות דוברטרמי קוספס נספטי
[a] קרהגנך *lictor* בורת *jussum* לימניסקולורת

DEOS DEASq; veneror; qui hanc Vrbem colunt,
Vt quod de meâ re huc veni, ritè venerim:
Measq; hîc ut Gnatas, & mei Fratris [b] *Filium,*
Reperire me siritis; DI vostram fidem!
Quæ mihi subruptæ sunt, & Fratris Filium.
Sed hic mihi antehàc Hospes Antidamas fuit.
Eum fecisse ajunt, sibi quod [c] *faciundum fuit:*
Ejus Filium hic esse prædicant Agorastoclem.
DEVM [d] *Hospitalem, ac Tesseram mecum fero.*
In bisce habitare monstratu'st regionibus:
Hos percunctabor, qui huc egrediuntur foràs.

a H. e. Carthaginiensem. Vide infrà 5.2.℣.35.
b Aristoclem, Iachonis fratris filium.
c Vide Elect. Pl. Tit. *Hospitiy.*
d H. e. mortuum esse. Elegans periphrasis Mortis.

ACTVS QVINTI
SCENA II.
AGORASTOCLES. MILPHIO HANNO, Pœnus.

AIN' *tu? tibi dixe Syncerastum; Milphio,*
Has esse ingenuas ambas subruptitias
Karthaginiensis? MI. *Ajo, &, si frugi esse vis;*
Eas liberali jam adseres causâ manu.
Nam tuum flagitium'st, tuas [e] *Popularis te pati*
Servire ante oculos; domi quæ fuerint liberæ.
HA. *Pro DI inmortales! obsecro vostram fidem!*
[f] *Creta'st profectò horum Hominum mihi oratio.*
Quàm orationem hanc aures dulcem devorant!
Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem!
AG. *Si ad eam rem testis habeam; faciam, quod jubes.*
MI. *Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter!*
Aliqua Fortuna fuerit adjutrix tibi.
AG. INCIPERE MULTÒ 'ST, QUAM [g] IMPETRARE, FACILIUS.
MI. *Sed quanam illæc* [h] *Avis est? quæ huc cum Tunicis advenit.*
AG. *Numnam it à balineis* [i] *circumductus Pallio?*
Facies quidem edepol Punica'st: [k] Gugga est Homo.
MI. *Servos quidem edepol veteres, antiquosq; habet.*

e Vide Elect. Pl. Tit. *Libertatu.*
f Oratio Agorastoclis & Milphionis eamdem vim habet, quam Creta. nam ut câ emaculatur vestes: sic illa omnes animo suo abluit sordes. Vide Elect. Pl. Tit. *Vestium.*
g Consequi, potiri. Cas. 2.3.℣.51.
h Sic nominat Hannonem Pœnum, ob manicas, alarum instar utrimq; pensiles, libereq. fluentes. Vide Elect. Pl. Tit. *Vestium.* Was ist das für ein Vogel?
i Spoliatus privatus per insidias à Furibus Balneariis.
k Afer seu, Homo ex Libyâ. Vide Lex.

Digitized by Google

AG. *Quî scis?* MI. *Vidén' Homines* [a] *sarcinatos consequi?*
Atq; ut opinor, digitos in manibus non habent.
AG. *Quid jam?* MI. *Quia incedunt quom annulatis* [b] *auribus.*
Adibo ad *hosce, atq; adpellabo Punicè.*
Si respondebunt; Punicè pergam loqui:
Si non; tum ad horum mores linguam vortero.
Quid ais tu? ecquid conmeministi Punicè?
AG. *Nihil edepol. nam qui scire potui? dic mihi;*
Qui [c] *illim sexennis perierim Karthagine.*
HA. *Pro DI inmortales! plurumi ad hunc modum*
Periére Pueri liberi Karthagine!
MI. *Quid ais* tu? AG. *Quid vis?* MI. *Vin' adpellem hunc Punicè?*
AG. *An scis?* MI. *Nullus me est hodiè Pœnus* [d] *Punior.*
AG. *Adi; atq; adpella, quid velit? quid venerit?*
Qui sit, quojatis; unde sit? ne [e] *parseris.*
MI. [f] חָיָה! *quojates estis? aut quo ex Oppido?*
HA. הָנוֹ [g] מוּטוּמְבָלִּי בְּקַרְתְּגֵנֵךְ
AG. *Quid ait?* MI. *Hannonem sese ait Karthagine,*
Karthaginiensem, Muthum-Ballis Filium.
HA. חָיָה! MI. *Salutat.* HA. [h] אֲדוֹנִי. MI. *Doni volt tibi.*
Dare hinc nescio-quid. audin' pollicerier?
AG. *Saluta hunc rusùs Punicè verbis meis.*
MI. חָיָה אֲדוֹנִי! *hic mihi tibi inquit verbis suis.*
HA. מְבַר בּוּקָא. MI. *Istuc tibi sit potiùs, quàm mihi.*
AG. *Quid ait?* MI. [i] *miseram esse prædicat buccam sibi.*
[k] *Fortaßè Medicos nos esse arbitrarier.*
Si ita'st; *nega esse. nolo ego errare Hospitem.*
MI. *Audi tu* רוּפֵן מְכוֹ *istam.* AG. *Sic* [l] *volo*
Profectò vera cuncta huic expedirier.
Roga; numquid opus sit? MI. *Tu; qui* [m] *zonam non habes,*
Quid in hanc vnnistis Vrbem? aut quid quæritis?
HA. מוּפוּרְסָה. AG. *Quid ait?* HA. מִיפוּלְק חָאֲנָה. AG. *Quid venit?*
MI. *Non audis? Mures* [n] *Africanos prædicat*
In pompam Ludis dare se velle Ædilibus.
HA. לְבָנִים לְמִיגְכוֹרת. AG. *Quid nunc ait?*
MI. *Ligulas Canalis ait se advexisse, & Nuces.*
Nunc orat operam ut des sibi; ut ea veneant.
AG. *Mercator credo'st.* HA. ערוינם איסם AG. *Quid est?*
HA. פְּלוּם אֲרָנָה הָקְתָה. AG. *Milphio; quid nunc ait?*
MI. *Palas* [o] *Bendundas sibi ait? & Mergas* [p] *datas;*

a Viden' ut sarcinati sub onere cu..i incedant! & Se.tes assi.nular: videantur ætatis pondere, quasi Ætnâ depressi.
b Vide Elect. Pl. *Hominu. Aurium.*
c Antiquè: pro; *illinc.*
d Callidior, vel Punicæ linguæ scientior.
e Ne peperceris hęc omnia rogare.
f Ave, Salve. A radice חָיָה.
g Hāno Muthamballis *sc.* filius, de Carthagine. E.t Pœnismus ab Hebræis acceptus. בְּ littera servilis servit præpositioni de loco.
h Totum hoc est Hebræum: Domine mi. אֲדוֹנִי.
i Ægram.
k Vide Lex. *Fortasse.* Infinitivo jungitur eleganter.
l Volo ei omnia verè exprimi.
m Alludit ad vest: Pœnorum discinctam, & ad pecuniam, quæ in Zonâ gestatur: citra quam in Vrbe sumptuosâ nō sat commodè vivitur.
n Pantheras. Vide Elect. Pl. Tit. *Animalium.*
o Instrumentum rusticum. Schauffel. B. pro V: ut sæpè.
p Furculæ quibus acervi frugum fiunt.

Ut Hortum fodiat; atq; ut frumentum metat.
Ad messim credo missus hic quidem tuam.
AG. *Quid istuc ad me?* MI. *Certiorem te esse volt.*
Ne quid clam furtivè accepisse censeas.
HA. סופונים זכורהים. MI. *Hem! cave; si feceris,*
Quod hic te orat. AG. *Quid ait? aut orat? expedi.*
MI. *Sub* [a] *cratim uti jubeas sese supponi; atq; eò*
Lapides inponi multos. ut sese neces.
HA. גונבל בלסמן ערסן. AG. *Narra; quid est?*
Quid ait? MI. *Non hercle nunc quidem quicquam scio.*
HA. *At tu scias nunc: dehinc Latinè jam loquar.*
Servom hercle te esse oportet, & nequam, & malum;
Hominem peregrinum, atq; advenam qui irrideas.
MI. *At hercle te Hominem & Sycophantam, & subdolum;*
Qui huc advenisti nos captatum [b] *Migdilybs*
Bisulci-lingua; quasi proserpens [c] *bestia.*
AG. *Maledicta hinc aufer; linguam conpescas, face.*
Maledicere huic tu temperabis; si sapis.
Meis Consanguineis nolo te injustè loqui.
Karthagini ego sum gnatus; ut tu sis sciens.
HA. *O mi Popularis! salve.* AG. *Et tu edepol; quisquis es.*
Et si quid opu'st, quæso dic; atq; impera,
Popularitatis [d] *causâ.* HA. *Habeo gratiam.*
Verùm ego hic [e] *unum hospitium habeo. Antidamæ Filium,*
Quæso; conmonstres, si novisti, Agorastoclem.
Sed ecquem Adulescentem tu hic novisti Agorastoclem?
AG. *Siquidem tu Antidamæ hic quæris adoptatitium,*
Ego sum ipsus, quem tu quæris. HA. *Hem! quid ego audio?*
AG. *Antidamæ gnatum me esse.* HA. *Si ita'st;* [f] *Tesseram*
Conferre si vis Hospitalem; eccam! adtuli.
AG. *Agedum huc ostende; est par probè. nam habeo domi.*
HA. *O mi Hospes; salve multùm! nam mihi tuus Pater,*
Pater [g] *tuus ergò* mihi *Hospes Antidamas fuit:*
Hæc mihi Hospitalis olim *Tessera quom illo fuit.*
AG. *Ergò hic apud me hospitium tibi præbebitur.*
Nam haud repudio hospitium, neq; Karthaginem,
Unde sum oriundus. HA. *DI dent tibi omnes quæ velis!*
Sed quid ais? quî potuit fieri? ut Karthagini
Gnatus sis; hic autem habueris Ætolum Patrem.
AG. *Subruptus sum illinc: Antidamas Hospes tuus*
Emit me; & is me sibi adoptavit Filium.

[a] Supplicii genus Carthaginiensibus usitatum. Vide Elect. Pl. Tit. *Supplicij.*

[b] Mixtus Libys. Quia Carthag. utebantur linguâ Tyriorum, & Afrorum. *Bisulci-lingua*, ut *legirupa*, &c.

[c] Serpens. Pers. 2. 4. ✝. 28. Vide Lex.

[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Popularitatis.*

[e] *I. e.* certum hospitium.

[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Hospitij.*

[g] Pater tuus; inquam.

Digitized by Google

HA. Demarcho item ipse fuit adoptatitius.
Sed mitto de illo; & ad te redeo. dic mihi;
Ecquid meministi tuûm Parentum nomina?
AG. Patris, atque Matris memini. HA. memoradum mihi;
Si novi fortè, aut si sunt Cognati mihi.
AG. AMSIGURA Mater mihi fuit: IACHON Pater.
HA. Patrem, atque Matrem viverent vellem tibi.
AG. An mortui sunt? HA. factum: quod agrè tuli.
Nam mihi sobrina Amsigura tua Mater fuit.
Pater tuus is erat Frater Patruelis meus:
Et is me haredem fecit, quòm suum obijt diem.
Quo me privatum esse agrè patior mortuo.
Sed si ita'st, ut tu sis Iachonis Filius,
Signum esse oportet in manu lavâ tibi;
Ludenti puero, quod momordit Simia.
Ostende. AG. Inspice jam. HA. aperi. AG. audi; atque ades.
Mi Patrue; Salve. HA. & tu salveto, Agorastocles.
Iterùm mihi gnatus videor; quod te repperi.
MI. Pol istam rem vobis benè evenisse gaudeo.
Et te monere num [a] nevis? HA. sanè volo.
MI. Paterna oportet reddi Filio bona.
Æquom'st, habere hunc bona, quæ possedit Pater.
HA. Haut postulo aliter; restituentur omnia.
Suam rem sibi salvam sistam, si illò advenerit.
MI. Facito sis reddas; etsi hic habitabit tamen.
HA. Quin mea quoque iste habebit; si quid me [b] fuat.
MI. Festivom facinus venit mihi in mentem modò.
HA. Quid id est? MI. tuâ'st opus operâ. HA. dic mihi; quid lubet?
Profectò utèris, ut voles, operam meam.
MI. Quid est negotij? potin' tu fieri subdolus?
HA. Inimico possum; Amico insipientia'st.
MI. Inimicus hercle est hujus. HA. malè faxim lubens.
MI. Amat à [c] Lenone hic. HA. facere sapienter puto.
MI. Leno hic habitat vicinus. HA. malè faxim lubens.
MI. Ei duæ puellæ sunt Meretrices servolæ
Sorores. Earum hic alteram ecflictim perit;
Neque eam incestavit umquam. HA. acerba amatio'st.
MI. Hunc Leno ludificatur. HA. suum quæstum colit.
MI. Hic illi malam rem dare volt. HA. frugi; si id facit.
MI. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam adparo,
Ut te adlegemus, qui Filias dicas tuas,

 Subruptas

a Non vis?

b Si obiero mortem. Trin. 1. 2. ỹ. 1. 0.

c Puellas ex domo Lenonis. Pseud. 1. 1. ỹ. 69. Vide Lex. A.

Subruptasq; esse parvolas Karthagine,
Manuque liberali causâ ambas adserae,
Quasi Filiae tuae sint ambae. intellegis?
HA. *Intellego hercle. nam mihi item Gnatae duae*
Cum Nutrice unà subruptae sunt parvolae.
MI. *Lepidè hercle adsimulas. jam in principio id mihi placet.*
HA. *Pol magis,* [a] *quàm vellem.* MI. *heu! hercle Mortalem Catum,*
Malum, crudumque, & callidum, atque subdolum.
Vt [b] *adflet! quò illud gestu faciat facilius.*
Me quoque dolis jam superat Architectonem.
HA. *Sed earum Nutrix, quâ sit* [c] *facie; mihi expedi.*
MI. *Staturâ haut magnâ, corpore* [d] *aquilo,* HA. *ipsa ea 'st*
MI. *Specie venustâ, ore atquè ac oculis pernigris.*
HA. *Formam quidem hercle verbis depinxti mihi.*
[e] *Vin' eam videre?* HA. *Filias malo meas.*
Sed i; atque evoca illam. si eae meae sunt Filiae,
Si illarum est Nutrix, me continuò noverit.
MI. *Heus! ecquis hic est? nuntiate; ut prodeat*
Foràs Giddeneme. est, qui illam conventam esse volt.

a Q. d. Non est adsimulatio, sed verum desiderium, veraque oratio.
b Ab *Adflet.*
c Quo corporis colorisque habitu. Vide Lex. *Facies.*
d Fusco, & subnigro.
e Syncope antiqua. *Visnam.* vel: *Visne eam?*

ACTVS QVINTI
SCENA III.

GIDDENEME, Nutrix.
HANNO, Pœnus.
MILPHIO, Servus.
AGORASTOCLES.
PUER.

QVIS pultat? MI. *qui* [f] *te proximu'st.* GI. *quid vis?* MI. *eho!*
Novistin' tu illunc Tunicatum [g] *Hominem qui siet?*
GI. *Nam quem ego adspicio? pro supreme Iuppiter!*
Erus meus hic quidem 'st; mearum Alumnarum Pater,
HANNO *Karthaginiensis.* MI. *ecce autem mala.*
Praestigiator hic quidem Pœnus probu'st:
Perduxit omnis ad suam sententiam.
GI. *O mi Ere; salve! Hanno; insperatissume*
Mihi, tuque [h] *Filiae; salve! atque eho!*

f Tibi pr.
g Carthaginẽsem Hannonem, Pœnum.
h Filiabus.

Mira-

Mirari noli; neque me contemplarier.
Cognoscin' Giddenemen Ancillam tuam?
HA. *Novi. sed ubi sunt meæ Gnatæ? id scire expeto.*
AG. *Apud Ædem Veneris.* PU. *quid ibi faciunt? dic mihi.*
GI. APHRODISIA *hodiè; Veneris est Festus dies:*
Oratum iérunt DEAM, *ut sibi esset propitia.*
MI. *Pol satis scio inpetrarunt; quando his hìc adest.*
AG. *Eho! an hujus sunt illæ Filiæ?* GI. *ita ut prædicas.*
Tua Pietas nobis planè auxilio fuit,
Quòm huc advenisti hodiè in ipso tempore.
Namque hodiè earum mutarentur [a] *nomina,*
Facerentque indignum genere quæstum corpore.
PU. *Hannones illi* [b]! חנה *benè si illi in* מושחיני.
GI. [c] *Me psi, &* ענשתי חום *&* עלמנה בשחינים
AG. *Quid illi loquuti sunt inter se? dic mihi.*
MI. *Matrem salutat hic suam: hæc autem hunc Filium.*
HA. *Tace; atque parce muliebri* [d] *supellectili.*
AG. *Quæ ea 'st supellex?* HA. *clarus Clamor sine modo.*
Tu abduc [e] *hos intrò; & unà Nutricem semul.*
Iube hanc abire ad te. AG. *fac, quod imperat.*
MI. *Sed quis illas tibi monstrabit?* AG. *ego doctissumè.*
MI. *Abeo igitur.* AG. *facias modò, quàm memores, mavolim.*
Patruo advenienti cena curetur volo.
MI. [f] *Lachanam vos, quos ego jam detrudam ad Molas;*
Indè porrò ad Puteum, atque ad robustum [g] *Codicem.*
Ego faxo hospitium hoc leviter laudabitis.
AG. *Audin' tu? Patrue. dico; ne dictum neges:*
Tuam mihi majorem Filiam despondeas.
HA. *Pactam* [h] *rem habeto.* AG. *spondésne igitur?* HA. *spondeo.*
AG. *Mi Patrue; salve! nam nunc es planè meus.*
Nunc demùm ego quom illâ fabulabor liberè.
Nunc Patrue; si vis tuas videre Filias,
Me sequere. HA. *jamdudùm equidem cupio; & te sequor.*
AG. *Quid si eamus illis obviàm!* HA. *at, ne inter* [i] *vias*
Præterbitamus, metuo. Magne Iuppiter!
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.
AG. *Ego quidem meos Amores mecum confido fore.*
Sed eccas video ipsas! HA. *Hæcine sunt meæ Filiæ?*
Quantæ è quantillis jam sunt factæ? AG. *scin quid est?*

a Vide Elect. Pl. *Nominum. Meretricum. Ædilis.*
b Sic Puer Hannonem felicem prædicat in plurali κατ' ἐναλλαγήν.
c pro: *me ipsi.*
d Immodesto clamori. Die klappermüle.
e Servos.
f Oleribus vos accipiã, & explebo. ἀπὸ τῶν λαχάνων.
g *Codex* est ligneus stipes, quem alligati Servi trahebãt, cuique insidebant vincti. Vide Lex. *Robur.* & *Codex.* Item Elect. Pl. Tit. *Carceris. Supplicij.*
h Vide Elect. Pl. *Stipulationum.*
i In viâ. Vide Lex. *Inter.*

Digitized by Google

[a] *Thracæ sunt Columnæ; sustolli solent.*
MI. *Opinor hercle hodiè, quod ego dixi per jocum,*
Id eventurum esse, & severum, & serium,
Ut hæ inveniantur hodiè esse hujus Filiæ.
AG. *Pol istuc quidem jam certum 'st. tu istos, Milphio;*
Abduce intrò. nos hasce hic præstolabimur.

a h. e. Thraciæ, sive Thressæ: vel Hethruscæ: permutatis nominibus. Sie sint auffgeschossen wie Seulen/ oder Bäume. Vide Curc. 1. 2. ✝. 54.

ACTUS QUINTI
SCENA IV.

ANTERASTYLIS. ADELPHASIUM.
AGORASTOCLES. HANNO, Pœnus.

FUIT *hodiè operæpretium; ejus qui amabilitati animum* [b] *adiceret,*
Oculis [c] *epulas dare: Delubrum qui hodiè ornatum eò visere venit.*
Deamavi ecastor illic ego hodiè lepidissuma munera Meretricum.
Digna Divâ venustissumâ Venere; neque contempsi ejus opus hodiè.
Tanta ibi copia venustatum aderat; in suo quæque loco sita mundè.
Arabius, murrhinusque omnis odor conplebat; haut sordere visu 'st
Festus dies, Venus, nec tuum Fanum. tantus ibi Clientarum erat numerus,
Quæ ad Calydoniam venerant Venerem. certò enim, quod quidem ad nos duas
Adtinuit, præpotentes, pulcræ, pacisque [d] *potentes, Soror, fuimus:*
Neque ab juventute ibi inridiculo habitæ: quod pol, Soror, cæteris omnibus factum 'st.
AD. *Malim istuc aliis ita videatur, quàm uti tete, Soror, conlaudes.* AN. *spero* [e] *equidem.*
AD. *Et pol ego, quòm, ingeniis quibus sumus, atque aliæ, cognosco.*
Eo sumus gnatæ genere; ut deceat nos esse à culpâ castas.
HA. *Iuppiter! qui Genus colis, alisque Hominum; per quem vivimus vitalem* [f] *ævum;*
Quem penes spes vitæ sunt Hominum omnium; da diem hunc sospitem, quæso,
Rebus meis agundis! quibus annos multos carui, quasque e Patriâ
Perdidi parvas. redde his libertatem, [g] *invictæ præmium ut esse sciam Pietati.*
AG. *Omnia faciet Iuppiter; faxo. nam mihi est obnoxius, & me metuit.*
HA. *Tace, quæso.* AG. *ne lacruma; Patrue.*
AN. *Ut volupe 'st Homini! mea Soror. si, quod agit, cluet* [h] *victoriâ!*
Sicut nos hodiè inter alias præstitimus pulchritudine.
AD. *Stulta, Soror, es magis, quàm volo. an verò pulchra videre? obsecro.*

Si tibi

b Adiiceret.
c Suprà 1. 1. ✝. 64.
d quæ potuimus pacem à Venere impetrare.
e Et spero verò nos tales aliis videri, cum cognosco, quibus nos ingeniis sumus, atque aliæ puellæ.
f ævum. Vide Lex.
g In quâ semper mansi.
h Si in eo, quod agit, victoriâ clarus est, & excellit.

Si tibi illic non os [a] *oblitum'st fuligine?* AG. *ô Patrue; mi patruissume!*
HA. *Quid est? Fratris mei Gnate. mi Gnate; quid vis? expedi.*
AG. *At enim volo hoc agas.* HA. *at enim ago istuc.* AG. *Patrue; mi patruissime!*
HA. *Quid est?* AG. *est lepida & lauta. ut sapit!* HA. *Ingenium Patris habet, quod sapit.*
AG. [b] *Quæ res? jam diu edepol sapientiam tuam abusa'st hæc quidem.*
Nunc hinc sapit, hinc sentit. quicquid sapit, [c] *è meo Amore sapit.*
AD. *Non eo sumus genere prognatæ, tametsi sumus Servæ; Soror,*
Vt deceat facere nos quicquam, quod Homo quisquam irrideat.
Multa sunt MULIEREM VITIA, *sed hoc è multis maxumum'st,*
Quòm sibi nimis placent; nimisque operam dant, ut placeant [d] *viris.*
Nimiæ voluptati'st, quod in Extis nostris [e] *portentum'st, Soror,*
Quodque Haruspex de ambabus dixit. AG. *velim de me aliquid dixerit.*
AD. *Nos fore invito Domino nostro diebus paucis liberas.*
Id ego, nisi quid DI, aut Parentes faxint, qui [f] *sperem, haut scio.*
AG. *Meâ fiduciâ hercle Haruspex, Patrue, his promisit; scio,*
Libertatem: quia me amare hanc scit. AD. *Soror; sequere hàc.* AN. *sequor.*
HA. *Priusquàm abitis, vos volo ambas. nisi piget; consistite.*
AD. *Quis revocat?* AG. *qui benè volt vobis facere.* AD. *facere occasio 'st.*
Sed quis Homo'st? AG. *Amicus vobis.* AD. *qui quidem inimicus non est.*
AG. [g] *Bonus est hic Homo; mea Voluptas!* AD. *pol istum malim, quàm malum.*
AG. *Si quidem Amicitia 'st habenda, quom hoc habenda'st.* AD. *haut precor.*
AG. *Multa bona vobis facere volt.* AD. *bonus bonis benè feceris.*
HA. *Gaudio ero vobis.* AD. *at edepol nos voluptati tibi.*
HA. *Libertatique.* AD. *isto pretio tuas nos facilè feceris.*
AG. *Patrue mi; ita me DI amabunt! ut ego, si sim Iuppiter,*
Iam hercle ego illam Vxorem ducam, & Iunonem extrudam foràs!
Vt pudicè verba fecit! cogitatè, & commodè.
Vt modestê orationem præbuit! certò hæc mea 'st.
HA. *Sed; ut astu sum adgressus ad eas!* AG. *lepidè hercle, atque commodê!*
HA. *Pergo etiam temptare? rem in pauca confer. sitiunt,* [h] *qui sedent.*
HA. *Quid istic? quod faciundum'st, quur non agimus? in jus vos voco.*
AG. *Nunc tene; Patrue.* HA. *tu frugi si bona es.* AG. *Vin' ego hanc* [i] *adprehendam?* HA. [k] *tene.*
AD. *An Patruus est Agorastocles tuus hic?* AG. *jam faxo scibis.*
Nunc pol ego te ulciscar probè. nam faxo mea eris Sponsa.
HA. *Ite in jus; ne moramini.* AN. *Antestare* [l] *me; atque duce.*
AG. *Ego te Antestabor; posteà hanc* [m] *amabo, atque amplexabo.*
Sed illud quidem volui [n] *dicere; immò dixi hercle, quod volebam.*
HA. *Moramini. in jus vos voco, nisi honestiu'st prehendi.*

a Vide Elect. Pl. *Fucationis*, & *Ludibrij*. Fuligine obliti, quos aliis deridendos propinare volebant.
b Vide Calligraph. *Insignandi*.
c à me, & meo amore.
d omnibus mulieribus (non uxoribus tantùm) hoc innatum est, ut placere satagāt sexui virili.
e Passivè.
f Quà ratione id sperare possim, nescio; nisi tamen in Diis aut Parentibus opis aliquid nobis est.
g beneficus, benefaciendi cupidus.
h Spectatores.
i Adelphasium.
k Iocus in verbo *Tene*. Vide suprà Prologo ℣. 116.
l Vide Lex. *Antestari*. & Elect. Pl. *Iudicij*.
m Adelphasium.
n *sc.* hanc antestabor.

Digitized by Google

AD. *Quid in jus vocas nos? quid tibi debemus?* AG. *dice tu illi.*
AD. *Etiam me meæ latrant* [a] *Canes?* AG. *at tu hercle* [b] *alludiato.*
Dato mihi pro offâ savium; pro osse linguam [c] *objcito.*
Ita hanc [d] *Canem faciam tibi ego oleo* [e] *tranquilliorem.*
HA. *Ite; sultis.* AD. *quid nos fecimus tibi?* HA. *Fures estis ambæ.*
AG. *Nósne tibi?* HA. *vos; inquam.* AG. *atque ego scio.* AD. *quid id furti 'st?*
AG. *hunc rogato.*
HA. *Quia annos multos Filias meas celavistis clam me,*
Atque equidem ingenuas, libertas, summoq; genere gnatas.
AD. *Numquam mecastor reperies tu istuc probrum penes nos.*
AG. *Da pignus; ni nunc perjures, in savium: uter utri det.*
AD. *Nihil tecum ago; abscede, obsecro!* AG. *atque hercle mecum agundum 'st.*
Nam hic Patruus meu'st. pro hoc mihi Patronus sim necesse est.
Ei prædicabo; quomodo vos furta faciatis multa,
Quoquemodo hujusce Filias apud vos habeatis servas,
Quas vos ex Patriâ liberas subruptas esse scitis.
AD. *Ubi sunt eæ? aut quæ sunt? obsecro!* HA. *satis sunt* [f] *maceratæ.*
Quin eloquar! AG. *censeo hercle; Patrue.* AD. *misera timeo; quid*
Hoc sit negotij; mea Soror. ita stupida sine animo [g] *adsto.*
HA. *Advortite animum, Mulieres;* [h] *primùm, si id fieri possit,*
Ne indigna indignis DI darent, id ego evenire vellem.
Nunc quod boni mihi DI danunt; vobis, vostræque Matri,
Eas DIs est æquom gratias nos agere sempiternas:
Quòm nostram Pietatem adprobant, decorantque DI inmortales.
Vos meæ estis ambæ Filiæ; & hic est Cognatus voster,
Huiusce Fratris Filius Agorastocles. AD. *amabo!*
Num hi falso oblectant gaudio nos? AG. *at me ita DI servent!*
Ut hic Pater est voster. date manus. AD. *Salve! insperate nobis*
Pater; te complecti nos sine. HA. *cupitæ, atque exspectatæ!*
AN. *Pater; salve! ambæ Filiæ sumus; amplectamur ambæ.*
AG. *Quis me amplectetur posteà?* HA. *nunc ego sum fortunatus:*
Multorum annorum miserias nunc hâc voluptate sedo.
AD. *Vix hoc videmur credere.* HA. *magis qui credatis, dicam.*
Nam vostra Nutrix primùm me cognovit. AD. *ubi ea, amabo, 'st?*
HA. *Apud hunc est.* AG. *quæso; qui lubet? tam diu tenere* [i] *collum,*
Prius quàm te mihi despondérit. AD. [k] *Sperata; salve! omitte*
Solutum, & tu Altera. AN. *nolo ego.* AG. *istoc énicas me.*
HA. *Condamus* [l] *alter alterum ergò in Nervom brachialem.*
Quibus nunc in terrâ meliu'st? AG. *eveniunt digna dignis.*
Tandem huic [m] *cupitum contigit. ô Apella! ô Zeuxis Pictor!*
Quor numerò estis mortui? hinc exemplum ut pingeretis.

[a] Etiámne ii, qui pro me facere debent, mihi adversantur? *latrant*: pro, *allatrant*.
[b] *Sc.* canibus. demulce illas. Vide Lex. *Alludiare*.
[c] Vide Elect. Pl. *Osculorum*. Pseud. 5. 1. ỷ. 15.
[d] *h. e.* me.
[e] Hyperbolicum Proverbium in placidissima ingenia.
[f] Satis diu eas tenui ambiguas, & incertas.
[g] Non sum apud me.
[h] Primùm vellem, si id fieri posset, ut numquam in servitutem incidissetis: nunc autem, quando id, quod factum est, infectum esse non potest, vos Diis agere gratias æquum est, quod tandem repertæ estis meæ filiæ.
[i] *Sc.* parentis.
[k] Vide Lex. *Sperata* & Elect. Plaut. *Nuptiarum*.
[l] conjungamur inter nos mutuo brachiorum vinculo.
[m] *Sc.* Mihi Adelphalium contigit.

Nam

Digitized by Google

Nam alios Pictores nihil moror hujusmodi tractare exempla.
HA. DI DEÆque omnes! *vobis habeo meritò magnas gratias,*
Quòm hâc me lætitiâ tantâ, & tantis adfecistis gaudiis,
Vt meæ Gnatæ ad me redirent in potestatem meam.
AD. *Mi Pater; tua Pietas planè nobis auxilio fuit.*
AG. *Patrue; facito, in* [a] *memoriam* ut *habeas, tuam majorem Filiam*
Mihi te despondisse. HA. *memini.* AG. *& Dotis quid promiseris.*

ACTVS QVINTI
SCENA V.

ANTHEMONIDES, Miles. Et EIDEM.

SI [b] *ego Minam non ultus fuero probè, quam Lenoni dedi;*
Tum profectò me sibi habento [c] *Scurræ ludificis caveis.*
Is etiam me ad prandium ad se abduxit ignavissumus.
Ipse abijt foràs; me reliquit pro [d] *Atriensi in Ædibus:*
Vbi nec Leno, neque [e] *illæ redeunt; nec quod edim, quidquam datur.*
Pro minore [f] *parte prandI pignus cepi; abij foràs.*
Sic [g] *dedero. ære* [h] *militari tetigero Lenunculum.*
[i] *Nanctu'st Hominem, Minâ quem Argenti circumduceret.*
Sed mea Amica nunc mihi irato obviàm veniat velim!
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit [k] *merulea.*
Itaque replebo atritate; atrior multò ut siet,
Quàm [l] *ÆgyptI, aut qui Cortinam Ludis* [m] *per Circum ferunt.*
AN. *Tenesis me artè; mea Voluptas! malè ego metuo* [n] *Miluos. mala*
Illa Bestia'st, ne fortè me auferat, [o] *Pullum tuum.*
Vt nequeo te satis complecti! mi Pater. ANTH. *ego me moror.*
Propemodùm [p] *hoc* nunc *obsonare Prandium potero mihi.*
Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego video? quomodo?
Quid hoc est [q] *conduplicationis? quæ hæc est congeminatio?*
Quis hic homo'st? quom Tunicis longis: quasi Puer [r] *Cauponius.*
Satin' ego oculis cerno? estne illæc mea Amica Anterastylis?
Et ea'st certò: jampridem ego me sensi nihili pendier.
Non pudet Puellam amplexari [f] *baiolum in mediâ viâ.*
Iam hercle ego illum excruciandum totum Carnufici dabo.
Sanè Genus hoc [t] *muliebrosum'st Tunicis demißitiis.*

a Vide *In*.
b Vide suprà Act. 2 Sc. 1. explicationem hujus Scenæ.
c Vide Lex. *Scurra*.
d *Sc.* Servo. Vide Lex.
e Meretriculæ, Adelph. & Anterast.
f Aliquid ex ædibus Lenoniis mâticulatus sum pro prandio meo.
g Nota formulam Triumphi. Vide Lex. *Sic dabo*.
h *h. e.* ut solẽt Milites latrocinari. Ich will in bezahlē wie gut Landsknechtisch/den Hudler.
i pro; *nactus*. antiquè. Et est Ironia.
k *h. e.* Tota nigra, ut avis *Merula*. Vide Turneb. lib. 10. Adverſ. cap. 24. & Vlyſſem Aldrovand. lib. 16. Ornithol.
l Quibus in corpore color est noctis. *Apuleius*.
m *h. e.* Homines Sole perusti, qui vas aquæ plenum Ludis Circensibus circumferunt, ut equos cursu defessos frigidâ adspergant. Vide Elect. Plaut. *Circensium*. & Lex. *Cortina*.
n Milites ejusmodi rapaces.
o *h. e.* Amatorem tuum.
p ἀεκκλικῶς. quod intus ære militari emi. *h. e.* furatus sum.
q Vide Pseud. 5. 1. ℣. 18.
r Tunicâ manuleat: aut puer meritorius. Pseud. 2. 4. ℣ 48.
f *H. e.* Afrum, à colore baio, qui est color tritici.
t Libidinosum, & mollis animi. Vide Elect. Pl. *Cultûs: Vestium*.

Sed adire certum 'st hanc ad Amatricem [a] *Africam.*
Heus tu! tibi dico; Mulier. etquid te pudet?
Quid tibi negotij autem 'st quom [b] *istâc? dic mihi.*
HA. *Adulescens; salve!* ANTH *nolo: nihil ad te adtinet,*
Quid tibi hanc digito tactio 'st? HA. *quia mihi lubet.*
ANTH. *Lubet?* HA. *ita dico.* ANTH. [c] *Ligula; i in malam Crucem!*
Túne hic Amator audes esse [d] *hallex viri?*
Aut contractare? quod [e] *Mares Homines amant:*
Deglupta [f] *Manas;* [g] *Sarrapis Sementium;*
[h] *Mastruga;* [i] *Halagoras;* [k] *Hama; tum autem plenior*
Allij [l] *Vlpici; quàm* sunt *Romani Remiges.*
AG. *Num tibi, Adulescens; malæ, aut dentes* [m] *pruriunt?*
Qui huic es molestus. an malam rem quaritas?
ANTH. *Quor non adhibuisti, dum istac loquereris,* [n] *Tympanum?*
Nam te Cinædum esse arbitror magis, quàm Virum.
AG. *Scín'? quàm Cinædus sum! ite istinc, Servi, foràs;*
Ecferte fustis. ANTH. *heus tu! si quid per jocum*
Dixi; nolito in serium convortere.
ANTER. *Quid tibi lubido 'st? obsecro! Anthemonides;*
Loqui inclementer nostro Cognato, & Patri.
Nam hic noster Pater est: hic nos cognovit modò;
Et hunc sui Fratris Filium. ANTH. *ita me Iuppiter*
Benè amet! benè factum! gaudeo; & volupe 'st mihi:
Si quidem quid *Lenoni óbtigit magni mali,*
Quòmque è virtute vobis Fortuna óbtigit.
ANTER. *Credibile ecastor dicit. crede huic; mi Pater.*
HA. *Credo.* AG. *& ego credo. sed eccom Lenonem Lycum!*
Bonum virum eccom! video: se recipit domum.
HA. *Quis hic est?* AG. *utrumvis est; & Leno,* & *Lycus.*
In servitute hic duas Filias habuit tuas.
Et mihi hîc Auri fur est. HA. *bellum Hominem! quem noveris.*
AG. *Rapiamus in jus.* HA. *minumè.* AG. *quapropter?* HA. *quia*
Injuriarum multò [o] *induci satiu'st.*

ACTVS

a Ita contumeliosè Pœnum vocat *Mulierē Amatricē.*
b *sc.* Muliere. sic vocat Pœnulum per contemtum, ut paulò antè. Virgil. *O verè Phrygiæ! (neque enim Phryges.)* Et Atys juvenis apud Catullū: *Sectam meam exsecuta.*
c Ita contemptim *Ligulam* vocat, vel calceorum; vel instrumentum ferreum Pharmacopæorum.
d non Vir, sed Viri muria, & pænè fæx. *Alex* est gari vitium, & imperfecta, nec colata fæx apud Plinium. Vide Lex.
e Germani Viri.
f Glande Membri inhonestâ denudatâ furiosa, & insanissima Mulier. ψωλός.
g Sarrapis, vel Serapis Ægyptiorum DEVS, cujus Imagini Senis forma comparatur. Per sementes Serapis à suis Sacerdotib. per pagos ad stipē colligendam circumferebatur, ut messis uberrima proveniret ejus Numine. nam & Agriculturæ præerat.
h Vestis scortea, pessime olens: quâ Sardi utebantur, & Barbari Septemtrionales. qui erant pelliti. Vide Lex.
i Ita fingit ex Gr. ἁλεαγορᾶς, fœtida strues salis in foro. Sic Curc. 4. 1. ℣. 2. *Halophanta.* k vas aquarium ex corio. l Allii Punici quo solebant uti Nautæ Romani, & turpiter fœtére. Vide Lex. m an verbera expetis? Juckt dich der buckel? Willtu stöß haben? n ut Galli Sacerdotes Cybeles, homines semiviri. o q. d. Non rapiatur in jus, sed intro ducatur.

ACTUS QUINTI SCENA VI.

LYCUS, Leno. AGORASTOCLES. HANNO, Pœnus. ANTHEMONIDES, Miles.

DECIPITUR *nemo, meâ quidem sententiâ,*
Qui suis Amicis narrat rectè res suas.
Nam omnibus Amicis meis idem unum cónvenit,
Ut me suspendam; ne [a] *addicat Agorastocli.*
AG. *Leno; eamus in jus.* LY. *Obsecro te! Agorastocles;*
Suspendere ut me liceat. HA. *Leno; in jus te voco.*
LY. *Quid tibi mecum* [b] *autem?* HA. *Quia hasce ajo liberas,*
Ingenuasq; esse Filias ambas meas,
Quæ sunt subruptæ cum Nutrice parvolæ.
LY. *Jampridem equidem istuc scivi; & miratus fui,*
Neminem venire, qui istas adsereret manu.
Meæ quidem profectò non sunt. AN. *Leno, in jus eas.*
LY. *De prandio tu dicis. debetur; dabo.*
AG. *Duplum pro furto mihi opu'st.* LY. *Sume* [c] *hinc quidem.*
HA. *Et mihi suppliciis multis.* LY. *Sume hinc, quid lubet.*
AN. *Et mihi quidem Mina Argenti.* LY. *Sume hinc, quid lubet.*
Collo rem solvam jam omnibus, quasi [d] *Bajolus.*
AG. *Numquid recusas contrà me?* LY. [e] *Advorsùm quidem.*
AG. *Ite igitur intrò, Mulieres. sed, Patrue mi;*
Tuam, ut dixisti, mihi despónde Filiam.
HA. *Haut aliter ausim.* AN. *Benè Vale!* AG. *Et tu benè Vale!*
AN. *Leno; Arrhabonem* [f] *hoc pro Minâ mecum fero.*
LY. *Perij hercle!* AG. *Immò haut multò pòst in jus veneris.*
LY. *Quin egomet tibi me* [g] *addíco! quid Prætore opu'st?*
Verùm; obsecro te! ut liceat simplum solvere.
Trecentos, credo, Philippos [h] *conradi potest.*
Cras auctionem faciam. AG. *Tantisper* [i] *quidem,*
Ut sis apud me ligneâ in Custodiâ.
LY. *Fiat!* AG. *Sequere intrò, Patrue mi; ut hunc Festum diem*
Habeamus hilarem, hujus malo, & nostro bono.
Multùm Valete! multa verba fecimus.

[a] Sic suprà 3.1.℣. 93. Mercat. 1.2.℣. 31. Asin. 5.2.℣. 88.

[b] Nota situm particulæ *Autem*. Vide Lex.

[c] Ἀπαλλάξω. Hinc ego collo & suspendio omnibus satisfaciam. Ich wils mit der Haut alles bezahlen.

[d] Qui collo onera gestat.

[e] Latet sensus aliquis obscœnus.

[f] Miles enim aliquid abstulit è domo Lenonis, quod pro Minâ retineret, quam ei dederat.

[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Iud:cij*.

[h] Credo hanc summam ex meis bonis corradi posse. Nota syntaxin. Truc. 2.6.℣.4.

[i] Usque dū soluas, in Robore jaceas captivus hic.

Digitized by Google

* Heic finis videtur Comœdiæ. At Scena quæ seq. legitur in MSS Pall. & Vatic. Supposititia nihilominus videtur.

Malum postremò omne ad Lenonem redit.
Nunc quod postremum 'st condimentum Fabulæ,
Si placuit; * PLAUSUM *postulat Comœdia.*

Agorastocles. Lycus. Hanno, Pœnus. Adelphasium. Anterastylis. Anthemonides.

QVAM rem agit is Miles? quî lubet Patruo meo loqui inclementer?
Ne mirére, Mulieres quòd eum sequuntur; modò cognovit Filias
Suas hasce esse ambas. Ly. Hem! quod verbum auris meas tetigit? nunc perij!
Vndè hæ perierunt? Ag. Domo Karthaginiẽses. Ly. At ego sum perditus.
Illud ego metui semper, ne cognosceret aliquis, quod nunc factum 'st.
Væ misero mihi! periére opinor duodeviginti Minæ; quî hasce emi.
Ag. Et tu ipse perîsti; Lyce: Karthaginienses sunt. Ly. At ego sum perditus! Ha. Quis hic est?
Vtrumvis est: vel Leno, vel Lycus; in servitute hîc qui filias habuit duas.
Ag. Et mihi Auri fur est. Ha. Bellum Hominem! quem noveris. Leno; rapacem
Te esse semper credidi: verùm etiam furacem; qui norunt magis. Ly. Accedam.
Per ego tua te Genua obsecro! & hunc Cognatum, quem tuum esse intellego,
Quando boni estis; ut bonos facere áddecet, facite: & vestro subveniatis Supplici.
Jampridem equidem istas scivi esse liberas, & exspectabam, si qui eas adsereret manu.
Nam meæ prorsùs non sunt. tum autem Aurum tuum reddam, quod apud me est:
Et jusjurandum dabo, me malitiosè nihil fecisse; Agorastocles.
Ag. Quod mihi par facere tamen; egomet consulam. omitte Genua. Ly. Mitto;
Si ita sententia 'st. Ag. Heus tu! Leno! Ly. Quid Lenonẽ vis inter negotiũ?
Ag. Vtinam mihi Argẽtum reddas! priusquàm in Nervom abducã. Ly. DI
Meliora faxint! Ag. Sic est. video; cenabis foris, Aurum, Argentũ, Collum.

Leno tris res nunc debet semul. HA. Quid me hâc re facere deceat; egomet
Mecum cogito. si volo hunc ulcisci, lites sequar in alieno Oppido:
Quantum audivi, ingenium, & mores ejus, quo pacto sient. AD. Mi Pater!
Ne quid tibi cum istoc rei siet; te maxumè obsecro! AN. Ausculta Sorori.
Abi; disjunge inimicitias cum Improbo. HA. Hoc agesis; Leno. quanquam ego te
Meruisse, ut pereas; scio: non experiar tecum. AG. Neq; si Aurum mihi reddes, mecum
Leno; quando ex Nervo emissus, compingáre in carcerem. LY. Jam autem, ut solet,
Ego, Pœne, tibi me purgatum volo, si quid dixi iratus advorsùm
Animi tui sententiam. id uti ignoscas; quæso! & cùm istas invenisti Filias,
Ita me DI ament! mihi volupta'st. HA. Ignosco; & credo tibi.
ANTH. Leno; tu autem Amicam mihi des, facito; aut Auri reddas mihi Mnam.
LY. Vin' Tibicenam meã habere? ANTH. Nihil moror Tibicenã; nescias,
Vtrum ei majores Buccæ ne, an Mammæ sient. LY. Dabo, quod placeat.
AG. Cura. LY. Aurum cras ad te referam tuum. AG. Facito in memoriam habeas.
LY. Miles; sequere me. ANTH. Ego verò sequor. AG. Quid agis, Patrue! quando hinc ire cogitas
Karthaginem? nam tecum unà ire certum 'st. HA. Vbi primùm potero,
Ilicò. AG. Dum auctionem facio, hîc opu 'st aliquot ut maneas dies.
HA. Faciam; ita ut vis. AG. Agesis; eamus! nos curemus. PLAUDITE!

PLAVTI. POENVLVS.

EXPLICIT.

INCIPIT. PERSA.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri

PERSA.

DRAMATIS PERSONAE.

TOXILUS, Servus. ἀπὸ τοῦ τόξου.

SAGARISTIO, Servus. *à securi.*

SATURIO, Parasitus. *à satietate.* Homo Persa, ex Perside. [illegible] σης. Vnde Fabulæ huic nomen: non à Virgine Persa. In V.C. act. 3. Sc. 1 scribitur: *Saturio.*

SOPHOCLIDISCA, Ancilla.

LEMNISELENE. *à Lemno & Luna.*

PAEGNIUM, Puer. *à jocis & ludis.*

VIRGO.

DORPALUS, Leno. ἀπὸ τοῦ δορπου. à convivio. Sic enim in MSS. inducitur, & scribitur hoc nomen. Al. PORDALUS. ἀπὸ τῆς πορδῆς q. d. Germanicè: Farzhans. Al. DORDALUS, Ridiculà appellatione. Et sic solùm est in MSS. Pall. infrà s. 2. vers. 46.

ARGVMENTVM.

CVM Herus Timarchides à domo abesset, Timarchida liberam Mulierem amat Toxilus Servus, quam Leno Dorpalus dare renuit, ni dentur sexcenti numerati Nummi. Amator sodalem Servum convenit Sagaristium; Amores illi suos aperit, opem petit, impetratq;. huic namq; erant ab Hero fortè pecunia: ut ex illis Boves emerentur: hos Nummos mutuò dat Sodali suo: quibus ille ab Lenone suam sibi recipit Amasiam: & ut ab eo datam vendicet pecuniam, hanc commentatur fallaciam: subornat Virginem, Saturionis Parasiti Filiam, simulatq; Puellam ab Hero missam ex Arabiâ, ut Athenis veneat. Sagaristiumq; advenientem advenam hic cum Lenone paciscitur Mulierem sexaginta Minis. solutâ pro Muliere pecuniâ, Parasitus advenit, Filiam suam liberam asserit, & remittit domum. Lenonem in jus vocat, qui emeret ingenuam; agnoscit ille se emunctum pecuniâ. Servi obsonant, & pergraecantur simul, advenientemq; Lenonem deludunt, suisq; hoc pacto Toxilus gaudet Amoribus.

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
PERSA.

ARGVMENTVM

PRopter a Domino suos b amores Toxilus
Emit, atq; curat: Leno ut emittat manu,
Raptamq; ut tacerer de Prædone c Virginem.
Subornatam suadet, sui Parasiti Filiam:
Atq; ita intricatum ludit potans Dorpalum.

ACTVS PRIMI
SCENA I.

TOXILUS. SAGARISTIO:
Servi.

QVI amans egens ingressu'st d princeps in Amoris vias,
Superavit ærumnis is suis Ærumnas HERCULIS.
Nam cum LEONE, & cum e EXCETRA, cum CERVO, cum APRO Ætolico
Cum AVIBUS Stymphalicis, cum ANTÆO deluctari mavolim,
Quàm cum AMORE: ita fio miser quærendo Argento mutuo.
Nec f quicquam nisi, NON EST, sciunt mihi respondere, quos rogo.
SA. Qui Ero suo servire volt benè Servos servitutem,
Næ edepol illum multa in pectore suo collocare oportet,
Quæ Ero placere censeat præsenti atq; absenti suo.
Ego neq; lubenter servio, neq; satis sum Ero ex sententia,
Sed quasi lippo g oculo me Erus meus manum abstinere haut quit tamen,

a Pseud. 1. 1. 6. [illegible]

Quin mihi imperet, quin me suis negotiis a præfulciat.
Quis illic est? qui contra me adstat. To. *quis hic est qui contra me adstat?*
Similis est Sagaristionis. Sa. *Toxilus hic quidem meus Amicus est.*
To. *Is est profecto.* Sa. *eum esse opinor.* To. *congrediar.* Sa. *contra adgrediar.*
To. *O Sagaristio! DI ament te!* Sa. *ô Toxile! dabunt DI, quæ exoptes.*
Ut vales? To. *Ut b queo.* Sa. *quid agitur?* To. *vivitur.*
Sa. *Satin ergò ex sententia?* To. *si eveniunt, quæ exopto, satis.*
Sa. *Nimis stulte c Amicis utere.* To. *quid jam?* Sa. *quia jam imperare oportet.*
To. *Mihi quidem tu jam eras mortuus, quia te non d visitavi.*
Sa. *Negotium edepol fuit.* To. *ferreum e fortasse.* Sa. *plusculum f annum*
Fui præferratus apud Molas Tribunus g Vapularis.
To. *Vetus jam istæc militia st tua.* Sa. *satin' tu usque valuisti?* To. *haud probe.*
Sa. *Ergò edepol palles.* To. *saucius factus sum in Veneris prælio.*
Sagitta Cupido cor meum transfixit. Sa. *jam Servi hic amant?*
To. *Quid ergo faciam? Disne advorser? quasi Titani h quom*
Dis belligerem? quibus i sat esse non queam.
Sa. *Vide modo, ulmeæ Catapultæ k tuum ne transfigant latus.*
To. *Basilice l agito Eleutheria.* Sa. *quid jam?*
To. *Quia Erus peregre st.* Sa. *ain' tu? peregre st?*
To. *[illegible] tibi bene esse pote pati, [illegible] vives m mecum,*
[illegible] accipiere [illegible]. Sa. *Vah! jam Scapulæ n pruriunt.*
Quia te istæc audivi loqui. To. *sed hoc me unum excruciat.*
Sa. *Quidnam id est?* To. *hæc summa st o hodie mea Amica sitne libera,*
[illegible] servitutem serviat. Sa. *quid nunc vis ergò?*
To. *[illegible] tibi me potis sum [illegible].* Sa. *quemadmodum?*
To. *Ut mihi des [illegible] pro p Capite illius pendam,*
Quos continuo [illegible] aut quatriduo.
[illegible] benig[illegible]
Sa. *Quâ confid[illegible] tu à me Argentum tantum audes?*
Impudens [illegible] veneam, vix recipi potis est,
Quod tu [illegible] AQUAM à q PUMICE nunc postulas,
[illegible] To. *sicine hoc te mihi facere?* Sa. *quid faciam?* To. *rogásne?*
[illegible] Sa. *[illegible] quod me rogas.*
To. *[illegible] quam reppert.* Sa. *quæram equidem, si quis credat.*
To. *[illegible] mundo* Sa. *si id domi esset mihi, jam pollicerer.*
[illegible] To. *quicquid erit, recipe te ad me.*
Sa. *[illegible] ego item sedulo. si quid erit, faxo jam ut scias.*
To. *[illegible] operam da hanc mihi fidelem.* Sa. *ah! odio me enicas.*

To. [illegible]

[illegible] Vide Lect. Plaut. [illegible] quomodo aliunde accipiam, operam des.

To. *Amoris vitio, non meo, nunc tibi* [a] *morologus fio.*
Sa. *At pol ego abs te concessero.* To. *jámne abis? bene ambulato:*
Sed recipete, quamprimum potes: cave fuas [b] *mihi in quaestione.*
Usque ero domi, dum excoxero Lenoni malum.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

Saturio, Parasitus.

VETEREM, *atque* [c] *antiquom quaestum* meum alimoniae
Servo, atque obtineo, & magnâ cum curâ colo.
Nam numquam quisquam meorum majorum fuit,
Quin parasitando paverint Ventris suos:
Pater, Avos, Proavos, Abavos, Atavos, Tritavos,
Quasi [d] *Mures semper edêre alienum cibum,*
Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.
Namque his cognomentum erat duris [e] *Capitonibus.*
Unde ego hunc quaestum obtineo, & majorum locum.
Neque quadruplari me [f] *volo (neque enim decet.)*
Sine meo periculo [g] *ire aliena ereptum bona:*
Neque illi, qui faciunt, mihi placent: plane loquor.
Nam publicae rei causâ quicumque id facit
Magis, quàm sui quaesti, animus induci [h] *potest,*
Eum esse civem, & fidelem, & bonum.
Sed Legirupam qui damnet, det in publicum
Dimidium; atque etiam in eâ lege adscribitor.
Ubi Quadruplator quoipiam injexit [i] *manum,*
[k] *Tantidem ille illi rursus injiciat manum,*
Ut [l] *aequâ parti prodeant ad Triuviros.*
Si id fiat; ne [m] *isti faxim nusquam adpareant,*
Qui hic albo [n] *rete aliena oppugnant bona.*
Sed sumne ego stultus? qui rem curo publicam.
Ubi sint Magistratus, quos curare oporteat.
Nunc huc introibo; visam hesternas reliquias:

Quie

a Stultiloquus. & pro G. μωρολόγος.
b Cave mihi quaerendus sis. Mil. 2. 2. ℣. 33.
c Mostell. 1. 2. ℣. 45.
d Vide Elect. Pl. Parasitorum. Capt. 1. 1. ℣. 9.
e Vide Capt. 1. 1. ℣. 21. Olim Luxuriosi perditi, ubi incaluissent, Matulas & alia instrumenta in capita sibi invicem illidebant. Et hinc *Duri Capitones* dicti: vel etiam ab impudentia: ut ferrei sit allusum ad familiam Capitonum. Vide Elect. Pl. *Luxur.* *Parasitorum.*
f τὸ μὴ συκοφαντεῖν. Nolo esse Quadruplator. Nolo aliena bona ereptum ire: ne cogar ad solvendum quadruplum pretium. Vide infra 3. 1. ℣. 36. & Lex.
g Vide Lex. *Im.*
h *i. e.* facile crediderо. Vide Capt. 1. 1. ℣. 20.
i Injecerit manum, & in judicium traxerit. Cui manus injecerit Quadruplator, is ipsi vicissim Quadruplatori manum injiciat.
k Tantâ poenâ propositâ.
l Ut pari utrimque proposito periculo ad Praetorem eant ad Trium viros rem hanc deferant, judicium experturi. *parti:* pro, *parte.* Men. 5. 2. ℣. 14.

m Isti alienorum bonorum insidiosi & fraudulenti; iniquissimi quidem illi, sed sub aequi & honesti specie captatores.
n Ἀλληγορικῶς de iis, qui dolos suos exornant, ac bonum praetextum iis affingunt. Album sunt leges, quibus alios illaqueant isti Sycophantae; quibus fraudes suas ita dealbant, ut videantur habere iustam αἰτίαν φανερὰν aliena bona ad se derivandi. Haec mihi vera videtur explicatio hujus loci. Aliorum Allegoriae nimis longè petitae sunt; & à lectione Mss. procul recedunt. Vide Aul. 4. 9. ℣. 7.

Qui evenerint rectè, nécne, num infeceris [illegible],
Opertæne fuerint; ne quis obreptaverit.
Sed aperiuntur Ædes, remorandu'st gradus.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

TOXILUS, Servus.
SATURIO, Parasitus.

O[illegible] *Hodiè illam faciat Leno libertatem suam.*
Sed [illegible] quoius mihi auxilio 'st opus,
[illegible] non videam ita [illegible] virum.
[illegible] atque adproperate [illegible]
[illegible] quicquam, ubi ego intrò advenero.
[illegible] [c] [illegible]ruthea [d], colutheaque adpara,
[illegible] [e] [illegible] & [illegible]
[illegible] ille huc advenit, credo, [f] Congerro meus.
[illegible] T o lautum credo [illegible] [g] balneis
[illegible] SA. ut ORDINE omnem rem tenet'
[illegible] [h] [illegible] madeant, & [i] Colyphia.
Ne mihi [illegible] S [illegible] meram.
[illegible]
[illegible]
[illegible] pellucidum;
[illegible]
[illegible] vesicam: quod eat in ventrem, volo.
[illegible] loquitur. SA. ô mi Iupiter
[illegible] compellat [illegible]
[illegible] advenit mihi.
[illegible] atque haut te decet.
[illegible] io venio; non advenio Saturio.
[illegible] [illegible] ventris fumant [n] focula.
[illegible] reliquiis. SA. Pernam quidem
[illegible] quam postridiè.

[illegible] neque [illegible], sed tam crassum & [illegible] quàm [illegible] placenta fie-[illegible] placenta. m Vide Elect. [illegible] n Nutrimenta. Nonius. o Vide Elect. Plaut. [illegible] & [illegible]

To. *Ita fieri jussi.* SA. *ecquid* [a] *alecis?* To. *vah! rogus?*
SA. *Sapis multùm ad Genium.* To. *sed ecquid meministi? erè*
Qua de re ego tecum mentionem feceram.
SA. *Memini. ut* [b] *Murana, & Conger* [c] *ne calefierent.*
Nam nimiò melius oppectuntur [d] *frigida.*
Sed quid cessamus prælium [e] *committere?*
Dum mane est, omnis esse [f] *Mortalis decet.*
To. *Nimis panè mane'st.* SA. [g] MANE QUOD TU OCCEPERIS
NEGOTIUM AGERE, ID TOTUM PROCEDIT DIEM.
To. *Quæso animum adverte. hoc enim jam erè narravi tibi;*
[h] *Tecumque oravi; ut Nummos sescentos mihi*
Dares utendos mutuos. SA. *memini. & scio:*
Et te me orare, & mihi non esse, quod darem.
Nihil Parasitu'st, quoi Argentum domi'st.
Lubido extemplò [i] *cœpere 'st Convivium;*
[k] *Tuburcinari de suo, si quid domi 'st.*
Cynicam esse gentem [l] *oportet Parasitum probè,*
[m] *Ampullam,* [n] *strigilem,* [o] *scaphium, soccos, pallium.*
Marsupium habeat; inibi paulùm [p] *præsidij,*
Qui familiarem suam vitam [q] *oblectet modò.*
To. *Iam nolo Argentum; Filiam utendam tuam*
Mihi da. SA. *numquam edepol quoiquam etiam utendam dedi.*
To. *Non ad istuc, quod tu insimulas.* SA. *quid eam vis?* To. *scies;*
Quia formâ lepidâ, & liberali 'st. SA. *res ita 'st.*
To. *Hic Leno neque te novit, neque Gnatam tuam.*
SA. *Me ut quisquam norit! nisi ille, qui præbet cibum.*
To. *Ita'st. hoc* [r] *tu mihi reperire Argentum potes.*
SA. *Cupio hercle.* To. *tum tu me sine illam vendere.*
SA. *Tún' illam vendas?* To. *Immò alium adlegavero,*
Qui vendat; qui esse se peregrinum prædicet.
Sicut isthic Leno nondum sex [f] *menses* [t] *Megaribus,*
Huc est, quòm commigravit. SA. *pereunt reliquiæ.*
Posteriùs istuc [u] *tamen potest.* To. *scin'? quàm potest!*
Numquam hercle hodie hic priùs edis, ne frustrà sis
Quàm te hoc facturum, quod rogo, adfirmas mihi.
Atque, nisi Gnatam tecum huc jam, quantum potest,
Abducis; exigam hercle ego te ex [x] *hâc Decuriâ.*

a Vide Lex. *Halec.*
b *Lampetra* aliàs, à lambendis petris. Vide Lex.
c Conger piscis.
d Digitis quasi pectine circumcarpuntur & comeduntur. Abtlaubst.
e *h.e.* Pernam frigidam absumere. *Metaph.* à Circensibus.
f Edere.
g Vide Elect. Pl. *Aurora.* German. Den Morgen voll ist dem ganzen tag wol.
h Te. Vide Lex. *Mecum.*
i Inire.
k Vorare. *Nonius.*
l *h.e.* Parasitorum gentem oportet esse probe: *h.e.* bene admordere, & tuburcinari.
m Vide Elect. Plaut. *Thesophorum*; & *Balneatorum.*
n Vas oleariuum: quo in balneis ad unctiones uti solebant, ut & strigilibus. ibi se detricabant, distringebantque. Vide Lex. *Ampulla. Strigilis.*
o Sive vas vinarium, sive Matulam.
p Viatici. Vide Lex. Pœn. 3. 3. ✝. 57.
q Parcè & duriter sustenter domi, à nemine vocatus. Capt. 1. 2. ✝. 27. Hanc vocant *Familiarem vitam.*
r Scil. modo. In nequiorem sensum capit quàm norit.
f Vide Calligraph. Aul. Prol. ✝. 4. *Temporis.*
t Megaris Athenas. *Metaplasmus.*
u In aliud tempus differamus.
x Ordine, dignitatis gradu.

Quid nunc? quid est? quin dicis? quid facturus sis?
SA. *Quæso hercle me quoque etiam vendas, si lubet;*
Dum saturum vendas. TO. *hoc si facturus; face.*
SA. *Faciam equidem, quæ vis.* TO. *bene facis: propera: abi domum*
Præmonstra doctè; præcipe astu Filiæ;
Quid fabuletur: ubi se gnatam prædicet;
Qui sibi Parentes fuerint; unde subrupta sit.
Sed longè ab Athenis esse se gnatam autumet
Et ut [a] *adfleat quòm ea memoret.* SA. *etiam tu tace*
Ter tantò pejor ipsa'st. quàm illam tu esse vis.
TO. *Lepide hercle dicis. sed scin' quid facias? cape*
Tunicam, atque Zonam. & Chlamydem adferto. & [illegible] *Causiam*
Quam ille habeat, qui hanc Lenoni huic vendat. SA. *heu' prædicas.*
TO. *Quasi sit peregrinus.* SA. *laudo.* TO. *& tu gnatam tuam*
Ornatam adduce; lepidè in peregrinum modum.
SA. Sed *unde ornamenta?* TO. *abs* [c] *Chorago sumito*
Dare debet præbenda; Ædiles locaverunt. indepetito.
SA. *Iam faxo hic* [d] *aderunt sed ego* [e] *horunc nihil* [f] *scio*
TO. *Nihil hercle verò. nam ubi ego Argentum accepero*
Continuò tu illam à Lenone adserito manu.
SA. *Sibi habeat; si non extemplò ab eo abduxero.*
TO. *Abi & istuc cura. interibi ego Puerum volo*
Mittere ad Amicam meam, ut habeat animum bonum,
Me esse effecturum hodie. nimis longum loquor.

a Ut fletu oratio- [illegible] suam adjuvet. [illegible] [illegible]
b tegumentum capitis, ad arcen- dum æstum
c [illegible] ornamenta. e [illegible] & [illegible] maxime [illegible] quasi sim peregri- nus [illegible]

ACTVS SECVNDI
SCENA I

SOPHOCLIDISCA. LEMNI-SELENE.

SATIS fuit indoctæ, [g] inmemori, insipienti dicere totiens.
Nimis tandem me quidem pro [h] *barda, & pro rustica reor habitam*
esse abs te. quamquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi semul bibere.
Vnam quidem jam satis tibi spectatam censueram esse, & meos mores.
Nam equidem jam te sector [i] *quintum hunc annum, quòm intereà tam credo*
[k] *Cucus si in ludum iret. potuisset iam fieri, ut probe litteras sciret.*
Quom interim tu meum ingenium fans non edidicisti, atque infans.
Potin? ut taceas. potin'? ne moneas. memini; & scio, & calleo, & conmemini.

Amas pol misera. id [a] *tuus scatet animus: ego istuc placidum tibi*
Ut sit, faciam. LE. *ecastor* MISER *est, qui amat.*
SO. *Certò is quidem nihili est, qui amat. quid ei homini opus vitâ 'st?*
Ire decet me, ut Eræ obsequens fiam; libera meâ operâ ocius ut sit.
Conveniam hunc Toxilum. ejus auris, quæ mandata sunt, onerabo.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

TOXILUS, Servus.
PÆGNIUM, Puer.
SOPHOCLIDISCA, Ancilla.

SATIN' *hæc tibi sunt plana, & certa? satin' hæc meministi, & tenes?*
PÆ. *Melius, quàm qui docuisti.* TO. *ain' verò!* [b] *VerBeceum caput.*
PÆ. *Ajo enim verò.* TO. *quid ergò dixi?* PÆ. *ego rectè apud illam dixero.*
TO. *Non edepol scis.* PÆ. *da hercle pignus; ni omnia memini, & scio.*
TO. *Equidem. si scis tute, quot habeas hodiè digitos in manu,*
Eò dem pignus tecum. PÆ. *Audacter! si lubido 'st perdere.*
TO. *Bona pax sit potiùs!* PÆ. *tum tu igitur sine me ire.* TO. [c] *& jubeo, & sino.*
Sed ita volo te curare, ut domi sis, quòm ego te esse illic censeam.
PÆ. *Faciam.* TO. *quò ergò is nunc?* PÆ. *domum: uti domi sim, quòm illi censeas.*
TO. *Scelus tu Puer es; atque ob istanc rem ego* [d] *aliqui te* [e] *peculiabo.*
PÆ. *Scio fidei hercle* [f] *Erili ut soleat opprobrari inpudicitia,*
Nec subigi queantur umquam, ut pro eâ fide habeant Iudicem.
TO. *Abi modò.* PÆ. *ego laudabis, faxo.* TO. *sed has Tabellas, Pægnium,*
Ipsi Lemniselenæ fac des, & quæ jussi, nuntiato.
SO. *Cesso ire ego, quò missa sum?*
PÆ. *Eo ego.* TO. *i sanè. ego domum ibo: face rem hanc cum curâ geras.*
Vola curriculo. PÆ. *istuc marinus* [g] *Passer per Circum solet.*
Illic abijt hinc intrò huc. sed [h] *quis hæc est? quæ me advorsùm incedit.*
SO. *Pægnium hic quidem 'st.* PÆ. *Sophoclidisca hæc* [i] *peculiaris est ejus,*
Quò ego sum missus. SO. *nullus esse hodiè hoc pejor perhibetur Puero.*
Conpellabo. PÆ. *Commorandum 'st mihi apud hanc* [k] *obicem.*
SO. *Pægnium, Deliciæ Pueri; salve! quid agis? ut vales?*
PÆ. *Sophoclidisca; DI me amabunt!* SO. *quid me! utrum?* PÆ. *hercle* nescio.
Verùm, si ut digna 's, faciant; odio hercle habeant, & faciant malè.
SO. *Mitte malè loqui.* PÆ. *quòm ut digna 's, dico; benè: non malè loquor.*
SO. *Quid agis?* PÆ. *Feminam scelestam te adstans contrà contuor.*

[a] Scilicet; quæ scatent, non sunt placida, sed fretû atque æstum ac procellas fluctuantis aquæ imitantur.

[b] h. e. Simplex. Vide Calligr. *Nomi-num.* & Lex. *Vervex.* B pro V positum.

[c] h. e. properato opus est: adeo quidem, ut citius cõfectum sit negotium, quàm cuiquam inchoatum videatur: ut usque redux compareas prius, quàm à Lemniselena remissus censearis. Nimirùm usque domi meæ præstoleris volo, ut apud nos sis, cùm te apud Lemniselenam esse arbitrabor.

[d] Aliquo modo, aliquâ re.

[e] Pro Culcitellâ te utar, habeboque pronuae ut dignus es. Vide Lex. *Pecu-lium.* & Calligr. *Res Venerea.*

[f] Servo, qui Hero fidelis.

[g] Struthiocamelus. ita volat scilicet, ut à terrâ se non tollat sed alarum passis velis una currens remiger.

[h] Vide Lex. *Quis.*

[i] Quæ esset in peculio ejus. Vide Lex. *Peculiaris.*

[k] Quæ instar obicis remoram mihi incommodè objectat.

So. Certe equidem Puerum pejorem, quam te novi neminem.
Pæ. Quid mali facio? aut quoi male dico? So. quoi pol cumque occasio 'st.
Pæ. Nemo [a] Homo unquam ita arbitratu'st. So. at pol multi esse ita sciunt.
Pæ. Heja! So. Heja! Pæ. tuo ex ingenio mores alienos [b] probas.
So. Fateor ego profecto, me esse ut [c] decet Lenonis familiam.
Pæ. Satis jam dictum habeo. So. sed quid tu? confitere, ut [e] te autumo?
Pæ. Fatear, si ita sim. So. jam abi; vicisti. Pæ. abi nunc jam. So. hoc mihi expedi:
Quò abis? Pæ. quò tu? So. dic tu; prior rogavi. Pæ. at post scies.
So. Eo ego hinc haut longe. Pæ. & quidem ego haut longe. So. quò ergo, scelus!
Pæ. Nisi sciero prius ex te; tu ex me numquam hoc, quod rogitas, scies.
So. Numquam ecastor hodie scibis, priusquam ex te audivero.
Pæ. Itan' est? So. itan' est? Pæ. mala's. So. scelestu's. Pæ. decet me. So. me quidem haut decet.
Pæ. Quid ais? certin' est, scelesta? [d] quò iter facias; Pessuma!
So. Offirmastin' occultare? quò te [e] immittas; Pessume!
Pæ. Par pari respondes dicto. abi jam: quando ita certa res est.
Nihili facio scire. Valeas. So. adsta. Pæ. at propero. So. & pol ego item.
Pæ. Ecquid habes? So. ecquid tu? Pæ. nihil equidem. So. cedo manum ergò.
Pæ. estne hæc [f] manus?
So. Ubi illa altera 'st furtifica læva? Pæ. domi. eccam huc nullam adtuli.
So. Habes [g] nescio-quid. Pæ. ne me adtrecta: Subigitatrix. So. sin te amo?
Pæ. Male operā locas. So. qui? Pæ. quia enim nihil [h] amas, quom Ingratū amas.
So. [i] Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam:
Ne ubi capillus [k] versipellis fuat, fœde semper servias.
Tu quidem haut etiam es octoginta [l] pondo. Pæ. at confidentiâ
Illa militia [m] militatur multo magis, quam pondere.
Atque ego hanc nunc operam perdo. So. Quid jam? Pæ. quia [n] perita prædico.
Sed ego cesso. So. mane. Pæ. molesta's. So. ero quoque; nisi scio,
Quo agas te. Pæ. ad vos. So. & pol ego ad vos. Pæ. quid eo? So. quid id ad te adtinet?
Pæ. [o] Enim non ibis nunc vicissim; nisi scio. So. odiosus es. Pæ. lubet.
Numquam hercle istuc [p] exterebrabis tu, ut sis pejor, quam ego siem.
So. Malitia certare tecum, miseria 'st. Pæ. merx tu mala's.
So. Quid est, quod metuas? Pæ. idem istuc, quod tu. So. dic ergò; quid est?
Pæ. Ne hoc quoiquam Homini edicerem, omnes muti ut loquerentur [q] prius.
So. Mihi item edictum 'st magnopere mihi, ne quoiquam Homini crederem:
Omnes muti ut loquerentur prius hoc, quam ego. So. at tu hoc face.
Fide data credamus. Pæ. novi: omnes sunt Lenæ [r] levi-fidæ.

Neque

a Nota syntaxin. Nemo homo. b Mentis, æstimas. c Lenonis famili-liâ, vel eâ, quæ in [illegible] Nota [illegible]

d [illegible] quo te [illegible] e [illegible] 19. g Verenda attre[illegible] Vide Truc. [illegible] h Nihil agis cum [illegible] amas. Vide Lex. Ingra-[illegible] i Maturè [illegible] oportet [illegible] [illegible]

Neq; [a] Tipulæ levius pondu'st, quàm Fides Lenonia.
So. Dic; amabo! PÆ. Dic; amabo. So. Nolo ames. PÆ. Facilè impetres.
So. Tecum habeto. PÆ. Et tu hoc taceto. So. Tacitum erit. PÆ. Celabitur.
So. Toxilo has fero Tabellas, tuo Ero. PÆ. Abi. eccillum domi!
At ego hanc ad Lemniselenem tuam Eram obsignatam [b] abietem.
So. Quid istic scriptum? PÆ. Juxtà tecum, si tu nescis, nescio.
Nisi fortaßè blanda verba. So. Abeo. PÆ. At ego abiero. So. Ambula.

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

SAGARISTIO, Servus.

JOVI opulento, [c] incluto, Ope Gnato, Supremo, Valido, [d] Viripotenti,
Opes, spes, bonas copias commodanti [e] LUBENS MERITOQUE [f] vitulor.
Quia meo Amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt [g] Argenti mutui; uti egenti opem adferam.
Quod ego non magis somniabam, neq; opinabar, neq; censebam,
Eam fore mihi occasionem; [h] ea nunc quasi decidit de cælo,
Nam Erus meus me [i] Eretriam misit, domitos boves uti sibi mercarer.
Dedit Argentum. nam ubi mercatum dixit esse die [k] septimei,
Stultus, qui hoc mihi daret Argentum, quojus ingenium noverat.
Nam hoc Argentum alibi abutar: boves quos emerem, non [l] erant.
Nunc & Amico meo prosperabo. & Genio meo multa bona faciam.
Diu quod benè erit, [m] die uno absolvam. [n] tax! tax! tergo erit meo; non curo.
Nunc [o] Amico Homini bobus domitis, meâ ex cruminâ largiar.
Nam id demùm lepidum'st; triparcos Hominis, vetulos, avidos, aridos,
Benè [p] admordere; qui [q] Salinum Servo obsignant cum Sale.
Virtus est; ubi occasio admonet, dispicere. [r] quid faciet mihi?
Verberibus cædi jusserit, compedes inponi: [ſ] vapulet!
Ne sibi me credat supplicem fore. væ illi! mihi jam nihil novi
Offerri potest; quin sim peritus: sed Toxili eccom! Puerum; Pægnium.

[a] Bestiolæ levissimæ. Vide Lex. & Calligr. Levitatis. & Elect. Pl. Tit. Lenonum.
[b] Tabellas abiegnas. Vide Elect. Pl. Tit. Literarum.
[c] Vide Elect. Pl. Tit. Deorum. Iovis.
[d] Viribus potenti, & valenti.
[e] Formula LVBENS MERITOQVE. Vide Calligraph. Feminatatis.
[f] Lætor. Vide Lex. Vitulor.
[g] Dant. antiquè.
[h] Vide Calligr. Occasionis. Et Proverbialiter dictum: Decidit de cælo.
[i] In Eretriam. Malunt aliqui Erythiam: quæ fuit Insula Gadibus adjecta: ubi regnavit Geryon. Vide Pomp. Mel. lib. 3. c. 6. Plin. lib. 4. cap. penult. Macrob. lib. 5. cap. 21.
[k] ἀρχαϊκῶς Vide Calligr. Tit. Temporis.
[l] Sc. causabor.
[m] Totius vitæ meæ lætitias in unum diem conferre lubet, reliquo tempore, si ita DIIS visum sit, miser futurus. Vide Cas. 5. 4. ✠. 16.
[n] Vide Lex. Tax!
[o] Nunc ego Toxilum donabo pecuniâ, quam impendere debeam boum emtioni. Nota syntaxin: Largior bobus. Pseud. 1. 4. ✠. 1. locatur de bobus ex cruminâ. Vide infrà 5. 2. ✠. 16. Calligr. Asin. 2. 2. ✠. 44. Truc. 2. 2. ✠. 5.
[p] Insigni damno afficere.
[q] Sal fuit inter pretiosiora: adeoq; delicatiorum. Allium fuit gratuitum. Vide Elect. Pl. Tit. Ciborum. & Vasorum.
[r] Vide Calligr. Tit. Minarum.
[ſ] Quid malum mihi dare Herus possit? vapulet! Sic plorare jubebant οἰμώζειν, quem contemnebant. Vide Calligr. Tit. Contemnendi.

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

PÆGNIUM, Puer.
SAGARISTIO, Servus.

PENSUM [a] *meum, quod datum 'st, confeci, nunc propero domum.* SA. *Mane; etsi*
Properas, Pægnium; ausculta. PÆ. *Emere* [b] *oportet, quem tibi obedire [illegible]*
SA. *Adsta.* PÆ. *Exhibes molestiam, ut opinor, si quid* [c] *debeam;*
Qui nunc sic tam es molestus. SA. *Scelerate, etiam respicis!*
PÆ. *[illegible] ego,* [d] *quid sim ætatis. [illegible] maledictum impune [illegible]*
SA. *Ubi Toxilu'st? tuus [illegible].* PÆ. *Ubi illi libet; ne [illegible]*
SA. *Etiamne dicis ubi sit, venefice?* PÆ. *Nescio, inquam, [illegible] tu!*
SA. *Maledicis majori.* PÆ. *Prior promeritus perpetiare:*
Servam operam, linguam liberam [illegible] me [illegible]
SA. *[illegible] ne sit Toxilus?* PÆ. *Dicat [illegible]* [e] *[illegible]*
SA. *C[illegible]* PÆ. *Tu quidem [illegible] causa!*
Non hercle [illegible] tibi [illegible]; [f] *Mortuone.*
SA. *Video ego [illegible]* PÆ. [h] *Ita sum, quid id attinet ad te?*
At non sum ita ut tu [illegible]. SA. [illegible] PÆ. *[illegible] hercle vero.*
Nam ego me [illegible] numquam [illegible]
SA. *[illegible] non quis.*
SA. *Abi [illegible] nam ibi tibi parata* [k] *præsest.*
SA. [l] *[illegible]* [m] *vades desint! in carcere ut sis.*
SA. *Quid [illegible]* SA. *Etiam, Scelus, male loquere!* PÆ. *Tandem ut [illegible]*
Quom [illegible] tibi male dicere. SA. *Itane?* [n] *specta;*
Quid [illegible] nihil habes. SA. *DI DEÆque me omnes perdant!*
[illegible] in terram Col[illegible].
PÆ. *[illegible] veniant volo tibi quæ optas, atque id fiat!*
[illegible] me [o] *[illegible] ipsum propediem [illegible]*
SA. *[illegible] DI DEÆque [illegible] quid istum porro [illegible]*
[illegible] PÆ. *[illegible]*
Nam [illegible] vapulat. SA. *[illegible] perdant!*
[illegible]
Hercle [illegible]
Quem convenire maxume cupiebam, egreditur [q] *intus.*

ACTVS

ACTVS SECVNDI
SCENA V.

TOXILUS. SAGARISTIO: Servi duo. SOPHOCLIDISCA, Ancilla.

PARATUM jam esse dicito; undè Argentum sit futurum.
Jubeto habere animum bonum: dic me illam [a] amare multùm,
Vbi se [b] adlevat, ibi me adlevat. quæ dixi, ut nuntiares.
Satin' ea tenes? SO. Magis [c] calleo, quàm aprugnum Callum callet.
TO. Propera. abi domum. SA. Nunc ego huic graphicè facetus fiam.
Subnixis [d] alis me inferam, atq; amicibor gloriosè.
TO. Sed quis hic [e] Ansatus ambulat? SA. Magnificè [f] conspuebor.
TO. Sagaristio hic quidem 'st. quid agitur? Sagaristio. ut valetur!
Ecquid, quod mandavi tibi? éstne quid in te [g] speculæ? SA. Adito.
Videbitur. factum volo; venito, [h] promoveto.
TO. Quid hoc hic in Collo tibi tumet? SA. [i] Vomica'st; pressare parce.
Nam ubi quis [k] malâ tetigit manu, dolores cooriuntur.
TO. Quando istæc innata'st tibi? SA. Hodie. TO. Secari jubeas.
SA. Metuo; ne inmaturam secem; ne exibeat plus negoty.
TO. Inspicere morbum tuum lubet. SA. Ah! abi; atq; cavesis
A cornu. TO. Quid jam? SA. Quia Boves bini hic sunt in Crumenâ.
TO. Emitte sodes. ne enices fame: sine ire pastum.
SA. Enim metuo, ut possim in bubile reicere; ne [l] vagientur.
TO. Ego reiciam. SA. Habe animum bonum; creditur. commodabo.
Sequere hàc sis: Argentum hic est, quod me dudùm rogasti.
TO. Quid tu ais? SA. Dominus me [m] Voßu mercatum Eretriam misit:
Nunc mihi Eretria erit hæc tua Domus. TO. Nimis tu facetè loquere.
Atq; ego omne Argentum tibi actutùm incolume [n] redigam.
Nam jam omnes sycophantias instruxi, & comparavi;
Quo pacto ab Lenone auferam hoc Argentum. SA. Tantò melior.
TO. Et Mulier ut sit libera, atq; ipsa ultrò det Argentum.
Sed sequere me: ad eam rem usus est tuâ mihi operâ. SA. Utere; ut vis.

ACTVS

[a] Amanter orare Vide Lex. *Amo.*
[b] Vbi ægritudo illi remittit.
[c] Vide Pœn. 3.2. ℣. 2.
[d] Manibus ad latus admotis.
[e] Subnixis alis: ita ut ansatus videatur.
[f] [illegible] Conspuere & exscreare gloriosorum est; ut exspuere, vel procul spuere eminentiæ signum.
[g] [illegible] à *spes*, est *specula*: parva spes.
[h] Vel promoveto rem tuam; vel me, ut sciam, ecquid mandati tui memor fuerim.
[i] Notat crumenâ, quem Numis prægnantè è collo gerebat Sagaristio; quam non vult comprimi.
[k] Sic fortè suprà Amph. 1.1. ℣. 158. & 2.1 ℣. 58.
[l] Vagiant; ne clamore suo furtum nostrum prodant, ut Herculis Boves Caci. Asin. 3.2. ℣. 42.
[m] Antiquè: pro: Βοῦς seu *bovem*. V. pro B. & ΐσαλλαξ.
[n] Reddam.

ACTUS TERTII
SCENA I

PARASITUS. VIR[illegible]

QVÆ res benè vortat mihi! & tibi! & Ventri meo
Perennitatiq; [a] adeò huic perpetuo cibo!
Vt mihi [b] superfit, suppetat, superstitet!
Sequere hàc, mea Gnata, me, cum [c] Dis volentibus.
Quoi rei opera detur, scis; tenes, intellegis:
Communicavi tecum consilia omnia.
Ei causâ ad hoc exemplum te exornavi ego.
[d] *Vambus tu hodiè; Virgo.* VIR. *Amabo, mi Pater.*
Quamquam libenter escis alienis studes,
Tuin' ventris causâ Filiam vendis tuam?
PA. *Mirum; quin Regis Philippi causâ, aut Attali*
Te potiùs vendam, quàm meâ, quæ sis mea.
VIR. *Vtrum tu pro Ancillâ me habes, an pro Filiâ?*
PA. *Vtrum hercle magis in ventris rem videbitur:*
Meum, opinor, imperium 'st in te, non in me tibi 'st.
VIR. *Tua [illegible] est, Pater. verumtamen,*
Quamquam res nostræ sunt, Pater, [e] pauperculæ,
Modicè & modestè melius [illegible]
Nam ad Paupertatem [illegible] infamia.
Gravior Paupert[illegible] [f] sublimior.
PA. [illegible] VIR. *Non sum; neq; me esse arbitror,*
Quæ[illegible] Patri.
Nam [illegible] ut gnata 'st, ferunt.
PA. [illegible] *in maxumam malam Crucem!*
Nec [illegible] *plures existumo,*
[illegible] *nunc si adponatur mihi.*
VIR. *Pater: Hominum immortalis est* [g] INFAMIA;
[illegible] *quom esse credas mortuam.*
PA. *Quid? metuis ne te vendam?* VIR. *Non metuo, Pater.*
[illegible] *nolo.* PA. [illegible]
Meo [illegible] *potius fiet, quam tuo*
[illegible] VIR. [illegible] *hoc verbum, Pater.*
Erus si minatu' st malum Servo suo;

T. men-

[a] Tamenetsi id futurum non est, ubi captum'st flagrum,
Dum Tunicas ponit; quantâ adficitur miseriâ?
Ego nunc, quod non futurum'st formido tamen.
PA. Virgo, atq; Mulier nulla erit, quin sit mala;
Quæ [b] præter sapiet, quàm placet Parentibus.
VIR. Virgo, atq; Mulier nulla erit, quin sit mala,
Quæ reticet, si quid fieri perversè videt.
PA. Malo cavere meliu'st te. VIR. At, si non licet
Cavere; quid agam? nam ego tibi [c] cautum volo.
PA. Malúsne ego sum? VIR. Non es; neq; me digni'st dicere.
Verùm ei rei operam do; ne alij dicant, quibus licet.
PA. Dicat, quod quisq; volt, ego de hâc sententiâ
Non demovebor. VIR. At, meo si liceat modo,
Sapienter potiùs faciam, quàm stultè. PA. Lubet.
VIR. Lubere per me tibi, licere [d] intellego,
Verùm lubere haut liceat, si lubeat mihi.
PA. Futura's dicto obediens? an non? Patri.
VIR. Futura. PA. Scísnam? tibi quæ præcepi. VIR. Omnia.
PA. Et id; ut subrupta fueris? VIR. Doctè calleo.
PA. Et qui Parentes fuerint? VIR. Habeo in memoriâ.
Necessitate me, mala ut fiam, facis.
Verùm videto, me ubi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosas Nuptias.
PA. Tace; stulta. non tu [e] nunc-Hominum Mores vides?
[f] Quojusmodi hic cum famâ facilè nubitur.
Dum Dos sit; nullum vitium vitio vortitur.
VIR. Ergò istuc facito; ut veniat in mentem tibi;
Me esse indotatam. PA. Cave sis tu istuc dixeris!
Pol Deûm virtute dicam, & Majorum meûm,
Ne te Indotatam dicas; quoi Dos sit domi.
Librorum enim eccillum! habeo plenum [g] soracum.
Si hoc adcurassis lepidè, quoi rei operam damus,
Dabuntur [h] Dotis tibi indè sescenti logi,
Atq; Attici omnes; nullum [i] Siculum acceperis:
Cum hâc dote [k] poteris vel Mendico nubere.
VIR. Quin tu me ducis! si quò ducturus, Pater.
Vel tu me vende, vel face, quid tibi lubet.
PA. Bonum æquomq; oras. sequere hâc. VIR. Dicto sum audiens.

[a] Vide Lex. *Tamenetsi*. Mil. 4. 5. ✠. 10. Rud. 5. 2. ✠. 24. Trin. 1. . ✠. 5.

[b] Plus, aut aliter.

[c] Consultum, & provisum.

[d] Video ita rem comparatam, ut tibi quod lubeat, per me tibi liceat. Verùm si in manu meâ res esset, mihi non lubeat lubere. *h. e.* ego nollem.

[e] ὑφ' ἓν *nunc-Hominum*. *τοὺς νῦν ἀνθρώπους*. [illegible]

[f] Cujusvis modi: Cũ qualicumq; seu cum omnis generis famâ facilè tamen nubitur, si Dos non desit. Vide Lex. *Cujusmodi*.

[g] Genus Vehiculi, quo Ornamenta Scenica ducuntur. Vide Lex.

[h] Nomine seu loco Dotis. Vide Calligr. *Dein.* Trin. 5. 2. ✠ 34. & Lex. *Periphrasis*.

[i] Stultum. Inde *Sicilissitare*. Men. Prol. ✠. 12.

[k] *H. e.* tam opulenta Dos est, ut si vel egentissimo nubas, tamen abundè habeas, undè familiam sustentes.

ACTVS TERTII
SCENA II

DORPALUS, Leno.

QVIDNAM esse acturum hunc dicam Vicinum meum
Qui mihi [a] juratus sit sese hodie Argentum dare.
Quod si non dederit, atque hic dies præterierit,
Ego Argentum, ille Jusjurandum [b] amiserit.
Sed ibi concrepuit foris: quisnam egreditur foras?

a Juravit sese daturum.

b Vide Lex. Jusjurandum

ACTVS TERTII
SCENA III.

DORPALUS, Leno.
TOXILUS, Servus.

CVRATE istic vos, jam ego me recipiam domum.
DO. O Toxile! quid agitur? TO. Oho! Lutum [c] Lenonium,
Commixtum cœno Sterculinum publicum,
Inpure, inhoneste, [d] Injure, Inlex, Labes Popli,
Pecuniæ Accipiter; Avide, atque Invide;
Procax, Rapax, Trahax! trecentis versibus
Tuas impuritias [e] traloqui nemo potest.
Accipin' Argentum? accipe sis Argentum; Inpudens.
Tene sis Argentum, etiam tu Argentum tenes?
Possum te facere, ut Argentum accipias, Lutum!
Qui nisi jurato mihi, nihil ausu's credere.
DO. Sine respirare me, ut tibi respondeam.
Vir summe Popli; Stabulum [f] servitricium.
Scortorum liberator; Subiculum [g] flagri,
Compedium contritor, Pistrinorum civitas,
Perenni-serve, [h] lurco, edax, furax, fugax!
Cedo sis mihi Argentum; da mihi Argentum; Inpudens.
Possum à te exigere Argentum: Argentum, inquam, cedo.

c Lutulente Homo. Metonymia abstracti pro concreto. Vide Calligraph[illegible]

d Hono[illegible]

e A[illegible]

[illegible]

Quin

Quin tu mihi Argentum reddis? nihilne te pudet?
Leno te Argentum poscit; solida Servitus,
Pro liberanda amica; ut omnes audiant.
To. *Tace, obsecro, hercle. ne tua vox validè valet!*
Do. *Referunda* [a] *ego habeo linguam gnatam gratiæ.*
Eodem [b] *mihi pretio Sal præhibetur, quo tibi.*
Nisi [c] *me hæc defendet numquam delinget Salem.*
To. *Jam omitte iratus esse:* [d] *id tibi suscensui,*
Quia te negabas credere Argentum mihi.
Do. *Mirum quin tibi ego crederem, ut ipse idem mihi*
Faceres quod partim faciunt Argentarii.
Ubi quid credideris, citius extemplo a foro
Fugiunt, quam ex [e] *Portà Ludis quòm emissu'st Lepus.*
To. *Cape hoc sis.* Do. *Quin das?* To. *Nummi sescenti hic erunt*
Probi, numerati: fac sit Mulier libera,
Atque huc continuò adduce. Do. *Jam faxo hic erit.*
Non hercle quoi nunc hoc dem spectandum, [f] *scio.*
To. *Fortasse metuis in manum* [g] *concredere.*
Do. *Mirum* [h], *quin citius jam a Foro Argentarii*
Abeunt, quam in cursu Rotula circumvortitur.
To. *Abi istac avorsis angiportu ad Forum,*
Eadem istac facito Mulier ad me transeat
Per hortum. Do. *Jam hic faxo aderit.* To. *At ne propalàm.*
Do. *Sapienter sanè.* To. *Supplicatum* [i] *cras eat.*
Do. *Ita hercle verò.* To. *Dum stas, reditum oportuit.*

a Ad benedicendum, si quis mihi prior benedixerit, & ad maledicendum, si lacessierit.
b Tanti mihi constat victus, quanti tibi: tu servis Domino, ego ei, qui me pascit. nihil magis quam tu, gratis vivo. Vide de Sale Elect. Pl. Tit. [illegible].
c Nisi lingua me tegere possit, maledicta [illegible] quid [illegible] quem [illegible].
d [illegible]
e Vide [illegible]
f Nescio [illegible] Argentum [illegible] spectandum [illegible] probum sit, [illegible]
g [illegible]
h Mirum quin [illegible] metuo.
i Nolo hodie eat Dis supplicatum, sed in crastinum.

ACTUS QUARTI SCENA I.

TOXILUS.

Si quam rem adcures sobriè, aut frugaliter,
Solet illa recte sub [k] *manus succedere.*
Atque edepol ferme ut quisque rem adcurat suam,
Sic ei proveniunt [l] *post principia denique.*
Si malus, aut nequam st, male res vortunt, quas agit:
Si autem frugi st, eveniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facete, & callide.

k Ex animi sententia, quasi eam manibus tractet [illegible] arbitratu [illegible] ret, in quam [illegible] partem converteret. Mil. [illegible]
l [illegible]

Igitur proventuram bene confido mihi.
Nunc ego Lenonem ita hodie intricatum dabo,
Ut ipsus sese, quà se expediat, nesciat.
Sagaristio; heus! exi; atq; educe Virginem,
Et istas Tabellas quas consignavi tibi,
Quas tu attulisti mihi ab Ero meo usquè è Persia.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

SAGARISTIO. TOXILI: Servi.

NUMQUID *moror?* TO. *Euge! euge! exornatus basilice!*
Tiara ornatum lepide condecorat [a] *tuum!*
Tum hanc Hospitam autem Crepidula ut graphice decet!
Sed satin' estis meditati? SA. *Tragici &* [b] *Comici*
Numquam æque sunt meditati. TO. *Lepide hercle adjuvas.*
Age; illuc abscede [c] *procul in conspectum.* SA. *Tace.*
TO. *Ubi cum Lenone me videbis conloqui;*
Id erit adeundi tempus. nunc agite; ite vos.

a V. de Pœn. 1. 2. ... c ... Abscede, & ... quo ad ... in conspectum meum. Sic enim malui consensum MSS. retinere, quam novis inquinamentis ... dare textum. ...

ACTUS QUARTI
SCENA III.

DORPALUS, Leno.
TOXILUS, Servus.

QUOI *Homini DI propitii sunt,* [d] *aliquid obiciunt lucri.*
Nam ego hodie [e] *conpendi-feci binos panes in dies lucri.*
Ita Ancilla mea, quæ fuit hodie, sua nunc est: Argento vicit;
Jam hodie [f] *alienum cenabit: nihil gustabit de meo.*
Summe probus? sum lepidus Civis? qui Atticam hodie Civitatem
Maxumam majorem feci; atq; auxi Civi Feminâ.
Sed ut & ego hodie fui [g] *benignus! ut ego multis credidi!*
Nec satis [h] *a quiquam homine accepi. ita prosum credebam omnibus.*

Nec

Nec metuo quibus credidi hodiè, ne quis mihi in [a] *jure abjuraßit.*
Bonus volo jam ex hoc di: eſſe, quod neque fiet, neque fuit.
To. *Hunc Hominem ego hodiè in* [b] *transennam doctis ducam dolis;*
Itaque huic insidiæ paratæ ſunt probè: adgrediar Virum.
Quid agu? cedò. undè agis te nunc? Dorpale. Do. *credo* [c] *tibi.*
To. *DI dent! quæ velis. eho! an jam manu emiſiſti Mulierem?*
Do. *Credo edepol: credo, inquam; tibi.* To. *jam Libertá auctus es.* Do. *énicas.*
Quin tibi me dico credere! To. *dic bonâ fide; jam libera 'ſt?*
Do. *I; i ad forum, ad* [d] *Prætorem: exquire; ſi quidem credere mihi non vis:*
Libera inquam 'ſt. ecquid audis? To. *at tibi DI benè faciant omnes!*
Numquam [e] *enim poſthàc tibi, nec tuorum, quod nolis, volam.*
Do. *Abi; ne jura: ſatis credo.* To. *ubi nunc tua Liberta ſt?* Do. [f] *apud te.*
To. *ain'?*
Apud me eſt! Do. *ajo, inquam: apud te eſt; inquam.* To. *ita me DI ament! ut ob iſtam rem*
Tibi multa bona inſtant à me. nam eſt res quædam, quam occultabam
Tibi dicere: nunc eam narrabo, undè tu pergrande lucrum facias.
Faciam, ut mei memineris; dum vitá [g] *vivas.* Do. *benedictis*
Tuis benefacta aures [h] *meæ auxilium expoſtulant.*
To. *Tuum promeritum 'ſt, meritò ut faciam. & ut me ſcias eſſe facturum;*
Tabellas tene has! pellege. Do. *hæ quid ad me?* To. *immò ad te adtinent,*
Et tuâ refert. nam è Perſiâ ad me adlatæ modò ſunt iſtæ à meo Domino.
Do. *Quando?* To. *haut dudum.* Do. *quid iſtæ narrant?* To. *percunctare ex ipſis:*
Ipſæ tibi narrabunt. Do. *cedò ſanè mihi.* To. *at clarè recitato.*
Do. *Tace; dum pellego.* To. *haut verbum faciam.*
Do. SALUTEM [i] DICIT TOXILO TIMARCHIDES;
ET FAMILIÆ OMNI. SI VALETIS, GAUDEO;
EGO VALEO RECTE, ET REM GERO, ET FACIO LUCRUM.
NEQUE ISTÒ REDIRE HIS OCTO POSSUM MENSIBUS.
ITAQUE HÎC EST, QUOD ME DETINET NEGOTIUM.
ELEUSIPOLIM PERSÆ CEPERE URBEM IN ARABIÂ,
PLENAM [k] BONARUM RERUM, ATQUE ANTIQUOM OPPIDUM.
EA COMPARATUR PRÆDA, UT FIAT AUCTIO
PUBLICITÙS: EA RES ME DOMO EXPERTEM FACIT.
OPERAM, ATQUE HOSPITIUM EGO ISTI PRÆBERI VOLO,
QUI TIBI TABELLAS ADFERT. CURA QUÆ IS VOLET.
NAM IS MIHI HONORES SUÆ DOMI HABUIT MAXUMOS.
Do. *Quid id ad me? aut ad meam rem refert? Perſæ quid rerum gerant,*
Aut quid Erus tuus. To. *tace; Stultiloque! neſcis, quid inſtet boni:*

[a] Apud Prætorem perjurio negarit.
[b] Funem extentum: quomodo captantur aves. Vide Lex. *Transenna*
[c] Nempe, poſtquam pecuniam accepi.
[d] Vide Elect. Pl. *Manumiſsionis.*
[e] Idem ſemper volam, quod tu, aut tui voletis.
[f] Domi tuæ.
[g] Mil. 4. 1. ✠ 33.
[h] Aures meæ non ſunt contentæ benedictis tuis: ſed poſtulant prætereà benefacta benedictis conſentanea.
[i] Vide Elect. Pl. *Litterarum.* Nota Litteras loqui. infr. ✠ 47.
[k] opulentam ſcr-

a Lucrificiendi [illegible] & facultatem praebere [illegible] lucrum certum obtinere. [illegible] Cat. 1. 8. ♮. 30. *Lucere facit.*
b Litteras.

Necquiquam tibi Fortuna faculam [a] *lucrificam adlucere volt.*
DO. *Quae istaec Fortuna lucrifica est?* TO. [b] *istas, quae norunt, roga.*
Ego tantumdem scio quantum tu, nisi quod pellegi prior.
Sed ut occepisti, ex tabellis noscerem. DO. *bene me mones.*
Fac silentium. TO. *nunc ad illud venies, quod refert tuâ.*

DO. ISTE QUI TABELLAS ADFERT, ADDUXIT SIMUL
FORMA EXPETENDA LIBERALEM MULIEREM,
FURTIVAM, ADVECTAM EX ARABIA PENITISSUMA:
EAM TE VOLO ADCURARE, UT ISTIC VENEAT.
AC SUO [c] PERICULO IS EMAT, QUI EAM MERCABITUR.
MANCIPIO NEQUE PROMITTET, NEQUE QUISQUAM DABIT.
PROBUM, ET NUMERATUM ARGENTUM UT ACCIPIAT, FACE.
HAEC CURA, ET HOSPES CURA UT CURETUR. VALE.

c [illegible]

d [illegible] ceratis [illegible].

TO. *Quid igitur? postquam recitasti quod erat cerae* [d] *creditum,*
Iam mihi credis? DO. *ubi nunc illic est Hospes? qui hasce adtulit.*
TO. *Iam hic credo aderit, arcessit illam a Navi.* DO. *nihil mihi opus est*
Litibus, neque tricis. quamobrem ego Argentum numerem foras,
Nisi mancipio accipio. quid eo mihi opus mercimonio?
TO. *Tacen' an non taces? numquam ego te tam esse* [e] *Matulam credidi.*
Quid metuis? DO. *metuo hercle vero. sensi ego iam compluriens,*
Neque mihi haec insperato evenit, ut in luto haeream.
TO. *Nihil pericli videtur.* DO. *scio istuc, sed metuo mihi.*
TO. *Mea quidem istuc nihil refert, tui ego* [f] *liberi gratiâ,*
Ut tibi recte [g] *conciliandi primo facerem copiam.*
DO. *Gratiam habeo: sed te de aliis quam alios de te suavius est*
Fieri doctos. TO. *ne quis vero ex Arabia penitissuma*
[h] *Persequatur, etiam tu illam* [i] *destinas?* DO. *videam modo*
Mercimonium. TO. *aequa dicis. sed optume eccum! ipse advenit,* & adducit eam.
Hospes ille, qui has tabellas adtulit. DO. *hicine est?* TO. *hic est.*
DO. *Haecine illa est furtiva Virgo?* TO. *iuxta tecum aeque scio;*
Nisi quia specie quidem edepol liberali est, [k] *quisquis est.*
DO. *Sat edepol concinna est facie.* TO. *ut* [l] *contemptim Carnufex!*
Taciti contemplemur formam. DO. *laudo consilium tuum.*

e [illegible]
f [illegible]
g Comparandi.
h [illegible] Mercandam [illegible] eam esse [illegible].

k [illegible]
l [illegible]

ACTUS

ACTUS QUARTI
SCENA IV

SAGARISTIO. VIRGO. TOXILUS. DORPALUS, Leno.

SATIN' Athenæ tibi visæ fortunatæ, atque opiparæ?
VIR. Urbis speciem vidi: Hominum mores perspexi parum.
TO. Numquid in principio cessavit verbum docte dicere?
DO. Haut potui etiam in primo verbo perspicere sapientiam.
SA. Quid id? quod vidisti; ut munitum Muro tibi visum st OPPIDUM
VIR. Si Incolæ bene sunt morati, pulcrè munitum arbitror.
PERFIDIA, & PECULATUS ex Urbe, & AVARITIA si exulant.
Quarta; INVIDIA. quinta; AMBITIO. sexta; OBTRECTATIO.
Septimum; PERIURIUM. TO. euge! VIR. octava; INDULGENTIA
Nona; INIURIA. decimum, quod pessumum [a] adgressu, SCELUS.
Hæc nisi inde aberunt, centuplex Murus rebus servandis parum st.
TO. Quid ais tu? DO. quid vis? TO. tu in illis es [b] decem Sodalibus.
Te in exilium ire hinc oportet. DO. quid iam? TO. quia periurus es.
DO. Verba quidem haut indoctè fecit. TO. ex tuo, inquam, usu st: eme hanc.
DO. Edepol qui quòm hanc magis contemplo, magis placet. TO. si hanc emeris:
DI inmortales! nullus Leno te alter erit opulentior.
Evortes tuo arbitratu Homines fundis, familiis.
Cum optumis viris rem habebis: gratiam [c] concipient tuam,
Venient ad te comissatum. DO. at ego intromitti non sinam.
TO. At enim illi noctu [d] occentabunt ostium; exurent fores.
Proinde tu tibi iubeas concludi Ædis foribus ferreis.
Ferreas Ædis commutes, limina indas ferrea.
Ferream seram, atque Anulum; ne si ferro parseris,
Ferreas tute tibi inpingi iubeas crassas compedis.
DO. I in malum Cruciatum! TO. i [e] sane! hanc eme; atque ausculta mihi.
DO. Modo ut sciam, quanti [f] indicet. TO. vin huc vocem? DO. ego illo accessero
TO. Quid agis? Hospes. SA. venio; adduco hanc, uti dudum dixeram.
Nam eri in Portum noctu Navis venit, venire hanc volo.
Si potest: si non potest; tamen hinc volo, quantum potest.
DO. Salvos sis! Adulescens. SA. si quidem hanc vendidero pretio [g] suo.
TO. Atqui aut hoc Emptore vendis pulcrè, aut alio non potes.
SA. Esne tu huic Amicus? TO. tamquam DI omnes; qui cælum colunt.
DO. Tum tu mihi es Inimicus certus. nam Generi Lenonio

Numquam

OPPIDUM MUNITUM quale esse debeat.

a [illegible] Patriam.
b Tu in [illegible] decem Vitiosis, quæ exulare oportet ex bene morata Urbe.
c [illegible] dictum [illegible] pe in Mss. Pal. vel proprie capiendum, ut referatur ad prius [illegible] Post [illegible]
d Co[illegible]
[illegible]

[illegible]

Nunquam ullus Deus tam benignus fuit qui fuerit propitius.
SA. Hoc [a] age! *opus est si hæc tibi empta est.* DO. [b] *si tibi venisse vis,*
Mihi quoque empta est. si tibi [c] *subiti nihil est, tantundem est mihi.*
SA. *Indica; fac pretium.* DO. *tua merx est, tua indicatio est.*
TO. *Æquom hic orat.* SA. *vin bene emere?* DO. *vin tu* [d] *pulchre vendere?*
TO. *Ego scio hercle, utrumque velle.* DO. *age, indica* [e] *prognate bene.*
SA. *Prius dico; hanc mancupio* [f] *nemo tibi dabit. jam scis?* DO. *scio.*
Indica, minumo daturus qui sis, qui [g] *duci queat.*
TO. *Tace; tace. nimis tu quidem hercle Homo stultus es pueriliter.*
DO. *Quid ita?* TO. *quia enim te ex Puellâ prius percontari volo,*
Quæ ad rem referunt. DO. *& quidem hercle tu me monuisti haut male.*
Vide sis; ego ille doctus Leno pæne in foveam [h] *decidi,*
Nisi hic adfuisses. Quantum est adhibere Hominem Amicum; ubi quid geras!
TO. *Quo Genere, aut quâ Patriâ sit gnata; aut quibus Parentibus.*
Ne temere hanc te emisse dicas, suasu atque impulsu meo:
Nisi molestum est, percontari hanc paucis hic volt. SA. *maxume;*
Suo arbitratu. TO. *quid stas? adi tute; atque ipse itidem roga,*
Ut tibi percontari liceat, quæ velis; etsi mihi
Dixit dare [i] *potestatem ejus. sed ego te malo tamen*
Eum ipsum adire; ut ne contemnat te ille. DO. *satis rectè mones.*
Hospes, volo ego hanc percontari. SA. [k] *a Terrâ ad Cælum quidlubet.*
DO. Iubedum ea huc accedat ad me. SA. i sane; ac morem illi gere,
Percontare; exquire, quid vis. TO. *age, age! nunc tu in prœlium vide;*
Ut ingrediare auspicato. DO. *liquidum est auspicium.* TO. *tace.*
Concede istuc; jam ego illam adducam. DO. *age, ut rem esse in nostram putas.*
TO. *Sequere hac tu,* [illegible] *si quid vis ex hac percontarier.*
DO. [l] *Immo volo te adesse.* TO. *haut possum, quin huic operam dem Hospiti,*
Quoniam [illegible] *quid si hic non volt me adesse?* SA. *Immo; i modò.*
TO. *Ego tibi operam.* DO. *tibi ibidem das; ubi tu tuum Amicum adjuvas.*
TO. *heus tu! advigila.* VIR. *Satis est dictum; quamquam ego Serva sum,*
Scio ego [m] *officium meum; ut quæ rogitet, vera, ut accepi, eloquar.*
TO. *Virgo, hic Homo probus est.* VIR. *credo.* TO. *non diu apud hunc servies.*
VIR. *Ita pol spero, si Parentes facient officium suum.*
DO. *Nolo ego te mirari; si nos ex te percontabimur*
Aut Patriam tuam, aut Parentes. VIR. *cur ego id mirer? mi Homo!*
Servitus mea mihi interdixit, ne quid mirer malum meum.
TO. Noli flere. VIR. Ah! TO. *Di istam perdant! ita cata est & callida.*
Habet [n] *cor. quam dicit! quod opus est.* DO. *quid nomen tibi est?*
TO. *Nunc metuo, ne peccet.* VIR. *Lucridi nomen in Patriâ fuit.*
TO. *Nomen, atque omen* [o] *quantivis est pretii. quin tu hanc emis?*

71 Nunc

Nimis pavebam, ne peccaret. [a] *expedivit.* DO. *si te emam,*
Mihi quoque Lucridem confido fore [b] *re.* TO. *tu; si hanc emeris,*
Numquam hercle hunc Mensem [c] *vertentem credo servibit tibi.*
DO. *Ita velim quidem hercle.* TO. *optata ut conveniant, operam addito.*
Nihil adhuc peccavit etiam. DO. *Vbi tu gnata 's?* VIR. *ut mihi*
Mater dixit; in Culinâ: in angulo ad lævam manum.
TO. *Hæc erit tibi fausta Meretrix: gnata 'st in calido loco,*
Vbi rerum omnium bonarum copia 'st sæpissumè.
[e] *Tactu 'st Leno, qui rogarat, ubi gnata esset, diceret.*
Lepidè lusit. DO. *at ego Patriam te rogo quæ sit tua.*
VIR. *Quæ mihi sit! nisi hæc, ubi nunc sum.* DO. *at ego illam quæro, quæ fuit.*
VIR. *Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit, quando fuit.*
Tamquam Hominem, quando animam ecflavit; quid eum quæras? qui [f] FVIT.
DO. *Ita me DI benè ament! sapienter! atque equidem miseret: tamen,*
Virgo; quæ Patria 'st tua? age actutùm expedi. quid taces?
VIR. *Dico equidem Patriam; quandoquidem hîc servio, hæc Patria 'st mea.*
TO. *Iam de istoc rogare omitte. non vides? nolle eloqui;*
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducat. DO. *quid est?*
Captúsn' st Pater? VIR. *non captus; sed quod habuit, id perdidit.*
TO. *Hæc erit bono genere gnata: nihil scit, nisi verum loqui.*
DO. *Quis fuit? dic nomen.* VIR. *quid illum miserum memorem? qui fuit.*
Nunc & illum miserum, & me miseram æquom 'st nominarier.
DO. *Quojusmodi is in Populo habitu 'st?* VIR. *nemo quisquam acceptior:*
Servi Liberique amabant. TO. *Hominem miserum prædicas,*
Quòm ipsus propè perditu 'st, & Benevolentis perdidit.
DO. *Emam opinor.* TO. *etiam;* [g] *opinor?* DO. *summo genere esse arbitror.*
TO. *Divitias tu ex istâc facies.* DO. *ita DI faxint!* TO. *eme modò.*
VIR. *Iam hoc tibi dico. jam actutùm ecastor meus Pater, ubi me sciet*
Venisse huc, aderit hic, & me absentem redimet. TO. *quid nunc?* DO. *quid est?*
TO. *Audín? quid ait.* VIR. *nam etsi res sunt* [h] *fractæ, Amici sunt tamen.*
DO. *Ne sis plora; libera eris actutùm, si crebrò* [i] *cades.*
Vín mea esse? VIR. *dum quidem, ne nimis diu tua sim, volo.*
TO. *Satín' ut meminit libertatis, dabit hæc tibi* [k] *grandis bolos?*
Age, si quid agis: ego ad hunc redeo. sequere; reduco hanc tibi.
DO. *Adulescens; vín' vendere istanc?* SA. *magis lubet, quàm perdere.*
DO. *Tum tu pauca in verba confer.* [l] *quî datur? tanti indica.*
SA. *Faciam ita; ut te velle videam, ut emas. habe tibi centum Minis.*
DO. *Nimium 'st.* SA. *octoginta.* DO. *nimium 'st.* SA. *Nummus* [m] *abesse hinc non potest,*

[a] Ad Spectatores hæc dicuntur. Curâ me, & metu liberavit.
[b] *Q.d.* non nomine tantum, sed re ipsâ talis mihi eris.
[c] Annum integrũ. Vide Elect. Plaut. *Temporis. Anni.*
[d] *H.e.* Alicubi in ædibus: nempe in Culinâ. At Leno de Vrbe patriâ volebat certior fieri.
[e] Delusus est. Er ist ertapt.
[f] Mortuus est. FVIT. Vide Elect. *Moriendi. N. 91.*
[g] *st.* dicis.
[h] *q.d.* Amici potiores sunt, quàm pecunia: & ad vitæ præsidium plus habent momenti Amici citrà pecuniam, quàm absque Amicis Opes.
[i] *h.e.* siquidem inclinari te crebrò, ac muliebris patientiæ legem accipere sustinueris. Verbum *Cadendi*, inobscænis. Vide Lex. & Calligr. *Rei Venereæ.* Elect. Pl. *Dotis. Meretricum. Libertatis. Manumissionis.*
[k] Magno tibi erit emolumento. *Allegoria.*
[l] Indica, quo, seu quãto es daturus pretio. Wie theuer wilt du sie geben?
[m] Kein heller weniger.

Quod nunc dicam. Do. *quid id est? ergò eloquere actutùm, atque indica.*
Sa. *Tuo periclo* [a] *sexaginta hæc datur Argenti Minis.*
Do. *Toxile, quid ago?* To. DI DEÆque *te agitant irati; Scelus,*
Qui hanc non properes [b] *destinare.* Do. *habeto.* To. *heu! prædatus probè.*
Abi; Argentum ecfer huc foràs.
Non edepol Minis trecentis cara'st. [c] *fecisti lucri.*
Sa. *Heus tu! etiam pro* [d] *vestimentis* huc *decem accedant Minæ.*
Do. *Abscedent enim; non accedent.* To. *tacesis;* [e] *non tu illum vides?*
Quærere ansam; infectum ut faciat. abisne? atque Argentum petis?
Do. *Heus tu! serva* [f] *istum.* To. *quin tu is intrò!* Do. *abeo; atque Argentum adfero.*

[a] Ita ut periculum Evictionis præstare non velim. Vide Elect. Pl. *Vẽditionis.*
[b] Emere.
[c] Pseud. 1.3.℣.21.
[d] Vide Elect. Pl. *Auctionis. Servorũ.* Vestimenta separatim vendita. Stich. 2.1.℣.18.
[e] Hæc ad Sagaristionem seorsùm & secretò dicit.
[f] Hæc ad Toxilum seorsùm loquitur: *sc.* Sagaristionem: ne abeat cum Virgine.

ACTUS QUARTI
SCENA V.

TOXILUS. SAGARISTIO: Servi. VIRGO.

EDEPOL *dedisti, Virgo, operam adlaudabilem,*
Probam, & sapientem, & sobriam. VIR. SI QUID *bonis*
Boni fit, esse idem & grave, & [g] *gratum solet.*
To. *Audín' tu?* [h] *Persa; ubi Argentum ab hoc acceperis;*
Simulato, quasi eas prorsùm [i] *in Navem.* Sa. *ne doce.*
To. *Per Angiportum rursùm te ad me recipito,*
Illàc per Hortum. Sa. *quod futurum'st, prædicas.*
To. *At ne cum Argento protinàm permutes* [k] *domum,*
Moneo te. Sa. *quod* [l] *te dignum'st, me dignum esse vis.*
To. *Tace; parce voci: Præda progreditur foràs.*

[g] Vide Lex. *Gratũ.* Cas. 2.2.℣.108.
[h] Sagaristio, qui Persam mentitus.
[i] Quasi proversùm, rectâ viâ.
[k] Aliam domum pro nostrâ introeas.
[l] Pecuniam alienam avertere *sc.*

ACTUS QUARTI
SCENA VI.

DORPALUS, Leno. SAGARISTIO. TOXILUS: Servi.

PROBATI *hîc Argenti sunt sexaginta Minæ,*
Duobus Nummis minus'st. Sa. *quid ei Nummi* [m] *sciunt?*

[m] Quare absunt, quid facere sciũt. Was haben die gethan?

Do. Cru-

Do. *Cruminam hanc* [a] *emere, aut facere, ut* [b] *remigret domum.*
Sa. *Ne non* [c] *sat esses Leno; id metuebas, miser;*
Inpure, Avare, ne Cruminam amitteres.
To. *Sine, quæso! quando Leno'st, nihil mirum facit.*
Do. *Lucro faciundo ego auspicavi in hunc diem:*
Nihil mihi tam parvi'st, quin me id pigeat perdere.
Age, accipe hoc sis. Sa. *hunc in collum, nisi piget,*
Inpone. Do. [d] *verò: fiat!* Sa. *numquid cæterùm*
Me voltis? To. *quid tam properas?* Sa. *ita negotium 'st.*
Mandata quæ sunt, volo deferre Epistulas.
Geminum autem Fratrem servire audivi hic meum:
Eum ego ut requiram, atque ut redimam, volo pergere.
To. *Atque edepol tu me conmonuisti haut malè.*
Videor vidisse hic formâ persimilem tui,
Eâdem staturâ. Sa. *quippe qui frater siet.*
Do. Sed scire velimus, quod tibi nomen siet.
To. *Quid id adtinet nos scire?* Sa. *ausculta ergò, ut scias:*
[e] *Vani-loquidorus; Virginis-vendonides;*
Nugi-poly-loquides; [f] *Argenti-exterebronides,*
[g] *Te-digni-loquides;* [h] *Nummid-Expalponides.*
Quod semel [i] *arripides, numquam* posteà [k] *eripides.*
Do. *Heu! hercle nomen multis modis scriptum'st tuum.*
Sa. *Ita sunt* Persarum *mores. longa nomina*
Contortuplicata habemus. numquid cæterum
Voltis? Do. *Vale.* Sa. *& vos. nam Animus jam in Navi'st meus.*
Do. *Cras ires potiùs; hodiè hic cœnares.* VALE.

a Vt Crumenam hanc emas: aut si duos istos Nummos tibi dari etiã postulas, Crumenam mihi reddas.
b τὸ re primam producit: ut supr. 5.4.✠.107. in *Reduco.* Vide Lex. *Remigro.*
c Vereris, ne non obtineas Lenonũ mores: ne non respondeas satis tuo nomini, tuæque turpitudini.
d Vide Lex. *Verò.*
e Fictè omnia cõposita sunt: ut cuivis notum est.
f Ab exterebrando Argento.
g Qui loquatur, quæ Lenone digna sunt, captiosa & scelesta omnia.
h Qui per palpum nummum extrudat.
i Arripias. fictè.
k Eripias. fictè.

ACTVS QVARTI
SCENA VII.

Toxilus. Dorpalus. Saturio, Parasitus. Virgo.

POSTQUAM *illic abiit, dicere hic quidvis licet.*
Ne hic tibi dies inluxit lucrificabilis!
Nam non emisti hanc, verùm fecisti lucri.
Do. *Ille quidem jam scit, quid negotii gesserit,*
Qui mihi furtivam meo periclo vendidit,
Argentum accepit, abiit. quid ego nunc scio?

An jam adseratur hac manu. quò illum sequar?
In Persas? nugas! To. *credidi gratum fore*
Beneficium meum apud te. Do. *Immò equidem gratiam*
Tibi, Toxile, habeo. nam te sensi sedulò
Mihi dare bonam operam. To. *tibin' ego?* Do. *Immò* [a] *servii.*
Atat! oblitus sum intus dudùm edicere,
Quæ volui, edicta. adserva hanc. To. *salva'st hæc quidem.*
Vir. *Pater nunc cessat.* To. *quid si ammoneam!* Vir. *tempus est.*
To. *Heus! Saturio; exi. nunc est illa occasio*
Inimicum vlciscier. Sa. *ecce me! numquid moror?*
To. *Age; illuc abscede procul è conspectu.* Sa. [b] *tace.*
Vbi cum Lenone me videbis conloqui,
Tum turbam facito. Sa. [c] DICTUM SAPIENTI SAT EST.

[a] h. e. Cuiusmodi Servus versutus, & nequam solet, eiusmodi operam dedi: damnosam sc. De malâ operâ Servorum Vide Pseud. 1. . ℣. 102. Capt. 3. . ℣. 43. Asin. 3. . ℣. 141.
[b] Vide similem locum supr. 3. 1. ℣. 6.
[c] Terent. Phorm. 3. 3. ℣. 8.

ACTUS QUARTI SCENA VIII.

DORPALUS, Leno,
TOXILUS, Servus.

TRANSCIDI [d] *loris omnis adveniens domi,*
Ita mihi supellex squalet, atque Ædes mea.
To. *Rediu tu tandem?* Do. *redeo.* To. *næ ego hodiè tibi*
Bonam [e] *vitam feci.* Do. *fateor, habeoque gratiam.*
To. *Num quippiam aliud me vis?* Do. [f] *ut benè sit tibi.*
To. *Pol istuc quidem omne jam ego vsurpabo domi.*
Nam jam [g] *inclinabo me cum Libertâ tuâ.*

[d] *A trans & cado.*
[e] Delicatam. in gaudium & voluptatem te conjeci. Vide Calligr. *Lætitia. Hilaritatis.*
[f] Curc. 4. 2. ℣. 11.
[g] Vide Elect. Pl. *Lenonum.* Salacissimi enim Lenones sunt. Verbum autem *Inclinare* obscæno significatu ponitur: ut *Incurvare se super mulierē* Iobi cap. 31. ℣. 10. & suprà *Cadere* 4. 4. ℣. 105.

ACTUS QUARTI SCENA IX.

SATURIO, Parasitus.
DORPALUS. VIRGO.

NISI ego illum Hominem perdo; perij. atque optumè
Eccom ipsum ante Ædis! Vir. *salve multùm! mi Pater.*
Sa. *Salve! mea Gnata.* Do. *Hei! Persa me pessum dedit.*
Vir. *Pater hic meu'st.* Do. *hem! quid? Pater. perij oppidò!*

Digitized by Google

Quid ego igitur cesso infelix lamentarier
Minas sexaginta? SA. *Ego pol te faciam, Scelus,*
Te quoq; etiam ipsum ut lamenteris. DO. *Occidi.*
SA. *Age; ambula in jus; Leno.* DO. *Quid me in jus vocas?*
SA. *Illic apud* [a] *Pratorem dicam. sed ego in jus voco.*
DO. *Nónne Antestaris?* SA. *Tuán' ego causâ; Carnufex!*
Quoiquam Mortali libero auris ádteram?
Qui hic conmercaris Civis Hominis liberos.
DO. *Sine dicam.* SA. *Nolo.* DO. *Audi.* SA. *Surdus sum: ambula.*
Sequere hàc; Scelesta Feles [b] *Virginaria.*
Sequere hàc, mea Gnata; me usq; ad Pratorem. VIR. *Sequor.*

ACTVS QVINTI
SCENA I.

TOXILUS. SAGARISTIO: Servi. LEMNISELENE.

HOSTIBUS *victis, civibus salvis, re placidâ,* [c] *pacibus perfectis,*
Bello exstincto, re benè gestâ, integro exercitu, & prasidiis,
Quòm benè nos, Juppiter! juvisti; Diq; alij omnes Cœlipotentes:
[d] *Ea vobis grates habeo, atq; ago; quia probè sum ultus meum inimicum.*
Nunc ob eam rem inter participes dividam Pradam, & participabo.
Ite foràs! hic volo ante ostium, & januam meos participes benè accipere.
Statuit: [e] *hic Lectulos; ponite hic, qua* [f] *ádsolent. hic statui volo primùm*
Aquilam [g] *mihi:* [h] *indè ego omnis hilaros, lubentis, lætificantis faciam* [i] *ut fiant,*
Quorum operâ hæc mihi facilia factu facta sunt, qua volui ecfieri.
NAM INPROBU'ST HOMO, QUI BENEFICIUM SCIT ACCIPERE, ET REDDERE NESCIT.
LEM. *Toxile mi; cur ego sine te sum?* TO. *Cur tu autem sine me es? agedum ergò;*
Accede, Mea; ad me; atq; amplectere sis. LEM. *Ego verò? oh! nihil magis dulce'st.*
Sed, amábo, Oculus [k] *meus; quin Lectis nos actutùm conmendamus!*
TO. *Omnia, qua tu vis,* [l] *ea cupio.* LEM. *Mutua fiunt à me.* TO. *Age; age; age ergò*
Tu; Sagaristio: accumbe in summo. SA. *Ego nihil* [m] *moror: cedò parē, quem pepigi.*
TO. *Temperí.* [n] SA. *Mihi istuc* TEMPERI *serò'st.* TO. *Hoc age; accumbe: hunc* DIEM *suavem*
Meum NATALEM *agit mus amœnum. date* [o] *Aquā manibus; adponite Mensam.*
Do hanc tibi florentem [p] *florenti. tu hic eris Dictatrix nobis. age; Puere,*

a Vide Elect. Pl. Tit. *Iudicij.* & Lex. *Antestari.*
b *H. e.* Leno à rapacitate feliū. Rud. 3.4.42.
c Conditionibus pacis transactis. *Paces.* apud *Nonium.*
d Ob ea, ob eam causam.
e Cōvivij Servilis descripsitio. Asin. 5.1.✠.2.
f Flores, corollas, panem, obsonia, vinum. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
g Aquulam. Duplex Aqua in mēsâ initio apponi solita, Calida, Frigida. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.* Est autem allusio quoq; ad Aquilā militarem. Most. 1.3.✠.148. Et heic infrà ✠.17.
h Deinde.
i Nota syntax. Accusat. pro nominativo.
k Vide Lex. *Enallage Casũs.*
l Vide Calligr. Tit. *Officij.*
m S. quo loco accubem. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij. Triclinij.*
n Tēpore suo dabitur, quod pepigi.
o Supr. ✠.8.
p Corollam floream, quæ Magistro convivij dari consuevit. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*

Digitized by Google

A [a] *summo septenis Cyathis* [b] *committe hos Ludos. move manus; propera.*
Pagnium; tardè Cyathos mihi das. cedò sanè. BENE [c] MIHI! BENE VOBIS!
BENE AMICÆ MEÆ!
Optatus hic mihi Dies datus hodiè 'st ab DIs: quia te licet liberam [d] *me amplecti.*
LEM. *Tuâ factum* [e] *operâ.* BENE OMNIBUS NOBIS! *hoc mea manus tua Poculum* [f] *donat;*
Ut Amantem Amanti decet. To. *Cedò.* LEM. *Accipe.* To. BENE EI! *qui non invidet mihi.*
Et ei! qui hoc gaudio [g] *gaudet*! * * *

ACTUS QUINTI
SCENA II.

DORPALUS. TOXILUS. SAGARISTIO. LEMNISELENE. PÆGNIUM, Puer.

QUI *sunt*, qui erunt, *quiq; fuerunt, quiq; futuri sunt, posthàc*
Solus ego omnibus [h] *antideo facilè, miserrumus* [i] *Homonum ut vivam.*
Perii! interii! pessumus hic mihi Dies hodiè inluxit. Corruptor
Ita me Toxilus [k] *perfabricavit: itáq; meam rem divexavit.*
Vehiculum Argenti miser [l] *ejeci, amisi: neq; quamobrem ejeci, habeo.*
Qui illum Persam, atq; omnis Persas, atq; etiam omnis Personas,
Malè DI omnes perdant! ita miser [m]. *Toxilus hæc mihi concivit.*
Quia ei fidem non [n] *habui Argenti; eò mihi eas machinas molitu'st.*
Quem [o] *pol ego ut non in cruciatum atq; in compedis cogam, si vivam:*
Siquidem huc umquam Erus redierit ejus, quod spero: sed quid ego adspicio?
Hoc vide. quæ hæc [p] *Fabula 'st? pol hic quidem potant. adgrediar. ó bone vir!*
Salveto! & tu; bona Liberta! To. *Dorpalus hic quidem 'st.* SA. *Quin* [q] *jube' adire!*
To. *Adi; si libet. agite! adplaudamus. Dorpale; Homo lepidissume; salve!*
Locus hic tuus est: hic accumbe: ferte [r] *aquam pedibus.* [s] *præbén' tu? Puere.*
Do. *Ne sis me uno digito adtigeris; ne te ad terram, Scelus; adfligam.*
PÆ. *At tibi ego hoc continuò Cyatho oculum excutiam tuum.*
Do. *Quid ais? Crux; stimulorum tritor. quomodo me hodiè* [t] *versavisti!*
Ut me in tricas [u] *conjecisti! quomodo de Persâ manus* [x] *mihi adita 'st?*
To. *Jur-*

[a] A summo conviva, ad imum. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Ludorum. Gladiatorum. Circensium.* & Lex. *Committere.*
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Omnis. Convivij.*
[d] τὸ *me* περιέλκει.
[e] Quod à Diis tibi datum esse ais, ut me liberam liceat amplecti, id tuâ tibi ipsius operâ evenit. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
[f] Propinat.
[g] Similis sententia Most. 1. 3. ꝟ. 147.
[h] Anteeo.
[i] Antiquè. *Hominum.* Et *Vivere* idem est, quod *Esse.*
[k] Fabricis, & dolis planissime perdidit.
[l] Rem omnem perturbavi, atque everti. Epid. 4. 2. ꝟ. 22.
[m] S. sum.
[n] Quia ei Argentum non credidi.
[o] Oratio imperfecta hominis irati.
[p] Vide Lex. *Fabula.* notat etiam rē gestam.
[q] Pro: *jubes.* τοῦ *s* eliso antiquè.
[r] Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.* Etiam pedes lavabant.
[s] Præbesne?
[t] Vide Lex. *Versare.*
[u] Omnia impedimenta mihi creasti. Vide Lex. *Trica.*
[x] Callidè frustratus sum. *Metaph.* ab Athleticâ. Vide etiam Calligraph. Tit. *Adeundi. Decipiendi.*

Digitized by Google

TO. Jurgium hinc auferas; si sapias. DO. At, bona Liberta; hæc scivisti?
Et me celavisti? LEM. STULTITIA 'ST, quoi benè esse licet, eum [a] prævorti
Litibus. posteriùs [b] istæc te magis par agere 'st. DO. Vritur cor mihi.
TO. Da illi Cantharum; extingue ignem. [c] si cor uritur; caput m[illegible]descat.
DO. Ludos [d] me facitis; intellego. TO. Vin' Cinædum novom tibi dari? Pægnium.
Quin elude, ut soles; quando liber locu' st hîc.
Hui! baba! basilicè te intulisti; & facetè.
PÆ. Decet me facetum esse. & hunc inridere
Lenonem lubido 'st; quando dignu' st.
TO. Perge, ut ceperas. PÆ. [e] Hoc, Leno, tibi!
DO. PerI! perculit [f] me propè. PÆ. Hem! Servo [g] rusùm.
DO. Delude, ut lubet; Erus dum hinc abest.
PÆ. Vidén'? ut tuis dictis pareo!
I; sed quin tu meis contrà item dictis servis!
Atq; hoc, quod tibi suadeo, facis! DO. Quid est id?
PÆ. Restim tu tibi cape crassam; ac suspende te.
DO. Cave sis me attingas! ne tibi hoc scipione
Malum magnam dem. PÆ. Vtere; te [h] condono.
TO. Jam jam, Pægnium, da [i] pausam. * * *
DO. Ego pol vos eradicabo. PÆ. At te ille, qui suprà nos habitat,
Qui tibi malè volt, maleq; faciet. non hi dicunt; verum ego.
TO. Age; [k] circumfer mulsum: bibere da usquè plenis Cantharis.
Jamdiu [l] factum 'st, postquàm bibimus, nimis diu sicci sumus.
DO. DI faciant! ut id bibatis, quod vos numquam [m] transeat.
PÆ. Nequeo, Leno, quin tibi [n] saltem staticulum dem, olim quem Hegéa
Faciebat. vide verò; si tibi satis placet. SA. Me quoq; volo
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ioniâ.
DO. Malum ego vobis dabo; nisi abitis. SA. Etiam [o] muttis? inpudens!
Jam ego tibi, si me in[illegible]sis, Persam adducam denuò.
DO. Jam taceo hercle. atq; tu Persa es; qui me usq; admutilavisti ad cutem.
TO. Tace; stulte. hic ejus geminus est Frater. DO. Hicíne 'st? TO. Ac geminissumus.
DO. DI DEÆq;, & te, & geminum Fratrem excrucient! SA. Qui te perdidit.
Nam ego nihil merui. DO. At enim, quod ille meruit, tibi id obsit volo.
TO. Agite! sultis; hunc ludificemus; nisi non dignu' st. SA. Non opu' st.
LEM. At me haut [p] par est. TO. Eò [q] credo, quia non inconciliavit, quòm te emo.
LEM. Attamen. TO. Non tamen. cave ergò sis malo; & sequere me.
Te mihi dicto audientem esse addecet. nam hercle absq; me
Foret, & meo præsidio, hic faceret te [r] prostibilem propediem.
Sed ita pars [s] Libertinorum 'st, nisi Patrono, qui advorsatus est;
Nec satis Liber sibi videtur; nec satis frugi, neq; satis honestus:
Ni id effecit; ni ei maledixit; ni grato ingratus repertus est;

[a] Ad lites 'se conferre.
[b] Sc. lites sequi.
[c] Locus. Vide Merc. 3. 4. ℣. 4.
[d] Ludibrio habetis. Vide etiã Calligr. Tit. *Rei Venereæ.*
[e] Hic vapulat Leno. τὸ *hoc* est πληκτικὸν, & δεικτικόν: sicut τὸ *Hem!* Vide Lex. *Hem!*
[f] Propè me pervertit.
[g] Dum iterùm vapulo abs te.
[h] *Sc.* magnũ illud malum, quod mihi minatus es.
[i] Quietem, finem. Vide Lex. *Pausa.*
[k] In orbem præbe à summo. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij.*
[l] Vide Calligr. Tit. *Temporis. Bibendi.*
[m] *H. e.* venenum. *Periphrasis* ab effectu.
[n] Vide Calligr. tit. *Saltandi.* & *Staticulum.* τὸ *saltem* est Adverbium: non verbum. ὑγεία *Hygéa:* sanitas.
[o] Vide Lex. *Mu.*
[p] Quippe qui Patronus, & Dominus fuerit.
[q] *Ironia.* Eò credo: non debes eum ludificare, quia de te benè meritus est, & quia cùm te emebam, non mihi adversatus est scilicet, tibiq; obfuit, quantum potuit.
[r] Meretricem vulgatissimam: ut, *Restibilis.*
[s] Libertorum.

LEM.

LEM. *Pol benefacta tua me hortantur, tuo ut inperio paream.*
TO. *Ego sum tibi Patronus planè, qui huic pro te Argentum dedi.*
[a] *Graphicè hunc volo ludificari.* LEM. *Meo ego in loco* [b] *sedulò curabo.*
DO. *Certò illi Homines mihi nescio-quid mali consulunt, quod faciant.* SA. *Heu vos!*
TO. *Quid ais?* SA. *Hicíne Dorpalus est Leno? qui hîc liberas Virgines mercatur.*
[c] *Hicíne 'st? qui fuit quondam fortis.* DO. *Quæ hæc res est? hei! Colaphum icit.*
Malum vobis dabo. TO. *At tibi nos dedimus, dabimusq; etiam.* DO. *Hei! nates* [d] *pervellit.*
PO *Licet. jam diu sæpè sunt expuncta.* DO. *Loquere tu etiam;* [e] *frustum Pueri.*
LEM. *Patrone mi; i intrò, amabo, ad cenam.* DO. *Mea* [f] *Ignavia; tu nunc me inrides?*
LEM. *Quiáne te voco; benè ut tibi sit.* DO. *Nolo mihi benè esse.* LEM. *Ne sit!*
TO. *Quid igitur? sescenti Nummi quid agunt? quas turbas danunt!*
DO. *Malè disperij! sciunt referre* [g] *probè Inimico gratiam.*
TO. *Satis sumpsimus supplicij jam.* DO. *Fateor. manus vobis* [h] *do.* TO. *Et pòst dabis Sub Furcis; abi intrò.* SA. *In Crucem!* DO. *Anne hîc* [i] *parùm exercitum* [k] *Hisce me habent?* TO. [l] *Convenisse te Toxilum memineris.*
SPECTATORES; *benè Valete! Leno perijt.* PLAUDITE!

a Vide Lex. *Graphicus.*
b Quod me attinet: κατ' ἐμὸν μέρος.
c Hoc dicto colaphum ei impingit. suprà 3. 1. ℣. 32.
d Vide Elect. Pl. Tit. *Adulterij.*
e Quia parvus erat. Du stücks Bub.
f Tu, quę meam ignaviam testaris, quæq; libera non esses, nisi nequam & ignavus fuissem, nunc me irrides?
g *Sc.* Nummi. supr. 4. 6. ℣. 1.
h Vide Calligr. tit. *Gradus. Honoris.* Fateor me esse inferiorem.
i Vide Lex. *Parum.* Nota syntaxin.
k *Hisce:* pro, *hi.* antiquè. Vide Lex.
l Locutum te esse cum Toxilo.

PLAVTI. PERSA. EXPLICIT.

INCIPIT.

RUDENS. LEGE.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
RVDENS.

Julius Cæsar Scaliger.

TEMPESTATEM *inscribere debuit* PLAUTUS *hanc Fabulam.* RUDENS *enim in Fabulâ totâ penè nihil est, penè nusquam.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

ARCTURUS, Prologus. *Stella Vrsa.*
SCEPARNIO, Servus. *ab asciâ*: vel, *tegendo.*
PLEUSIDIPPUS, Adolescens. *à nauticâ, & equestri re.*
DÆMONES, Senex. *popularis*: vel, *fatalis.*
PALÆSTRA, Mulier. *à ludo.*
AMPELISCA, Mulier. *à vitibus.*
SACERDOS, Anus.
PISCATORES.
TRACHALIO, Servus. *à collo*: vel, *curricula.*
LABRAX, Leno. *Lupus, piscis.*
CHARMIDES, Parasitus. *à lætitiâ.*
LORARII.
GRIPUS, Piscator. *nasum aquilinum habens.*

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

DÆMONES *Atheniensis exsul à patriâ Cyrenas venit. ei fuerat Palæstra filia surrepta parvula: quam de Prædone mercatus Labrax Leno cum Ampeliscâ Puellâ alterâ Cyrenas venit. Palæstram ut vidit Adolescens Pleusidippus, amare óccipit: cum Lenone paciscitur, eam sibi tradi XXV. Minis, datq; Arrhabonem. Leno interim suasus à Charmide Siculo, Puellas secum in Siciliam avehat: fore enim, ut ex ipsis sit magnum facturus lucrum: fingit se votum soluturum Veneri, eóq; Pleusidippum ad prandium vocat: noctuq; Mulieres, & bona in Navim deportat clanculùm; in altum provehitur: ilicò* TEMPESTAS *oboritur: in scopulos naufragium facit: Mulieres cum Scaphâ ad terram jactantur: in Veneris fanum se recipiunt. Quò adveniens Leno, & ipse ejectus Mari, suas agnoscit, ac reposcit Mulierculas. sed illæ Dæmonis auxilio incolumes præstantur. Trachalio Pleusidippi Servus rem omnem nunciaturus cucurrit Hero. sed dum it, fortè videt Grypum Dæmonis Servulum rete Vidulum trahere, in quo Lenonis infuerant pecuniæ, Palæstraq; Virginis Crepundia. Trachalio, ut conspexit Vidulum, retis Rudentem sive funem prehendit, à quò* RUDENS *Comœdia nomen habet. rixantur simul: conveniunt tandem in Dæmonem arbitrum. is aperto Vidulo agnoscit ex Crepundiis Filiam. Lenoni igitur datur, quod illius est, excepto Talenti dimidio, quod promissum Grypo pro se retinuit Senex, Grypusq; ob id libertate donatur, Pleusidippoq; Palæstra nubit.*

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
*RVDENS.
ARGVMENTVM.

RETI [a] Piscator de [b] Mare extraxit [c] Vidlum
Ubi erant Erilis Filiæ Crepundia,
Dominum [d] ad Lenonem quæ subrupta venerat.
Ea in clientelam suipte inprudens Patris
Naufragio ejecta devenit: cognoscitur;
Suoq; Amico Pleusidippo jungitur.

---

[e] ARCTVRVS, Prologus.

QVI *Gentis omnis, mariaq; & terras movet,*
Ejus sum civis civitate Cælitum.
Ita [f] *sum, ut videtis: splendens Stella, candida,*
Signum quod semper tempore [g] *exoritur suo,*
Hic, atq; in cælo. nomen ARCTURO *'st mihi.*
Noctu sum in cælo clarus, atq; inter DEOS:
Inter Mortalis ambuloque interdius.
Et alia signa de cælo ad terram accidunt.
Qui est Inperator Divûm atq; Hominum JUPPITER.
Is nos per Gentis alium quidem [h] *aliâ* [i] *disparat;*
Hominum qui facta, mores, pietatem, & fidem
Noscamus, ut quemq; adjuvet [k] *Opulentia:*
Qui falsas [l] *litis falsis testimoniis*
Petunt, quiq; in jure [m] *abjurant pecuniam;*
Eorum referimus nomina, exscripta ad Jovem:
COTTIDIE *ille* [n] *scit, quis hic sibi quærat malum.*
Qui hic litem [o] *apisci postulant Pejurio.*
Mali, res falsasq; inpetrant apud Judicem.
ITERÙM *ille eam rem judicatam judicat;*

* Binominis quoque fuit hæc Fabula. Dicta enim VIDVLARIA, & RVDENS.

[a] Gripus.
[b] Ablativus antiquus.
[c] Bulgam, involucrum ex corio. Vide Lex. *Vidulus*. Est autem *συγκοπή*: ut: *Poplo*.
[d] Labraca.

[e] Stella ad femur seu coxam Bootæ. Aliàs *Arctophylax*.
[f] Vide Calligr. Tit. *Merum*.
[g] Diebus XI. ante Æquinoctiũ autumnale.
[h] Aliter atq; aliter. ut *aliâ* sit Adverbium.

[i] In diversas oras separat.
[k] Quomodo ad unumquemq; perveniant divitiæ.
[l] Qui sine jure litigare expetunt falsis testibus freti.
[m] Apud Prætorẽ cum perjurio inficiantur.
[n] Quis hic ob malefacta pœnis dignus sit.
[o] Obtinere.

Majore [a] *multâ multat, quàm litem auferunt,*
Bonos in alijs Tabulis exscriptos habet.
Atque hoc Scellesti illi in animum inducunt suum,
Iovem seplaçare posse Donis, [b] *Hostiis;*
Et operam, & sumptum perdunt: ideò fit, quia
Nihil ei *acceptum st à* PerjurIs [c] *supplicI.*
Facilius, *si qui pius est à* DIs *supplicans,*
Quàm qui Scelestus est, inveniet [d] *veniam sibi.*
Idcircò moneo vos ego hæc; qui estis Boni,
Quique ætatem agitis cum Pietate, & cum Fide.
Retinete porrò; post factum ut lætemini.
Nunc huc quâ causâ veni, ARGUMENTUM *eloquar.*
PRIMÙM *dum huic esse Nomen Vrbi* [e] DIPHILUS
CYRENAS [f] *voluit. illic habitat* DÆMONES
In Agro, atque Villâ proxumâ [g] *propter Mare,*
Senex qui huc Athenis exsul venit, haut malus.
Neque is [h] *adeò propter malitiam Patriâ caret:*
Sed dum alios [i] *servat, se inpedivit interim.*
Rem benè paratam comitate [k] *perdidit.*
Huic Filiola Virgo periit parvola:
Eam de Prædone vir mercatur [l] *pessumus,*
Is eam huc Cyrenas Leno advexit Virginem.
Adulescens quidam Civis hujus Atticus
Eam vidit ire è Ludo [m] *Fidicinio domum.*
Amare occepit: ad Lenonem dévenit;
Minis triginta sibi puellam [n] *destinat,*
Datque Arrhabonem, & jurejurando [o] *ádligat.*
Is Leno, ut se æquom 'st, flocci non fecit fidem,
Neque quod juratus Adulescenti dixerat:
Ei erat Hospes par [p] *illius Siculus; Senex*
Scelestus, Agrigentinus, Vrbis proditor,
Is illius laudare [q] *infit formam Virginis.*
Et aliarum itidem, quæ ejus erant Mulierculæ.
Infit Lenoni suadere; ut secum semul
Eat in Siciliam: ibi esse Homines Voluptarios
Dicit: potesse ibi fieri eum Divitem:
Ibi esse quæstum maxumum [r] *Meretricibus*
Persuadet. Navis clanculùm conducitur.
Quicquid erat, noctu in Navem conportat domo
Leno. Adulescenti, qui Puellam ab eo emerat,

a Iuppiter rem ab improbo Iudice contra Leges & jusjurandum judicatam iterum judicat, & sententiam latam corrigit: & eos, qui vicerunt, majore multâ multat, quã ex lite eis condonata consequantur.
b *donis & host.* ἔμψυχοις. Vide Lex. *Dona.*
c Precum, supplicationum. Vide Lex. Terent. Adelph. 4. 5. ✝. 71.
d Vide Calligr. *Venia. Gratia.*
e Actor *scil.*
f Vrbs Libyæ est, à Batto condita.
g Vide Lex. *Propter.*
h Vide Lex. *Adeo.*
i Pro aliis spõdet. Vide Elect. Plaut. *Sponsionis.*
k Facilitate & cõmoditate morũ. Sensus duplex hujus loci. ut velit Auctor, vel sua perdidisse, dum aliis subvenit fidejussor, aut benefactor: vel eadẽ illa prodegisse inter Scorta & Parasitos.
l Leno.
m è ludo, ubi fidibus canere discitur. *Ludus Fidicinius.*
n Pro desponsatâ arrhas dat. Vide Elect. Pl. *Nuptiarũ.*
o *Sc.* Lenonem. Vide infr. 2. 3. ✝. 16.
p Similis illi. Beyde einer Haar. Vide Lex. *Par.*
q Incipit.
r *Sc.* habendis, vel ex Meretricibus per lenocinium. infrà 2. 6. ✝. 57.

[a] *Ait, sese Veneri velle votum solvere.*
Id hîc est Veneris Fanum, & eò ad prandium
Vocavit Adulescentem huc. ipse hinc ilicò
Conscendit Navem, avehit Meretriculas.
Adulescenti alij narrant, ut res gesta sit,
Lenonem abivisse ad Portum Adulescens venit;
Illorum Navis longè in [b] *altum abscesserat.*
Ego quoniam video Virginem asportarier,
[c] *Tetuli ei auxilium, Lenoni exitium simul:*
Increpui [d] *Hybernùm, & fluctus movi maritumos.*
Namque ARCTURUS *signum sum omnium acerrumum,*
Vehemens sum exoriens: quòm occido, vehementior.
Nunc ambo illi in saxo, Leno atque Hospes simul,
Sedent ejecti. Navis confracta'st ijs.
Illa autem [e] *Virgo, atque* [f] *altera itidem Ancillula,*
De Navi timida desiluerunt in Scapham.
Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,
Ad Villam illius, exsul ubi habitat Senex,
Quojus deturbavit ventus tectum, & tegulas:
Et Servos illic est ejus, qui egreditur foràs.
Adulescens huc jam adveniet, quem videbitis,
Qui illam mercatu'st de Lenone Virginem.
VALETE! *ut Hostes* [g] *vostri diffidant sibi.*

[a] Ait unâ syllabâ leg. vel alterum si elidendum.

[b] Mare.

[c] Tuli. antiquè.

[d] h.e. ventos, & fluctus hybernos. *Hybernùm* Adverbialiter positum. q.d. Insonui horrendum.

[e] Palæstra.

[f] Ampelisca.

[g] Auditoribus & spectatoribus hoc dicit: quia Romani proni ad bellũ erant: ideò Hostibus mala imprecatur. h.e. ut vos vincatis, & sitis attenti. Vide Elect. Plaut. Tit. *Fabularum. Ludorum.*

ACTUS PRIMI
SCENA I.
SCEPARNIO, Servus.

PRO DI inmortales! TEMPESTATEM *quojusmodi*
Neptunus nobis nocte hâc misit proxumâ!
Detexit Ventus Villam. quid verbis opu'st?
Non ventus fuit; verùm ALCUMENA [h] *Euripidi.*
Ita omnis de tecto deturbavit Tegulas,
Inlustriores fecit, fenestrasq; [i] *indidit.*

[h] Tragœdia Euripidis: ALCUMENA. in quâ cùm Alcumena pariebat, Iuppiter faciebat spurcam Tempestatem oriri. *Euripidi* est genetivus antiquus.

[i] Non propter crebra fulgura, sed propter lumen per rimas & fenestras in tecto factas, tegulis vento dejectis, immissum.

Digitized by Google

ACTUS PRIMI
SCENA II.

Pleusidippus. Adolescens. Dæmones. Sceparnio, Servus.

ET [a] *vos à vostris abduxi negotijs,*
Neque id processit, quâ vos duxi gratiâ;
Neque quivi Lenonem ad Portum prehendere.
Sed meâ desidiâ spem deserere nolui:
Eò vos, Amici, detinui diutius.
Nunc huc ad Veneris Fanum venio visere;
Vbi rem Divinam se facturum dixerat.
Sc. *Si sapiam; hoc, quod me* [b] *mactat,* [c] *concinnem lutum.*
Propè me hinc nescio-quis loquitur. Dæ. *heus! Sceparnio.*
Sc. *Qui nominat me?* Dæ. *qui pro te Argentum dedit.*
Sc. *Quasi me tuum esse Servom dicas! Dæmones!*
Dæ. *Luto* [d] *usu'st multo; multam terram* [e] *confode;*
Villam integundam intellego totam mihi.
Nam nunc perlúcet ea, quàm cribrum [f] *crebrius.*
Pl. [g] *Pater, salveto! amboque adeò.* Dæ. *salvos sies.*
Sc. *Sed utrum tu Vir, an Femina es? qui illum Patrem*
Voces? Pl. *Vir sum equidem.* Dæ. *quare Vir porrò Patrem;*
Filiolam ego unam habui: eam unam perdidi.
Virile [h] *sexus numquam ullum habui.* Pl. *at DI dabunt.*
Sc. *Tibi quidem hercle quisquis es, magnum malum,*
Qui oratione nos hic occupatos occupes.
Pl. *Istic ine vos habitatis?* Sc. *quid tu id quæritas?*
An, quò furatum [i] *mox venias; vestigas loca?*
Pl. [k] *Peculiosum eum esse* [l] *decet Servom, &* [m] *probum,*
Quem Ero præsente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat Homini libero.
Sc. *Et inpudicum, & inpudentem Hominem addecet,*
Molestum vltrò advenire ad alienam domum,
Quoi debeatur nihil. Dæ. *tace; Sceparnio.*
Quid opu'st? Adulescens! Pl. *isti* [n] *infortunium,*
Qui præfestinet, ubi Erus adsit, præloqui.
Sed, nisi molestum 'st, paucis percontarier

[a] Comites meos, *κωφὰ πρόσωπα.*
[b] Fatigat, enicat
[c] Conficiam.
[d] Opus est.
[e] Ad lutum concinnandum.
[f] Plura habet foramina, quam cribrum.
[g] Senex. Altvatter.
[h] Virilem sexum, *τὸ sexus.* Neutro genere. *Priscianus.* Auson. *Puerile secus.*
[i] Quò paulò pòst venias furatum.
[k] Peculio instructum. Huc fortè respexit Augustinus Psal. 38. *Pe tu- lissus servus et cu- jus uis magni Patris- famili. à.*
[l] Vide Lex. *Decet,* pro, *oportet.*
[m] Sen us est: vix tolerantur in locuplete servo, & probo, quæ præsumat Sceparnio sine mendacius & nequam. Quod fortè collegit ex veste pauperculâ & habitu corporis.
[n] Sc. opus est.

Sed, nisi molestum'st, paucis percontarier
Volo ego ex te. DÆ. *dabitur* [a] *opera, atque in negotio.*
SC. *Quin tu in paludem is;* [b] *exsiGasq; harundinem!*
Qui [c] *pertegamus Villam, dum sudum'st?* DÆ. *tace.*
Tu si quid opu'st, dice. PL. *dic; quod te rogo.*
Ecquem tu hic Hominem crispum, [d] *incanum videris;*
Malum, Perjurum, Palpatorem? DÆ. *plurumos.*
Nam ego [e] *propter ejusmodi Viros vivo miser.*
PL. *Hic dico in Fanum Veneris, qui Mulierculas*
Duas secum adduxit: quiq; adornaret sibi;
Vt rem Divinam faciat, aut hodiè, aut erí.
DÆ. *Non hercle, Adulescens, jam hos dies conplusculos*
Quemquam istic vidi sacruficare: neque potest
Clam me esse, si qui sacruficant: semper petunt
Aquam hinc, aut Ignem, aut Vascula, aut Cultrum, aut Veru,
Aut Aulam [f] *Extarem; aut aliquid. quid verbis opu'st?*
Veneri paravi Vasa, & Puteum, non mihi:
Nunc intervallum jam hos dies multos fuit.
PL. *Vt verba prahibes, me perIsse pradicas.*
DÆ. *Mea quidem hercle causá salvos sis licet.*
SC. *Heus tu! qui Fana* [g] *ventris causâ circumis,*
Iubere meliu'st prandium ornari domí:
Fortasse tu huc vocatus es, ad prandium.
Ille qui vocavit, [h] *nullus venit.* PL. *Admodùm.*
SC. *Nullu'st periclum, te hinc jre inpransum domum.*
Cererem te melius, quàm Venerem sectarier,
Amorem [i] *hæc curat, triticum curat Ceres.*
PL. *Deludificavit me ille Homo indignis modis.*
DÆ. *Pro DI inmortales! quid illud est? Sceparnio;*
Hominum secundùm littus. SC. *ut mea'st opinio,*
Propter [k] *viam illi sunt vocati ad prandium.*
DÆ. *Qui?* SC. *quia post* [l] *cenam, credo, laverunt erí.*
Confracta Navis in Mari est illis. DÆ. *ita'st.*
SC. *At hercle nobis Villa in terrâ, & Tegulæ.* DÆ. *hui!*
HOMUNCULI; *quanti estis! ejecti ut natant!*
PL. *Vbi sunt hi Homines? obsecro!* DÆ. *hàc ad dexteram.*
Vidén' secundùm littus? PL. *video. sequimini.*
Vtinam is sit! quem ego quaro, Vir [m] *sacerrumus.*
Valete! SC. *si non moneas, nosmet* [n] *meminimus.*
Sed; ô Palæmon! [o] *sancte Neptuni comes,*

[a] *H.e.* vacabo tibi, vel cùm occupatus fuero.
[b] Exsecas. G pro C. antiquè. Vide Lex. *Sicare.*
[c] Sic infrà Metaphoricè. Trin. 2. 2. ℣. 41. Most. 1. 3. ℣. 8.
[d] Valdè canum. τὸ in αὐξητικὸν est. *Charis.* Alii malint στερητικῶς sumere: *minus quàm canum.*
[e] operâ, & culpâ talium virorum.
[f] Ollam in quâ Exta coquuntur. Vide Elect. *l.* 1. *Sacrificiorum.* Et Lex. *Extar.*
[g] *h. e.* Vt βωμολόχος, Scurra. Vide Lex. *Scurra.*
[h] Non. Vide Lex.
[i] Venus Amore, Ceres cibo Homines reficit, & delectat. infrà ℣. 92.
[k] *locus ex ambiguo.* Erat quoddam *Sacrificium propter-viam.* In eo si quid ex Epulis superfuisset, igne consumebatur. Ergò, inquit Sceparnio, hi naufragium fecerunt omnium bonorum, ut illi, qui propter viam faciunt, omnes reliquias flammis consumunt. Vide Lex. *Propter.* & Elect. Plaut. *Sacrificiorum.*
[l] *h. e.* laverunt priore vesperâ, ut interessent maturius Sacrificio propter-viam. quod illo casu fieri solitum.
[m] Exsecrandus. Vide Lex. *Sacr.*
[n] Vt valeamus *sc.*
[o] Aliàs Portumnus, quòd Portibus præsit.

Digitized by Google

Quique Hercule [a] *illi socius esse diceris,*
Quod facinus video? DÆ. *quid vides?* SC. *Mulierculas*
Video sedentis in Scaphâ solas duas.
Vt adflictantur miseræ! Euge! Euge! perbenè
Ab saxo avortit fluctus ad littus Scapham.
Neque [b] *Gubernatorum quisquam potuit*
Non vidisse undas me majoris censeo.
Salvæ sunt, si illos fluctus devitaverint.
Nunc nunc periculum'st; ejecit alteram:
At in vado'st: jam facilè enabit. eugepæ!
Vidéne alteram illam? ut fluctus ejecit forâs!
Surrexit; horsùm se capessit. salva res!
Desiluit hæc autem altera in terram è Scaphâ.
Vt præ timore in genua in undas cóncidit!
Salva'st, evasit ex aquâ: jam in littore'st.
Sed dextrovorsùm aversa it in malam Crucem.
Hem! errabit illac hodiè. DÆ. *quid id refert tuâ?*
SC. *Si ad saxum* [c] *quò capessit, ea deorsùm* [d] *cadit,*
Errationis fecerit compendium.
DÆ. *Si tu de illarum cenaturus vesperi es,*
Illis [e] *curandum censeo, Sceparnio.*
Si apud me esurus, mihi dari operam volo.
SC. *Bonum, æquomque oras.* DÆ. *sequere me hàc ergò.* SC. *sequor.*

ACTUS PRIMI
SCENA III.

PALÆSTRA, Mulier.

NIMIÒ [f] *Hominum Fortuna minus miseræ memorantur,*
Quàm reapse experiundo iis datur acerbum!
Hoc DEO [g] *conplacitum'st? me hoc ornatu ornatam*
In incertas [h] *Regiones,* [i] *timidam, ejectam?*
Hancine ego ad rem gnatam miseram me memorabo?
Hancine ego [k] *partem capio ob Pietatem præcipuam?*
Nam hoc mihi haut labori'st, laborem hunc potiri,
Si ergà Parentem, aut DEOS me [l] *inpiavi:*
Sed id si [m] *paratè curavi, ut caverem,*
Tum hoc mihi indecorè, iniquè, inmodestè

a τὸ *Hercule* vocandi casus est. Vide Elect. Pl. *Deorum. Peregrinationis. Navigationis.*

b Elliptica oratio est. *scil.* impedire fluctus.

c Si aliquò ad saxū contendit.

d cadat. ἀρχαϊσμός.

e Nota syntaxin τοῦ *Curare.* suprà ℣. 58. quidam malunt: *Amoris curat.* Vide Lex. *Curare.*

f Multò minus.

g Vide Elect. Pl. *Fortuna.* Amph. 2. 2. 5.

h Sc. Tendere.

i Frigidam.

k Sortem. Vide Elect. Pl. *Religionis. Pietatis.*

l Si in Deos aut Parentes impia fui.

m Accuratè, dedita operâ.

Datis

Digitized by Google

Datis DI. nam quid habebunt sibi igitur Inpij
Posthàc? si ad hunc modum'st Innoxiis Honor
Apud vos? vos *nam me, si sciam fecisse,*
Aut Parentis scelestè, minus me [a] *miserer.*
Sed Erile [b] *scelus me sollicitat: ejus me inpietas malè*
Habet. is Navem atque omnia perdidit in Mari.
Hæc bonorum ejus sunt reliquiæ. etiam quæ semul
Vecta mecum in Scaphâ'st, éxcidit: ego nunc sola sum.
Quæ si mihi foret salva, saltem labor
Lenior esset hic mihi ejus operâ.
Nunc quam spem, aut opem, aut consilI quid capessam?
Ita hic solis locis [c] *conpotita sum.*
Hîc saxa sunt; hîc mare sonat: nec quisquam
Homo mihi obviàm venit.
Hoc [d] *quod induta sum, summa opes oppidò;*
Nec cibo, nec loco, [e] *tecta quò sim, scio.*
Quæ mihi est spes? quâ me nunc *vivere velim.*
Nec loci gnara sum, nec diu hic fui.
Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis,
Aut viam, aut semitam monstret. ita nunc hàc
An illàc eam, incerta consilI sum,
Nec propè usquàm hîc quidem cultum agrum conspicor.
Algor, error, pavor membra omnia tenent:
Hæc Parentes mei haut scitis miseri,
Me nunc miseram esse ita, uti sum. libera ego
Prognata fui maxumè; necquiquam fui.
Nunc qui minus servio, quàm si forem Serva gnata?
Neque quicquam [f] *umquam ijs profui, qui me sibi eduxerunt.*

[a] Non dicerem me miseram.
[b] Lenonis Heri mei.
[c] Ita ad hæc deserta loca perveni. Vide Lex. Compotiri. inf: 4.2. v.6.
[d] Vide infr. 2.2.5. v.21.
[e] h.e. protecta. ubi recipi, aut tegi côtrà cæli injurias possim. Pseud. 1.3. v.116.
[f] h.e. dolet, quòd non possim rependere beneficium nutricationis.

ACTVS PRIMI
SCENA IV.

AMPELISCA. PALÆSTRA:
Mulieres duæ.

Q*VID mihi melius est? quid magis in rem est? quàm corpore vitam secludã.*
Ita malè vivo: atque ita mihi multa in pectore sunt curæ [g] *exanimales.*
Nunc *dein vita haut parco. perdidi spem, quâ me oblectabam.*
Omnia jam circumcursavi, atque omnibus in latebris perreptavi.

[g] Tabificæ. θυμοφθόροι: ψυχο-λέτιδες.

Quærere Conservam, voce, oculis, auribus, ut pervestigarem.
Neque eam usquam invenio, neque quò eam, neque quà quæram, consultum 'st.
Neque quem rogitem, responsorem quemquam intereà invenio.
Neque magis [a] *sola terræ sola sunt, quàm hæc loca, atque hæ Regiones.*
Neque si vivit, eam vivam, umquam, quin inveniam, desistam.
PA. *Quojanam vox mihi propè hîc sonat?* AM. *pertimui.*
Quis hic loquitur propè? PA. *Spes bona; obsecro! subventa*
Mihi. AM. *Mulier est. muliebris vox mihi ad auris*
Venit. an eximes ex hoc miseram metu?
PA. *Certò vox muliebris auris tetigit meas.*
Num Ampelisca obsecro 'st? AM. *tén'; Palæstra, audio?*
PA. *Quin voco! ut me audiat nomine illam suo.*
Ampelisca. AM. *hem! quis est?* PA. *ego Palæstra sum,*
AM. *Dic ubi es?* PA. *pol ego nunc in malis plurumis.*
AM. *Socia sum; nec minor pars mea 'st, quàm tua.*
Sed videre expeto te. PA. [b] *mihi es æmula.*
AM. *Consequamur gradu vocem. ubi es?* PA. *ecce me!*
Accede ad me; atque adi contrà. AM. *fit sedulò.*
PA. *Cedò manum.* AM. *accipe.* PA. *dic; vivisne? obsecro!*
AM. *Tu facis me quidem ut vivere nunc velim,*
Quòm mihi te licet tangere. ut vix mihi
Credo ego hoc, te tenere! obsecro; amplectere.
Spes mea; ut me omnium jam laborum levas!
PA. [c] *Occupas præloqui, quæ mea 'st oratio.*
Nunc abire hinc decet nos. AM. *quò, amabo! ibimus?*
PA. *Littus hoc persequamur.* AM. *sequor, quò lubet,*
PA. *Sicine hîc cum* [d] *uvidâ veste* [e] *grassabimur?*
AM. *Hoc quod est, id necessarium 'st perpeti.*
Sed quid hoc obsecro 'st: PA. *quid?* AM *vidén'? amabo!*
Fanum videsne hoc? PA. *ubi 'st?* AM. *ad dexteram.*
PA. *Video decorum DIs locum viderier.*
AM. *Haut longè abesse oportet Homines hinc. ita hic*
Lepidu 'st locus. nunc, quisquis [f] est DEUS; *veneror.*
Ut nos ex hâc ærumnâ eximat miseras,
Inopis, ærumnosas; aliquo auxilio adjuvet.

a Hyperbole. Cas. II. ✱. 40.

b H.e. ego non minus desidero, quam tu, tu me imitaris.

c Antevertis.

d Humidâ.

e Ambulabimus. Vide Lex.

f Vide Elect. Pl. Deorum. Religionis.

Digitized by Google

ACTUS PRIMI
SCENA V.

SACERDOS. ET EÆDEM MULIERES.

QUI *sunt, qui à* [a] *Patronâ preces meâ expetessunt?*
Nam vox precantum me huc foràs excitavit.
Bonam atq; Obsequentem DEAM, atq; haut [b] *gravatam*
Patronam [c] *exsequuntur, benignamq; multùm.*
PA. *Jubemus te* [d] *salvere, Mater.* SA. *Salvete*
Puellæ! sed undè vos ire cum uvidâ
Veste dicam; obsecro! tam mœstiter vestitas?
PA. *Ilicò hinc imus; haut longulè ex hoc loco.*
Verùm longè hinc abest, unde huc vectæ sumus.
SA. *Nempe Equo* [e] *Ligneo per vias cæruleas*
Estis vectæ. PA. *Admodùm.* SA. *Ergò æquius vos erat*
Candidatas venire, [f] *hostiatasq; ad hoc*
Fanum ad istunc modum non veniri solet.
PA. [g] *Quan' ejectæ è Mari sumus ambæ; obsecro!*
Vndè [h] *nos Hostias agere voluisti huc?*
Nunc tibi amplectimur Genua, egentes opum,
Quæ in locis [i] *nesciis, nesciâ spe sumus,*
Vt tuo recipias tecto, servesq; nos,
Miserarumq; te ambarum uti misereat,
Quibus nec locus ullus, nec spes parata'st,
Neq; hoc amplius, quàm quod vides, nobis quicquam'st.
SA. *Manus mihi date; exsurgite à Genibus ambæ:*
Misericordior nulla me est Feminarum.
Sed hic Pauperes res sunt, inopesq; Puellæ:
Egomet vix vitam colo. Veneri cibo meo
[k] *Servi Vo.* AM. *Veneris Fanum, obsecro! hoc est?* SA. *Fateor. ego*
Hujus Fani Sacerdos [l] *clueo: verùm quicquid est,*
Comiter fiet à me, quò [m] *nunc-copia*
Valebit. ite hàc mecum. PA. *Amicè benignèq;*
Honorem, Mater, nostrum [n] *habes.* SA. *Oportet.*

a Venere. Vide Calligr. *Precandi.*

b Non difficilem, neq; inexorabilem.

c Sequuntur, prosequuntur. Id est *Exsequi* hoc loco.

d Vide Calligr. tit. *Salutandi.*

e Navi.

f Hostiis instructas. Vide Elect. Pl. Tit. *Religionis. Deorum.* Candidati, *h.e.* albi DEOS accedebant.

g τò *ne* parelcon est. Vide Lex.

h Quo loco. *Charisius.*

i Ignotis, *Passivè.* Citat Agell. lib. 9. cap. 12. & Nonius; sed depravatè uterque.

k Antiquè. V. pro B.

l Sum, dicor. Lex.

m *Nunc-copia* ὑφ' ἓν est: copia præsens.

n *H.e.* tueris.

ACTUS SECUNDI SCENA I.

PISCATORES.

OMNIBUS *modis, qui Pauperes sunt Homines, miseri* [a] *vivont,*
Præsertim quibus nec quæstus est, nec didicére Artem ullam,
Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.
Nos jam de ornatu propemodùm ut locupletes simus, scitis.
[b] *Hisce hami, atq; hæ harundines sunt nobis quæstu & cultu.*
Ex Urbe ad Mare huc prodimus [c] *pabulatum;*
Pro [d] *Exercitu Gymnastico, & Palæstrico, hoc habemus:*
[e] *Echinos, Lopadas, Ostreas, Balanos captamus, Conchas,*
Marinam Urticam, Musculos, Pelagusias, Striatas.
Post id Piscatum [f] *hamatilem, & saxatilem adgredimur,*
Cibum captamus è Mari: sin eventus non venit,
Neq; quicquam captum'st piscium, [g] *salsi* [h] *lautiq;* [i] *purè*
Domum redimus clanculum, dormimus incenati.
Atq; ut nunc validè fluctuat mare, nulla nobis spes est:
Nisi quid Concharum [k] *capsimus, incenati sumus profectò.*
Nunc Venerem hanc veneremur bonam; ut nos lepidè adjuverit hodiè.

a *H.e.* sunt, *Vel;* miserè vivunt: ut Aulul. 2. 1. ℣. 36.
b Pro *hice*, antiquè: *hi*. Vide Lex. *Hisce*.
c Ad pabulũ quærendum.
d Hic locus, seu hoc exercitium nobis gymnasij & palæstræ vicẽ est. Sic *Exercitus* pro exercitio, vel exercitatione. Capt. 1. 2. ℣. 52.
e Vide Lex. de singulis istis.
f Pisces hamis capimus, & saxis adhærentes manibus.
g Non salibus, sed aquâ marinâ. *Iocus*.
h Non opiparis epulis, sed madidi. *Iocus*.
i Quia Aqua Marina sordes omnes abluit.
k Capiamus.

ACTUS SECUNDI SCENA II.

TRACHALIO, Servus. ET EIDEM PISCATORES.

ANIMO [l] *advorsavi sedulò, ne Erum usquam præterirem.*
Nam quòm modò exibat foràs, ad Portum se ajebat ire.
Me huc obviàm jussit sibi venire ad Veneris Fanum.
Sed quos percunter, commodè eccos! video adstare; adibo.
Salvete; Fures [m] *marutimi,* [n] *Conchitæ, atq; Hamiotæ,*
Famelica Hominum natio! quid agitis? ut peritis!
PI. *Ut Piscatorem æquom'st: fame, sitiq;, speq;.* TR. *Ecquem Adulescentem huc,*

l Animo versavi.
m Prædones maris.
n Vos qui Conchas legitis, & Pisces hamo captatis.

Dum

Dum hic adstatis, strenuâ facie, rubicundum, fortem, qui tres
Duceret Chlamydates cum Macharis, vidistis venire?
PI. *Nullum istâc facie, ut prædicas, venisse huc scimus.* TR. *Ecquem*
Recalvom, ac [b] *Silonem Senem,* [c] *statutum, ventriosum,*
Tortis superciliis, contractâ fronte, fraudulentum,
Deorum odium, atq; Hominum; malum, mali vitij, probriq; plenum,
Qui duceret Mulierculas duas secum satis venustas?
PI. *Cum istiusmodi virtutibus operisq; gnatus qui sit,*
Eum quidem ad Carnuficem 'st æquius, quàm ad Venerem conmeare.
TR. *At si vidistis, dicite.* PI. *Huc profectò nullus venit.*
Vale. TR. *Valete! credidi* [d]*: factum 'st, quod suspicabar.*
Data verba Ero sunt. Leno abijt scelestus exsulatum;
In Navem adscendit, Mulieres avexit; hariolus sum.
Is huc Erum etiam ad prandium vocavit sceleris [e] *Semen.*
Nunc quid mihi meliu'st? quàm ilicò hîc operiar Erum, dum veniat.
[f] *Eâdem hanc Sacerdotem Veneriam, si quid amplius scit.*
Si videro, exquisivero: faciet me certiorem.

a H. e. cultellis, sicoulis. Aul. 1. 6. ✝. 1.
b Qui nasum habeat resimum. Vide Lex.
c Magnæ staturæ.
d Sc. fore, quod video evenisse.
e Sceleris origo, & artifex.
f Sc. operâ.

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

AMPELISCA, Mulier.
TRACHALIO, Servus.

INTELLEGO: [g] *hanc, quæ proxuma 'st,* [h] *Villam, Veneris Fano, me*
Pulsare jussisti, atq; Aquam rogare. TR. [i] *Quoja ad auris*
Vox mihi advolavit? AM. *Obsecro! quis hic loquitur? quem ego video?*
TR. *Estne Ampelisca hæc, quæ foràs è Fano* hoc *egreditur?*
AM. *Estne hic Trachalio? quem conspicor;* [k] *Calator Pleusidippi.*
TR. *Ea 'st.* AM. *Is est Trachalio; salve!* TR. *Salve! Ampelisca.*
Quid agis tu hic? AM. *Ætatem* [l] *haut malam malè.* TR. *Melius ominare.*
AM. *Verùm omnes Sapientes decet* [m] *conferre, & fabulari.*
Sed Pleusidippus tuus Erus, ubi, amabo; 'st? TR. *Eja verò!*
Quasi non sit intus. AM. *Neq; pol est; neq; huc quidem ullus venit.*
TR. *Non venit?* AM. *Vera prædicas.* TR. *Non est* [n] *meum, Ampelisca.*
Sed quàm mox coctum 'st prandium? AM. *Quod prandium? obsecro te!*
TR. *Nempe rem divinam facitis hic.* AM. *Quid somnias? amabo!*
TR. *Certè Labrax* [o] *huc Pleusidippum ad prandium vocavit*

g Loquitur cum Sacerdote Veneris.
h In quâ Dæmones habitabat.
i Sic infrà 3. 4. ✝. 39. Bacch. 4. 9. ✝. 24, ss.
k Servus. Vide Lex.
l Iuventam. Vide Calligr. *Ætatis*.
m De rebus veris inter se colloqui.
n Sc. vera prædicare.
o Leno.

Digitized by Google

Erum meum, Erus voster. AM. *Pol haut miranda facta dicis.*
Si DEOS decepit, & Homines, Lenonum more fecit.
TR. *Non rem Divinam facitis hic vos? neq; Erus?* AM. [a] *Ariolare.*
TR. *Quid tu agis hic igitur?* AM. *Ex malis multis, metuq; summo,*
Capitaliq; ex periclo, orbas auxilIq; opumq; huc
Recepit ad se Veneria hac Sacerdos, me, & Palaestram.
TR. *An hic Palaestra 'st; obsecro te! Eri mei Amica.* AM. *Certò.*
TR. *Inest lepos in nuntio tuo magnus; mea Ampelisca.*
Sed istuc periclum pérlubet, quod fuerit vobis, scire.
AM. *Confracta 'st mi Trachalio, hác nocte* [b] *Navis nobis.*
TR. *Quid! Navis? quae istaec Fabula 'st?* AM. *Non audivisti? amábo!*
Quo pacto Leno clanculùm nos hinc auferre voluit
In Siciliam, & quicquid domí fuit, in Navem inposivit?
Ea nunc perierunt omnia. TR. *Oh! Neptune lepide! salve!*
Nec te Aleator nullus est sapientior. profectò
Nimis lepidè jecisti [c] *bolum: pejurum perdidisti.*
Sed nunc ubi 'st Leno Labrax? AM. [d] *PerIt potando; opinor.*
Neptunus magnis poculis hác nocte eum invitavit.
Credo hercle [e] *Ananceó datum, quod biberet.* TR. *Ut ego amo te!*
Mea Ampelisca! ut dulcis es! ut [f] *mulsa dicta dicis!*
Sed tu, & Palaestra; quomodo salvae estis? AM. *Scibis, faxo.*
Navi [g] *timidae ambae in Scapham insiluimus. quia videmus*
Ad saxa Navem ferrier, properans exsolvi restim.
Dum illi timent, nos cum Scaphâ Tempestas dextro-versùm
Differt [h] *ab illis. itaq; nos ventuq;, fluctibusq;*
Jactatae, exemplis plurumis miserae. perpetuam noctem;
Vix hodiè ad littus pertulit nos ventus exanimatas.
TR. *Novi. Neptunus ita solet:* [i] *quamvis fastidiosus*
Aedilis [k] *est. si qua inproba sunt merces, jactat omnis.*
AM. *Vae Capiti! atq; Aetati tuae!* TR. [l] *Tuo: mea Ampelisca.*
Scivi Lenonem facere [m] *hoc, quod fecit: saepè dixi.*
Capillum [n] *promittam, optumum 'st; occipiamq; hariolari.*
AM. [o] *Cavistis ergò tu, atq; Erus, ne abiret? quòm scibatis.*
TR. *Quid faceret?* AM. *Si amabat, rogas? quid faceret. adservaret:*
Dies noctesq; in Custodiâ esset semper. verùm ecastor
Ut [p] *multi fecit, ita probè curavit Pleusidippus.*
TR. *Cur tu istuc dicis?* AM. *Res palam 'st.* TR. *Scin' tu etiam? qui it lavatum*

In ba-

a Divinas, cùm dicis. neque nos hic rem divinam facere. neque Herum.
b Iocus. *Navis* in obscoenis. Vide Lex. & Calligr. Tit. *Rei Venereae.*
c *H. e.* perdidisti, Neptune, hominem perditissimum, *n. e.* Lenonem maxime perdendum: propterea aleam pulchre jecisti: pulcherrimum jactum fecisti.
d Forte ex potu cicutae, quem sontes capiebant olim. Sic Pers. 5. 2. ✠ 42.
e Ananceum Poculum magnum erat, quod in potandi certamine necesse esset ebibere, quasi *ἀναγκαῖον*. Nempe quia non voluntaria illa pocula, sed necessaria. Vide Lex. Hesych. *Ἀνάγκη.*
f Blanda, suavia.
g Sollicitae pro nave.
h In diversa aufert ab illis.
i Sic usurpatur τὸ *Quamvis* infr. 3. 4. ✠. 8. quamquam ibi nos MSS. lectionem expressimus. & Stich. 5. 4. ✠. 39. Sed & illo loco MSS. lectionem praeposuimus aliorum cōjecturis.
k Vide Elect. Pl. Tit. *Aedituum.*
l *Ambiguum*: ad priora & seqq. referri potest. Pseud. 1. 5. ✠. 71. m Facturum. n Vide Elect. Pl. Tit. *Ariolorum. Vatum.* o *κατὰ συγκοπήν*: pro, *cavissetis*. Si notum vobis erat consilium Lenonis, cautionem adhibuissetis, ne id exsequi potuisset. Sed & optimo sensu leguntur cum interrogatione. p *H. e.* ut magnifecit. Amica enim in exiguo apud eum fuit pretio.

Digitized by Google

In balineas, quòm ibi sedulò sua vestimenta servat;
Tamen [a] *subrupiuntur: quippe qui, quem illorum observet, falsu'st.*
Fur facilè, quem observet, videt: custos, qui fur sit, nescit.
Sed duce me ad illam. ubi'st? AM. *I sanè in Veneris Fanum huc intrò;*
[b] *Sedentem flentemq;* [c] *opprimes.* TR. *Vt jam istuc mihi molestum'st!*
Sed quid flet? AM. *Ego dicam tibi.* [d] *hoc sese excruciat animi,*
Quia Leno ademit Cistulam ei, quam habebat, ubiq; habebat
Qui suos Parentis noscere posset: eam veretur;
Ne perierit. TR. *Vbi nam ea fuit Cistellula?* AM. *Ibidem in Navi*
Conclusit ipse in Vidulum, ne copia esset ejus,
Qui suos Parentis nosceret. TR. *O facinus inpudicum!*
Quam liberam esse oporteat, servire postulare!
AM. *Nunc eam cum Navi scilicet* [e] *abiisse pessum in altum.*
Et Aurum, & Argentum fuit Lenonis omne ibidem.
Credo [f] *aliquem inmersisse, atq; eum excepisse. id misera mœsta'st,*
Sibi eorum evenisse inopiam. TR. *Jam istoc magis usus facto'st*
Vt eam intrò, consolerq; eam, ne se sic excruciet animi.
Nam MULTA PRÆTER SPEM *scio multis bona evenisse.*
AM. *At ego etiam, qui speraverint,* SPEM *decepisse multos.*
TR. *Ergo* ANIMUS [g] ÆQUUS OPTUMUM 'ST ÆRUMNÆ CONDIMENTUM.
Ego eo intrò; nisi quid vis. AM. *Eas. ego, quod mihi inperavit*
Sacerdos, id faciam; atq; Aquam hinc de proxumo rogabo.
Nam extemplò, si verbis suis peterem, daturos dixit.
Neq; digniorem censeo vidisse Anum me quemquam,
Quoi DEOS, atq; Homines censeam benefacere magis decere.
Vt lepidè, ut liberaliter, ut honestè, atq; haut gravatè
Timidas, egentis, uvidas, ejectas, exanimatas
Accepit ad sese! haut secus, quàm si ex se simus gnatæ:
Vt eapse sic [h] *succincta aquam calefactat! ut lavemus.*
Nunc ne mora illi sim; petam hinc Aquam, undè mihi inperavit.
Heus! ecquis in Villâ'st? ecquis [i] *hoc recludit? ecquis prodit?*

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Furti*, & *Balnearum*.
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Adoratione*.
[c] Ostendes.
[d] Ob hanc rem.
[e] Scire licet: perspicuum est eam demersam in profundum.
[f] Vrinatorem.
[g] Neutram in partem nimiùm propensus.
[h] Sic prompta.
[i] Has fores.

Digitized by Google

ACTUS SECUNDI
SCENA IV.

SCEPARNIO, Servus.
AMPELISCA, Mulier.

QVIs est? qui nostris tam protervè foribus facit injuriam.
AM.*Ego sum.*SC.*Hem! quid hoc boni'st? Heu! edepol specie bonâ Mulier!*
AM.*Salve! Adulescens.*SC.*Et tu multùm salveto! Adulescentula.*
AM.*Ad vos venio.*SC.*Accipiam hospitio, si Mox venis:*
Item [a] *ut adfectam. nam nunc nihil est, qui te* [b] *manem.*
*Sed quid ais? Mea lepida, hilara.*AM.*Aha! nimiùm familiariter*
*Me adtrectas.*SC.*Pro DI inmortales: Veneris* [c] *effigia hæc quidem'st.*
Vt in Ocellis hilaritudo'st! heja! corpus quojusmodi!
[d] *Subvolturium illud quidem;* [e] *subaquilum volui dicere,*
Vel Papillæ [f] *quojusmodi! tum, quæ indoles in* [g] *Savio'st!*
AM.*Non ego sum pollucta* [h] *pago. potin? ut me abstineas manum.*
SC.*Non licet te* [i] *sic placidè bellam bellè tangere?*
AM.*Otium ubi erit; tum tibi operam ludo &* [k] *deliciæ dabo:*
Nunc quamobrem huc sum missa, amabo! vel tu mihi ajas, vel neges.
SC.*Quid nunc vis?* AM.*Sapienti, ornatus, quid velim. indicium facit.*
Meus quoq; [l] *hic. Sapienti, ornatus, quid velim, indicium facit.*
AM.*Hæc Sacerdos Veneris hinc me petere jussit à Vobis Aquam.*
SC.*At ego* [m] *Basilicus sum. quem nisi oras; guttam non feres.*
Nostro illum Puteum periculo. & ferramentis fodimus.
Nisi multis blanditiis, à me gutta non ferri potest.
AM.*Cur tu* AQUAM [n] *gravare? amabo! quam* HOSTIS [o] HOSTI CONMODAT.
SC.*Cur tu Operam gravare mihi? quam Civis Civi conmodat.*
AM.*Immò etiam tibi, Mea Voluptas, quæ voles, faciam omnia.*
SC.*Eugepæ! salvos sum: hæc jam me suam Voluptatem vocat.*
Dabitur tibi Aqua. ne nequiquam me ames. cedò mihi Vrnam AM.*Cape.*
*Propera, amabo, ecferre.*SC.*Manta. jam hic ero; Voluptas mea.*

AM.*Quid*

[a] Tamquam affectam h.e. tristem sc. ex naufragio. De quâ voce vide Festum Pompeium. Quod si MSS. nostri juvarent, malim legi: *item ut adfectas* h.e. desideras: quia dixerat: *Ad vos venio.* Sed & prior sententia bona est: quæ se tuetur auctoritate Festi. Interim non dissimulo, juratâ fide me credere: Plautum scripsisse, uti memini: *item ut adfectas.* Quia sensus id prorsùs requirit. Et quàm proclive fuit? errare Pompeium: ut alibi sæpe: præsertim cum Castigatores eius, & hic quoq; eum interpolarint: quasi scripsisset *affectatam.* In MSS. nostris Scribam hæsisse opinor ob sequentis syllabæ ὁμοιοτέλευτον. *am.nam.* pro: *as.nam.* Atq; hæc de præsenti loco mea est sententia.

[b] τὸ *manem* positum est, pro: *maneam.* Cupio te mox venire & sine morâ. Frustra enim te exspecto tam diu. Veni; adsis igitur. Quid magis perspicuũ dici potuit?

[c] Effigies. *Nonius.*

[d] Corpus colore subnigro: & subfusco: quod Cyrenis, ubi hæc contigerunt, pulcrum habebatur. vel corpus alacritate & hilaritate ad Vulturij corporis similitudinem propè accedens. [e] *Sc.* quia Aquilæ generosiores sunt Vulturibus. [f] Quam solidulæ & turgidulæ. [g] In labris, & ore. Vide Lex. *Saviũ.* [h] Ego me nõ prostituo tã leviter tibi Homini Rustico, aut simili alicui Corydoni sive Stratillaci. Sic Curc. 1.3.37 *Pollucibus virgis* Vide Lex. *Polluctus.* [i] *Sic, ut hic, &c.* [k] Vide Lex. *Delicia.* [l] Δεικτικῶς. [m] Magnificus, & à quo nihil auferas, nisi per interpretem, vel supplicij habitu. Vide Lex. *Basilicus.* [n] Gravatè das. Sic infr. Trin. 3.2.53. de *Igni.* [o] Peregrinus. Vide Lex.

AM. *Quid Sacerdoti me dicam hic demoratam tam diu?*
Vt etiam nunc misera timeo! ubi oculis intueor Mare.
Sed quid ego misera video procul in littore?
Meum Erum Lenonem, Siciliensemq; [a] *Hospitem;*
Quos periisse ambos misera censebam in Mari,
Jam illud plus mali nobis vivit, quàm [b] *rata.*
Sed quid ego cesso fugere in Fanum? ac dicere hæc
Palæstræ? in Aram uti confugiamus priùs,
Quàm huc scelestus Leno veniat, nosq; hîc opprimat.
Confugiam hinc. ita res suppetit subitò mihi.

[a] Charmidem.

[b] Sc. sumus.

ACTUS SECUNDI
SCENA V.

SCEPARNIO, Servus.

PRO DI *inmortales! in Aquâ numquam credidi*
Voluptatem inesse tantam! ut hanc traxi lubens!
Nimiò minùs altus Puteus visu'st, quàm priùs,
Vt sine labore hanc extraxi! ([c] *Præfiscinè!)*
Satis nequam sum: utpote qui hodiè inceperim
Amare. hem! tibi Aquam, mea tu Bella. hem! sic volo
Te ferre honestè, ut ego fero; ut placeas mihi.
Sed ubi tu es? Delicata. cape Aquam hanc sis! ubi es?
Amat hercle me: ut ego opinor, delituit Mala.
Vbi tu es? etiamne hanc Vrnam es acceptura? ubi es?
Conmodulè meliùs: tandem [d] *verò seriò.*
Etiam acceptura's Vrnam hanc? ubi tu es gentium?
Nusquam hercle equidem illam video. ludos me facit.
Adponam hercle Vrnam jam ego hanc in mediâ viâ.
Sed autem; quid si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram Vrnam Veneris? mihi exibeat negotium.
Metuo hercle, ne illa Mulier mihi insidias locet,
Vt conprehendar cum sacrâ Vrnâ Veneriâ.
Nempe optumo me *jure in vinculis énicet*
Magistratus. si quis me hanc habere viderit.
Nam hæc [e] *litterata'st, ab se* [f] *cantat, quoja sit.*
Jam hercle evocabo hinc hanc Sacerdotem foràs.

[c] Sicrisum excitat, quòd amoliatur arrogando sibi nequitiam. Cas.4.4.ỳ.18. Vide Lex. *Præfiscini.* Et Calligr. *invidia.*

[d] Tandem verò omitto jocum & delitias.

[e] Litteris inscripta: *vel*, Veneris imagine insignita: undè Sacrificiis inservire significetur. Vide Elect. Pl. Tit. *Sacrificiorum. Vasorum,*

[f] Der Vrna sagt von sich selbst / wem er zustehe. Vide Elect. l. Tit. *Litterarum.* Scriptura etiam loquitur, cantat.

Vt hanc accipiat Vrnam, accedam huc ad foris.
Heus sis! Ptolemocratia. cape hanc Vrnam tibi.
Muliercula hanc nescio-qua huc ad me detulit,
Intrò ferunda'st. repperi negotium:
Si quidem his mihi ultrò adgerunda etiam'st Aqua.

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

LABRAX, Leno.
CHARMIDES, Siculus.

QVI Homo sese miserum, & mendicum volet,
[a] NEPTUNO credat sese, atq; ætatem suam.
Nam si quis quid cum eo rei conmiscuit,
Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.
Edepol [b] LIBERTAS lepida's, quæ numquam pedem
Voluisti in Navem cum Hercule unà inponere.
Sed ubi ille meus est Hospes? qui me perdidit.
Atq; eccom incedit! CH. Quò, malum! properas? Labrax.
Nam equidem te nequeo consequi tam strenuè.
LA. Vtinam! te priùs quàm oculis vidissem meis,
Malo cruciatu in Siciliam [c] perbiteres;
Quem propter hoc mihi obtigit misero mali.
CH. Vtinam! quòm in Ædis me ad te adduxisti tuas,
In Carcere illo potiùs cubuissem die,
DEOSq; inmortales quæso; dum vivas, uti
Omnis tui similis Hospites habeas tibi.
LA. Malam [d] Fortunam in Ædis adduxi meas.
Quid mihi Scelesto tibi erat [e] auscultatio?
Quídve hinc abitio? quídve in Navem inscensio?
Vbi perdidi etiam plus boni, quàm mihi fuit.
CH. Pol minumè miror, Navis si fracta'st tibi,
Scelus te, & sceleste-parta quæ vexit bona.
LA. Pessum dedisti me blandimentis tuis.
CH. Sceleftiorem cenam [f] cenavi tuam,
Quàm quæ [g] THYESTÆ quondam anteposita'st, & TEREO.
LA. Perij! animo [h] malè fit. contine quæso caput.

[a] Vide Most. 2. 1. ℣. 1. & seqq. Et Elect. Pl. Tit. *Maris.*
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *Libertatis.*
[c] Perires. Vide Lex. Plaut.
[d] Sic Aul. 1. 2. ℣. 22.
[e] Vide Lex. *Periphrasis.*
[f] Sic Pœn. 1. 1. ℣. 14. *Transisti prandium.*
[g] Vide Fab. 7. lib. 6. Met. Ovid. *Cœna Thyestea.* Proverb.
[h] Vomituritio.

CH. Pul-

CH. Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas.
LA. Eheu! Palaestra, atque Ampelisca; ubi estis nunc?
CH. Piscibus in alto credo praebent pabulum.
LA. Mendicitatem mihi obtulisti operâ tuâ,
Dum tuis ausculto [a] magnidicis mendaciis.
CH. Bonam est quod habeas gratiam meritò mihi;
Qui te ex insulso [b] salsum feci operâ meâ.
LA. Quin tu hinc is à me in maxumam malam Crucem!
CH. Eas: easque res agebam [c] commodùm.
LA. Eheu! quis vivit me Mortalis miserior?
CH. Ego multò tantò miserior, quàm tu; Labrax.
LA. Qui? CH. quia ego indignus, sum; tu dignus qui sies.
LA. O Scirpe, [d] Scirpe; laudo fortunas tuas,
Qui semper servas gloriam aritudinis.
CH. Equidem me ad [e] velitationem exerceo.
Nam omnia [f] corusca prae tremore fabulor.
LA. Edepol, NEPTUNE, es balneator Frigidus:
Cum vestimentis [g] postquàm abs te abI, algeo.
Ne [h] Thermopolium quidem ullum illi instruit:
Ita salsam praebet potionem, & Frigidam.
CH. Ut fortunati sunt Fabri ferrarij!
Qui apud carbones adsident; semper calent.
LA. Utinam Fortunâ nunc [i] anatinâ uterer!
Ut quòm exIssem ex aquâ, arerem tamen.
CH. Quid si aliquò ad Ludos me pro [k] Manduco locem?
LA. Quapropter? CH. quia pol clarè crepito dentibus.
Sed nunc jure optumo me lavisse arbitror.
LA. Qui? CH. quia auderem tecum in Navem adscendere,
Qui à fundamento mihi usque movisti [l] mare.
LA. Tibi auscultavi; tu promittebas mihi;
[m] Illic esse quaestum maxumum Meretricibus;
Ibi me [n] conruere posse ajebas Divitias.
CH. Iam [o] postulabas te, Inpurata belua;
Totam Siciliam devoraturum Insulam.
LA. Quaenam Balaena meum voravit Vidulum?
Aurum, atque Argentum ubi omne conpactum fuit.
CH. Eadem illa, credo, quae meum Marsupium,
Quod plenum Argenti fuit in [p] sacciperio.
LA. Eheu! redactus sum usque ad hanc unam Tuniculam;
Et ad hoc misellum Pallium. perij oppidò!
CH. Vel [q] consociare mihi quidem tecum licet:

a Capt. 3. 5. ℣. 13. *Falsidica fallacia.*
b Iocus ambig. *urbanum*, & *aquâ marinâ imbutum.*
c Atque ego commodùm idipsum cogitabam, & optabam, ut ires in malum cruciatũ.
d qui ne in medijs quidem aquis uvescis: ideo beatum te praedico. Vide Persium Satir. 1. ℣. 58. Vide Lex. *Scirpus.*
e Ad pugnam velitarem. *h.e.* ego prae frigore tremo. *Allegoria.*
f Trepida, micantia, vibrantia.
g *Q.d.* quantò magis algerem? si nudus abiissem.
h Vide Lex. *Thermopolium.*
i Anates enim licet diu sint in aquis, neq: madent tamen, neq; algẽt.
k *Manducus* est μορμολυκεῖον, quod in Ludis circumferebatur inter caeteras ridicularias, & formidolosas personas, magnis malis lateque dehiscens, & clare crepitans dentibus. Vide Lex.
l *Sc.* impietate tuâ.
m In Sicilia.
n Coarcervare. Vide Lex. *Ruere.* & Calligr. *Divitiarũ.*
o Censebas, cogitabas.
p Marsupium è sacco & perâ.
q Communionẽ bonorum facere.

Digitized by Google

Æquas habemus partes. La. *saltem si mihi*
Muliercula essent salvæ, spes aliqua forent.
Nunc si me Adulescens Pleusidippus viderit,
A quo Arrhabonem pro Palæstrâ acceperam,
Iam se [a] *exibebit hic mihi negotium.*
Ch. *Quid, Stulte, ploras? tibi quidem edepol copia 'st,*
Dum lingua [b] *vivet, qui rem solvas omnibus.*

a Nota syntaxin.
b dum lingua suppetet.
c Vnde, quâ ratione.

ACTVS SECVNDI
SCENA VII.

Sceparnio, Servus.
Charmides, Siculus.
Labrax, Leno.

d Vide Elect. Pl. *Adorationis. Deorû Religionis.*

Qvid illuc est, obsecro, negotij? quòd duæ Mulierculæ
Hic in Fano Veneris signum flentes amplexæ tenent,
Nescio-quem metuentes miseræ; nocte hâc verò proximâ
Se jactatas, atque ejectas hodiè esse ajunt è Mari.
La. *Obsecro hercle, Adulescens; ubi istæc sunt, quas memoras, Mulieres?*
Sc. *Hic in Fano Veneris.* La. *quot sunt?* Sc. *totidem, quot ego, & tu, sumus.*
La. *Nempe meæ.* Sc. *nempe nescio istuc.* La. *quâ sunt facie:* Sc. *scitulâ.*
Vel ego amare utramvis possim, si probè adpotus siem.
La. *Nempe Puellæ?* Sc. *Nempe molestus es. vise; si lubet.*
La. *Meas oportet intus esse hic Mulieres; mi Charmides.*
Ch. *Iuppiter te perdat! &* [e] *si sunt; & si non sunt tamen.*
La. *Intrò-rumpam jam huc in Veneris Fanum.* Ch. *in Barathrum mavolim.*
Obsecro! Hospes; da mihi aliquid; [f] *ubi condormiscam loci.*
Sc. *Istic, ubi vis, condormisce; nemo prohibet; publicum 'st.*
Ch. *At vides me; ornatus ut sim vestimentis uvidis,*
Recipe me in tectum: da mihi vestimenti aliquid [g] *aridi;*
Dum arescunt mea, in aliquo tibi gratiam referam.
Sc. [h] *Tegillum ecillud mihi unum arescit. id, si vis; dabo.*
Eodem amictus, eodem tectus esse soleo; si pluvit.
Tu istæc mihi dato; exarescent, faxo. Ch. *eho! an te* [i] *pœnitet?*
In Mari quod elavi, ne hic in terrâ iterùm eluam.
Sc. *Eluas tu; an* [l] *exungare, Ciccum non* [k] *interduim.*
Tibi ego numquam quicquam credam, nisi accepto pignore.

e Si; pro: sive. Vide Lex.
f Vbi loci. ὑφ' ἵν. Vide Lex.
g Aridam) (Vvidû: καὶ τὰ ὑγρὰ sunt.
h Cucullunculum è scirpo factum Vide Lex. *Tegillum.* & Elect. Pl. *Vestiû.*
i Vide Lex. *Pœnitet.*
k Quia lotionem subsequi solitæ unctiones. Vide Pl. *Lotionum.*
l Non inter-dederim, susque deque fecerim, Vide Lex. *Ciccum.* & *Floccum.* & *Proverbia.* Item Calligr. *Contemnendi.*

Tu vel suda; vel peri algu. CH. vel tu ægrota; vel vale.
SC. [a] Barbarum Hospitem mihi in Ædis nihil moror. sat litium 'st.
CH. Iamne abiit? venalis [b] illic ductitavit; quisquis est,
Non est misericors. sed quid ego hic adsto infelix; uvidus?
Quin abeo hinc in Veneris Fanum! ut edormiscam hanc crapulam,
Quam potavi præter animi quàm libuit sententiam.
Quasi Vinis Græcis [c] Neptunus nobis suffudit Mare.
Itaque alvom [d] prodi speravit nobis salsis poculis.
Quid opu'st verbis? si invitare nos paulisper pergeret,
Ibidem obdormissemus: nunc vix vivos amisit domum.
Nunc Lenonem, quid agit, intervisam, [e] convivam meum.

ACTUS TERTII
SCENA I.
DÆMONES.

Miris [f] modis DI ludos faciunt Hominibus,
Mirisq; exemplis somnia in somnis danunt.
Ne dormientis quidem sinunt quiescere.
Velut ego hâc nocte, quæ processit, proxumâ,
Mirum, atque inscitum somniavi somnium.
Ad Hirundininum nidum visa 'st Simia
Adscensionem [g] ut faceret, admolirier;
Neque eas [h] deripere quibat indè: [i] pòstibi
Videbatur ad me Simia adgredirier,
Rogare scalas ut darem utendas sibi.
Ego ad hoc exemplum Simiæ respondeo,
Natas ex Philomelâ, atque ex Progne esse Hirundines,
Age [k] cum illâ; ne quid noceat meis [l] Popularibus.
Atque illa animo jam fieri ferocior;
Videtur ultrò mihi malum minitarier,
In jus vocat me. ibi nescio ego, quomodo
Iratus videor mediam arripere Simiam;
Concludo in vincla Bestiam nequissumam.
Nunc quam ad rem dicam hoc adtinere somnium,
Numquam hodiè quivi ad conjecturam evadere.
Sed quid hic in Veneris Fano meæ viciniæ
Clamoris oritur? animus miratur meus.

a Peregrinum Siculum.
b Venales Servos ille ductitavit: Mango est sævus & immisericors.
c quibus aquæ marinæ suffusæ. Vide Elect. Plaut. *Vini.*
d *Sensus est.* Neptunus largè sanè nos accepit in mari, & speravit verba nobis dari posse, & aluum prodi salsis poculis, *hoc est*: futurum, ut potaremus largiùs, quàm alvo, vitæque adeò nostræ conduceret. Nam cōvivæ cum dulcedine apparatûs inducti plusculè aut comedunt, aut bibunt, quàm satis est, *Prodi* dicuntur. Vide Calligr. *Convivij.* Et *speravit prodi* est Hellenismus. ut Asin. 3. 3. ℣. 109. Vide etiam locum Ciceronis lib. 6. Fam. Epist. 26.
e naufragii sociū.
f Similis locus suprà Mercat. 2. 1. ℣. 1.
g Vt ascenderet.
h Deorsum rapere. Vide Lex. infr. 3. 2. ℣. 15. & 3. 3. ℣. 10. Aul. 4. 4. ℣. 17. sed & ibi Mss. nostri *eripuit*. & Aul. 4. 10 ℣. 18. Et Tibull. lib. 1. Eleg. 10. ℣. 60.
i Posteà. Vide Lex.
k Loquor cum illâ.
l Quæ sunt cives Atticæ, ut ego.

ACTUS

ACTVS TERTII
SCENA II.

Trachalio, Servus. Dæmones, Senex.

PRo! Cyrenenses Populares; vostram ego imploro fidem!
Agricolæ, accolæ, propinqui qui estis his Regionibus;
Ferte opem inopiæ, atque exemplum pessumum pessundate;
Vindicate; ne impiorum potior sit pollentia,
Quàm innocentium, qui se scelere fieri nolunt nobiles.
Statuite exemplum inpudenti; date Pudori præmium:
Facite hic lege potiùs liceat, quàm vi victo [a] vivere.
Currite huc in Veneris [b] Fanum. vostram iterùm imploro fidem!
Qui propè hîc adestis; quique auditis clamorem meum:
Ferte suppetias! qui Veneri, Veneriæque [c] Antistitæ
More antiquo in custodiam suum commiserunt caput,
Prætorquete injuriæ priùs collum, quàm ad vos perveniat.
Dæ. Quid istuc est negotij? Tr. per ego hæc Genua te [d] obtestor! Senex;
Quisquis es. Dæ. quin tu ergò omitte Genua; & quid sit, mihi éxpedi;
Quid [e] tumultues. Tr. teque oro, & quæso; si speras tibi
Hoc anno multum futurum [f] Sirpe, & [g] Laserpicium,
Eamque [h] eventuram [i] Exagogam, captam, salvam, & sospitem,
Atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi.
Dæ. Sanun' es? Tr. seu tibi confidis fore multam [k] Maguderim;
Vt te ne pigeat dare operam mihi, quod te orabo; Senex.
Dæ. At ego te per Crura, & Talos, Tergumq; obtestor tuum!
Si tibi Vlmeam vberem esse speras [l] Virgidemiam,
Et tibi esse eventuram hoc anno uberem Messem Mali,
Vt mihi istuc dicas, negotij quid sit, quod tumultues.
Tr. Qui libet maledicere? equidem tibi bona exoptavi omnia.
Dæ. Benè equidem tibi dico; qui te digna ut eveniant, precor.
Tr. Obsecro; hoc primùm vertere ergò. Dæ. quid negotij 'st? Tr. Mulieres
Duæ innocentes intus hîc sunt, tui indigentes auxilî,
Quibus adversùm jus, legesq; insignitè injuria hîc
Facta 'st; fitque in Veneris Fano: tum Sacerdos Veneria
Indignè adflictatur. Dæ. quis Homo 'st tantâ confidentiâ?
Qui Sacerdotem violare audeat. sed eæ Mulieres

[a] Si accidat, ut vincantur; vincantur potius lege, quam vi.
[b] Vide Elect. Pl. Templ. Ara. Asyli. infr. 3. 2. ℣. 29. & 3. 4. ℣. 2. & 3. 5. ℣ 5.
[c] Veneris Antistitæ.
[d] Vide Lex. Obtestor.
[e] Tumultueris.
[f] Sirpe species Silphii. Vide Lex.
[g] Succus ex radice Silphii. Vide Lex. & Elect. Herbarū. Pleud. 3. ℣. 27.
[h] Venturam. Vide Lex. Evenire.
[i] Exportationem, sive evectionem eam, & eas merces Cyrenis, aut ex Libyâ exportatas, salvas Capuam venturas.
[k] Radix Silphii. Vide Lex.
[l] Vlmeam vindemiam. Est enim vox ficta.

Quæ

Quæ sunt? aut quid iis iniqui fit? TR. *si das operam; eloquar.*
Veneris signum sunt amplexæ: nunc vir audacissimus
Eas deripere volt; eas ambas esse oportet liberas.
DÆ. *Quis; istic est? qui* DEOS *tam parvipendit.*
TR. *Fraudis, sceleris, Parricidij, Perjurij plenis*simus,
Legirupa inpudens, inpurus, inverecundissumus:
Vno verbo absolvam, [a] *LENO'st: quid illum porrò prædicem?*
DÆ. *Edepol infortunio Hominem prædicas* [b] *donabilem.*
TR. [c] *Qui Sacerdoti scelestus faucis interpresserit.*
DÆ. *At malo cum magno suo fecit hercle. ite istinc foràs.*
[d] *Turbalio; Sparax; ubi estis?* TR. *i obsecro; intrò: subveni*
Illis. DÆ. *iterùm autem inperabo? sequimini hàc.* TR. *age nunc jam;*
Iube oculos, elidere; itidem ut [e] *Sepiis faciunt Coqui.*
DÆ. [f] *Porrigite Hominem pedibus huc; itidem quasi occisam Suem.*
TR. *Audio tumultum. opinor Leno pugnis* [g] *pectitur.*
Nimis velim inprobissimo Homini malas edentaverint.
Sed ecce! ipsæ huc egrediuntur timidæ è Fano Mulieres.

a Vide Elect. Pl. *Lenonis.*
b Donandum, mactandum.
c Quid illum porrò prædicem? qui Sacerdotem Veneris strangulare conatus sit.
d Lorariorum nomina. ἀπὸ τῆς τύρβης q.d. Tumultuator. καὶ σπαράξεως q.d. Lacerator.
e Vide Lex. *Sepia.*
f Vide Lex. *Porrigere.* & Elect. *Funeris.*
g Vide Calligr. *Verberandi.*

ACTVS TERTII
SCENA III.

PALÆSTRA. AMPELISCA: duæ Mulieres. TRACHALIO, Servus.

NVNC idest, quòm omnium copiarum, atque opum,
Auxilij, præsidI [h] *viduitas tenet:*
Nec ulla spe*cula'st, quæ salutem adferat.*
Nec scimus quam in *partem ingredi persequamur.*
Maxumo miseræ *in metu nunc sumus ambæ.*
Tanta *inportunitas, tantaque injuria*
Facta in *nos est modò hic intus ab nostro Ero,*
Qui *scelestus Sacerdotem Anum* [i] *præcipes*
Reppulit, propulit, perquàm indignis modis,
Nosque ab signo intumo vi deripuit [k] *summâ.*
Sed nunc sese ut ferunt res fortunæque nostræ,
Par est moriri; neque est melius MORTE *in malis*
Rebus miseris. TR. *quid est? quæ illæc oratio'st?*
Cesso ego has consolari? hem! Palestra. PA. *qui vocat?*

h Inopia, orbitas. Vide Capt. 3. 1. ℣ 2. & Elect. Plaut. tit. *Miseria.*
i Præceps. Vide Lex. Ita dicitur: *Anceps.* infr. 4. 4. ℣. 14.
k Scazon est, ut & vers. seq.

TR. *Heus! Ampelisca.* AM. *obsecro; quis est? qui vocat?*
PA. *Quis is est? qui nominat?* TR. *si respexis; scies.*
PA. *O Salutis mea spes!* TR. *tace; ac bono animo's;*
Me vide! PA. *si modò id liceat; vis ne opprimat.*
TR. *Quæ vis?* PA. *vim mihi adferam: ipsa adigit.* TR. *ah! desine; nimis inepta's.*
AM. *Desiste dictis nunc jam miseram me consolari.*
PA. *Nisi quid re præsidium adparas, Trachalio; acta hac res est.*
Certum 'st moreirei; [a] *quàm hunc pati grassari Lenonem in me.*
Sed Muliebri animo sum tamen; misera ubi venit in mentem;
Mihi Mortis metus membra occupat edepol. TR. *etsi hoc acerbum;*
Bonum animum habete. PA. *nam obsecro! undè animum mihi?* TR. *invenietur.*
Ne inquam timete; adsidete hìc in Arâ. AM. *quid ista Ara.*
Prodesse nobis [b] *potest, quàm signum in Fano hìc intus*
Veneris; quod amplexæ modò, undè arreptæ per vim miseræ.
TR. *Sedete hìc modò; ego hinc vos tamen tutabor: Aram habete hanc*
Vobis pro Castris; Mœnia [c] *hinc: ego vos defensabo.*
Præsidio Veneris malitiæ Lenonis contrà incedam.
AM. *Tibi auscultamus; & Venus alma; ambæ te obsecramus,*
Aram amplexantes hanc tuam lacrumantes, Genibus nixæ,
In custodiam nos tuam ut recipias; & tutére:
Illos Scelestos, qui tuum fecerunt Fanum parvi,
Vt ulciscare, nosque ut hanc tuâ pace Aram obsidere
Patiare; quæ [d] *elautæ ambæ sumus operâ Neptunei; noctu:*
Ne invisas habeas; neve iccircò nobis vitio vortas,
Si quippiam 'st minus, quod benè esse lautum tu arbitrare.
TR. *Æquom hasce petere intellego, decet abs te id inpetrari:*
Ignoscere his te convenit; metus has, id ut faciant, [e] *subigit.*
Te ex [f] *Conchâ gnatam esse autumant; cave tu harum Conchas spernas.*
Sed optumè eccom! exit Senex, Patronus mihique, & Vobis.

a Subaudi: *potius.*

b Subaudi: *plus.*

c Hinc vobis erunt mœnia: unde ego v. def.

d Purè lautæ. Vide Elect. Pl. *Lotiorum.* Amph. c. 1. ℣. 42.

e *h. e.* cogit.

f Nequitia heic subest. *Concha* Mulierum Naturam valet. Vide Lex. & Calligr. *Rei Venereæ.*

ACTVS TERTII
SCENA IV.

DÆMONES, Senex. LABRAX, Leno. LORARII. TRACHALIO, Servus.

EXI è Fano, gnatum quantum 'st Hominum sacrilegissume!
Vos in Aram abite sessum. sed ubi sunt? TR. *huc respice.*
DÆ. *Optume.*

Digitized by Google

DÆ. *Optumè* LO. *istuc volueramus. jube modò accedat propè.*
Tún' [a] *Legirupionem hic nobiscum DIs* [b] *facere postulas?*
DÆ. *Pugnum in os inpinge!* LA. *iniqua hæc patior cum* [c] *pretio tuo.*
DÆ. *At etiam minitatur audax!* LA. *jus meum ereptum 'st mi hi.*
Meas mihi Ancillas invito me eripis. TR. ergò dato
De Senatu Cyrenensi quemvis opulentum Arbitrum,
[d] *Si tuas esse oportet, nive eas oportet esse liberas:*
Neu' ted in Carcerem conpingier est æquom, ætatèmque ibi
Te usque habitare; donec totum Carcerem contriveris.
LA. *Non hodiè isti rei* [e] *auspicavi, ut cum Furcifero fabuler.*
Te ego adpello. DÆ. *cum istoc primùm, qui te novit, disputa.*
LA. *Tecum ago.* TR. *atqui mecum agundum 'st: súntne illæ Ancillæ tuæ?*
LA. *Sunt.* TR. *agedum ergò; tange utramvis digitulo minumo modò.*
LA. *Quid! si adtigero.* TR. *extemplò hercle ego te follem* [f] *pugilatorium*
Faciam; & pendentem incursabo pugnis; Perjurissume!
LA. *Mihi non liceat meas Ancillas Veneris de Arâ abducere?*
DÆ. Non licet. *ita 'st Lex apud nos.* LA. *mihi cum vostris Legibus*
Nihil est *conmercI. equidem istas jam ambas ducam foràs.*
Tu Senex; si istas amas, huc [g] *arido Argento 'st opus.*
DÆ. *Hæ autem Veneri* [h] *conplacuerunt.* LA. *habeat; si Argentum dabis.*
DÆ. *Do tibi Argentum. nunc adeò ut scias meam sententiam;*
Occipito modò illis adferre vim joculo [i] *pausillulùm.*
Ita hinc ego te ornatum amittam. tu ipsus te ut non noveris.
Vos adeò, ubi ego innuero vobis; [k] *si ne ei caput* [l] *exoculassitis,*
Quasi [m] *Murteta juncis; item ego vos Virgis circumvinciam.*
LA. *Vi agis mecum.* TR. *etiam vim* [n] *opprobras? flagitI* [o] *flagrantia!*
LA. *Tún', Trifurcifer; mihi audes inclementer dicere?*
TR. *Fateor. ego Trifurcifer sum: tu es Homo adprimè probus.*
Num [p] *qui minus hasce oportet esse liberas.* LA. *quid! liberas?*
TR. *Atque Eras tuas quidem hercle; atque ex germanâ Græciâ.*
Nam altera hæc est gnata Athenis sincerissumis [q] *testibus.*
DÆ. *Quid ego ex ted audio?* TR. *hanc Athenis esse gnatam liberam.*
DÆ. *Mea Popularis; obsecro! hæc est?* TR. *non tu Cyrenensis es?*
DÆ. *Immò Athenis gnatus, altusque, educatusque* [r] *AttiGis.*
TR. *Obsecro! defende Civis tuas; Senex.* DÆ. *ô Filia mea!*
Quòm ego hanc video, mearum me absens miseriarum cónmones,
[s] *Trima quæ perijt mihi: jam* [t] *tanta esset; si vivit, scio.*
LA. *Argentum ego pro istisce ambabus,* [u] *quoiæ erant, Domino dedi.*
Quid meâ refert? Hæ Athenis gnatæ; an Thebis sient,
Dum mihi rectè servitutem serviant. TR. *itáne? inpudens!*

a Legirupio. legirupa. Vide Lex. Pseud. 1. 3. ℣. 123. & supr. 1. 1. ℣. 30.
b Sacrificare. Vide Lex. *Facere.* Tune putas licere tibi? ut unà nobiscum Diis sacrifices.
c Magno cum malo tuo *q. d.* non impune abiturus es. *Pretium* pro pœnâ. ut & *Malum.* Vide Lex
d Sive. Vide Lex. *Si.*
e Non hodie hoc consilium cepi. Vide Elect. Pl. *Auspicium.*
f Vide Elect. Pl. *Pugilum.*
g Sic vocat: quia ipse uvidus totus. atque ita omnia exsecratur uvida, etiam Argentum. Alluditur etiam ad sonum, qui in Argento excocto & puro clarior, & magis tinnulus, quàm in venis ipsis. Alii aliter explicant. Vide Turn. Adv. lib 26. cap. 2.
h Quantumvis *sc.* humidæ, & incultæ.
i Levissimè jocando.
k Si non.
l Caput oculis orbaveritis.
m Vide Elect. Pl. *Veneru.* Fasciculi myrti Veneri oblati.
n probri loco obiicis.
o Flagitio flagrans; flagitiosissime.
p Num aliquâ re minus illæ liberæ erant? si ego sum trifurcifer. *&c.*
q Certò constat eā Athenis natam.
r Attica. antique G. pro C.
s Tres annos nata.
t *Ἀντιτυπῶς.* Si viveret, tanta esset.
u Domino, cujus erant. Vide suprà 2. 3. ℣. 2.

Digitized by Google

Túne hic, Felles [a] *Virginalis, liberos Parentibus*
[b] *Sublectos habebis? atque indigno quaestu conteres?*
Nam huic [c] *altera Patria quae sit, profectò nescio:*
Nisi scio, probiorem hanc esse, quàm te; Inpuratissime!
LA. *Tuan' ista sunt?* TR. *contende ergò; uter sit tergo* [d] *verior.*
Ni [e] *offerumentas habebis pluris in tergo tuo,*
Quàm ulla Navis longa clavos; tum ego ero mendacissumus.
Posteà adspicio meum, quando ego tuum inspectavero.
Nisi erit tam sincerum, ut quivis dicat [f] *Ampularius,*
Optumum esse opere faciundo corium, & sincerissumum;
Quid causa est? quin virgis te usque ad saturitatem sauciem.
Quid illas spectas? quas, si attigeris, oculos eripiam tibi.
LA. *Atquin, quia votas, utramque jam mecum abducam semul.*
DÆ. *Quid facies?* LA. *Volcanum* [g] *adducam: is Veneris est* [h] *advorsarius.*
DÆ. *Quò illic it?* LA. *heus! ecquis hic est? heus!* DÆ. *si adtigeris ostium,*
Iam hercle tibi Messis in ore fiet Mergis [i] *Pugneis.*
LO. *Nullum habemus Ignem; Ficis victitamus aridis.*
DÆ. *Ego dabo Ignem; si quidem in capite tuo conflandi copia 'st.*
LA. *Ibo hercle aliquò quaeritatum Ignem.* DÆ. *quid tum, quòm inveneris?*
LA. *Ignem magnum hic faciam.* DÆ. *quin ut* [k] *ut humanum exuras tibi!*
LA. *Immò hasce ambas hic in Arâ ut vivas, conburam.* DÆ. *id volo.*
Nam hercle ego te barbâ continuò arripiam, & in ignem conIciam;
Teque ambustulatum [l] *obIciam magnis* [m] *Avibus pabulum.*
Quòm conjecturam egomet mecum facio; haec illa 'st Simia,
Quae has Hirundinis ex nido volt eripere ingratiis,
Quod ego in somnIs somniavi. TR. *Scin'? quid* [n] *tecum oro; Senex;*
Ut illas serves, vim defendas, dum ego Erum adduco meum.
TR. *Quaere Erum; atque adduce.* TR *at hic* [o] *ne.* DÆ. *maxumo malo suo,*
Si adtigerit; sive [p] *occepsit.* TR. *cura.* DÆ. *curatum 'st; abi.*
TR. *Hunc quoque adserva ipsum; ne quò abitet. nam promisimus*
Carnufici, aut Talentum magnum; aut istunc hodiè sistere.

a Vide suprà. Pers. 4.4.14.
b Surreptos. Vide Lex. *Sublegere.*
c Alteri, Ampelisca.
d Uter veriora dicat.
e Nisi tergum habebis vibicibus varium, & dissectû, tum ego ero mendacissimus. *Offerumenta* sunt plagae, vibices: quod tergo offerrentur: atque ita imprimerentur, ut Sacris parietib. Deorum donaria affigi solebant. *Iocus est.*
f Qui Ampullas corio integit. Vide Lex. *Ampulla.*
g Côgam vos hinc aufugere accenso igni. Mostell. 5. 1. ℣. 65.
h Quia claudus & deformis faber. Venus autē adultera.
i Dentes tibi excutientur pugnis *Allegoria.*
k *h. e.* ut te exuras. Vide Festum: *Humanum Sacrificium.*
l Circumustulatū.
m Vulturibus, Aquilis.
n Te. Vide Lex. *Mecum.*
o At tu intereà vide, ne hic illas attingat, neve ab Arâ abstrahat. *Ἔλλειψις.*
p Sive adeò occeperit.

ACTUS TERTII
SCENA V.

DÆMONES, Senex, LABRAX, Leno. LORARII.

V*Trum tu, Leno, cum malo libentius*
Quiescis? an sic, sine malo? si [q] *copia 'st.*

q Si licet qu. sine malo.

LA. Ego

LA. *Ego, quæ tu loquere, flocci non facio; Senex.*
Meas quidem, te invito, & Venere, & summo Jove,
De Arâ capillo jam [a] *deripiam.* DÆ. *Tange-dum.*
LA. *Tangam hercle verò.* DÆ. *Agedum ergò; accede huc modò.*
LA. *Jubedum recedere istos* [b] *ambo illuc modò.*
DÆ. *Immò ad te accedent.* LA. *Non hercle egomet censeo.*
DÆ. *Quid ages? si accedent propiùs?* LA. *Ego recessero.*
Verùm, Senex, si te umquam in Vrbe offendero,
Numquam hercle quisquam me Lenonem dixerit;
Si non te [c] *ludos pessumos dimisero.*
DÆ. *Facito istuc, quod minitaris. sed nunc interim,*
Si illas adtigeris, dabitur tibi quàm magnum malum.
LA. *Quàm magnum verò?* DÆ. *Quantum Lenoni sat est.*
LA. *Minacias ego istas flocci non facio tuas:*
Equidem eas te invito jam ambas rapiam. DÆ. *Tangedum.*
LA. *Tangam hercle verò.* DÆ. *Tange. sed scin'? quomodo.*
I dum, Turbalio; atq; curriculò adfer huc
Duas Clavas. LA. *Clavas?* DÆ. *Sed* [d] *probas. propera citò;*
Ego te hodiè faxo rectè acceptum, ut dignus es.
LA. *Eheu! scelestus galeam in Navi perdidi:*
Nunc mihi opportuna hic esset, salva si foret.
Licet saltem istas mihi adpellare? DÆ. *Non licet.*
Ehem! optumè edepol eccom [e] *Clavator advenit.*
LA. *Illud quidem edepol* [f] *tinnimentum'st auribus.*
DÆ. *Age; accipe illinc alteram Clavam, Sparax.*
Age, alter istinc; alter hinc adsistite.
Adsistite ambo. sic [g]! *audite nunc jam!*
Si hercle illic illas hodiè digito tetigerit
Invitas, nei istunc istis [h] *invitaßitis*
Vsq; adeò, donec, quà domum abeat, nesciat.
Per Istis ambo: si adpellabit quempiam;
Vos respondetote istinc istarum [i] *vicem.*
Si verò hic ipse abire hinc volet, quantum potest;
Extemplò [k] *amplectitote crura fustibus.*
LA. *Etiam me abire hinc non sinent?* DÆ. *Dixi satis.*
Et ille, ubi Servos cum Ero huc advenerit,
Qui Erum arcersivit, itote extemplò domum;
Curate hæc sultis magnâ deiligentiâ.
LA. *Eheu! hercle* [l] *ne istic Fana mutantur citò.*
Jam [m] *hoc Herculi'st*, modò *Veneris Fanum quod fuit.*

a Vide Lex. *Deripere.*

b Ambos Lorarios. Vide Lex.

c Pessimè ludificatum.
d Vide Lex. *Sed.*
e Qui clavam gestat. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum.*
f Clava sc. quia cũ caput eâ tunditur, aures tinnitum audiunt.
g Rectè adstitistis: sic volebam. nunc jam audite porrò.
h Hospitio & convivio exceperitis: ut sicut ibi Homines adeò implebantur cibo & potu, ut nescirent quà irẽt domum, etiam sic impleatis Lenonem fustibus, donec nesciet, ubi sit locorum. *Nei*, pro: *ni*. Das heist einen tractiren mit Bengel-Suppen / und eichen Bratwürst. Vide similes formulas in Calligraphiâ nostrâ Tit. *Verberandi.*
i Pro istis Puellis illarum vice.
k Circumplectimini. Sic Capt. 5. 4. ℣. 119.
l Profectò in istis locis Fana citò cõmunitantur.
m Hoc ideò dicit, quòd duos Servos cum clavis astare jusserat, ac si essent duæ statuæ clavam gerentes.

Digitized by Google

Ita duo [a] *destituit signa hic cum Clavis Senex.*
Non hercle quò hinc nunc gentium aufugiam, scio.
Ita nunc mihi utrumq; savit, & Terra, & Mare.
Palastra! LO. *Quid vis?* LA. [b] *Apage! controversia'st.*
Hac equidem Palastra, qua respondit, non mea'st.
Heus! Ampelisca. LO. *Cave sis* [c] *infortunio,*
Ut potest. LA. *Ignavi homines satis rectè monent.*
Sed vobis dico. heus vos! num molestia'st?
Me adire ad illas propiùs. LO. *Nihil nobis quidem.*
LA. *Numquid molestum mihi erit?* LO. *Nihil; si caveris.*
LA. *Quid est? quod caveam?* LO. *Hem! à crasso infortunio.*
LA. *Quaso hercle; abire ut liceat.* LO. *Abeas; si velis.*
LA. *Benè hercle factum! habeo vobis gratiam.*
Non accedam potiùs? LO. *Illic adsta;* [d] *Tu! ilicò.*
LA. *Edepol* [e] *proveni nequiter multis modis.*
Certum'st hasce hodiè usq; obsidione vincere.

a Statuit. defigit.

b Ob nomen sc. Palæstræ. Sic Epid. 5. 2. ℣. 35.

c Q. d. Caveas à malo, quantum fieri potest.

d Tu! objurgantis, aut hortantis est.

e Processi. Vide Lex. *Provenire*. Menæch. 5. 5. ℣. 61. Stich. 2. 3. ℣. 72. Truc. 2. 4. ℣. 35.

ACTUS TERTII
SCENA VI.

PLEUSIDIPPUS, Adolescens. TRACHALIO, Servus. LENO. LORARII. CHARMIDES.

MEAMNE *ille Amicam Leno vi ac violentiâ*
De Arâ deripere Veneris voluit? TR. *Admodùm.*
PL. *Quin occidisti extemplò!* TR. *Gladius non erat.*
PL. *Caperes aut fustem, aut lapidem.* TR. *Quid ego, quasi Canem,*
Hominem insectarer lapidibus nequissumum?
LA. *Nunc pol ego perij! Pleusidippus eccum adest!*
[f] *Converret jam hic me totum cum pulvisculo.*
PL. *Etiámne in Arâ tunc sedebant Mulieres?*
Quòm ad me [g] *profectus ires.* TR. *Ibidem nunc sedent.*
LA. *Quis illas nunc illic servat?* TR. *Nescio-quis Senex,*
Vicinus [h] *Veneris. is dedit operam optumam:*
Is nunc cum Servis servat; ego mandaveram.
PL. *Duc me ad Lenonem rectà. ubi illic est Homo?*
LA. *Salve!* PL. *Salutem nihil moror; opta ocius:*

f Pleusid. pugnis, fustibus contundet me. *Allegoria.* Et Proverb. Truc. Prol. ℣. 19. Vide Lex. *Proverbia.*

g Cum ad me iter parares. Vide Lex. *Proficisci.*

h Ædi Veneris.

Digitized by Google

Rapi [a] *te obtorto collo maris? an* [b] *trahi?*
Vtrumvis opta; dum licet. LA. *Neutrum volo.*
PL. *Abi sanè ad littus curriculò; Trachalio.*
Jube illos in Vrbem ire obviàm ad Portum mihi,
Quos mecum duxi qui hunc ad [c] *Carnuficem traderent.*
Post huc redito; atq; agitato hic custodiam;
Ego hunc scelestum in jus rapiam exsulem.
Age; ambula in [d] *jus.* LA. *Quid ego deliqui?* PL. *Rogas?*
Quin [e] *Arrhabonem à me accepisti ob* [f] *Mulierem; &*
Eam hinc [g] *abduxisti!* LA. *Non avexi.* PL. *Cur negas?* [h] *ô!*
LA. *Quia pol provexi; avehere non quivi miser.*
Equidem tibi me dixeram prastò fore
Apud Veneris Fanum. quid muto? [i] *súmne ibi?*
PL. *In jure causam* [k] *dicito: hic verbûm sat est.*
Sequere. LA. *Obsecro te; súbvens! mêi Charmides.*
Rapior obtorto collo. CH. *Quis me nominat?*
LA. *Vidén' me? ut rapior?* CH. *Video; atq; inspecto lubens.*
LA. *Non subvenire mihi audes?* CH. *Quis Homo te rapit?*
LA. *Adulescens Pleusidippus.* CH. *Vt nanctu's; habe*
Bono animo. meliu'st te in Nervom conrepere.
Tibi obtigit, quod plurumi exoptant sibi.
LA. *Quid id est?* CH. *Vt id, quod* [l] *quærant, inveniant sibi.*
LA. *Sequere obsecro! me.* CH. *Pariter* [m] *suades, qualis es.*
Tu in Nervom [n] *rapere: eò me obsecras? ut te sequar.*
Etiam [o] *retentas?* LA. *Perij!* PL. *Verum sit velim.*
Tu, Mea Palæstra, & Ampelisca; ibidem iliçò
Manete; dum ego huc redeo. LO. *Equidem suadeo,*
Vt ad nos abeant potiùs, dum [p] *recipis.* PL. *Placet.*
Benè facitis. LA. *Fures mihi estis.* LO. *Quid! fures!* PL. *Rape.*
LA. *Oro, obsecro! Palæstra.* PL. *Sequere; Carnufex!*
LA. *Hospes.* CH. *Non sum Hospes; repudio hospitium tuum.*
LA. *Sicine me spernis?* CH. *Sic ago. semel* [q] *bibo.*
LA. *DI te infelicent!* CH. *Isti Capiti dicito.*
Credo alium in aliam beluam Hominem vortier.
Illic in Columbum, credo, Leno vortitur.
Nam in [r] *Columbari collum haut multò pòst erit;*
In Nervom mille hodiè nidamenta congeret.
Verumtamen ibo; ei Advocatus ut fiem,
Si [s] *quî meâ operâ citiùs addici* [t] *potest.*

[a] In jus vide Pœn. 3.5. ℣. 45.
[b] Pedibus.
[c] In carcer. m. Vide Lex. *Carnufex.* Et Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum.*
[d] In locum Iudiciorum, ad Sellam Prætoris.
[e] Pignus. vide Lex.
[f] Pro muliere. Vide Lex. *Ob.*
[g] Vt in Siciliam aveheres.
[h] Gestus meditãtis convitium, aut fraudem.
[i] Nonne sum? *sc.* apud Veneris Fanum, ubi me tibi præsto fore dixeram?
[k] Apud Prætorem. Bacch. 4. 8 ℣. 37. Truc. 2. 8 ℣. 14.
[l] Damnum *sc.* & malum.
[m] Tale prorsùs consilium das, qualis ipse es. *h.e.* nequam. Nota: *pariter qualis.*
[n] Raperis.
[o] Retines.
[p] Donec eas recuperes.
[q] *Nota.* Semel iterumq; bibebant, cũ quid eis odiosum & molestum acciderat: cũ è re laboriosâ emersẽrant, aut in eâ versabantur: exẽplo à Cloacarijs aut Fullonib. sumto: qui cùm persistãt in stercore, in lotio, guttur sæpè perluunt. Vide Elect. Pl. Tit. *Fullonum.* & *Mali. Miseria. Infortunij.*
[r] Genus Vinculi, cui collum inseritur. Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Captivitatis.* Et est *locus*.
[s] Si quo pacto.
[t] Pleusidippo à Prætore.

ACTVS

ACTUS QUARTI
SCENA I.

DÆMONES, Senex.

Benefactum, & volupe'st, hodiè me his Mulierculis
Tetulisse auxilium; jam clientas repperi;
Atq; ambas, formâ fortulâ, atq; ætatulâ.
Sed Uxor scelesta me omnibus servat modis,
Ne [a] quî significem quippiam Mulierculis.
Sed Gripus Servos noster; quid rerum gerat,
Miror: de nocte qui abiit piscatum ad Mare.
Pol magis [b] sapisset, si dormivisset domî.
Nam nunc & operam [c] ludos dat & retia;
Ut Tempestas est nunc, atq; ut noctu fuit.
In digitis hodiè [d] percoquam, quod ceperit,
Ita fluctuare video vehementer Mare.
Sed ad prandium Uxor me vocat; redeo domum.
Jam meas [e] oppilabit aures suâ vaniloquentiâ.

a Sic Bacch. 2. 2. ℣. 38. *Bacchis fortis visa est:* h.e. formosa. Mil. 4. 3 ℣. 15, 18. *Fortiuscula.*
b Sapuisset. *Priscianus.*
c Operam inanem sumit, & retia frustrà conterit.
d H.e. nihili capiet. Ich wolts wohl an einem Finger braten / was er fangen wird. *Proverbium.*
e Implebit, & occludet. Vide Lex. *Oppilare.*

ACTUS QUARTI
SCENA II.

GRYPUS, Piscator.

Neptuno has ago meo Patrono gratias,
Qui salsis locis [f] incolit pisculentis,
Quòm me ex suis locis pulcrè ornatum expedivit
Templis [g] reducem, plurumâ prædâ onustum:
Salute [h] Horiæ, quæ in Mari fluctuoso
Piscatu novo me uberi [i] conpotivit.
Miroq; modo, atq; incredibili hic Piscatus mihi
Lepidè evenit; neq; piscium ullam unciam hodiè
Pondo cepi, nisi hoc, quod fero hic in rete.
Nam ut de nocte multâ impigrèq; exsurrexi,

f Inhabitat, cum Ablativo.
g Tectis, domicilio suo. Vide Lex. *Templa.*
h Salvâ, atq; incolumi Horiâ, seu Naviculâ piscatoriâ *Nonius.*
i Compotem fecit. Vide Lex. *Compotior.* suprà 1. 3. ℣. 22.

Lucrum

Lucrum præposivi sopori, & quieti,
Tempestate sævâ experiri expetivi
Paupertatem Eri, quî & meam sententiam
Tolerarem; operâ haut fui parcus meâ. NIMIS HOMO
NIHILI 'ST, QUI PIGER EST: *nimisque id Genus odi ego malè.*
VIGILARE DECET HOMINEM, QUI VOLT [a] TEMPORI CONFICERE OFFICIA.
Non enim illum exspectare oportet, dum Erus se ad suum suscitet officium,
NAM QUI DORMIUNT LIBENTER, SINE LUCRO, & CUM MALO QUIESCŨT.
Nam ego nunc mihi, qui piger fui, [b] *repperi, ut piger, si velim, fiem.*
Hoc ego in Mari, quidquid hîc inest repperi. quicquid inest, grave quidem 'st. Aurum
Hîc ego inesse reor, nec mihi consciu' st ullus Homo. nunc hæc tibi
Occasio, Gripe, obtigit, ut liberet ex populo [c] *Prætor te.*
Nunc sic faciam, sic consilium 'st: ad Erum veniam doctè, atque astutè:
Pauxillatim pollicitabor pro [d] *Capite Argentum; ut sim liber.*
Iam ubi liber ero; igitur demùm [e] *instruam Agrum, Ædes, Mancipia,*
Navibus magnis mercaturam faciam; apud Reges Rex perbibebor.
Post animi causâ mihi [f] *Navem faciam, atque imitabor* [g] *Stratonicum:*
Oppida circumvectabor: ubi Nobilitas mea erit clara:
Oppidum magnum conmunibo; ei ego Vrbi GRIPO *indam nomen;*
MONIMENTUM *meæ Famæ, & Factis: ibique Regnum magnum instituam.*
Magnas res hic agito in mentem instruere. nunc hunc Vidulum condam.
Sed hic Rex cum aceto [h] *pransuru' st, & Sale, sine bono pulmento.*

ACTUS QUARTI
SCENA III.

TRACHALIO. Servus.
GRIPUS, Piscator.

HEUS! *mane.* GR. *quid maneam?* TR. *dum hanc tibi, quam trahis,* [i] *Rudentem* [k] *conplico.*
GR. *Mitte modò.* TR. *at pol ego te adjuvabo. nam* BONIS QUOD BENÈ FIT, HAUT PERIT. GR. *turbida Tempestas erí fuit.*
Nil habeo, Adulescens, piscium; ne tu mihi esse postules.
Non vides? me referre uvidum Rete, sine squamoso [l] *pecu.*
TR. *Non edepol Piscis expeto, quàm tui sermonis sum indigens.*
GR. *Enicas jam me odio; quisquis es.* TR. *non sinam ego abire hinc te. mane.*
Cave sis malo. GR. *quid* [m] *tu; malum! nam me retrahis?* TR. *audi.*

[a] Numerò, celeriter. Vide Lex.
[b] Rationem inveni, per quam mihi pigro esse liceat; quia dives sum factus.
[c] Vt Prætor te non solùm Vindictâ liberet: sed etiam eximaris numero hominum inferioris loci, atque Ordinis. Vide Elect. Pl. *Manumissionis.*
[d] Vide Elect. Pl. *Servitutis.* & *Manumissionis.* Aul. 5. 1 ℣. 8.
[e] Tam demùm. Vide Lex. *Igitur.* Most. 2. 1. ℣. 33.
[f] Qualem vocant *Paradam.* Vide Elect. Pl. *Navium.* & Lex. *Parada.*
[g] Quæstorem Regis Philippi & Alex. Magni: prædivitem hominẽ.
[h] Sed ego, qui me Regem facio, poscam bibam, & salem pro obsonio delingam. Vide Elect. Pl. *Paupertatis.*
[i] Funem nauticũ. fortè ob strepitũ, quem edit in navibus. ὁ κὴ ἡ *Nonius.*
[k] Captiv. 2. 2. ℣. 108.
[l] Sine piscibus.
[m] Quidnam. *Tmesis.*

Digitized by Google

GR. Non audio. TR. At pol quin audies pòst! GR. Quin loquere, quid vis.
Eho! modò 'st operæpretium, quod tibi ego narrare volo.
GR. Eloquere; quid id est? TR. Vide, num quispiam consequitur propè nos.
GR. Ecquid est? quod meâ referat. TR. [a] Scilicet: sed boni consilI
Ecquid in te mihi 'st? GR. Quid negotij 'st modò? dic! TR. Dicam;
Tace! si fidem modò das mihi, te non fore infidum.
GR. Do fidem tibi. fidus ero, quisquis es. TR. Audi; Furtum ego vidi
Qui faciebat: noveram Dominum, id quoi fiebat: pòst ad
Furem egomet devenio; feroq; ei conditionem, hoc pacto:
Ego istuc Furtum scio, quoi factum 'st. nunc mihi si vis
Dare dimidium, indicium Domino non faciam. is mihi nihil
Etiam respondit. quid [b] indè æquom 'st dari mihi? Dimidium
Volo, ut dicas. GR. Immò hercle etiam amplius. nam nisi dat, Domino dicundum
Censeo. TR. Tuo consilio faciam: nunc advorte animum.
Namq; hoc omne adtinet ad te. GR. Quid factum 'st? TR. Vidulum
Istum, quojus ille 'st, novi ego [c] Hominem jampridem. GR. Quid est?
TR. Et quo pacto perIt? GR. At ego, quo pacto inventu 'st, scio.
Et qui invenit, Hominem novi: & Dominus, qui nunc est, scio.
Nihilo pol pluris tuâ hoc, quàm quanti illuc refert meâ.
Ego illum novi, quojus nunc est: tu illum, quojus antehàc fuit.
Hunc Homo feret à me [d] nemo; ne tute speres potiùs. TR. Non ferat?
Si Dominus veniat. GR. Dominus [e] huic nemo; ne frustrà sies,
Nisi ego, nemo gnatu 'st; hunc qui cepi in [f] Venatu meo.
TR. Itane verò! GR. [g] Ecquem esse dices in Mari Piscem meum?
Quos quòm capio, siquidem cepi, mei sunt; habeo pro meis:
Nec manu [h] adseruntur; neq; illinc partem quisquam postulat.
In Foro palàm omnis vendo pro meis venalibus.
MARE QUIDEM COMMUNE CERTÒ 'ST OMNIBUS. TR. Adsentio.
Quî minus hunc communem, quæso! mihi esse oportet Vidulum?
In Mari inventu 'st: [i] commune 'st. GR. Na inpudenter inpudens!
Nam si istuc jus sit, quod memoras, Piscatores perierint.
Quippe quòm extemplò in Macellum Pisces prolati sient,
Nemo emat: suam quisq; partem piscium poscat sibi.
Dicat; in Mari communi captos. TR. Quid ais? inpudens!
Ausus etiam conparare Vidulum cum piscibus,
Eadem tamdem res videtur? GR. In manu [k] non est meâ;
Ubi demisi [l] retem, atq; hamum: quicquid hæsit, extraho.
Meum quod rete, atq; hami nancti sunt, meum potissumùm 'st.
TR. Immò hercle haut est: si quidem [m] quod vas excepisti. GR. [n] Philosophe!
TR. Sed tu en [o] umquam Piscatorem vidisti? Venefice!
Vidulum piscem cepisse: aut protulisse ullum in Forum.

a Scire licet. Vide Lex.
b Ex furto.
c Iampridem novi Hominem, cujus iste Vidulus est. Nota syntaxin Comicam. Epid. 4. 2. ✝. 36.
d Nemo mortaliū hoc à me auferet; nedum tu. Aul. 4. 10. ✝. 26. Pseud. 4. 1. ✝. 17.
e Vidulo huic.
f Piscatu.
g An aliquem piscem dices esse meum in mari? Non dices:
h Metaph. Vide Elect. Pl. Tit. *Manumissionis. Servitutis.*
i Sc. mare. Nota egregium παραλογισμὸν quatuor terminorum Logicorum in hoc Discursu: Mare est commune. Vidulus, Pisces, sunt in mari. Ergò Vidulus, Pisces, sunt communes.
k In potestate. Nota in Calligr. Tit. *Potestatis.*
l τὸν *retem.* Vide *Priscianum.*
m Aliquod vas, nempe vidulum.
n Vir acute! Doctor! Dialectice!
o Tune umquam? umquamne? quando? οὔποτε. Sic infrà 4. 4. ✝. 71.

Non enim tu hic quidem occupabis omnis quæstus, quos voles,
Et [a] *Vietorem, & Piscatorem te esse; inpure! postulas.*
Vel te mihi monstrare oportet, Piscis qui sit Vidulus,
Vel, quod in Mari non gnatum'st, neq; habet squamas, ne feras.
GR. *Quid tu! numquam audivisti esse antehàc Vidulum Piscem?* TR. *Scelus!*
Nullus est. GR. *Immò 'st profectò. ego, qui sum Piscator, scio:*
Verò rarò capitur: nullus minus sæpè ad terram venit.
TR. *Nil agis: dare verba speras mihi te posse? Furcifer!*
Quo colore 'st? GR. *Hoc colore capiuntur pauxilluli.*
Sunt alij [c] *puniceo corio, magni item atq; atri.* TR. *Scio.*
Tu hercle opinor in Vidulum te Piscem convertes, nisi caves.
Fiet tibi puniceum [d] *corium; posteà atrum denuò.*
GR. *Quod scelus hodiè hoc inveni!* TR. *Verba facimus; it dies.*
Videsis; quojus [e] *arbitratu nos facere vis?* GR. *Viduli*
Arbitratu. TR. *Ita enimverò? stultus es.* GR. *Salve!* [f] *Thales.*
TR. *Tu istunc hodiè non feres; nisi das* [g] *sequestrum, aut Arbitrum,*
Quojus hac res arbitratu fiat. GR. *Quæso; sanus es?*
TR. [h] *Elleborosus sum.* GR. *At ego Cerritus. hunc non amittam tamen.*
TR. *Verbum adde etiam unum; jam in cerebro* [i] *Colaphos abstrudam tuo.*
Ego jam te hic; itidem quasi Penicillus novos [k] *exurgeri solet;*
Ni hunc amittis, exurgebo, quicquid humoris tibi 'st.
GR. *Tange; adfligam ad terram te itidem, ut Piscem soleo* [l] *Polypum.*
Vis pugnare? TR. *Quid opu'st. quin tu potius prædam divide!*
GR. *Hinc tu, nisi malum,* [m] *frunisci nihil potes. ne postules.*
Abeo ego hinc. TR. *At ego hinc* [n] *offlectam Navem. ne quò abeas; mane.*
GR. *Si tu* [o] *Proreta isti Navi es, ego* [p] *Gubernator ero.*
Mitte Rudentem; Sceleste! TR. *Mittam; omitte Vidulum.*
GR. *Numquam hercle hinc hodiè* [q] *ramentâ fies fortunatior.*
TR. *Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur,*
Aut ad arbitrum redítur, aut Sequestro [r] *ponitur.*
GR. *Quémne ego excepi in Mari?* TR. *At ego inspectavi è littore.*
GR. [s] *Meâ operâ, labore, & rete, & Horiâ.* TR. *Num* [t] *qui minus?*
Si veniat nunc Dominus, quojus est, ego qui inspectavi procul,
Te hunc habere, fur sum; quàm tu? GR. *Nihilo.* TR. *Mane; Mastigia!*
Quo argumento socius non sum; & fur sum? fac dum ex te sciam.
GR. *Nescio. neq; ego istas vostras Leges urbanas scio,*
Nisi quia [u] HUNC MEUM ESSE DICO. TR. *Et ego item esse ajo meum.*

a *H. e.* fictorem. à *viendo*, ut *Littor*, à *ligando*.
b Frustrà es. Vide Calligr. Tit. *Laborem*.
c Pseud. 1. 2. ✝. 92.
d Verberibus *sc.* benè picturatum.
e Cujus judicio.
f Philosophe. ✝. 47. THALES Milesi. è septem Sapientibus unus.
g Mediatorem. Ein Schiedmann.
h Insanus sum. Vide Calligr. Tit. & Elect. Pl. Tit. *Insania*. Vide Lex. *Cerritus*.
i Impingam tuo Capiti colaphos usq; adeò validos, ut id tibi confossum reddam.
k Exprimi. Vide Lex. *Exurgere*. Vide Sueton. cap. 16. Vespasian.
l Vide Lex. *Polypus*. Nos Germ. Ich will dich zerklopffen/ wie ein Stockfisch
m Frui. Vide Lex.
n In contrariam partem flectam.
o Qui in prorâ: & vẽtos aucupatur, & captat, & eorũ conversiones dicit in flectendis promontorijs Gubernatori, quique rupes scopulosq;, ne Navis eis impingatur, & prospicit, & explorat.
p In puppi sedens.
τὸ *er* producitur.
q Scobe. *Ramenta* & *tum*. Sic *rasura*. *rasamen*, idem est. Ergò tantillum non fies ditior. Nicht ein Fetzen reicher.
r Apud sequestrum ponitur.
s Repete ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: *Quémne ego*, &c. τὸ *rete*, pro: *reti*. antiquè.
t Num aliquâ parte minus ego fur sum, quàm tu. *&c.* quia *sc.* conscius sum. Der Höler ist so gut / als der Steler.
u Alluditur ad solennem Vindicationis morem. Vide Elect. Plaut. Tit. *Servitutis. Manumissionis. Vindicationis*: ex Formulis Brissonij pag. 374.

GR. *Mane jam. repperi rem; quo pacto nec Fur, nec socius sies.*
TR. *Quo pacto?* GR. *sine me hinc abire; tu abi tacitus tuam viam.*
Nec tu me quoiquam indicaßis, neque ego tibi quicquam dabo.
Tu taceto; ego mussitabo. hoc optumum, atque æquissumum'st.
TR. *Ecquid conditionis audes ferre?* GR. *jamdudum fero;*
Vt abeas: Rudentem amittas; mihi molestus ne sies.
TR. *Mane, dum, refero conditionem.* GR. *te obsecro! hercle; aufer te modò.*
TR. *Ecquem in his locis novisti?* GR. *oportet Vicinos meos.*
TR. *Vbi tu hîc habitas?* GR. *porrò illic longè usque in Campis ultumis.*
TR. *Vin' qui in hâc Villâ habitat, ejus arbitratu* [a] *fieri?*
GR. *Paulisper remitte restem; dum concedo, & consulo.*
TR. *Fiat!* GR. *euge! salva res est! Præda hæc perpetua'st mea.*
Ad meum Erum Arbitrum vocat me hic intrà [b] *præsepis meas.*
Numquam hercle hodiè [c] *abjudicabit ab suo* [d] *triobolum.*
Næ iste haut scit, quam conditionem tetulerit. ibo ad Arbitrum.
TR. *Quid igitur?* GR. *quamquam istuc esse jus meum certò scio;*
Fiat istuc potiùs, quàm nunc pugnem tecum. TR. *nunc places.*
GR. *Quamquam ad ignotum Arbitrum me* [e] *adpellis; si adhibebit fidem,*
Etsi'st ignotus; notu'st. [f] *non; notus ignotissumu'st.*

a *Fi* in *Fieri* producitur.
b Vide Lex. *Præsepes:* & *præsepia*, intra ædes meas, ubi cibum capio.
c Numquam Herus sententiam dicet contrà Servuum suum.
d Tres obulos.
e ad invitum & ignotum Dæmonẽ adigis.
f *h. e.* Si non.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

DÆMONES, Senex. MULIERES. PALÆSTRA. AMPELISCA. TRACHALIO. GRIPUS.

SERIÒ *edepol, quamquam* VOLO *vobis, quæ voltis, Mulieres;*
Metuo propter vos, ne Vxor mea me extrudat Ædibus,
Quæ me Pellices abduxisse dicet ante oculos suos.
Vos confugite in Aram potiùs, quàm ego [g]. MY. *misera perImus!*
DÆ. *Ego vos salvas sistam; ne timete. sed quid vos foràs*
Prosequimini [h]*? quoniam ego adsum; faciet nemo injuriam.*
TR. *Ite inquam domum* [i] *ambo nunc jam ex præsidio Præsides.*
GR. *O Ere! salve.* DÆ. *salve! Gripe. quid fit?* TR. *tuúsne hic Servos est?*
GR. *Haut* [k] *pudet.* TR. *nihil ago tecum.* GR. *ergò abi hinc sis.* TR. *quæso, responde, Senex.*

g *Sc.* objurger, aut extrudar ædibus.
h *Sc.* me.
i *Sc.* Lorarii: qui suprà 3, 5. Lenoni Custodes additi.
k *h. e.* sum verò illius: neque mei pudet eum, ut esse suum neget.

Tuus

Digitized by Google

Tuus hic Servos 'st? DÆ. *Meu'st.* TR. *Hem! istuc optumè! quando tuu'st.*
Iterùm te saluto. DÆ. *Et ego te. tūne es? qui haut multò priùs*
Abisti hinc Erum arcersitum. TR. *Ego is sum.* DÆ. *Quid nunc vis tibi?*
TR. *Nempe hic tuu'st?* DÆ. *Meu'st.* TR. Hem! *istuc optumè! quando tuu'st.*
DÆ. *Quid negoti'st?* TR. *Vir Scelestus illic est.* DÆ. *Quid fecit tibi*
Vir Scelestus? TR. *Homini ego isti* [a] *Talos subfringi volo.*
DÆ. *Quid est? quâ de re nunc litigatis inter vos?* TR. *Eloquar.*
GR. *Immò ego eloquar.* TR. *Ego, opinor, qui rem facesso.* GR. *Siquidem*
Sis pudicus; hinc facessas. DÆ. *Gripe! animum advorte; ac tace.*
GR. *Vtin' istic prius dicat?* DÆ. *Audi; loquere tu.* GR. *Alienón' priùs,*
Quàm tuo, dabis orationem? TR. *Vt nequitur* [b] *conprimi!*
Ita ut occepi dicere, illum quem tu *dudùm* Veneris è
Fano *Lenonem extrusisti. hic ejus eCillum Vidulum!*
GR. *Non habeo.* TR. *Negas? quod oculis video.* GR. *At ne videas velim.*
Habeo; [c] *non habeo. quid tu me curas? quid rerum geram.*
TR. *Quomodo habeas; id refert: juréne, an ne injuriâ?*
GR. *Ni istum cepi, nulla causa'st, quin me condones Cruci.*
Si in Mari reti adprehendi, qui tuum potiù'st, quàm meum?
TR. *Verba dat. hoc modo res gesta'st, ut ego dico.* GR. *Quid tu ais?*
TR. *Quoad* [d] *primarius vir dicat; conprime hunc sis, si tuu'st.*
GR. *Quid tu idem mihi vis fieri, quod Erus consuevit tibi?*
Si ille te conprimere solitus; hic noster nos non solet.
DÆ. *Verbo illo modò ille vicit. quid nunc tu vis? dic mihi.*
TR. *Equidem ego neq; partem posco mihi istinc de istoc Vidulo,*
Neq; meum hodiè esse umquam dixi. sed istic inest Cistellula
Hujus Mulieris, quam dudùm dixi fuisse liberam.
DÆ. *Nempe tu hanc dicis? quam esse ajebas dudùm Popularem meam.*
TR. *Admodùm; & ea, quæ olim parva gestavit Crepundia,*
Istic in istâ Cistulâ insunt, quæ isti inest in Vidulo,
Hoc neq; isti usu'st, & illi misera suppetias feret:
Si id dederit, qui suos Parentis quærat. DÆ. *Faciam, ut det; tace.*
GR. *Nihil hercle ego sum isti daturus.* TR. *Nihil peto; nisi Cistulam,*
Et Crepundia. GR. *Quid si ea sunt aurea?* TR. *Quid istuc tuâ?*
Aurum Auro expendetur: Argentum Argento exæquabitur.
GR. *Facsis Aurum ut videam; pòst ego faciam, ut videas Cistulam.*
DÆ. *Cave malo; ac tace tu! tu perge; ut occepisti dicere.*
TR. *Vnum te obsecro: ut ted hujus conmiserescat Mulieris:*
Siquidem hic Lenonis ejus est Vidulus, quem suspicor.
Hic nisi de opinione, certum nihil dico tibi.
GR. *Vidén'? Scelestus ut aucupatur!* TR. *Sine me; ut occepi loqui.*
Si Scelesti illius est hic, quojus dico, Vidulus;

[a] Crura: ut in crucem acto. Vide Elect. Pl. Tit. *Suppliciorum*.

[b] Quàm difficilè est? Gripum comprimere. Vide Lex. *Nequitur*. In τῷ *Comprimi* ambiguitas putris latet.

[c] Sive habeam, sive non habeam; quid id ad te?

[d] Accusator Trachalio, cujus primæ sunt agendi partes. ℣. 17.

Hæ poterunt novisse, ostendere his jube. GR. ain'? ostendere!
DÆ. Haut iniquum dicit, Gripe; ut ostendatur Vidulus.
GR. Immò hercle insignitè iniquè. DÆ. quidum? GR. quia si ostendero;
Continuò hunc novisse dicent; scilicet. TR. Scelerum caput!
Ut tútee es, item omnis censes esse? [a] Perjurij caput!
GR. Omnia istac ego facilè patior, dum hic hinc [b] à me sentiat.
TR. Atqui nunc [c] abs te stat. verùm hinc [d] cibit testimonium.
DÆ. Gripe; advorte animum. tu paucis expedi. GR. quid postulas?
TR. Dixi equidem. sed si parùm intellexti; dicam denuò:
Hasce ambas, ut dudùm dixi, ita esse oportet liberas.
Hæc Athenis parva fuit Virgo subrupta. GR. dic mihi;
Quid ista ad Vidulum pertinent? servæ sint istæ? an liberæ?
TR. Omnia iterùm vis memorari; Scelus! ut defiat dies.
DÆ. Abstine maledictis; & mihi, quod rogavi; dilue.
TR. Cistellam istic inesse oportet [e] caudeam in isto Vidulo;
Ubi sunt Signa, qui Parentis noscere hæc possit suos;
Quibus cum parva Athenis perijt; sicuti dixi prius.
GR. Iuppiter te, DIque perdant! quid ais? vir Venefice!
Quid! istæ mutæ sunt? quæ pro se fabulari non queant.
TR. Eò tacent; quia TACITA BONA 'ST [f] MULIER semper, QUÀM LOQUENS.
GR. Tum pol tu [g] pro oratione, nec Vir, nec Mulier mihi 's.
TR. Quidum? GR. quia enim neque loquens es; neq; tacens umquam bonus.
Quæso; en-umquam hodiè licebit mihi loqui? DÆ. si præter hàc.
Unum verbum faxis hodiè, ego tibi comminuam caput.
TR. Ut id occepi dicere, Senex; eam te quæso Cistulam,
Ut jubeas hunc reddere illis, ob eam, si quid postulat
Sibi mercedis; dabitur. aliud quicquid ibi 'st, habeat sibi.
GR. Nunc demùm istuc dicis; quoniam jus meum esse intellegis.
Dudùm dimidiam petebas partem. TR. Immò etiam nunc peto.
GR. Vidi petere [h] Milvum, etiam quòm nihil auferret tamen.
DÆ. Non ego te conprimere possum sine malo? GR. si istic tacet;
Ego tacebo. si iste loquitur; sine me pro re, meâ parte, loqui.
DÆ. Cedò modò mihi istum Vidulum, Gripe. GR. concredam tibi.
Ac si istorum nihil sit, ut mihi reddas. DÆ. reddetur. GR. tene.
DÆ. Audi nunc jam, Palæstra, atque Ampelisca; hoc, quod loquor.
Estne hic Vidulus? ubi Cistellam tuam inesse ajebas. PA. is est.
GR. PerI hercle ego miser! ut priusquàm planè adspexit; ilicò
Eum esse dixit. PA. Faciam ego hanc rem ex proclivi planam tibi:
Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto Vidulo.
Ibi ego dicam, quicquid inerit, nominatim: tu mihi
Nullus ostenderis. si falsa dicam; frustrà dixero.

a Pseud. 1. 5. ✠. 129.
b Sententiam pro me ferat. Vide Lex. Ab. Abs.
c Contrà te.
d Ciebit, nempe Dæmones, ex vidulo testimoniū.
e è junco ad similitudinem equinæ caudæ factam. Festus.
f Subaudi: magis, potius. Vide Lex. Magis, & Quam. Pseud. 13. ✠. 8.
g Quantum ex oratione tuâ colligo: uti verba quidem facis. Vide Lex. Pro.
h Vidi Milvium captare prædam, nec tamen capere.

Digitized by Google

Vos tamen istæc, quidquid istîc inerit, vobis habebitis:
Sed si erunt vera, tum obsecro te! ut mea mihi reddantur. DÆ.*placet:*
Ius merum oras; meo quidem animo. GR.*at meo hercle,* injuriam meram.
Quid si ista aut [a] *superstitiosa, aut hariola 'st? atque omnia,*
Quicquid insit, vera dicet. ánne habebit hariola?
DÆ.*Non* [b] *refert. nisi vera dicet, nequicquam hariolabitur.*
PAL.*Solve Vidulum ergò, ut quidquid sit verum, quamprimùm sciam.*
GR.*Benè. hoc* [c] *habet! solutu 'st: ah! perij! video Cistellam.* DÆ.*hæcine est?*
PA.*Isthæc est. ô mei Parentes! hîc vos conclusos gero.*
Huc opesque, spesque vostrûm cognoscendûm condidi.
GR.*Tum tibi hercle DEOS iratos esse oportet;* [d] *quisquis es,*
Quæ Parentis tam in angustum tuos locum conpegeris.
DA.*Gripe; accede huc! tua res agitur. tu Puella; istinc procul!*
Dicito, quid insit, & quâ facie: memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod posteriùs postules,
Te ad verum converti: nugas, Mulier, magnas egeris.
GR.*Ius bonum oras.* TR.*edepol haut te orat. nam tu injurius.*
DÆ.*Loquere nunc jam, Puella. Gripe; animum advorte, ac tace!*
PA.*Sunt Crepundia.* DÆ.*ecca! video.* GR.*perI in primo prœlio!*
Mane; ne ostenderis. DÆ.*quâ facie sunt? responde ex* ORDINE.
Ensiculu 'st aureolus primùm [e] *litteratus.* DÆ. [f] *dice dum;*
In eo Ensiculo litterarum quid est? PA.*mei nomen Patris.*
Post altrinsecùs est Securicula [g] *ancipes, item aurea,*
Litterata. ibi Matris nomen in securiculâ 'st. DÆ.*mane.*
Dic; in Ensiculo quid nomen est Paternum. PA.*Dæmones.*
DÆ.*DI inmortales! ubi loci sunt spes meæ?* GR.*immò edepol meæ!*
DÆ.*Perge, te obsecro; continuò.* GR.*placidè! aut ite in malam crucem!*
DÆ.*Loquere Matris nomen hîc in securiculâ quid siet.*
PA.*Dædalis.* DÆ.*DI me servatum cupiunt!* GR.*at me perditum!*
DÆ.*Filiam meam esse hanc oportet; Gripe.* GR.*sit per me quidem.*
Quin te DI omnes perdant! qui me hodiè oculis vidisti tuis.
Meque adeò scelestum, qui non circumspexi centiens
Priùs, me ne quis inspectaret, quàm rete extraxi ex aquâ.
PA.*Pòst in* [h] *sicili culâ argenteolâ, & duæ connexæ maniculæ, &*
Sucula. GR.*quin tu i* [i] *dierecta! cum suculâ, & cum porculis.*
PA.*Et bulla aurea 'st, Pater quam dedit mihi Natali* [k] *Die.*
DÆ.*Ea 'st profectò. contineri, quin conplectar, non queo.*
Filia mea; salve! ego is sum? qui te produxi, Pater.
Ego sum Dæmones, & mater tua ecca hîc intus Dædalis.
PA.*Salve! mi Pater insperate.* DÆ.*salve! ut te amplector libens!*
GR.*Volupe 'st, quòm istuc ex Pietate vostrâ vobis contigit.*

a Fatidica: Wahrsagerin
b Nihil refert, utrũ sit superstitiosa, an non sit: sed utrũ vera dicat, an falsa, hoc refert.
c Exultantis vox est. Vide Lex. *Habet.*
d i. quisquis.
e Litteras inscriptus.
f dic igitur, quæso! Sage doch her.
g Anceps, utrimq; secans. supr. 3.4. ℣. 8. *Præcipes.*
h In parvâ falculâ. Vide Lex. *Sicilia.*
i In Crucem. An Galgen. *Sucula* quid in torculari fuit. Turn. lib. 7. Adv. cap. 15. Cato cap. 19. *Porculum in mediâ succulâ facito.*
k Vide Elect. PL. *Natalis.*

Digitized by Google

DÆ. Capedum! hunc; si potes, fer intrò Vidulum. age; Trachalio.
TR. Ecce Gripi scelera! quàm istac res malè evenit tibi!
Gripe; gratulor. DÆ. Age; eamus, mea Gnata, ad Matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere:
Quæ te magis tractavit, magisq; signa pernovit tua.
TR. Eamus intrò omnes: quando omnes operam [a] promiscam damus.
PA. Sequere me; Ampelisca. AM. Quòm te DI amant, voluptati'st mihi.
GR. Súmne ego Scelestus? qui illunc hodiè excepi Vidulum,
Aut quòm excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco.
Credebam edepol turbulentam Prædam eventuram mihi;
Quia illa mihi tam turbulentâ tempestate evenerat.
Credo edepol ego illic inesse Auri & Argenti largiter.
Quid meliu'st? quàm ut hinc intrò abeam; & me suspendam clanculùm;
Saltem tantisper dum abscedat hæc à me ægrimonia.

[a] Vel Adverbium est: vel *operam promiscam* est à *promiscus*.

ACTVS QVARTI
SCENA V.

DÆMONES, Senex.

PRO DI immortales! quis me est fortunatior?
Qui ex inproviso Filiam inveni meam.
[b] Satin' si quoi Homini DEI esse benè factum volunt,
Aliquo illud pacto obtingit optatum Piis?
Ego hodiè, qui neq; speravi, neq; credidi;
Is inproviso Filiam inveni tamen:
Et eam de Genere summo Adulescenti dabo
Ingenuo, Atheniensi, & Cognato meo.
Ergò eum [c] adeò arcessi huc ad me quamprimùm volo:
Jussiq; exire huc Servom ejus, ut ad Forum
Iret: nondum egressum esse eum id miror tamen.
Accedam, opinor, ad foris. quid conspicor?
Vxor conplexa collo retinet Filiam,
Nimis panè inepta, atq; odiosa ejus amatio'st.

[b] Nonne perspicuum est? si, &c.

[c] Vide Lex. *Adeo.*

ACTVS

Digitized by Google

ACTUS QUARTI SCENA VI.

DÆMONES. TRACHALIO, Servus.

ALIQUANDO [a] *osculandi meliu'st, Uxor,* [b] *pausam fieri:*
Atque adorna, ut rem Divinam faciam, quòm intrò advenero,
[c] *Laribus Familiaribus: quòm auxerunt nostram Familiam.*
Sunt domi Agni, & Porci [d] *Sacres. sed quid istum remoramini,*
Mulieres, Trachalionem? atque optumè eccom! exit foràs.
TR. *Ubi* [e] *ubi erit; tamen investigabo, & mecum ad te adducam simul*
Pleusidippum. DÆ. *eloquere, ut hæc res obtigit de Filiâ.*
Eum rogato, ut [f] *relinquat alias res, & huc veniat.* TR. *licet.*
DÆ. *Dicito, daturum meam illi Filiam Uxorem.* TR. *licet.*
DÆ. *Et Patrem ejus me novisse, & mihi esse Cognatum.* TR. *licet.*
DÆ. *Sed propera.* TR. *Licet.* DÆ. *jam hic fac sit* [g] *cena ut curetur.* TR. *licet.*
DÆ. *Omnian' licet?* TR. *licet. sed scin'? quid est; quod te volo.*
Quod promisisti, ut memineris hodiè, ut liber sim. DÆ. *licet.*
TR. *Fac ut exores Pleusidippum, ut me emittat* manu. DÆ. *licet.*
TR. *Et tua Filia facito oret: facilè exorabit.* DÆ. *licet.*
TR. *Atque ut mihi Ampelisca nubat; ubi ego sim liber.* DÆ. *licet.*
TR. *Atque ut gratum mihi beneficium factu experiar.* DÆ. *licet.*
TR. *Omnian'* [h] *licet?* DÆ. *licet tibi rursùm refero gratiam.*
Sed propera ire in Urbem actutùm, & recipe te huc rursùm. TR. *licet.*
Iam hic ero: tu interibi adorna cæterum, quod opu'st. DÆ. *licet.*
TR. *Hercules istum* [i] *infelicet cum suâ licentiâ.*
Ita meas replevit auris. quicquid memorabam; [k] LICET.

[a] Tandem. Es ist einmal genug geküsset.
[b] Finem. Vide Lex. *Pausa.* Calligr. *Osculandi. Amandi.*
[c] Vide Elect. Pl. *Larium.*
[d] Puri, ad sacrificandum idonei. Vide Lex. *Porcus sacer.*
[e] ubicumque. Vide Lex. *Ubi.*
[f] Vide Lex. *Relictis rebus omnibus.*
[g] *Sc.* Herus, cuius causa Cœna fortè Nuptialis apparabitur.
[h] Sub istâ licentiâ generali, specialis nequitia latet.
[i] Vide Lex. *Infelicito.* Vel: *Infelicito.* Vide suprà 3. 6. ℣. 47. Cas. 2. 3. ℣. 10. Pœn. 2. 1. ℣. .
[k] Vel vox LICET: vel Servus voce LICET repl. aur. meas.

ACTUS QUARTI SCENA VII.

GRIPUS, Piscator, DÆMONES, Senex.

QUAM *mox licet te compellare? Dæmones.*
DÆ. *Quid est negotii? Gripe.* GR. *de illo Vidulo*

Si sapis, sapias. Habeas, quod DI boni danunt.
D.Æ. *Æquom videtur tibi, ut ego, alienum quod est,*
Meum esse dicam? GR. *quodne ego inveni in* [a] *Mari?*
D.Æ. *Tantò* [b] *melius illi obtigit, qui perdidit:*
Tuum esse nihilo magis oportet Vidulum.
GR. *Isto* [c] *tu pauper es, quòm nimis sanctè pius.*
D.Æ. *O Gripe; Gripe, in ætate Hominum plurumæ*
Fiunt [d] *Transennæ, ubi decipiuntur dolis.*
Atque edepol in eas plerumque esca imponitur,
Quàm si quis avidus poscit escam avariter,
Decipitur in Transennâ avaritiâ suâ.
Ille qui consultè, doctè, atque astutè cavet,
Diutinè ei uti benè licet partum benè.
Mihi istac videtur [e] *præda prædatum irier;*
Ut cum maiore Dote abeat, quàm advenerit.
Egóne, ut quod ad me adlatum esse alienum sciam;
Celem? minumè istuc faciet noster [f] *Dæmones.*
Semper cavere hoc [g] *Sapientis æquissumum est,*
Ne conscij sint [h] *ipsi maleficijs suis.*
Ego mihi quòm [i] *lusi, nihil moror ullum lucrum.*
GR. *Spectavi ego pridem* [k] *Comicos ad istum modum*
Sapienter dicta dicere, atque ijs Plaudier,
Quòm illos Sapientis [l] *Mores monstrabant Poplo.*
Sed quòm inde suam quisque ibant diversi domum.
Nullus erat illo pacto, ut illi jusserant.
D.Æ. *Abi intrò; ne molestus; linguæ tempera.*
Ego tibi daturus nihil sum; ne tu frustra sis.
GR. *At ego DEOS quæso, ut quicquid in Vidulo est,*
Si [m] *Aurum, si Argentum est, omne id ut fiat* [n] *cinis.*
D.Æ. *Illuc* [o] *est, quod nos nequam Servis utimur.*
Nam illuc cum Servo si quo congressus foret,
Et ipsum sese & illum furtu [p] *adstringeret.*
Dum Prædam habere se censeret interim
Præda ipsus esset, Præda Prædam [q] *duceret.*
Nunc hinc intrò ibo, & sacruficabo: pòst tibi
Iubebo nobis cœnam continuò coqui.

[a] An id, quod inveni, alienum esse dicis? ρ ἐκ πνεύματος Vide Lex. Παρέλκων
[b] Tantò felicior est ille, qui perd.
[c] Propter id pauper es, quod nimis justè agis. Vide Elect. Imitatum. Intimatum.
[d] Tendiculæ. Vide Lex.
[e] Videtur mihi fore, ut hæc Præda vicissim prædetur (i. ipsive) atque ut ita quidem Præda ipsa fiat, ut aliam ultrò Prædam secū trahat, abeatq; multò cum majore Dote, quàm venerit. Id adeo fieri poterat, si quis datâ operâ Prædam eam objecisset; cum, si recepta, & celata esset, reposcenti ac furti nomine agenti, duplium ex pomi lege reddendum erat. Itaque Dæmones non vult celari istum Vidulum, quocumque fato ad se pervenisset.
[f] Loquitur de se tertiâ personâ.
[g] In casu genitivo. [illegible]
[h] H. e. Sapientes nullius maleficij sui sibi conscii sint.
[i] postquam mihi [illegible] non [illegible] sed [illegible] hic Vidulus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] producitur. [k] H. e. homines plerumque specie, & oratione boni sunt, re & factis non [illegible] [illegible] [illegible] Vide Lex. [illegible] dissiperet ut cinis. [o] illa causa est, quamobrem [illegible] improbos habemus [illegible] [illegible] [illegible] peccare. [p] furti culpæ affinem redderet. [q] Quia adducendus esset Domino, aut noxæ [illegible] Vide Lex. [illegible] pro, postea.

ACTUS

ACTUS QUARTI
SCENA VIII.

PLEUSIDIPPUS, Adolescens. TRACHALIO, Servus.

ITERUM *mihi istæc omnia* [a] *itera, mi Anime, mi Trachalio,*
Mi Liberte, mi Patrone; immò potiùs, mi Pater.
Repperit Patrem Palæstra suum, atq; Matrem? TR. *Repperit.*
PL. *Et Popularis est?* TR. *Opinor.* PL. *Et nuptura'st mihi?* TR. *Suspicor.*
PL. *Censén'? hodie despondebit eam mihi? quæso!* TR. *Censeo.*
PL. *Quid? Patri etiam gratulabor,* [b] *quòm illam invenit?* TR. *Censeo.*
PL. *Quid Matri ejus?* TR. *Censeo.* PL. *Quid ergò censes?* TR. *Quod rogas;*
Censeo. PL. *Dic ergò; quanti censes?* TR. *Egóne? Censeo.*
PL. [c] *At sume quidem; ne* [d] *censionem semper facias.* TR. *Censeo.*
PL. *Quid si curram?* TR. *Censeo.* PL. *An sic potiùs placidè?* TR. *Censeo.*
PL. *Etiámne eam adveniens salutem?* TR. *Censeo.* PL. *Etiámne Patrem?*
TR. *Censeo.* PL. *Pòst ejus Matrem?* TR. *Censeo.* PL. *Quid posteà!*
Etiámne adveniens conplectar ejus Patrem? TR. *Non Censeo.*
PL. *Quid Matrem?* TR. *Non censeo.* PL. *Quid eampse illam?* TR. *Non censeo.*
PL. *Perij! dilectum dimisit: nunc non censet, quòm volo.*
TR. *Sanus non es; sequere.* PL. *Duc me, mi Patrone; quò libet.*

[a] Est pleonasmus: Iterū *itera*; narra. Sic Cic lib. 14. *Iteradum eadem ista mihi.*
[b] Quòd.
[c] At tu jam satis diu censionem facis: sume. *h. e.* elige tamdem, quos ex omni numero in militiam tuam adscribas. Trin. 2. 4. ✠. 12. Vide Lex. *Sumere*: idē quod, *Absumere.*
[d] Ne semper dilectum habeas: in quo *sc.* qui militiæ nomen daturi erant, non minus quàm coràm Censoribus ordine alius post alium se sistebat, & ex omni numero tamdē optimus quisque sumebatur. Vide ✠. 15. & Elect. Pl. Tit. *Militia.*

ACTUS QUINTI
SCENA I.

LABRAX.

QUIS *me est Mortalium miserior? qui vivat alter hodiè.*
Quem ad [e] *Recuperatores modò damnavit Pleusidippus.*
[f] *Abjudicata à me modò 'st Palæstra: perditus sum!*
Nam Lenones ex gaudio credo esse procreatos.
Ita omnes Mortales, si quid est mali Lenoni, gaudent.
Nunc alteram [g] *illam, quæ mea 'st, visam huc in Veneris Fanum.*
Saltem ut eam abducam, de bonis quod restat reliquiarum.

[e] Ad Iudices. Vide Bacch. 2. 3. ✠. 37. & Elect. Pl. Tit. *Iudiciorum.* τὸ *Ad*, pro apud.
[f] Sentētiâ Recup. ablata, & in Pleusidippum translata.
[g] Ampeliscam.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

Gripus, Piscator.
Labrax, Leno.

NVMQUAM edepol hodiè ad vesperam Gripum inspicietis vivom,
Nisi Vidulus mihi reddatur. L[illegible]. *pery' quòm mentionem*
Fieri audio usquam Viduli, quasi palo pectus tundat.
GR. *Istic* [a] *scelestus liber est; ego* [b] *qui in Mari prehendi*
Rete, atque excepi Vidulum, ei dare negatis quicquam.
LA. *Pro DI inmortales! suo mihi hic sermone* [c] *arrexit auris.*
GR. *Cubitum hercle longis* [d] *litteris signabo jam usquequaque;*
Si quis perdiderit Vidulum cum Auro, atque Argento multo;
Ad Gripum ut veniat. non feretis istum, ut postulat[illegible].
LA. *Meum hercle illic Homo Vidulum scit, qui habet, ut ego opinor*
Adeundus mihi illic est Homo. DI, quæso, subvenite!
GR. *Quid me intrò revocas? hoc volo ante ostium extergére.*
Nam hoc quidem pol è robigine, non è ferro factum 'st.
Ita quantò magis extergeo, rutilum atque tenuius fit.
Namque quidem hoc [e] *Vere gnatum 'st verum. ita in manibus consenescit.*
LA. *Adulescens; salve!* GR. *DI te ament cum inraso* [f] *capite.* LA. *quid fit?*
GR. *Verum* [g] *extergetur.* LA. *ut vales?* GR. *quid tu? num Medicus quæso es?*
LA. *Immò edepol unâ litterâ plus sum, quàm Medicus.* GR. [illegible]
Mendicus es? LA. *tetigisti* [h] *acu.* GR. *videtur digna* [i] *forma.*
Sed quid tibi 'st? LA. *hac proxumâ nocte in Mari* [k] *el[illegible]*
Confracta 'st Navis. perdidi, quicquid erat miser ibi omne.
GR. *Quid perdidisti?* LA. *Vidulum cum Auro atque Argento multo.*
GR. *Ecquid meministi in Vidulo qui periit, quid infuerit ibi?*
LA. *Quid refert* [l]*?* *qui periit.* GR. *nihil tamen. istic* [m] *non hoc; aliud fabulemur.*
Quid si ego sciam? qui invenerit. volo ex te scire signa.
LA. *Nummi octingenti aurei in marsupio infuerunt.*
Præterea centum Minæ Philippeæ in [n] *Pasceolo sorsus.*
GR. *Magna hercle Præda 'st; largiter mercedis indipiscar.*
DI me, Hominesque respiciunt! bene ego hinc prædatus ibo.
Profectò hujus est Vidulus. perge alia tu expedire.

LA. Talentum [illegible]

[a] Trachalio manumissus est.
[b] Est ἀνακόλουθον. pro: *Mihi qui.*
[c] Ter. And. [illegible] 4. ℣. 31. *Arrige aures Pamphile.*
[d] Signabo litteris cub. lōgis. *h. e.* quæ longitudine sint cubitali. Pœn. 4. 2. ℣. 14. Vide etiam Elect. Pl. *Res perdita.* Per Præconem edici solita. Vide l. *falsus cred.* 41. §. *proinde* ℱ. ℣. *Solent plerique* ℱ. de Furtis.
[e] Est è vernis fru[illegible], & in mani[illegible] consenescit, [illegible] [illegible]iginem con[illegible]. *[illegible] veru.*
[f] Qui è naufragio servati erant, radebant caput. in signum liberationis. Vide Elect. Pl. *Naufragy.*
[g] Veru. Der Bratspieß.
[h] Rectissime conjecisti. [illegible] [illegible] dicto [illegible].
[i] [illegible]
[k] Vide Supra act. 2. Scen. [illegible]
[l] Scire, quid infuerit [illegible]
[m] Nihil refert, fateor: verùm tamen etsi de hoc nihil dicimus, saltem aliud loquamur. Vel [illegible] fabulari pergamus.
[n] Sacculo ex alutâ. Vide Lex. *Pasceolus.*

LA. *Talentum Argenti* [a] *commodum magnum inerat in crumina.*
Praeterea [b] *Sinus,* [c] *Epichysis, Cantharus,* [d] *Gaulus, Cyathusq;.*
GR. *Papa! Divitias tu quidem habuisti luculentas.*
LA. *Miserum istuc verbum, & pessumum 'st:* HABUISSE, & NIHIL HABERE.
GR. *Quid dare velis? qui istæc tibi investiget, indicetq;.*
Eloquere properè celeriter. LA. *Nummos trecentos.* GR. [e] *Tricas.*
LA. *Quadringentos.* GR. *Tramas* [f] *putidas.* LA. *Quingentos.* GR. *Cassam glandem.*
LA. *Sescentos.* GR. *Curculiunculos* [g] *minutos fabulare.*
LA. *Dabo septingentos.* GR. *Os* [h] *calet tibi. num Gid frigidefactas?*
LA. *Mille dabo Nummos.* GR. *Somnias.* LA. *Nihil addo; abi!* GR. *Igitur audi!*
Si hercle abiero hinc, hic non ero. LA. *Vin' centum, & mille?* GR. *Dormis.*
LA. *Eloquere* hercle; *quantum postules.* GR. *Quò nihil invitus addas;*
Talentum Magnum : [i] *non potest triobolum hinc abesse.*
Proin tu, vel ajas, vel neges. LA. *Quid istic* [k] *necessum 'st, video.*
Dabitur Talentum. GR. *Accedendum huc Venus hæc volo* [l] *adroget te.*
LA. *Quod tibi libet, id mihi impera.* GR. *Tange* [m] *Aram hanc Veneris.* LA. *Tango.*
GR. *Per Venerem hanc jurandum 'st tibi.* LA. *Quid jurem?* GR. *Quod jubebo.*
LA. *Prai verbis; quid vis. Id quod* [n] *domi 'st, numquam ulli supplicabo.*
GR. *Tene Aram hanc.* LA. *Teneo.* GR. [o] *Dejura; te mihi Argentum daturum,*
Eodem illo die, Viduli ubi sis potitus. LA. *Fiat!*
GR. LA. [p] VENUS *Cyrenensis,* TESTEM TE TESTOR MIHI!
Si Vidulum illum, quem ego in Navi perdidi,
Quom Auro, atq; Argento salvom investigavero,
Isq; in potestatem meam pervenerit.
GR. *Tum ego huic Gripo dico: inquito; & me tangito.*
LA. *Tum ego huic Gripo dico:* VENUS; UT TU EXAUDIAS!
GR. LA. *Talentum Argenti magnum continuò dabo.*
GR. *Et si fraudassis; dicito, uti te in quæstu tuo*
Venus eradicet caput, atq; ætatem tuam.
Tecum hoc habeto [q] *tamen, ubi juraveris.*
LA. *Et illum ego advorsùm si quid peccasso, Venus:*
Veneror [r] *te, ut omnes miseri Lenones sient!*

a Integro margine. Vide Calligr. Tit. *Monetaria Rei.* & Lex. *Commëatus*. Merc. 1.3.V.101.
b Vas sinuosum, rotundum, alvo capace. Vide Lex.
c Vas vinarium, in quo in cyathos vinum affundebatur.
d Vasculum in formam cymbij. C. pro G.
e Res nullius pretij.
f Fila putrida. Vide Lex.
g Res nullius usus. Vide Lex. Ista referêda Calligr. Tit. *Nugarum.*
h Vide pœn. 1. 5. V. 15. τὸ *Gid* est frutex: aliàs *Nigella* dicta: similis piperi gustu: ut est apud Ausonium: *morum piper aequiparans Gid.* Græcè μελάνθιον. Ex eo pulmentum callidum conficiebant, quod hic Labraxinore frigidefacit: ne amburat guttur. Est Proverb. in eos, qui trepidè admodùm, & summis duntaxat labiis aliquid loquuntur, & parcè promittunt. Hi enim ore contracto proinde ac si refrigerare buccæ injectam calentem offulam velint, deformantur.
i Si tres oboli à Talento Magno absint, nolim accipere. Nicht ein Heller weniger. k Video quid hic necesse sit. *Est*, pro: *fit.* l Interroget, & tibi jusjurandum concepturo voce præeat. Vide Elect. Plaut. Tit. *Stipulationum.* m Vide Elect. Plaut. Tit. *Iuramentis*: Item Tit. *Ara. Sacramenti.* Aris & statuis tactis præstitum fuit Iusjurandum præconceptis verbis. n Hoc quod habeo, & propriè meum est, numquam aliundè supplex petam. Lenones enim perjuri sunt. *Allegoria.* o Liquido & sanctè jura. Vide Lex. *De.* p Bis repetendi jurationis versus formulares ab utroque. q Hanc tamen precationem diram tibi servato, eaque in tuum caput vertatur. r Oro te.

GR. *Tamen fiet: etsi tu fidem servaveris.*
Tu hic operire; jam ego faxo exibit Senex:
Eum tu continuò Vidulum reposcito.
LA. [a] *Si maxumè mihi illum reddiderit Vidulum,*
Non ego illi hodiè debeo Triobolum,
Meus [b] *arbitratus est, lingua quod juret mea.*
Sed contiGiscam. eccom! exit; & ducit Senem.

a Hæc digressô Gripo ad Spectatores loquitur Leno.
b Meum arbitriũ est; quod mea lingua jurat: possum id præstare, aut non præstare. τὸ *conticiscam*; est: *Conticiscam.* G. pro C.

ACTUS QUINTI
SCENA III.

GRIPUS, Piscator.
DÆMONES, Senex.
LABRAX, Leno.

SEQUERE *hàc. ubi istic Leno'st? heus tu! hem tibi! hic habet Vidulum.*
D Æ. *Habeo; & fateor esse apud me: & si tuu'st, habeas tibi.*
Omnia, ut quidquid infuére, ita salva sistentur tibi.
Tene, si tuu'st. LA. *O DI immortales! meus est; salve! Vidule.*
DÆ. *Tuúsne'st?* LA. *Rogitas? si quidem hercle Jovis fuit; meus est tamen.*
DÆ. *Omnia insunt salva; una istinc Cistella excepta'st modò,*
Cum Crepundiis, quibuscum hodiè Filiam inveni meam.
LA. *Quam?* DÆ. *Tua quæ fuit Palæstra: ea Filia inventa'st mea.*
LA. *Benè mehercle factum'st. quòm istæc res tibi ex sententiâ*
Pulcrè evenit, gaudeo. DÆ. *Istuc facile non credo tibi.*
LA. *Immò hercle ut scias gaudere, me mihi triobulum*
Ob eam ne [c] *duis, condono te.* DÆ. *Benignè edepol facis.*
LA. *Immò tu quidem hercle verò.* GR. *Heus tu! jámne habes Vidulum?*
LA. *Habeo.* GR. *Propera.* LA. *Quid properabo?* GR. *Reddere Argentum mihi.*
LA. *Neq. edepol tibi do; neq. quicquam debeo.* GR. *Quæ hæc* [d] *factio'st?*
Non debes? LA. *Non hercle verò.* GR. *Non tu juratus mihi's?*
LA. *Juratus sum; & nunc jurabo: si quid voluptati'st mihi.*
JUSJURANDUM REI SERVANDÆ, NON PERDUNDÆ [e] CONDITUM'ST.
GR. *Cedo sis mihi Talentum Magnum Argenti; Perjurissume!*
DÆ. *Gripe; quod tu istum Talentum poscis?* GR. [f] *Juratu'st mihi*
Dare. LA. *Libet jurare. tun' meo Pontifex* [g] *perjurio's?*
DÆ. *Quá pro re Argentum promisit hic tibi?* GR. *Si Vidulum*

c Dederis.
d Conspiratio.
e Inventum, & comparatum est. Vide Lex. *Condi.* Amph. 1. 1. v. 50. & Elect. Pl. Tit. *Juramenti.*
f Juravit.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Pontifices.* & *Juramenti.* an tibi pœnas dabo ego? Nota etiã in hâc Scena verbum *Jurandi.* passivâ voce usurpari. uti etiã apud Hebræos id solenne est.

Hunc redegissem in potestatem ejus. juratus dare
Mihi Talentum Magnum Argenti. LA. *Cedò! qui cum habeam Judicem,*
Ni [a] *dolo malo instipulatus sis; nive etiam dum haut siem*
Quinq, & viginti gnatus annos. GR. *Habe* [b] *cum hoc.* LA. *Alio'st opus.*
DÆ. *Jam ab isto* [c] *auferre haut sinam; nisi istum condemnavero.*
Promisisti huic Argentum? LA. *Fateor.* DÆ. *Quod Servo meo*
Promisisti, meum esse oportet. ne tu, Leno, postules,
Te hic fide Lenonia uti: non potes. GR. *Jam teratus*
Nactum Hominem, quem defraudares. dandum [d] *huic Argentum'st probum:*
Id ego continuò huic dabo; adeò me ut hic emittat manu.
DÆ. *Quando ergò erga te benignus fui, atq, operâ meâ*
Hac tibi sunt servata. GR. *Immò hercle, meâ; ne tu dicas, tuâ.*
DÆ. *Si sapies; tacebis:* [e] *tum te mihi benignè itidem addecet*
Benemerenti benè ferre gratiam. LA. *Nempe pro* [f] *meo*
Jure oras. DÆ. [g] *Mirum quin tuum jus meo periculo abs te expetam.*
GR. *Salvos sum. Leno labascit; Libertas* [h] *portenditur.*
DÆ. *Vidulum istic ille invenit: illud* [i] *mancipium meum 'st.*
Ego tibi hunc porrò servavi cum magnâ pecuniâ.
LA. *Gratiam habeo; & de Talento nulla causa 'st, quin feras,*
Quod isti sum juratus. GR. *Heus! tu mihi dato ergò, si sapis.*
DÆ. *Tacén'? an non?* GR. *Tu meam rem simulas agere; tibi* nunc commodas.
Non hercle istoc me intervortes, si aliam Prædam perdidi.
DÆ. *Vapulabis; verbum si addes istuc unum.* GR. *Vel hercle énica.*
Non tacebo umquam alio pacto; nisi Talento [k] *conprimor.*
LA. *Tibi operam hanc quidem dat. taceto.* DÆ. *Concede hoc tu; Leno.* LA. *Licet.*
GR. *Palàm age. nolo murmurillum; neq, susurrum fieri.*
DÆ. *Dic mihi; quanti illam emisti tuam alteram Mulierculam*
Ampeliscam? LA. *Mille Nummos denumeravi.* DÆ. *Vin' tibi*
Conditionem luculentam ferre me? LA. *Sanè volo.*
DÆ. *Dividuum* [l] *Talentum faciam.* LA. *Benè facis.* DÆ. *Pro illâ* [m] *alterâ,*
Libera ut sit, dimidium tibi sume; dimidium [n] *huic cedò.*
LA. *Maxumè.* DÆ. *Pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,*
Quem propter tu Vidulum, & ego Gnatum inveni. LA. *Benè facis;*
Gratiam habeo magnam. GR. *Quàm mox mihi Argentum ergò redditur?*
DÆ. *Res soluta 'st, Gripe. ego habeo.* GR. *Hercle; at ego me mavolo.*
DÆ. *Nihil hercle hic tibi st; ne tu speres. jurisjurandi* [o] *volo*
Gratiam facias. GR. *Peri hercle! nisi me* [p] *suspendo.*
Numquam hercle iterùm defraudabis me quidem pòst hunc diem.
DÆ. *Hic hodiè cenato; Leno.* LA. *Fiat! conditio placet.*
DÆ. *Sequimini intrò, Spectatores, vos quoq, ad cenam vocem,*

[a] *Scilicet est.* Quis id, quod dare juratus sum, auferet a me judicio, si probavero, te stipulatū esse dolo malo: & per hoc stipulationem non valere: meque viginti quinq; annis minorem esse, & ob id Lætoriæ Legis beneficio uti posse. Pseud. 1. 3. v. 68. Vide Elect. Pl. Tit. *Mutui.* & *Stipulationis.* & τὸ *Ni* pro *Ne* positum. Vide Lex.

[b] *Sc.* judicem. Certato sponsione cum Dæmone, non mecum.

[c] *Q. d.* volo de hâc controversiâ vestrâ cognoscere: nisi autem à me damnatus sit Gripus, Vidulum non auferes.

[d] *Mihi.* δεικτικῶς.

[e] Continuat suum sermonem ante à Gripo interruptū.

[f] Nempe cum dicis, me tibi gratiā referre, Vidulum mihi reddis.

[g] Vide Lex. *Mirum quin.*

[h] Spes Libertatis mihi ostenditur.

[i] Gripus meus est. ita quod abs te stipulatus est, mihi debetur.

[k] Dato Talento tacere cogor.

[l] Dividam Tal.

[m] Ampeliscâ.

[n] Gripo.

[o] Jusjurandum remittas volo. Vide Elect. Pl. Tit. *Juramenti.*

[p] locus. Wo ich mich nicht henckel so sterbe ich heut.

Ni da-

Ni daturus nihil sim, neq; sit [a] *quicquam pollucti domi,*
Nive adeò vocatos credam vos esse ad cenam foràs.
59 *Verùm si voletis Plausum Fabulæ huic clarum dare,*
ComiSatum omnes venitote ad me ad annos sedecim.
Vos hîc hodiè cenatote ambo. LA. Fiat! DÆ. PLAUSUM *date.*

a Si nobis esset cœna tã lautè apparata, quàm esse solet eorum, qui votivum epulum faciunt, vos vocarem. Vide Lex. *Pollucere.* & Elect. Pl. Tit. *Contrariorum.* & *Deorum. Herculis.*

PLAUTI. RUDENS.

EXPLICIT.

INCIPIT. STICHUS.

M. ACCI PLAVTI
Sarſinatis Vmbri
STICHVS.

Joachimus Camerarius.

ARGUMENTUM *hujus Fabulæ eſt leve & futile. Etſi in hâc bonæ, & præclaræ ſententiæ inſertæ ſunt: & exemplum proponitur egregium Fidei Conjugalis in duabus ſororibus ergà ſuos Maritos.*

Fingitur ATHENIS *haberi. Vide infrà 5.2. verſ.1.*

Nnnn

DRAMATIS PERSONAE.

PANEGYRIS, Mulier. *A mercatu, & conventu ſolemni.*
PINACIUM, Mulier. *à tabellâ.*
ANTIPHO, Senex. *Pro luce.*
GELASIMUS, Paraſitus. *Ridiculus.*
CROCOTIUM, Ancilla. ἀπὸ τοῦ κροκώτου. *croco tincta.*
DINACIUM, Puer. *à volubilitate, & converſione.*
EPIGNOMUS. *Prudens.*
STICHUS, Servus. *ab ordine, & verſu.*
PAMPHILIPPUS, Adoleſcens. *omninò ſtudioſus equorum.*
SAGARINUS, Servus. *à ſecuri,* ſeu *gladio Perſico.*
STEPHANIUM, Ancilla. *à Coronâ.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

SENEX *Antipho Filias duas nuptum dederat Epignomo, & Pamphilippo Fratribus: qui dum mercatum abeunt, domo triennium absunt. Pater jubet non ferre Filias moram diutius: Filiæ, ut morata, censet exspectandos Viros; adveniunt tandem Fratres locupletes domum. qui cùm rem benè gessissent, in Soceri reveniunt gratiam.* STICHUS *Epignomi Servus itidem reveniens domum cum Stephanio suâ, atq; Sagarini Conservi Amasiâ perpetuum in Amoribus atq; Epulis concelebrant diem.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAUTI Sarsinatis Umbri

STICHUS.

ARGUMENTUM.

SENEX [a] castigat Filias [b], quòd hæ [c] Viros
Tam perseverent peregrinantis pauperis
Ita sustinere Fratres; neq; relinquere.
Contràq; verbis [d] delenitur commodis,
Habere sineret, quos semel nactæ forent.
Viri reveniunt opibus aucti trans Mare,
Suam quisq; retinet, ac STICHO [e] ludus datur.

a Antipho.
b Panegyrim, Pinacium.
c Pamphilippum, & Epignomum.
d A Filiabus. wird mit guten Worten beredet.
e Tempus & facultas ludendi.

ACTUS PRIMI SCENA I.

PANEGYRIS. PINACIUM: Sorores.

CREDO ego miseram fuisse Penelopam,
Soror; suo ex [f] animo. quæ tamdiu [g] Viduæ
Viro suo caruit. nam nos ejus animum
De nostris factis noscimus; quarum Viri hinc absunt,
Quorumq; nos negotiis absentum, ut est æquom,
Sollicitæ noctes & dies, Soror, sumus semper.
PI. *Nostrum officium nos facere æquom'st, neq;*
Id magis facimus, quàm nos monet Pietas.
Sed hic, mea Soror, adsisdum; multa volo tecum

f Ex animo miseram. Epid.4.1.✝.1. ὂν κ῀ θυμόν.
g Vide Lex. *Vidua.* Mil.4.3.✝.18.

Digitized by Google

Loqui dere Viri. PA. *Salvène?* [a] *amabo!*
PI. *Spero quidem, & volo. sed hoc, Soror, crucior,*
Patrem tuum, meumque adeò, unicè qui unus
Civibus ex omnibus probus perhibetur,
Eum nunc inprobi Viri officio uti.
Viris qui tantas absentibus nostris
Facit injurias inmeritò:
Nosq; ab Is abducere volt.
Hæ res vitæ me, Soror, saturant.
Hæ mî [b] *dividiæ, & senio sunt.*
PA. *Neu lacruma, Soror; neu* [c] *tuo id animo*
Fac, quod tibi tuus Pater facere minatur.
Spes est, eum melius facturum.
Novi ego illum. joculo istbæc dicit.
Neque ille sibi [d] *mereat Persarum*
Montis, qui esse aurei perhibentur,
Vt istuc faciat, quod tu metuis
Tamen si faciat, minumè irasci
Decet. neque id inmeritò eveniet.
Nam Viri nostri domo ut abierunt,
Hic tertius [e] *annus.* PI. *ita ut memoras.*
PA. *Quòm ipsi intereà vivant, valeant,*
Vbi sint, quid agant, ecquid agant,
Neque participant nos, neque redeunt.
PI. *An id dolet? Soror: quia illi suum officium*
Non colunt, quòm tuum facis. PA. *Ita pol.*
PI. *Tacesis; cavesis audiam ego istuc;*
Cave! posthàc ex te. PA. *nam quì jam?*
PI. *Quia pol meo* [f] *animo* OMNIS SAPIENTIS
Suum officium æquom 'st colere, & facere.
Quamobrem ego te hoc, Soror; tametsi es major,
Moneo; ut tuum memineris officium.
Et, si illi inprobi sint, atque aliter
Nos faciant, quàm æquom' st; tamen pol,
Ne quid magis simus omnibus [g] *obnoxiæ* [h] *opibus;*
Nostrum officium meminisse decet.
PA. *Placet. taceo.* PI. *at memineris, facito.*
PA. *Nolo ego, Soror, me credi esse inmemorem Viri.*
Neq; ille eos Honores mihi quos habuit, perdidit.
Nam mihi pol grata, accéptaque huju' st benignitas.
Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.

a *Sc.* agunt Mariti. Lex. *Salvè.*
b Vide Lex. *Dividia. Senium.* Vide Calligr. *Molestia. Tædij.*
c Ne ultro ægre fac tibi, dum mihi minitaris
d Neque ille velit sibi montes aureos pro mercede dari, ut, quod tu metuis nos à viris nostris abducas.
e *sc.* est. Vide Callig. *Temporu.*
f Meo judicio; meo sensu. τῇ ἐμῇ γνώμῃ.
g Affines, compotes noxæ.
h Summo opere.

Neque

Neque est, quor nunc studeam has Nuptias mutarier.
Verùm postremò in Patris [a] *potestate est situm.*
Faciundum id nobis, quod Parentes inperant.
PI. *Scio; atque in-cogitando* [b] *mœrore augeor.*
Nam propemodùm jam ostendit suam sententiam.
PA. *Igitur quæramus, nobis quid facto usus sit.*

[a] Vide Elect. Tit. *Nuptiarum. Divortij.* supr. ℣. 32. & Hottom. de Ritu Nuptiarum cap. 24. Catull. Epithal. *Virginitas non tota tua est; ex parte parentum.*
[b] dū cogito, mœror mihi accrescit. Proba est formula: *mœrore augeri.* cui Cicero lib. 2. de Fin. opponit: *lætitiâ augeri.* & lib. 5. de Fin. *gaudio compleri.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

ANTIPHO. PANEGYRIS. PINACIUM.

QVI [c] *manet, ut moneatur semper Servos Homo officium suum,*
Nec [d] *voluntate id facere meminit: Servos is habitu haut probu 'st.*
Vos meministis [e] *quot-Kalendis petere* [f] *demensum cibum,*
Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere in Ædibus.
Iam quidem in suo quicque loco nisi erit mihi situm supellectilis,
Quòm ego revortar, vos monumentis [g] *conmonefaciam bubulis.*
Non Homines habitare mecum mihi hic videntur, sed Sues.
Facite, sultis, nitidæ ut Ædes meæ sint, quòm redeam domum.
Iam ego domi adero: ad meam majorem Filiam inviso domum.
Si quis me quæret; inde vocatote [h] *aliqui; aut jam egomet hic ero.*
PI. *Quid agimus? Soror, si offirmabit* [i] *Pater adversum nos.* PA. *pati*
Nos oportet, quod ille faciat, quojus potestas plus potest.
AN. *Si manere hic sese malint potiùs, quàm aliò nubere;*
Faciant. quid mihi opu'st decurso [k] *ætatis spacio cum eis*
Gerere bellum? quòm nihil, quamobrem faciam, meruisse arbitror.
Minumè. Nolo turbas. sed hoc mihi optumum factu arbitror.
Principium ego quo pacto cum illis occipiam; id ratiocinor,
Vtrum ego [l] *perplexim lacessam oratione ad hunc modum,*
Quasi numquam quicquam [m] *in eas simulem, quasi nihil indaudiverim,*
Eas in se meruisse culpam, ac potiùs temptem leniter;
An minaciter? scio, litis fore: ego meas novi optumè.
PI. *Exorando, haut advorsando sumendam operam censeo.*
Gratiam à Patre, si petimus, spero ab eo [n] *inpetrassere.*
Advorsari sine dedecore, & scelere summo haut possumus;
Neque ego factura sum; neque tu, ut facias; consilium dabo.

[c] Exspectat.
[d] Sponte. Vide Lex. *Voluntate.*
[e] Singulis Kall. Vide Lex. *Quot.* & Calligr. *Temporis.*
[f] Vide Elect. Pl. *Servorum.* & *Oeconomice.*
[g] Loris è corio bubulo vos commonefaciam officii.
[h] Aliquis vocet.
[i] Si obfirmato animo nos urgebit, ut à Viris discedamus.
[k] ætate meâ decrepitâ.
[l] Ex obliquo, leniter.
[m] eas insimulem.
[n] nos impetraturas. Vide Lex.

Verùm

Digitized by Google

Verùm ut exoremus. Novi ego [a] *Nostros: exorabili'st.*
AN. *Sic faciam. adsimulabo, quasi aliquam culpam in se admiserint.*
Perplexabiliter earum hodiè perpavefaciam pectora.
Priùs [b] *id agam: igitur deinde, ut animus meus erit; faciam palàm.*
Multa scio facienda verba; ibo intrò; sed aperta'st foris.
PI. *Certò enim mihi Paternæ vocis sonitus auris accidit.*
PA. *Is est ecastor ferre advorsùm Hominem* [c] *occupemus osculum.*
PI. *Salve; mi Pater.* AN. *Et vos ambæ.* [d] *ilicò agite; abscedite.*
PI. *Osculum.* AN. *Sat est mihi Osculi vostri.* PI. *Qui? amabo! Pater.*
AN. *Quia ita meæ animæ* [e] *salsura evenit.* PI. *Adside hic; Pater.*
AN. *Non sedeo. istic vos sedete; ego sedero in subsellio.*
PI. [f] *Mane Pulvinum.* AN. *Benè procuras. satis sic* [g] *fultum'st mihi.*
PI. *Sine; Pater.* AN. *Quid opu'st?* PI. *Opu'st.* AN. *Morē tibi geram, atq; hoc sati'st.*
PI. *Numquam enim nimis curare possunt suum Parentem Filiæ,*
Quem æquiu'st nos potiorem habere, quàm te? [h] *postideà, Pater,*
Viros nostros: quibus tu voluisti esse nos [i] *Matresfamiliàs.*
AN. *Bonas ut æquom'st facere, facitis: quòm tamen absentis Viros*
Perinde habetis, quasi præsentes sint. PI. *Pudicitia'st, Pater,*
Eos [k] *magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.*
AN. *Numquis hic est alienus nostris dictis Auceps auribus?*
PA. *Nullus, præter nosq;, teq;:* AN. *Vostrum animum adhiberi volo.*
Nam ego ad vos nunc imperitus rerum, & morum Mulierum,
Discipulus venio ad Magistras. quibus Matronas moribus,
Quæ optumæ sunt, esse oportet? sed utraq; ut dicat mihi.
PA. *Quid istuc est, quod huc exquisitum Mulierum mores venis?*
AN. *Pol ego Uxorem quæro, postquàm vostra Mater mortua'st.*
PA. *Facilè invenies, & pejorem, & pejus moratam, Pater,*
Quàm illa fuit: meliorem neq; tu repperies, neq; Sol videt.
AN. *At ego ex te exquiro, atq; ex istàc tuà Sorore.* PI. *Edepol Pater*
Scio, ut oportet esse, si sint ita, ut ego æquom censeō.
AN. *Volo scire ergò, ut æquom censes.* PI. *Ut per Urbem quòm ambulent,*
Omnibus os [l] *obturent; ne quis meritò maledicat sibi.*
AN. *Dic vicissim nunc jam tu.* PI. *Quid vis tibi dicam? Pater.*
AN. *Ubi facillimè* [m] *spectatur Mulier? quæ ingenio'st bono.*
PA. *Quoi malè faciundi'st potestas, quæ, ne faciat, id temperat.*
AN. *Haut malè istuc. age tu altera; utra sit conditio* [n] *pensior,*
Virginem, an Viduam habere? PI. *Quanta mea sapientia'st,*
E MALIS MULTIS, MALUM QUOD MINUMUM'ST, ID MINUMUM'ST MALUM
Qui potest Mulieres vitare, vitet is: ut cottidiè
Pridiè [o] *caveat, ne faciat, quod pigeat postridiè.*

AN. *Quæ*

a Nostri generis homines. Vide Lex.

b Prius perplexabiliter eas pavefaciam, deinde animum meum liquido patefaciam.

c Antevertamus, ut decet siccas atque abstemias filias. Vide Elect. Pl. Tit. *Ebrietatis. Mulierum.*

d Eo loco. Vide Lex. *Ilico.*

e Quæ aliàs in Sene insulsa esse solet: osculo autem puellari salsa & suavis redditur.

f Exspecta pulvinum.

g *Sc.* subsellium.

h Posteà.

i Uxores. *Agell.* lib. 18. cap. 6.

k Magnifacere. Vide Elect. Pl. Tit. *Conjugij* ex Hotoman. de Ritu Nuptiarum cap. 25.

l Talis sit omninò de iis existimatio, ut nemo eis maledicere audeat. Vide Elect. Pl. Tit. & Calligr. Tit. *Calumniæ.* & Lex.

m Quà in re exploratur.

n Melior, majoris ponderis. Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*

o Iocularis Sententia. Vide Elect. Pl. Tit. *Sententiarum.*

Digitized by

AN. *Quæ tibi* MULIER *videtur multò sapientissuma?*
PA. *Quæ tamen, quòm res secundæ sunt, se poterit noscere:*
Et illa, quæ æquo animo patietur sibi esse [a] *pejus, quàm fuit.*
AN. *Edepol vos lepidè temptavi, vostrumque* [b] *ingenium ingenI.*
Sed hoc est, [c] *quod ad vos venio, quodque esse ambas conventas volo.*
Mihi auctores ita sunt Amici, ut vos hinc adducam domum.
PA. *At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.*
Nam aut olim, nisi tibi [d] *placebant, non datas oportuit:*
Aut nunc non æquom'st abduci, Pater, illisce absentibus.
AN. *Vósne ego patiar cum Mendicis nuptas, me vivo, Viris?*
PI. *Placet ille meus mihi Mendicus. suus Rex Reginæ placet.*
Idem animus est in Paupertate, qui olim in Divitiis fuit.
AN. *Vósne* [e] *Latrones, & Mendicos Homines magnipenditis?*
PA. *Non tu me Argento dedisti, opinor, nuptum; sed Viro.*
AN. *Quid! illos exspectatis? qui abhinc jam, quòm abierunt, triennium'st.*
Quin vos capitis [f] *conditionem ex pessumâ primariam?*
PA. STULTIA 'ST, *Pater,* VENATUM DUCERE INVITAS CANES.
Hostis est Vxor, invita quæ ad Virum nuptum datur.
AN. *Certúmn'st? neutram vostrarum persequi imperium Patris.*
PI. *Persequimur. nam quò dedisti nuptum, abire nolumus.*
AN. *Benè valete! ibo, atque Amicis vostra consilia eloquar.*
PA. *Probiores credo arbitrabunt, si probis narraveris.*
AN. *Curate igitur familiarem rem, ut potestis, optumè.*
PA. *Nunc placet, quòm rectè monstras: nunc tibi auscultabimus:*
Nunc, Soror, nos abeamus intrò. PI. *Immò intervisam* priùs *domum.*
Si à viro tibi fortè veniet nuntius, facito, ut sciam.
PA. *Neque ego te celabo, neque tu me celassis, quod scies.*
Ehò! Crocotium; i, Parasitum Gelasimum huc arcersito;
Tecum adduce. nam illum ecastor mittere ad Portum volo,
Si quæ fortè ex Asiâ Navis eri, aut hodiè venerit.
Nam dies totos apud Portum Servos unus adsidet.
Sed tamen volo intervisi. propera; ac actutùm redi.

[a] Est enim acerbissimum è beato factum esse infelicem.
[b] *h. e.* Animum & sensum vestrum. Vide Lex. *Ingeniũ.* Dictum videtur, ut *Mens-animi.*
[c] Cur ad vos ven.
[d] Vide Elect. Pl. *Divortij.* An Patri licitum dissolvere matrimonium. suprà 1.1. ✝. 44.
[e] Milites.
[f] Vide Lex. *Conditio.* & Elect. Pl. *Nuptiarum.*

Digitized by

ACTVS SECVNDI
SCENA I.
Gelasimus, Parasitus. Crocotium, Ancilla.

FAMEM *fuisse suspicor Matrem mihi.*
Nam postquàm gnatus sum, satur numquam fui.
Sed *quam ego Matri meæ retuli invitissumus,*
Eam mihi numquam retulit Mater gratiam.
Nam illa me alvo menses [a] *gestavit decem.*
At ego illam in alvo gesto plus annos decem.
Atq; illa puerum me gestavit parvolum,
Quò minus laboris illam cepisse existumo:
At ego non paxillulam in utero gesto famem,
Verùm hercle multò maximam, & gravißumam.
Vteri dolores mihi oboriuntur cottidiè.
Sed Matrem párere nequeo: nescio quomodo.
Audivi sæpè hoc volgò dictum *dicier,*
Solere Elephantum [b] *gravidam perpetuos decem*
Esse annos. ejus ex semine hæc certò 'st Fames.
Nam jam conplures annos utero hæret meo.
Nunc si ridiculum Hominem quæret quispiam,
Venalis ego sum cum ornamentis [c] *omnibus.*
Inanimentis explementum [d] *quærito,*
GELASIMO *nomen mihi indidit parvo Pater,*
Quia indè jam à pauxillo [e] *puero ridiculus fui.*
Propter Paupertatem hoc adeò nomen repperi.
Eò, quia PAUPERTAS *fecit, ridiculus forem.*
Nam illa omnes [f] *Artes pérdocet, ubi quem ádtigit.*
Per [g] *Annonam caram dixit me gnatum Pater.*
Propterea, credo, nunc ego *esurio acriùs.*
Sed Generi nostro hæc reddita 'st benignitas,
Nulli negare soleo, si quis esum me [h] *vocat.*
Oratio una interIt Hominum pessumè,
Atq; optuma herclè, meo animo, & scitißuma,
Quâ antè utebantur: [i] VENI ILLÒ AD CENAM: SIC FACE:
PROMITTE VERÒ: NE GRAVARE: EST COMMODUM:
VOLO, INQUAM, FIERI: NON AMITTAM, QUIN EAS.
Nunc repperérunt ei verbo Vicarium,

a Vide Elect. Pl. *Patris.*
b Vide Elect. Pl. *Animalium.*
c Cum vestimentis, quæ separatim vendita vide Elect. Pl. *Auctionis.* & *Servorum.*
d Quæro, quo modo inania explere possim.
e à parvulo.
f Vide Elect. Pl. *Paupertatis.*
g Cum Annonæ esset incendium. *Fabius.*
h Vide Callig. *Conviuandi.* instr. 5. 4. ỷ. 4.
i *μισηταις* orationis eorum, à quibus olim vocabatur. 10 *Amittere* ỷ. 33. est: *dimittere*, vide Lex.

Nihili

Nihili quidem herclè verbum, ac vilißumum:
VOCEM TE AD CENAM, NISI EGOMET CENEM FORIS.
Ei herclè verbo lumbos defractos [a] *velim,*
Ni verè perierit, si cenaßit domi.
Hæc verba subigunt me, mores ut barbaros
Discam, atq; ut faciam [b] *Præconis compendium,*
Itaq; Auctionem [c] *prædicem, ipse veneam.*
CR. *Hic ille est Parasitus, quem arcersitum missa sum.*
Quæ loquitur, auscultabo; priusquàm conloquar.
GE. *Sed* CURIOSI *sunt hic quàmplures mali,*
Alienas res qui curant studio maxumo.
Quibus ipsis nulla'st res, quam procurent, sua:
[d] *Ei, quando quem Auctionem facturum sciunt,*
Adeunt; perquirunt, quid siet causæ, ilicò:
Alienum [e] *æs cogat; an pararit prandium;*
Vxorin' sit reddenda Dos [f] *Divortio?*
Eos omnis, tametsi herclè haut indignos judico,
Qui, ut multùm [g] *miseri sint, laborent, nihil moror.*
Dicam Auctionis causam, ut animo [h] *gaudeant.*
(NAM CURIOSUS NEMO 'ST, QUIN SIT MALIVOLUS.)
Ipse egomet quamobrem Auctionem prædicem;
Dampna evenerunt maxuma misero mihi.
Ita me mancupia miserum adfecerunt [i] *malè,*
Potationes plurumæ demortuæ:
Quot adeò Cenæ, quas deflevi, mortuæ!
Quot potiones Mulsi? quot autem Prandia!
Quæ inter [k] *continuum perdidi triennium.*
Præ mœrore adeò miser, atq; ægritudine
Consenui: penè sum Fame ipsâ emortuus.
CR. *Ridiculus æquè* [l] *nullus est, quàm quando esurit.*
GE. *Nunc Auctionem facere decretum 'st mihi.*
Foràs necessum 'st, quidquid habeo, vendere.
Adeste; sultis. Præda erit [m] *præsentium.*
Logos ridiculos vendo: agite! [n] *licemini!*
Qui Cenâ [o] *poscit? ecqui poscit prandio?*
Hercules [p] *te amabit! prandio! cenâ? Tibi*
(*Ehem!*

a Velim huic verbo: *Vocem te a. c. n. e. c. f. lumb. e. def.* nisi ille, qui id usurpat, continuò pereat, si me eo delusit, & domi nihilominus cœnat.
b *h. e.* ut ipse Præconis partes agam.
c Vide Elect. Pl. *Auctionis.* Ich ruffe anderer auß/ vnd bin selbst feyl.
d *H. e.* Ii, qu.
e Verum ære alieno coactus auctionem faciat.
f Vide Elect. Pl. *Matrimony. Divortij.*
g Nam Curiosus ultrò miseriā suo labore sibi attrahit.
h Gaudent enim Malevoli alienis malis.
i Affecerunt me malè miserum.
k Vide Calligr. *Temporis.*
l *Sc.* atq; hic Parasitus.
m *Q. d.* Non est, quod emptor quispiam bellissimâ hâc occasione semel dilapsâ, umquā porrò speculam sibi faciat, ex hâc parasiticâ auctione vel ramentâ plumeâ se propensiorem discessurum. nihil enim quæstûs erit animo vel corpore, absentibus, aliudve agentibus.
n Imperativus est: feylscht die Bossen.
o Quis vult me & & meos logos datā cœnā emere? p *Q. d. Parasitus.* Hocce plano tibi promittere ausim, quòd, si cenâ me emas tibi, edaciorem nemo Parasitum, quàm tu, sit habiturus in polluctu Herculis (quòd ex decimâ bonorum Herculi offertur, ut amet nos, & bono, atq; amplo auctet perpetuo lucro) ad quod suam inibi voracitatem ostentaturi, immò inanimentis explementa quæritantes potiùs gregatim convolare Parasiti solent. Dicuntur etiam *Dÿ nos amare,* quando nobis favent, & rogata faciunt. De Hercule vide Elect. Pl. *Deorum & Parasitorum.*

(Ehem! annuistin'?) Nemo [a] *meliores dabit.*
Nullis [b] *melioris esse Parasitos sinam.*
Vel Unctiones [c] *Graecas,* [d] *sudatorias,*
Vel alias magis [e] *malacas,* [f] *ampullarias;*
Cavillationes, adsentatiunculas,
Ac perjuratiunculas Parasiticas,
Rubiginosam Strigilem, Ampullam rubidam,
Parasitum [g] *inanem,* [h] *quò recondas reliquias.*
Haec venisse jam opu'st, quantum potest,
Uti decumam partem Herculi [i] *polluceam.*
CR. *Ecastor! Auctionem* facit *haut magni pretI.*
Adhaesit Homini ad infumum ventrem Fames.
Adibo ad Hominem. GE. *Quis haec est? quae advorsùm it mihi.*
Epignomi Ancilla haec quidem'st Crocotium.
CR *Gelasime; salve!* GE. *Non est id nomen mihi.*
CR. *Certò mecastor id fuit nomen tibi.*
GE. *Fuit* [k] *disertim! verùm id usu perdidi.*
Nunc [l] *Miccotrogus nomine ex* [m] *vero vocor.*
CR. *Heu! ecastor! risi te hodiè multùm.* GE. *Quando? aut quo in loco?*
CR. *Hîc, quòm auctionem praedicabas.* GE. *Pessuma!*
Ehón'! audivisti? CR. *Te quidem dignissumam.*
GE. *Quò nunc is?* CR. *Ad te.* GE. *Quid venis?* CR. *Panegyris*
Rogare jussit te multùm, *ut opere maxumo,*
Mecum simitu [n] *ut ires ad sese domum.*
GE. *Ego illò mehercle verò eo, quantum potest.*
Jamne Exta [o] *cocta sunt? quot ACnis* [p] *fecerat?*
CR. *Illa quidem nullum sacruficavit.* GE. *Quomodo?*
Quid igitur me volt? CR. *Tritici modios decem*
Rogare, opinor, te volt. GE. *Méne? ut ab sese petam?*
CR. *Immò* hercle, *ut abs te mutuum nobis dares.*
GE. *Negato esse, quod dem, nec* [q] *mu, nec mutuum,*
Nequè aliud quicquam, nisi hoc, quod habeo Pallium.
Linguam quoque mihi *etiam* esse [r] *venditariam.*
CR. *Hau! nulla tibi lingua'st? qua quidem dicat;* DABO.
GE. *Veterem reliqui. eccam illam! qua dicat;* CEDÒ.
CR. *Malum tibi DI dent!* GE. *Haec eadem dicit tibi.*

a *Scil.* Parasitos voraciores. Alij ad *leges* referunt.
b *Sc.* Parasitos nemo habiturus est edaciores. Sic enim Parasiti olim se jactare solebant.
c Quia Graecia abundabat unctionibus.
d Quia quà Graeci, quà Romani in balneis sudabant, atque inungebantur, antequam accumberent. Vide Elect. Plaut. Tit. *Convivij. Triclinij.*
e Molles, delicatas.
f Quae in balneo, dum inungimur, jactantur. Vide Elect. Pl. Tit. *Balnei.* & Lex. *Ampulla.*
g Sic Parasitus de se ut inani vase loquitur.
h In quem.
i Ut decimam partem bonorum Herculi consecrem. Vide Elect. Pl. Tit. *Herculis. Auctionis.* Et Lex. *Pollucere.* Ironicâ formâ. Trin. 2. 4. ỳ. 101.
k Planè. *Nonius.* Sic Cicero in Pison. cap. 28. *Epicurum disertim dicere.*
l Q. d. pauci-rodus. *μικκοτρώγος* Parvi-cibus. Der schmale Bissein frisset.
m Ex re ipsâ. Vide Lex. *Ex.*
n Simul. Vide Lex.
o Reliquiae Extorum, quae domum portatae. Vide Elect. Plant. Tit. *Sacrificiorum. Convivij.*
p Sacrificaret. Vide Lex. *Facere.* τὸ *ACnis*: est *Agnis.* C. pro G.
q Vide Lex. *Mu.* Ne minimum quidem. Ne *mu* quidem, nedum totum *mutuum.*
r Quae vendere cupiat. Vide Lex. *Verba in To.*

CR. *Quid*

CR. *Quid nunc? iturus? an non?* GE. *Abi sanè domum.*
Jam illò venturum dicito: propera; atq; abi!
Demiror, quid illæc me ad se arcersi jusserit,
Quæ numquam jussit me ad se arcersi ante hunc diem,
Postquàm Vir abiit ejus. miror, quid fiet.
Nisi [a] *ut periclum fiat, visam quid velit,*
Sed eccom Dinacium! ejus Puerum. hoc vide!
Satin'? ut facetè! atq; ex [b] *picturâ hîc adstitit!*
Næ iste edepol vinum poculo pauxillulo
Sæpè [c] *exanclavit* [d] *submerum scitissumè.*

[a] Sed. Vide Lex. *Nisi.*
[b] Graphicè. Vide Lex. *Graphicè.* Alibi: *Euschemè.*
[c] Exhausit. Vide Lex. *Exanclare.*
[d] Non admodùm aquâ dilutum.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

DINACIUM, Puer. GELASIMUS, Parasitus.

MERCURIUS, *qui Jovis nuntius perhibetur,* [e] *num quidquam æquè Patri*
Suo nuntium lepidum adtulit? quàm ego nunc mea Eræ nuntiabo.
Itaq; onustum pectus porto Lætitiâ, [f] *Lubentiâq;.*
Neq; libet, nisi gloriosè; quicquam proloqui. profectò
[g] *Amœnitatis omnium Venerum, atq; Venustatum adfero;*
Ripisq; superat mihi, atq; abundat pectus lætitiâ meum.
Propterea; Dinacium, pedes hortare: [h] *honesta dicta factis:*
Nunc tibi potestas adipiscendi 'st gloriam, laudem, decus.
Eræq; egenti subveni: benefacta Majorum tuûm exauge:
Quæ miserâ exspectatione est Epignomi adventûs Viri.
Proindè, ut decet, amat Virum suum cupidè. nunc expedi; Dinacium:
Age, ut placet. curre, ut lubet. cave quemquam flocci feceris.
Cubitis [i] *depulsa de viâ. tranquillam concinna viam.*
Si Rex obstabit obviam, Regem ipsum priùs pervortito.
GE. *Quidnam dicam? Dinacium*
Lascivibundum tam lubenter currere!
Harundinem fert, sportulamq;, & Hamulum piscarium.
DI. *Sed tandem, opinor, æquius 'st, Eram mihi esse supplicem.*
Atq; Oratores mittere ad me, donaq; ex Auro, & Quadrigas,
[k] *Quî vehar. nam pedibus ire non queo. ergò jam revortar.*

[e] Q. d. nullum talem nuntium Patri attulit.
[f] Vide Lex. *Lubentia.*
[g] Metaph. à fluviis alveum suum superantibus.
[h] Confer rem ad verba. Nota formulam: *Honestare dicta factis.* Solent enim plærũq; esse οἱ μὲν λόγοι καλοὶ, τὰ δ᾽ ἔργα φαῦλα.
[i] Vrge, perrumpe turbam.
[k] Vervehi. Vide Lex. *Qui.*

Digitized by Google

Ad me iri, & supplicari egomet mihi censeo aequom.
An verò nugas censeas? nihil esse; quod ego nunc scio.
Tantum à Portu adporto bonum: tam gaudium adfero grande.
Vix ipsa Domina hoc, nisi sciat, exoptare [a] *à DIs audeat.*
Nunc ultrò hoc deportem? haut placet: neq; [b] *id verò officium arbitror.*
Hic hoc videtur mihi magis meo convenire huic nuntio,
Advorsùm ut veniat; obsecret, se ut nuntio hoc impertiam.
SECUNDAS FORTUNAS DECENT SUPERVIÆ.
Sed tandem quòm recogito: quî potuit scire? hac scire me.
Non enim possum, quin revortar; quin loquar, quin edissertem.
Eramq; ex mœrore eximam, Benefacta Majorum meûm
Exaugeam; atq; illam augeam ex insperato opportuno modo.
[c] *Contundam facta* [d] *TalthybI,* [e] *contemnamq; omnis Nuntios.*
Simulq; ad cursuram [f] *meditabor me ad Ludos Olympiæ.*
Sed spacium hoc óccidit. breve'st [g] *curriculo. quàm me pœnitet!*
Quid hoc? occlusam januam video. ibo, & pultabo foris.
Aperite; atq; adproperate! fores, facite, ut pateant! removete moram!
Nimis haec res sine curâ geritur. vide; quamdudùm hic adsto, & pulto!
Somnón' operam [h] *datis? experiar, Fores; an Cubiti, an Pedes plus valeant:*
Nimis vellem hae Fores Erum fugissent! eâ causâ; [i] *ut haberent malum.*
Defessus sum pultando;
Hoc postremum'st vobis.
GE. *Ibo; atq; hunc compellabo.*
Salvos sis! DI. *Et tu salve!*
GE. *Jam tu* [k] *Piscator factu's?*
DI. *Quampridem non edisti?*
GE. *Vndè is? quid fers? quid festinas?*
DI. *Tuâ* [l] *quod nihil refert, ne*
Cures. GE. *Quid istic inest?*
DI. *Quas tu vides* [m] *Colubras?*
GE. *Quid tam iracundu's?* DI. *Si inte*
Pudor adsit, non me adpelles.
GE. *Possum scire ex te verum?*
DI. *Potes. hodiè non cenabis.*

ACTVS

a Vide Calligr. tit. *Omnium. Felicitatis.*
b Similis ferè locus est Terent. Phorm. 1. 2. ✻. 88.
c Comprimam superbam Talthybij famam, & faciam, ut praeclara ejus facta prae meis minora videantur, atq; adeò omnes Nuncij prae me deinceps contemnantur.
d Nuncij & Praeconis in exercitu Graecorum.
e Contemni faciam. Vide Lex. *Verba Activa. Transitiva.* Sic *Decidere* Cas. 2. 3. ✻. 21. *decidisti unguenta.* h. e. decidere, & stillare fecisti. Sed nos ibi MSS. lectionem sequuti sumus. Sic Terent. Eunuch. 2. 2. ✻. 8. *Hic ego illum contemsi prae me.*
f Exercebo me. Vide Lex.
g Perij! vix cœptum curriculum est & jam absolvi. Pœnitet me spatij nimiùm brevis ad legitimam cursuram.
h An nihil commovemini? *Allegoria.* Ita Curc. 1. 2. ✻. 66. Mil. 2. 2. ✻. 60. *somno ludere.* Pseud. 2. 2. ✻. 60.
i Vt luerent pœnas fugitivi alicujus.
k Vide supr. ✻. 17.
l Terentius assumsit hanc sententiam. Hecyr. 5. 3. ✻. 12.
m Serpentes; anguillas. Insanus es, Parasite, atq; à Furiis agitaris. Vide Calligr. Tit. *Insania. Furoris.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

PANEGYRIS, Mulier. GELASIMUS. DINACIUM.

QUISNAM, *obsecro! h[a] u frangit foris? ubi'st?*
Tún' hæc facis? tún' mihi huc Hostis venis?
GE. *Salve! tuo arcersitu venio huc.* PA. *Eán' gratiâ foris ecfringis?*
GE. *Tuos inclama; tui delinquunt. ego, quid me velles, visebam.*
Nam equidem [a] *harunc miserebat.* DI. *Ergò auxilium properè latum'st eis.*
PA. *Quisnam hic loquitur tam prope nos?* GE. *Dinacium. ubi is est?*
DI. *Respice me; & relinque egentem Parasitum; Panegyris.*
PA. *Dinacium!* DI. *istuc indidêre nomen Majores mihi.*
PA. *Quid agis?* DI. *Quid agã; rogitas?* PA. *Quidni rogitẽ?* DI. *Quid mecũ'st tibi?*
PA. *Mein'* [b] *fastidis? Propudiose! eloquere properè; Dinacium.*
DI. *Jube me omittere igitur hos, qui retinent.* PA. *Qui retinent?* DI. *Rogas?*
Omnia membra laßitudo mihi tenet. PA. *Linguam quidem*
Sat scio tibi non tenere. DI. *Ita celeri* [c] *curriculo fui*
Properè à Portu; tui Honoris causâ. PA. *Ecquid adportas boni?*
DI. *Nimiò impartior multò* [d] *tanta plus, quàm speras.* PA. *Salva sum.*
DI. *At ego peri! quoi medullam laßitudo perbibit.*
GE. *Quid ego? quoi medullam ventris* [e] *percepit Fames.*
PA. *Ecquem convenisti?* DI. *Multos.* PA. *At Virum ecquem?* DI. *Quàm plurumos.*
Verùm ex multis nequiorem nullum, quàm hic est. GE. *Quomodo?*
Jamdudùm ego istum patior dicere injustè mihi.
Præterhàc si me [f] *irritaßis.* DI. *Edepol esuries malè.*
GE. *Animum inducam, ut istuc verum te eloquutum esse arbitrer.*
DI. *Munditias volo fieri. ecferte huc scopas, simulq; harundinem:*
Ut operam omnem Araneorum perdam, & texturam [g] *inprobem;*
DeIciamq; earum omnis telas. GE. *Miseræ algebunt posteà.*
DI. *Quid illas itidem esse censes? quasi te cum* [h] *veste unicâ.*
Cape illas scopas. GE. *Capiam.* DI. *Hoc egomet, tu hoc converre.* GE. *Fecero.*
DI. *Ecquis huc ecfert* [i] *Nasiternam cum aquâ?* GE. *Sine suffragio*
Populi tamen [k] *Ædilitatem hic quidem gerit.* DI. *Age; tu ocius*
Pinge [l] *humum; consperge ante ædis.* GE. *Faciam.* DI. *Factum oportuit.*
Ego hinc araneas de foribus deIciam, & de pariete,
PA. *Edepol rem negotiosam! quid sit; nihil etiam scio.*
Nisi fortè Hospites venturi sunt. DI. *Alij Lectos* [m] *sternite.*

GE. Prin-

a Forium *st.*
b An, & cur faciẽ tuam à me ut ignoto vel indigno avertis?
c Vide Calligr. Tit. *Currendi.*
d Nota. *Nimiò multo plus, quàm.* Sic Bacch. 1. 2. ℣. 21. & 4. 4. ℣. 14, 41. Vide Lex.
e Degustavit: vel, penitùs cepit, & totum pervasit. Men. 1. 5. ℣. 21. Vide loca παράλληλα in Lex. Pl. Sic Amph. 4. 3. ℣. 7. *Quid ego?*
f ἀποσιώπησις.
g Improbùs, & *Improbe.* Sic *Araneus* & *Aranea*: de consensu MSS.
h Ita *vestem aranearum* dixit Lucretius.
i Vas aquarium ansatum, & patens: quòd tres nasos, seu ansas haberet. Vide Lex. Citat hæc Nonius ex *Nervo i Loriâ* Plauti: fortassis memoriâ lapsus: ut in alijs multis.
k Vide Elect. Pl. Tit. *Curiositatis. Magistratûs.*
l *Sc.* floribus.
m Discubitorios. Indè *Lectisterniator.*

Digitized by Google

GE. *Principium* [a] *placet de Lectis.* DI. *Alij ligna cædite,*
Alij Pisces depurgate, quos Piscator adtulit.
Pernam, & glandium deicite. GE. *Hic hercle Homo nimiùm sapit.*
PA. *Non ecastor, ut ego opinor satis Eræ morem geris.*
DI. *Immò res omnis relictas habeo, præ quod tu velis.*
PA. *Tum tu igitur, quâ causâ missus es ad Portum,* mihi *expedi.*
DI. *Dicam. postquàm me misisti ad Portum cum luci simul,*
[b] *Commodùm radiosus ecce Sol superabat ex Mari.*
Dum perconctor Portitores, ecqua Navis venerit
Ex Asiâ; negant venisse. conspicatus sum interim
[c] *Cercurum: quo ego me majorem non vidisse censeo.*
In Portum vento secundo, velo [d] *passo pervenit.*
Alius alium percontamur: Quoja'st Navis? quid vehit?
Interim Epignomum conspicio tuum Virum, & Servom Stichum.
PA. *Hem! quid! Epignomum* [e] *eloquutu's?* GE. *Tuum Virum, & Vitam meam.*
DI. *Venit; inquam.* PA. *Tún' eum ipsum vidisti?* DI. *Ita ego,* & quidem *libens.*
Argenti, Auriq; advexit multum. GE. *Nimis* [f] *factum benè!*
Hercle verò capiam scopas; atq; hoc converram libens.
DI. *Lanam, purpuramq; multam.* GE. *Ehem! qui* [g] *ventrem vestiam.*
DI. *Lectos* [h] *eburatos, auratos.* GE. *Accubabo Regiè.*
DI. *Tum Babylonica* [i] *peristromata,* [k] *Solia, & Tapetia*
Advexit nimiùm bona rei. GE. *Hercle rem gestam benè!*
DI. *Pòst, ut occepi narrare, Fidicenas, Tibicenas,*
[l] *Sambucinas advexit secum formâ eximiâ.* GE. *Eugepæ!*
Quando adbibero; [m] *adludiabo. tum sum ridiculissumus.*
DI. *Posteà Vnguenta multigenerum multa.* GE. *Non vendo logos.*
Jam non facio auctionem; quando *mihi obtigit hæreditas.*
Malivoli [n] *perquisitores Auctionum perierint!*
Hercules; decimam esse adauctam, tibi quam vovi gratulor!
DI. *Pòst autem advexit secum Parasitos.* GE. *Heu!* [o] *perij miser.*
DI. *Ridiculosissumos.* GE. *Reverram hercle hoc, quod converri modò.*
PA. *Vidistin' Virum Sororis Pamphilippum?* DI. *Non.* PA. *Adest?*
DI. *Immò ajebant eum venisse semul. sed ego huc citus*
Præcucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem.
GE. *Venales logi sunt illi, quos negabam vendere.*
Ilicò ex meo malo'st, quod malivolentes gaudeant.
Hercules sanè, [p] *qui DEVS sis, discessisses non malè.*
PA. *I, i intrò, Dinacium. jube Famulos rem Divinam mihi adparent.*

a Placet quod initio facit mentionem Lectorum.
b Vide Lex. *Commo ium.*
c Navim Asianam prægrandem à Corcyrâ.
d Explicato, & quod vento impulsum, ac completum intumescebat, ac quasi prægnans fuit: vel, ut *Nonius*, laxo, & rugolo.
e Capt. 4. ... ℣. 98.
f Capt. 1. 1 ℣. 15.
g H. e. Principium. Vide suprà ℣. 16.
h Ebore nitentes. Vide Elect. Pl. Tit. *Triclinij.*
i Velaria. Umbhänge. Pseud. 1. 2. ℣. 15.
k Sedilia, in quibus tantum unus sedere poterat, quæ insternebantur Babylonicis stragulis. Vide Lex.
l H. e. Sambucistrias. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij. Triclinij.*
m Alludam, & adblandiar Mulieri. Ich will mich fein zuteppisch machen. Pœn. 5. 4. ℣. 62.
n Suprà. *Curiosi.*
o Quia inter novos Peregrinos vix locum ego habebo.
p Decimâ *sc.* adauctâ tibi ex hæreditate, quam frustrà cupidissime inhiaveram credulus: quam si ex sententiâ utriusque nostrûm cernere contigisset: næ tu pulchrè, ac basilice decimâ istâ, quam vovi, mactus, ac polluctus discessisses.

Digitized by Google

Benè vale. GE. *Vin' administrem?* PA. *Sat Servorum habeo domi.*
GE. *Enimverò, Gelasime; opinor, provenisti* [a] *futilè,*
Si neq; ille adest, neq; hic, qui venit, quicquam subvenit.
Ibo intrò ad LIBROS, *& discam* DE DICTIS MELIORIBUS.
Nam ni illos [b] *Homines expello; ego occidi planissumè.*

ACTUS TERTII
SCENA I.

EPIGNOMUS, Adolescens.
STICHUS, Servus.

QVÒM *benè gestâ salvos convortor domum,*
Neptuno [c] *grates habeo, & Tempestatibus:*
Simul Mercurio, qui me in Mercimoniis
Juvit, lucrisq; [d] *quadruplicavit rem meam.*
Olim quos abiens adfeci ægrimoniâ,
Eos nunc lætantis faciam adventu meo.
Nam jam Antiphonem conveni Adfinem meum,
Quomq; eo reveni ex inimicitiâ in gratiam.
Videte quæso; quid potest PECUNIA!
Quoniam benè re gestâ rediisse me videt,
Magnasq; adportavisse Divitias domum,
Sine [e] *Advocatu ibidem in Cercuro in* [f] *Stegâ*
In amicitiam, atq; in gratiam convortimus.
Et sic hodiè apud me cenat, & Frater meus.
Nam eri ambo in uno Portu fuimus, sed mea
Hodiè soluta'st Navis aliquantò priùs.
Age; abduc [g] *has intrò, quas mecum adduxi; Stiche.*
ST. *Ere;* [h] *si ego taceam, seu loquar; scio, scire te,*
Quàm multas tecum miserias [i] *mulcaverim.*
Nunc in hunc diem unum ex illis multis miseriis
Volo me Eleutheriam capere advenientem domum.
EP. *Et jus, & æquom postulas: sumas; Stiche.*
In hunc diem: te nihil moror; abi, quò lubet.
Cadum tibi veteris Vini propino. ST. *Papæ!*
Ducam hodiè Amicam. EP. *Vel decem; dum de tuo.*
Vbi cenas hodiè? si hanc rationem instituis.

[a] Prodiisti huc frustrà, & sine quæstu, adeoque spē habuisti inanem de emolumento aliquo. Vide Lex. *Futile.* Est vas lato ore, angusto fundo, quo utebantur in Sacris Vestæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Vesta.* Men. 5. 5. ℣. 61. Rud. 3. 5. ℣. 57. Truc. 2. 4. ℣. 13. Vide Lex. *Provenire.*
[b] Illos Parasitos, quos secum Epignomus advexisse dicitur. Per *Libros* intelligit Facetiarum libros. Possenbuch. Sic Capt. *Parasitus inspicit libros.*
[c] Vide Elect. Pl. Tit. *Naufragij. Deorum. Mercurij. Mercatorum.* Tempestas DEA erat Romæ. Horat. Epod. 10. ℣. 24. *Tempestatibus agna immolabitur.*
[d] Quadruplo auxit.
[e] Sine Amicis cōmuniter adhibitis.
[f] In tabulato navis. *Nonnus.* Vide Lex.
[g] Fidicinas.
[h] Sive. Vide Lex. *Si.*
[i] ἐξηριθμησάμην, *numeravim.* Vide Lex.

ST. *Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxumo,*
Tui Fratris Ancillam; ei [a] *condixi in* [b] *symbolam*
Ad cenam, ac ejus Conservom Sagarinum Syrum.
Eadem est Amica ambobus; Rivales sumus.
EP. *Age; abduc eas intrò: hunc tibi dedo diem,*
ST. *Meam culpam* [c] *habeto, nisi probè excruciavero.*
Jam hercle [d] *ego per Hortum Amicam transibo meam,*
Mi hanc occupatum noctem: eâdem symbolam
Dabo, & jubebo [e] *ad Sagarinum cenam coqui.*
Aut egomet ibo, atq; obsonabo obsonium.
Atq; id ne vos miremini; [f] *Homines Servolos*
Potare, amare, atq; ad cenam condicere.
Licent hæc Athenis nobis: sed quòm cogito,
Potiùs [g] *quàm in dividiam veniam, est etiam hic ostium*
Aliud posticum nostrarum harunce Ædium,
(Posticam partem magis utuntur Ædium)
Eâ ibo obsonatum; eâdem referam obsonium
Per Hortum, utroq; [h] *commeatus continet.*
Ite [i] *hâc secundùm vos me! ego hunc lacero* [k] *diem.*

---

a Vide Calligr. tit. *Conservi.* Ego ad Stephanium Amicam communem etiam invocatus veniam ad cenam.
b Vide Lex. *Symbola.*
c Me accusato, nisi ego hunc diem totum in Genio curando consumsero: quasi dies videatur vexari, cùm eum potando, scortando conterimus. Est Metaphora ab iis, qui hostes deditos inclementer habēt. Horat. lib. 2. Od. 7. ℣. 6.
d *Syntaxis est.* Ego per hortum transibo occupatum Amicam meam, hanc noctem. *Vel:* occupatum noctem.
e Apud. Vide Lex. *Ad.*
f Vide Elect. Pl. Tit. *Comœdiarum. Fabularum. Servorum,* Atticorum Servorum magna fuit licentia.
g *H. e.* Romanis legibus fraudem faciam, undè mihi periculum creem: quia Romæ sum, non Athenis. Vide Lex. *Dividia.*
h Ad alteras ædes ab alteris commeatus continuatus est. Mil. 2. 5. ℣. 33.
i Sequimini me.
k Garriendo perdo. Vide Calligr. *Temporis.* Horat. lib. 2. Od. 7. ℣. 6.

ACTUS TERTII
SCENA II.

GELASIMUS, Parasitus.
EPIGNOMUS, Adolescens.

LIBROS [l] *inspexi tam confido, quàm potest,*
Me meum obtenturum [m] *Regem Ridiculis meis.*
Nunc interviso; jamne à Portu advenerit:
Ut eum advenientem meis dictis deliniam.
EP. *Hic quidem Gelasimus est Parasitus, qui venit.*
GE. *Auspicio* [n] *hodiè hercule optumo exivi foràs,*
Mustela murem mihi *abstulit* [o] *prater pedes.*
Quòm [p] *Strenâ obscævavit. spectatum hoc mihi 'st.*
Nam ut illa [q] *vitam repperit hodiè sibi;*

Item

cum quo morantem sæpè diem fregi. l De Ridiculis *scil.* ut suprà 2. 1. ℣. 74. Et fortassè alludit ad libb. Sibyllinos. m Epignomum, qui me alit. n *H. e.* Auspicio liquido. Vide Elect. Pl. Tit. *Auspicij.* o Ante pedes. Vide Lex. *Præter.* p Nempe Mus erit Strena Mustelis. Eum Murem cum Strenâ malo auspicio obscævavit. Vide Lex. *Scæva.* & infr. 5. 1. ℣. 24. q *H. e.* victum. Vide Lex.

Item meo spero facturum. [a] *Augurium hac facit.*
Epignomus hic quidem 'st, qui adstat: ibo; atque adloquar.
Epignome; ut ego te nunc conspicio lubens!
Ut præ lætitiâ lacrumæ prosiliunt mihi!
Valuistin' usque? EP. *Sustentatum 'st* [b] *sedulò!*
GE. *Benè, atque amicè dicis. DI dent quæ velis!*
Propino tibi Salutem plenis faucibus.
Cenabis illi apud me, quoniam salvos advenis.
EP. *Vocata 'st* [c] *opera nunc quidem: tam gratia 'st.*
GE. [d] *Promitte.* EP. *Certum 'st.* GE. *Sic fac; inquam.* EP. *Certa res est.*
GE. *Lubente me hercle facies.* EP. *Idem ego istuc scio.*
Quando usus veniet; fiet GE. *Nunc ergò usus est.*
EP. *Non edepol possum.* GE. *Quid gravare? censeo,*
Eas! nescio quid verò habeo in [e] *mundo.* EP. *I modò!*
Alium Convivam quærito in hunc diem tibi.
GE. *Quin tu promittis?* EP. *Non graver; si possiem.*
GE. *Unum quidem hercle certum promitto tibi;*
Libens accipiam, certò si promiseris.
EP. *Valeas.* GE. *Certúmne 'st?* EP. *Certum. cenabo domi.*
GE. *Quandoquidem* operam *tuam non vis promittere:*
Vin' ad te ad cenam veniam? EP. *Si possim; velim:*
Verùm hic apud me cenant [f] *alieni novem.*
GE. *Haut postulo equidem med* [g] *in lecto accumbere.*
Scis tu med esse Imi [h] *SubsellI Virum.*
EP. *At ii Oratores sunt Populi Summi Viri:*
[i] *Ambraciâ veniunt huc Legati publicè.*
GE. *Ergò Oratores Populi Summates Viri*
Summi accumbent; ego infimatis [k] *infimus.*
EP. *Haut æquom 'st te inter Oratores accipi.*
GE. *Equidem hercle Orator sum: sed procedit parùm.*
EP. *Cras de reliquiis nos* [l] *volo. multùm Vale!*
GE. *Perii hercle verò planè; nihil* [m] *obnoxiè.*
Certum 'st [n] *Mustelæ posthàc numquam credere.*
Nam incertiorem nullam novi Bestiam.
[o] *Quæne ipsa deciens in die mutat locum.*
Eam [p] *ego auspicavi in re Capitali meâ.*
Uno Gelasimo minus est, quàm dudùm fuit.
Certum 'st Amicos convocare; ut consulam,
Quâ lege nunc med esurire oporteat.

a Quemadmodū Mustela victum reperit: ita ego ex augurio meum quoq; inveniam. Ecce enim Epignomus se mihi offert.
b Sedulò nos ipsi sustentavimus: usque adhuc benè valemus. Nota Verbum: *Sustentare se. i. ipsos.* Sic *Portare se; Vectare se;* dicunt Latini. Vide infr. 4. 2. ℣. 8.
c Alio vocatus sum ad cœnam. Tamen gratias ago. *Tam:* pro, *Tamen.* Men. 2. 5. ℣. 16. Vide Lex.
d Cœnam mihi.
e in promtu: paratum. Ich hab sonst etwas vor der Handt / gehe du fort: ich kan jetzo nicht erscheinen.
f H. e. alii. ut suprà Men. 5. 1. ℣. 44. ut *scientes, dubientes.*
g Vide Elect. Pl. tit. *Triclinij. Convivij.* Servi non in lecto, sed in subselliis juxtà lectum sedentes vesci solebant. infrà 5. 4. ℣. 21.
h Vide Lex. *Subsellium.* & Elect. Pl. Tit. *Magistratûs.*
i Urbe Epiri, sive Thesprotiæ.
k Infimi ordinis.
l Sc. cœnare.
m Clementer. Vide Lex. *Obnoxiosius.*
n Vide Lex. *Mustela.* Plin. lib. 29. cap. 9.
o τὸ *ne* παρέλκει. Vide Lex. *ne.*
p Eam, ut auspiciū mihi faceret sumsi in re mea, quę ad caput & salutem pertinet.

Digitized by Google

ACTVS QVARTI
SCENA I.

Antipho, Senex. Pamphilippus. Epignomus.

Ita me DI benè ament! measq; mihi benè servaßint Filias!
Vt mihi volupe'st, Pamphilippe! quia vos in Patriam domum
RedIsse video, benè gestá re, ambos: te, & Fratrem tuum.
PA. *Satis abs* [a] *te accipiam, nisi videam mihi te Amicum esse; Antipho.*
Nunc, quia te Amicum mihi experior esse, creditur [b] *tibi.*
AN. *Vocem ego te ad me ad cenam! Frater tuus nisi dixisset mihi,*
Te apud se cenaturum hodiè, quòm me ad se ad cenam vocat.
Et magis par fuerat, me dare vobis cenam Advenientibus,
Quàm me ad illum promittere; nisi nollem ei advorsarier.
Nunc me gratiam abs [c] *te inire verbis nihil desidero:*
Cras apud me eritis, & tu, & ille, cum vostris Vxoribus.
PA. *Et apud me perendiè. nam ille eri me jam vocaverat*
In hunc diem. sed satin' ego tecum pacificatus sum? Antipho.
AN. *Quando ita rem geßistis, uti vos vellem, Amicos atq; áddecet,*
Pax [d] *conmerciumq; 'st vobis mecum. nam hoc tu facito cogites,*
VT quoiq; Homini res parata'st, firmi Amici sunt: si res lassa labat;
Itidem Amici conlabascunt. RES AMICOS INVENIT.
EP. [e] *Jam redeo. nimia volupta'st. si diu afueris à domo,*
Domum si redieris si tibi nulla'st ægritudo animo obviàm.
Nam ita me absente familiarem rem Vxor curavit meam,
Omnium me exilem, atq; inanem fecit ægritudinum.
Sed eccom fratrem Pamphilippum! incedit quom Socero suo.
PA. *Quid agitur? Epignome.* EP. *Quid tu? quàm dudùm in Portum venis*
Huc? PA. [f] *Longissumè.* EP. *Postillà jam iste est tranquillus tibi?*
AN. *Magis quàm Mare, quà ambo estis vecti.* EP. *Facis, ut alias res soles.*
Hodiène exoneramus Navem? Frater. PA. [g] *Clementer volo.*
Nosmet potiùs oneremus [h] *vicissatim voluptatibus.*
Quàm mox cocta'st cena? inpransus ego sum. EP. *Abi intrò ad me; &* [i] *lava.*
PA. DEOS [k] *salutatum, atq; Vxorem, modò intrò devortor domum.*
EP. *Apud nos hìc eccilla' festinat cum Sorore Vxor tua.*
PA. *Optumum 'st. jam istoc mora minus erit.* EP. *Jam ego apud te ero.*
AN. *Priusquàm abis, præsente te huic* APOLOGUM [l] *me agere unum volo.*

[a] *H. e.* nisi certò scirem, te mihi esse Amicum, tibi non crederem, & te ut Fidejussores, aut Sponsores poscerem, qui hoc mihi ita esse promitterent, & præstarent: nunc qui te experior, te mihi Amicum esse, hoc tibi credo sine sponsoribus. Vide Calligr. *Certitudino.* Most. I. 3. ℣. 67.

[b] A me. Vide Langlæum Otij Semestris lib. 8. cap. 15.

[c] Tibi gratificari verbis.

[d] *Allegoria.* Inter quas civitates bellum est, non est commercium.

[e] Verba domo egredientis sunt ad Familiares pronunciata, quibus se mox rediturum affirmat. Nam forte fortunâ incidit in Pamphilippũ, non destinato.

[f] Iam dudum.

[g] Non nimis properè.

[h] Per vices.

[i] Vide Elect. Pl. tit. *Convivij.*

[k] Deos adoratum. Vide Calligr. *Adorandi.*

APOLOGVS.

[l] τὸ μυ παρέλκει, Vide Lex.

EP. Ma-

EP. *Maxumè!* AN. FUIT *olim,* [a] QUASI EGO *sum;* SENEX. *ei Filiæ*
Duæ erant, quasi nunc meæ sunt: eæ erant duobus nuptæ Fratribus,
Quasi nunc meæ sunt vobis. PA. *miror, quò evasuru'st Apologus.*
AN. *Erat minori illi Adulescenti Fidicena, & Tibicena,*
Quam peregrè advexerat, QUASI NUNC TU: *sed ille erat celebs Senex,*
QUASI EGO *nunc sum.* PA. *perge porrò! præsens* [b] *hic quidem'st Apologus.*
AN. *Deinde Senex ille illi dixit, quojus erat Tibicena,*
QUASI EGO *nunc tibi dico.* PA. *ausculto; atq; animum adverto sedulò.*
AN. *Ego tibi meam Filiam, benè quîcum cubitares, dedi:*
Nunc mihi reddi ego æquom esse abs te, quîcum cubitem, censeo.
PA. *Quis istuc dicit? an ille* QUASI-TU.? AN. QUASI-EGO *nunc dico tibi.*
Immò duas dabo, inquit ille Adulescens; una si parum'st.
Et si duarum pœnitebit, inquit; addentur duæ.
PA. *Quis istuc, quæso? an ille* QUASI-EGO? AN. *is ipse* [c] QUASI-TU. *tũ Senex.*
Ille QUASI EGO: *Si vis, inquit; quattuor sanè dato.*
Dum equidem hercle quod edant, addas; meum ne [d] *contruncent cibum.*
PA. *Videlicet* [e] *parcum illum fuisse Senem, qui id dixerit:*
Quoniam ille [f] *illi pollicetur, qui eum cibum poposcerit.*
AN. *Videlicet fuisse illum nequam Adulescentem, qui ilicò,*
Ubi ille poscit, denegavit, se dare granum Tritici.
Hercle quia æquom postulabat ille Senex: quandoquidem
Filiæ illæ dederat Dotem, accipere [g] *pro Tibicenâ.*
PA. *Hercle ille quidem certò Adulescens doctè vorsutus fuit,*
Qui Seni illi Concubinam dare dotatam noluit.
AN. *Senex quidem voluit; si posset indipisci de* [h] *cibo:*
Quia nequit, quâ lege licuit; velle dixit fieri.
Fiat! ille inquit Adulescens. facis benignè; inquit Senex.
Habeón' rem [i] *factam? inquit. faciam ita, inquit, ut fieri voles.*
Sed ego ibo intrò, gratulabor vostrum adventum [k] *Filiis.*
Posteà ibo lavatum in [l] *Pilum. ibi* [m] *fovebo senectutem meam.*
Pòst, ubi lavero, otiosus vos opperiar accubans.
PA. *Graphicum Mortalem Antiphonem! ut Apologum fecit! quàm* [n] *fabrè!*
Ut & jam nunc scelestus se esse [o] *ducit pro Adulescentulo!*
Dabitur Homini Amica, noctu quæ in Lecto [p] *accendet Senem.*
Namque edepol [q] *aliud quidem illi, quid Amicâ opus sit, nescio.*
Sed quid agit Parasitus noster Gelasimus? etiam valet?
EP. *Vidi edepol Hominẽ haut perdudùm.* PA. *quid agit?* EP. *quod Famelicus.*
PA. *Quin vocasti Hominem ad cenam!* EP. *ne quid adveniens* [r] *perderem?*

a Quemadmodum. Vide Lex. *Quasi.*
b Quoniam quidem nos in re præsenti sumus, in quorum personas Apologus ille examussim cõvenit.
c Is ipse Adolescens, quasi tu senex, dixit illa superiora.
d Absumant. Ideò Lucillius magnos istas Manducones *Cibicidas* appellat.
e Videas licet. Vide Lex.
f Adolescens Seni.
g *Sc.* dotem.
h Cum Puellis etiam alimoniam obtinere.
i An aliquid polliceris? Ist etwas bey dir zuerhalten?
k Filiabus.
l *Pilum* fortè fuit insigne Balinearũ. ut *Malum Punicum* insigne Domûs. Suet. Vespas. cap. 1. Vide Elect. Pl. Tit. *Conviviorum:* & *Balnei.*
m Istâ lotione, isto balneo.
n Artificiosè.
o τὸ *esse* παρέλκει. Vide Lex. vult haberi Adolescens Capt. 2. 3. ℣. 76.
p Quæ amplexu suo cum foveat, & calefaciat, ut Senẽ. Vide Elect. Plaut. Tit. *Nuptiarum* ex Alberico Gentili lib. 5. cap. 1.
q Ad aliud: in aliam rem.

r Perderémne quid adveniens statim? Vide Lex. *Perdere.*

Digitized by Google

Atq; eccom tibi Lupum [a] *in sermone! præsens esuriens adest.*
PA. *Ludificemur Hominem!* EP. *capti* [b] *consili memorem mones.*

a In familiari colloquio. Sic. *Lupus in fabulâ*. Teren. Adelph. 4. 1. ℣. 22.
b Mones me memorem consilii, quod jam ipse ceperam. Pseud. 4. 1 ℣. 30.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

GELASIMUS, Parasitus. PAMPHILIPPUS. EPIGNOMUS.

SED [c] *ita, quod occepi narrare vobis, quòm hic non adfui,*
Cum Amicis deliberavi jam, & cum Cognatis meis.
Ita mihi auctores fuére, ut egomet med hodiè jugularem fame.
Sed videóne ego Pamphilippum cum Fratre Epignomo? atq; is est.
Adgrediar Hominem. sperate Pamphilippe! ô Spes mea!
O mea Vita! ô mea Voluptas! salve! salvom gaudeo.
Peregrè te in Patriam reddîsse salvam PA. *Salve! Gelasime.*
GE. *Valuistín' benè?* PA. *sustentavi* [d] *sedulò.* GE. *edepol gaudeo.*
Edepol na egomet mihi Modiûm nunc mille esse Argenti velim.
EP. *Quid eo tibi opu'st.* GE. *hunc ad cenam hercle ut vocem! te non vocem?*
EP. *Advorsùm* [e] *te fabulare.* GE. *illud quidem: ambos ut vocem.*
EP. *Edepol te vocem libenter; si superfiat locus.*
GE. *Quin* [f] *tu! stans* [g] *obstrusero aliquid strenuè.* EP. *immò unum hoc potest.*
GE. *Quid?* EP. *ubi Convivæ abierint; tum venias.* GE. *væ* [h] *Ætati tuæ!*
EP. *Vnà lautum; non ad cenam dico.* GE. *DI te perduint!*
Quid ais? Pamphilippe. PA. *ad cenam hercle aliò promisi foràs.*
GE. *Quid! foràs!* PA. *foràs hercle verò.* GE. *qui? malum! tibi lasso lubet*
Foris cenare. PA. *utrum tu* [i] *censes?* GE. *jubén' domí cenam coqui?*
Atq; ad illum [k] *renunciari?* PA. *solus cenabo domí?*
GE. *Non* [l] *enim solus: me vocato.* PA. *at ille ne suscenseat,*
Meâ qui causâ sumptum fecit. GE. *facilè excusari potest.*
Mihi modò ausculta: jube domí cenam coqui. EP. *non me quidem*
Faciet auctore, hodiè ut illum decipiat. GE. *non tu hinc abis?*
Nisi me non perspicere censes, quid agas, cave sis tu tibi.
Nam illic [m] *Homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens Lupus.*
Non tu scis? quàm ecflictentur [n] *Homines noctu hic in viâ.*
PA. *Tantò pluris, qui defendant, ire advorsùm jussero.*
EP. *Non* [o] *it; non it: quia tanto opere suades; ne* [p] *ebitat.* GE. *jube*
Domí mihi, tibi, tuaq; Vxori celeriter cenam coqui.
Si hercle faxis, non opinor dices, deceptum fore.

c Alludit ad id, quod est supra 3. 2. ℣. 1. & 47. Vide etiam eandem formulam Rud. 4. 4. ℣. 21. Trin. 4. 2. ℣. 52. Nempe quod absens meditatus, & molitus erat, eàdem operâ nunc narrasse videri vult:
d Vide Calligr. *Valetudinis*. suprà 3. 2. ℣. 14.
e Quia tu es Pater cœnæ, & Conviator.
f *Sub.* vocas.
g nihil moror ego accubere: stans comedero. Vide Lex. *Obstrude e edere*. Vide Cas. 3. 5. ℣. 58. Mostell. 4. 1. ℣. 54.
h *Id est,* tibi.
i *Sc.* me domi cœnare, an foris.
k *Sc.* non iturum.
l *Pro* Enimvero.
m Epignomus.
n a præmiatoribus nocturnis, à cœnâ redeuntes. Vide Elect. Pl. *Grassatorum nocturnorũ*.
o *Sc.* ad cœnam apud se.
p Exeat. Vide Lex. *Bitere*.

PA. *Per hanc tibi* [a] *cenam incenato, Gelasime, esse hodiè licet.*
GE. *Ibisne ad cenam foràs?* PA. *apud Fratrem ceno, in proxumo.*
GE. *Certùmne'st?* PA. *certum.* GE. *edepol te hodiè lapide percussum velim.*
PA. *Non metuo. per Hortum transibo; non prodibo in publicum.*
EP. *Quid ais? Gelasime.* GE. *Oratores tu accipis: habeas tibi.*
EP. *Tuâ pol refert enim.* GE. *siquidem meâ refert,* [b] *operâ utere:*
Posce [c] EP. *edepol tibi, opinor, etiam uni locum conspicor,*
Vbi accubes. PA. *sanè faciundum censeo.* GE. *ô Lux Oppidi!*
EP. *Si artè poteris accubare.* GE. *vel* [d] *inter Cuneos ferreos.*
Tantillum loci, ubi Catellus cubet, id mihi sat erit loci.
EP. *Exorabo* [e] *aliquo modo. veni* [f]. GE. *hùcine* [g]*?* EP. *immò in Carcerem.*
Nam hic quidem meliorem Genium tuum non facies [h]*: eamus, tu!*
PA. *DEOS salutabo modò: posteà ad te continuò transeo.*
GE. *Quid igitur?* EP. *dixi equidem* [i], *in Carcerem ires.* GE. *quin, si jusseris,*
Eò quoq; ibo. PA. *DI immortales! hìc quidem in summam Crucem*
Cenâ aut prandio perduci potest. GE. *ita ingenium meum'st.*
Quicumvis depugno multò faciliùs, quàm cum Fame.
PA. *Non ergò is tu? apud ne satis spectata'st mihi jam tua felicitas.*
Dum Parasitus mihi, atq; Fratri fuisti; rem confregimus.
Nunc ego nolo è Gelasimo mihi te [k] *Katagelasimum.*
GE. *Iámne* [l] *abiisti? Gelasime. vide, quid es capturus consilî.*
Egóne? túne? mihíne? tibíne? vides? ut Annona'st gravis!
Vides? benignitates Hominum ut periêre! & [m] *prothymiæ.*
Vides [n] *Ridiculos nihili fieri? atq; ipsos* [o] *parasitarier?*
Numquam edepol me vivom quisquam in crastinum inspeciet diem.
Nam mihi jam intumpotione [p] *vineâ onerabo gulam.*
Neq; ego hoc conmittam, ut Homines mortuum me dicant fame.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

STICHUS.

MORE *hoc fit, atq; stultè, meâ sententiâ:*
Si quem Hominem exspectant, eum solent [q] *provisere,*
Qui hercle illâ causâ nihilo ociùs venit.
Idem ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,

[a] Si nulla tibi alia cœna parata est, quam ea, quæ domi nostræ parabitur, incœnatus hodie dormies.
[b] Vide Calligr. *Offic.* Tua opera est, utere, posce. Ex Formulâ.
[c] *Sc.* operam: & utere eâ in edendo. Aul. 2. 1. ℣. 22.
[d] *Vel*, etiam in arctissimo potero accumbere loco, qualis est inter cuneos.
[e] Vt *sc.* Convivæ arctiùs cubent, & Gelasimum admittant.
[f] Gelasime.
[g] Ad Epignomum.
[h] Curabis.
[i] Quia arctè tibi cubandum. τὸ *igitur* valet *tum*. Vide Lex.
[k] Nolo te è Ridiculo & Vrbano risum movente, fieri derìdiculum, & derisui esse.
[l] Vtrum inter vivos, an mortuos numerari vis? Gelasime. Vide Lex. *Abire*. & Calligr. *Mortu.*
[m] Animorum alacritates, promtæ voluntates.
[n] Qui risum movent. Brüllenreisser/Possenreisser.
[o] à Divitibus, ut à Parasitis captari, & jactari.
[p] Laqueo, quo collum vincitur. Alludit ad potionē vineam, vel vinaceam.
[q] Porrò - visere, longè, ultrò vis.

Qui nihilo ociùs venit tamen hâc [a] *gratiâ.*
Iam hercle ego [b] *decumbam solus, si ille huc non venit,*
Cadum modò hinc à [c] *me huc cum Vino transferam:*
Posteà accumbam. quasi [d] *senex tabescit dies.*

ACTVS QVINTI
SCENA II.

SAGARINUS. STICHUS: Servi duo.

SALVETE, *Athenæ! quæ Nutrices Græciæ.*
VT *Terra Erilis* PATRIA; *te video libens!*
Sed Amica mea & Conserva, quid agat Stephanium,
Cura est; ut valeat. nam Sticho mandaveram,
Salutem ut nuntiaret, atq; ei ut diceret,
Me hodiè venturum, ut cenam coqueret temperi.
Sed Stichus est hic quidem. ST. *fecisti, Ere, facetias,*
Quòm hoc donavisti [e] *dono tuum Servom Stichum.*
Pro DI *inmortales! quot ego voluptates fero!*
Quot risiones! quot jocos! quot savia!
Saltationis! blanditias! prothymias!
SA. *Stiche!* ST. *hem!* SA. *quid fit?* ST. *euge! Sagarine lepidissume!*
Fero Convivam [f] *Dionysium mihiq; & tibi.*
Namq; edepol cena dicta'st! locus liber datus'st
Mihi, & tibi apud vos. nam apud [g] *nos est Convivium.*
Ibi [h] *vosler cenat cum Vxore adeò, &* [i] *Antipho.*
Ibidem Eru'st noster. hoc mihi dono datum'st.
SA. *Quis* [k] *somniavit Aurum?* ST. *quid id* [l] *ad te àdtinet?*
Proin tu lavare propera. SA. *lautus sum.* ST. *optumè.*
Sequere ergò hàc me intrò. SA. *ego verò sequor.*
ST. *Volo eluamus* [m] *hodiè peregrina omnia.*
Relinque. Athenas nunc colamus: sequere me.
SA. *Sequor, & domum redeunti principium placet.*
Bona [n] *Scæva, Strenaq; obviàm occessit mihi.*

a Quòd eum proviso.
b Cubabo in lecto molliter & remissè. Vide Lex. *Decumbere.*
c à cellâ Heri mei.
d Nota: *Senex dies.* Quod Epitheton alijs quoq; addi solet. Vide Lex. Plaut. quò talia exempla referenda sunt.
e Cado vini. ut supra.
f Bacchum.
g *H. e.* domi nostræ.
h Epignomus.
i Pro: *Antiphone:* Sic *Tranium:* pro, *Tranionem* dixit Most. 3.1.℣.33. Et *Electri filia:* pro; *Electryonis.* Ampn. Prol. ℣.99.
k Quis furatus est Aurum? *Somniator,* est, *Dormitator:* Fur nocturnus. ἡμερόκοιτος. Fures enim somnium simulando Aurum quærunt. Vide Elect. Plaut. Tit. *Templorum.* & *Furti.* Seneca de brevitate vitæ cap. 11. Ibi vide Animadversiones & Collectanea ex varijs Auctoribus.
l Sed modo tu unà sequaris.
m Quicquid peculij est, profundamus.
n *H. e.* ego bonis avibus domū redeo. Vide Lex. *Scæva, Strena* Et Elect. Pl. *Ominis.* suprà 3. 2.℣.8.

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS QVINTI SCENA III.

STEPHANIUM, Ancilla.

MIRUM videri nemini vostrûm volo, Spectatores,
Quid ego hinc, quæ [a] illìc habito, exeam: faciam vos certiores.
Domo dudùm huc arceßita sum. quoniam nuntiatum'st,
Istarum venturos Viros. ibi festinamus omnes,
Lectis [b] sternendis studuimus, munditiisq; adparandis.
Inter illud tamen negotium meis curavi Amicis,
Sticho, & Conservo Sagarino meo, cena cocta ut esset.
Stichus obsonatu'st. [c] caterùm ego curando id adlegavi.
Nunc ibo hinc, & Amicos meos curabo hîc advenientis.

ACTVS QVINTI SCENA IV.

SAGARINUS. STICHUS: Servi duo.

AGITE; ite foràs, ferte [d] pompam! Cado te præficio, Stiche.
Omnibus modis temperare certum'st nostrum hodiè Convivium.
Ita me DI ament! lepidè accipiemur, quò hoc recipiamur in loco.
Quisquis prætereat, [e] commissatum volo vocari. ST. convenit:
Dum quidem hercle quisq; veniat cum Vino suo. nam hinc quidem
Hodiè [f] polluctura. præter nos jactura jam dabitur nemini.
Nosmet inter nos ministremus; [g] Monotrophe. hoc convivium'st
Pro opibus nostris, satis commodulè Nucibus [h] Fabulis Ficulis,
Oleâ in [i] tryblio; Lupilli comminuto crustulo.
Sat est. SERVO HOMINI modestè melius facere sumptum, quàm amplìter.
Suum quemq; decet. quibus Divitiæ domí sunt, Scaphio, & Cantharis,
[k] Batiolis bibunt: at nos nostro [l] Samiolo Poterio.

[a] Ex ædibus Epignomi.
[b] Vide Merc. I. 2. ℣. 80.
[c] Cæteròquin ego aliquem privatim misi, qui id curaret, & coqueret.
[d] Ordine, ut fit in pompâ.
[e] Ad saltandum, lasciviendum, jocandum, moliterqui vivendum. Vide Lex. *Commissari.* sic suprà 2. 1. ℣. 28.
[f] Concinna *scil.* est structura Cõvivij. Vide Lex. *Polluc̃ere.* Et jactura Talorum præter nos nemini dabitur. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij. Talorum.*
[g] Quòd solus sit, nec Contubernalem habeat Ancillam, nec Vicarium: ita ut sibi ipse sic minister: & solus vescatur.
[h] Parvis fabis.
[i] Catino, aut patellâ. Vide Lex. Durities autem Lupini requirit, ut comminuatur.
[k] Poculis. Vide Lex.
[l] Ex Samio luto facto *sc.* bibimus.

Tamen vivimus: nos tamen ecficimus pro opibus nostra [a] *mœnia!*
SA. *Amica uter* [b] *utrubi accumbamus?* ST. *abi tu sanè superior.*
Atq; adeò, ut tu scire possis factum; ego hoc tecum divido.
Vide, utram tibi libet etiamnum capere; cape Provinciam.
SA. *Quid istuc est Provinciæ?* ST. *utrum* [c] *Fontinali, an Libero*
Imperium te inbibere mavis? SA. *nimiò* [d] *liquidò Libero.*
Sed Amica mea & tua dum comit, dumque se exornat; nos volo
Tamen ludere inter nos. [e] *Stratégum te facio huic Convivio.*
ST. *Nimiùm lepidè in mentem venit: potiùs in* [f] *subsellio.*
Cynicè accipiemur, quàm in Lectis. SA. *immò enim* [g] *hìc magis est dulciùs.*
Sed interim, Stratége noster; cur hic cessat Cantharus?
Vide; quot Cyathos [h] *bibimus?* ST. *tot,* [i] *quot digiti sunt tibi in manu.*
Cantio 'st Græca: ἢ πέντε πίν'· ἢ τρία πίν'· [k] ἢ μὴ τέτλαρα.
SA. *Tibi* [l] *propino deccom! à Fonte tibi túte inde, si sapis.*
BENE [m] VOS! BENE NOS! BENE TE! BENE ME! BENE NOSTRAM ETIAM STEPHANIUM!
ST. [n] *Bibe; si bibis.* SA. *non mora erit apud me.* ST. *edepol convivI* [o] *sat est;*
Modò nostra huc Amica accedat. id abest; aliud nihil abest.
SA. *Lepidè hoc actum 'st: tibi* [p] *propino Cantharum; Vinum tu habes.*
Nimis vellem aliquid [q] *Pulpamenti.* ST. *si horum, quæ adsunt, pœnitet,*
Nihil est. tene Aquam. SA. *meliùs dicis. nihil moror* [r] *Cuppedia.*
Bibe; Tibícen. age; si quid agis. bibendum hercle hoc est; ne nega.
Quid hic fastidis? quod faciundum vides esse tibi. quin bibis!
Age; si [s] *quid agis. accipe, inquam. non hoc inpendet* [t] *publicum.*
Haut tuum istuc est te vereri; eripe ex ore Tibias.
ST. *Vbi illic biberit, vel servato meum* [u] *modum; vel tu dato.*
Nolo [x] *ego nos pro summo bibere: nulli rei erimus posteà.*
Namq; edepol, quàm; vide! [y] *subitò vel Cadus vorti potest!*
SA. *Quid igitur? quamquam* [z] *gravatus fuisti; non nocuit tamen.*
Age; Tibícen; quando bibisti, refer ad labias Tibias.
Suffla celeriter tibi buccas, quasi [aa] *Proserpens Bestia.*

a Munera, munia. *Allegoria.*
b Vter utro in loco accumbamus, Amice. Vide Elect. Pl. *Convivij.* Sic. 5. 5. ℣. 9.
c Vtrum Aquæ an Vino præesse mavis? Nota. *Inbibere imperium.* Est: *Habere imperium*: seu; præesse. Vide Elect. *Convivij.*
d Nimis liquidum & clarum est, me malle Baccho præsidere, quàm Fontinali, Deo fontium.
e *Strategus*, est; Cōvivij Magister. Vide Elect. Pl. *Convivij.*
f Nota Servos, & sordidos, item Cynicos Philosophos in mensam non accubuisse, sed sedisse. Vide Elect. Pl. *Convivij.*
g Nota syntaxin Græcam. Men. Pr. ℣. 55.
h H. e. bibere voluimus. Præsens est, nō Præteritū.
i Quinque: alterius sc. manùs dūtaxat. Vide Elect. Pl. *Convivij.*
k Aut quinq; bibe, aut tria: non autem quatuor. Vide Elect. Pl. *Convivij.*
l Ego tibi ex Libero propino: tu Stichō ex Fontinali tibi infunde.

Age

m *Sc.* vivere & valere precor. Vide Calligraph. *Vovendi.* n Si vis bibere, bibe. o Satis amplum Convivium. p *H. e.* trado, porrigo Canth. vacuum. q Oblonium lautum è pulpâ, parte carnosiore. Vide Lex. r Vide Lex. *Cupes.* s Formula hæc usitata Plauto. Paulò ante ℣. 28. Cas. 41. ℣. 7. Menæch. 5. 5. ℣. 43. Mil. 2. 1. ℣. 60. Trinum. 4. 2. ℣. 139. Clitell. *Quin is! si itura es, nimium es gradu vegrandi.* Theocr. λέγ' εἴπ λέγεις! t In eo non sunt sitæ Fortunæ publicæ. Hoc poculum, quod te bibere volo, nullum Vectigal pensitabit. u Vel eo modo, quem præscripsi, bibito: vel tu ipse, quantum bibamus, præscribito. x Nolo nos tam immanibus haustibus bibere, quasi ultimò simus poturi. Sic enim inepti reddemur ad omnes actiones. Facilis hæc interpretatio magis arridet, quàm affirmativa altera: *Volo.* Et, *pro summo*, valet: *ad summum modum.* Cæsar. lib. 1. de bello Gall. *Non eum pro summo illaturum* h. e. sanè. y Quàm subitò verti potest Cadus: & aliud indè promi Vinum! Vide Elect. Pl Tit. *Convivij.* Coacta est interpretatio eorum, qui de versione Poculi inter bibendum accipiunt. z Quamquam tu, Tibicen, poculo grav. f. *τὸ labias* ἀρχαϊκῶς dicitur. usus est sic Lucretius: & Lucillius apud Nonium. aa Serpens.

Digitized by Google

Age dum; Stiche! uter [a] *demutaßit, poculo multabitur.*
ST. *Bonum jus dicis: Inpetrare oportet, qui* ÆQVOM *postulat.*
Age ergò; observa, si [b] *peccaßis: multam hic retinebo ilicò.*
SA. *Optumum, atq; æquissumum oras.* ST. *bem tibi! hoc* [c] *primum omnium.*
Hac facetia'st, Amare inter se Rivales duos:
Vno Cantharo potare, & unum Scortum ducere.
Hoc memorabile'st. Ego Tu sum; Tu es Ego: uni [d] [illegible]*nimi sumus:*
Vnam Amicam amamus ambo: mecum ubi'st, tecum'st tamen.
Tecum ubi autem'st, mecum ibi autem'st: neuter utri invidet.
SA. *Ohe! jam satis. nolo* [e] *obcædes: Catuli ut ludunt, nunc volo.*
Vin' Amicam huc evocemus? ea saltabit. ST. *censeo.*
SA. *Mea suavis, amabilis, amœna Stephanium; ad Amores tuos*
Foràs egredere. satis mihi pulcra's. ST. *at enim pulcherruma.*
SA. *Fac nos hilaros hilariores, operâ, atq; adventu tuo.*
Peregrè advenientis te expetimus, Stephaniscidium, Mel meum;
Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus.

[a] Nempe, quia ex uno poculo bibimus. Vide Elect. *Convivij.*
[b] Si mutaveris poculum, multaberis: & plus adigéris bibere. Hoc est *cuppâ potare magistrâ:* ut inquit Horat. lib. 2. Sat. ℣. 123.
[c] Præcipuum, primarium.
[d] Vnius animi.
[e] Nolo hic quicquam tragicum, & cruentum, quodque cædes imitetur: malo ludum Catellorum, qui inter se lascive lusitant.

ACTVS QVINTI
SCENA V.

STEPHANIUM, Ancilla.
SAGARINUS. STICHUS: Servi duo.

MOREM *vobis geram. mea Deliciæ. nam ita me Venus amœna amet!*
Vt ego hic jamdudùm simitu exIssem vobiscum foràs,
Nisi me vobis exornarem. nam ita'st Ingenium Muliebre:
Benè cum lau[illegible]*, tersa, ornata, ficta'st; infecta'st tamen.*
Nimiòq; sibi [illegible]*ulier Meretrix repperit odium ociùs*
Suâ inmunditiâ, quàm in perpetuum ut placeat munditiâ suâ.
SA. *Nimiùm lepidè fabulata'st.* STI. *Veneris mera'st oratio!*
Sagarine. SA. *quid est?* STE. *totus doleo.* SA. *totus? tantò miserior.*
STE. [f] *Vtrubi accumbo?* SA. *utrubi tu vis?* STE. *cum ambobus volo. nam ambos amo.*
STI. *Vapulat* [g] *Peculium. actum'st! fugit hoc Libertas* [h] *caput.*
STE. *Date mihi locum, ubi accumbam, amabo! si quidem placeo, tum mihi*

[f] Sic Nævius *Tarentillâ* apud Nonium: *Vtrubi cænaturi estis? hicine? an in Triclinio?*
[g] Peculium minuitur, dissipatur his delitiis. Nun gehet ein stück vom patrimonio hinweg.
[h] Numquam manumittemur colentes hoc vitæ genus.

Cupio cum utroq; [a] *esse mihi benè.* STI. *dispereo!* SA. *quid ais?* STI. *quid* [b] *ego?*
SA. *Ita me DI ament! numquam enim fiet* [c] *hodiè, hæc quin saltet tamen.*
Age; Mulsa mea, Suavitudo, salta! saltabo ego semul.
STI. *Numquam edepol me istoc vinces,* [d] *quin ego ibidem pruriam.*
STE. *Siquidem mihi saltandum 'st; tum vos date, bibat, Tibiceni.*
STI. *Et quidem nobis.* SA. *tene, Tibicen, primùm: postideà loci,*
Si hoc [e] *eduxeris, proindè ut consuetu's antehàc, celeriter*
Lepidam, & suavem Cantationem aliquam occipito [f] *Cinadicam.*
Vbi perpruriscamus usq; ex [g] *unguiculis. inde* [h] *huc Aquam.*

a Quid ego ajam 10 ,as?
b τὸ mihi περιλ πει. Vide Lex.
c Et tamen hodiè Steph. saltabit.
d Quin ego unà saltans libidinem incendam.
e Exhauseris: ebiberis.
f Libidinosiorem. Ein Buhlenliedlein.
g Vt usque ab extremis partibus corporis toti flagremus.
h Infunde.

ACTUS QUINTI SCENA VI.

SAGARINUS. STEPHANIUM.

TENE *tu hoc! educe: dudùm* haut *placuit potio.*
Nunc minùs gravatè jam accipit. tene tu! interim,
Meus [i] *Oculus; da mihi suavium, dum illic bibit.*
[k] *Prostibile 'st autem stantem stanti savium*
Dare Amicum Amicæ. Euge! euge! sic Furi datur!
Quid igitur? quamquam gravatu's, non nocuit tamen.
Age; jam infla buccas: ST. *nunc jam aliquid suaviter.*
Redde Cantionem veteri pro Vino novam.

i ἀντίπτωσις. Vide Lex. *Casus.*
k Vile est, & Prostibulis conveniens: nempe clàm, & properè. Vide Lex. *Prostibile.* vide intrà Trucul. 4. 4. ℣. 29.

ACTUS QUINTI SCENA VII.

SAGARINUS. STEPHANIUM.

QVI [l] *Ionicus, aut Cinadicus? qui hoc tale facere possiet.*
Si istoc me vorsu [m] *viceris, alio me provocato:*
Fac tu hoc modo. ST. *at tu hoc modo.* SA. [n] *baba!* ST. *tata!* SA. *papæ!*
ST. *pax!*

SA. *Nunc*

l Molliculus, & effeminatus, delicatiusq; se movēs Saltator. Vide Calligraph. *Saltandi.*
m Si tu volubiliorem Saltatorum orbem, seu versū, saltaveris, alio me provocato.
n Vide Lex. de singulis Interiectionibus istis.

Digitized by Google

SA. *Nunc pariter ambo. nunc omnis voco* [a] *Cinædos contrà.*
Satis [b] *esse nobis non magis potis est quàm* [c] *Fungus imbri.*
ST. *Intrò hinc abeamus; nunc jam saltatum satis pro vino est.*
Vos, Spectatores, PLAUDITE! *atq; ite* [d] *ad vos commissatum.*

PLAVTI. STICHVS.

EXPLICIT.

INCIPIT. TRINUMMUS.

a Omnes provoco Saltatores in certamen. Ich nehme es mit allen an.
b Par esse. Vide Lex. *Satis*. Pers. I. 1. ℣. 27. Et Calligr. Tit. *Certaminis*.
c Tam facile omnes vincam, quam facile imber Fungum solet prosternere.
d Jocus elegans. Gehet heim, und machet euch lustig daheimb. Vide Elect. Plaut. Tit. *Fabularum*. *Comœdiarum*. Spectatores soliti invitari, sed in crastinum fere semper.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri
TRINVMMVS.

Cicero ad Brutum Epist. II.

De me possum idem, quod Plautinus Pater: [Trin. 2. 2. *vers.* 38.] Mihi quidem Ætas acta fermè est: tuâ istuc refert maxumè.

Iul. Cæsar Scaliger.

TRINUMMUM *suam* PLAUTUS *longè commodiùs* THESAURUM *inscripsisset: cùm in totâ Trinummo verbum hoc non sit, nisi semel.*

Ioach. Camerarius.

TRINUMMUS *Fabula est, & elegans, & exemplum boni ac fidelis Amici proponit: & abundat utilibus sententiis.*

Val. Acidalius.

Non Tribus Nummis, sed THESAURO *ipso contrà chara Fabula.*

Digitized by Google

DRAMATIS PERSONAE.

LUXURIA. }
} πρόσωπα προτατικὰ, aſſumta.
INOPIA. }

MEGARONIDES, Senex. *Emtor Ædium.*

CALLICLES, Senex. *A pulcritudine,* ſeu *decore* & *gloriâ.*

LYSITELES, Adoleſcens. *A commoditate,* ſeu *conducibilitate.*

PHILTO, Senex. *à charitate.*

LESBONICUS, Adoleſcens. *A victoriâ Lesbiacâ.*

STASIMUS, Servus. *Stabilis* & *firmus.*

CHARMIDES, Senex. *A lætitiâ* & *gaudio*

SYCOPHANTA. Conductus ad fallaciam inſtitutam. Ἀνώνυμος.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

ABIENS *Charmides peregrè, rem omnem Callicli commendat suo, Filiamq́; & Aurum, quod habebat defoßum domi. Suspectus namq; ei erat Lesbonicus Filius, ne absente ipso rem disperderet. mandat itaq;, si abeat peregrè, Filiam ut Marito, atq;* THESAURUM *pro Dote tradat. Profectò igitur in Seleuciam Patre, Filius proponit venales Ædes: eas mercatur Callicles, eo proposito, ut cùm reveniat, Amico Charmidi reddat. Intereà Lysiteles Philtonis Filius, summo ex genere, & optimis ornatus moribus, sodalis Lesbonici, sororem sibi Vxorem dari, atq; indotatam petit. Callicles id ratus sibi vitio vorti, dandam Virginem, & Dotem censet: & ne quicquam de Auro suboleat Lesbonico, subornat* (infr. 3. 3. vers. 36.) *Sycophantam graphicum, qui se dicat à Charmide ferre Aurum & litteras. is Trib. conducitur Nummis;* (infr. 4. 2. vers. 12.) *& ob hoc* TRINUMMUS *dicta est Comœdia: qui cùm veluti Peregrinus incederet, Charmides, qui ab eo, qui ipsus erat, se missum autumat. Domum itaquè reveniens offendit Stasimum Servum, & Calliclem socium. ab his rem omnem edoctus, Filiam sponsatam reperit: factum probat: Lysiteliq; denuò suam spondet Filiam, Calliclisq; dat Filio Lesbonico.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

*TRINVMMVS.

*Sic dicta à Trib. Nummis, quibus se Sycophanta ad technas conduci passus est. Vide infrà 4.2.

ARGVMENTVM.

THENSAURUM abstrusum abiens [a] peregrè Charmides,
Remq; omnem Amico Callicli [b] mandat suo.
Isthoc absente malè rem perdit Filius.
Nam & Ædis vendit: has mercatur Callicles.
Virgo indotata Soror istius [c] poscitur.
Minùs quò cum invidiâ ei det Dotem Callicles:
Mandat, qui [d] dicat Aurum ferre se à Patre.
Vt venit ad Ædis, hunc deludit Charmides
Senex, ut rediit; quojus nubunt *liberi*.

a In Seleuciam.
b Commendat.
c A Lysitele Philtonis Filio.
d Sycophanta.

PROLOGVS.

LUXURIA & INOPIA.

SEQUERE *me, mea Gnata; ut munus fungaris tuum.*
IN. *Sequor. sed finem fore, quem dicam, nescio.*
Lu. [e] *Adest. hem! illæ sunt Ædes. i intrò nunc jam.*
Nunc, ne quis erret vostrûm, paucis in viam
Deducam: si quidem operam dare promittitis.
Nunc primùm igitur, quæ ego sim, & quæ illa hæc siet,
Huc quæ abijt intrò, dicam; si animum advortitis.
Primùm mihi PLAUTUS *nomen* LUXURIÆ *indidit:*
Tum hanc mihi gnatam Gnatam esse voluit INOPIAM.

e Sc. finis.

Sed ea huc [a] *quid introierit inpulsu meo,*
Accipite; & date [b] *vacivas auris, dum eloquar.*
Adulescens quidam'st, qui in hisce habitat Ædibus:
Is rem paternam me adjutrice perdidit;
[c] *Quoniam ei, qui me aleret, nihil video esse reliqui.*
Dedi ei meam Gnatam, [d] *quicum ætatem exigat.*
Sed de Argumento ne exspectetis Fabulæ.
Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.
Huic nomen Græcè est THENSAURO *Fabulæ.*
PHILEMO *scripsit,* PLAUTU' *vortit* [e] *Barbarè:*
Nomen TRINUMMO *fecit. nunc hoc Vos rogat,*
Ut liceat possidere hanc nomen Fabulam.
Tantum'st. Valete! adeste cum silentio.

a Ob quid: cur.
b Sic suprà Cas. Prol ✝.19.& 3.4. ✝.6. Vide Lex.
c Postquàm. Vide Lex.
d Vide Lex. *Quicum.*
e Italicè, Romanè Latinè. Vide Lex. *Barbaris.* Plautus Fragm. pag. 10. in *Fœneratrice.*

ACTUS PRIMI
SCENA I.
MEGARONIDES, Senex.

NÆ AMICUM *castigare ob meritam noxiam,*
[f] *Inmœne est facinus: verùm in* [g] *ætate utile,*
Et conducibile. nam ego Amicum hodiè meum
Concastigabo pro commeritá noxiá
Invitus, ni me id invitet, [h] *ut faciam, Fides.*
Nam hic nimiùm morbus MORES *invasit Bonos:*
Ita plerumq; omnis jam sunt intermortui.
Sed dum illi ægrotant, interim MORES MALI
Quasi Herba inrigua succrêrunt uberrumè.
Neq; quicquam hic vile nunc est, nisi MORES MALI.
Eorum licet jam metere Messem maxumam,
Nimióq; hic pluris [i] *pauciorum gratiam*
Faciunt pars Hominum, quàm id, quod prosit pluribus.
Ita vincunt: illud conducibile gratiæ,
Quæ in rebus multis obstant, odiosæq; sunt,
Remoramq; faciunt rei privatæ, & publicæ.

f Non habetur pro munere, seu beneficio: eoque parum gratum est ei, cuja res agitur, & qui reprehenditur ab Amico. Vide Lex. *Immunis.*
g Interdùm. infr. 2.4. ✝.61.
h invitus quidem eum castigabo: sed fides, quam Amico debeo, suadet, cogitque, ut id faciam.
i Pars Hominum multò mavult gratiam inire à paucioribus; potentibus *sc.* & divitibus, quàm pluribus *h.e.* Reip. prodesse.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS PRIMI
SCENA II.

CALLICLES. MEGARONIDES: Senes duo.

LAREM [a] *Coronâ* [b] *nostrum decorari volo.*
Vxor, venerare; UT nobis hæc habitatio
BONA, FAUSTA, FELIX, FORTUNATAQUE EVENIAT!
Teq;, ut quàm primùm possim, videam emortuam.
ME. *Hic ille est,* [c] *senectâ ætate qui factus est Puer,*
Qui admisit in se culpam castigabilem.
Adgrediar Hominem. CA. *Quoja vox propè me sonat?*
ME. *Tui benivolentis, si ita es, ut ego volo:*
Sin aliter es, inimici, atq; irati tibi.
CA. *O Amice; salve! atq; æqualis* mihi. *ut vales?*
Megaronides. ME. *Et tu edepol* [d] *salve. Callicles.*
Valén'? valuistín'? CA. *Valeo; & valui rectiùs.*
ME. *Quid agit tua Vxor? ut valet?* CA. *Plus quàm ego volo.*
ME. *Benè hercle est, illam tibi benè valere, & vivere.*
CA. *Credo hercle te gaudere, si quid mihi mali 'st.*
ME. *Omnibus Amicis, quod mihi 'st, cupio esse idem.*
CA. *Ehò! tua Vxor quid agit?* ME. *Inmortalis est.*
Vivit, victuraq; est. CA. *Benè hercle nuntias:*
DEOSq; *oro, ut vitæ tuæ superstes suppetat.*
ME. *Dum quidem hercle tecum nupta sit. sanè velim.*
CA. *Vín' conmutemus? tuam ego ducam; & tu meam?*
Faxo haut tantillum dederis [e] *verborum mihi.*
ME. *Neq; enim tu, credo, mihi inprudenti* [f] *obrepseris.*
CA. *Næ tu hercle faxo haut scies, quam rem egeris.*
ME. *Habeas, ut nactus.* NOTA [g] MALA RES OPTUMA 'ST.
Nam ego nunc, si ignotam capiam, quid agam, nesciam
Edepol. proindè [h] BENE VIVITUR, UT DIU VIVITUR.
Sed hoc animum advorte, atq; aufer [i] *ridicularia:*
Nam ego deditâ operâ huc ad te advenio. CA. *Quid venis?*
ME. *Malis te ut verbis multis multùm objurgitem.*
CA. [k] *Mén'?* ME. *Num quis est hîc alius? præter me, atq; te.*
CA. *Nemo 'st.* ME. *Quid igitur rogitas? téne objurgitem.*

[a] *H. e.* Charmidæ domum, quã emi à Lesb. filio.
[b] E spicis & aristis. Vide Elect. Pl. Tit. *Ædium. Larium.*
[c] Vide Lex. *Senectia.*
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Salutationum.* Salutantes addebant jusjurãdum, ut seriò hoc fecisse putarentur.
[e] Verba mihi non dederis, neq; me deceperis, si Vxorem tradideris meâ acceptâ.
[f] Inscientem fefelleris.
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Mali.* Sic Livius lib.23. *Notissimum quodq; Malum maximè tolerabile est.*
[h] Optima vita ea est, cui adsueveris: optimè vivitur quomodo diu vixeris: & periculosè, etiam quæ non optima sunt, mutantur, ob incertos eventus.
[i] Nugas.
[k] Admirantis est.

Nisi tútemet mibi me censes dicturum malè.
Nam si in te ægrotant Artes [a] *antiquæ tuæ,*
Sive immutare vis Ingenium Moribus;
Aut si [b] *demutant Mores Ingenium Moribus;*
Neq; eos antiquos servas, ast captas novos,
Omnibus Amicis morbum tu incuties gravem,
Vt te videre, [c] *audireq; ægroti sient.*
CA. *Quid in mentem venit tibi istac dicta dicere?*
ME. *Quia omnis Bonos, Bonasq;,* [d] *adcurare áddecet,*
SUSPICIONEM, *&* CULPAM, *ut ab se segregent.*
CA. *Non potest utrumq; fieri.* ME. *Quapropter?* CA. *Rogas?*
Ne admittam CULPAM, [e] *ego meo sum promus pectori:*
SUSPICIO EST IN PECTORE ALIENO SITA.
Nam nunc ego si te surrupuisse suspicer
JOVI [f] *Coronam de capite, è* [g] *Capitolio,*
Quod in culmine astat summo: si id non feceris,
Atq; id tamen mihi lubeat suspicarier;
Qui tu id probibere me potes? ne suspicer.
Sed istuc negotI scire cupio: quicquid est.
ME. *Habén tu Amicum, aut familiarem quempiam?*
Quoi pectus sapiat. CA. *Edepol haut dicam dolo;*
[h] *Sunt, quos scio esse Amicos: sunt, quos suspicor:*
Sunt, quorum Ingenia, atq; Animos non possum noscere,
Ad Amici partem, [i] *an ad Inimici perveniant.*
Sed tu ex Amicis certis mibi es certissumus.
Si quid scis me fecisse inscitè, aut inprobè,
Si id me non accusas, tútе ipse objurgandus es. ME. [k] *Scio.*
Et, si huc aliâ causâ ad te adveni, æquom postulas.
CA. *Exspecto, si quid dicas.* ME. *Primùmdum omnium,*
Malè dictitatur tibi volgo in sermonibus:
[l] *Turpilucricupidum te vocant Cives tui.*
Tum autem sunt alij, qui te [m] *Volturium vocant:*
[n] *Hostisne, an Civis* [o] *comedis, parvi pendere.*
Hæc quòm audio in te dicier, excrucior miser.
CA. *Est, atq; non est, mihi in manu; Megaronides.*
Qui [p] *dicant; non est: meritò ut ne dicant; id est.*
ME. *Fuitne hic tibi Amicus Charmides?* CA. *Est; & fuit.*
Id ita esse, ut credas, rem tibi [q] *auctorem dabo.*

Nam

a Metaphora. ἐπιτηδεύματα, instituta tua. Vide Lex. *Artes* in bonam partem.
b Sive contagio morum sęculi hujus malus evadis, sive sponte à bonis desciscis.
c Vt te inviti videant, & audiant.
d Accuratè operam dare.
e Ex meo animo hoc promere possum ut ne culpam admittam. quia tum, in me situm est qualis audiã, in vano isto vulgo.
f Quod fecit Petilius quidam Capitolinus. Geminum locum Vide Men. 5. 5. ℣. 38.
g Vide Elect. Pl. Tit. *Vrbis-Roma. Capitolium.*
h Vide Merc. 5. 1. ℣. 9.
i Amicis, an inimicis propiores sint.
k Scio, officium esse, ut te objurgem, si quid peccasti: nec recuso à te objurgari: sed æquum postulas, si ego aliâ de causâ, quàm ut tua tibi delicta indicem, processi. Contradicit autem hic sibi Megaronides. Vide supr. ℣. 29.
l αἰσχροκερδῆ.
m Ob avaritiam, & inexplebilem naturam ac sordes.
n Peregrinos. Vide Lex. *Hostis.*
o Deglubas.
p Q. d. ut mihi ne maledicant Homines, prohibere non possum: neque enim id in manu & potestate meâ est: hoc verò possum, ut ne meritò mea dicant.
q Ostendero te ipsâ.

Digitized by Google

Nam postquàm hic ejus rem confregit Filius,
Videtq; ipse ad Paupertatem protractum esse se,
Suamq; Filiam esse adultam Virginem,
Simul ejus Matrem, suamq; Vxorem mortuam;
Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam,
Mihi commendavit Virginem Gnatam suam,
Et rem suam omnem, & illum corruptum Filium.
Hic, si mihi inimicus esset, credo, haut crederet.
ME. Quid tu Adulescentem, quem esse corruptum vides,
Qui tuæ mandatus est fidei, & fiduciæ,
Quin eum restituis! quin ad frugem [a] corrigis!
Ei rei operam dare te fuerat aliquantò æquius,
Si qui probiorem facere possis, non uti
In eandem túte accederes infamiam,
Malumq; ut ejus cum tuo misceres malò.
CA. Quid feci? ME. Quod Homo nequam. CA. Non istuc meum 'st.
ME. Emistín' de Adulescente has Ædis? (quid taces?)
Vbi nunc túte habitas? CA. Emi, atq; Argentum dedi
Minas quadraginta Adulescenti ipsi in manum.
ME. Dedisti Argentum? CA. Factum; neq; facti piget.
ME. Edepol Fidei Adulescentem mandatum malæ!
Dedistine hoc facto ei gladium? qui se occideret.
Quid sequiu' st? aut quid interest? dare te in manus
Argentum Amanti Homini Adulescenti, animi inpoti;
Quî [b] exædificaret suam inchoatam ignaviam?
CA. Non ego illi Argentum redderem? ME. Non redderes:
Neq; de illo quicquam neq; emeres, neq; venderes;
Nec, quî deterior esset, faceres copiam.
[c] Inconciliastin' eum? qui mandatu' st tibi.
Ille qui [d] mandavit, eum exturbasti ex Ædibus?
Edepol mandatum pulcrè, & curatum probè!
Crede huic túte; suam jam meliùs rem gesserit.
CA. Subigis maledictis me tuis; Megaronides,
Novo modo adeò: ut quod meæ concreditum 'st
Taciturnitati clàm, Fidei, & Fiduciæ,
Ne enuntiarem quoiquam, neu facerem palàm;
Vti mihi necesse sit, jam id tibi concredere.
ME. Mihi quod credideris, [e] sumes, ubi posiveris.
CA. Circumspice dum te, ne quis adsit [f] Arbiter
Nobis; &, quæso itidem tidem circumspice.
ME. Ausculto; si quid dicas. CA. Si taceas; loquar.

a Bacch. 3. 3. ✝. 9.

b Metaphor. consummaret, & perficeret.

c Nónne per dolum decepisti. Festus. Vide Lex. Inconciliare.

d H. e. Patrem.

e Indè petes, tamquam depositum quoddam.

f Inspector. Mil. 2. 2. ✝. 3.

Quo-

Digitized by Google

[a] *Quoniam hinc est profectus peregrè Charmides,*
Thensaurum demonstravit mihi in hisce Ædibus,
Hic in Conclavi quodam. sed circumspice!
ME. *Nemo'st.* CA. *Nummorum Philippeûm ad tria millia.*
Id solus solùm per amicitiam, & per fidem,
Flens me obsecravit, suo ne Gnato crederem,
Neve quoiquam, undè ad eum id posset [b] *permanascere.*
Nunc si ille huc salvos revenit, reddam suum sibi:
Si quid [c] *eo fuerit, certò illius Filiæ,*
Quæ mihi mandata'st, habeo Dotem undè dem;
Ut eam in se dignam [d] *conditionem conlocem.*
ME. *Pro DI inmortales! verbis paucis quàm citò*
Alium fecisti me! alius ad te veneram.
Sed, ut occepisti, perge porrò proloqui.
CA. *Quid tibi ego dicam? quî* [e] *illius sapientiam,*
Et meam fidelitatem, & celata omnia
Pænè ille [f] *ignavus funditùs pessum dedit!*
ME. *Quî dum?* CA. *quia rure dum sum ego unos sex dies;*
Me absente, atq; insciente, inconsultu meo,
Aedis venales hasce [g] *inscribit litteris.*
ME. *Adesurivit magis, &* [h] *inhiavit acriùs*
Lupus observavit, dum dormitarent Canes.
Gregem [i] *universum voluit totum avertere.*
CA. [k] *Fecisset edepol, ni hæc præsensisset* [l] *Canes.*
Sed nunc rogare ego vicissim te volo;
Quid fuit officium meum me facere. face sciam.
Utrum indicare me ei Thensaurum æquom fuit,
Adversùm [m] *quàm eius me obsecravisset Pater:*
An ego alium Dominum paterer fieri hisce Ædibus?
Qui emisset, ejus essétne ea Pecunia?
Emi egomet potiùs Ædis. Argentum dedi
Thensauri causâ, ut salvom Amico traderem.
Neq; adeò hasce emi mihi, nec [n] *usuræ meæ.*
[o] *Illi redemi rusùm; à me Argentum dedi.*
Hæc sunt; seu rectè, seu perversè facta sunt.
Egomet fecisse confiteor, Megaronides.
Hem! mea Mala Facta. hem! meam Avaritiam tibi!
Hascine me propter res maledictas [p] *famas ferunt?*
ME. *Pausa; vicisti Castigatorem tuum.*
Occlûsti linguam: nihil est, qui respondeam.
CA. *Nunc ego te quæso; ut me operâ, & consilio juves.*

a Postquàm. Vide Lex.
b Pervenire.
c Si Filio quid humanitùs acciderit. Vide Calligraph. *Moriendi.* Poen. 5. 2. ✝. 125. *ἄν τι πάθῃ.*
d Matrimonium, splendore familiæ suæ dignum. Vide Lex. *Conditio.* Et Elect. Pl. *Nuptiarum.*
e Patris.
f Lesbonicus Filius.
g Vide Elect. Pl. *Ædium. Venditionis.*
h Metaph. à belluarum hiatu. Vide Lex. *Inhiare.*
i Nota: *universum totum.* Vide Most. 1. 2. ✝. 68. Trin. 4. 3. ✝. 43. & Lex. *Totus. Perpetuus, Universus.*
k *Hic.* i. ego fecissem. Se ipsum notat.
l Canis. Vide Lex. *Canes.* & Elect. Pl. *Ærum.*
m Contrà quàm. Vide Lex. *Adversùm.*
n Usui meo.
o Charmidi.
p Propter hásne res Homines maledictos rumores de me spargunt? *Me* est: *de me.* κατ' ἔλλειψιν. Et *famas* in plurali dixit Symmachus lib. 10. Epist. 1. ut est in V. C.

Conmu-

Conmunicésq; hanc mecum meam provinciam.
ME. *Polliceor operam.* CA. *ergò; ubi eris paulò pòst?* ME. *domi.*
CA. *Numquid vis?* ME. *cures tuam fidem.* CA. *fit sedulò.*
ME. *Sed quid ais?* CA. *quid vis?* ME. *ubi nunc Adulescens* [a] *habet?*
CA. [b] *Posticulum hoc recepit, quòm Ædis vendidit.*
ME. *Istuc volebam scire. i sanè nunc iam.*
Sed quid ais? CA. *quid?* ME. *nunc Virgo nempe apud te est.* CA. *ita; st.*
[c] *Iuxtaq; eam curo cum meâ.* ME. *rectè facis.*
CA. *Num quid priùs, quàm abeo, me rogaturus?* ME. *Vale!*
Nihil est profectò stultius, neq; stolidiùs,
Neq; mendaciloquiùs, neq; argutum magis,
Neq; confidentiloquiùs, neq; perjuriùs.
Quàm Vrbani adsidui [d] *Cives, quos* SCURRAS *vocant.*
Atq; egomet me adeò cum illis unà ibidem [e] *traho;*
Qui illorum verbis falsis [f] *acceptor fui:*
Qui omnia se simulant scire, nec [g] *quicquam sciunt.*
Quod quisq; in animo habet, aut habiturust, sciunt.
Sciunt id, quod in aurem Rex Reginæ dixerit.
Sciunt, quod Iuno fabulata st cum Jove. Sciunt,
Quæ neq; futura, neq; facta sunt. tamen illi sciunt.
Falsón' an verò laudent, culpent, quem velint,
Non flocci faciunt: dum illud, quod lubeat, sciant.
Omnis Mortales hunc ajebant Callitlem
Indignum Civitate hâc esse, & vivere:
Bonis qui hunc Adulescentem evertisset suis.
Ego de eorum verbis [h] *Famigeratorum, inscius*
Prosilui, Amicum castigatum innoxium.
Quòd si exquiratur usq; ab stirpe auctoritas,
Vndè quidquid auditum dicant, nisi id adpareat,
Famigeratoris [i] *res fiet cum dampno, & malo.*
Hoc ita si fiat, pub lico fiat Bono.
Pauci [k] *sint, faxim, qui sciant, quod nesciunt,*
Occlusioremq; habeant [l] *stultiloquentiam.*

a Habitat. Vide Lex. *Habere.*
b Posteriorem partem domûs excepit, vel exceptam fecit: sibi servavit. Vide Lex. *Recipere.*
c Æquè, similiter. Vide Lex. *Iuxtà.*
d Locupletes, & facilè munus facientes. Vide Lex. *Scurra.*
e Iisdem jure accensendus sum Scurris, aut certè ab eorum moribus non longè absum, quòd tàm faciles eorum stultiloquentiæ aures dederim. *Metaphora* à Vetulis pompæ alicui longæ immixtis, unàque cum alijs reptantibus. Vide Lex. *Trahere.* & Calligraph. *Morũ.* infrà 2. 4. ℣. 10. Curc. 4. 2. ℣. 20. Trin. 2. 4. ℣. 10.
f Approbator.
g Vide Elect. Pl. *Curiositatis.* Curiosi olim supplicijs coërciti.
h Qui rumores spargunt.
i *H. e.* res Famig. fit cum d. Res autem Famig. est id, quod præcessit modò.
k Germanicè: Wg gilts? es werden der vnnützẽ Plawderer weniger seyn.
l μωρολογίαν. Narrentheidungẽ.

ACTUS SECUNDI

SCENA I.

Lysiteles, Adolescens.

MULTAS *res* [a] *simitu in meo corde vorso, multum in-cogitando*
Dolorem [b] *indipiscor: egomet me conquoquo, & macero, & defetigo.*
Magister mihi exercitor [c] *Animus hinc est: sed hoc non liquet,*
Nec satis cogitatum'st, utram potius harum mihi Artem [d] *expetessam.*
Utram ætati agunda arbitrer firmiorem: Amorin' [e] *me an Rei*
Obsequi potius par siet: [e] *utrâ in parte plus voluptatis sit vitæ,*
Ad ætatem agundam. de hâc re mihi satis haut liquet. nisi hoc
Sic faciam, opinor; utramq; rem simul exputem: Judex sim,
Reusq; ad eam rem. ita faciam; ita placet. omnium primùm
AMORIS ARTES *eloquar, quemadmodum expediant.* || NUMQUAM
AMOR *quemquam,* || *nisi cupidum Hominem,* || *postulat se in* [f] *plagas*
Conicere: || *eos* [g] *cupit, eos consectatur.* || *subdole blanditur: ab re*
Consulit || *blandiloquentulus,* [h] *harpago, mendax,* || [i] *cuppes, avarus,*
[k] *Elegans, despoliator.* || *latebricolarum Hominum corruptor,* ||
Blandus, inops, [l] *celati indagator.* || *nam qui ab eo, quod emat,*
Quàm extemplò || *saviis* [m] *sagittatu percussu'st,* || *ilicò res foràs*
[n] *Labitur, liquitur.* || *Da mihi hoc, Mel meum! si me amas,* [o] *sodes:*
Ibi ille [p] *Cuculus; Ocelle mi! fiat:* || *& istuc, & si amplius vis dari;*
Dabitur. || *ibi illa* [q] *pendentem* [r] *ferit: jam amplius* || *orat. non sat*
Id est mali, ni amplius etiam, || *quod ebibit, quod comest,*
Quod facit [s] *sumpti.* || *nox datur? ducitur Familia tota:* ||
[t] *Vestiplica, Unctor, Auri custos,* [u] *Flabellifera,* || [x] *Sandaligerulæ,*
Cantrices, [y] *Cistellatrices.* || *Nuntii, Renuntii, Raptores Panis, &* [z] *Peni.* ||
Fit ipse, dum illis [aa] *comis est, inops Amator.* || *Hæc ego quom ago*
Cum meo animo, & recolo || *ubi qui eget, quàm preti sit parvi* [bb]*:* || *Apage te!* ||
AMOR; *non places, nihil te utor:* || *quamquam illud est dulce; Esse, & Bibere.* ||

AMOR

a Simul. Vide Lex.
b Adipiscor. Stich. 1. 1. ℣. 47.
c Qui me exercet, & vexat ex hâc cogitatione.
d Expetam.
e In Amore, an in Curâ rei familiaris.
f In retia. Confer locum infr. Trin. 3. 2. ℣. 42. Cistell. 2. 1. ℣. 1. Merc. 1. 1. ℣. 24.
g Sc. cupidos Homines, qui Amorem sectantur. Ab re est, frustrà, sine fructu.
h Fur, raptor.
i Ganeo, cuppediarum amans. Ein Geyermaul.
k In malam partē. Elegantulus. Ein schönes Jüncfergen: qui operam dat, ut placeat Amasius.
l Rei celatæ indag.
m Instar sagittarū animum ferientibus. Vide Calligr. Osculandi. Basiandi. Quam extemplo: est, quam primùm.
n Dilabitur, diffluit. Es zerschmeltzt alles. Persius Satir. 5. ℣. 164.
o Si audes. uti est in utroque Mss. Pall.
p Qui alienis lectis incubat: vel, ut alii; stupidus. Vide Lex. Cuculus, & Elect. Pl. Amatorum.
q Curâ suspensū, & incertum.

r Munere *scil.* mutat. s Si Amatori suavium dedit Scortum, ilicò res foràs labitur, liquitur: ibi ille pendet de scalis, cæditur. Si alia verborum delinimenta addat, non munus solum; etiam quidquid sumtûs facit, Amatoris dispendium est. At nox si datur, tum vero exhauritur Amator ab totâ familiâ. Vide Calligr. *Rei Veneris.* t Quæ Vestes tuerentur, inspiceret. Vide Lex. u Quæ Flabellum ferunt, Ancillæ. x Quæ Dominæ Sandalia ferunt. Vide Lexic. y Quæ Cistellas vendunt. z *Sc.* sunt. aa Prodigus. Vide Lex. infr. 2. 2. ℣. 53. bb *Sc.* inquam.

AMOR *amara dat tibi* [a] *satis, quod ægrè sit,* || *fugit Forum fugat tuos Cognatos,* || *fugat ipse se à suo* [b] *contuitu.* ||
Neq; enim eum sibi Amicum volunt dici. mille modis AMOR *ignorandu'st.* ||
Procul adhibendus est, atq; abstinendus. || *nam qui in* AMOREM
[c] *Præcipitavit,* || *prius perit, quàm si Saxo saliat. Apage sis!* AMOR.
TUAS RES [d] TIBI HABE! || AMOR; *mihi Amicus ne fuas umquam. sunt tamen;*
Quos miseros maleq; habeas, || *quos tibi obnoxios fecisti.* ||
Certum'st ad frugem adplicare animum: || *quamquam ibi animo*
Labos grandis capitur. || *Boni sibi hæc expetunt; Rem, Fidem, Honorem,* ||
Gloriam, & Gratiam. hoc Probis pretium'st: || *eò mihi magis lubet*
Cum Probis potiùs, || *quàm cum Inprobis vivere vanidicis.*

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

PHILTO, Senex. LYSITELES, Adolescens

QVò illic Homo foràs se [e] *penetravit ex Ædibus?* || LY. *Pater; adsum. Impera; quod vis:* || *neq; tibi ero in morâ, neq; latebrosè* || *me abs tuo Conspectu occultabo.* || PH. *feceris par tuis cæteris factis, Patrem Tuum si percoles. Per* [f] *Pietatem!* || *nolo ego cum Improbis te Viris, Gnate mi;* || *neq; in Viâ, neq; in Foro ullum sermonem exsequi.* ||
Novi ego hoc Sæculum Moribus quibus sit. || *Malus Bonum, Malum Esse volt; ut sit sui similis:* || *turbant, miscent Mores mali; Rapax, Avarus, Invidus:* || *Sacrum, Profanum; Publicum, Privatum habent: Hiulca* [g] *gens!* || *hæc ego doleo; hæc sunt, quæ me excruciant.*
Hæc dies noctesq; tibi canto, ut caveas: || *quod manu non queunt Tangere, tantum fas habent, quò manus abstineant:* ||
[h] *Cæterà, rape. trahe, fuge, late. lacrumas* || *hæc mihi, quòm video, Eliciunt.* || *quianam* [i] *ego ad hoc genus Hominum duravi! quin* [k] *priùs* || *Me ad pluris penetravi!* || *nam hi Mores Majorum laudant: Eosdem* [l] *lutulant, quos conlaudant. hisce* || *ego te Artibus* [m] *gratiam Facio; neu' colas, neu' inbuas Ingenium. meo* || *modo, &* MORIBUS [n] *vivito* ANTIQUIS. || *quæ ego* [o] *tibi; præcipito, & facito. nihil ego istos*

Ssss 2 *Moror*

a Vide Lex. *Satis. Parùm. Adverbia. Satu iare. Satis accipere. Amara satis; ut, parum fidem. Ta tum beni nitas.* Men. Prol. vers. 16. Et est elegans παρήχησις. *Amor amara* d.
b Ipse intueri horret.
c Præceps cecidit. Vide Lex. *Verba Activa. Neutra.* Alludit fortè ad Leucadem Petrã, à quâ qui saltu se mitterent, Amoris insaniâ dicebantur liberari. Vide Scalig. Auson. Lect. lib. 2. cap. 18.
d Vide Elect. *Divortij. & Amoris.*
e Proripuit, conjecit foràs. Vide Lex. *Verba Neutra.*
f Obtestatio est. Locum hunc imitatur Horatius lib. 1. Satir. 1. ✝. 51.
g Avida, & quasi ore hiante prædam captans.
h Cæterùm. Vide Lex. Similis locus est Pseud. 1. 1. ✝. 6. τὸ *late* est λάνθανε.
i Cur. Vide Lex. *Quianam.* Cur ego ad hæc tempora corruptâ vitâ produxi?
k Cur non antè mortuus sum.
l ὡς τοὺς πλείονας. Vide Lex. *Plures.* & Calligr. *Mortu.* Casin. Prol. ✝. 19. *Abire in communem locum.* Sic Oraculum Vetus Tarentinis datum, teste Polybio lib. 8. dicebat: *Beatos fore: quando cum pluribus habitarint* h. e. cùm Mortui fuerint. l Conspurcant, & quasi luto inquinant. m Facilè possum pati, ut ne his artibus te excolas: omittas, deseras, has Artes. exsolvo, & libero te his Artibus. Vide Lex *Artes.* & Calligraph. *Gratia.* n Vide Elect. *Moris.* MORIBVS ANTIQVIS. o *Scil.* præcipio & facio: ea tu præcipito, & facito.

Meror facetos Mores, & turbidos, quibus Boni dedecorant se. ||
Hæc tibi, si mea imperia capesses, multa bona in pectore [a] *consident.*
* LY. *Semper ego usq; ad hanc ætatem ab ineunte adulescentiâ,*
Tuis servivi servitutem imperiis, & præceptis; Pater.
Pro ingenio, ego me liberum esse ratus sum: pro [b] *imperio tuo*
Meum animum tibi servitutem servire, æquom censui.
PH. *Qui Homo cum animo indè ab ineunte ætate depugnat suo,*
Vtrum [c] *is itáne esse mavolt, ut eum* [d] *animus æquom censeat:*
An ita potiùs, ut Parentes eum esse, & Cognati, velint.
Si [e] *Animus Hominem perpulit; actum'st. Animo servi Vit, non sibi.*
Sin ipse Animum pepulit; dum vivit, Victor Victorum cluet.
Tu si Animum vicisti, potiùs quàm Animus te; est, quod gaudeas.
Nimio satiu'st, ut opu'st, te ita esse, quàm ut Animo lubet.
Qui Animum vincunt, quàm quos Animus, semper probiores cluent.
LY. *Isthæc ego mihi semper habui ætati* [f] *tegumentum meæ;*
Ne penetrarem me usquàm, ubi esset dampni [g] *Conciliabulum:*
Ne noctu irem [h] *obambulatum! neu' suum adimerem alteri.*
Neu tibi ægritudinem, Pater, parerem; parsi sedulò.
Sarta tecta tua præcepta usq; habui, meâ modestiâ.
PH. *Quid exprobras? bene quod fecisti, tibi fecisti, non mihi.*
[i] *Mihi quidem ætas acta'st fermè; tuâ istuc refert maxumè.*
Is PROBUS *est, quem* [k] *non pœnitet, quàm probus sit, & frugi bonæ.*
Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ.
Benefacta [l] *Benefactis aliis pertegito, ne* [m] *perpluant.*
Qui ipsus se [n] *contempnit; in eo'st indoles industriæ.*
LY. *Ob eam rem hæc, Pater,* [o] *autumavi: quia res quædam'st, quam volo*
Ego me abs te exorare. PH. *quid id est?* [p] *veniam dare jam gestio.*
LY. *Adulescenti huic, Genere summo, Amico, atq; Æquali meo,*
Minùs qui cautè, & cogitatè suam rem tractavit, Pater;
Benè volo ego illi facere: si tu non nevis. PH. *nempe de tuo.*
LY. *De meo. nam quod tuum'st, meum'st: omnem tuum'st* [q] *autem tuum.*
PH. *Quid is! egétne?* LY. *eget.* PH. *habuitne Rem?* LY. *habuit.* PH. *qui eam perdidit?*
Publicísne [r] *adfinis fuit? an maritumis negotiis?*
[ſ] *Mercaturámne? an Venales habuit? ubi Rem perdidit?*
LY. *Nihil istorum.* PH. *quid igitur?* LY. *per* [t] *comitatem edepol, Pater.*

Præte-

a Consident: facient. Vide Lex. *Verba Neutra.*
b Æquum censui tuo me imperio obnoxium reddere.
c Vtrúmne is ita esse mavelit.
d Libido, & affectus à ratione aversus. Vide Lex. *Animus.*
e Si in hâc pugnâ Libido hominem subegit, actum de illo est: atque ætatem Libidini, non Rationi futurus est servus. *Servivit:* est, *servibit.* antiquè V. pro B.
f Hæc ego semper habui instar tegumenti & clypei, quibus ætatem meam tegerem & munirem.
g Vbi damnum mihi possit conciliari. Vide Lex. *Conciliare.*
h Vide Elect. *Grassationum.*
i Citat hunc versum Cicero Epist. 2. ad Brutum.
k Qui non invitus est probus. *vel.* qui constanter probus est.
l Bene facta benefactis cumulato, ne quid vitij in animo innascatur.
m Ne pluviam penitùs admittant, *Allegoria.* 1. 3. ✠. 8. Rud. 1. 2. ✠. 35.
n Qui ipse se contemnit, non effert insolentiùs: sed modeste de se sentit.
o Dixi. Vide Lex. *Autumare.* p Gestio permittere, ut dicat. *Veniam dare*; est, *permittere.* ad Herenn. cap. 14. *Veniam ad vos, si Senatum dat* [illegible]. q Nota situm particulæ *Autem.* Stich. 5. 4. ✠. 51. Vide Lex. Patris & Filij bona communia sunt. r Publicísne an maritimis negotiis sese implicuit. *Publicâ* hic sunt vectigalia, quorum conductores *publicani.* ſ Fuitne Mercator, an Mango, seu Venalitius. Vide Elect. *Pl. Mercatura. Mangonia.* t Per benignitatem, & liberalitatem. *Comitas* in vitio: ut supra 2. 1. ✠. 24. Vide Lex.

Præterea aliquantum animi causâ in deliciis disperdidit.
PH. *Edepol Hominem prædicatum* [a] *fermè familiariter.*
Qui quidem nusquam per Virtutem rem confregit, atq; eget,
Nihil moror eum tibi esse Amicum cum ejusmodi Virtutibus.
LY. *Quia sine omni malitiâ 'st, tolerare egestatem ejus volo.*
PH. *De* [b] MENDICO *male meretur, qui ei dat, quod edit, aut quod bibat.*
Nam & illud, quod dat, perdit; & illi producit vitam ad miseriam.
Non eò hoc dico; quin, quæ tu vis, ego velim, & faciam lubens:
Sed ego hoc verbum quòm illi [c] *quoidam dico, præmonstro tibi,*
Ut [d] *ita te aliorum misereſcat, ne tui alius misereat.*
LY. *Diserere illum, &* [e] *dejuvare in rebus advorsis pudet.*
PH. *Pol pudere, quàm pigere præstat, totidem* [f] *litteris.*
LY. *Edepol* [g] DEÛM *virtute dicam, Pater; & Majorum, & tuâ,*
Multa bona benè parta habemus. benè si Amico feceris,
Ne pigeat fecisse. ut potiùs pudeat! si non feceris.
PH. *De magnis Divitiis si quid demas; plus fit? an minus?*
LY. *Minus, Pater. sed Civi inmunifico, scis? quid cantari solet:*
*QUOD HABES, NE HABEAS: ET ILLUD, QUOD NUNC NON HABES, HABEAS MALUM:
QUANDOQUIDEM NEC TIBI BENE ESSE POTES PATI, NEC ALTERI.
PH. *Scio equidem istuc ita solere fieri. verùm, Gnate mi,*
Is est [h] INMUNIS, *quoi nihil est, qui munus fungatur suum.*
LY. DEÛM *virtute* [i] *habemus, & qui nosmet utamur, Pater;*
Et aliis, qui comitati simus benivolentibus.
PH. *Non edepol tibi pernegare possum quicquam, quod velis.*
Quojus egestatem tolerare vis? loquere audacter Patri.
LY. *Lesbonico huic Adulescenti, Charmidæ hujus Filio,*
Qui illic habitat, PH. *Qui* [k] *comédit, quod fuit, quod non fuit.*
LY. *Ne* [l] *opprobra; Pater.* MULTA EVENIUNT HOMINI, QUÆ VOLT, QUÆ NEVOLT.
PH. *Agedum! eloquere; quid dare illi nam vis?* LY. *Nihil quidquam; Pater.*
SAPIENTI [m] *Ætas Condimentu 'st:* SAPIENS *Ætati Cibu 'st.*
PH. *Mentire* [n] *edepol, Gnate atq; id nunc facis haut consuetudine.*
Nam SAPIENS *quidem pol* IPSE FINGIT FORTUNAM SIBI.
Eò ne [o] *multa, quæ nevolt, eveniunt, nisi fictor malu 'st.*

[a] Quia turpem decoctionem æqualis sui leniter valde extulit Adolescens, ut appareret, familiarissimum illi esse.
[b] Sententia ἀστεῖα. Vide Elect. Pl. Tit. *Paupertatis. Mendicorum.* Lactant. lib. 6. cap. 11.
[c] Lesbonico.
[d] Ut tu aliorum egestatem toleres, ne ipse egeas, & ita fiat, ut alij misereantur tui.
[e] Non juvare. Vide Lex. *De. στερητικὸν* est.
[f] Cùm totidem sint litteræ in *pudere* & *pigere.* Pseud. 1. 2. ℣. 46.
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Fortuna.*
* Cantilena Civi immunifico cantari solita.
[h] Sine officio & fructu. Vide Lex. *Immunis.* Contrarium est, *Munis.* Merc. Prol. ℣. 105.
[i] Habemus unde comes & liberales simus in benevolentes.
[k] Prodegit, obliguravit omnia bona: rem confregit.
[l] Ne exprobra mihi gulam, & egestatem. Fortuna enim sua Homini non est in manu. Vide Lex. *Ne.*
[m] Sapiens non ab Ætate sapit, ut Cibus à Condimento non est cibus: sed Ætas accedens hoc Sapienti præstat, quod condimentum cibo: Sapientia ab Ingenio est: Ætas autem illam mitigat, ad maturitatem perducit, meliorem, molliorémque reddit, planè ut cibus à condimento perficitur, & gratior efficitur tantùm, ipse aliàs per se constans.
[n] Non enim à Fortunâ, sed sapientia cujusque vitæ modus; & suæ quilibet ipse Fortunæ est faber.
[o] Ideo non eveniunt cuiquam multa, quæ nolit, nisi malus sit Fictor. *Ne:* pro, *non.*

Meror facetos Mores, & turbidos, quibus Boni dedecorant se. ||
Hæc tibi, si mea inperia capesses, multa bona in pectore [a] *consident.*
* LY. *Semper ego usq; ad hanc ætatem ab ineunte adulescentiâ,*
Tuis servivi servivitutem inperiis, & præceptis; Pater.
Pro ingenio, ego me liberum esse ratus sum: pro [b] *inperio tuo*
Meum animum tibi servitutem servire, æquom censui.
PH. *Qui Homo cum animo indè ab ineunte ætate depugnat suo.*
Utrum [c] *is itáne esse mavolit, ut eum* [d] *animus æquom censeat:*
An ita potiùs, ut Parentes eum esse, & Cognati, velint.
Si [e] *Animus Hominem perpulit; actum'st. Animo serviVit, non sibi.*
Sin ipse Animum pepulit; dum vivit, Victor Victorum cluet.
Tu si Animum vicisti, potiùs quàm Animus te; est, quod gaudeas.
Nimiò satiu'st, ut opu'st, te ita esse, quàm ut Animo lubet.
Qui Animum vincunt, quàm quos Animus, semper probiores cluent.
LY. *Isthæc ego mihi semper habui ætati* [f] *tegumentum meæ;*
Ne penetrarem me usquàm, ubi esset dampni [g] *Conciliabulum:*
Ne noctu irem [h] *obambulatum! neu' suum adimerem alteri.*
Neu tibi ægritudinem, Pater, párerem; parsi sedulò.
Sarta tecta tua præcepta usq; habui, meâ modestiâ.
PH. *Quid exprobras? benè quod fecisti, tibi fecisti, non mihi.*
[i] *Mihi quidem ætas acta'st fermè; tuâ istuc refert maxumè.*
Is PROBUS *est, quem* [k] *non pœnitet, quàm probus sit, & frugi bonæ.*
Qui ipsus sibi satis placet, nec probus est, nec frugi bonæ.
Benefacta [l] *Benefactis aliis pertegito, ne* [m] *perpluant.*
Qui ipsus se [n] *contempnit; in eo'st indoles industriæ.*
LY. *Ob eam rem hæc, Pater,* [o] *autumavi: quia res quædam'st, quam volo*
Ego me abs te exorare. PH. *quid id est?* [p] *veniam dare jam gestio.*
LY. *Adulescenti huic, Genere summo, Amico, atq; Æquali meo,*
Minùs qui cautè, & cogitatè suam rem tractavit, Pater;
Benè volo ego illi facere: si tu non nevis. PH. *nempe de tuo.*
LY. *De meo. nam quod tuum'st, meum'st: omne meum'st* [q] *autem tuum.*
PH. *Quid is! egétne?* LY. *eget.* PH. *habuitne Rem?* LY. *habuit.* PH. *quî eam perdidit?*
Publicisne [r] *adfinis fuit? an maritumis negotiis?*
[s] *Mercaturámne? an Venales habuit? ubi Rem perdidit?*
LY. *Nihil istorum.* PH. *quid igitur?* LY. *per* [t] *comitatem edepol, Pater.*

Præte-

a Considere: jaci ent. Vide Lex. *Verba Nostra.*
b Æquum censui tuo me imperio obnoxium reddere.
c Utrumne is ita esse mavelit.
d Libido, & affectus a ratione aversus. Vide Lex. *Animus.*
e Si in hâc pugnâ Libido hominem subegit, actum de illo est: atque ætatem Libidini, non Rationi futurus est servus. τὸ *Servivit*: est, *servibit*. antique V. pro B.
f Hæc ego semper habui instar tegumenti & clypei, quibus ætatem meam tegerem & munirem.
g Ubi damnum mihi possit conciliari. Vide Lex. *Conciliare.*
h Vide Elect. *Grassationum.*
i Citat hunc versum Cicero Epist. 1. ad Brutum.
k Qui non invitus est probus. *vel.* qui constanter probus est.
l Bene facta benefactis cumulato, ne quid vitij in animo innascatur.
m Ne pluviam penitus admittant, *Allegoria.* 1. 3. ℣. 8. Rud. 1. 2. ℣. 35.
n Qui ipse se contemnit, non effert insolentius: sed modeste de se sentit.
o Dixi. Vide Lex. *Autumare.* p Gestio permittere, ut dicat. *Veniam dare*; est, *permittere.* ad Herenn. cap. 14. *Veniam advos, si Senatus det veniam.* q Nota situm particulæ *Autem.* Stich. 5. 4. ℣. 51. Vide Lex. Patris & Filij bona communia sunt. r Publicisne an maritimis negotiis sese implicuit. *Publica* hic sunt vectigalia, quorum conductores *publicani.* s Fuitne Mercator, an Mango. seu Venalitius. Vide Elect. Pl. *Mercatura. Mangnonia.* t Per benignitatem, & liberalitatem. *Comitas* in vitio: ut supra 3. 1. ℣. 24. Vide Lex.

Præterea aliquantum animi causâ in deliciis disperdidit.
PH. *Edepol Hominem prædicatum* [a] *fermè familiariter.*
Qui quidem nusquam per Virtutem rem confregit, atq; eget,
Nihil moror eum tibi esse Amicum cum ejusmodi Virtutibus.
LY. *Quia sine omni malitiâ'st, tolerare egestatem ejus volo.*
PH. *De* [b] MENDICO *malè meretur, qui ei dat, quod edit, aut quod bibat.*
Nam & illud, quod dat, perdit; & illi producit vitam ad miseriam.
Non eò hoc dico; quin, quæ tu vis, ego velim, & faciam lubens:
Sed ego hoc verbum quòm illi [c] *quoidam dico, præmonstro tibi,*
Vt [d] *ita te aliorum miserescat, ne tui alius misereat.*
LY. *Discrere illum, &* [e] *dejuvare in rebus advorsis pudet.*
PH. *Pol pudere, quàm pigere præstat, totidem* [f] *litteris.*
LY. *Edepol* [g] DEÛM *virtute dicam, Pater; & Majorum, & tuâ,*
Multa bona benè parta habemus. benè si Amico feceris,
Ne pigeat fecisse. ut potiùs pudeat! si non feceris.
PH. *De magnis Divitiis si quid demas; plus fit? an minus?*
LY. *Minus, Pater. sed Civi immunifico, scis? quid cantari solet:*
* QUOD HABES, NE HABEAS: ET ILLUD, QUOD NUNC NON HABES, HABEAS MALUM:
QUANDOQUIDEM NEC TIBI BENE ESSE POTES PATI, NEC ALTERI.
PH. *Scio equidem istuc ita solere fieri. verùm, Gnate mi,*
Is est [h] INMUNIS, *quoi nihil est, qui munus fungatur suum.*
LY. DEÛM *virtute* [i] *habemus, & qui nosmet utamur, Pater;*
Et aliis, qui comitati simus benivolentibus.
PH. *Non edepol tibi pernegare possum quicquam, quod velis.*
Quojus egestatem tolerare vis? loquere audacter Patri.
LY. *Lesbonico huic Adulescenti, Charmidæ hujus Filio,*
Qui illic habitat, PH. *Qui* [k] *comedit, quod fuit quod non fuit.*
LY. *Ne* [l] *opprobra; Pater.* MULTA EVENIUNT HOMINI, QUÆ VOLT, QUÆ NEVOLT.
PH. *Agedum! eloquere; quid dare illi nam vis?* LY. *Nihil quidquam; Pater.*
SAPIENTI [m] *Ætas Condimentu'st:* SAPIENS *Ætati Cibu'st.*
PH. *Mentire* [n] *edepol, Gnate atq; id nunc facis haut consuetudine.*
Nam SAPIENS *quidem pol* IPSE FINGIT FORTUNAM SIBI.
Eò ne [o] *multa, quæ nevolt, eveniunt, nisi fictor malu'st.*

[a] Quia turpem decoctionem æqualis sui leniter valde extulit Adolescens, ut appareret, familiarissimum illi esse.
[b] Sententia *γνωμικὴ*. Vide Elect. Pl. Tit. *Paupertatis, Mendicorum*. Lactant. lib. 6. cap. 11.
[c] Lesbonico.
[d] Vt tu aliorum egestatem toleres, ne ipse egeas, & ita fiat, ut alii misereantur tui.
[e] Non juvare. Vide Lex. *De, συγκοπή* est.
[f] Cùm totidem sint litteræ in *pudere* & *pigere*. Pseud. 1. 1. ℣. 46.
[g] Vide Elect. Pl. Tit. *Fortuna*.
* Cantilena Civi immunifico cantari solita.
[h] Sine officio & fructu. Vide Lex. *Immunis*. Contrarium est, *Munis*. Merc. Prol. ℣. 105.
[i] Habemus unde comes & liberales simus in benevolentes.
[k] Prodegit, obliguravit omnia bona: rem confregit.
[l] Ne exprobra mihi gulam, & egestatem. Fortuna enim sua Homini non est in manu. Vide Lex. *Ne*.
[m] Sapiens non ab Ætate sapit, ut Cibus à Condimento non est cibus: sed Ætas accedens hoc Sapienti præstat, quod condimentum cibo. Sapientia ab Ingenio est: Ætas autem illam mitigat, ad maturitatem perducit, meliorem, mollioremque reddit, planè ut cibus à condimento perficitur, & gratior efficitur tantùm, ipse aliàs per se constans.
[n] Non enim à Fortunâ, sed sapientia cujusque vitæ modus, & suæ quilibet ipse Fortunæ est faber.
[o] Ideo non eveniunt cuiquam multa, quæ nolit, nisi malus sit Fictor. *Ne*: pro, *non*.

LY. *Multâ'st operâ* [a] *opus ficturæ, qui se fictorem probum*
Vitæ agundæ esse expetit. sed hic admodùm adulescentulu'st.
PH. NON ÆTATE, VERÙM INGENIO [b] ADIPISCITUR SAPIENTIA.
LY. *Tu modò ne me prohibeas accipere, si quid det mihi.*
PH. *An eo egestatem ejus tolerabis? si quid ab illo acceperis.*
LY. *Eo; Pater.* PH. *Pol ego istanc volo me rationem edoceas.* LY. *Licet.*
Scin' tu? [c] *illum quo Genere gnatus sit?* PH. *Scio. adprimè probo.*
LY. *Soror illi est adulta Virgo grandis: eam cupio, Pater;*
Ducere Vxorem. PH *Sine Dote?* LY. *Sine Dote.* PH. *Vxorem?* LY. *Ita.*
Tuá re salvá. hoc pacto ab illo mihi summam gratiam;
Neq; commodiùs ullo pacto ei poteris auxiliarier.
PH. *Egóne indotatam te Vxorem ut* [d] *patiar?* LY. *Patiundum'st; Pater.*
Et eo pacto addideris nostræ lepidam FAMAM *Familia.*
PH. *Multa ego possum docta dicta, & quamvis facundè loqui:*
Historiam veterem, atq; antiquam hæc mea Senectus sustinet.
Verùm ego quando te, & amicitiam, & gratiam in nostram domum
Video adlicere, etsi advorsatus tibi fui; istàc [e] *judico.*
Tibi permitto; posce, duce. LY. *Di te servassint mihi!*
Sed adde ad istam gratiam unum. PH *Quid id est autem unum?* LY. *Eloquar.*
Tute ad eum adeas; [f] *tute concilies, tute poscas.* PH. [g] *Eccere.*
LY. *Nimiò citiùs transiges: firmum omne erit, quod tu egeris.*
Gravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quàm centum mea.
PH. *Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.*
Dabitur opera. LY. *Lepidus* [h] *vivis. hæ sunt Ædes: hic* [i] *habet.*
Lesbonico est nomen. age; rem cura: ego te opperiar domi.

a Verum est, quod dicit: sed illa fictura recta ab ætate commodâ provenit. Opus est ei multâ operâ, & curâ fingendi, qui rationem vitæ rectè degendæ sibi fingere cogitat.
b Acquiritur. Vide Lex. Bacch. 3. 2. ℣. 58. Uber hilfft fur Zeit kein nicht. Varro Aboriginibus [illegible] Sed neq; testulas cantherius, quam novellus, melior; neq; consuetudini comes Virtus. Teret. Phorm. 5. 9. ℣. 34. *Iam tum erat senex; Senectus si verecundos facit.*
c Nota syntaxin.
d Sc. fuccre.
e H. e. in illam partem censeo.
f Vide Lex. *Concitare.* & Calligr. Tit. *Nuptiarum.*
g Vide Lex. *Eccere.*
h Es. Vide Lex. *Vivere.* lepidus es, præbeisq; te etiam me Filium commodum.
i Habitat. Vide Lex. *Habere.*

ACTUS SECUNDI
SCENA III.

PHILTO, Senex.

NON optuma hæc sunt; neq; ut ego, æquom, censeo:
Verùm meliora sunt, quàm quæ deterruma.
Sed hoc unum consolatur me, atq; animum meum:
Quia, qui nihil aliud, nisi quod sibi soli placet,
Consulit advorsùm Filium, nugas agit;
Miser ex animo fit: [k] *factiùs nihilo facit.*

k Nihilo plùs agit: nihil magis reddit effectum. *Miser ex animo* dicit quoq; supra Epid. 4. 1. ℣. 1. Stich. 1. 1. ℣. 1. Lucret. *Qui miser ex animo est, cruciatur corpore toto.*

Suæ Senectuti is acriorem [a] *hyemem parat,*
Quòm illam inportunam Tempestatem conciet.
Sed aperiuntur Ædes, quò ibam: commodè
Ipse exit Lesbonicus cum Servo foràs.

ACTUS SECUNDI
SCENA IV.

LESBONICUS, Adolescens.
STASIMUS, Servus.
PHILTO, Senex.

MINUS *quindecim* [b] *dies sunt, quòm pro hisce Ædibus*
Minas quadraginta accepisti à Callicle.
Estne hoc? quod dico; Stasime. ST. *Quòm considero;*
Meminisse videor fieri. LE. *Quid factum 'st eo?*
ST. *Comesum, expotum, exutum, elotum in balineis.*
Piscator, Pistor abstulit: Lanij, Coqui,
Holitores, Myropolæ, Aucupes. [c] *consit citò,*
[d] *Quasi tu obIcias formicis* [e] *papaverem.*
LE. *Minus hercle in istis rebus sumptum 'st sex Minis.*
ST. *Quid! quod dedisti Scortis.* LE. *Ibidem unà* [f] *traho.*
ST. *Quid! quod ego defrudavi* LE. *Hem! ista ratio maxuma 'st.*
ST. *Non tibi illud adparere, si* [g] *sumas, potest:*
Nisi tu inmortale rere esse Argentum tibi.
Serò, atq; stultè, priùs quod cautum oportuit;
Postquàm comedit rem, pòst rationem putat,
LE. *Nequaquam Argenti ratio conparet tamen.*
ST. *Ratio quidem hercle adparet. Argentum* [h] οἴχεται.
Minas quadraginta accepisti à Callicle,
Et ille Ædis abs te mancupio [i] *accepit.* LE. *Admodùm.*
PH. *Pol, opinor, Adfinis noster Ædes vendidit.*
Pater quòm peregrè veniet, in [k] *Portâ 'st locus;*
Nisi fortè in Ventrem Filio [l] *conrepserit.*
ST. *Trapezita mille Drachumarum* [m] *Olympicûm,*

Quas

a *Allegoria.* Senectus, hyems ætatis. Nota Elect Pl. Tit. *Senectutem.*
b Vide Calligr. tit. *Temporis.*
c Conficitur citiùs, quàm. *Confieri:* est, ἀπαρέμφατον Terentio & Ciceroni usitatum.
d Forte subaudiendum: *tam hoc modo: tam cito, quam si.* Vide similem locum apud Cicer. lib. 1. Offic. ca. 42. & suprà Aulul. 3. 4. ỽ. 34. Terent. Eun. 2. 2. ỽ. 16.
e ô *Papaver.*
f Vide supra 1. 2. ỽ. 166. i. e. tantumdem dedi. Vide Lex. *Trahere. Ponere.* Curcul 4. 2. ỽ. 20. Du machsts eben so gut.
g Insumas. non potest semper durare Argentum, si quotidie insumas: nisi id immortale esse reris. Rud. 4. 8. ỽ. 9. Vide Lexic. *Sumere.*
h Periit, abiit, evanuit: proficiscitur. Profert hoc Cicero in Pisonem. cap. 25. Vide Calligr. Tit. *Luxus. Sumtus.*
i Eâ lege accepit, ut Venditor periculum Evictionis præstaret. Vide Elect. Pl. Tit. *Venditionis.*
k In Portâ Trigeminâ: ubi sc. sunt mendicantes. Vide Elect. Pl. Tit. *Mendicorum.*
l Quia abligurierat pecuniam pro Ædibus persolutam. Capt. 2. 1. ỽ. 22. Es ist alles durch den Kragen gangen. *Trapezita.* κατ' ἐπισυναλοιφὴν dissyllabum est. m Vide Calligr. Tit. *Monetaria.*

Quas de ratione debuisti, reddita.
LE. *Nempe quas spopondi.* ST. *Immò; quas dependi, inquito.*
Quas [a] *sponsione pro nuper tu exactus es,*
Pro illo Adulescente, quem tu ajebas esse [b] *divitem.*
LE. *Factum.* ST. *Ut quidem illud* [c] *perierit.* LE. *Factum id quoq; 'st.*
Nam nunc eum vidi miserum, & me ejus miseritum 'st.
ST. *Miseret te aliorum; tui te nec miseret, nec pudet.*
PH. *Tempu' st adeundi.* LE. *Estne hic Philto? qui advenit.*
Is hercle 'st ipsus. ST. *Edepol* [d] *ni ego istum velim*
Meum fieri servom cum suo Peculio.
PH. *Erum, atq; Servom plurumùm Philto jubet*
Saluere, Lesbonicum, & Stasimum. LE. *Di* [e] *duint*
Tibi! Philto; quae, quòmq; optes quid agit Filius?
PH. *Benè volt tibi.* LE. *Edepol mutuum* [f] *mecum facit.*
ST. *Nequam illud verbum 'st,* BENE VOLT: *nisi* [g] *qui benè facit.*
Ego quoq; volo esse liber; nequicquam volo:
Hic postulet frugi esse; nugas postulet.
PH. *Meus Gnatus me ad te misit, inter se, atq; nos*
Adfinitatem ut conciliarem. & gratiam.
Tuam volt Sororem ducere Vxorem. & mihi
Sententia eadem 'st; & volo. LE. *Hau nosco* [h] *tuum:*
[i] *Bonis tuis rebus meas res inrides* [k] *malas.*
PH. *Homo ego sum, Homo tu es. ita me amabit Juppiter!*
Neq; te derisum veni, neq; dignum puto.
Verùm hoc, ut dixi, meus me oravit Filius,
Ut tuam Sororem poscerem Vxorem sibi.
LE. *Mearum rerum me novisse aequom 'st ordinem?*
Cum [l] *vostris nostra non est aequa factio.*
Adfinitatem vobis aliam quaerite.
ST. *Satin' tu sanus mentis, aut animi tui?*
Qui [m] *conditionem hanc repudies. nam illum tibi*
[n] *Ferentaneum esse Amicum inventum intellego.*
LE. *Abin' hinc?* [o] *Dierectè!* ST. *Si hercle ire occipiam;* [p] *votis.*
LE. *Nisi quid me aliud vis, Philto; respondi tibi.*
PH. *Benigniorem, Lesbonice, te mihi,*
Quàm nunc experior esse, confido fore.

Nam

a Quas Minas nuper pro sponsione exactus es, & flagitatus. Vide Calligr. *Solvendi.*
b Proinde solvendo: & ἀξιόχρεων.
c Scis quo pacto illa Pecunia perierit. Ambiguitas est. ut Adolescēs, pro quo spoponderas, perierit.
d Ni: pro, *ne*. Vide Lex.
e Vide Elect. Pl. Tit. *Votorum*, & Calligr. Tit. *Vovendi.*
f Quia & ipsi benevolo.
g Nisi in aliquâ re se beneficum ostendit. Talem repetitionem vide Cist. I.1. ℣.77. Rud. 4.6 ℣.22. & 5.2. ℣. 34. Sic est apud Suidā: οὐκ ἀρκεῖ ἀγαθοθέλεια μόνον, ἀλλὰ καὶ φαίμενς δεῖ, καὶ ἐπιστρεφείας. Poen. 1. ℣.160.
h Non agnosco tuos Amores in istâ oratione. Putavi anteà te esse virum prudētem, mihique Amicum: nunc me in rebus meis adversis, in tuis secundis, abs te derideri video.
i Opulentis.
k Meam egestatem.
l Vestri Ordinis Hominibus, qui estis factiosi h. e. divites, ac potentes, nos inopes tenuesq; pares esse non possumus.
m *Conditio* de Nuptiis. Vide Lex. & Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
n Qui repentè operam ferat & auxilium Amico egenti celerem & expeditum: quales sunt *Ferentanei* vel *Ferentarij Milites*, qui laborantibus facilè auxiliantur.
o In malam Crucem.
p Vetaveris. Antique: uti saepè alibi ex MSS. Pall. reposuimus.

Nam & stultè facere, & stultè fabularier,
Utrumq; , Lesboníce, in [a] *ætate haut bonum'st.*
ST. *Verùm hercle hic dicit.* LE. *Oculum ego ecfodiam tibi,*
Si verbum addideris. ST. *Hercle quin dicam tamen.*
Nam si sic non licebit, [b] *luscus dixero.*
PH. *Ita tu nunc dicis non esse æquiperabiles*
Vostras cum nostris factiones, atq; opes?
LE. *Dico.* PH. *Quid nunc? si in* [c] *Ædem ad cenam veneris,*
Atq; ibi opulentus tibi par fortè ut venerit,
Adposita sit Cena, [d] *Popularem quam vocant,*
Si illi congesta sint epulæ à Clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
Edisne, an incenatus cum opulento accubes?
LE. [e] *Edim, nisi si ille votet.* ST. *At pol ego, etiam si votet,*
Edim; atq; ambabus malis expletis vorem:
Et quod illi placeat, præripiam potissumùm;
Neq; illi concedam quicquam de [f] *vitâ meâ.*
[g] VERECUNDARI NEMINEM APUD MENSAM DECET.
Nam ibi de Divinis atq; Humanis cernitur.
PH. *Rem fabulare.* ST. *Non tibi dicam dolo;*
Decedam ego illi de viâ, de semitâ,
De honore Populi: verùm quod ad ventrem adtinet,
Non hercle [h] HOC *longè, nisi me pugnis vicerit.*
Cenæ hâc [i] *Annonâ'st sine Sacris Hæreditas.*
PH. *Semper tu hoc facito; Lesboníce, cogites;*
Id optumum esse, tute uti sis optumus.
Si id [k] *nequeat, saltem ut optumis sis proxumus.*
Nunc conditionem hanc, quam ego fero, & quam abs te peto,
Dare, atq; accipere; Lesboníce, te volo.
DEI *Divites sunt:* DEOS *decet Opulentia,*
Et factiones: verùm nos HOMUNCULI
Salillum [l] *Animæ, qui, quòm extemplò amisimus,*
Æquè Mendicus atq; ille Opulentißumus
Censetur censu ad Acheruntem mortuus.
ST. *Au! mirum, ní tu illuc tecum Divitias feras,*

a Interdùm. suprà 1. ✝. ·.

b Si non licebit cum duobus oculis, quod volo, dicere: cum uno dicam.

c *Sc.* Sacram aliquam, ubi *sc.* epulabantur. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij*.

d Quæ Populo dari solita. Clientes in Æde sacrâ convivium Patronis apparabant. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij*.

e Edam. Antiquè.

f De victu. Vide Lex. *Vita*. Stich. 3. 2. ✝. 9.

g Nulla verecundia nos dimovere debet ab escis petendis, non secus, atque in Senatu non verecundantur sententiam dicere, ubi de Divinis, & Humanis agitur. Divinæ & Humanæ res Parasiti, *Esca* sunt: & *Mensa* Senatus. Nota Elect. Pl. Tit. *Parasitorum*.

h Δεικτικῶς.

i Prout est horum tẽporum benignitas ne benignitas, æquè raro cæna obvenit, quàm hæreditas sine Sacris. Tanta *sc.* est raritas invitatorum. Vide Lex. *Annon*. Et Elect. Pl. Tit. *Amicitiæ. Hæreditatis. Sacrorum*. Sic Cato lib. 1. Origin. apud Priscian. lib. 4. *Si quis mortuus est Arpinatis, ejus heredem sacra non sequuntur.* Vide Capt. 4. 1. ✝. 8.

k *Sc.* fieri.

l Sumus Vasculum salis *h. e.* sumus corpuscula animata. nam corpora nostra sunt tamquam animarum vascula. *Metaph.* à Mensis Pauperum, quæ sunt perquàm tenues, & sine apparatu. eis enim Sal pro obsonio est. *vel etiam*; Anima pro sale nobis est. quemadmodum enim carnes pecudum, si diu serventur sine sale, putrescunt: ita & corpora essiatâ animâ, putore corrumpuntur. *Extemplo*: est, *quàm primùm*. Vide Lexicon: & Indicem Plantinum.

Ubi mortuus sis, [a] *ita sis, ut nomen cluet.*
PH. *Nunc ut scias,* [b] *hic factiones, atq; opes*
Non esse, neq; nos tuam neglegere gratiam,
Sine Dote posco tuam Sororem Filio.
QUÆ RES BENE VORTAT! *habeón'* [c] *pactam? quid taces?*
ST. *Pro DI inmortales! conditionem quojusmodi?*
PH. *Quin fabulare;* [d] DI BENE VORTANT! *Spondeo.*
ST. *Eheu! ubi usus nihil erat dicto;* SPONDEO
Dicebat: nunc hic, quòm opu'st, non quit dicere.
LE. *Quòm adfinitate vostrâ me arbitramini*
Dignum; habeo vobis, Philto, magnam gratiam.
Sed etsi hercle graviter [e] *cecidit stultitia mea;*
Philto; est Ager sub Urbe hic nobis. eum dabo
Dotem Sorori. nam is de stultitiâ meâ
Solus superfit, præter vitam, reliquus.
PH. *Profectò Dotem nihil moror.* LE. *Certum'st dare.*
ST. *Nostrámne velis* [f] *Nutricem, Ere, quæ nos éducat;*
Abalienare à nobis? cave sis feceris.
Quid edemus nosmet posteà? LE. *Etiam tu taces?*
Tibi ego rationem reddam? ST. *Planè per Imus!*
Nisi quid ego comminiscor. Philto; te volo.
PH. *Si quid vis? Stasime.* ST. *Huc concede aliquantùm.* PH. *Licet.*
ST. *Arcanò tibi ego hoc dico: ne ille ex te sciat;*
Neve alius quisquam. PH. *Cedò audacter, quid lubet.*
ST. *Per DEOS! atq; Homines! dico; ne tu illunc Agrum*
Tuum [g] *siris umquam fieri, neq; Gnati tui.*
Eirei Argumentum dicam. PH. *Audire edepol lubet.*
ST. *Primùm omnium olim terra quòm proscinditur,*
In [h] *quinto quoq; sulco moriuntur Boves.*
PH. *Apage!* ST. *Acheruntis* [i] *ostium in nostro'st Agro.*
Tum Vinum, priusquàm coactum'st, [k] *pendet putidum.*
LE. *Consuadet Homini, credo;* [l] *etsi scelestus est,*
At mihi infidelis non est. ST. *Audi cætera.*
Pòst id, frumenti quòm alibi Messis maxuma'st,
Tribus [m] *tantis illi minus reddit, quàm obseveris.*
PH. *Hem! istic oportet obseri Mores Malos,*
Si in obserendo possint [n] *interfieri.*

ST. Neq;

a Credo te illuc ad Acheruntem divitias tuas perlaturum: ubi demùm (cùm mortuus nimirum eris) sis, ut nomen cluet *h. e.* Philto. ut ibi demùm benignitatem tuam exerceas & reverâ Philto sis Hominibus. nam ut nunc quidem es, in tantis divitiis satis parcus es. unde nominis tui etymon apud Orcum demum fortassis verum esse ostendes. Aut etiam ubi mortuus sis, ita sis, ut nomē cluet *h. e.* tunc demùm hæredes tui te Philtonem experientur, cùm mortuis eris, ubi divitias tuas adipiscentur.

b In nostrâ familiâ.

c Sic infrà *c.* 2. *℘.* 59. Vide Lex. *Sperata:* & *Conditio.* & Calligr. Tit. *Nuptiarum.*

d Cur non dicis? DI BENE VORTANT! Vide Elect. Pl. Tit. *Votorum:* & *Nuptiarum.*

e Nimis stultè egi, & peccavi in rem famil.

f Agrum *sc.* cujus proventu tamquam Nutrice alebantur.

g Siveris.

h Dum quinquies aratur Ager.

i Vide Elect. Pl. Tit. *Calamitatis.*

k In uvis *sc.* adhuc dum existens.

l Est quidem apprimè scelestus noster ille Servus: tamen eum tam mihi arbitror fidelem, ut nihil suasurus sit, quod contrà meam rem.

m Tot. Et, *illi:* est, *illic.*

n Confici, absumi. Vide Lex. *Inter.* & *fi.* primam producit.

ST. Neq; umquam quisquam 'st, quojus ille Ager fuit,
Quin pessume ei res [a] vorterit, quojum fuit.
Alij exsulatum abierunt, alij emortui,
Alij se suspendére. hem! nunc hic quojus est?
Vt AD [b] INCITA' redactus! PH. Apage à me istum Agrum!
ST. Magis, Apage! dicas; si omnia mea audiveris.
Nam [c] fulguritæ sunt hîc [d] alternæ Arbores.
Sues moriuntur [e] Anginâ hîc acerrumè.
Oves [f] scabræ sunt, tam glabræ; hem! quàm hæc est manus.
Tum autem [g] Syrorum, Genus quod [h] patientissumum 'st,
Hominum, nemo exstat, qui ibi sex menses vixerit.
Ita cuncti Solstitiali [i] Morbo decidunt.
PH. Credo ego istuc, Stasime, ita esse: sed [k] Campas Genus
Multò Syrorum jam [l] antidit patientiâ.
Sed iste est Ager profectò, ut te audivi loqui,
Malos in quem omnes publicè mitti decet.
Sicut [m] Fortunatorum memorant Insulas;
Quò cuncti, qui ætatem egerunt castè suam,
Conveniant. contrà istóc detrudi Maleficos
Æquom videtur; qui quidem istius sint modi.
ST. Hospitium 'st calamitatis. quid verbis opu' st?
Quamvis malam rem quærens, illic reperias.
PH. At tu hercle, & illi, & alibi. ST. Cave sis dixeris,
Me tibi dixisse hoc. PH. Dixisti arcanò satis.
ST. Quin hic quidem cupit illum ab sese abalienarier;
Si quidem reperire poss' et, quoi os súblinat.
PH. Meus quidem hercle numquam fiet. ST. Si sapies quidem.
Lepidè hercle de Agro ego hunc Senem deterrui.
Nam qui vivamus, nihil est, si illum amiserit.
PH. Redeo ad te, Lesbonice. LE. Dic, sodes, mihi;
Quid hic loquutus tecum? PH. Quid censes? Homo 'st:
Volt fieri liber: verùm, quod det, non habet.
LE. Et ego esse locuples, verùm nequicquam volo.
ST. Licitum, [n] si velles: nunc, quoniam nihil est, non licet.
LE. Quid tecum? Stasime. ST. De istoc, quod dixisti modò,
Si anteà voluisses, esses [o]. nunc serò cupis.
PH. De Dote mecum convenire nihil potes.
Quid tibi lubet, túte agito cum Gnato meo.

a Ceciderit, evenerit. To cujum: pro cujus neutrum pro masculino. antiquè. Adferunt Grammatici exempla infr. 4. 2. ℣. 51. ex Amph. 1. 3. ℣. 39. Aul. 2. 2. ℣. 45. Capt. 2. 4. ℣. 99. Merc. 5. 4. ℣. 45. Quibus omnibus tamen locis nos ubiq; ferè MSS. lectionem expressimus: nisi quatenus corrupta visa fuit ex permutatione litteræ E. & I. qualis crebra est in MSS. Pall.

b Proverb. ad egestatem. Vide Calligr. Tit. *Paupertatis*. Et Lex. *Incita*. Pœn. 4. 2. ℣. 85.

c Fulmine tactæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Fulminis*. & Lex. *Fulguritus*.

d E duabus altera.

e Vide Lex. *Angina*. & Elect. Pl. Tit. *Animalium. Sus*.

f Scabie asperæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Ovium*.

g Servorum.

h Ad pathicam patientiam referri potest. *Alij* ad laborum tolerantiã referunt.

i Pravo & lethali. h. e. nemo potuit sextum mensem vivere, sed statim unusquisque tempore solstitiali interire ac mori cõsuevit. Solstitium enim periculosum atque morbosum esse solet. Vide Lex. *Solstitialis*.

k Campani molles & libidinosi. l Anteit. *Nonius*. m Vide Elect. Pl. Tit. *Insularum*. n Licitum est tibi esse diviti, si voluisses temperanter vivere. o Sc. locuples.

Digitized by Google

Nunc tuam Sororem Filio posco meo.
QUÆ RES BENE VORTAT! *quid nunc! etiam consulis?*
LE. *Quid istuc? quando ita vis,* DI BENE VORTANT! *Spondeo.*
TH. *Numquam edepol quoi quam tam exspectatus Filius*
Natus, quàm illud est [a] SPONDEO *natum mihi.*
ST. *DI fortunabunt vostra consilia!* PH. *Ita* [b] *volo.*
LE. *Sed, Stasime; abi huc ad meam Sororem: ad Calliclem.*
Dic; hoc negotI quomodo actum'st. ST. *Ibitur.*
LE. *Et gratulator meæ Sorori.* ST. *Scilicet.*
TH. *I hàc, Lesbonice, mecum; ut coràm Nuptiis*
Dies constituatur: [c] *eàdem hæc confirmabimus.*
LE. *Tu istuc cura, quod jussi; ego jam hic ero.*
Dic Callicli, me [d] *ut conveniat.* ST. *Quin tu i modò!*
LE. *De Dote ut videat, quid opus sit facto.* ST. *I* [e] *modò!*
LE. *Nam certum'st sine Dote haut dare.* ST. *Quin tu i modò!*
LE. *Neq; enim illi dampno umquam esse patiar.* ST. *Abi modò!*
LE. *Meam neglegentiam.* ST. *Quin i modò!* LE. *O Pater!*
Æquom videtur, quin, quod peccarim. ST. *I modò!*
LE. *Potissumum mihi id obsit.* ST. *I modò!* LE. *O Pater!*
En [f] *umquam adspiciam te?* ST. *I modò! i modò! i modò!*
Tandem inpetravi, abiret. DI vostram fidem!
Edepol [g] *re gestâ pessumè, gestam probè:*
Siquidem Ager nobis salvos est; etsi admodùm
In ambiguo'st etiam, nunc quid de hâc re fuat.
Sed [h] *id si alienatur, actum'st de collo meo.*
Gestandus peregrè Clipeus, Galea, Sarcina,
Ecfugiet ex Vrbe, ubi erunt factæ Nuptiæ:
Ibit istàc aliquò in maxumam malam Crucem
[i] *Latrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.*
Ibo huc, quò mihi inperatum'st; etsi odi hanc domum,
Postquàm exturbavit hic nos ex nostris Ædibus.

a Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum.*
b H. opto & desidero. Curc. 1.1 ℣. 27. Vide Lex. *Volo* [illegible]*.*
c Sc. Operâ.
d Quomodo me deceat: quomodo me Dotem Sorori quærere conveniat, atq; ut ipse de eâdem videat.
e Vide Calligr. Tit. *Contemnendi.*
f Vmquámne. Vide Lex.
g Edepol etsi rem malè hactenus gessimus: tamen in eo saltem probè gesta est, quod filia herilis in tam lautam familiam collocatur: modò hoc etiam obtineri possit, ut Ager salvus nobis maneat.
h τὸ *id* absolutè capiendum: pro; *Ager.*
i Militatum. Vide Lex. Mil. 2.6. ℣. 19.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA I.

CALLICLES, Senex.
STASIMUS, Servus.

QVOMODO *tu istuc, Stasime, dixisti? nostrum Erilem Filium*
Lesbonícum suam Sororem despopondisse? ST. *hoc modo.*
CA. *Quoi Homini despondit?* ST. *Lysiteli Philtonis Filio,*
Sine Dote. CA. *sine Dote ille illam in tantas Divitias dabit?*
Non credibile dicis. ST. *at tu edepol* [a] *nullus creduas.*
Si hoc non credis; ego credidero. CA. *quid?* ST. *me nihili pendere.*
CA. *Quàmdudùm istuc, aut ubi actum st?* ST. *ilicò hic ante ostium.*
Tam [b] *modò, inquit Prænestinus.* CA. *tantón' in re perditâ,*
Quàm in re salvâ, Lesbonícus factus est frugalior?
ST. *Atque equidem ipsus ultrò venit Philto oratum Filio.*
CA. *Flagitium quidem hercle fiet, nisi Dos dabitur Virgini.*
Postremò edepol ego istam rem ad me adtinere intellego.
Ibo ad meum Castigatorem, atque ab eo consilium petam.
ST. *Propemodùm, quid* [c] *illic festinet, sentio; & subolet mihi,*
Vt Agro evortat Lesbonícum, quando evertit Ædibus.
O Ere! Charmide; quàm absente te hîc tua res distrabitur tibi!
Vtinam te redisse salvom videam! ut Inimicos tuos
Vlciscare, ut mihi, ut ergà te fui, & sum, referas gratiam!
NIMIUM DIFFICILE 'ST REPERIRI AMICUM, ITA UT NOMEN [d] CLUET,
Quoi tuam quòm rem credideris, sine omni curâ dormias.
Sed [e] *Generum nostrum ire eccillum video cum* [f] *Adfini suo.*
Nescio, quid non satis inter eos convenit. celerì gradu
Sunt [g] *uterque. ille* [h] *reprehendit hunc priorem Pallio.*
Haut illi eusc hemè adstiterunt. huc aliquantùm abscessero.
Est lubido orationem audire duorum Adfinium.

a Ne credideris.

b *H. e.* modò. *Festus.* τὸ *Tam* παρέλκει. Notatur Prænestinorum Barbaries. Trucul. 3. 2. ℣. 23. & Bacchid. citante Nonio. *Prænestinum opino esse. ita erat gloriosus.*

c Callicles.

d Cujus facta respondent nomini, & qui amicus sit haud quidē consiliarius, sed ferentarius, reâpse, non logis juvans, ubi re opus est. Bacch. 3. 2. ℣. 2.

e Lysitelem.

f Lesbonico.

g Vide Calligr. Eundi. & Lex. Gradu esse.

h Vide Lex. Reprehendere.

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA II.

Lysiteles. Lesbonicus. Stasimus.

STA ilicò. noli avorsari, neq; te occultaßis mihi.
Le. Potin? ut me ire, quò [a] profectus sum, sinas. Ly. si in rem tuam,
Lesbonice, esse videatur, Gloria, [b] aut Fama, sinam.
Le. Quod est facillumum, facis. Ly. quid id est? Le. Amico injuriam.
Ly. Neq; meum'st; neq; facere didici. Le. indoctus, quàm doctè facis?
Quid faceres? si quis docuisset te, ut sic odio esses mihi.
Qui benè quòm simulas facere mihi te, malè facis, malè consulis.
Ly. Egóne? Le. tu ne. Ly. quid malè facio? Le. quod ego nolo, id quòm facis.
Ly. Tuæ rei benè consulere cupio. Le. tu mihi es melior? quàm egomet mihi.
Sat sapio; satis in rem quæ sint meam, ego conspicio mihi.
Ly. An id est sapere: ut qui Beneficium à benivolente repudies.
Ly. Nullum [c] beneficium esse duco id, quod, quoi facias, non placet.
Scio ego, & sentio ipse, quid agam: neq; meum se officium [d] migrat;
Nec tuis depellor dictis, quin [e] rumori serviam.
Ly. Quid aisnam? retineri nequeo; quin dicam ea, quæ promeres.
Itáne tandem Majores Famam tradiderunt tibi tui?
Vt virtute eorum ante-partaper flagitium [f] perderes!
Atq; Honori Posterorum tuorum ut vindex fieres!
Tibi, Paterq;, Avosq;, facilem fecit, & planam viam,
Ad quærendum Honorem: tu fecisti, ut difficilis foret,
Culpâ maxumè & desidiâ, tuisq; stultis Moribus.
Præoptavisti Amorem tuum ut Virtuti præponeres.
Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? ah! non ita'st.
Cape sis Virtutem animo, & corde expelle desidiam tuo:
In Foro operam Amicis (ha!) da, haut in Lecto Amicæ, ut solitus es,
Atq; ego istum Agrumtibi relinqui ob eam rem anxiè expeto,
Vt tibi sit, [g] quî te corrigere poßis, ne omninò Inopiam
Cives objectare poßint tibi, quos tu Inimicos habes.
Le. Omnia ego ista, quæ tu dixisti, scio. vel [h] exsigna vero
Ego, ut rem patriam, & Gloriam Majorum fœdarim meûm.
Sciebam, ut esse me deceret, facere non quibam miser.
Ita vi Veneris vinctus, OTIO captus, in fraudem incidi.

Etti-

[a] Quò incepi ite Vide Lex. *Proficisci.*
[b] pro: *Gloriam, aut famam.* Sed in textu contrà Mss. nihil mutandum.

[c] Vide Elect. Pl. *Beneficij.* & Lex. *Beneficium*: quid differat ab *Officio.*
[d] Mutat. Vide Lex. *Verba Nostra.*
[e] Vide Elect. *Rumoris. Fama.*
[f] Eorum honorem contaminares, & tolleres. Sumtum ab his, qui quid vindicant, suumque asserunt, & manum injiciunt, proindeq, alteri auferunt. Vide Lex. *Vindicta.*

[g] *H. e.* Quo. Vide Lex.
[h] Quasi è Commentario describam, & in ordinem redigam; quo pacto r. p.

Et tibi nunc, proindè ac merére, summas [a] *habeo gratias.*
LY. *At operam perire meam sic, & te hac dicta corde spernere,*
Perpeti nequeo. simul me piget, parùm pudere te.
Et postremò, nisi me auscultas, atq; hoc, ut dico, facis;
Túte [b] *ponè te latebis facilè, ne inveniat te Honor.*
In occulto jacebis, quòm te maxumè clarum voles.
Pernovi equidem, Lesbonice, [c] *inperitum tuum ingenium admodùm.*
Scio, te sponte non tuápte errasse, sed Amorem tibi
Pectus obscurasse, atq; ipse Amoris teneo omnis vias.
Ita'st AMOR, *Balista ùt jacitur: nihil sic celere est, neque volat.*
Atq; is Mores Hominum [d] *moros, & morosos ecficit,*
Minùs placet, magis, quod suadetur: quod dissuadetur, placet.
Quòm inopia'st, cupias: quando ejus copia'st: tum non volis.
Ille, qui aspellit, is conpellit. ille, qui consuadet, votat.
[e] *Insanum'st malum, in hospitium devorti ad Cupidinem.*
Sed te moneo, hoc etiam atq; etiam ut reputes, quid facere expetas.
Si istuc, ut [f] *facis indicium, conáre; tuum incendes Genus.*
Tum igitur tibi Aqua erit Cupido, Genus qui restinguas tuum.
Atq; erit, si [g] *nactus, proindè ut corde Amantes sunt* [h] *cati.*
Ne scintillam quidem relinques, Genus qui [i] *conClíscat tuum.*
LE. [k] *Facil' est inventu: datur Ignis,* [l] *tametetsi ab Inimicis petas.*
Sed tu objurgans me, à peccatis rapis deteriorem in viam.
Meam vis Sororem tibi dem: suades sine Dote; ha! non convenit;
Me, qui abusus sum tantam rem patriam, porrò in Divitijs
Esse, Agrumq; habere: egere illam autem, ut me meritò oderit.
NUMQUAM *erit* [m] *alienis gravis, qui suis se concinnat levem.*
Sicut dixi, faciam: nolo te [n] *jactari diutiùs.*
LY. *Tantò melius't, te Sororis causâ egestatem exsequi;*
Atq; eum Agrum me habere, quàm te; tua [o] *qui toleres mœnia?*
LE. *Nolo ego mihi te tam prospicere, qui meam egestatem leves.*
Sed ut inops, infamis ne sim: ne mihi hanc famam [p] *differant,*
Me Germanam meam Sororem in Concubinatum tibi
Sic sine Dote dedisse magis, quàm in Matrimonium.

a Infrà 4. 1. ỳ. 2. Terent. Hec. 3. 2. ỳ. 11.
b Tu ipse tibi obstabis, & efficies, ne te Honor inveniat.
c Impeditū. quod aliqui in textum malint poni: sed Mss. repugnant. Vide vers. 31. & Rud. ỳ. 73.
d Stultos. Vide similem locum suprà 2. 1. ỳ. 10. de vi Amoris.
e Ingens malum. Vide Lex. *Insanè.*
f Si his moribus perges, & Agrum vendes, familiam tuam ad extremam miseriam redíges: ac tum ardebis infamiâ, & ad restinguendū incendium, clamabis Aquam, & cupies ignobilis esse.
g Si nactus eris Aquam illam, *i. e.* Cupidinem, quæ tibi sit aquæ loco, ut Amantes sunt solertes, & acuti: ne scintilla quidē tibi reliqua erit, unde genus tuum exstinctum de integro suscites.
h Nempe *scil.* cati, & capti. Quam quidem dictionem *capti* sunt, qui in textum recipere velint. Sed refragatur consensus Mss. Codd.
i *H. e.* suscitetur. C. pro G. k Facilis est. Si quis rei suæ prodigus, Amori animum adiecerit, ei occasio numquam est defutura: neque ipsi adeò Inimici (aut Inimicæ potiùs) operam istam pro pecuniâ ei negabunt. Vide Elect. Pl. *Ignis.* Aul 1. 2. ỳ. 13. Rud. 2. 4. ỳ. 21. de Aquâ. l Vide Lex. *Tametsi.* m Numquam alienis molestus, & odiosus erit, qui suis se tolerabilem præbet. Nolo ego in Sororem esse iniquus, aut me illi exosum facere. Hoc enim qui studet in suos, is idem facile cavet in alienos. n Dubitatione æstuare. o Vndè tua mœnia, & sumtus quotidianos tolerare ac sustinere possis. *Mœnia* h. e. *munia*, sicut legitur in V. C. p Dissipent, dispergant *scil.* Homines.

Quis

Quis me inprobior perhibeatur esse? hæc famiseratio
Te honestet, me aut [a] *conlutulet, si sine Dote duxeris.*
Tibi sit [b] *emolumentum Honoris: mihi quod objectent, siet.*
Ly. *Quid! te* [c] *Dictatorem censes fore? si abs te Agrum acceperim.*
Le. *Neq; volo, neq; postulo, neq; censeo: verùm tamen*
Is est HONOS *Homini* [d] *pudico, meminisse officium suum.*
Ly. *Scio equidem te, animatus ut sis. video, subolet, sentio.*
Id agis, ut ubi adfinitatem inter nos nostram adstrinxeris,
Atque eum Agrum dederis, nec quicquam hîc tibi sit, quî vitam [e] *colas.*
Ecfugias ex Vrbe inanis; profugiens Patriam deseras,
Cognatos, adfinitatem, Amicos, factis Nuptiis.
Meâ operâ hinc proterritum te, meâq; avaritiâ autument.
Id me commissurum, ut patiar fieri, ne animum induxeris.
St. *Non enim possum, quin exclamem. Euge! euge! Lysiteles;*
Facilè Palmam habes. [f] *hic victus!* VICIT TUA COMOEDIA!
Hic [g] *agit magis ex Argumento, & versus melioris facit.*
Etiam [h] *ob stultitiam tuam te tueris? multam abomina.*
Le. *Quid tibi interpellatio? aut in conCilium huc accessio'st?*
St. *Eodem pacto, quo huc accessi; abscessero.* Le. *i hàc mecum domum,*
Lysiteles. ibi de istis rebus plura fabulabimur.
Ly. *Nihil ego in occulto agere soleo. meus ut animus est, eloquar.*
Si mihi tua Soror, ut ego æquom censeo, ita nuptum datur
Sine Dote, neq; tu hinc abituru's: quod meum erit, id erit tuum.
Sin aliter animatus es; benè quod agas, eveniat tibi!
Ego Amicus numquam tibi ero alio pacto. sic sententia'st.
St. *Abijt hercle ille quidem. ecquid audis? Lysiteles. ego te volo.*
[i] *Hic quoq; hinc abijt. Stasime; restas solus. quid ego nunc agam?*
Nisi uti sarcinam constringam, & clypeum [k] *ad dorsum accommodem;*
Fulmentas [l] *jubeam suppingi soccis. non sisti* [m] *potest.*
Video Caculam [n] *militarem me futurum haut longiùs;*
Aut aliquem [o] *ad Regem in saginam Erus se conjecerit meus.*
Credo ad summos Bellatores [p] *acrem fugitorem fore:*
Et capturum spolia sibi illum, qui meo Ero advorsus venerit.
Egomet autem, quòm extemplò Arcum mihi, & Pharetram, & Sagittas sumpsero,
Cassidem in caput, dormibo placidè in Tabernaculo.

Ad Fo-

a Dedecoret, & quasi luto inquinet. *Nonius.*
b Vide Lex. *Emolumentum.*
c Quid! si Agrum mihi dederis; te Dictaturâ consequuturum speras. quia dicis me apud Homines honorem consequuturum si Agrum non accipiam, te vero decus.
d Pudenti, & verecundo. Vide Lex. *Pudicus.*
e Vndè vivas.
f *Sc.* Lesbonicus victus est. Vide Elect. *Fabularum.*
g Lysiteles magis egit pro ratione Argumenti hujus Comœdiæ.
h Tune etiam te tueris, & audes committere? ut componaris & cõtendaris cum Lysitele tot reb' meliore: qui ita variè deliqueris, ut mulctam abominari debeas; pulchre abeas, si non vapules.
i Lesbonicus.
k Ein Spieß über die Arm.
l Jubeam fulcimenta subsui soccis, ut sint solidiores & firmiores. Clavos nimirum suppingi faciam. Vide locum geminum. Bacch. 1. 3. ℣. 98. Vide Elect. Pl. *Habitûs. Calceorum.* Clavis aureis, argenteis, æreis Calcei suppacti. Vide Lex. *Fulmenta.*
m Non potest retineri Lesbonicus, quin abeat exulatum, milicatum.
n Servum militarem. Ein groß [illegible]. Vide Lex. video propediem futurum, ut militaris Cacula fiam.
H. e. Herus meus ex inopiâ Parasitus est futurus, & se apud Regem aliquem *h. e.* Hominem lautiorem, saginabit. Vide Lex. *Sagina.* Most. 1. 1. ℣. 61.
p Qui ad summos bellatores acritudine suâ accedat, ut ipsos æquet: nempe *scil.* in fugâ dandâ. *Ironia.* Vide Lex. *Ac.* Nempe quia Herus meus abijciet Arma. Sagittarum fit mentio, pro Militiâ Græcanicâ.

Ad Forum ibo; [a] nundiusſextus quoi Talentum mutuum
Dedi, repoſcam: ut habeam mecum, quod feram Viaticum.

[a] Cui ſex abhinc dieb. Tal. m. dedi.

ACTVS TERTII
SCENA III.

MEGARONIDES. CALLICLES: duo Senes.

VT mihi rem narras, Callicles; nullo modo
Poteſt fieri prorsùs, quin Dos detur Virgini.
CA. Namq; herclè honeſtè fieri fermè non poteſt,
Vt eum perpetiar ire in Matrimonium
Sine Dote, quòm ejus rem penes me habeam domí.
ME. Parata Dos domi'ſt, niſi exſpectare vis,
Vt eam ſine Dote Frater nuptum conlocet,
Pòſt adeas túte Philtonem, & Dotem dare
Te ei dicas: facere id ejus ob amicitiam Patris.
Verùm hoc ego vereor; ne iſtac pollicitatio
Te in crimen Populo ponat, atq; Infamiam.
Non temerè dicant te benignum Virgini;
Datam tibi Dotem, ei quam dares, ejus à Patre.
Ex eá largitum te illi, neq; ita, ut ſit data, in-
columem te ſiſtere [b] illi, & detráxe autument.
Nunc ſi operiri vis adventum Charmidis,
Perlongum'ſt: huic ducenti intereà [c] abſceſſerit.
CA. Nam hercle omnia iſtac veniunt in mentem mihi.
ME. Vide, ſi hoc utibile magis, atq; in rem deputas;
Vt adeas Lesbonicum; edoceas, ut res ſeſe habet.
CA. Vt ego nunc Adoleſcenti Thenſaurum indicem?
Indomito, pleno Amoris, ac laſciviæ.
Minumè; minumè hercle verò. nam certò ſcio
Locum quoq; illum omnem, ubi ſitu'ſt, comederit:
Quem fodere metuo, ſonitum ne ille exaudiat,
Neu' ipſam rem indaget, Dotem dare ſi dixerim.
ME. Quo pacto [d] ergò igitur? CA. clam Dos depromi poteſt:
Dum Occaſio ei rei repperiatur: interim
Ab Amico aliquo alicundè Argentum in Dotem rogem.

[b] Dicant, te Dotē non incolumem, & integram illi repræſentaſſe. ſed aliquid detraxiſſe.

[c] H. e. Dos abſcedet interea Lyſiteli Puellam ducenti. Si operiri voles tantiſper dum veniat Charmides, hic intereà illam indotatam duxerit.

[d] Vide Lex. Ergò igitur.

Vuuu ME. Potin'

Digitized by Google

Me. *Potin' est ab Amico alicundè exorari?* Ca. *potest.*
Me. *Gerra! ne tu illud* [a] *Verbum actutùm inveneris:*
Mihi quidem hercle non est, quod dem mutuum.
Ca. *Malim* [b] *hercle, ut verum dicas, quàm ut des mutuum.*
Me. *Sed vide consilium; si placet.* Ca. *quid consili'st?*
Me. *Scitum, ut ego opinor, consilium inveni.* Ca. *quid est?*
Me. *Homo conducatur aliquis jam; quantum* [c] *potest,*
Quasi sit peregrinus. Ca. *quid is scit facere posteà?*
Me. *Is Homo exornetur graphicè in peregrinum modum,*
Ignota facies quæ non visitata sit,
Falsidicum, [d] *confidentem.* Ca. *quid tum posteà?*
Me. *Quasi ad Adulescentem à Patre ex Seleuciâ*
Veniat, salutem ei nuntiet verbis Patris,
Illum benè gerere rem, & valere, & vivere,
Et eum rediturum actutùm. ferat Epistulas
Duas. eas nos consignemus, quasi sint à Patre:
Det alteram illi, alteram dicat tibi
Dare sese velle. Ca. *perge porrò dicere.*
Me. *Seq; Aurum ferre Virgini Dotem à Patre*
Dicat, Patremq; id jussisse Aurum tibi dare.
Tenes jam? Ca. *propemodò: atque ausculto perlubens.*
Me. *Tum tu igitur demùm id Adulescenti Aurum dabis,*
Vbi erit locata Virgo in Matrimonium.
Ca. *Scitè hercle sanè.* *Me.* [e] *hoc, ubi Thensaurum ecfoderis,*
Suspicionem ab Adulescente amoveris.
Censebit Aurum esse à Patre adlatum tibi:
Tu de Thensauro sumes. Ca. *satis scitè, & probè.*
Quamquam [f] *hoc me ætatis sycophantari pudet.*
Sed Epistulas quando obsignatas adferet,
Si quidem obsignatas adtulerit Epistulas,
Nonne arbitraris eum Adulescentem Anuli
Paterni [g] *signum novisse?* *Me.* *etiam tu taces?*
Sescentæ ad eam rem causæ possunt conligi.
Eum quem habuit, perdidit, alium post fecit novom.
Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest;
Apud Portitorem eas resignatas sibi
Inspectasq; esse. in hujusmodi negotio
Diem sermone terere, segnities mera'st.
Quamvis sermones possunt longi texier.
Abi ad Thensaurum jam confestim clanculùm;
Servos, Ancillas amove. atq; audin'? Ca. *quid est?*

[a] Potest *scil.*
[b] Malim hercle, ut omnes mihi negent, se Argentũ daturos mutuum, quàm ut quisquã det.
[c] Quàm primùm fieri potest.
[d] Nota syntaxin. *Falsidicus confidensq.*
[e] Hâc re. hoc ipso, postquàm Thes. eff.
[f] Hâc ætate.
[g] Vide Elect. Pl. *Litterarum.*

Me. *Vxorem*

ME. *Uxorem quoque ipsam hanc rem ut celes, face.*
Nam pol tacere numquam quicquam'st, quod queat.
Quid nunc stas? quin te hinc amoves! & te moves.
Aperi; deprome indè Auri ad hanc rem, quod sat est.
Continuò operito denuò. sed clanculùm,
Sicut præcepi, cunctos exturba Ædibus.
CA. *Ita faciam.* ME. *at enim nimis longo sermone utimur.*
Diem conficimus, quod jam properato'st opus.
Nihil est, de signo quòd vereare! me [a] *vide;*
Lepida'st illa causa, ut conmemoravi, dicere,
Apud Portitores esse inspectas. deniq;
Diei tempus non vides? quid [b] *illum putas*
Naturâ illâ, atq; ingenio? jamdudùm Ebriu'st.
Quidvis probare poterit. tum, quod maxumi'st,
Afferre, non [c] *petere hic se dicet.* CA. *jam sat est.*
ME. *Ego sycophantam* [d] *jam conduco de Foro:*
Epistulasq; jam consignabo duas,
Eumq; huc ad Adulescentem meditatum probè
Mittam. CA. *eo ego igitur intrò ad* [e] *officium meum.*
Tu istuc age. ME. *actum reddam.* [f] *Nugas sum; nisi.*

[a] Ego omnia curabo sedulò. Laß mich darvor sorgē.
[b] Cùm sit tā propè vesperam, vix est, quod dubites, quin pro eâ, qua est naturâ, atque ingenio jamdiu vino sit depositus Vide Elect. Pl. *Litterarum.* Portitoribus traditæ: quinis Notis.
[c] Qui quasi à Patre missus veniet.
[d] Vide Elect. Pl. *Sycophantarum.* Pœn. 3. 2. ℣. 7.
[e] Ad depromendū Aurum.
[f] *H. e.* Nisi hoc effectum lepidè dedero, Nugas ero. *h. e.* Nugatorius Sycophanta. Vide Lex. *Nugas* pro, *nugax. S.* pro *X.* antiquè.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

CHARMIDES, Senex.

SALSIPOTENTI- [g] *Multipotenti Iovis Fratri, & Nerei Neptuni,*
Latus, lubens, laudes ago; & grates, gratiasq; habeo, & fluctibus salsis,
Quòm penes me potestas; [h] *Bonuq; meis idem foret; & mea Vita.*
Quòm suis me ex locis in Patriam Urbiq; mœnia reducem faciunt.
Atq; ego, Neptune, tibi antè alios DEOS gratias ago, atque habeo summas.
Nam te omnes sævomq; severumq;, atq; avidu moribus commemorant,
[i] *Spurcificum, inmanem, intolerandum, vesanum.* [k] *contrà operâ expertus.*
Nam pol placido te, & clementi, meo [l] *usq; modo, ut volui, usus sum, in* [m] *Alto:*
Atq; hanc tuam gloriam jam antè auribus acceperam, & nobilem apud Hominis.
Pauperibus te parcere solitum, Divites damnare, atq;
Domare. Abi; laudo. scis ORDINE, ut æquom'st,
Tractare Homines. hoc DIs dignum'st; semper Mendicis modesti sint.
Fidus fuisti; infidum esse iterant. nam absq; foret te, sat scio, in Alto

[g] Maris potenti Domino. Vide Elect. Pl. *Naufragij.* Vide Mostell. 2. 1. ℣. 1. Et formulam gratias agendi suprà 1. 2. ℣. 32.
[h] Cùm ego unà cum Fortunis & vitâ meâ salvus evasi ex Naufragio.
[i] Vehementem, asperū. Vide Lex. *Spurcus.*
[k] Contrà ego te & usu expertus sum, te &c.
[l] Meo arbitratu.
[m] In Mari.

Digitized by Google

Distraxissent, [a] disq; tulissent Satellites tui, me miserum fœdè;
Bonaq; omnia item unà mecum paßim Cæruleos per [b] Campos.
Ita jam quasi Canes, haut secus, circumstabant Navem [c] turbines Venti.
Imbres, fluctusq;, atq; procellæ infensæ, frangere Malum.
Ruere [d] Antennas, scindere Vela, ni tua Pax propitia foret præstò.
Apage à me [e] s! deindè hinc certum'st otio me dare: satis partum habeo.
Quibus ærumnis [f] delectavi! Filio dum Divitias quæro.
Sed quis hic est? qui in platéam ingreditur cum novo ornatu, specieq;
Simul, pol, quamquam domum cupio, oppertar hic, quam gerat rem.

ACTUS QUARTI
SCENA II.
SYCOPHANTA. CHARMIDES, Senex.

HUIC ego Diei nomen TRINUMMO faciam. nam ego operam meam
Tribus Nummis hodiè locavi ad Artes nugatorias.
Advenio ex Seleuciâ, Macedoniâ, Asiâ, atq; Arabiâ,
Quas ego, neq; oculis, nec pedibus umquam [g] usurpavi meis.
Vidén'? EGESTAS quid negotI dat Homini misero mali!
Qui [h] ego nunc subigor trium Nummorum causâ, ut has Epistulas
Dicam ab eo Homine me accepisse; quem ego, qui sit Homo, nescio,
Neq; novi: neq; [i] gnatus, nécne is fuerit, id solidè scio,
CH. Pol hic quidem [k] fungino genere est: capite se totum tegit:
Illurica facies videtur Hominis: eo ornatu advenit.
SY. Ille, qui me conduxit, ubi conduxit, abduxit domum.
Quæ voluit, mihi dixit: docuit, & præmonstravit priùs,
Quomodo quidq; agerem: nunc adeò, si quid ego [l] addidero ampliùs,
Eò Conductor melius de me nugas conciliaverit.
Vt ille me exornavit, ita sum ornatus. ARGENTUM hoc [m] facit.
Ipsa Ornamenta à [n] Chorago hæc sumpsit suo periculo.
Nunc ego, si potero Ornamentis Hominem circumducere,
Dabo operam; ut me esse ipsum planè Sycophantam sentiat.
CH. Quàm magis specto, minus placet mihi hæc Hominis facies. mira sunt;
Ni illic Homo'st, aut [o] Dormitator, aut sector [p] Zonarius,

Loca

a Distulissent, dissipassent. Navem meam Pentheum fecissent. Similis locus est in Fragmentis Vidular. 4. Fragm. pag. 16.
b Per mare, & Neptunia arva.
c Hi jam sunt Satellites Neptuni.
d Vide Lex. Verba Neutra.
e ô Neptune!
f Delectatus sum! Co ist mich sauer ankommen! [illegible]
g Nec vidi, neque umquam ingressus sum. Vide Calligraph. Terentii. Elect. Lex. Usurpare.
h ὃ ego παρέργον est.
i Ne quidem an aliquis natus sit umquam scire possum. Sic Seneca Apocolocynth. Nemo enim umquam natum putavit.
k Fungi enim nihil, quam caput sunt: ita hic Petasatus totus est.
l Si ea, quæ doctus sum, expolivero, tanto meliùs conductor meâ operâ, rem nugatoriam confecerit.
m Tanta scil. vis est Pecuniæ.
n H. e. Scenarum instructore. Vide Lex. Choragus. & Elect. Pl. Fabularum. Scena. Persâ 1. 3. v. 79. Curcul. 4. 1. v. 3.
o ἡμεροκοίτης. Fur nocturnus: vel etiam; Amator fallax. Turn. lib. 20. cap. 14. Advers.
p βαλαντιοτόμος, Crumenisecа. Ein Beutelschneider.

Loca contemplat, circumspectat sese, atq; Ædis [a] *noscitat.*
Credo edepol, quò mox furatum veniat; speculatur loca.
Magis lubido'st observare, quid agat: ei rei operam dabo.
SY. *Has Regiones demonstravit mihi ille Conductor meus:*
Apud illas Ædis sistendæ mihi sunt Sycophantiæ.
Foris pultabo. CH. *Ad nostras Ædis hic quidem habet* [b] *rectam viam.*
Hercle opinor mihi advenienti hâc noctu [c] *agitandum'st vigilias.*
SY. *Aperite* [d] HOC! *aperite! heus! ecquis his Foribus tutelam* [e] *gerit?*
CH. *Quid, Adulescens, quæris? quid vis? quid istas pultas?* SY. *Heus! Senex.*
Census [f] *quòm* sum, *Juratori rectè rationem dedi.*
Lesbonícum hic Adulescentem quæro, in his Regionibus
Vbi habitet; & item alterum, ad istanc capitis [g] *albitudinem:*
Calliclem ajebat vocari, qui has mihi dedit Epistulas.
CH. *Meum Gnatum hic quidem Lesbonícum quærit, & Amicum meum,*
Quoi ego liberosq;, bonaq; conmendavi, Calliclem.
SY. *Fac me, si scis, certiorem,* [h] *hisce Homines ubi habitent, Pater.*
CH. *Quid eos quæris? aut quis es? aut undè es? aut undè advenis?*
SY. *Multa simul rogitas; nescio quid expediam potissumùm.*
Sin unum quidquid singillatim, & placidè percunctabere,
Et meum nomen, & mea facta, & itinera ego faxo scias.
CH. *Faciam ita, ut vis. agedum Nomen tuum primùm memora mihi.*
SY. *Magnum facinus incipissis petere.* CH. *Quid ita?* SY. *Quia, Pater;*
Si ante lucem ire occipias à meo primo Nomine,
[i] *Concubium sit noctis, priusquàm ad postremum perveneris.*
CH. [k] *Opus Facla'st, & Viatico, ad tuum Nomen; ut tu prædicas.*
SY. *Est minusculum* [l] *alterum, quasi Vasculum Vinarium.*
CH. *Hic Homo solidè Sycophanta'st. quid ais tu? Adulescens.* SY. *Quid est?*
CH. *Eloquere; isti tibi quid Homines debent? quos tu quæritas.*
SY. *Pater istius Adulescentis dedit has duas mihi Epistulas*
Lesbonici. is mihi'st Amicus. CH. *Teneo hunc* [m] *manufestarium.*
Me sibi Epistulas dedisse dicit. ludam Hominem probè.
SY. *Ita ut occepi, si animum advortas, dicam.* CH. *Dabo operam tibi.*
SY. *Hanc me jussit Lesbonico suo Gnato dare Epistulam,*
Et item hanc alteram suo Amico Callicli jussit dare.
CH. *Mihi quoq; edepol, quòm hic nugatur, contrà nugari lubet.*
Vbi ipse erat? SY. *Benè rem gerebat.* CH. *Ergò ubi?* SY. *In Seleuciâ.*
CH. *Ab ipson' istas accepisti?* SY. *E* [n] *manibus dedit mihi ipse in manus.*
CH. *Quâ facie'st Homo?* SY. *Sesquipede quidem'st, quàm tu longior.*
CH. [o] *Hæret hæc res: siquidem ego absens sum, quàm præsens, longior.*
Novistin' Hominem? SY. *Ridiculè rogitas, quo cum unà cibum*
Capere soleo. CH. *Quid est ei Nomen?* SY. *Quod edepol Homini probo.*

a Noscere conatur, explorat.

b Hic rectâ viâ tēdit ad nostras Ædes.

c Nota syntaxin Græcam. Vide Lex. *Gerundia.*

d Δεικτικῶς. hoc ostium. Machet uff da!

e Quis heic est Ostiarius? Vide Elect. Pl. Tit. *Ædium.*

f Quid tu me rationes poscis? cū census sum, tum Juratori rectè dedi. *Jurator* pro Cēsore ponitur: qui alios sub juramēto ex animi sententiâ censet. Vide Pœn. Prol. ℣. 58.

g Istâ ferè canitie præditum.

h H. e. *hi*, antiquè positum. Vide Lex.

i Quando *sc.* jam faces accenduntur post vesperam.

k Vt *sc.* in tam longo itinere & victus suppetat, & in tenebris lumen sive facula.

l *Sc.* nomen.

m Manifestè hunc deprehendi. Ich hab ihn ertappt. Vide infra ℣. 64. & 78. *sc.* in sermone.

n ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα.

o Hæc tacitè ad Spectatores mussitat Charmides. Vide Amph. 1. 2. ℣. 182.

CH. *Lubet audire* SY. [a] IL, IL, *edepol*; IL, IL. *væ misero mihi!*
CH. *Quid est negotI?* SY. *Devoravi Nomen inprudens modò.*
CH. *Non placet, qui* AMICOS *intrà Dentis* [b] *conclusos habet.*
SY. *Atq; etiam modò versabatur mihi in* [c] *labris primoribus.*
CH. [d] *Temperi huic hodiè anteveni.* SY. *Teneor manufestò miser.*
CH. *Jámne commentatus es Nomen?* SY. DEÛM *hercle me, atq; Hominum pudet.*
CH. *Vide* [e] *Homo; ut Hominem noveris!* SY. *Tamquam me.* CH. *Fieri istuc solet,*
Quod in manu teneas, atq; oculis videas, id desideres.
SY. *Litteris* [f] *recomminiscar.* C *est principium Nomini.*
CH. *Callicias?* SY. *Non est.* CH. *Callippus?* SY. *Non est.* CH. *Callidemides?*
SY. *Non est.* CH. *Callinicus?* SY. *Non est.* CH. *Callimarchus?* SY. *Nihil agis.*
Neq; adeò edepol floccifacio; quando egomet memini [g] *mihi.*
CH. *At enim multi Lesbonici sunt hic; nisi* [h] *Nomen Patris*
Dices; non monstrare possum istos Hominis, quos tu quæritas.
Quod ad exemplum est? conjecturâ si [i] *reperire possumus id.*
SY. *Ad hoc exemplum'st;* CHAR. CH. *An Chares? an Charidémus? num Charmides?*
SY. *Hem! istic erat. qui istum* DI *perdant!* CH. *Dixi ego jamdudùm tibi:*
Te potiùs benè dicere æquom'st Homini Amico, quàm malè.
SY. *Satin intrà labra, atq; Dentis latuit Vir minumi pretI?*
CH. *Ne malè loquare absenti* [k] *Amico.* SY. *Quid ergò ille ignavissumus*
Mihi latitabat? CH. *Si* [l] *adpellasses, respondisset, Nomine.*
Sed ipse ubi'st? SY. *Pol illum reliqui ad* [m] *Rhadamanthem in* [n] *Cercopiâ Insulâ.*
CH. *Qui Homo'st me insipientior? qui ipse egomet, ubi sim, quæritem.*
Sed nihil disconducit huic rei. quid ais? SY. *Quid!* CH. *Hoc; quod te rogo.*
Quos locos adIstis? SY. *Nimium miris modis mirabiles.*
CH. *Lubet audire; nisi molestum'st.* SY. *Quin discupio dicere.*
Omnium primùm in Pontum advecti ad [o] *Arabiam terram sumus.*
CH. *Ehò! an etiam Arabia'st in Ponto?* SY. *Est: non illæc, ubi Thus gignitur;*
Sed ubi Absynthium fit, atq; [p] *Cunila Gallinacea.*
CH. *Nimiùm graphicum hunc Nugatorem! sed ego sum insipientior,*
Qui egomet, undè redeam, hunc rogitem: quæ ego sciam, atq; hic nesciat:
Nisi quia lubet experire, quò evasuru'st denique.
Quid est tibi Nomen? Adulescens. SY. [q] *Pax: id est nomen mihi.*
Hoc cottidianu'st. CH. *Edepol Nomen nugatorium!*
Quasi dicas, si quid crediderim tibi; Pax! perIsse [r] *ilicò.*

Sed

a Istâ sc. stribligine celpitat in Nomine indicando mēdax Sycophanta.
b Iocus est ex eo, quod dixerat, se nomen devorasse.
c Germ. Er lag mir auff der Zungen.
d Opportune: tēpestivè.
e Homo nequam; *vide, u. h. n.*
f Per litteras mihi in memoriam revocabo. *C.* est initialis littera in Nomine. Vide Elect. Pl. Tit. *Memoria.* Similis hæsitatio fere est. Merc. 4. 3. ✱. 23.
g τὸ *mihi* παρέλκον. Vide Lex.
h *Nota:* Græci distinguebantur paternis nominibus. Vt; *Socrates Sophronisci.* Idem mos apud Germanos solemnis: Schneider-Georgen Fritz.
i Vide Lex. *Invenire. Reperire.*
k Horat. *Absentem qui rodit Amicum,* &c.
l Si Nomine appellasses ipsum, respondisset.
m συκοφαντισμός est Nusquam enim hic locus in rerum Naturâ.
n Vbi Κέρκωπες, *Simiæ*, Homines sceleratissimi cruciatibus exercentur in Orco scilicet. Sed vanitas est Sycophantæ.
o Arabicam terram. Substantivum pro Adjectivo. Vide Lex. *Nomen Subst. Epitheta. Periphrasis.*

p Satureia. Gartenysop. q Fictè hoc ait. quasi qui sine strepitu & tumultu sua agat, fortè κατ' ἀντίφρασιν capiendum. Veriùs dixisset: *Harpax.* Vide Lex. *Pax.* ex Scalig. Auson. Lect. r *H. e.* prorsùs· παντελῶς.

Sed quid ais? quò indè Istis porrò? SY. Si animum advortes, eloquar.
Ad [a] caput Amnis, quod de cælo exoritur, sub Solio Jovis.
CH. Sub Solio Jovis? SY. Ita dico. CH. E Cælo? SY. Atq; è medio quidem.
CH. Ehò! an etiam in Cælum [b] escendistis? SY. Immò [c] Horiolâ advecti sumus,
Usq; aquâ adversâ per Amnem. CH. Ehò! an tu etiam vidisti Jovem?
SY. Alij Dij Isse ad Villam ajebant, Servis depromptum cibum.
Deindè porrò. CH. [d] Deindè porrò nolo quicquam prædices.
SY. Ego hercle verò si eris molestus. CH. Nam [e] pudicum neminem
Manere oportet, qui abs Terrâ ad Cælum pervenerit.
SY. Dimittam, ut te velle video. sed monstra hosce Homines mihi.
Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre Epistulas.
CH. Quid ais tu nunc? si fortè eum ipsum Charmidem conspexeris,
Illum, quem tibi istas dedisse conmemoras Epistulas.
Noverísne Hominem? SY. Næ tu me edepol arbitrare Beluam;
Qui quidem non novisse possim, quicum ætatem exegerim.
An ille tam esset stultus? qui mihi mille Nummûm crederet
Philippeûm, quod me Aurum deferre jussit ad Gnatum suum.
Atq; ad Amicum Calliclem, quoi rem ajebat mandasse hic suam.
Mihi [f] concrederet, nisi me ille, & ego illum nossem adprobè.
CH. Enimverò ego nunc Sycophantæ huic sycophantari volo:
Si hunc possum illo mille Nummûm Philippo circumducere,
Quod sibi me dedisse dixit: quem ego, qui sit Homo, nescio;
Neq; oculis ante hunc diem umquam vidi. Ei [g] nimirùm crederem!
Quoi, si capitis res siet, Nummûm numquam credam plumbeum.
Adgrediundu'st hic Homo mihi astu. heus! Pax; te tribus verbis volo.
SY. Vel trecentis. CH. Habén' tu id Aurum? quod accepisti à Charmide.
SY. Atq; etiam Philippeûm, numeratum illius in [h] Mensâ manu,
Mille Nummûm. CH. Nempe ab ipso id accepisti Charmide?
SY. Mirum, [i] quin ab Avo ejus, aut Proavo acciperem! qui sunt mortui.
CH. Adulescens; cedódum istuc Aurum mihi. SY. Quod ego Aurum dem tibi?
CH. Quod à me te accepisse fassu's. SY. Abs te accepisse? CH. Ita loquor.
SY. Quis tu Homo's? CH. Qui mille Nummûm tibi dedi; ego sum Charmides.
SY. Neq; edepol tu is es; neq; hodiè is umquam eris; Auro [k] huic quidem.
Abi sis! Nugator. nugari Nugatori postulas.
CH. Charmides ego sum. SY. Nequicquam hercle es. nam nihil Auri fero.
Nimis argutè obrepsisti in eâpse occasiunculâ:
Postquàm [l] ego me Aurum ferre dixi, post tu factu's Charmides.
Priùs tu non eras, quàm Auri feci mentionem; nihil agis.
Proin túte itidem ut Charmidatus es, rursùm [m] re-Charmida.
CH. Quis ego sum igitur? siquidem is non sum; qui sum. SY. Quid id ad me adtinet?

[a] Sic Iurisconsulti caput Aquæ dicũt, undè Aqua oritur. Inde Metaph. A capite arcessere. Lucret. lib. 6. Fit quoq; uti pluviæ magis ad Caput Nili Tempore eo fiant.
[b] Vide Lex. Escendere.
[c] Navi piscatoriâ. Vide Lex.
[d] interrumpitur sermo Sycophantæ.
[e] Alludit ad Fabulam de raptu Ganymedis, qui, Hebe repudiatâ, Iovi Pincerna factus est.
[f] An, inquam, mihi concrederet: nisi.
[g] τὸ Nimirùm servit εἰρωνείαις.
[h] Apud Trapezitam in Foro.
[i] Q.d. A quo igitur, nisi ab ipso? ánne ab ejus Avo? Vultuose pronunciandum. Vide Lex. Mirum, quin!
[k] Ut in aliis omnibus reb. sis Charmides: at non eris etiam isti Auro.
[l] Vide Lex. Postquàm post. ℣. 156.
[m] H.e. conceptam lætitiam, & assumtum nomen depone. Ludit in Nomine.

Dum

Dum ille ne sis, quem ego esse nolo; sis meâ causâ, qui lubet.
Priùs non is eras, qui eras: nunc is factu's, qui tum non eras.
CH. [a] *Age; si quid agis.* SY. *Quid ego agam?* CH. *Aurum redde.* SY. *Dormítas; Senex.*
CH. *Fassu's Charmidem dedisse Aurum tibi?* SY. [b] *Scriptum quidem.*
CH. *Properas? an non properas? abire actutùm ab his Regionibus,*
Dormitator; priusquàm ego hic te jubeo [c] *mulcari malè.*
SY. *Quamobrem?* CH. *Quia* [d] *illum, quem ementitus es, ego sum ipsus Charmides:*
Quem tibi Epistulas dedisse ajebas. SY. *Eho! quæso; an tu is es?*
CH. *Is enimverò sum.* SY. *Ain' tu tandem!* [e] *is ipsúsn' es?* CH. *Ajo.* SY. *Ipsus es?*
CH. *Ipsus, inquam, Charmides sum.* SY. *Ergò ipsúsn' es?* CH. *Ipsissumus,*
Abi hinc ab oculis! SY. *Enimverò* [f] *serò quoniam advenis,*
Vapulabis arbitratu meo, & novorum Ædilium.
CH. *At etiam maledicis?* SY. *Immò salvos quandoquidem advenis;*
DI te perdant! etsi [g] *floccifacio, an perisses priùs.*
Ego ob hanc operam Argentum accepi: te macto infortunio.
Cæterùm qui sis, qui non sis, floccum [h] *non interduim.*
Ibo ad illum; renuntiabo, qui mihi tris Nummos dedit,
Vt sciat, se perdidisse. ego abeo. malè Vive; & Vale!
Quod DI te omnes advenientem peregrè perdant! Charmides.
CH. *Postquàm ille hinc abijt, pòst loquendi liberè*
Videtur tempus venisse, atq; occasio.
Jamdudùm meum ille pectus pungit aculeus,
Quid illi negotI fuerit antè Ædis meas.
Nam Epistula illa mihi [i] *concenturiat metum*
In corde, & illud mille Nummûm, quam rem agat.
Numquam edepol temerè [k] *tinnijt Tintinnabulum,*
Nisi qui illud tractat, aut movet, mutu'st; tacet.
Sed quis hic est? qui huc in platéam cursuram incipit.
Lubet observare, quid agat: huc concessero.

ACTVS

a Vide suprà Stich. 5.4. ℣. 35. ubi loca παράλληλα ex Plauto.
b Q.d. Non ipsum Aurum mihi dedit, sed tantùm Auri summam in Tabellis notatam.
c Vide Lex. *Mulcare.*
d *τὸ illum παρέλκει.*
e Hic locus expressus ex Aristoph. Plut. τί φῄς; ἐκεῖνος ὄντως εἶ σύ; καὶ. ἐκεῖνος αὐτός; αὐτότατος.
f Quia Fabula jam magnam partem acta est. *Nota*: qui serius, quàm oportebat, Proscenium ingrederetur, vapulabat. Vide Elect. 1. l. Tit. *Scena.* Cittell. Epilogo.
g Quoniam incolumis huc venisti, pereas licet: etsi meâ causâ perire potueras et prius: nec ego floccú interduim, si id factum.
h Pilum. Vide Lex. *Floccus.*
i Colligit à re militari. Vide Lex.
k Hic Sycophanta nō temere, sed ab alio subornatus ad Ædes meas cum litteris venit. *Allegoria.* Germani dicunt: Es fallen keine Spän/ sie werden dann gehawen.

ACTUS QUARTI SCENA III.

STASIMUS, Servus. CHARMIDES, Senex.

STASIME; *face te properè* [a] *celerem, recipe te ad Dominum domum:*
Ne subitò metus exoriatur scapulis stultitiâ tuâ.
Adde gradum, adpropera. jamdudùm factum'st, [b] *quòm abISti domo.*
Cave sis tibi, ne bubuli in te [c] *Cottabi crebri crepent.*
Si abieris ab Eri [d] *quæstione; ne destiteris currere.*
Ecce Hominem te, Stasime, nihili! satin' in [e] *Thermopolio*
[f] *Condalium es oblitus? postquàm Thermopotasti gutturem.*
Recipe te, & recurre petere te recenti. CH. *Huic, quisquis est.*
[g] *Curgulio'st exercitor. is hunc Hominem cursuram docet.*
ST. *Quid! Homo nihili! non pudet te?* [h] *tribúsne te poteriis*
Memoriâ esse oblitum? an verò, quia cum frugi Hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facilè cohiberent manus?
[i] *Theruchus fuit, Kerconícus, Krinnus, Kercobúlus,* [k] *Kóttabus:*
[l] *Oculicrepidæ, Cruricrepidæ,* [m] *Ferriteri, Mastigiæ.*
Inter eósne Homines Condalium te redipisci postulas?
Quorum eorum unus surrupuit currenti cursori [n] *solum.*
CH. *Ita me* DI *ament! graphicum Furem!* ST. *Quid ego; quod periȷ́t, petam?*
Nisi etiam laborem ad dampnum adponam [o] *epithecam insuper?*
Quin [p] *tu, quod periȷ́t, perISse ducis! cape* [q] *versoriam;*
Recipe te ad Erum. CH. *Non fugitivu'st hic Homo: conmeminit* [r] *domi.*
ST. *Atq; utinam!* VETERES HOMINES, *veteres*que *Parsimoniæ,*
Potiùs majori honori hic essent, quam MORES MALI.
CH. DI *inmortales!* [s] *basilica hic quidem facinora inceptat loqui.*
Vetera quærit; vetera amare hunc, Morem Majorum, scias.
ST. *Nam* NUNC-MORES *nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.*
AMBITIO *jam more* [t] *sancta'st,* [u] *libera'st à Legibus.*

Xxxx Scuta

a Vide Calligr. tit. *Festinandi.*
b Vide Callígr. tit. *Temporis.*
c Crepitus plagarum, qui edantur, cùm corio bubulo cæderis. vel; *Cottabi bubuli* sunt ipsa lora. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij*, ubi reliquiæ vini in terram elidebantur, ut sonum redderent.
d Si abieris tum, cũ Herus te quæreret. Similis locus Merc. 2. 4. ✝. 13.
e In Cauponâ, ubi calida potio vaniret. Vide Lex. & Elect Pl. Tit. *Victûs. Triclinij.*
f Annulum. Vide Lex.
g Hunc Hominem tardus aliquis Curculio ad cursum exercuit. ita currit, nec procurrit. *Curgulio* hic est ea gutturis pars, quâ λάρυγξ eminet, quam inter comedendũ commoveri cernimus: sive ipsa Gula potiùs, ut *Gurgulio* fiat. Videtur etjam hic Charmides senili parsimoniâ Servi sui edacitatem sugillare, cui agitator atq; exercitor sit Gula, sive adeò pars illa, per quam cibus in ventrem descendit. *Allegoria*, ab Athletis, quibus Gymnastæ sui, & Magistri exercitores. Vide Lex. *Gurgulio.* & Elect. Pl. Tit. *Gymnastices.*
h Non te pudet? tribus poculis memoriam omnem abolevisse tibi & simul cum vino ebibisse.
i Nomina Servulorum ficta, quibuscũ Stasimus potavit.
k A Cottabo.
l Quibus oculi, & crura pugnis contundi solent.
m Qui ferrum terunt, & compedibus ferreis vinciuntur.
n Soleam calceamenti. Vide Elect. Pl. Tit. *Furti.*
o Additionem, adjectionem, dactylothecam, *Allegoric.*
p Versus hendecasyllabus.
q Revertere. Hans l kehr umb. Vide Lex. *Versoria.*
r Domûs suæ.
s Egregia.
t Tuta: inviolata facta est.
u Soluta legg.

Scuta [a] *jacere, fugereq; Hostis,* [b] *More habet licentiam:*
Petere HONOREM *pro flagitio; More fit.* CH. *Morem inprobum!*
ST. [c] *Strenuos præterire, More fit.* CH. *Nequam quidem!*
ST. MORES LEGES *perduxerunt jam in potestatem suam:*
Magis quis sunt [d] *obnoxiosæ, quàm Parentibus Liberi.*
Eæ miseræ etiam ad parietem [e] *sunt fixæ clavis ferreis,*
Vbi malos Mores adfigi nimiò fuerat æquius.
CH. *Lubet adire, atq; adpellare hunc: verùm ausculto perlubens.*
Sed metuo; si compellabo, ne aliam rem occipiat loqui.
ST. *Neq; istu* [f] *quicquam Lege sanctum'st.* LEGES MORI *serviunt.*
Mores autem rapere properant, [g] *quà Sacrum, quà Publicum.*
CH. *Hercle istis malam rem magnam Moribus dignum'st dari!*
ST. *Nónne hoc* [h] *publicè animum advorti? nam id Genus Hominum* [i] *omnibus*
Vniversis est advorsum; atq; omni Populo malè facit,
Malè fidem [k] *servando: illis quoq; abrogant etiam fidem,*
Qui nihil meriti: quippe ex eorum Ingenio Ingenium horum [l] *probant.*
Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsâ modò commonitus sum.
Si quis [m] MUTUUM *quid dederit, fit pro Proprio perditum:*
Quom repetas, Inimicum Amicum beneficio invenias tuo.
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur [n] *optio:*
Vel illud, quod credideris, perdas; vel illum Amicum amiseris.
CH. *Meus est hic quidem Stasimus Servos.* ST. *Nam ego Talentum mutuum,*
Quod dederam, Talento Inimicum mihi emi, Amicum vendidi.
Sed ego sum insipientior, qui rebus [o] *curem publicis*
Potius, quàm id, quod proxumum'st: meo tergo [p] *tutelam geram.*
Eo domum. CH. *Heus tu! adsta ilicò. audi! heus tu!* ST. *Non sto.* CH. At ego te stare volo.
ST. *Quid si egomet te velle nolo!* CH. *Ha! nimium, Stasime, sæviter.*
ST. *Emere* [q] *meliu'st, quoi inperes.* CH. *Pol ego emi, atq; Argentum dedi.*
Sed si non dicto audiens est; quid ago? ST. *Da dampnum malum.*
CH. *Benè mones. ita facere certum'st.* ST. *Nisi* [r] *quidem es obnoxius.*
CH. *Si bonus est, obnoxius sum: sin secus est;* [s] *faciam, uti jubes.*
ST. *Quid id ad me adtinet? bonisne Servis tu utare, an malis.*
CH. *Quia Boni Maliq; in eâ re pars tibi'st.* ST. *Partem alteram*
Tibi permitto. illam alteram ad me, quod boni'st, adponito.

CH. *Si*

a Quod est ignavorum Militum. Græci dicunt: ῥίψασπιδίου γραφή.
b Ex more: more recepto.
c Consuetudine nunc fit, ut Viri fortes ab improbissimo quoq; in honoribus petendis victi discedant, locoq; moveantur. Vide Festum de præteritione Senatorum Romanorum.
d Multum obnoxii. Simul tacitè contumaciam Liberorum ergà Parentes taxat. Vide Lex. *Obnoxius.*
e Vrbanè admodùm. tamquam si Leges supplicio gravi affectæ. Vide Elect. Pl. Tit. *Legum.*
f Qui hodiè vivunt.
g Vide Lex. *Quà quà.*
h Nonne hoc publicâ animadversione coerceri debet?
i Vide Lex. *Omnis universus.*
k Dum servare fidem negligunt Magistratus, fit, ut etiam fidis, propter infidos, non habeatur fides. quippe ex eorum, qui non servant fidem, ingenio, horũ, qui sunt fideles, ingenium metiuntur. Sic dicitur: *Ingratus unus miseris omnibus nocet.*
l Æstumant, pendunt. Vide Lex. *Probare.*
m Sic Axionicus Comicus: ὅταν δανείζῃ τις πονηρῷ χρήματα, ἀντὶ δικαίας τ' ἐχθρὸν λύπας ἔχει. *Qui mutuam dat improbo pecuniam: Pro fœnore is jure accipit molestiam.* Et Germani eleganter: Leihe deinem Freunde / vnd mahne deinen Feinde. Terent. Phorm. 1. 2. ℣. 6. *Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.* Sic Hebræi dicunt: *Mutuum dare est initium dilectionis: finis ejus contentio, & odium.* Vide Gramm. Munst.
n Electio.
o Nota synaxin. *Curare rebus publicis.* Truc. 1. 2. ℣. 35.
p Curam. *locus.*
q Emere oportet, quem tibi obedire velis. Pers. 2. 4. ℣. 2. Wilt du ein Knecht haben / so schaff dir einen.
r Cum hâc exceptione quidem, nisi Servo tuo ob alia ejus rectè facta multum debeas.
s H. e. damnum malum dabo.

Digitized by Google

CH. *Si eris meritus, fiet. sed respice ad me huc! ego sum Charmides.*
ST. *Hem! quis est? qui mentionem facit Homo Hominis optumi.*
CH. *Ipse Homo optumus.* ST. *Mare, Terra, Cælum; DI vostram fidem!*
Satin' ego oculis planè video? éstne ipsus? an non est? is est.
Certè is est: is est profectò. ô mi Ere exoptatissumè;
Salve! CH. *Salve! Stasime.* ST. *Salvom te!* CH. *Scio. & credo tibi.*
Sed omitto alia: hoc mihi responde; Liberi quid agunt mei?
Quos reliqui hic; Filium, atq; Filiam. ST. *Vivont, valent.*
CH. *Nempe uterq;?* ST. *Vterq;.* CH. *DI me salvom, & servatum volunt!*
Cætera intus otiosè percunctabor, quæ volo.
Eamus intrò: sequere. ST. *Quò tu te agis?* CH. *Quónam? nisi domum.*
ST. *Hícine nos habitare censes?* CH. *Vbínam ergò alibi censeam?*
ST. *Jam.* CH. *Quid jã?* ST. *Non sunt nostræ Ædes istæ.* CH. *Quid ego ex ted audio?*
ST. *Vendidit tuus Gnatus Ædis.* CH. *Perij!* ST. [a] *Præsentariis*
Argenti Minis numeratis. CH. *Quot?* ST. *Quadraginta.* CH. *Occidi!*
Qui eas emit? ST. *Callicles, quoi tuam rem commendaveras;*
Is habitatum huc conmigravit, nosq; exturbavit foràs.
CH. *Vbi nunc Filius meus habitat?* ST. *Hic in hoc* [b] *Posticulo.*
CH. *Malè disperij!* ST. *Credidi ægrè tibi id, ubi audisses, fore.*
CH. *Ego miser meis periculis sum per Maria maxuma*
Vectus capitali periculo, per Prædones plurumos
Me servavi; salvos redij: nunc hic disperij miser,
Propter eosdem, quorum causâ fui hác [c] *ætate exércitus.*
Adimit animam mihi ægritudo. Stasime; tene me. ST. *Visne* [d] *Aquam*
Tibi petam? CH. *Res* [e] *quòm animam agebat, tùm esse offusam oportuit.*

a Sic suprà Most. 2.1.℣.14.
b Vide suprà 1.2. ℣.57.
c Ætate tam præcipiti, atq; effœtâ.
d Vt te refocilles. Vide Elect. Pl. Tit. *Aqua. Morborum.*
e Cùm res familiaris peribat, jam tum aquam off. op. *locum.*

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

CALLICLES. CHARMIDES: duo Senes.
STASIMUS, Servus.

QVID *hoc hic clamoris audio ante Ædis meas?*
CH. *O Callicles! ô Callicles! ô Callicles!*
Qualin' Amico mea conmendavi bona!
CH. *Probo, & fideli, & fido, & cum magnâ fide.*
Et salve! & salvom te advenisse gaudeo.
CH. *Credo omnia istæc* tibi; *si ita'st, ut prædicas.*

Sed quis iste est tuus ornatus? CA. *Ego dicam tibi.*
Thensaurum ecfodiebam intùs, [a] *Dotem, Filiæ*
Tuæ quæ daretur. sed intus narrabo tibi
Et hoc, & alia. sequere! CH. *Stasime!* ST. *Hem!* CH. *Strenuè*
Curre in Piræum, atq; unum [b] *curriculum face.*
Videbis jam illic Navem, quâ advecti sumus.
Videto, Sangarionem; quæ inperaverim,
Curare, ut ecferantur. & tu ito semul.
Solutum'st Portitori jam Portorium.
ST. *Nihil est mora.* CH. Nihil. *ambula. actutùm redi.*
ST. *Illic sum, atq; hic sum.* CA. *Sequere tu me hàc intrò.* CH. *Sequor.*
ST. [c] *Hic meo* [d] *Ero Amicus solus firmus restitit,*
Neq; demutavit animum de firmâ fide.
Quamquam labores multos ipse pertuli.
Sed hic unus, ut ego suspicor, servat fidem.
Ob [e] *rem laborem eum ego cepisse censeo.*

a In Dotem.
b Curre instar curriculi propere. Lauff eins lauffs.
c Callicles.
d Charmidi. εἰρωνικῶς. τὸ demutare alibi Pseud. 1. 5. ℣. 142. absolutè posuit.
e Hæc. ob commodum suum.

ACTUS QUINTI SCENA I.

LYSITELES, Adolescens.

HIC [f] *Homo'st omnium Hominum præcipuus; voluptatibus, gaudiisque* [g] *antepotens.*
Ita commoda, quæ cupio, eveniunt. quod ago, adsequitur, subest,
Subsequitur. ita gaudiis gaudium suppeditat.
Modò me Stasimus Lesbonici Servos convenit. is
Mi dixit, suum Erum peregrè huc advenisse Charmidem.
Nunc mihi is properè conveniendu'st: ut, quæ cum ejus Filio
Egi, ei rei [h] *fundus Pater sit potior. eo. sed fores*
Hæ sonitu suo mihi moram obIciunt incommodè.

f Ego. δεικτικῶς.
g Antepollens, præ reliquis pollens gaudiis ob sc. desponsatam Charmidis filiã, & Soceri adventum. Vide Lex. *Potens.* & Calligr. Tit. *Lætitia.*
h Auctor. Vide Lex. *Fundus.*

Digitized by Google

ACTUS QUINTI
SCENA II.

CHARMIDES. CALLICLES: duo Senes. LISITELES. LESBONICUS: duo Adolescentes.

NEQUE *fuit, neq; erit, neq; esse quemquam Hominum in terrâ dum arbitror,*
Quoi fides, fidelitasq; Amicum ergà æquiperet suum.
Nam [a] *exædificavisset me ex his Ædibus; absq; te foret.*
CA. *Si quid Amicum ergà benè feci, aut consului fideliter,*
Non videor meruisse laudem: culpâ caruisse arbitror.
Nam BENEFICIUM *Homini* [b] *proprium quod datur, proprium sumpserit.*
Quod [c] *datum utendum'st, id repetundi copia'st, quando velis.*
CH. *Est ita, ut tu dicis. sed ego hoc metuo mirari satis,*
Eum Sororem despondisse suam in tam [d] *fortem familiam,*
Lysiteli quidem Philtonis Filio. LY. [e] *enim me nominat.*
CH. *Familiam optumam* [f] *occupavit.* LY. *quid ego cesso hos conloqui?*
Sed maneam etiam, opinor. namq; hoc commodùm orditur loqui.
CH. *Vah!* CA. *quid est?* CH. *oblitus intùs dudùm tibi sum dicere:*
Modò mihi advenienti Nugator quidam accessit obviàm;
Nimis pergraphicus Sycophanta. is mille Nummûm se aureûm
Meo datu tibi ferre, & Gnato Lesbonico ajebat meo:
Quem ego, nec qui esset, noram; neque eum antè usquàm conspexi priùs.
Sed, quid rides? CA. *meo* [g] *adlegatu venit, quasi qui Aurum mihi*
Ferret abs te, quod darem tuæ Gnatæ Dotem: ut Filius
Tuus, quando illi à me darem, esse adlatum id abs te crederet,
Neu' [h] *qui rem ipsam posset intellegere, & Thensaurum tuum*
Me esse penes, atq; [i] *eum à me Lege Populi patrium posceret.*
CH. *Scitè edepol.* CA. *Megaronides communis hoc meus, & tuus*
[k] *Benivolens, commentu'st.* CH. *quin conlaudo consilium, & probo!*
LY. *Quid ego ineptus, dum sermonem vereor interrumpere,*
Solus sto? nec, quod conatus sum agere, ago? Hominis conloquar.
CH. *Quis hic est? qui huc ad nos incedit.* LY. *Charmidem Socerum suum*
Lysiteles salutat. CH. *Dident tibi, Lysiteles, quæ velis!*
CA. *Non ego sum* [l] *salutis dignus?* LY. *immò Salve! Callicles.*
Hunc priorem æquom'st me habere. TUNICA [m] PROPIOR PALLIO'ST.
CH. DEOS *volo consilia vostra rectè vortere!* *

[a] Ejecisset me Filius ædibus, si absque te foret.
[b] Perpetuum: nec timet, ut ab se repetatur. Vide Elect. Pl. *Possessionum.*
[c] Hoc in Precario absolute verum est. At in Commodato non item: quod repetere nō licet, nisi usu finito, ad quem vel expresse, vel tacite datum est.
[d] Divitem. Vide Lex. *Fortis.*
[e] Vide Lex. *Enim.*
[f] Invenit, possidet. *Nonius.*
[g] à me allegatus. Sic supr. Curc. Arg. ℣. 1. *missu Phædromi*, ut est in Mss. Langg. non item Pall.
[h] Aliquo modo. Vide Lex.
[i] Eum Thesaurū Lesbonicus à me posceret lege Civitatis Atheniensis. ut à Patre defossum.
[k] Sic infrâ ℣. 53. Most. 1. 3 ℣. 38. Bacch. 3. 6. ℣. 24. Epid. 1. 1. ℣. 72. Capt. 2. 3. ℣. 30.
[l] Nota syntaxin. *Dignus salutis.* ἄξιος ὑγείας
[m] Proverbium: *Sura genu propius.* das Hembd ligt neher als der Rock. Amicorum gradus sunt, & Officiorum quoque. Vide Elect. Pl. *Vestium & Officij.*

Digitized by Google

[a] Vide Elect. Pl. *Nuptiarum.*
[b] In Dotem. Nota syntaxin. *Spondeo Dotis.* Vide Calligr. *Dotis.* Pers. 3. 1. ✝.66.
[c] Nota: *Placendus.*
[d] Vide Elect. Pl. *Matrimonij. Nuptiarum. Dotis.*
[e] Vide illisce Titulis in Electis Pl.
[f] Vide Calligr. *Minandi.*
[g] Iracundiâ & dolore vexatur.
[h] Miserum est, male merita ista, ut sunt merita, ulcisci mihi non licere.
[i] Integrè, rectè, commodè. Vide Lex. *Salvè.* Men. 5. 2. ✝. 16. Et Calligraph. *Peregrinantis.*
[k] Sermo interruptus.
[l] Sic suprà 2. 3. ✝. 100.
[m] Vide Elect. Pl. *Nuptiarum. Conjugij.* Vxores Luxuriosis in pœnam datæ. Epid. 2. 2. ✝.38. Sic Philemo. Ἀθάνατον ἐςὶ κακὸν ἀναγκαῖον γυνή. Propert. *Vna est & cuivis Femina multa mala.* lib. 2. Eleg. 25. ✝. 48.

Filiam meam tibi desponsatam esse audio. Ly. *nisi* tu nevis.
Ch. *Immò haut nolo.* Ly. *spondén' ergò tuam Gnatam Vxorem mihi?*
Ch. [a] *Spondeo! & mille Auri Philippûm* [b] *Dotis.* Ly. *Dotem nihil moror.*
Ch. *Si illa tibi placet;* [c] *placenda Dos quoque'st, quam dat tibi.*
Postremò, quod vis, non duces: nisi illud, quod non vis, feres.
Ca. *Ius hic orat.* Ly. *inpetrabit Advocato, atque Arbitro.*
Istâc [d] *lege Filiam tuam spondén' mihi Vxorem dari?*
Ch. *Spondeo.* Ca. *& ego spondeo idem hoc.* Ly. *ô salvete!* [e] *Adfines mei.*
Ch. *Atq; edepol sunt res, quas propter tibi tamen suscensui.*
Ca. *Quid ego feci?* Ch. *meum corrumpi quia perpessu's Filium.*
Ca. *Si id meâ voluntate factum'st; est, quod mihi suscenseas.*
Sed sine me hoc abs te inpetrare, quod volo. Ch. *quid id est?* Ca. *scies.*
Si quid stultè fecit, ut ea missa facias omnia.
Quid [f] *quassas caput?* Ch. *cruciatur* [g] *cor mihi, & metuo.* Ca. *quidnam id est?*
Ch. *Quòm ille ita'st, ut esse nolo, id crucior. metuo; si tibi*
Denegem, quod me oras, ne te leviorem ergà me putes.
Non gravabor: faciam ita, ut vis. Ca. *probus es. eo; ut illum evocem.*
Ch. [h] *Miserum'st, malè promerita, ut merita, si mihi ulscisci non licet.*
Ca. *Aperite hoc! aperite properè! & Lesbonicum, si domi'st, foràs*
Evocate. ita subitu'st, propter quod eum conventum volo.
Le. *Quis Homo tam tumultuoso sonitu me excivit subitò foràs?*
Ca. *Benivolens tuus, atq; Amicu'st.* Le. *satín'st* [i] *salvè? dic mihi.*
Ch. *Rectè. tuum Patrem rediisse salvom peregrè gaudeo.*
Le. *Quis id ait?* Ca. *ego.* Le. *tún' vidisti?* Ca. *& túte idem videas licet.*
Le. *O Pater! Pater mi; salve!* Ch. *salve multùm! Gnate mi.*
Le. [k] *Si quid tibi, Pater, laboris* Ch. *nihil evenit. ne time.*
Benè re gestâ salvos redeo: si tu modò frugi esse vis;
Hæc tibi [l] *pacta'st Callicli Filia.* Le. *ego ducam; Pater:*
Etiam et si quam aliam jubebis. Ch. *quamquam tibi suscensui.*
Ca. Miseria una [m] *uni quidem Homini'st ádfatim.* Ch. *immò huic parum'st.*
Nam si pro peccatis centum ducat Vxores, parum'st.
Le. *At jam posthàc temperabo.* Ch. *dicis; si facias modo!*
Nunc, quid causæ'st? quin Vxorem cras domum ducam. Ch. *optumum'st; licet.*
Tu in perendinum paratus sis, ut ducas. Plaudite!

PLAVTI TRINVMMVS.

EXPLICIT.

Incipit. Truculentus.

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI
Sarsinatis Vmbri

TRVCVLENTVS.

Plautus Truc. 5. v. 75.

VENERIS *in Tutelâ est hæc Fabula.*

M. Cato apud Ciceronem *Catone* cap. VIX.

Quàm gaudebat Bello suo Punico NÆVIUS! *quàm Truculento* PLAUIUS.

Iulius Cæs. Scaliger.

Truculentum Plautus RUSTICUM *inscribere debuit.* RUSTICUS *enim ibi, non* TRUCULENTUS *est.*

Janus Palmerius.

In Truculento pleraque Latina nimiùm: ceteróquin nulli Comœdiarum secunda.

DRAMATIS PERSONAE.

DINARCHUS, Adoleſcens. *ἐν τοῖς δειvοῖς ἀρχηγός.*
PHRONESIUM, Meretrix.
GETA, Servus.
CALLICLES, Senex. *Ab honeſtâ gloriâ.*
ASTAPHIUM, Ancilla. *Ab uvulâ paſſâ.*
STRATILAX, Servus. *Militatorculum.*
STRATOPHANES, Miles. *Illuſtris in militiâ.*
STRABAX, Adoleſcens-Ruſticus. *ἀπὸ τοῦ στράβου.*
ANCILLA altera.

ARGVMENTVM.

PHRONESIUM *Meretricem tres simul Rivales deperibant, Dinarchus Vrbanus Civis, Strabax* RUSTICUS, *Stratophanesq́. Miles Babylonius. Strabacis erat* Servus Stratilax *sævis moribus, qui ob duritiam* TRUCULENTUS *dicitur: à quo* [infrà 2. 2. v. 10.) *nomen datum Comœdiæ est. Dinarchus, cùm fermè rem omnem profudisset, nec superfuisset, quod daret, excluditur: sed per Astaphium Meretricis Ancillam Amicæ redit in gratiam, quia nova pollicitus est se missurum munera. is priùs Calliclis vitiavit Filiam.* RUSTICUS *item Strabax cum fortè exegisset, quam Patri Mercator debuerat pecuniam, eâ donat Phronesium, ut in suam recipiatur gratiam: interim Meretrix se ex Milite simulat gravidam, & ut rei fidem faciat, alterius sibi supponit Filium. Miles adveniens ratus ex illâ suscepisse genitum, illam multis cumulat muneribus: sed cùm novisset simul admisisse* RUSTICUM, *fiunt invicem jurgia. Callicles, Puellæ Pater, quam Dinarchus compresserat, cùm novit Nepotem ex Filiâ fuisse Meretrici clam suppositum, illum repetit, Filiamq́. Dinarcho Vxorem collocat.*

Digitized by Google

Digitized by Google

M. ACCI PLAVTI Sarsinatis Vmbri

TRVCVLENTVS.

ARGVMENTVM.

TRES [a] unam [b] pereunt Adulescentes [c] Mulierem:
Rure unus, alter Vrbe, pereg è tertius.
Vtque ista ingenti Militem [d] tangat bolo,
Clam sibi supposuit clandestinò [e] editum.
Vi magnâ [f] Servos est, ac [g] trucibus moribus,
Lupæ [h] ne rapiant Domini [i] parsimoniam.
Et eis tamen mollitur. Miles advenit,
Natique [k] causâ [l] dat [m] propensa munera.
Tandem compressæ [n] Pater cognoscit omnia.
Vtque illam ducat, qui vitiarat, cónvenit:
Suumque is repetit à Meretrice súbditum.

PROLOGVS.

PERPARVAM partem postulat PLAUTUS loci
De mœris [o] *magnis, atq; amœnis Mœnibus,*
Athenas [p] *quò sine Arcussletis conferat.*
Quid nunc! daturin' estis? an non? ádnuunt.
Meditor [q] *equidem vobis me ablaturum sine*
Morâ. Quid si de vostro quippiam orem? ábnuunt.
En mehercle in vobis resident Mores pristini:
Ad denegandum ut celeri linguâ utamini.
Sed hoc agamus; húc quâ ventum'st gratiâ.
ATHENAS [r] *tracto; ita ut hoc est Proscenium:*
Tantisper dum transigimus hanc Comœdiam.

[a] Strabax. Dinarchus, Stratophanes.
[b] Amant. Vide Calligr. *Amoru.*
[c] Phronesium.
[d] Ingentem à Milite prædam faciat. *Allegoria* à Piscatoribus.
[e] Puerum.
[f] Stratilax.
[g] Vndè *Truculentus* dicitur.
[h] Meretrices.
[i] Bona comparsa. Abstractum pro Cócreto. Sic *Custodia*, *Venatio* usurpantur apud Latinos.
[k] Quem Pater putat esse suum.
[l] *Scil.* Phronesio.
[m] Impensa.
[n] Callicles.
[o] *H. e.* muris. Antiquè. *œ* pro *u*.
[p] In quem locum sine Artificibus *scil.* transferat Athenas, & mirâ quâ sã metamorphosi Spectatoribus probet, heic Athenas esse, ibique agi hanc Fabulam. Vide Lex. *Arcusp'et.*
[q] Mihi persuasi, me à vobis impetraturum locum.
[r] *H. e.* Proscenium hoc repræsentabit illas ATHENAS, quas huc conferre dixi Plautum. Illas ego in hoc Proscenio tracto.

Hic habitat Mulier, nomen quoi'st PHRONESIUM.
Hæc hujus Sæcli Mores in se possidet:
Numquam ab Amatore suo postulat id, quod datum'st.
Sed relliquom dat operam, ne sit relliquom;
Poscendo, atq; auferendo, ut mos est Mulierum.
Non omnes id faciunt, quom se amari intellegunt.
Ea se peperisse Puerum simulat Militi;
Quò citius rem ab eo auferat cum [a] *Pulvisculo.*
Quid multa? ætas huic si [b] *superet Mulieri;*
Hic cum Animâ [c] *ad eam habentiam everrerit.*

ACTUS PRIMI

SCENA I.

DINARCHUS, Adolescens

NON omnis Ætas ad perdiscendum [d] *sat est*
Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis.
Neq; eam rationem eapse umquam édocet VENUS,
Quam [e] *penes Amantum summa summarum redit:*
Quot Amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat, quotq; exoretur [f] *exorabulis.*
Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ
Sunt? [g] *quot sunt perclamanda? DI vostram fidem! hui!*
Quid! [h] *perjerandum'st etiam: præter munera.*
Primùm-dum mæret Animus. is [i] *primos Bolu'st.*
Ob [k] *eum tris Noctis ducor. intereà loci;*
Aut Æra, aut Vinum, aut Oleum, aut Triticum
Temptat, Benignúsne, an bonæ Frugi sies:
Quasi in Piscinam Rete [l] *qui Jaculum parat.*
Quando abijt Rete pessum, tum adducit [m] *Sinum;*
Si in jecit [n] *Rete; Piscis ne ecfugiat, cavet.*
Dum huc, dum illuc Ret' eos inpedit
Piscis, usq; adeò, donicum eduxit foràs.
Itidem'st AMATOR; *sid id, quod oratur, dedit.*
Atq; est [o] *Benignus potiùs, quàm Frugi bonæ.*
Adduntur Noctes: interim ille Hamum [p] *vorat.*
Si semel Amoris [q] *Poculum accepit merè,*

Eaq; in-

a Ut omnia converrat, minimam etiam scobem ac [illegible]mentum. *Allegor.* [illegible] [illegible] [illegible].
b Supersit. Vide Lex.
c Hic Miles omnem suam habentiam, *οὐσίαν*, possessionesque a se ad istam transtulerit una cum Animâ suâ. *Hic* pro, *hic.* Vide Lex.
d Il[illegible] e. multi modi sunt, quib' Amans perire potest.
e Penes quam summa rerum Amantum potestas est.
f *Exorabulum* ab exorando [illegible].
g Quoties perclamandum! [illegible] & c.
h Vide Lex. *Trajicere.*
i *Primos*: est, *primus.* Antique. Sic primo captus sum Amator. Allegoria frequens a Piscatoribus. Des ist der erste [illegible].
k Ob eum bolum tres noctes [illegible]. Vide Lex. *Eum.*
l Vide Lex. *Retepaculum.* & *Nomina substantiva.*
m Laxitatem contrahit.
n Fixit, sive attraxit.
o [illegible] Vide Lex. Et *Noctes* pro concubitu posuit.
p Allegoricè à Piscibus.
q Vide Calligr. *Bibendi*, [illegible]. *Amoris poculum*: [illegible]. Vide etiam Lex. *Verba Neutra.*

Digitized by Google

Eaq; intrà pectus se penetravit Potio,
Extemplò & ipsus perIt, [a] *& Res, & Fides:*
Si iratum Scortum fortè'st Amatori suo,
Bis perIt Amator: ab re, atq; Animo semul:
Sin [b] *alter alteri potiù'st, itidem perIt.*
Si raras Noctis ducit, ab Animo perIt:
Sin [c] *crebravit; ipsus gaudet, Res perIt.*
Ita'st Disciplina *in Ædibus Lenoniis.*
Priusquàm unum dederis; centum, quæ poscat, parat.
[d] *Aut Aurum perIt,* aut *conscissa Pallula'st,*
Aut empta Ancilla, aut aliquod Vasum [e] *Argenteum,*
Aut Vasum ahenеum aliquod, aut Lectus [f] *laptilis*
Aut [g] *Armariola Græca, aut aliquid semper* est,
Quod pereat; debeatq; Amans Scorto suo.
Atq; [h] *hæc celamus nos dampna,* unâ *industriâ*
Quòm Rem, Fidemq;, Nosq; [i] *nosmet perdimus;*
Ne quid Parentes, neq; Cognati sentiant.
Quos quòm celamus, si facimus conscios,
Qui nostræ ætati tempestivò [k] *temperint,*
Vndè [l] *ante-parata demus post-Partoribus,*
[m] *Faxim, Lenonum, & Scortorum* ut *plus est,* minus,
Et minus [n] *dampnosorum* Hominum, *quàm nunc sunt, siet.*
Nam nunc Lenonum, & Scortorum plus est fere,
Quàm olim Muscarum'st, quòm [o] *caletur maxumè.*
Nam [p] *nusquam alibi si sunt, circum Argentarias*
Scorti-Lenones quasi sedent cottidiè.
Ea nimia'st [q] *ratio; quippe qui certò scio,*
Æris plus [r] *Scortorum esse jam, quàm Ponderum:*
[s] *Quos quidem, quam ad rem dicam in Argentariis*
[t] *Referre habere, nisi pro* [u] *Tabulis, nescio;*
Vbi Æra perscribantur Vsuraria:
Accipiat [x] *illed Expensa, neq; censeat.*

a Quia bona sua perdit, dum eam placare studet, & animi cruciatur, quam diu Puella irata est.

b Si mutuum fiat, ut & Scortum nō offensum sit, & Amator in primis Adventoribus, tamen perit. Etenim vel Noctes raras habebit, occupatá etiam in aliis Meretrice: & angore animi conficietur, aut crebrò admittetur: & ipsi quidem benè erit, sed acerrimè Fortunæ miseri lancinabuntur. τὸ *alteri* positū p *altera*; ut, *qui*; *due-et-tricesimi-septimi*, &c. Et *potius est*: h. e. *potior est* Vide Lex. *Potior* & Calligr. Tit. *Amoris*.

c Crebras Noctes impetravit.

d Causæ indicantur hic, quare Puella numquam desinat poscere.

e Vide Lex *Vasum*.

f Dapilis. Vide Lex. *Dapsilis*. τὸ *l.* pro *d.* & *t.* pro *s.*

g Vide Lex. *Armarium.*

h Dum damna nostra celamus, interim rem pariter & fidem, nosque, perdimus. At si non celent ipsi, contra Lenones & Scorta peribunt.

i Et nosmet ipsos. k Qui nostros Adolescentes tempestivè moderentur. l Ne ea, quæ antè nos parta sunt, demus iis, qui post nos parant, atque acquirunt: *h. e.* Scortis, & Lenonibus, qui nostro damno se locupletant, & ea, quæ nobis à Parentibus quæsita sunt, sibi acquirunt. m Fecerim. n Qui damna faciunt. [illegible] Vide Lex. *Damnosus.* o Cum maximus est calor. p Nusquam plures sunt Lenones, quàm circum Argentarias Tabernas. q Scortorum nimis quam magnus est numerus: Rationes, quibus Scorta & Lenones computantur, nimis magnæ sunt. Trin. 2. 4. ℣. 11. r *Q. d.* Tabernæ Argentariæ sic obsidentur à Scortis, ut æs jam minus ponderum habeat, quàm ejusmodi nebulonum, quibus utuntur Argentarij. s Lenones. t Attinere, utiles esse. u *Sc.* Accepti, & Expensi. x Si quid Expensi tulit, mox ferat, neque tam diu sendeat in Argentarijs, quasi censum agat, & accipiat, & census Tabulas, more Censoris, conficiendas curet.

Digitized by Google

Postremò in magno Populo, in multis Hominibus,
Re placidâ, atq; otiosâ, victis Hostibus,
Amare oportet omnis, qui, quod dent, habent.
Nam mihi hac Meretrix, quæ hîc [a] *habet, Phronesium,*
Suum [b] *Nomen omnis ex pectore exmovit meo.*
Nam me fuisse huic fateor summum atq; intumum.
Quod [c] *Amantis multò pessumum'st Pecuniæ.*
Eadem, postquàm alium reperit, qui plus daret,
[d] *Danosiorem me exindè amovit loco.*
Quem [e] *infestum ac odiosum sibi esse memorabat Mala,*
Babyloniensem Militem. is nunc dicitur
Venturus peregrè: eò nunc commenta'st dolum:
Peperisse simulat sese. ut me extrudat foràs;
Atq; ut cum solo [f] *pergraGetur Milite,*
Eum esse simulat Militem Puero Patrem.
Eum isti it suppositum Puerum; ô [g] *Pus! Pessuma*
Mihi [h] *Berbaretur dare sese. an me censuit*
Celare se potesse? gravida si foret.
Nam ego Lemno advenio Athenas nudiustertius,
Legatus hinc quò cum Publico [i] *Inperio fui.*
Sed hæc, quis Mulier est? Astaphium'st Ancillula,
Cum eâ quoq; etiam mihi fuit commercium.

a Habitat. Vide Lex.
b Prudentiam. ἀπὸ τῆς φρονήσεως.
c Quia *sc.* quantò Amatores Amasiis magis innotescunt: tantò majori plectuntur damno: cùm majorem pecuniam profundere compellantur.
d Ab antiquo verbo *Dano:* quod est *do.* & τὸ *me* ablativo casu positum est. hoc sensu: Danosiorem à me amovit loco.
e *Sc.* Militem inimicum, & molestum.
f Luxurietur. Vide Lex. *Græcari.* G. pro C.
g O! virulenta; maledica! Sic Horat. lib. 1. Sat. 7.
¶ .1. Et *suppositum ire*, pro: *supponere.*
h Antiquè. *B.* pro *V.* verba.
i Vide Calligr. Tit. *Potest. tu.* Et Elect. Tl. Tit. *Leg. tionu.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

Astaphium, Ancilla. Dinarchus, Adolescens.

Ad foris auscultato, atq; adserva has Ædis;
Ne quis Adventor gravior abeat, quàm adveniat:
Neu' qui manûs adtulerit steriles intrò ad nos,
Gravidas foràs exportet. Novi ego Hominum Mores:
Ita nunc Adulescentes morati sunt. Quin [k] *ei*
Ut [l] *simitu adveniunt ad Scorta* [m] *Congerones,*
[n] *Consulta sunt consilia, quando intrò advenerunt:*
[o] *Oenus eorum aliquis Osculum Amicæ usq; oggerit.*

k Ii.
l Simulatque.
m A congerendo. Geruli. Vide Lex.
n Inita jam sunt eis consilia.
o *H. e.* Unus. Antique. *Oe.* pro *V.*

Dum

Dum illi [a] *amant*; cæteri cleptæ lurcantur, hárpagant.
Sin videant, quempiam se [b] *adservare, obludunt, qui custodem*
[c] *Oblectent per joculum & ludum: de nostro sapè edunt, quod*
Fartores [d] *faciunt. Fit pol hoc; & pars Spectatorum scistis*
Pol hæc Vos me haut mentirier.
Ibi'st [e] *ibus pugnæ, & virtuti, de Prædonibus prædam capere.*
At nos rusùm lepidè referimus gratiam Furibus nostris.
Nam ipsi vident, quòm eorum aggerimus bona. quin *etiam ultrò ipsi ággerunt ad nos.*
DI. *Me illis quidem hæc verberat verbis. nam ego huic dona adcongessi.*
AS. [f] *Conmemini. jam pol* [g] *ego'um'psum, si domi erit, mecum adducam.*
DI. *Heus! manedum, Astaphium; priusquàm* [h] *aVis.* AS. *qui revocat?* DI. *scies.*
Respice huc. AS. *quis est?* DI. *vobis qui multa bona esse volt.* AS. *dato; si esse vis.*
DI. *Faxo, erunt;* [i] *respice huc modò.* AS. *Io!* [k] *t'enicas me miseram, quisquis es.*
DI. *Pessuma; mane.* AS. *Optumè odiosus es.*
Dinarchúsne illic est? atq; is est. it ad nos. ips' ipsu'st. DI. *I Tu! i; fer* [l] *contrà manum; & pariter*
Gradere. AS. *tibi servio; atq; audiens sum inperI.* DI. *túte quid agis?*
AS. *Valeo; & validum teneo. peregrè quòm advenis,* [m] *Cena detur.*
DI. *Benignè dicis.* AS. *at at enim; amábo! sine me ire, quò jussit.* DI. *eas!*
Sed, quid ais? AS. *quid vis?* DI. *istic, quò iter inceptas, qui est? quem arcessis?* AS. *Archilam*
Obstetricem. DI. *mala Femina's.* AS. *solens sum. ea'st Disciplina.*
DI. *Manufestam* [n] *mendacij, Mala! te teneo.* AS. *quid jam? amábo!*
DI. *Quia te* [o] *adducituram huc dixeras eum ipsum; non eampse.*
AS. *Nunc Mulier facta'st ex Viro.* DI. *mala's.* AS. *Præstigiator!*
DI. *Sed tamdem loquere; qui is Homo'st? Astaphium.* [p] *uníusne Amator?*
AS. *Nimis otiosum arbitror Hominem esse te.* DI. [q] *quianam arbitrare?*
AS. *Quia tuo vestimento, & cibo alienis rebus* [r] *curas.*
DI. *Vos me reddidistis otiosum.* AS. *quid jam? amábo!* DI. *ego expediVo.*
Rem perdidi apud vos: cum re *meum negotium abstulistis.*
Si rem servassem; fuit, ubi negotiosus essem.
AS. *An túte benè Rempublicam, aut Amoris aliâ lege*
Haberete [s] *postulas? quin tu otiosus fias!*
DI. *Illa, haut ego, habuit* [t] *publicum. perversè interpretaris.*

Nam

[a] Dum illi Cõgerones basiantes Amicam suis nugis amatorijs occupant, in eum finem, ne scil. animadvertat, quid cæteri agant: illi alij Fures pergræcantur, & furantur.
[b] Observare, quid agant.
[c] Atque ita ab observando avertãt:
[d] Quia de iis, quæ ad eos delata sũt, ut facrimina conficiant, non nihil detrahunt, eoque vescuntur. Vide Lex. *Fartores.*
[e] Tum putant sibi de eo esse pugnãdum, & ex eo virtutis famam consequuturos, si de nobis prædentur. *Ibus:* pro, *iis.* antique.
[f] Memini, quem me accersere jusseris; nempe Strabacem.
[g] Apostrophe antiqua. pro: *ego eũ ipsum.*
[h] Antiquè: pro, *Abis.* V. pro B.
[i] Faciam benè: tu modo huc respice.
[k] Apostrophe. tu enicas.
[l] Vide Elect. Pl. *Salutationum.* Et *ipsipsus* antiquè est *ipse ipsus.* Antiquè. Vide Indicem. Et Lex. Plaut.
[m] Vide Elect. Pl. *Peregrinationum.*
[n] In manifesto mendacio te deprehendi.

[o] ἀρχαϊκῶς, ut, *Tetiturum.* [p] Vide Lex. *Unus.* τὶς, quidam. [q] *H. e.* quamobrem. Vide Lex. [r] Nota syntaxin: *Rebus alienis curare.* Et ỳ. seq. *expediVo:* pro; *expedibo.* antiquè V. pro B. [s] Cupisne Rempublicam, aut Rem Amoris benè tractari, aliâ lege, quàm ut otiosus fias? *q. d.* Neque Resp. neque Amor benè potest tractari, nisi uterque otiosè suo muneri vacet. Nota. *Res Amoris.* Vide Lex. *Periphrasis.* Amph. 2. 2. ỳ. 1. [t] *scil.* a se conductum. Vide Elect. Pl. *Vectigalis.*

Digitized by Google

Nam advorsum legem [a] *à me, ob meam Scripturam Pecudem accepit;*
[b] *Æraque.* As. *Idem quod tu facis, faciunt rei malè gerentes.*
Ubi non est, [c] *Scripturam undè dent; incusant Publicanos.*
Di. *Malè vortit Res-pecuaria mihi apud Vos: nunc vicissim*
Volo habere [d] *Arastunculam pro copiâ hic apud vos.*
As. *Non* [e] *Arvus hic, sed* [f] *pascuus est Ager; si Arationes*
[g] *Habituris. qui arari solent, ad Pueros ire meliu'st.*
[h] *Hic nos habemus publicum: illi alii sunt* [i] *Publicani.*
Di. *Utrosque pere-gnovi* [k] *utrobeidem.* As. *istoc pol tu otiosus,*
Quòm & illic, & hic pervorsus es. Sed, utris cum rem esse mavis?
Di. [l] *Procaciores estis vos: sed illi perjuriosi.*
Illis perit, quicquid datur, neque ipsis adparet quicquam.
Vos saltem, si quid quæritis, & bibitis, & comestis.
Postremò illi sunt improbi; vos Nequam, & Gloriosæ,
Malæque. As. *quæ in nos, illosque, ea omnia tibi dicis, Dinarche;*
Et nostram, & illorum [m] *vicem.* Di. *qui istuc?* As. *rationem dicam.*
Quia QUI ALTERUM INCUSAT PROBRI, EUM IPSUM SE INTUERI OPORTET.
Tu à nobis [n] *Sapiens nihil habes: nos nequam abs te habemus.*
Di. *O Astaphium! haut istoc modo solita's me antè adpellare:*
Sed blandè; quòm illuc, quod apud vos nunc est, apud me haberem.
As. *Dum vivit, Hominem noveris:* [o] *ubi mortuu'st, quiescas.*
Te, dum vivebas, noveram. Di. *An me mortuum arbitrare?*
As. *Qui potis est,* [p] *amabo! planiùs? qui antehàc Amator* [q] *summus*
Habitu'st, istunc ad Amicam meras querimonias referre.
Di. *Vostra hercle factum injuriâ, quæ properavistis olim*
Rapere. otiosè oportuit; diu ut essem incolumis vobis.
As. AMATOR *similè'st Oppidi hostilis.* Di. *quo argumento'st?* As. *quàm*
Primùm expugnari potis't Amator, optumum'st Amicæ.
Di. *Ego fateor. sed longè aliter est* AMICUS, *atque* AMATOR.
Certè hercle; quàm Veterrumus Homini optumu'st AMICUS.
Non hercle [r] *occiderunt mihi etiam Fundique, & Ædes.*
As. *Cur obsecro ergo antè ostium pro ignoto, alienoque adstas?*
I intrò; haut alienus tu quidem's. nam ecastor neminem hodiè
Mage amat corde, atque animo suo: siquidem habes Fundum atque Ædis.
Di. *In melle sunt linguæ sita vostra, atque orationes,*
Lacteque: corda in [s] *Velle sunt sita. atque acerVo aceto.*
Linguis dicta dulcia datis; corde amarè facitis

Amantes,

[a] Phrones. adversus legem à me dictam, ob meam pecuniam, quam ei dedi, alium Amatorem admisit. Vide Elect. Pl. Tit. *Vectigalia. Tributi.* Omnia autē sunt Allegotica.
[b] *Hoc.* Multam pecuniariam, dent q; Portitores, aut Scripturarij imponerent.
[c] Ubi nō est Pecunia, q dent Amicæ, accusant Amicam. *Scriptura* notat illud, quod ideo datur, ut Ager publicus alicui adscribatur.
[d] Agellum conductum, quem arem. Vide Lex. *Aratio.*
[e] Consitus.
[f] Communis ad pecora pascenda. [illegible]
[g] Havere desideras. Vide Lex.
[h] Δεικτικῶς, notans Muliebrem partem.
[i] Fuerunt Publicani. In pronunciatione latet lyricus jocus.
[k] Antique: pro; *utrobidem.*
[l] Petulantiores. *Fejus.*
[m] Vide Lex.
[n] Vide Elect. Pl. Tit. *Calumnia.* Symmach. lib. 5. 8?. Tu, qui te Sapientem profiteris, nihil habes à nobis: nos, quas nequam, & malas esse arguis, abs te habemus.
[o] Vide intr. 2. 3. ℣. 20. Sic Cicero Tusc. *Viventis meminisse oportet.* David Psal. *Oblivioni sum datus, tamquam mortuus.* [p] Obsecro te! quis apertius mortuus dici potest, quam tu? Vide similem locum Pseud. 1. 3. 74. & infra 2. 8. ℣. 5. [q] Sic largiendo. [r] Perierunt. [s] Antique. pro: *Felle;* & *acerbo.* V. pro F. & B. pro V.

Digitized by Google

Amantes; si quî non danunt. As. *Non didici fabulare.*

Di. *Non istæc mea* [a] *benignitas docuit te fabulari;*

Sed isti, qui cum GenIs [b] *suis belligerant Parci-promi.*

Mala's; atque eadem, quæ [c] *soles;* [d] *Inlecebra.* As. *ut exspectatus*

Peregrè advenisti! Di. *quídnam obsecro!* As. *cupiebat te Era videre.*

Di. *Quid tandem?* As. *te unum* [e] *ex omnibus amat.* Di. *Euge! Funde, &* [f] *Ædes;*

Per [g] *tempus subvenistis. sed quid ais? Astaphium.* As. *quid vis?*

Di. *Esine intus nunc* [h] mihi *Phronesium?* As. *tibi quidem intus.*

Di. *Valétne?* As. *immò edepol meliùs jam credo fore, ubi te videbit.*

Di. *Hoc nobis vitium maxumum'st:* QUÒM AMAMUS, TUM PERIMUS.

Si illud, quod volumus, dicitur; palam quòm mentiuntur,

Verum esse Insciti credimus. na! ut in æstu, [i] *mutuamur irâ.*

As. *Heja! haut ita'st res.* Di. *Ain' tute me amare?* As. *immò unicè-unum.*

Di. *Peperisse eam audivi.* As. *ah! obsecro; tace, Dinarche.* Di. *quid jam?*

As. *Horrisco misera, mentio quotiens fit partionis.*

Ita penè tibi [k] *Fuit Phronesium. i intrò jam; amabo!*

Vise illam, atque opperire ibi: jam exiVit. nam [l] *lavaBit.*

Di. *Quid ais tu? quæ numquam fuit prægnas, quî párere potuit?*

Nam equidem uterum illi numquam, quod sciam, extumére sensi.

As. *Celabat, metuebatque te illa, ne sibi persuaderes,*

Vt abortioni operam daret, Puerumque ut enecaret.

Di. *Tum pol isti Puero quis est Pater?* As. *Babyloniensis Miles,*

Quojus nunc ista adventum expetIt. immò abeo: ut nuntiatu'st;

Iam hic adfuturum aiunt eum. nondum advenisse miror.

Di. *Ibo igitur intrò?* As. [m] *quippini! tam audacter, quàm domum ad te.*

Nam tu edepol noster es etiamnum; Dinarche.

Di. *Quàm mox te* [n] *recipis Tu!* As. *jam hic ero. propè est;* [o] *profecta quò sum.*

Di. *Redi verò actutùm: ego interim te apud vos opperibor.*

[a] Beneficentia, & liberalitas. Vide Lex. *Benignus.*
[b] Qui Ventri suo bellum indixerunt.
[c] Quæ soles esse: nisi in τῷ *Solere* obscænitas latet.
[d] Quia inlicis Amantes. Vide infrà 4.2.✝.46.
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Amorum. Amationum.*
[f] *Q.d.* vobis habeo gratiam, quorum beneficio redibo in gratiam cum Phronesio.
[g] Alibi dicit *Tempori.* Vide Lex.
[h] τὸ *mihi* παρέλκον. Vide Lex.
[i] Vt in æstu alternamur, reciprocamur, mutamur. ἀλλαττόμεθα, τρεπόμεθα.
[k] Parùm abfuit, quin moreretur. Vide Lex. *Fuit.* & Calligr. Tit. *Mortis.*
[l] Vide Elect. Pl. Tit. *Puerperij.*
[m] Vide Lex. *Quippini.*
[n] *Sc.* domum.
[o] Quò institui, & & incepi ire. Vide Lex. *Proficiscor.*

ACTVS SECVNDI
SCENA I.
ASTAPHIUM, Ancilla.

HA! ha! he! [p] *Hercle* [q] *quievi; quia introivit Odium. tandem sola* [r] *sum.*

Nunc quidem meo arbitratu loquar liberè, quæ volam, & quæ lubebit.

[p] Per Herculem jurat Astaph. quia hæc Athenis geri finguntur. Vide Elect. Pl. Tit. *Iuramenti.* & Lex. *Hercule.*
[q] Tranquillo animo sum.
[r] Vide Calligr. Tit. *Taciturnitatis.* Cas. 2.2.✝.25.

Digitized by Google

Huic Homini Amanti mea Era apud nos dixit [a] *Neniam de Bonis.*
Nam Fundi,& Ædis obligata sunt,ob [b] *Amoris prandium : verùm*
Apud hunc mea Era consilia summa eloquitur liberè ; magisq;
Adeò ei Consiliarius hic [c] *Amicus est,quàm Auxiliarius.*
Dum fuit ; dedit. nunc nihil habet. quod habebat,nos habemus.
Iste nunc id habet,quod nos habuimus. humanum [d] *facinus factum'st.*
Actutùm FORTUNÆ *solent mutarier : varia* Vita'*st.*
Nos Divitem eum meminimus ; atq; iste Pauperes nos.
Vorterunt sese [e] *memoriæ. Stultus sit, qui id admiretur.*
Si eget ; necesse est, nos patier. [f] *aVi! ita æquom factum'st.*
Piaculum'st,misereri nos Hominum rei malè-gerentum.
Bonis esse oportet [g] *dentibus Lanam probam ; adridere,*
Quiquis veniat,blandèq; adloqui : malè corde consultare,
Bene loqui linguâ. MERETRICEM *esse similem* [h] *sentis cóndecet ;*
[i] *Quemquem Hominem adtigerit , profectò aut malum,* [k] *aut dampnum dari.*
Numquam [l] *Amatoris Meretricem oportet causam noscere :*
Quin,ubi nihil det,pro infrequente eum mittat Militiá domum !
Nec umquam quisquam probus erit AMATOR,*nisi qui* [m] *Rei inimicu'st suæ.*
Nugæ sunt ; nisi quod modò quòm [n] *dederit,dare jam lubeat denuò.*
Is amatur hic apud nos ; qui,quod dedit,id oblitu'st datum.
Dum [o] *habeat,tum amet. ubi nihil habeat,alium* [p] *quæstum cœpiat.*
Æquo animo,ipse si nil habeat,aliis qui habent, det locum.
Probu'st AMATOR,*qui* RELICTIS [q] REBUS *rem perdit suam.*
At nos malè agere prædicant Viri solere secum,
Nosq; esse avaras. quæso ; numqui malè nos agimus tandem ? [r]
Nam ecastor numquam satis dedit suæ quiquam Amicæ Amator :
Neq; pol satis [r] *accepimus,neq; ulla satis peposcit.*
Nam quando sterilis est Amator à datis ; inprobu'st.
Si negat se habere quod det, soli pernoctandum'st.
Nec satis accipimus ; satis quòm,quod det,non habet.
Semper Datores novos oportet quærere,
Qui de Thensauris integris demum danunt.
Velut hic agrestis est Adulescens,qui hic [s] *habet :*
Nimis pol [t] *Mortalis lepidus,nimisq; probus Dator.*
Sed is, clam Patre, etiam hanc noctem illàc * *
Per Hortum transilivit ad nos. eum volo convenire.
Sed est huic [u] *unus Servos violentissumus,*
Qui,ubi quamq; nostrarum videt propè Ædis ; hàc si adgrediar,
Item ut de frumento [x] *Anseres , clamore absterret,abigit.*

Is

[a] Bona hujus apud Heram elata ac sepulta sunt. Vide Lex. *Nenia* & Elect. Pl. Tit. *Funere. Neniam dicere:* est, valedicere.
[b] Ob Amorem.
[c] Vide Caligr. Tit. *Amicitia.*
[d] Hæc est vicissitudo rerum humanarum.
[e] *Sc.* memoria nostra, atque ipsius, non satis bene constat.
[f] Antiquè : pro *Abi* : quod Exsultantis est. Vide Lex.
[g] Quibus comedat, perdat Amatores.
[h] Spinæ.
[i] Quemcumque.
[k] Cum pungitur à senti.
[l] Numquam Meretrix debet ab Amatore causam audire, cum se excusat, quare non venerit. quin si nihil muneris Amatorij dederit, eum ut infrequentem Militem castiget: qui ob infrequentiam ære solent privari. Vide Elect. Pl. Tit. *Militia.*
[m] Pecuniæ suæ.
[n] Vide Elect. Pl. Tit. *Amoris.*
[o] Quod habet, amare potest. Vide Lex. *Dum.*
[p] Tamquam *sc.* amore quæstus fiat !
[q] Re susceptâ : de manibus depositâ. Vide Calligr. Tit. *Celeritatis. Sedulitatis.* Epid. 4. 2. ✝. 15.
[r] Pers. 4. 3. ✝. 8. [s] Habitat. Vide Lex. [t] Homo. [u] Vide Lex. *Unus, nis* : *Vel* ; inter multos unus. [x] Vide Elect. Pl. *Anserum.*

Digitized by Google

Is item' ſt agreſtis. ſed fores, quicquid eſt futurum, feriam.
Ecquis huic tutelam Januæ gerit? ecquis intùs exit.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

STRATILAX, Servus.
ASTAPHIUM, Ancilla.

QUIS illic eſt? qui tam protervè noſtras Ædis [a] arietat.
As. Ego ſum; reſpice ad me. St. Quid! ego? nónne ego video? væ tibi!
Quid tibi ad haſce acceſſio'ſt Ædis propè, aut pultatio'ſt?
As. Salve! St. Satis mihi'ſt tua ſalutis. nihil moror; non ſalveo.
Ægrotare malim, quàm eſſe tuâ ſalute ſanior.
Id volo ſcire; quid debetur hic tibi noſtræ domi? As. [b] conprime.
St. Spero meam [c] quidem hercle. tu, quæ ſolita's; conprimas.
Inprudens per deridiculum ut [d] Ruſtico ſuadet ſtuprum!
As. Iram [e] dixi. St. Vt eſſe cepiſti, ſic eſt nulla altera.
As. Nimis hic quidem TRUCULENTUS. St. Pergin' malè loqui, Mulier, mihi?
As. Quid tibi ego autem malè dico? St. Quia enim TRUCULENTUM nominas.
Nunc adeò, niſi abis actutùm, ac dicis, quid quæras, citò,
Jam hercle ego hic te, Mulier, [f] quaſi Sus Catulos, pedibus próteram.
As. Rus merum hoc quidem 'ſt. St. [g] Pudendúmne? tu verò; [h] Clurinum Pecus!
Adveniſti huc ſiſtentatum cum [i] exornatis oſſibus.
Quia [k] tibin' [l] Suaſo infeciſti, Propudioſa, Pallulam;
An eò bella es tu? quin accedis [m] ar me! advenias? As. Nunc places.
St. Quàm me illi velim! As. Mentiris. St. Dicis? quod te rogo.
Mancupium [n] qui accipias. geſta tecum abenos Anulos.
As. Dignis [o] dant: Lamiæ hæc ſunt, quas habes, Victorias:
Ne atticas me. St. Tangámne ego te? ita me amabit Sarculum!
Vt ego meruri [p] hamaxari mavolim patulum [q] Vovem!
Cumq; oo ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetim,
Quàm tuas centum cenatas noctis mihi dono dari.

a Quaſi Aries cornu petit.
b Sc. vocem, aut iram. ✝.9.
c H. e. Amicam meam conprimam. Intelligit autem ſubigitatricem Mulierem: ut Perſ. 2.2. ✝.45.
d Mihi ruſtico Servo.
e Sc. ut comprimeres.
f Proverbium eſt.
g Sc. quod ſim ruſticus. *locus.*
h *Clurinum pecus* vocat, ob deformitatē Similæ. infrà 2.5. ✝.24. *Pithecium.* Vide Notas Criticas de hoc loco.
i Oſſa enim tua exornaſti vario fuco veſtimentorum.
k Quiáne tibi. *Tmeſis.* Vide Lex.
l *Suaſum*: color qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. *Feſtus.*
m *Ad.* Vide Lex. *Ar.*
n An ut me Servum accipias? accipe igitur hos Annulos, geſta tecum has Catenas ferreas, quib. me vincias. Vide Elect. Pl. Tit. *Servorum.*
o Iſtæ Catenæ dare ſolent iis, qui digni illis ſunt. mera hæc ſunt terriculamenta. *Ironia.* Vide Lex. *Lamiæ.* Sigilla autem Victoriæ vocat *Victorias.* Et *hac*, pro; *hæ.*
p Trahere velut in plauſtro. τὸ *Atticas*, & *Vovem* antiquè ponuntur. C. pro G. Item V. pro B.
q Vide Lex. *Bos patulus. Ægyptiacus.*

Digitized by Google

Rus tu mi opprobras? ut nacta's [a] *Hominem! quem pudeat probri.*
Sed quid apud nostras negotij, Mulier, est Ædis tibi?
Quid tu [b] *hoc occursas? in Vrbem quotienscumq; advenimus.*
As. *Mulieres convenire volo vostras.* St. *Quas tu Mulieres*
Mihi narras! ubi Musca nulla [c] *Femina'st in Ædibus.*
As, *Nullane istinc Mulier habitat?* St. *Rus, inquam, abierunt. abi!*
As. *Quid clamas? insane!* St. *Abire hinc ni properas grandi gradu;*
Jam ego istos fictos, conpositos, crispos [d] *Cincinnos tuos*
Vnguentatos usq; ex cerebro expellam. As. *Quanam gratia?*
St. *Quia adeò Foris nostras Vnguentis uncta's ausa accedere,*
Quiaq; istas buccas tam bellè [e] *purpurissatas habes.*
As. *Erubui mecastor; Misera, propter clamorem tuum.*
St. *Itane erubuisti? quasi verò corpori reliqueris*
Tuo potestatem coloris [f] *ulli capiendi; Mala.*
Buccas [g] *Rubrica, Cera omne corpus intinxti tibi;*
Pessuma estis. As. *Quid est? quòd vobis pessuma* sumus. St. *Hàc abi;*
Scio ego plus, quàm me arbitrare scire. As. *Quid id est? obsecro!*
Quod scias? St. *Erilis noster Filius apud vos Strabax*
Vt pereat, ut eum inliciatis in malam fraudem, & pramium.
As. [h] *Sanus si videare; dicam. Dicis contumeliam.*
Nemo Hominum hic perire solet apud nos. Res perdunt suas.
Vbi perdidere Res; abire hinc, si volunt, nudis [i] *licet.*
Ego non hunc *novi Adulescentem vostrum.* St. *Verón'? ferión'?*
Quin [k] *Maceria illa ait, in Horto quae est: quae in noctis singulas*
[l] *Lateri fit minor, quà iste* ad *vos dampni permensu'st viam.*
As. *Non mirum'st: vetus est Maceria; lateres si veteres ruunt.*
St. *Ain'? tu Mala; lateres veteres ruere? numquam edepol mihi*
Quisquam Homo mortalis posthàc duarum [m] *rerum creduit;*
Ni ista ego vostra Ero Majori facta [n] *denarravero.*
As. *Est* [o] *ne ille violentus?* St. *Suam non enim ille Meretriculis*
Mœniendis Rem coëgit, verùm parsimonia,
[p] *Duritiaq;, quae nunc ad vos jam exportatur; Pessuma.*
Hem! tu es [q] *Sex-ungula. malè vivitis. egóne hac mussitem?*
Jam enim, eccere! ibo in Forum; atq; hac facta narrabo Seni.
Neq; iste huic in se [r] *gesti tergo coget Examen Mali.*
As. *Si ecastor hic Homo* [f] *Sinapi victitet, non censeam*
Tam esse tristem posse. at pol Ero benivolens ut is est suo!
Verùm ego illum, [t] *quamquam violentu'st; spero mutari potest*
Blandimentis, [u] *Ornamentis cateris Meretriciis.*

Vidi

[a] *Q.d.* certè quidem minime me pudet illius ruris, & inficetiarum, quas mihi opprobras.
[b] Huc. Antique.
[c] Possit esse Appositio: *Musca-Femina*. Vide Calligr. Tit. *Vacuitatis*. *Ne Musca quidem adest.*
[d] Vide Elect. Pl. Tit. *Cultûs*.
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Cultûs*.
[f] Vllius.
[g] Purpurisso.
[h] *Q.d.* Tu minimè sanus es, contumeliosus es in nos.
[i] Nemo hic perit hominum: sed res tantùm; illi nudi abeant licet.
[k] *Hoc est*: res clamat ipsa: clamant lapides: parietes clamant. *Prosopopœia*.
[l] Pro *Latere*. Antiquè: ex MSS. Pall.
[m] Divini & Humani. Est, & Non.
[n] Vide Lex. *De*.
[o] Nónne. Vide Lex. *Ne*. Et *Mœniendis* est *Muniendis*: seu, munerandis.
[p] Duriter, & laboriosè vivendo.
[q] Ita vocat rapacem Ancillam: ut Aul. 3. 6. ℣. 18. *Coqui cum senis manibus*.
[r] *H. e.* Quod contrà se gessit. Sua suo sibi malo commissa, non in me faciet evenire.
[f] Quòd lachrymas invitis exprimit. *Proverb.* Vide Calligr. Tit. *Tristitia*. [t] Nota syntaxin. [u] *H. e.* instrumentis Meretriciis.

Vidi equidem ex Jumentis domita fieri; atq; alias [a] *Vel Bas.*
Nunc ad Eram revidebo. sed eccom! Odium progreditur meum.
Tristis exit. [b] *At convenire etiam hic dum Phronesium.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

DINARCHUS, Adolescens.
ASTAPHIUM, Ancilla.

PISCIS *ego credo, qui, usq; dum vivont, lavant,*
Minùs diu lavere, quàm hæc lavat Phronesium.
Si proindè amentur Mulieres, diu quàm lavant,
Omnes AMANTES *Balneatores fient,*
AS. *Non quis parumper* [c] *durare? opperirier?*
DI. *Quin hercle lassus jam sum durando miser.*
AS. *Mihi quoq; præ laßitudine opu'st, ut* [d] *lavem.*
DI. *Sed obsecro' hercle; Astaphium! i intrò; ac nuntia*
Me adesse. tu' i properè; & suade. jam ut satis laverit.
AS. *Licet.* DI. *audin' etiam?* AS. *quid vis?* DI. *DI me perduint!*
Qui te [e] *revocaBi. non tibi dicebam? i modò!*
AS. *Quid jam me revocabas? Inprobe; nihiliq; Homo!*
Quæ tibi mille passûm peperit moræ [f] Mora.
DI. *Sed quid hæc hic autem tamdiu ante Ædis stetit?*
Nescio-quem [g] *præstolata' st: credo, Militem.*
Illum student jam quasi [h] *Voltury. triduo*
Priùs prædivinant, quo die esuri sient.
Illum [i] *inhiant omnes: illi' st Animus omnibus.*
Me nemo magis respiciet, ubi iste huc venerit,
Quàm si hinc ducentos annos fuerim mortuus.
VTREI *servire suave est! væ! væ misero mihi!*
Post factum [k] *flector, quia ante-partum perdidi.*
Verùm nunc si qua mihi obtigerit Hæreditas
Magna, atq; luculenta, nunc postquàm scio,
Dulce, atq; amarum, quid sit ex Pecuniâ:
Ita ego illam edepol servem; itáq; parcè victitem,
Vt nulla faxim [l] *cis dies paucos siet.*
Ego istos, qui nunc me culpant, confutaverim.

[a] Vidi sæpè usuvenire, ut jumenta aliàs ferocia: tamen domarentur: atq; alias item beluas cicurari vidi. *BelVas* antiquè ponitur *B.* pro *V:* & vicissatim *V.* pro *B.* *beluas.*

[b] Ἐλλειπτικῶς. At mea Hera hic dum Phronesium convenire expetit,

[c] Vide Lex. *Durare.*

[d] Vide Elect. Pl. *Lotionum.* Calidâ laverunt.

[e] Antiquè. *B.* pro *V.*

[f] Quæ mora tantùm moræ tibi peperit, quantum est mille passuum.

[g] Vide Lex. *Præstolor.* & Syntaxin nota: aliàs Dativo jungitur hoc verbum.

[h] Est Elliplica oratio. Illum *scil.* Militem ambiunt; student illũ sibi demeteri. Sie lauren auff ihn wie ein Vogel auff den Raub. Hic sensus petitur ex ✝. 18.

[i] Vide Elect. Pl. *Avium. Vulturum.* Vultures triduo antè præsentiscunt: quo loco pugna & cædes futura sit.

[k] *H. e.* postquàm ante-partum, seu Patrimonium perdidi, jam muto sententiam.

[l] Propediem, intrà breve tempus: nulla omninò sit futura hæreditas. Contrà Martialis in quendam lusit Epigr. *Quemqham posse putas mores | mutare futuros? Dic mihi si fueris tu Leo; qualis eris?*

Sed est vocis sat; sentio aperiri fores:
Quæ [a] obsorbent, quicquid venit infrà pessulos.

a Totum sorbent.

ACTUS SECUNDI
SCENA IV.

PHRONESIUM, Meretrix. DINARCHUS, Adolescens.

NUM tibinam; amabo! Janua'st [b] mordax mea?
Quò introire metuas, mea Voluptas.* DI. [c] *Ver vide!
Ut tota floret! ut olet! ut nitidè nitet!
PH. ***Qui tam [d] inficetus Lemno adveniens, qui tua***
Non des Amica, Dinarche, savium?
DI. *Vah! vapulo hercle ego nunc; atq; adeò malè.*
PH. *Quò te avortisti?* DI. *Salva sis; Phronesium.*
PH. *Salve! hic-ne hodie [e] cenas? salvos quòm advenis.*
DI. *Promisi.* PH. *ubi cenabis tu?* DI. *ubi tu jusseris.*
Hic. PH. *me lubente facies.* DI. *edepol me magis.*
Nempe tu eris hodie [f] mecum; mea Phronesium.
PH. *Velim, si fieri possit.* DI. *cedò [g] Soleas mihi!*
Properate; auferte Mensam. PH. *amabo! sanùn'es?*
DI. *Non edepol bibere possum jam, ita animo male'st.*
PH. *Mane. aliquid fiet; ne abi.* DI. *ah! adsperfisti [h] Aquam:*
Iam redIt Animus. deme, deme [i] *soleas; cedò*
Vinum. PH. *idem es ecastor, qui soles. sed dic mihi;*
Benéne [k] ambulavisti? DI. *huc quidem hercle ad te benè:*
Quoniam tui videndi'st copia. PH. *complectere!*
DI. *Libens. ah! hoc est Mel melli dulci dulcius.*
Hoc tuis Fortunis, Iuppiter, præstant mea.
PH. *Dan' savium?* DI. *immò vel decem.* PH. *haut istoc pauper [l] es?*
Plus pollicere tu, quàm ego à te postulo.
DI. *Utinam à principio rei item parsissem mea!*
Ut nunc [m] reparcis savIs. PH. *si quid tibi*
[n] *Compendi-facere possim, factum edepol velim.*
DI. *Iam lavisti?* PH. *jam pol mihi quidem. atque oculis meis.*
Num tibi sordere videor? DI. *non pol mihi quidem.*
Verum Tempestas memini quòm quondam fuit,

b An metuis Canē? Vide Elect. Pl. *Ædium. Ostij.*
c Vide Phronesium, instar Veris Mulierem, quæ tota vernat. Sic Nonnus Dionys. lib. 10. ✱. 189. Ἐκ μελίης ὅλος εἶαρ ἐφαίνετο. Theocr. Idyll. 13. ✱. 44. Horatius lib. 4. Od. 5. ✱. 6. Epigr. Græc. in Anthol. εὔδει καὶ Χαρίεσσι ὃ πέλεν ἔαρ.
d Vide Lex. *Inficetus*. Nota: Lemnij inficeti & Rustici agrestes.
e Vide Elect. Pl. Tit. *Peregrinationis*.
f S. in lecto.
g Vide Elect. Pl. *Triclinij. Convivij.* Soleas discubituri induebant: ne lectum conspurcarent.
h Ob deliquium aliquod animi Vide Elect. Pl. *Morbi. Aquæ.*
i Soleas demebāt pedibus Veteres accubituri, easdē abituri reposcentes.
k Nota Calligr. Tit. *Peregrinandi*.
l Dasne savium. Tu non es pauper a savijs.
m Vide Lex. *Reparco*.
n Vide Lex. *Compendi-facere*.

Quòm

Quòm inter nos sorderemus unus alteri.
Sed [a] *quid ego facinus audivi adveniens tuum?*
Quod tu hic absente me novi negotI gesseris.
Quòmq; benè [b] *provenisti salva; gaudeo.*
PH. *Tibi mea consilia summa semper credidi.*
Equidem nec peperi Puerum, nec [c] *pregnas fui;*
Verùm adsimulavi me esse pragnatem. haut eram.
DI. *Qua propter? ô mea Vita!* PH. *propter Militem*
Babyloniensem, qui quasi Vxorem sibi
Me habebat [d] *annò dum hic fuit.* DI. *ego senseram.*
Sed quid istuc? quoi rei id te adsimulare rettulit?
PH. *Vt esset aliquis laqueus, &* [e] *redimiculum,*
Revorsionem ut ad me faceret denuò.
Nunc huc remisit nuper ad me Epistulam,
Sese experturum, quanti sese penderem.
Si, quod peperissem, id [f] *educarem, ac tollerem,*
Bona sua me habiturum omnia esse. DI. *ausculto libens.*
Quid deniq; agitis? PH. *Mater Ancillas jubet,*
Quoniam jam decumus [g] *Mensis adventat propè,*
Aliam aliorsùm ire, premandare, & quærere
Puerum, aut Puellam, qui supponantur mihi.
Quid multa verba faciam? Tonstricem Suram
Novisti nostram? quæ modò [h] *ergà Ædis habet.*
DI. *Novi.* PH. *Hac unà operà circumit per Familias;*
Puerum vestigat clanculùm, ad me detulit.
Datum sibi esse dixit. DI. *ô Merces mala!*
Eum nunc non illa peperit, qua peperit, prior;
Sed tu posterior. PH. ORDINE *omnem rem tenes.*
Nunc, ut præmisit nuntium Miles mihi,
Non multò post hic aderit. DI. *nunc tu te interim*
Quasi pro Puerperâ hic procuras? PH. *quippini!*
Vbi sine la Vore res geri pulchrè potest.
Ad suum [i] *quemq; æquom 'st* QUÆSTUM *esse callidum.*
DI. *Quid me futurum 'st? quando Miles venerit.*
Relictúsne abs te vivam? PH. *ubi illud, quod volo,*
Habeo ab illo, facilè inveniam, quomodo
Divortium, & discordiam inter nos parem.
Postideà ego tota tecum, mea Voluptas! usq; ero
[k] *Adsiduò.* DI. *immò hercle verò* [l] *accubuò mavolim.*
PH. *Quin DIs hodiè sacruficare pro Puero volo*
Quinto [m] *Die: quod fieri oportet.* DI. *censeo.*

a Sic dicit Plaut. *quid nomen. quid facinus.* Vide Lex.
b *Bene provenire* est *εὐτυχεῖν.* Vide Calligraph. *Valetudinis.* infrà 2. 6. ℣. 35.
c Vide Festum.
d Vide Lex. *Annò.*
e *H. e. q.* vinculũ, & nodus quispiam, quo velut alligatus teneretur Miles Græcus, qui Babylone stipendia meruerat. *Allegoria.* Vide Lex. *Redimiculum.*
f Vide Elect. Pl. *Educatione.*
g Vide Elect. *Egestis.*
h Quæ è regione habitat. Vide Lex. *Habere.* Et *Ergà.*
i Antiquè. V. pro B.
k Vide infrà 5. ℣. 40. & Asin. 1. 3. ℣. 51.
l Frequenter. an einander. Vide Lex.
m Ludit ad τὸ *assiduò.*
n Vide Elect. Pl. *Puerperij.* Die Amphidromio cursim circiter Focũ gestabatur Puer.

PH. Non

PH. Non audes aliquod dare mihi Munusculum?
DI. Lucrum hercle videor facere mihi, Voluptas mea!
Ubi quippiam me poscis. PH. at ego, ubi abstuli?
DI. Jam faxo hic aderit; Servolum huc mittam meum.
PH. Sic facito! DI. quicquid autem erit, boni consulas.
PH. Ecastor munus te curaturum scio,
Ut quojus me non pœniteat; mittas mihi.
DI. Num quippiam me vis aliud? PH. ut, quando otium
Tibi sit, ad me revisas tu. DI. [a] *Valeas! PH. Vale!*
DI. Pro DI inmortales! non Amantis Mulieris,
Sed Sociæ unanimantis, [b] *fidentis, fuit,*
Officium facere, quod modò hæc fecit mihi.
Suppositionem Pueri quæ mihi credidit,
Germana quod Sorori non credit Soror.
Ostendit sese jam mihi medullitùs,
Se mihi infidelem numquam, se vivâ, fore.
Egóne illam ut non amem? egóne illi ut non benè velim?
Me potiùs non amabo, quàm huic desit Amor.
Ego isti non Munus mittam? jam modò ex hoc loco
Jubebo ad istam quinq; perferri Minas.
Præterea obsonari dumtaxat ad Minam.
Multò illi potiùs benè erit, quæ benè volt mihi,
Quàm mihímet, omnia qui mihi [c] *facto mala.*

a Infrà 4. 4. v. 19. 31.
b Mihi fidem habentis.
c Facio. Vide Indicem & Lex.

ACTUS SECUNDI
SCENA V.

PHRONESIUM, Meretrix.

PUERO [d] *isti date (ah!) mammam. UT miseræ Matres, sollicitaque*
Ex animo sunt; [e] *cruciantq;! edepol* [f] *conmentum* [g] *malè.*
Quòmq; eam rem in corde agito, nimiò minùs perbibemur
[h] *Malæ, quàm sumus ingenio. ego prima* [i] *de me modò docta dictito.*
Quanta'st cura in Animo? quantum corde capio dolorem?
Dolus ne óccidat morte Pueri! Mater dicta quòd sum; eò magis
Studeo [k] *vitæ, quæ ausa sum tantumdem dolum adgrediri.*
Lucri causâ avara probrum sum exsecuta, alienos dolores
Mihi supposivi. NULLAM REM oportet dolosè adgrediri, nisi
Astutè, accuratèq; exsequere. vósmet jam videtis,

d Suppositio.
e Cruciantur. Vide Lex. *Verba Activa, Neutra.*
f Confictum. παρασκευασ.
g Vafrè, & astutè.
h Astutæ. Vide Lex.
i Idem est, quod alibi ait: *domi docta*, Vide Lex.
k *Sc.* Pueri. *Et Nota Tantumdem* Masculino genere dici. supra Pœn. 5. 3. v. 20. Neutrum est: *Tantumdem pecuniæ.* Alias etiam Femininum. Ulpianus: *Tantandem Pecuniæ summa.*

Ut or-

Digitized by Google

Vt ornata incedo! puerperio ego nunc me esse ægram adsimulo.
MALE QUOD MULIER *facere incepit, nisi id ecficere perpetrat,*
Id illi morbo; id illi senio'st: ea illi miseræ miseria'st.
Benè si facere incepit, ejus eam citò odium percipit.
Nimis quàm pauca sunt defessa, malè quæ facere occeperunt:
Nimio quàm pauca ecficiunt, si quid occeperint benefacere.
MULIERI *nimiò malefacere* [a] *meliu'st onus, quàm benè.*
Ego, quod mala sum, Matris operâ mala sum, & meâpte malitiâ;
Quæ me gravidam esse adsimulavi Militi Babylonio.
Eam nunc malitiam accuratam Miles inveniat volo.
Isthic haut multò pòst, credo, aderit; nunc priùs præcaveo sciens:
Eúmque gero *ornatum, ut gravida, quasi puerperio cubem.*
Date mihi huc Stactam, atq; Ignem in Aram, ut [b] *Venerem Lucinam meam.*
Hîc adponite, atq; abite ab oculis. Eho! [c] *Pithecium!*
Soleas [d] *mihi duce; Pallium inIce in me huc, Archilis.*
Face, ut accumbam: accede, adiuta. sic decet Puerperam.
Vbi's Astaphium? fer huc Verbenam mihi, Thus, *& Bellaria.*
Date Aquam [f] *manibus! Nunc ecastor ut veniret Miles velim.*

ACTVS SECVNDI
SCENA VI.

STRATOPHANES, Miles.
PHRONESIUM, Meretrix.
ASTAPHIUM, Ancilla.

NE *exspectetis, Spectatores; meas pugnas dum prædicem,*
Manibus [g] *duellí prædicare soleo, haut in sermonibus.*
Scio ego multos memoravisse MILITES *mendacium.*
Et [h] *Homeronida, & postillâ mille* [i] *memorari potest,*
Qui & convicti, & condemnati falsis de pugnis sient.
Non laudandu'st, quoi [k] *plus credit, qui audit, quàm qui videt.*
Non placet, [l] *quòm illi plus laudant, qui audiunt, quàm qui vident.*
PLURIS *est Oculatus* [m] *Testis* unus, *quàm Auriti decem.*
Qui audiunt; audita dicunt: qui vident; planè sciunt.
Non placet, quem [n] *Scurræ laudant,* [o] *Manipulares* [p] *mussitant:*
Neq; illi, quorum Lingua [q] *gladiorum aciem præstringit domí.*
Strenui nimiò plus prosunt Populo, quàm Arguti, & Cati.
Facilè sibi facunditatem Virtus argutam invenit.

[a] Levius. opus
[b] Antique. B. pro V. ut venerer. Vide Elect. Pl. *Puerperij.*
[c] Simiola, ob formæ deformitatē. Tale nomen Ancillæ fingitur.
[d] Nempe accumbere voluit Puerpera. infrà 2. 8. ℣. 1,
[e] Nomen Ancillæ. ut & *Astaphium.* ℣. 27.
[f] Vide Elect. Pl. *Puerperij.*
[g] In bello. Vide Lex.
[h] Mendax aliquis Homeri carminis imitator. Fictè.
[i] Nota syntaxin raram. Mille alios mendaces Milites posteà commemorem. Vide Pœn. 5. 6. ℣. 26.
[k] Non placet hoc mihi, cùm qui audiunt, aut legunt res ab Historicis, aut Pœnis scriptas plus laudāt, quàm qui rebus gerēdis interfuerunt.
[l] Vt Historici & Poëtæ: quibus plus credim' nos, qui audivimus, quàm qui viderunt. Elect. Pl.
[m] Vide Elect. Pl. *Testium Hominu. Oculorum.*
[n] Homines Vrbani. Vide Lex.
[o] Militares homines.
[p] tacent, non laudant. Vide Lex. *Mu.*
[q] Vt Rhetores, & *δημαγωγοί.*

 Sine

Digitized by Google

Sine VIRTUTE [a] *argutum Civem mihi habeam pro* [b] *Præficâ,*
Quæ alios conlaudat; eapse se verò non potest.
Nunc ad *Amicam decumo mense pòst Athenas Atticas*
Viso, quam gravidam reliqui meo conpressu; quid ea agat.
PH. *Vide; et quis loquitur.* AS. *jam propinquè Miles, mea Phronesium!*
Tibi adest Stratophanes. Nunc tibi opu'st, ægram ut te adsimules. PH. *tace.*
Quur adhuc; eho! tu Mala! [c] *me ámmones? túne me malificio vinceres?*
ST. *Peperit Mulier, ut ego opinor.* AS. *vin' adeam Hominem?* PH. *volo.*
ST. *Euge! Astaphium, eccam! it mihi advorsum.* AS. *Salve ecastor; Stratophanes!*
Venire [d] *salvom.* ST. *scio sed peperítne: obsecro! Phronesium.*
AS. *Peperit Puerum nimiùm lepidum.* ST. *ecquid* [e] *mihi simil'est.* AS. *rogas?*
Qui ubi gnatu'st, jam Machæram, & Clypeum poscebat sibi.
ST. *Meu'st. scio jam de argumentis: nimium quidem* [f] *simil'est. Papæ!*
Jam magnu'st? jámne [g] *legat Legionem? quam spoliare velit.*
AS. *Ere nudius quintus gnatus quidem ille'st.* ST. *quid* tum *posteà?*
Inter tot dies quidem hercle jam actum aliquid oportuit.
Quid illi ex utero exitio'st? [h] *priusquàm poterat ire in prælium.*
AS. *Consequere; atq; illam saluta, &* [i] *gratulare illi.* ST. *sequor.*
PH. *Vbi illa* nam *obsecro! 'st? quæ me hic reliquit; atq; ea ab se abijt.*
AS. *Adsum; adduco tibi exoptatum Stratophanem.* PH. *ubi is est? obsecro!*
ST. *Mars peregrè adveniens salutat* [k] *Nerienen Vxorem suam.*
Quòm tu rectè [l] *provenisti: quòmq; es aucta Liberis,*
Gratulor, quòm mihi, tibiq; magnum dedisti Decus.
PH. *Salve! qui me interfecisti penè & vitâ, & lumine.*
Quiq; vim magni [m] *doloris* mihi*, per voluptatem tuam,*
Condidisti in corpus: quo nunc etiam morbo misera sum.
ST. *Eia! haut ab re, mea Voluptas! tibi obvénit istic labos.*
Filium perperisti. qui Ædis spolijs [n] *opplevit tuas.*
PH. *Multò eccastor magis oppletis opu'st Tritici Granariis.*
Ne! ille priusquàm spolia capiat, hinc nos exstinxit Fames.
ST. *Habe bonum animum.* PH. *savium sis pete hinc à me; nequeo caput*
Tollere. ita dolui; itaq; ego nunc doleo: neq; etiam queo.
Pedibus meâ [o] *sponte ambulare.* ST. *planè ex medio Mari*
Savium petere tuum jubeas, petere haut pigeat me, Mel meum!
Id ita esse, expertă's; núncque experiére, mea Phronesium!
Me te amare. adduxi Ancillas tibi, eccas! ex Suriâ duas:
Iis te dono. adduce [p] *hòc tu istas. Sed istæ Reginæ domi*
Suæ fuére ambæ: verùm Patriam ego excidi manu.
Iis te dono. PH. *pœnitétne te? quot Ancillæ sunt jam?*
Quin etiámnunc insuper adducas? quæ mihi comedint cibum.
ST. *Hoc quidem hercle si ingratu'st Donum, cedò tu mihi Cistam; Puere, perviam.*

Hem!

[a] Vide Lex. *Argutus*: disertus.
[b] Vide Lex. *Trafica*. & Elect. Pl. *Funeris*.
[c] cur tu me admones: pessima Ancilla mea. an tu me tuâ malitiâ aut astutiâ vinceres: annon satis astuta, & mala ipsa sum?
[d] Aposiopesis. *scil.* te gaudeo.
[e] Vide Elect. Pl. *Nativitatis.* Liberi Parentib' plerumque similes.
[f] Similis est.
[g] Legit, eligit sibi.
[h] Cur prius exijt ex utero, quam in prælium ire poterat. Vide Lex. *Periphrasis Infinitivi.*
[i] Vide Elect. Pl. *Puerperij.*
[k] Vide Elect. Pl. *Deorum. Martis.* A. Gell. l. 13. cap. 21.
[l] ἀντύχησας. Vide infra 2. 4. ṽ. 23. *Cum benè voles, & vivis.* Vide Lex. *Provenire.*
[m] Vide Elect. Pl. *Partûs.* ὠδῖνας maximæ. Forte latet obscœnitas in τῷ *pene*, & *penè*. Vide similem locum Epid. 4. 1. ṽ. 30. Et Lex. *Vir.* & infra 4. 3. ṽ. 57. *Vis vini.*
[n] Antiquè. *V.* pro *B. Spolia* in linguâ Hebr. significant supellectilem.
[o] Per me meis viribus. Epid. 5. 2. ṽ. 14.
[p] Huc. Antique.
[q] *Hæ* paucæ tibi videntur tot Ancillæ quot mihi nunc sunt, nisi tu plures adducas esurices. Vide Lex. *Pœnitet.* & *ne* παρέλκει.

Digitized by Google

Hem! mea Voluptas! adtuli eccam! Pallulam, ex [a] parvâ Graciâ tibi.
Tene tibi. PH. *hócine mihi ob laVores tantos tantillum dari?*
ST. *Perii hercle miser! jam mihi Auro [b] contrà constat Filius.*
Etiámnum me mali pendit? ad idpurpuram ex [c] Sarâ tibi
Adtuli, & induvias Ponto amœnas. tene tibi; Voluptas mea!
Accipe HOC. abduce [d] hasce hinc è conspectu Suras.
Ecquid amas me? PH. *equidem has nihil ecastor: neq; meres.* ST. *nihilne huic sat est?*
Ne mi unum verbum quidem nunc dixit viginti Minis
Vænire illac posse credo Dona, quæ ei dono dedi.
Vehementer nunc mihi'st irata: sentio, atq; intellego.
Verùm adibo. quid ais nunc tu? númne vis me? Voluptas mea!
Quò vocatus sum; ire ad cenam? mox ad te huc cubitum ivero.
Quid taces? planissumè edepol perii! Sed quid illuc boni'st?
Quis Homo'st? qui inducit pompam tantam. certum'st, quò ferant,
Observare. huic, credo, fertur. Verùm jam scibo magis.

ACTUS SECUNDI
SCENA VII.

GETA, Servus.
PHRONESIUM, Meretrix.
STRATOPHANES, Miles.

ITE, ite hàc simul, [e] Mulieris; Damnigeruli, [f] foràs-Gerones,
Bonorum [g] Hamaxagóga! Satínne QUI AMAT, *nequit? quin nihili*
Sit; atq; inproVis sese Artibus expoliat. Nam hoc qui sciam, ne quis
Id quærat ex me. domi'st, qui facit inproba facta [h] AMATOR:
Qui bona sua [i] pro Stercore habet. foras jubet ferri: metuit
[k] Publicos: [l] mundissumum sit. Puras sibi esse volt Ædis:
Domí quicquid habet, verritur iℨ. quandoquidem ipsus perditum s'it,
Secretò hercle equidem illum adjutabo: neq; meâ ille quidem
Operâ umquam nihilo minùs properè, quàm potest, peribit.
Nam jam de hoc obsonio, de Minâ unâ deminui
Modò quinque [m] Nummos; mihi detraxi partem [n] Herculaneam.
Nam hoc adsimile'st, quasi de Fluvio, qui Aquam derivat sibi;
Nisi derivetur, tamen omnis ea Aqua abeat in Mare.
Nam hoc in Mari abIt, miscrèq; perIt sine bonâ omni gratiâ. hac
Quom video sic fieri, suffuror, suppeilo, de PRÆDA *Prædam*

Capio.

a Vide Mercat. 2. 1. ℣. 27. Quam Italiæ partem Græci ipsi *Magnam Græciam* appellabant, eam Itali *parvam Græciam*.
ꝑ *laVores* antique positum. *V.* pro *B.*
b *Æstimandi. Pretii.*
c Ex Tyro, quæ sic dicta *Sarra*; à Pisce *Sar.* Vide Lex. *Sara, Tyrus.*
d Quia *scil.* tam contemtim habentur.
e Qui instar Mulorum onusti estis ære.
f ὑφῖν: *foras-Gerones*, qui omnia ex Æde herili deportatis. Vide Lex. *Gero.*
g Qui quasi ταῖς ἁμάξαις seu Vehiculis Bona omnia exportatis.
h *Scil.* Dinarchus.
i Vide Proverbiū: ἐκβλητότερος τοῦ κόπρου.
Magis ejiciendus quàm Stercus. Vide Elect. Pl. *Divitiarum.* & Calligrah. *Contemtûs.*
k Ædiles plebis, qui redemerunt opera publica: de quibus Cicero pro Domo cap. 28. Vide Elect. Pl. *Magistratûs. Ædilium.*
l Vult omnia mūda esse: ne forte Ædiles immundas Aedes offendant.
m Vide Elect. Pl. *Monetariæ. Nummus* hic Id est, *Didrachmum.*
n *H. e.* Decimam: qualis Herculi dari solita.

Digitized by Google

Capio. MERETRICEM *ego item esse reor,* MARE *ut est: quod des, devorat, nec umquam*
Abundat. at hoc saltem servat Mare: [a] *quod illi subest, etiam adpáret.* Huic *des,*
Quantum vis, nusquam adpáret, neq; Datori, neque [b] *Acceptrica,*
Velut hæc Meretrix meum Erum miserum suâ blanditiâ intulit in
Pauperiem; privaBit Bonis, Luce, Honore, atq; Amicis.
Atat! Eccam! adest propinquè. credo; audivisse, hæc me loqui.
Pallida'st, ut peperit Puerum. ádloquar; quasi nesciam.
Jubeo vos salvere! PH. *noster Geta! quid agis? ut vales?*
GE. *Valeo; & venio ad minus valentem, &* [c] *melius qui valeat, fero.*
Erus meus, [d] *Ocellus tuus, ad te ferre me hæc jussit tibi*
Dona, quæ vides illos ferre, & hæc quinque Argenti Minas.
PH. *Pol haut* [e] *perit, quòd illum tantùm amo.* GE. *jussit opere orare, ut hæc grata haberes tibi.*
PH. *Grata æquaq; ecastor habeo: jube auferri. intrò i;* [f] *Kyame.*
Ecquid auditis hæc? quæ jam inperata sunt. GE. *ah! nolo auferant:*
[g] *Desiccari lubet.* PH. *immò pudet Mecastor.* [h] *quàm est ægre!* GE. *Tún' bonâ fide?*
Tún' ais? inpudentem me esse; ipsa quæ sis Stabulum flagitii.
PH. *Dic; amábo te! ubi'st Dinarchus?* GE. *domí.* PH. *Dic; ob hæc Dona, quæ*
Ad me miserit, me illum amare plurumùm omnium Hominum:
Ergà [i] *eumque Honorem illi me habere omnium maxumum;*
Atq; ut huc veniat, obsecrare. GE. [k] *ilicet! Sed quisnam illic Homo'st?*
Qui ipsus se comest, tristis, oculis [l] *malis; animo hercle Homo'st suo miser,*
Quisquis est. PH. *Dignus est mecastor ille.* GE. *quid est?* PH. *non novisti? obsecro!*
Qui illic apud me erat. hujus Pater Pueri illic est usque ad [m] *jectaculum.*
Jussit ali. mansi, auscultavi, [n] *observaBi* GE. *quem* [o] *perviàm*
Novi Hominem nihili. illic quaso'st? PH. *illic est.* GE. *me intuetur gemens.*
Traxit ex intumo ventre suspiritum. hoc vide! dentibus
Frendit; icit [p] *femur. num, obsecró! nam* [q] *Ariolus* est? *qui ipsus se* [r] *verVerat.*
ST. *Nunc ego meos animos violentos, meamque iram ex pectore*
Etiam promam. loquere; undè es? quojus es? cur ausus mihi
Inclementer dicere? GE. *lubido'st.* ST. *istúcine mihi responsas?*
GE. [s] HOC *non ego te flocci facio.* ST. *quid tu? cur ausa's? alium te*
Dicere amare Hominē? PH. *lubitum'st.* ST. *aín'* [t] *tandē? istuc primùm experiar:*
Tún' tantilli Doni causâ, holerum, atq; escarum, & [u] *poscarum,*
Mœchum [x] *malacum, Cincinnatum,* [y] *Umbraticolam,* [z] *tympanotribam,*
Amas? Hominem non-nauci. GE. *quæ hæc res! meóne Ero tu inprobè, &*
Malè dicere audes? Fons VitI, & PeriurI. ST. *verbum unum*

Adde

a Optimo sensu hoc dicitur a Plauto. Mare, quod accipit, servat: & quod illi vel in ipso fundo subest, adpáret: si scil. per Urinatores repetatur. Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricū.*
b *Acceptrix* & *Acceptrica.* Vide Lex.
c Adfero tibi ab Hero meo dono Aurum, & obsonia, ut melius valeas. *Qui*: pro, *ut.* Vide Lex.
d Vide Calligr. Nominum. Vide Lex. *Ocellus.*
e Non frustrà est, quod &c.
f Nomen Servi est. à κυάμος, *faba.*
g Nolo intro rapiant mea munera: sed cum madida adhuc sint, Soli aliquantisper exponantur, & desiccentur.
h Q. d. certe pudet intro auferre tua dona. Aegre mihi est, illa tam inverecunde acceptare. Sic *scil.* solitæ sunt Meretrices munera detrectare, quæ omnium avidissime inhiabant.
i Qui Honor maximus illi exhiberi potest, erga eū me habere dicito.
k Ire licet. Vide Lex.
l Perversis & malignis.
m H. e. donec Puer projiciatur.
n Antiquè. *B.* pro *V.*
o Vide Lex. *Perviā.*
p Indignatus valde.

q Furiosus Vates. Vide Elect. Pl. *Ariolorum Vatum.* r Antiquè. *V.* pro *B.* s δεικτικῶς t Vide Lex. *Tandem.* u Vide Lex. *Posca.* x Mollem, effeminatum. y Qui in umbrosis locis degit, nec Solem, pulveremque, ut Homines militares, ferre solet. Vide Elect. Pl. *Solitudinis.* z Enervatus, & effeminatus: quales erant Cybelæ Sacerdotes & exsecti Matris Deûm, manibus tympana pulsantes.

Digitized by Google

Adde istoc; jam hercle ego te hic [a] *hâc offatim conficiam.* GE. *Tange*
Modò: jam ego te hic Agnum faciam, & medium distruncabo. situ
Ad Legionem Bellator cluis, at ego in Culinâ cluo [b] Ares.
PH. *Si æquom facias;* [c] *Adventores meos* non *incuses: quorum mihi*
Dona accepta, & grata habeo; tuaq; ingrata, quæ abs te accepi.
ST. *Tum pol ego. & Donis privatus sum, & perI.* GE. *Planè istuc est.*
PH. *Quid nunc ergò hic odiosè es? confessis omnibus* [d] *reus.*
ST. *Per I hercle hodie; nisi hunc à te abiCo. Accede huc modò;*
Adi huc modò. ST. *Etiam,* [e] *Scelus Viri; minitáre? quem ego*
Offatim jam jam jam [f] *concipilabo. Quid tibi huc ventio st?*
Quid tibi hanc aditio'st? quid tibi hanc notio'st? inquam,
Amicam meam: emoriére ociùs, si manu [g] *niceris.*
GE. *Quid manu nicerim? fac, quod jussi. mane!* ST. *Jam ego te hic*
Offatim conficiam. GE. *occidi! optumum'st; captio'st. istam*
Macharam longiorem habes, quàm hæc est. sed [h] *Verum*
Sine dum petere: si quidem belligerandum'st tecum.
Ibo domum. Ego tecum, Bellator, Arbitrum æquom ceperim.
Sed ego cesso me hinc amoliri; [i] *dum salvo licet.*

a Δακλυκῶς, Machæra sc. Ich will dich in einer Morgensuppen fressen. Vide Indicem: *Offatim.*
b Mars. *Hoc est*, ego è culinâ veru attulero.
c Hospites meos. Vide Lex. *Adventor.* infrà ✝.65.
d Vides, te omnibus testibus confessis, reum esse. Tu dicis, te periisse, & ego autem dico, & hic Geta idem dicit. quare, quid hic manes? qui omnibus odiosus, sive exosus es. τὸ *abiCo* ✝. seq. est; *abigo.* C. pro G.
e Scelestè.
f Corripiam, cōpilabo. Vide Lex.
g Si manu signum dederis: à *Nuo*, est, *Nicere*: & *Nictare*. Vide Lex.
h Veru. Vide Lex.
i Quem, nisi aufugio, Miles Machærâ perfossurus videtur. Ich will gehen/weils noch gut ist.

ACTVS SECVNDI
SCENA VIII.

PHRONESIUM, Meretrix. STRATOPHANES, Miles.

DATIN' [k] *Soleas? atq; me intrò actutùm ducite.*
Nam mihi de Vento miseræ condoluit caput.
ST. *Quid mihi futurum'st? quoi duæ Ancillæ dolent,*
Quibus te donavi? jámne abIsti? hem! sic [l] *datur!*
Quo pacto excludis? quæso, potin' [m] *planiùs.*
Quàm exclusus nunc sum? pulchrè ludificor. [n] *sine!*
Quantillo mi opere nunc persuaderi potest?
Vt ego hisce suffringam [o] *Talos totis Ædibus,*
Num quippiam avarum ut ad mores [p] *Mulierum?*

k Vide Elect. Pl. Tit. *Tricliniq.*; & *Culinæ*. Foris Calceis usi: non Soleis: sicut in Triclinio.
l Vide Lex. *Sic datur.* Sermo castigantis, & pœnas sumentis, aut pœnas sumtas esse gratulantis. Asin. 2.4.✝.1. Menæch. 4.2.✝.40.
m Possumne planiùs excludi, & pulcriùs ludificari? suprà 1.2.✝.53.
n τὸ *Sine* minantis est.
o Vide Mil. 2.2.✝.39.
p Quæ st. à partione filiorum plærumq; animis fiunt elatiores. Ita omnes Avaros superant Mulieres in rebus secundis & prosperis. Nota particulas *ut ad*: quæ comparationem notant.

Digitized by Google

Postquàm Filiolum peperit, animos sustulit.
Nunc quasi mihi dicat, nec te jubeo, neq; voto
Introire in Ædis. At ego nolo; non eo.
Ego faxo dicat me in diebus pauculis
[a] *Crudum Virum esse. sequere me hàc; verbûm sat est.*

ACTVS TERTII
SCENA I.

STRABAX, Adolescens-RUSTICUS. ASTAPHIUM, Ancilla.

RVs manè dudùm hinc ire jussit Pater,
Vt bubus [b] *glandem* [c] *prandio depromerem.*
Pòst illòc veni [d] *quàm advenit! si DEIS placet!*
Ad Billam Argentum meo qui debebat Patri,
Qui Ovis [e] *Tarentinas erat mercatus de Patre.*
Quærit Patrem; dico, esse in Vrbe. interrogo,
Quid eum velit. Homo Cruminam [f] *sibi de decollo detrahit;*
Minas viginti mi dat; accipio libens:
Condo in Cruminam. ille abijt, ego perperas [g] *Minas*
Ovis in Cruminâ hàc in Vrbem detuli.
Fuit edepol [h] *Mars meo periratus Patri.*
Nam Oves illius haut longè absunt à Lupis.
Nunc ego istos mundulos-Vrbanos [i] *Amascos*
Hoc [k] *ictu exponam, atq; omnis eiciam foràs.*
Eradicare'st certum cumprimis Patrem,
Pòst id locorum Matrem. nunc [l] *hoc die ecferam*
Ad hanc Argentum, quam mage amo, quàm Matrem meam.
[m] *Tat! ecqui'st? nulla'st. ecquis aperit hoc ostium?*
AS. *Quid* [n] *istuc alienu'st? amabo! mi Strabax.*
Qui non extemplò [o] *ires? ánne oportuit*
Ita? te quidem; qui es familiaris. ST. *Ibitur.*
Ne me [p] *morari censeas.* AS. *Lepidè facis.*

ACTVS

[a] Impotentem & inhumanum. ὠμόν Vide Lex.
[b] Vide Elect. Pl. Tit. *boum.*
[c] Prandium.
[d] Postquam illuc veni, alter continuo advenit. *Tmesis.* τὸ *Billam*; est: *Villam*, antique *B.* pro *V.*
[e] Vide Elect. Pl. Tit. *Ovium.*
[f] Vide Elect. Pl. Tit. *Crumenæ* ... *Decollo* gestabant crumenas. Vide Lex. *Decollare.*
[g] *Minæ* Oves sunt glabræ: & sic loquitur: quia venundatæ in Minas ... Argentum ... Vide Lex. *Mina.* Et *perperas* sunt ... inutiles.
[h] Quia Lupi in Tutela Martis.
[i] Vide Lex. *Amasius.* Citat hunc locum Diomedes.
[k] Hâc pecuniâ exturbabo Rivales meos. *Exponere* ... est; loco movere, de gradu dejicere. *Allegoria.* a Luctatoribus.
[l] Hodie de hoc Argento conclamatum est: nunc id ecferam. Vide Lex. ... & Elect. Pl. Tit. *Funeris.*
[m] Vide Lex. *Tat!*
[n] Quid hoc sibi vult? hoc mihi mirum & alienũ videtur.
[o] Cur nõ intrares? *Ire* hoc loco est, *Intrare*: *Intrare.* Vide Lex.
[p] τὸ *Morari* primam producit: ad risum excitandum in stultissimâ personâ. Vide infrà s. 1. ℣. 58.

ACTUS TERTII
SCENA II.

STRATILAX, Servus.
ASTAPHIUM, Ancilla.

MIRUM *videtur, ruri Erilem Filium*
Strabacem non redIsse: nisi si clanculùm
Conlapsus est hic in corruptelam suam.
As. *Jam pol illic me* [a] *inclamaVit si adspexerit.*
St. *Nimiò minus sævos jam sum, Astaphium, quàm fui:*
Jam non sum TRUCULENTUS; *noli metuere.*
Quid vis? As. *Quid? tuam exspecto Truculentiam.*
St. *Dic; impera mihi, quid vis, & quo vis modò.*
Novos omnis Mores habeo; veteres perdidi.
Vel Amare possum, vel jam Scortum ducere.
As. *Lepide Mecastor nuntias. sed dic mihi;*
[b] *Habén'? Parasitum te fortassè diceres.*
St. *Intellexisti lepidè, quid ego dicerem.*
Heus tu! jam postquàm in Vrbem crebrò conmeo,
Dicax sum factus: jam sum Cavillator probus.
As. *Quid id est? amábo!* St. *Istacce* [c] *ridicularia.*
As. *Cavillationes vis, opinor! dicere.*
St. *Ita, ut pauxillùm differat à* [d] *cavillibus.*
As. *Sequere intrò me; amábo! mea Voluptas.* St. *Tene hoc tibi!*
Rabónem habeto, mecum ut hac nocte sies.
As. *PerI!* RABONEM? *quam esse dicam hanc* [e] *VelBam?*
Quin tu Arrabonem dicis? St. [f] AR *facio lucri:*
Vt Prænestinis CONIA, *est* CICONIA.
As. *Sequere; obsecro!* St. [g] *StraVacem hîc opperiar modò,*
Si ruri veniet. As. *Is quidem apud nos est hic Strabax:*
Modò ruri venit. St. *Priúsne? quàm ad Matrem suam?*
Heu! edepol Hominem nihili! As. *ánne autem, ut soles?*
St. *Immò nihil dico.* As. *I intrò; amábo! cedò manum.*
St. *Tene! in Tabernam ducor devorsoriam;*
Vbi malè accipiar meâ [h] *mihi Pecuniâ.*

[a] Antiquè. *V.* pro *B.*

[b] Habésne quîcum cubes, ut Scortum: ne spem Veneream fallas. Nam fortè te Parasitum diceres: quasi-Scortum. Parasiti etiam *Scorta* dicti. Capt. 1.1.✠.1. Quia impudenter cœnas captabant, invocati aderant.

[c] *Sc.* sunt.

[d] *Cavilles*: pro, *Cavilla*: aut, *Cavilla*, antiquè: ut; *Furcilles*. pro, *Furcilla*, Vide Festum.

[e] Antique: pro; *Belnam*. *V.* pro *B*: & *B.* pro *V.*

[f] Syllabam *Ar* lucror, cùm detracto *ar* dico *rabonem*.

[g] Antiquè. *V.* pro *B.*

[h] Sic Capt. Prol. ✠. 5. τὸ *mihi* παρέλκει.

ACTUS

ACTUS QUARTI
SCENA I.

DINARCHUS, Adolescens.

NEQUE *gnatu'st, neq; [a] proCignetur, neq; potest reperirier,*
Quoi ego nunc dictum, aut factum meliùs, quàm [b] Beneri volim,
DI magni! ut ego lætus sum! & lætitiâ differor! ita
Ad me magna nuntiavit Kyamus hodiè gaudia:
Mea Dona deamata, acceptaq; habita esse apud Phronesium.
Quòm hoc jam volupe'st, tum hoc nimiò magna [c] mellinia mihi:
Militis odiosa, ingrátaq; habita; totus gaudeo.
Mea [d] Pila'st. si repudiatur Miles, Mulier mecum perit.
Salvos sum; quia pereo. si non peream; [e] parùm siem.
Nunc speculabor, quid ibi agatur: quis eat intrò; qui foràs
Veniat. procul hinc observabo; meis quid Fortunis fuat.
Quia nihil habeo, unum animos [f] monuit mihi: omnia agam precariò.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

ASTAPHIUM, Ancilla.
DINARCHUS, Adolescens.

LEPIDE *ecficiam, mea Era, officium. vide intùs modò, ut tu tuum*
Item ecficias. ama, id quod decet, rem tuam. istum [g] exináni.
Nunc, dum isti lubet; dum habet, tempus ei rei [h] secundat.
Exprome Venustatem Amanti tuam, ut gaudia cónpares.
Ego interim hic restitrix his [i] præsidebo, iste dum sic [k] faciat
Domum ad te exagogam: nec quemquam interim istóc ad vos,
Qui sit odio, intromittam: tu perge, ut lubet. [l] ludin' istos.
DI. *Qui est iste? Heja! Astaphium; indica: [m] qui perit.* As. *Amábo! hicine tu*
Eras? DI. *Molestúsne sum?* As. *Nunc magis, quàm fuisti. nam nisi qui*
Nobis usui'st, nobis molestu'st. Sed, obsecro! da mî operam, ut

Narrem,

a Antiquè. *C. p G.*
b Antiquè. *B. p V.*
c Dulcedini, seu voluptati. Vide Lex.
d Quia Meretrices sunt Pilæ Amatorum. Vide Elect. Pl. Tit. *Meretricum.*
e Si non prorsùs pereo, tamen parùm ero: utpote Amator nauci, & perditus, nihili æstimabor. Optimo sensu. Atq; huc referri potest illud Themistoclis: *Perieramus, nisi jam periissemus.*
f Vnum animum meum; *seu*; me, commonuit.
g Spolia, nuda istum. infrà 4.4. ✝. 33.
h Operam dat, favet, prosperat, sive adeo secundum est.
i Hic resistam, & manebo custos, & q. custodiæ præfectus. Vide Lex. *Præsidere.*
k Rem paternam domo ad te exportet: dum faciat ἐξαγωγὴν paternorum Bonorum.
l Ludisne istos Amatores.
m Dic mihi; quis ille est? quem apud Phrones. esse dicis, qui perit. nam ut tu quidem verba facis, jam perditus est.

Narrem, quæ volo. DI. *Nam quid est? num meâ refert?* AS. *Non* MV! *sed*
Intùs, [a] *bolos quos dat!* DI. *Quid! Amator novos quispiam?*
AS. *Integrum, & plenum adorta st Thensaurum.* DI. *Quis est?* AS. *Eloquar.*
Sed tu taceto. Novistin' tu hunc Strabacem? DI. *Quidní!*
AS. *Solus* [b] *summam habet hic apud nos. nunc is est* [c] *Fundus nobis.*
Animo [d] *bono malè rem gerit.* DI. *Per I hercle ego idem!* AS. *Stultus es;*
Qui facta infecta facere verbis postules. Thetis [e] *quoq; etiam*
Lamentando lausum fecit Filio. DI. *Non ego nunc intrò*
Ad vos mittar? quidum, quàm Miles, magis?
DI. *Quia enim plus dedi.* AS. *Plus enim es intromissus, quòm dabas.*
Sine vicissim, qui dant operam, ob id, quod dant, operis [f] *utier.*
Litteras [g] *didicisti. quando scis; sine alios discere.*
DI. *Discant; dum mihi argumentari liceat,* [h] *ni oblitus fiem,*
Quod dedi. AS. *Intereà Magister; dum tu conmentabere,*
Volt interim illa itidem conmentari. DI. *Quid!* AS. *Rem accipere idemptidem.*
DI. *Dedi equidem hodiè ei quinq; Argenti* [i] *deferri Minas;*
Prætereà unam in obsonatum. AS. *Idem istoc delatum scio.*
De eo nunc [k] *benè sumus, tuâ* [l] *virtute.* DI. *Illinc ut Inimici mei*
Bona istic edant! mortuum [m] *hercle me, quàm ut id patiar, mavolim!*
AS. MAVOLIM MIHI INIMICOS INVIDERE, QUAM ME INIMICIS MEIS.
NAM INVIDERE ALII BENE ESSE, TIBI MALE ESSE; MISERIA'ST.
QUI INVIDENT, EGENT: ILLI, QUIBUS INVIDETUR, REM HABENT.
Stultu's. DI. *Quid est?* AS. *Opperire.* DI. *Quid jam?* AS. *Quia pol mavolim.*
DI. *Non licet de obsonio* saltem *me participem fieri?*
AS. *Si volebas participare, auferres dimidium domúm.*
Nam [n] *idem ut Acherunti, hic ratio Accepti scribitur.*
Intrò accipiamus! quando acceptum'st, non potest ferri foràs.
Benè Vale! DI. *Resiste.* AS. *Amitte; sine!* DI. *Amitto intrò?* AS. *Ad te quidem.*
DI. *Immò istóc ad Vos.* AS. *Iri* [o] *non potest.* DI. *Nimiùm potest.*
Experiri sine. AS. *Immò* [p] *opperire! vis est, experirier.*
Dicam adesse; nisi occupata'st. DI. *Resiste. Oh! exi; exi! frustrà fit.*
An non? AS. *Redeam. sed* [q] *vocat me, quæ in me plus potest.* DI. *Quàm potest;*
Uno verbo eloquere; mittin' me intrò? AS. *Mendax es; abi!*
Unum ajebas; sed *stria jam dixti verba; atq; ea mendacia.*
DI. *Abiit: intrò inruit. ego; ut hæc mihi patiar fieri?*

a Maximos *sc.* lucri bolos dat Hera mea. *Allegoria,* à Piscatoribus sumta.
b Summum locum obtinet: principatum. Vide Lex. *Summa.*
c Hæc nobis nunc sunt fructuosissima prædia. Vide Lex.
d *H. e.* strenuè perit.
e Thetis quoque Filium suum Achillem femineo ululatu deflevit: & tamen suis illis lacrymis, quod factum erat, infectum reddere non potuit. Vide Elect. Pl. Tit. *Funeru.* & Lex. *Lessus.* Veteres autem dixerunt *Losus,* & *Lausus*: undè factum *Lesus,* & *Lessus.*
f Uti Phronesio.
g Fuisti apud Magistrum in ludo Venereo.
h *Ni*: pro, *ut* oblitusne.
i Deferendas. Nota syntaxin Græcam.
k Lautè vivimus. Menæch. 3. 2. ✠. 10. 20. Vide Elect. Pl. Tit. *Convivij. Lætitia.*
l Tuâ liberalitate.
m Vide Elect. Pl. Tit. *Invidia.* Bacchid. 3. 6. ✠. 14.
n Similiter ut Orcus numquam quicquam eorum, quæ accepit, rescribit, renumerat, & reddit: sic neq; Meretrix. Vide Lex. *Idem*: pro, *Item.*
o Non potest introiri ad Heram meam.
p Operire potiùs. nam si experiare, vim facies. Ego potius intus visam: & si illi otium est, ad te renuntiabo.
q Herili *sc.* imperio me vocat, quæ in me plus imperij habet, quàm tu. Nota Formulam: *quàm potest.* ὡς δυνατὸν. Vide Lex. Et *stria*: pro, *tria.* Sic, *stritavus*: pro, *tritavus.* Et *Experiri* verbum propriè dicitur de vi, sive ea sit civilis, sive militaris Armorum. Vide Lex.

Digitized by Google

Jam hercle ego tibi, Inlecebra! ludos [a] *faciam clamore in viâ:*
Quæ advorsùm Legem. accepisti à plurumis pecuniam.
Jam hercle apud omnis Magistratus faxo erit Nomen tuum.
Pòst id ego te te [b] *manum inIciam Quadrupli: Beneficâ!*
Suppostrix Puerûm! ego edepol jam tua probra aperibo omnia.
Nihili me! perdidi omne, quod fuit. fio [c] *inpudens.*
Nec mihi adest tantillum [d] *pensi jam, quos capiam* [e] *Calceos.*
Sed quid ego hic clamo? quid si me jubeat intromittier!
CONCEPTIS [f], *me non facturum,* VERVIS *jurem; si* [g] *velit.*
Nugæ sunt! Si STIMULOS *pugnis* [h] *cædis; manibus plus dolet.*
DE NIHILO ILLI EST IRASCI, QUÆ TE NON FLOCCI FACIT.
Sed quid hoc est? pro DI inmortales! Calliclem video Senem;
Meus qui Adfinis fuit, *Ancillas duas constrictas ducere:*
Alteram [i] *Tonstricem hujus, alteram Ancillam suam.*
Pertimui, postquàm una cura cor meum movit modò.
Timeo; ne malefacta antiqua mea sint inventa omnia.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

CALLICLES, Senex.
ANCILLÆ duæ.
DINARCHUS, Adolescens.

EGÓN' *tibi maledicam? aut tibi adeò malè velim? ut Animu' meu'st,*
Propemodùm experta estis; quàm ego sim mitis, tranquillusq; Homo.
Rogitavi ego vos [k] *verberantis, ac pendentis semul:*
Conmemini, quo quicq; pacto sitis confessæ: scio.
Hic nunc volo scire eodem pacto, si sine [l] *malo fateamini.*
Quamquam vos [m] *Colubrino Ingenio ambæ estis. edico priùs;*
Ne [n] *duplicis habeatis linguas; ne ego bilinguis vos necem:*
Nisi si ad [o] *Tintinnaculos voltis vos educi Viros.*
AN. *Vis* [p] *subegit verum fateri. ita lora lædunt brachia.*
CA. *At, si verum mihi eritis fassæ; vinclis exsolvemini.*
DI. *Etiam nunc, quid sit negoti, falsus, incertusq; sum:*
Nisi quia timeo tamen. AN. *Ego nec, quid peccavi, scio.*
CA. *Omnium primùm diversæ state. hem! sic! istuc volo.*

Neve

a Pipulò te differam ante ædes.
b Nota syntaxin antiquam. *Benefica*: est, *Venef. B.* pro *V.*
c Quod ea, quæ dederim, reposcam.
d Nihil pensi habeo.
e Quia nimirùm ad Incitas sum redactus; qui, quod fuit, omne perdidi, parùm nunc pensi habeo, quibus calceis incedam: concinnisne, an inconcinnis. Vide Elect. Pl. Tit. *Cultus.*
f Vide Elect. Pl. tit. *Iuramenti.*
g Si me intromitti.
h Proverbium: πρὸς κέντρα λακτίζειν Vanum est illi irasci, à quâ contemneris.
i Vide Elect. Pl. tit. *Tonsorum.*
k Cùm verberaremini, vapulantes, pendentes in scalis. τὸ *Verberare* παθητικῶς positū.
l Sine dolore. Vide Lex. *Malum.*
m Serpentino, astuto, vafro.
n Eamdē rem modò ajentes, modò negantes.
o Carnifices, Tortores, qui cū supplicium sumebant de Servis, Tintinnabula ad plebem convocandam adhibebant: aut arcendam, ne cōtaminaretur. Vide Lex. *Tintinnabuli.* Et El. Pl. *Supplicij.*
p Sic Virgil. lib. 6. *Subigitq; fateri.*

Neve inter vos [a] *significetis: ego ero* [b] *Paries. loquere tu!*
AN. *Quid loquar?* CA. *Quid Puero factum'st? mea quem peperit Filia,*
Meo [c] *Nepoti. capita rerum* mihi expedite. AN. [d] *Istæ dedi.*
CA. *Jam tace. accepistin' Puerum tu ab hâc?* AN. *Accepi.* CA. *Tace!*
Nihili moror prætereà: satis est fassa. AN. *Inficias non eo.*
CA. *Jam livorem tûte scapulis istoc* [e] *concinnas tuis.*
Conveniunt adhuc utriusq; verba. DI. *Væ misero mihi!*
Mea nunc [f] *Facinora aperiuntur; clam quæ speravi fore.*
CA. *Loquere tu! qui dare te huic Puerum jussit?* AN. *Era* [g] *Major mea.*
CA. *Quid tu? cur eum accepisti?* AN. *Era mea rogavit* [h] *Minor,*
Puer ut adferretur; *éaq; ut celarentur omnia.*
CA. *Loquere tu! quid eo fecisti Puero?* AN. *Ad meam* [i] *Eram detuli.*
CA. *Quid eo* [k] *Puero tua Era fecit?* AN. *Era mea extemplò dedit.*
CA. *Quoi, malum! Era?* AN. *Duæ sunt istæ.* CA. *Cave tu.* [l] *nisi quod te rogo, nisi*
Ea, quæ exquiro. AN. *Mater Filiæ dono dedit; inquam.*
CA. *Plus quàm dudùm, inquam,* [m] *loquere.* AN. *Plus tu rogitas.* CA. *Responde ocius.*
Quid illa! quoi donatu'st? AN. *Supposivit.* CA. *Quoi?* AN. *Sibi;*
Pro Filiolo. CA. *Dono! pro Filiolo!* DI. *DEI! obsecro vostram fidem!*
Vt faciliùs alia, quàm illa unde'st, Puerum alienum parit!
Hæc [n] *laVore alieno Puerum peperit sine doloribus.*
Puer quidem beatus! Matres duas habet, & Avias duas.
Jam metuo, Patres quot fuerint. vide sis Facinus Muliebre!
AN. *Magis pol hæc malitia pertinet ad Viros, quàm ad Mulieres.*
Vir illam, non Mulier, prægnatem fecit. CA. *Et idem ego istuc scio.*
Tu bona ei Custos fuisti. AN. PLUS POTEST, [o] QUI PLUS VALET.
Vir erat. plus valebat; vicit. quod petebat, uni adest.
CA. *Et tibi quidem hercle idem adtulit magnum Malum.*
AN. *De istoc ipsa, etsi tu taceas, reâpse experta intellego.*
CA. *Numquam te facere hodiè quivi, ut quis is; quis esset, diceres.*
AN. *Tacui. at nunc non taceo: quando adest, necesse'st indicem.*
DI. *Lapideus sum, commovere me miser non* [p] *audeo.*
Res palam omnis est. meo illic nunc fiunt [q] *Capiti Comitia.*
Meum illuc facinus, mea captio'st. timeo; quàm mox nominer.
CA. *Loquere! Filiam meam quis integram stupraverit.*
AN. *Video ego te; propter mala facta qui es* [r] *Patronus Parieti.*
DI. *Neq;* [s] *vivos, neq; mortuus sum: nec, quid nunc faciam, scio,*
Neq; ut hinc [t] *abeam, neq; ut hunc adeam, scio. timore torpeo.*
CA. *Dicin'? annon?* AN. *Dinarchus: quoi illam priùs despoponderas.*
CA. *Vbi is Homo'st? quem dicis.* DI. *Adsum; Callicles, per tua obsecro*

a Nutu, aut nictu.
b Medius inter vos stabo.
c :10: *Nepote.* Antiquè. infrà ℣.26. Nota syntaxin. *quid factum meo Nepoti.* Calligr. tit. *Faciendi.* Mil. 4.1. ℣. 16.
d Isti. *sc.* Tonstricì Phronesio.
e Efficis, ut livor verberibus excitatus, remedium inveniat, & quasi sanescat.
f Stuprum oblatum Calliclis Filiæ.
g Mater Phronesij.
h Phronesium.
i Majorem.
k Suprà ℣.11. Syntaxin observa.
l *Sc.* dixeris.
m Loquetis.
n Antiquè. *V. pro B.*
o Vide Elect. Pl. Tit. *Virium, Roboris.* Germani dicũt: Der Sterckst steckt den Schwachen in Sack.
p Non possum. Vide Lex. Plaut.
q Vide Aul. 4. 7. ℣.19. Pseud. 4.7. ℣. 131. de meo capite consilium initur. Vide Calligraph. tit. & Elect. Pl. Tit. *Comitiorum.*
r Qui videris sustentare Parietem *h.e.* Senem. ne labatur, ita ei adhæres latitans.
s Semimortuus sum.
t Quomodo hinc abeam.

Digitized by Google

Genua! ut tu istuc insipienter factum, [b] *sapienter feras*,
Mihiq; ignoscas, quòd animi inpos VINI [c] VITIO *fecerim*.
CA. *Non placet. in Mutum culpam confers, quod* nequit *loqui*.
Nam Vinum, si fabulare posset, se defenderet.
Nam Vinum moderari; sed [d] *Vim non solent*:
Qui quidem Probi sunt. verùm qui Inprobus est; si quamvis bibit,
Sive adeò [e] *caret Temeto, tamen* [f] *ab ingenio'st Inprobus*.
DI. *Scio equidem, qua nolo. multa mihi audienda* [g] *obnoxia*.
Ego tibi me obnoxium esse fateor. culpæ [h] *conpotem*.
AN. *Callicles; vide, quæso, Homini ne facias injuriam*,
REUS *solutus* [i] *causam dicit: Testis vinctos adtines*.
CA. *Solvite istas! agite; abite: tu domúm; & tu autem domúm*.
Eloquere hæc Era tuæ! Puerum reddat; si quis eum petat.
Eamus; Tu! in jus. DI. *Quid vis in jus me ire? tu es Prætor mihi*.
Verùm te obsecro! ut tuam Gnatam des mihi Uxorem; Callicles.
CA. *Eumdem pol te judicasse quidem istam rem intellego*.
Nam haut [k] *mansisti, dum ego darem illam: túte sumpsisti tibi*.
Nunc habeas, ut nactu's. verùm hoc ego te mulcabo [l] *Bolo*.
Sex Talenta magna Dotis demam pro istâc inscitiâ.
DI. *Benè agis mecum*. CA. *Filium istinc tuum te meliu'st repetere*.
Cæterùm Uxorem, quàm primùm potest, abduce ex Ædibus.
Ego adeò jam illi remittam [m] *nuntium Adfini meo*,
Dicam; ut aliam Conditionem [n] *Filio inveniat suo*.
DI. *At ego ab hâc Puerum reposcam; ne mox inficias eat*.
Nihil est. nam ipsa hæc ultrò, ut factum'st. fecit omnem rem palàm.
Sed nimiùm pol opportunè ecce [o] *ab sese egreditur foràs*.
Na ista stimulum longum habet! quæ usq; illinc cor pungit meum.

[a] Vide Elect. Pl. Tit. *Obtestationum*. & *Corporis humani*. In Genibus sedes Misericordiæ.
[b] Moderatè.
[c] Similis locus est Aul. 4. 10. ℣. 20. Vide Elect. Pl. Tit. *Ebrietatis*.
[d] Qui Probi sunt, Vinum quidem moderari solent; sed Vim, & efficaciam ejus non observant: eoq; inebriantur. Vide suprà 2. 6 ℣. 18. *Vis doloris*. Et Lex. *Vis*.
[e] Vacat, expers est, non bibit Vinum.
[f] Vide Lex. *Ab*. quod περίλλως egregiè.
[g] *H.* quibus obnoxius sum, & quæ meritò audiam.
[h] Affinem culpæ. Vide Lex. *Compos*.
[i] Vide Elect. Pl. tit. *Judicij. Vinculorum*. Et versu seq. nota situm Particulæ *Autem*.
[k] Exspectasti. Vide Lex. *Manere*.
[l] Hâc te jacturâ multabo. *Allegoria*.
[m] Vide Elect. Pl. Tit. *Divortij*.
[n] Vide Elect. Pl. Tit. *Nuptiarum*. Et Lex. *Conditio*.
[o] *H. e.* domo suâ. Vide Lex. *A*.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

PHRONESIUM, Meretrix.
DINARCHUS, Adolescens.
ASTAPHIUM, Ancilla.

BLITEA & P lutea'st Meretrix, nisi quæ sapit in Vino ad rem suam.
Si alia membra vino madeant; Cor sit saltem sobrium.

[p] Nugatoria & lutovilior. Vide Lex. *Bliteus. Luteus*.

Nam

Digitized by Google

Nam mihi [a] *dividia'st, Tonstricem meam sic mulcatam malè.*
Ea dixit; eum Dinarchi Puerum esse inventum Filium.
DI. *Vbi id audivit; quamquam penes est me ea omnis* [b] *Res, & Liberi.*
PH. *Video,* [c] *eccom! qui* [d] *Manstutorem meâ adoptavit Bonis.*
DI. *Mulier; adsum. profectus'st.* PH. *quid* [e] *igitur? Voluptas mea.*
DI. *Non; Voluptas. aufer Nugas! nihil ego nunc de istâc re ago.*
PH. *Scio Mecastor; quid velis; & quid postules, & quid petas.*
Me videre vis, & me te amare postulas; & *Puerum petis.*
DI. *DI immortales! ut planiloqua'st' paucis ut rem ipsam ádtigit!*
PH. *Scio equidem Sponsam tibi esse, & Filium ex Sponsâ tuâ.*
Et tibi Vxorem ducendam jam esse: alibi jam animum tuum.
Vt me *quasi pro derelictâ sis habiturus. sed tamen*
Cogitato; [f] *MVS pusillus quàm sit sapiens Vestia,*
Ætatem qui uni cubili numquam committit suam.
Quia, si unum ostium obsideatur, aliud perfugium gerit.
DI. *Otium ubi erit; de istis rebus tum ampliùs tecum loquar.*
Nunc Puerum redde. PH. *immò, amábo! ut hos dies aliquos sinas*
Eum esse apud me. DI. *Minumè.* PH. *jam; amábo!* DI. *quid opu'st?* PH. *in re meá'st.*
Triduum hoc saltem; dum aliquo Miles circumducitur.
In eam rem, si quid habebo, tibi quoq; etiam proderit.
Si auferes Puerum, à Milite omnis tum mihi spes animam ecflaverit.
DI. *Factum cupio. nam re facere, si volim, non est locus.*
Nunc Puero utere, & procura: quia, undè procures, [g] *habes.*
PH. *Multùm amabo te ob istam rem, Mecastor! ubi domí metues* [h] *malum,*
Fugito huc ad me; saltem Amicus mihi esto [i] *Manubiarius.*
DI. *Benè Vale! Phronesium.* PH. *jam me tuum* [k] *Oculum non vocas?*
DI. *Id quoq; interim* [l] *futatim Nomen commemorabitur.*
PH. *Numquid vis?* DI. *fac valeas! opera ubi mihi erit; ad te venero.*
PH. *Ille quidem hinc abijt, abscessit: dicere hic quid vis licet.*
Verum'st Verbum, quod memoratur: VBI [m] AMICI; ESSE IBIDEM OPUS.
Propter hunc spes etiam st, hodiè [n] *datum iri Militem;*
Quem ego Ecastor magè amo, quàm me; dum id, quod cupio, indè aufero.
Quæ, quòm multum abstulimus, haut multum adpáret, quod datum'st.
Ita sunt GLORIÆ MERETRICUM. AS. *Aha! tace.* PH. *quid est? obsecro!*
AS. *Adest* [o] *Pueri.* PH. *sine eum ipse adire huc! sine; si is est modò,*
Sine eum ipsum adire, ut cupit, ad me, hàc rectà. si venerit;
Ne istum ecastor hodiè astutis confectum [p] *fallacijs.*

a Vide Lex. *Dividia.* molestia.
b *H. e.* Res, quæ liberum, sive Puellum decernat. *Liberus*: pro, Filio supposítio. Aul. 4. 10. ℣. 6.
c Dinarchum *sis'.*
d *Manstutor*: qui manu tuetur, quiq; possidet. Et ponitur pro: *Manstutricem.* ut *Tonsor* de Muliere. Vide Turneb. lib. 11. cap. 21.
e Vide Lex. *Igitur.* Quid igitur? quâ causâ.
f Vide Elect. Pl. *Muris.* Similia vide de Vulpibus apud Oppian. lib. 3. *Κυν.* Et *Vestia* antiquè. *V.* pro B.
g Nempe ex ijs, quæ tibi largitus sum.
h Iurgia ab Vxore.
i Esto mihi saltim Amicus, si non ex animo, at fructuosus: at Manubiarum & spoliorũ collator.
k Vide Calligr. *Nominum.*
l H. e. *profusim.* Vide Lex.
m Vbi sunt Amici, ibidem esse negotium, & molestiã. Amicorum enim causâ nos interdùm laborare necesse est; aut jus amicitiæ perdere. Vide Elect. Pl. *Amicitia.*
n Intelligit exinanitionem: de quâ suprà 4. 2. ℣. 2.
o *Scil.* Pater.
p *Scil.* cupio: *vel* dabo.

Digitized by Google

ACTVS QVINTVS

STRATOPHANES, Miles.
ASTAPHIUM, Ancilla.
PHRONESIUM, Meretrix.
STRABAX-RUSTICUS.

EO mihi [a] *A-mare! fero supplicium dampnis ad Amicam meam.*
Vt ut illud acceptum sit, priùs quod perdidi, hoc addam insuper.
Sed quid? video Eram, atq; Ancillam ante Ædis. adeunda'st hæc mihi.
Quid hic vos agitis? PH. *ne me adpella.* STRAT. *nimiùm sævis.* PH. *sic sine!*
Potin's? ut mihi molestus ne sies. STRAT. *quid; Astaphilitium, 'st?*
As. *Meritò ecastor tibi suscenset.* PH. *egón'? atq; næ isti etiam* [b] *parùm.*
Malèvolo! STRAT. *ego, mea Voluptas! si quid peccavi priùs,*
Supplicium ad te hanc Minam fero Auri. si mihi rides; [c] *spice.*
Manus [d] *rotat, priùs quàm penes sese habeat, quicquam credere.*
Puero opu'st [e] *cibum: opu'st* [f] *Matri autem, quæ Puerum lavit.*
Opus Nutrici autem, Vtrem ut habeat Veteris Vini largiter;
Vt dies noctesq; potet: opu'st Igne; opu'st Carbonibus:
[g] *Fascijs opu'st. Pulvinis, Cunis, Incunabulis:*
Oleum opu'st; Farina Puero opu'st: opu'st totum diem.
Numquam hoc uno die efficiatur OPVS; *quin* OPVS *semper siet.*
Non enim possunt Militares [h] *Pueri Setanio educier.*
SRAT. *Respice ergò' accipe hoc; qui istuc* [i] *exefficias* OPVS. PH. *cedò!*
Quamquam parum'st STRAT. *addam Minam adhuc istic posteà.* PH. *parum'st.*
STRAT. *Tuo arbitratu quod jubebis, id dabitur. da nunc savium.*
PH. *Mitte me, inquam; odiosus's* STRAT. *nihil fit; non amor: teritur dies.*
Plus decem pondo Amoris [k] *pauxillisper perdidi.*
PH. *Accipe hoc. atq; auferto intrò.* STRAB. *ubi Amica mea'st Gentium?*
Neq; ruri, neq; hic operis quicquam [l] *facto conrumpor situ.*
Ita miser cubando in Lecto hic exspectando obdurui.
Sed eCam! video. heus! Amica; quid agis? STRAT. *quis illic Homo?*
PH. *Quem ego mEcastor magis amo, quàm te.* STRAT. *quàm me! quomodo?*
PH. *Hoc modo; ut molestus ne sies* STRAT. *Jam abis? postquàm Aurum habes.*
PH. *Condidi intrò, quod dedisti.* STRAB. *adest. Amica; te ádloquor.*
PH. *Ad ego ad te ibam.* STRAB. *ad me! Delicia!* PH. *hercle verò seriò.*
STRAB. *Quamquam ego tibi videor stultus, gaudere* [m] *aliqui me volo.*

Nam

a Elegans Paronomasia tacita: *Amare: amarè: à-mare.* Amare amare est: & cavendũ Amare, tamquã à Mare. Sic mihi eo amare! Das heist gebutet! Ich meine: es sey mir bekommen das Bulen.
b *Q. d.* non succenseo solum, sed insuper etiam, certo aliquantum, male volo.
c Si verbis meis non credis, ipsam rem vide.
d *Q. d.* ego si vis me rem videre, in manus mihi dato.
e Cibo.
f Vide Lex. *Mater.* Mater, Nutrix, Obstetrix dicitur.
g Cunarum instrumentis, & id genus ornamentis.
h *H. e.* Militares pueri non possunt viribus, & parvi precij cibis educari: cujusmodi est *Setanium*, genus Mespili. Vide Lex.
i Perfecte efficias.
k Per particulas. *Nonnu.*
l Facio. Vide Indicem.
m Aliquo modo.

Nam [a] *quamquam es bella; malo tuo's: nisi* [b] *tuo ego aliquî gaudeo.*
PH. *Vin' te amplectar? & savium dem?* STRAB. *quidvis face;* [c] *gaudeam.*
STRAT. *Meósne antè oculos ego illam patiar alios amplexarier?*
Mortuum hercle me [d] *duo satiùs. Abstine hoc, Mulier, manum.*
Nisi si te meâ ManuViâ [e] *Macharâ; & hunc, vis émori.*
PH. *Nihil* [f] φλυαρεῖν *satiu'st, Miles. si te amari postulas;*
Auro, haut Ferro deterrere potes [g] me, *ne amet; Stratophanes.*
STRAT. *Qui! malum! bella, aut faceta's? qua ames Hominem istîmodi!*
PH. *Venítne in mentem tibi? quod Verbum in Caveâ dixit Histrio:*
OMNES HOMINES AD SUUM QUÆSTUM CALLENT, [h] *& fastidiunt.*
STRAT. *Húncine Hominem te amplexari! tam horridum, atq; squalidum!*
PH. *Quamquam hic squalidu'st, quamquam hic horridu'st;* at *scitus bellum* init.
STRAT. *Dedín' ego Aurum?* PH. *mihi? dedisti Filio Cibaria.*
STRAB. *Nunc, si hanc tecum esse speras, aliâ opu'st auri Minâ.*
STRAT. *Malam rem his, & magnam!* STRAB. *magno opere* [i] *serva tibi Viaticũ.*
Quid ista debet, nisi tria? STRAT. *quæ tria nam?* STRAB. *Vnguenta, Noctem, Savium.*
PH. *Par pari respondet. Verùm nunc saltem, si amas;*
[k] *Dán' tu mihi de tuis Delitijs summis* [l] *quidquid pausillulum?*
STRAT. *Quid ita? amábò! est, quod dem. dic dum! si* [m] *superet; feres.*
[n] *Campas dicis.* [o] *aV! aVi! consultavi istuc.* STRAT. *mihi, Homo,*
Cave faxis volnus; tibi jam quoi sunt [p] *Dentes ferrei.*
Volgò ad se omnis intromittit; abstine istâc tu manum.
STRAB. *Jam hercle; jam* [q] *magno tu Vapula! Vir strenuus.*
STRAT. *Dedi ego huic Aurum.* STRAB. *at ego Argentum.* STRAT. *at ego Pallã, & Purpuram.*
STRAB. *At ego Oves, & lanam, & alia multa, quæ poscet, dabo.*
Meliùs te [r] *Minis certare mecum, quàm minacijs.*
PH. *Lepidus ecastor Mortalis est. Strabax mi; perge, obsecro!*
Stultus, [s] *atq; Insanus, dampnis certant.* [t] *nos salvæ sumus.*
STRAT. *Age prior,* [u] *Tiro! da aliquid.* STRAB. *immò tu prior perde; & peri!*
STRAT. *Hem tibi Talentum Argenti! Philippicum'st: tene tibi.*
PH. *Tantò* [x] *melior. Noster esto! sed de vostro vivito.*
STRAT. *Vbi'st?* [y] *quod tu das. solve Zonas.* PH. *Provocatur.* STRAT. *quid times?*
STRAB. *Tu* [z] *peregrinu's: hic habito. Novi Meos: non ego ambulo.*
Pecua ad [aa] *hanc* collo *in Cruminâ ego obligata defero.*

[a] Tametsi bella es; tamen nihil tibi prodest forma: nisi ego illâ aliquando fruar, teque, meque reficiam, & oblectẽ.
[b] Nisi tui copia mihi fiat.
[c] *Q. d.* modò gaudeam quid vis face.
[d] Do, trado. Vide Lex. *Duo.*
[e] *Manubia machæra*, vel ex manubijs comparata, vel potiùs fulminatrix: à Manubijs Iovis.
[f] Nugari.
[g] *scil.* Strabacem me.
[h] Delicati sunt. Vide similem locum suprà 2. 4. ✱. 62.
[i] Noli omnẽ pecuniam Phronesio largiri: sed serva ex eâ tibi Viaticum.
[k] Dásne tu mihi &c.
[l] *H. e.* quamvis pauxillum.
[m] Nugaris: frustrà ex me quæris, quid mihi daturus sis. Vide Lex. *Campas*. Et Calligr. *Nugandi*
[n] Antiquè V pro B. *Abi, Abi.* Formula fastidio aliquẽ amolientis. Vide Lex. *Abi. Imodo*
[o] Quia *sci*. Rusticus es, rastros tractans: vel, prominentibus labris ac dentibus: quasi ferrei sint.
[p] si supersit. Vide Lex. *Superare*. [q] Magnopere Vapula. suprà vers. 45. [r] *Scil.* Argenteis. *Parenomasia.* [s] Strabax, & Miles. [t] *H. e.* non ita vag' sum, & erro, ut tu es: sed stabilem, certamq; sedem hic habeo. [u] Tu, qui novitius Amator es. [x] Vide Calligr. *Acclamandi.* Formula *Tantò melior.* [y] *Sensus est:* Tu quoque paria fac vicissim, Strabax. & heus tu! ubi habes? quod tu des: solve zonas. quid verò turbatus hæres? [z] Tu peregrinus necessario pecuniis es instructus, ego hic habito, neque Zonam gravidam ære circumfero. *h. e.* etsi novi Meos quales sint: tamen clanculum munera satis ampla ad Phronesium soleo deferre, pecubus in crumenã alligatis. [aa] Alludit ad illas viginti Minas, quas pro Ovibus acceptas suprà memorabat, & Meretrici destinabat. 3. 1. ✱. 8.

STRAT. *Quid dedi? ut* [a] *distrinxi Hominem!* STRAB. *immò ego verò, qui dedi.*
PH. *I nunc intrò; amabo! & tu ergò hàc mecum.* STRAT. *tu eris Tecum quidem.*
STRAB. *Quid tu? quid ais? cum hócine?* STRAT. *ego enim posterior dedi.*
PH. *Tu dedisti.* hic *jam daturu'st. istuc habeo; hoc expeto.*
Verùm utriq; mos geratur amborum ex sententiâ.
STRAT. *Fiat! ut rem* [b] *gnatam video; hoc accipiundum'st, quod datur.*
STRAB. *Meum quidem te Lectum certè occupare non sinam.*
PH. *Lepidè Mecastor* [c] *aucupavi; atq; ex meâ sententiâ:*
Meamq; uti rem benè gestam, vostram rusùs benè geram.
Verùm, *amabo! si quid animatu's facere, fac jam, ut sciam.*
VENERIS *causâ* ADPLAUDITE! *Ejus hac in Tutelâ'st* FABULA.
SPECTATORES; *benè* VALETE! PLAUDITE! *atq;* EXSURGITE!

a Devinxi Phronesium, ut mihi satisfacere necesse habeat. Vide Lex. *Homo*: de Fœminâ.

b Natam. ut sæpè aliàs.

c Aucupata sum, prædata sum. *Paronomasia* in *Occupare*, & *Aucupare*.

PLAVTI TRVCVLENTVS.

EXPLICIT.

INCIPIT.* VIDULARIA.

* Vide Notas Criticas.

M. ACCI PLAVTI

Sarsinatis Vmbri

FRAGMENTA:

EX RVDERIBVS ANTIQVORVM Grammaticorum collecta, aucta, & in ordinem, multò, quàm antehàc, commodiorem, nitidioremque redacta, NOTISque illustrata:

Studio & operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.

PAREVS

LECTORI PHILOLOGO.

RECTE mihi videntur judicasse Viri docti, de ijs, qui [illegible] festivissimi Poetæ nostri ἀποσπασμάτια collegerunt: [illegible] videlicet hæsitasse Auctores illos in tali Farraginum labore. Aut enim Accio PLAVTO attribuerunt, quæ illius minime unquam fuerunt: sed alterius cuiuscumq́; sive PLAVTII, sive ACVTII, cognominis fortè Poetæ: Aut ut Fragmenta allegarunt: quæ, pauculis saltim immutatis, in vulgatis Fabulis commodum exstarent: Aut deniq́; multis mendis contaminata protruserunt σπαράγματα illa, ut Plautini in illis, præter nudum nomen, nihil adgnosceres. Deprehendimus accuratè horum errorum fontes in novâ FRAGMENTORVM hâc concinnatione: in quâ quidem industriæ nostræ ac fidei apprimè nobis conscij sumus. Neque pluribus laborem nostrum heic deprædicabimus. Testem laudamus rem ipsam. Singulorum dictorum cubilia placuit adnotare ex Vetustis Grammaticis: in quibus indagandis ne aberres, Lector Philologe; ecce Editionum singularum Indicem.

Vsi autem sumus Catholico & eleganti Volumine Grāmaticorū, ab Heliâ Putschio Edito Francofurti in Officinâ Vechelianâ: Anno M. D. CV. Itēque altero Auctorum linguæ Latinæ: ab Magno Iurisconsulto Dionysio Gothofredo jam olim in lucem emisso Genevæ. Anno M. DC. II. Varrone, Festo Pompejo. ex Editionibus Josephi Scaligeri. Tum demùm Servio, Interprete Virgilij: ex Bibliothecâ Petri Danielis, Parisijs. Anno M. D. C. Ac deniq́; Donato Terentij, ex Editione Lindenbruchianâ, quæ prodijt Lutetiæ Paris. Anno M. DC. II. Tantum est, benivole Lector. Vale: & nostris vigilijs FAVE.

M. Acci Plavti
Sarsinatis Vmbri

FRAGMENTA
EX COMOEDIIS AMISSIS.

* ACARISTVDIVM.

Quam ego tantâ pauperavi per dolum pecuniâ.
Nonius Marcellus *in* Pauperavit *pag.* [illegible]

† ABROICVS.

Quasi lupus ab armis valeo: clunes infractos gero.
Nonius *pag 595.* & Festus *in* Clunes: *sed absque nomine*

* ADDICTVS

Opus facere nimiò quàm dormire, mavolo. Veternum metuo.
Interpres Virgilij *ἀνώνυμος.*

† ANVS.

* ARTAMON.

Nunc mihi licet quidvis loqui: nemo adest superstes.
Festus *in* Superstites; *h. e. præsente. pag.* 282.

[illegible] notavit exacte plane e nostro Plauto [illegible] sed e vetere quodam Accio [illegible] A. [illegible] Fabul[illegible] Quæ nomina [illegible] [illegible] [illegible]

† Neque hanc In[illegible] nomen esse [illegible] mo sed ab alio nominis haurit Auctore. M. Accius [illegible] ABROICVS [illegible] vel A M [illegible] ROICVS.

* Hanc Plautum [illegible] [illegible] Varro [illegible] Agellius [illegible] co Dictum autem hoc in LI [illegible] [illegible]

[illegible] testatur Varro apud Agel[illegible] [illegible]. * Existimant quidam [illegible] eundem esse cum A[illegible] [illegible] ARTEMON persona est uxoris Demæn[illegible] Sed tamen [illegible] [illegible] [illegible]cum, ἀπὸ βολιμαίου & hanc esse: vel certe [illegible] sive [illegible].

¶ [illegible] quod naribus mulionum nauteam fecerit
[illegible] in Nauteā Pag. [illegible]

ASTRABA

Latine:

CLITELLARIA.

[illegible] Probus [illegible] Virgilii: Ἀστράβη, Clitella, *siue*, vehiculum. [illegible]

¶ Sequere, sequere, Polybadisce, meam Spem te cupio consequi.
POLYB. Sequor hercule quidem, nam lubenter, mea Sperata, consequor.
Varro de l. l. lib. 5 pag. 59.

¶ Axitiosæ annonam caram é vili concinnant viris.
Varro de l. l. lib. 6. pag. 76. Axitiosus, est, factiosus

¶ Terebratùm quid pertundis?
* Cùm in Cuttotum [illegible] Nonius in Exterebrare pag. [illegible]

* Inepte Fragmentorum [illegible] hæc verba ut [illegible] citarunt [illegible] cum fint [illegible] Nonius [illegible]

¶ Terebratus multum sit: & subscudes addite.
[illegible] pag. [illegible]

¶ Dare pedibus protinam sese ab his regionibus.
Nonius in Protinam pag. 407.

¶ Apluda. *Furfur frumenti.*
Agellius lib. 11. cap. 7. & Nonius cap. 2. pag. 522.

¶ Non quasi vt hæc sumtuis limaces lividæ,
Diobolares, schœnicolæ miraculæ,
Cum extritis talis, cum crotilis crusculis,
Capillo scitulo, atque excissatis auribus.
Versus duo priores citantur à Varrone *lib. 6. l. l. pag. 76. Vbi vulgo legitur* [illegible] veiat... [illegible] Varia: *Itemque secundus & tertius à* Festo Pompeio [illegible] nicolæ *pag. 244. Tertius legitur apud Festum in* Crocotillum, *al* [illegible] *pag. 53 & Priscian. l. 3 pag. 611. ex* Cistell. *Quartus ex Plauti* Cistellaria [illegible] à Nonio, *in* Exciliatum *pag. 544.*

¶ —— quasi

——— quasi Tolleno, vel
Pilum Græcum reciproces planâ viâ:
Qui nisi sic biteris, nimiùm is vegrandi gradu.
Pol ad cubituram, Mater, mage sum exercita.
Reliquum ad cursuram sum tardiuscula.

Duo a[illegible]eriores citantur à Festo *ex* Astrabâ *in* Reciprocare: *pag.* 205. Tolleno, *machina [illegible] est, qua Rustici utuntur ad hauriendam aquam è puteis: aliàs* Ciconia *dicta, vel* Grus. *Posteriores duo leguntur apud* Nonium *in* Cursus *pag.* 5, 6.

¶ Quid? tuam Amicam times? ne te manuleo cajet.
Citat Fulgentius *de Continentiâ Virgilianâ ex Plauti* Cistellariâ, *pro:* Clitellariâ *in Servio P. Danielis ante Bucolica Virgilii.* è iiij Cajare, *inquit, est, puerum interjicere: & Cajatio, caedes puerilis.*

¶ Prohibet divitijs maximis, dote altili, atque opimâ
Nonius *in* Altile: *pag.* 124 *ex* Cistellariâ: *sed perperàm.*

¶ Expurgabo hercle omnia ad raucam ravim.
Nonius *in* Ravis. *pag.* 577. *itidem ex* Cistellariâ. *malè*

¶ Quæ quasi Carnificis Angiporta purgitans.
Nonius *in* Angiportus. *pag.* 591 *itidem ex* Cistellariâ. *mendosè.*

¶ Intro ad bonam Meretricem: adstat ea in viâ
Sola. prostibula sanè est.———
Nonius *in* Prostibula *pag.* 722. *etiam ex* Cistellariâ *erroneè*

¶ Malum aufer. bonum mihi opus est.
Cum pare comessationes, vinum, turbas resque: quem tu maximè tibimet obligare volueris, tanto [a] levius mellito. Conventus verò & debacchationes, & joca frivola non quaero, ut amorem pariant. utinam nihil odiorum darent! QUER. Quid? quod plures hujusmodi societate optimè utuntur. LAR. Novi omnia: illos mihi tu narras, qui totum occultant: nimium vel prudentes, vel felices sunt, quos requiris. Hoc ad QUEROLUM non facit. QUER. Est aliud, quod accusem. Pauper ego sum quidem, sicut tu vel nosti, vel facis. sed hoc mecum tolerabile est. Illud prorsus non fero, quod tenuitati nemo ignoscit, neque cuiquam, ut aliquem dicat pauperem. Quid praeterea? Hui: [b] quanta adjiciunt! Stultitiam, neglegentiam, somnum, & gulam. Patientia desidia, acrimonia crudelitati adsignatur. Sic [c] vertuntur nomina: nemo ad facultates nemo ad censum respicit: semper dives diligens: contrà pauper neglegens. LAR. Censeri hoc reservo, QUEROLE: nunc autem illud dicito, quod specialiter te inquietat, & gravat. Nam ista, quae protulisti, communia sunt, & antiqua paupertatis crimina. Tamen tu neque dives, neque pauper es. hoc si agnosceres, felix eras. QUER. Scisne me nuper Patrem amisisse? LAR. Servasti praeceptum: speciale hoc planè est: hoc est, quod nemini ante hic contigit. Quid igitur? Nonne hoc justum fuit? bustum [d] ut efferret Filius. QUER. Fateor: sed Pater ipse nihil reliquit. LAR. Dura deploratis: exequias inanes tibi contigisse luges: irasceris ergò, non doles. Patri certè nihil defuit; tibique hodiè nihil deest. Non enim haec parva hereditas est. Sustentiesne? sento saltim extremo sibimet vixit, qui semper tibi. Utinam tu heredibus tantum relinquas, quantum reliquit Euclio. Dic ergò aliud: nam istic nihil audis. QUER. Servus mihi est, quem tolerare nequeo, Pantomalus & mente, & nomine. LAR. Felicem te, QUEROLE, si unus tibi est Pantomalus: multi multos Pantomalos habent. QUER. Sed plures audio, qui suos etiam laudant. LAR. Isti pejores habent. QUER. Cur igitur laudant? LAR. Quia quid deperdant, nesciunt. QUER. Tempestas maxima fructus meos abstulit. LAR. Numquid commune hoc fuit? non uno genere omnes puniuntur: Tibi tempestas obfuit: alter aliud pertulit. QUER. Ohe! [e] Consortes mei jam dudum nihil incommodi pertulerunt. LAR. Fallis turpiter. QUER. Da quaeso veniam. Ignorabam, peculiarem tibi curam esse hanc de consortibus meis. adhuc habeo, quod obiciam. Vicinus mihi malus est. LAR. Ecce rem verè [f] malam. Tamen, QUEROLE, de uno isto, quantum etiam hic praestiterim, vide. VICINUM MALUM caeteris unum tantum:

[a] Nimium levia beneficia non [illegible] gratia [illegible] pariunt.

[b] Quot [illegible] pati.

[c] Allusio ad Catonis querelam apud Sallustium. [illegible]

[d] Vide Tit. [illegible] Allusio ad [illegible]

[e] [illegible]

[f] [illegible]

tantùm: quid faciant illi, qui plures habent? QUER. *Conserva istum quæso, Lar familiaris: ex voto meo tuére, quem præstitisti ne fortè nascantur duo.* LAR. *Quid si etiam hinc vincimus? dic quæso nunc mihi, quem tu putas feliciorem? tete, an istum, de quo quereris?* QUER. *Quid nam hic simile est? Aut numquid dubitari potest, feliciorem eum esse, qui alterum queri compellit, quàm ille, qui ad querelam confugit?* LAR. *Hem* QUEROLE! *vis jam nunc facinus, ut infeliciorem esse hunc scias?* QUER. *Valdè cupio.* LAR. *Sed hoc egomet tibi tantùm indicabo: paululum aurem accommoda.* QUER. *Cur non apertè loqueris? Numquidnam etiam tu times?* LAR. *Quidni timeam, qui tecum vivo? aurem accommoda.* QUER. *Age, dicito. Ha ha he! habeat, teneat, possideat, seque cum suis: lautè edepol nos accipis Doctor.* LAR. *Nonne?* QUER. *Certè jam nihil conqueror.* LAR. *Quid istuc,* QUEROLE? *paululùm tibi ita videtur.* QUER. *Rursùm ad ingenium redis.* LAR. *Sed quoniam miserum te non doces, superest, ut felicem comprobem. Dic quæso, Querole; sanus es?* QUER. *Ita arbitror.* LAR. *Quanti hoc æstimas?* QUER. *Hoc etiam imputas?* LAR. *O Querole, sanus es, & [a] felicem te negas? vide, ne postmodùm [b] felicem te fuisse scias.* QUER. *Iam superiùs dixeram; benè mecum agitur, sed juxtà alios, malè.* LAR. *Certè apud te benè.* QUER. *Fateor.* LAR. *Quid quæris amplius?* QUER. *Quære aliis melius?* LAR. *Iam istuc [c] ad invidiam pertinet.* QUER. *Sed rectè invideo. Nam sum inferior [d] deterioribus.* LAR. *Quid si feliciorem tete edoceo, quàm sunt isti, de quibus dicturus es?* QUER. *Tum igitur facies, posthàc Querolus nullum permittat queri.* LAR. *Vt negotium sit brevius, & lucidius, argumenta removeo. Tu Fortunam dicito, cujus tibi conditio placeat. Sortem autem, quam ipse volueris, jam nunc dabo. Tantùm illud memento, ne putes posse te aliquid [e] deflorare, atque excipere, unde aliquid legeris.* QUER. *Placet optio. Da mihi divitias, atque honores militares, vel mediocriter.* LAR. *Istud tibi præstare valeo: Verùm illud vide, [f] si tu valeas implere quod petis.* QUER. *Quid!* LAR. *Potes bellum gerere, ferrum [g] excipere, aciem rumpere?* QUER. *Istud numquam potui.* LAR. *Cede igitur præmio atque honoribus his, qui possunt omnia.* LAR. *Saltim aliquid nobis tribue in parte civili & miserabili.* LAR. *Vis ergò omnia & exigere, & exsolvere?* QUER. *Atat! hoc excidit: jam neutrum volo. Si quid igitur potes, Lar familiaris; facito, ut sim privatus, & potens.* LAR. *Potentiam cujusmodi requiris?* QUER. *Vt mihi liceat spoliare non debentes:*

a *Q. d.* cùm sit λόγον ὑγιαίνειν.

b Quia tum demũ homines nostra intelligimus bona, cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.

c Suprà: *Iam istud ad vim pertinet.*

d Nempe quia mihi præponuntur, & sunt in re meliori quam ego: tamen me multò inquinatiores sunt vitiis.

e Vide Lex.

f τò *Si* pro *an.* Vide Lex.

g *H. e.* non refugere vulnera in periculis.

Digitized by Google

cadere alienos; vicinos autem, & spoliare, & cadere. LAR. *Habes he! latrocinium, non potentiam requiris: hoc modo nescio edepol, quemadmodum præstari hoc possit tibi: tamen inveni; habes quod exoptas: vade, ad Ligirim vivito.* QUER. *Quid jam?* LAR. *Illic jure gentium vivunt homines: ibi nullum est præstigium: ibi Sententiæ Capitales de* [a] *Robore proferuntur, & scribuntur* [b] *ossibus: illic etiam Rustici peròrant, & privati judicant: ibi totum licet. Si Dives fueris,* Patus *appellaveris: sic nostra loquitur* [c] *Græcia. O sylvæ! ô solitudines! quid! vos dixet liberas? Multò majora sunt, quæ tacemus: tamen intereà hoc sufficit.* QUER. *Neq; Dives ego sim, neq; Robore uti cupio: nolo jura hac sylvestria.* LAR. *Pete igitur aliquid mitius, honestiusq;, si jurgare non potes.* QUER. *Da mihi honorem, qualem obtines* [d] *Togatus ille, muneras quẽ maximè.* LAR. *Rem prorsus facilem nunc petisti. Istud etiam, si non possumus, visne præstari hoc tibi?* QUER. *Nihil est, quod plus velim* LAR. *Vt maxima quæq; taceam; sume igitur tegmina, hieme trunca, & æstate duplicia: sume laneos Cothurnos, semper refluos Calceos, & quos pluvia solvat, pulvis compleat, cœnum & sudor glutinet: sume Calceos humili fluxos tegmine, quos terra revocet, fraudet limus concolor: æstum vestitis genibus, brumam nudis cruribus, in soccis hyeme;* [e] *Cancro in* [f] *tubulis age: patere inordinatos labores, occursus antelucanos, Iudicis convivium,* [g] *primum, postmeridianum, aut æstuosum, aut algidum, aut insanum, aut serium: vende vocem, vende linguam: iras atq; odium loca. In summa, pauper esto, & reporta Penatibus pecuniarum aliquid, sed plus criminum. Plura etiam nunc dicerem, nisi* [h] *efferre istos melius esset, quàm lædere.* QUER. *Neque istud volo. Da mihi divitias, quales consequuntur illi, qui* [i] *Chartas agunt.* LAR. *Sume igitur vigilias, & labores illorum, quibus invides. Aurum in juventâ, patriam in senectâ quære: Tiro agelli, Veteranus fori, Ratiocinator eruditus, Possessor rudis, incognitis familiaris, vicinis novus, omnem ætatem exosus agito, funus ut lautum pares. Heredes autem* DEUS *ordinabit: istis nolo invideas; Querole.* SÆPE [k] *cóndita Luporum, fiunt rapina Vulpum.* QUER. *Heia! nec Chartas volo. Tribue saltim nunc mihi peregrini illius & transmarini Mercatoris sacculum.* LAR. *Age igitur; conscende maria, te tuosq; pariter undis & ventis credito.* QUER. *Istud egomet nunquã volui: dà mihi saltim vel capsas Titi.* LAR. *Sume igitur &* [l] *Podagrã Titi.* QUER. *Minimè.* LAR. *Neq; tu capsas cõtinges Titi.* QUER. *Neq; istud volo. Da mihi Psaltrias, & Concubinulas; quales habet avarus ille Fenerator advena.* LAR. *Habes nunc planè totâ mente q̃ rogas. Suscipe, q̃ exoptas toto cum Choro: suscipe Paphien, Cythéren, Briseidem, sed cum pondere* [m] *Nestoris.*

a *H. e.* in quercubus. Intelligit Druidas. vide Plin. lib. 16 cap. ult. Sic Iudices *Vlmicolæ* à Gallis dicuntur, quia sub ulmis jus dicunt.

b Vide Isidorum lib. 6. cap. 8. Orig.

c Druides enim veterum Gallorũ Magi, Græcis utebantur litteris in publicis rebus, privatisque rationibus: teste Cæsare lib. 6. Bell. Gall.

d *H. e.* advocatus vel causidicus, extogatus, qui advocatus esse desiit.

e Cùm Sol in Cancro est: cum maxime calet.

f In locis augustis & callidis. vide Lex. *Tubul.* vel intelligit per *tubulos* pedum crurũque tegmina.

g *H. e.* primulum, *Seu*, matutinum.

h Vide Lex. *Efferre.*

i Tabellarii: *vel*, Tabularii.

k Vide Lex. *Cóndita.*

l Alludit ad verbũ vulgi: *Pecuniosos podagrâ laborare.*

m *H. e.* tota hernia. vide Augustin. de Civ. Dei lib. ult. cap. 8.

Digitized by Google

vis. QUE. *Ha ha he! quamobrem?* LAR. *Habet hoc ille, cujus tu sortem petisti. Eho! Querole; numquam audisti? Nemo gratis bellus est.* Aut [a] hæc cum illis habenda sunt, aut hæc cum his amittenda sunt. QUE. *Adhuc invenio, quod requiram: da mihi saltim impudentiam.* LAR. *Urbanè edepol tu nunc omnia quæ negaverim, concupiscis. Si toto vis uti foro, esto impudens: sed sapientiæ jactura facienda est nunc tibi.* QUE. *Quamobrem?* LAR. *Quia Sapiens nemo est impudens.* QUE. *At abi, Querole, cum tuâ querimoniâ.* QUE. *Numquamne* [b] *mutabis, Calamitas?* LAR. *Quamdiu tu vixeris.* QUE. *Felices ergò non sunt.* LAR. *Sunt aliqui, sed non illi: quos tu putas.* QUE. *Quomodo? Si ostendero jam nunc tibi aliquem, & sanum, & divitē, felicem hunc negabis?* LAR. *Divitem potes nosse, sanū esse qd putas?* QUE. *Corpore benè valere.* LA. *Quid si ægrotat animo?* QUE. *Istud egomet nescio.* LAR. *ô Querole; imbecilla tantum vobis corpora videntur. At quantò anim' est infirmior? Spes, timor, cupiditas, avaritia, desperatio neminem esse felicem sinunt? Quid si nescio, quis ille alius in corde, alius est in vultu? quid si lætus publicè, mæret domi? ut majora reticeā: quid si Uxorem non amat? qd si Uxorem nimis amat?* QUE. *Si nemo felix; nemo igitur justus?* LAR. *Etiam huic respondeo. Sunt aliqui, fateor, justi propè: sed prima est horum calamitas. Estne aliquid, quod requiras?* QUE. *Immò edepol nihil: meā mihi concede sortē, quando nihil melius repperi.* LAR. *Igitur quanquā felicem esse constiterit; tamen etiā nunc beatiorem te futurū ut cognoscas, volo. Aurum hodiè nullū consequēre.* QUE. *Ludis nos: fieri non potest.* LAR. *Quam ob causam?* QUE. *Quia non est via* LAR. *Sanè difficilè est nobis facere, atq; invenire, quod tu non intellegis.* QUE. *Dic quæso; num quis Rex aliquid largietur?* LAR. *Nihil.* QUE. *Nunquid ex* [d] *transvorso quispiā me heredem instituet?* LAR. *Nihil minus.* QUE. *Nūquid Thesaurus alicubi defossus apparebit ante oculos meos?* LAR. *Atq; si Thesaur' domi tuæ lateret, prius alteri esset ostendendus, quā tibi.* QUE. *Et quemadmodū sum habiturus egomet, quod mihi nullus dabit?* LAR. *Vade jā nunc, & quicqd cōtrà te est, facito.* QUE. *Cur ita?* LA. *Sic expedit. fallenti credito: circū venienti operā, atq; adsensum accōmoda: Fures si ad te venerint; excipe libenter.* QUE. *Tum si aliquis meis ædibus facē subjiciet, juberesne me oleum infundere?* LAR. *Noverā te crediturū non esse.* QUE. *Fures mihi ac Prædones* CUI BONO? LAR. *Ut si quid tibi spei aut* [e] *præsidii est, totū auferant.* QUE. *Cur ita?* LAR. *Ut sis dives.* QUE. *Quomodo?* LAR. *Bona si perdideris tua.* QUE. *Quamobrem?* LAR. *Ut sis felix.* QUE. *Quomodo?* LAR. *Si fueris miser.* QUE. *Istud planè est, quod sæpè audivi,* [f] obscuris vera involvere. *Sed quid facere me jubes?* LAR. *Quod contrà te putas.* QUER. *Dic ergò, quid sit, ne fortassè aliquid pro me faciam nesciens.* LAR. *Quic-*

[a] Hæc translata ex Terent. Heaut. 2. 3. v. 84.

[b] Vide Lex. *Verba activa.*

[c] *Scil.* quæstioni.

[d] *H. e.* ex transversa cognationis linea: ἐκ πλαγίου. Vulgò: *ex lineâ collaterali.*

[e] *H. e.* Si quid in condito habes: si quid argenti præsidii causâ sepositum. Vocatur etiam; *Peculium.*

[f] Sic Virg. lib. 6. de Sybilla: *Obscuris vera involvens.*

Digitized by Google

Quicquid egeris, gesseris ve hodiè, pro te fiet. QUER. *Quid si egomet nolo?* LAR. *Velis nolis, hodiè bona Fortuna ædes intrabit tuas.* QUER. *Quid si ædes obsero?* LAR. *Per fenestram defluet.* QUER. *Quid si & fenestras clausero?* LAR. *O stulte Homo! prius est, ut hæ pateant, ipsaque sese tellus aperiat, quàm ut tu excludas, vel submoveas, quod mutari non potest.* QUER. *Igitur, quantum intellego; non mihi* [a] *præstatur: quod velim nolim mihi faciundum est.* LAR. *Neque ego id exspectabam, ut gratias ageres, sed ut Querolum te constaret in omnibus.* QUER. *Tu nunc quò tendis?* LAR. *In ædes tuas, immò nostras, me recipio: inde ibo, quò libet. Ita tamen usquequàq; pervagabor, ut te numquam deseram.* QUER. *Incertus ego sum factus magis hodiè, quàm semper fui. Quid ergò nunc faciam cum responso hujusmodi? Cui usquam Oraculum tale umquam datum est, ut ipse sibimet mala quæreret, aut non excluderet, si fieri posset, ingruentem miseriam? Perde, inquit, si quid est tibi domi, ut adquiras plurima. Mea si mihi auferantur, aliena quando, aut quis dabit? Vade, inquit, Fures require, Prædones recipe in domum. Primùm hoc si cognosci, atque etiam si probari potuerit, nonne Iudex jure optimo pessum dabit, tamquam Latronum conscium? Sed ubinam fures ipsos modò requiram; ubi investigem, nescio. Vbinam illa est cohors* [b] *fuliginosa, Vulcanosa* [c], *atra, quæ de* [d] *die sub terras habitant; nocte in tectis ambulant? Vbi illi sunt, qui urbanè fibulas subducunt, quique curtant* [e] *balteos? Nisi fallor, unum ex ipsis video: atque ecce rem gerit. Hem! tibi clamo, Impostor. Ohe! cessa. euge! servata est fibula. Atat! spes mihi nulla est; mandato excidi. Interdictum fuerat, ne* [f] *obviarem Furibus: Verùm ne excluderem, hercle & hoc stultum est, nihil prorsùs hinc placet.* [g] *Atque edepol, nisi fallor, iste, qui apud me est locutus, urbanus est homo. Num quodnam meritum nunc meum, ut mihi potissimùm res divina ostenderetur? Hic nescio quid est præstigii. Vereor hercle, ne Furtum, quod denunciabat, jam perfecerit. Ego me hàc intus refero, atque Hominem, si repperero, continuò producam foràs.*

a Sic Plaut. Trinum. 3. 2. ℣. 11. *Nullum beneficium duco esse id, quod cui facias, non placet.*

b *Fures* deducit à *furvo.*

c Noctivaga.

d ἡμερόκοιτος. *Hesiod.*

e βαλαντιοτόμοι.

f *Obviare; est* obstrigillare, opponere se, & contraire. vide Lex.

g Peccavi, inquit Querolus, tacitè secum loquens, in mandatarium meum. Iussit namq; Lar, ne ego me furis opponerem, quod modò feci, dū clamore meo istum absterrui, ne fibulam auferret.

ACTUS SECUNDI

SCENA I.

MANDROGERUS. SYCOPHANTA. SARDANAPALUS.

MAND. *Multùm sese aliqui laudant, qui vel pugnaces feras, vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt,*

Digitized by Google

aut casu opprimunt. Quantò mihi majus est ingenium, & lucrum, qui Homines venor publicè. Sed quos Homines? Divites, & Potentes, & Litteratos maximè. Mandrogerus ego sum, Parasitorum omnium longè præstentissimus. Aula quadam hic jacet, cujus odorem mihi trans maria ventus detulit. Cedant juris [a] *conditores. cedant omnia Coquorum ingenia: cedant Apici fercula. Hujus ollæ* [b] *conditum solus scivit* EUCLIO. *Quid miramini? Aurum est, quod sequor: hoc est, quod ultrà maria & terras olet. Quid ad hæc vos dicitis, novelli atque incipientes nunc mei? Quando hæc discere potestis? quando sic intellegetis? quando sic docebitis?* SYCO. *Atqui si scias Mandrogerus noster, quale egomet somnium hâc nocte vidi.* MAND. *Dic obsecro; si quid est boni.* SYCO. *Nocte hâc videbam Thesaurum, quem sperabamus nobis venisse in manus.* MAND. *Quid tum?* SYCO. *Videbam ex parte solidos.* MAND. *Ha! istud non placet* SYCO. *Erant prætereà* [c] *uncinuli hamati, torques, & catenulæ.* MAND. *Dic quæso, alia insuper non somniasti vincula, & verbera?* SARD. *Infaustum hercle Hominem! solum hic non vidit carcerem. Ohe! Homo prodigiose; ego te jam nunc explodo cum verbis tuis. Nocte istâ ego in somnis funus vidi.* MAND. *DI te servent hic benè!* SARD. *Et nos ipsi funus illud nescio-quò ferebamus.* MAND. *Optimè.* SARD. *Etiam insuper deflebamus defunctum illum, quasi* [d] *alienum tamen.* MAND. *Audin' tu istac, stulte Homo? Talia egomet etiam manifesta malo, quàm tua somnia. Funus ad lætitiam spectat: lacrimæ ad risum pertinent. Et mortuum nos ferebamus: manifestum est gaudium. Ego autem meum vobis narrabo somnium prorsùs manifestissimum. Dicebat nescio-quis somnianti nocte hâc mihi servari manifestâ fide, nec cuiquam alteri concessum esse Aurum illud invenire, nisi mihi. Sed insuper adjecit: ex istis opibus hoc tantummodò mihi profuturum, quòd consumsisset gula.* SYCO. *Optimè edepol somniasti Quid autem aliud quærimus, nisi tantum, quod sufficiat ventri, & gulæ?* SARD. *Pulcrè edepol somniasti. Felicem te! Mandrogerus: nosque, qui tecum sumus.* MAND. *Sed heus tu! Sycophanta noster; nisi me fallit traditio, jam pervenimus.* SARD. *Ipsa est platea, quam requiris.* SYCO. *Recurre ad AEdiculam citò.* MAND. *Sacellum in parte Argentariâ ex* [e] *diverso.* SYCO. *Vtrumque sic est.* MAND. *Ventum est.* SARD. *Quid prætereà?* MAND. *Domus excelsa.* SYCO. *Apparet.* MAND. *Ilignis* [f] *foribus.* SARD. *Ipsa est.* MAND. *Atat! quàm humiles hic fenestras video? Euge! hic frustrà clauduntur fores: tum prætereà* [g] *inermes quantum.*

a Non intelligit Iurisconsultos, sed veros Coquos: qui carnes, pisces, herbas, condita in patinis præferunt.

b Supra: *condita luporum.*

c Respicit ad formam effigiemque Nummis impressam, utpote quæ præsagire videretur flagra, & vincula.

d Vide Aelianum lib. 6. cap. 1. Var.

e H. e. sinistra parte.

f Obfirmitatē & crassitiem ilicis. Sic Græcis πρίνινον durum & solidum est.

g Non igitur erant Cancelli, aut ligna illa, quæ reticulato textu fenestris immittuntur: sed tale quid, quale habemus etiam hodie: Columnulæ *Scil.* aut pilæ, è quibus utrimque unci prodeunt, si nimiùm distent regulæ: quod ibi nō fuit.

Digitized by Google

a H. e. claustra non hamata.

tum inter sese distant [a] *regulæ. Secura hercle regio hîc mihi, & fures nil nocent. Sed interius mihi Aurum olet. Aliam temptandum est viam. Eja nunc! Sycophanta noster; tuque Sardanapale: si quid vobis ingenii, comitatis, & virtutis; nunc totum ostendite: ego tamquam Cynicus Magister inventa & inclusa trado gaudia. Retia vosmet obsidete, dum percurro cubilia. Iam omnia tenetis animo, quæ jamdudùm diximus, quæque exindè meditamur nocte & die.* SYCO. *De Atrio porticûs* [b] *in-rectè rationem tenes.* SARD. *In Sacrario tria sigilla.* MAND. *Convenit.* SYCO. *Arula in medio.* MAND. *Sic sunt omnia.* SARD. *Aurum ante Aram.* MAND. *Hoc etiam nostrum est. Quid! ipsius Queroli indicia jam tenetis?* SYCO. *Melius hercle, quàm tua. Tu vide, an divinare possis; nos mentiri novimus.* MAND. *Ego istuc in parte hâc deambulatum ibo: illinc observabo omnia: atque ubi res, vel ratio postularit, continuò hîc adero.* SYCO. *Nos quoque paululùm istâc secedamus, ne suspicionem improbitas paret.*

b H. e. rectè: ut apud Propertium: in-anté.

ACTUS SECUNDI
SCENA II.

QUEROLUS. SYCOPHANTA. SARDANAPALUS.

QUE. *Noster ille, qui mecum est locutus, nusquam apparuit: neque aliquid subripuit intus. Iste planè Homo non fuit.* SARD. *Hem! ipse est: vellem hercle audire Hominem, quem vidi modò. Ego Magos, Mathematicosque novi: talem prorsus nescio. Hoc est divinare Hominem; non qualiter facere quidam Risores solent.* QUE. *Hem! quemnam Divinum isti esse dicunt?* SARD. *Sed hoc novum est, quod vidi modò: ubi te aspexerit primùm, tuo te vocat nomine; dein Parentes, Servos, atque omnem familiam exponit; quasi noverit, quid totâ gesseris ætate; quidve posteà sis acturus, totum edisserit.* QUE. *Bellus hercle hic nescio-qui est: non prætereunda est fabula.* SYCO. *Quæso sodes, adgrediamur Hominem illum ratione qualibet.* SARD. *O me stultum atque ineptum! qui non consului statim.* SYCO. *Et ego hercle vellem: verùm, ut nosti, non vocat.* QUE. *Cur non omnia agnosco? Salvete Amici!* SYCO. *Salvus esto; qui salvos esse nos jubes.* QUE. *Quid vos? secretúmne aliquod?* SARD. *Secretum à Populo;*

Digitized by Google

pulo; non ſecretum à Sapientibus. QUE. *De Mago neſcio-quid audivi.* SARD. *Ita eſt; de neſcio-quo nunc ſermo erat; qui omnia divinat. Verùm quiſnam ille Homo ſit, neſcio.* QUE. *Eſtne talis aliquis?* SARD. *Maximè. Ergò, Sycophanta, ut dixeram, per te, tuosq; [a] Miſides, te rogo! ut illàc venias mecum unà ſimul.* SYCO. *Iamdudùm dixi; ultrò & libenter irem, ſi vacuum nunc eſſet mihi.* SARD. *Mane pauliſper.* QUE. *Quaeſo, Amice; ne te ſubripias tam citò. Egomet quoque ſcire cupio, quiſnam iſte eſt, de quo ſermo nunc erat.* SYCO. *Edepol, neſcio-quid aliud mihi eſt negotii: Cognati atque Amici jamdudùm me exſpectant domi.* SARD. *Magna hercle Hominis difficultas, & perſuaſio: neque nunc te Amici exſpectant, neque Cognati: pauliſper mane.* QUE. *Quaeſo, Amice; ſi mea non eſt odioſa ſocietas, conſulere vobiſcum volo.* SARD. *Vereor hercle, ne difficilem ſe nobis faciat, ſi plures videt.* SYCO. *Optimè edepol! ecce, ſodes, comitem quaerebas: habes; mihi moleſtus ne ſies.* QUE. *Quaeſo, Amice, ſi huic ita videtur, abeat; nos illàc unà ſimul.* SARD. *Atqui iſto nobis eſt opus; quoniam Hominem illum vidit, & novit benè.* QUE. *Iuſtum eſt, ut nobis hodiè operā impendas; quoniam ſic ratio expoſtulat.* SYCO. *Immò hercle iſte illum novit melius, atq; ille hunc familiariter.* QUE. *Sed quaeſo nunc veſtram fidem! quiſnam hic Homo eſt, vel cujus loci?* SYCO. *Quantum comperi, Mandrogerus vocatur: [b] hoc neſcio.* QUE. *Atat! pulcrum hercle nomen: jam hoc te magis [c] aeſtimo.* SYCO. *Primùm praeterita edicit, ſi omnia cognoſcis: tùm de futuris diſſerit.* QUE. *Magnum hercle Hominem tu narras: & conſuli hunc non placet?* SYCO. *Volo equidem; ſed pauliſper non vacat.* QUE. *Age; da operam Amicis: nobis quoque ſimiliter impera, ſi quid voles.* SYCO. *Habeo gratiam: quoniam iſtud vultis, fiat! Sed audite; quid loquor: hujuſmodi Homines impoſtores eſſe?* QUE. *Hem! ſodes; iſtud volebam dicere. Certè ferulas non habet, neq; cum turbis ambulat.* SYCO. *Ha ha he! tales hercle conſulere hic deberet Homo curioſiſſimus.* SARD. *Verbis quantum vult, ille fallat; plus de nobis non licet.* SYCO. *Si vobis ita videtur, placeat; ut ego Hominem ſciſciter, atque ut omnia perquiram non uno modo; ſi mihi ille de omnibus reſpondere potuerit, ſciatis, verè hunc eſſe Divinum, vel Magum.* SARD. *Dixiſti optimè. Sed eccum ipſe hàc praeterit! ita ut volui contigit. quanta in ingreſſu gravitas! quanta in vultu dignitas!* QUER. *Agrediamur Hominem, atq; à publico ſevocemus; ut ſecretò diſſerat.*

[a] An intelligendi oſores? ἀπὸ τοῦ μισεῖν

[b] *H. e.* ſcio quidem quo nomine divinus ille ſit. at cujus ſit regionis id neſcio.

[c] Nempe ob pulcrum nomen.

ACTVS

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA I.

QUEROLUS. MANDROGERUS. SYCOPHANTA. SARDANAPALUS.

QUER. *Salve, Mandrogere.* MAND. *Salvos esse volo.* QUER. *Tu quoque incolumis esto, Sacerdotum*[a] *maximè; quoniam laudaris, ac diligeris plurimùm merito tuo.* SYCO. *Scin' tu, Mandrogere, quid ex te voluimus noscere?* MAND. *Quædam fortasse novi.* SYCO. *Consulere de quibusdam volumus, & cognoscere tuam insignem sapientiam.* MAND. *Non equidem constitueram: sed quoniam ita vultis, consulite, ut respondeam.* SYCO. *Quæsumus, ut libenter nobis operam tuam impendas: prolixâ nunc disceptatione opus est.* MAND. *Dicite, quid velitis.* SYCO. *Primùm ut exponas, quæsumus, quæ sunt optima Sacrorum genera, vel cultu facilima.* MAND. *Duo sunt genera potestatum. Unum, quod jubet: aliud quod*[b] *obsecundat. Sic reguntur omnia. Præclarior Majorum potestas, sed Minorum sæpè utilior gratia. Verùm de Majoribus dicere, neque mihi, neque vobis audire est utile. Itaque si & invidiam & sumtum evitatis, sperate ab inferioribus.* SYCO. *Quænam ista sunt obsequia, quibus obsequi nunc oportet?* MAND. *Dicam celeriter. Tria sunt inprimis: Planetæ*[c] *potentes: Anseres importuni: &*[d] *Cynocephali truces. Has tu effigies omnibus in Fanis & Sacellis si mitigare, vel placare potueris; nihil est, obstare quod possit tibi.* SYCO. *Illósne, quæso, tu mihi*[e] *Planetas loqueris, numeris qui totum rotant?* MAND. *Ipsos: nec visu faciles, nec dictu affabiles: atomos in ore volvunt, stellas numerant, maria æstimant, sola mutare non possunt sua.* SYCO. *Egomet audieram, quod ipsi omnia gubernarent.* MAND. *Ha hahe: hic si aliquid gubernare censes, nescio, ubi naufragium dixeris. Ubi rerum omnium penuriam esse norunt, illic homines non regnant. Summa est medela, vicissim alia ut evertat loca: messes hàc atque illac transferunt*[f] *diris tempestatibus, omnesque fructus paucorum improbitas capit.* SARD. *Novum tibi est transferri messes?* MAND. *Istis licet rerum omnium species atque formas, ut libuerit, vertere.* SARD. *Sed quot gradibus, & transfusionibus?* MAND. *Aliud ex alio jubet: triticum ex vino subitò fieri videas,*

[a] Suprà: *divinum, magnum, mathematicumque* dixit. *Magi* sacerdotes odioso nomine olim dicti.

[b] *H. e.* officia præstat.

[c] Olim à Mathematicis dicti κοσμοκράτορες, & ῥαβδοφόροι.

[d] Vide Horapoll. lib. 2. c. 14.

[e] Hunc locum citat. *Ioh. Saresber.* lib. 2. Policrat. cap. 25.

[f] Virg. Pharmaceutr. *Atque satas alio vidi traducere messes*, Ibi sensum vide.

Digitized by Google

deas, vinum ex tritico. Iam flava seges hordei facilè efficitur ex quovis titulo & nomine: mortales verò animas sive Inferis, sive Superis addere, nullus labor. SARD. *Vides ergò tam Potentes placari oportere?* MAND. *Ha ha he! paucis hoc licet. Sacraria istæc nimis superba sunt, & sumptuosa, maxime si* [a] *obaudire vultis, exiguo Votum soli Sacello solvite.* SYCO. *Oracula isthæc ubinam specialiter sunt expetenda?* MAND. *Ubi libet; hàc atq; illàc: sursùm deorsùm: in terrâ, in mari.* SYCO. *Ecquisnam infelix deprehendere aut adire possit hæc tam vaga sidera?* MAND. *Adire facilè est: abire impossibile.* SYCO. *Quamobrem?* MAND. *Mysteria sunt in aditu diversa & occulta, quæ nos soli novimus: Harpyiæ, Cynocephali, Furiæ, Vlulæ, Nocturnæ* [b] *Striges: absentes Hydris congregant; præsentes Virgis submovent. ita neque abesse licitum est, nec adire tutum: turbas abigunt, & turbas amant. quid plura? Querole. Si te Numina diligunt, ne tu quicquam hinc noveris.* SYCO. *Atqui, Sacerdos noster, mysterium hoc jam displicet: de secundo illo genere anserino edissere, atque expone; si quid est boni.* MAND *Isti sunt, qui pro hominibus perorant ante Aras, atque Altaria, quibus Cygnéa sunt capita, & colla: reliquias edere mensarum solent. Isti sunt Hariolorum longè fallacissimi. Tantum est, quòd vota hominum interpretantur: & malè, precemque dicunt: sed responsa numquam eligunt congrua.* SARD. *Hosne tu Olores esse narras? ego in Sacellis proximè* [c] *Anseres inspexi multos: neminem vidi Cygnum: magnis gutturibus capita attollunt, alas pro manibus gerunt: primùm inter sese linguam trisulco vibrant sibilo: inde ubi sonuerit unus, cuncta alas quatiunt, diris cum clangoribus.* MAND. *Non parvo explentur isti: Panem neque noverunt, neque volunt: hordea insectantur fracta & madida: spicas nonnulli vocant: quidam etiam polentâ utuntur, & carne jam subrancidâ.* SYCO. *En! sumptum inanem.* MAND. *De istis quondam magnus dixit Tullius:* Anseribus cibaria publicè collocantur, & canes aluntur in Capitolio. SYCO. *O genus hominum multiforme, & multiplex! His egomet fuisse arbitror Matrem Circen; Proteum Patrem.* SARD. *Edepol neq; isti placent. Cynocephalos nunc expone, si meliores putas* MAND. *Isti sunt, qui in Fanis ac Sacellis observant vela* [d] *ac limina, quibus à pectore capita sunt canina, albi dentes, pandæ manus: Æditui custodesque istos* [e] *Hecuba quondā, postquàm verè facta est Canis,* [f] ANUBI *nupta nostro latranti Deo omnibus Templis ac Delubris semper denos edidit: sic à pectore biformes, infrà Homines, sursùm feras. Itaque ubi ignotus precator Templa petierit, hinc atque*

a H. e. obadire. Festus.

b Horat. Epod. nocturnam strigem dixit. vide Isid. lib. 7. cap. 12.

c Alludit ad historiam Gallorum, quorū adscensus in Capitolium clangore Anserū proditus est, dormientibus canibus. vide Orationē Ciceronis pro Roscio Amerino. cap. XX. & Plin. lib. 10. cap. 22.

d Vela non solùm in foribus Templi pendebant: sed etiam profanatarum ædium januis obtendebantur

e Vide Plaut. Menæch. 5. 1. v. 14.

f De latratore Anubi vide Servium ad VIII. Æneid. pag. 550. E.

Digitized by Google

que hinc multisono cuncti latratu fremunt; *ut* [a] *adeas, tantùm dabis*; *ut perorare liceat, multò plus dabis. Mysterium de religione faciunt, & commericum: quæ communia sunt, & gratuita, vendunt foris: istis omnibus litandum*: [b] si parvo nequeas, at quanti queas. *Respicite ad Homines, Potestatesque vestras, & nobis veniam date: mihique credite;* DEUS *facilius aditur, quam prole cognoscitur.* SYCO *Actum est: neque istos volo, nihilque inter omnia, quæ narrasti, improbius puto.* SARD. *Felices vos! qui non Cynocephalos pertulistis: ego autem ipsum vidi Cerberum, ubi nisi ramus aureus adfuisset, Aeneas non evaserat.* SYCO. *Quid de Simiis?* MAND. *Istæ sunt, quæ futura scribunt gesta, quæ vos dicitis: hominumque fata levibus volvunt paginis: non quidem periculosa hæc animalia, sed molesta, atque improba. Quas illic sannas? quos* [c] *ronchos videas? si nummos non asperseris.* [Nam si insuper nuces [d] & sorba dederis, omnem pupillum ceperis.] SYCO. [e] *Harpyias, quæso, præteristi, quæ semper rapiunt, & volant.* MAND. *Istæ sunt, quæ vota Hominum observant, atque honores Numinum: non solùm solemnia, verùm etiam extraordinaria requirunt, & Parentum debita: si aliquid ad diem præsentatum non est, cum tormentis exigunt: hàc atque illàc totum per Orbem juxtà terras pervolant: digitos ad prædam exacuunt curvis timendos unguibus, semperque mensis advolant; quod contingunt auferunt; quod relinquunt, polluunt. Isthæc prodigia* [f] *valere, quàm nosse malo: sed neutrum placet.* SARD. *Noctivagas etiam præteristi celeres, Capripedes, Hirqui comantes.* MAND. *Innumerabilia sunt hæc prodigia, sed ignava, & vilia: solum hoc est, quod sequuntur, atque observant unicè; Panem Domini.* SYCO. *Omnia sacra tute ipse improbasti. quænam igitur prædicas?* MAND. *Quoniam simpliciter interrogastis, scitote inter isthæc omnia nihil esse melius, quàm ut aliqui Fato nascantur bono.* QUE. *Et ita suspicamur. Sed Fatum ipsum qualiter tandem coli, vel propitiari potest?* MAND. *Dicam. Genii sunt colendi; quoniam ipsi decreta Fatorum regunt: isti sunt placandi, atq; exorandi: simulq; si qua intra AEdes latet mala Fortuna, vincienda atque exportanda est.* QUER. *Pulcrè edepol doces. Sed ut facilius nunc sequamur omnia, da nobis experimentum tuæ potestatis, & sapientiæ: quoniam ea, quæ noveras, narrasti: nunc si potes; ea, quæ nescis, dicito.* MAND. *Non equidem ex integro fieri istud potest: tamen accipite pauca, de quibus intellegatis cætera. Certè egomet neque mores, neque facultates vestras didici.* SARD. *Certum est.* MAND. *Tu, Sardanapale, pauper es.* SARD. *Agnosco: veruntamen vereor*

[a] Ex Cicerone de Suppliciis translatum.

[b] Ex Terentii Eunucho hoc est sumtum. 1. 1. ℣. 30.

[c] Derisiones. Est enim *Ronchus*, sonus, quem naso stertentes edunt, & quem ridendo derisores imitantur.

[d] Nuces & sorba mollibus conveniunt. Cæterà locus hic obscurus, ac penè ἀπροσδιόνυσος est.

[e] *Harpyiæ* Phineum exagitarunt potissimùm. Ovid. lib. v. Metam.

[f] Abiici, nihili haberi.

Digitized by Google

reor ne plures hoc sciant. MAND. *Humili loco natus.* SARD. *Ita est.* MAND. *Ideò tibi contrà Regium*[a] *nomen datum est.* SARD. *Ita ajunt.* MAND. *Homo es vorax, petulans & calamitosissimus.* SARD. *Eho! Mandrogere; nũ quidnam hoc sum precatus, ut vitia enarres mea?* MAND. *Mentiri mihi licet. Estne adhuc, quod narrare me velis?* SARD. *Vtinam! ne istæc quidem de me loquutus esses: siquidem, ulterius hæc Amicis dicito.* SYCO. *Ego te, Mandrogere, hoc exoro; futura nunc mihi ut enarres, & ea tantummodò, quæ sunt bona.* MAND. *Ego non possum, nisi*[b] *à capite exponere: tu Sycophanta, nobili & claro natus es loco.* SYCO. *Ita est.* MAND. *Ab initio nequam.* SYCO. *Etiam hoc confiteor: manet.* MAND. *Damna te premunt.* SYCO. *Verum est.* MAND. *Periculum sæpè tibi incumbit, igni, ferro, flumine.* SYCO. *Pulcrè edepol omnia narravit, quasi qui mecum vixerit.* MAND. *Datum tibi est, de proprio nihil habere.* SYCO. *Intellego.* MAND. *Sed de alieno plurimum.* SYCO. *Iam istud nobis sufficit. Nunc illud te quæsum*[c], *ut etiã huic responsa tribuas, Homini minimè malo.* MAND. *Ita fiat! Heus tu; Amice! tun' Querolus diceris?* QUE. *Dî te servent! ita est.* MAND. *Quid Hora nuncupamus?* SYCO. *Inter sextam, & tertiam.* QUE. *Nihil fefellit: de*[c] *Clepsydrâ respondisse Hominem putes. Hem! quid agitur Mars trigónus*[d], *Saturnus Venerem respicit, Iupiter Quadratus, Mercurius huic iratus, Sol rotundus, Luna in saltu est. Collegi omnem jam genesin tuam, Querole: mala Fortuna te premit.* QUE. *Agnosco.* MAND. *Pater nihil reliquit: Amici nihil largiuntur.* QUE. *Verum est.* MAND. *Vis totum audire? Vicinum malum pateris; servum pessimum.* QUE. *Agnosco omnia.* MAND. *Vis & nomina Servulorum tibimet etiam nunc eloquar?* QUER. *Audire cupio.* MAND. *Servus tibi est Pantomalus.* QUE. *Verum est.* MAND. *Est alter Zeta.* QUE. *Manifestum est.* SYCO. *O Sacerdotem divinum! Visne adhuc amplius? Scisne à me domum tuam ignorari?* QUE. *Maximè.* MAND. *Porticus tibi est in dextrâ, ut ingrediaris sacrarium*[e] *è diverso.* QUE. *Ita sunt omnia.* MAND. *In Sacrario tria sigilla.* QUE. *Verum est.* MAND. *Tutela unum, Geniorum duo.* QUE. *Iam jam comprobasti potestatem ac disciplinam: nunc remedium promito.* MAND. *Tibi celeriter consuli potest, & sine sumtu, ac morâ: Sacrarium certè solum, ac secretum est.* QUE. *Ita.* MAND. *Certè nihil est*[f] *illic conditum.* QUE. *Nihil præter sigilla.* MAND. *Solemnitas quædam ibidem celebranda est: sed religio tecum omnes excludit foràs.* QUE. *Vt libet.* MAND. *Religio per extraneos celebranda est.* QUE. *Ita fiat!* MAND. *Si quosnam possumus nunc inveni-*

[a] Alludit ad nomen Sardanapali

[b] *H. e.* à prima & ultima origine, unde omnia manant, repetere.

[c] *H. e.* indice Clepsyd.

[d] Hæc totidẽ verbis hinc mutuatus est Luitprandus Ticinensis lib. I. cap. 3. *de rebus per Europam gestis.*

[e] *H. e.* ad sinistram ut sup.

[f] Pro illic, vide Lex. Plaut.

invenire tam citò, optimum erat, atque opportunum, isti si vellent operam nunc tibi dare. QUE. *Quæso, Amici, officium nunc & religionem impendite: ego quoque si opus fuerit, vobis operam præstabo meam.* SYCO. *Nihil quidem istinc novimus: sed ita facto opus est, fiat!* SARD. *Inhumanum est, votis operam denegare.* MAND. *Benè dicitis; ambo estis boni.* QUE. *Proh nefas! méne quasi ex consilio nunc solum fore? Hem! Pantomale; celeriter jam nunc pervola, & Arbitrũ vicinum nostrum, ubicumque jam nunc reppereris, usque ad nos pertrahe. Sed novi egomet te: vade jam nunc, & Cauponibus tete hodiè colloca.* MAND. *Nescis, Querole, Factum*[a] *ac Decretum momentis regi?* QUE. *Quid igitur?* MAND. *Hora est, synastria isthac mihi placet: nisi jam nunc aliquid geritur, frustrà huc venimus.* QUE. *Eamus igitur intus.* MAND. *Tu præcede; nos tecum sumus. Hem! quod exciderat, estne aliqua tibi Arcula inanis?* QUE. *Non una quidem.* MAND. *Vnâ tantùm est opus, inquâ*[b] *Lustrum illud exportetur foràs.* QUE. *Ergò & claves largior, ut inclusa excludatur calamitas.* MAND. *Omnia sunt parata.*[c] QUOD. BONUM. FAUSTUM. FELIXQ. SIT. HUIC. DOMUI! *Nos prestò sumus.*

[a] *H. e.* res, & negotium decretum.

[b] *H. e.* malum, omen, quod lustrãdum & expiandũ est.

[c] Solemnis formula in Auspiciis. Vide Elect. Pl. Tit. *Auspiciorum.*

ACTVS TERTII
SCENA II.

PANTOMALUS, Servus.

OMNES *quidem Dominos malos esse constat; & manifestissimum est: Verùm satis sum expertus, nihil esse deterius meo. Non quidem periculosus ille est Homo, verùm ingratus nimiùm, & rancidus. Furtum si admissum domi fuerit, exsecratur tamquam aliquod scelus: si destrui aliquid videat, continuò clamat, & maledicit quàm malè. Sedile, mensam, lectum, si aliquis in ignem injiciat, festinatio nostra, ut solet, etiam hinc queritur. Tecta si percolent, si confringantur fores, omnia ad se revocat. omnia requirit: hercle hic non potest ferri. Expensas autem rationesque totas propriâ perscribit manu. Quicquid expensum non docetur, postulat reddi sibi. In itinere autem quàm ingratus, aut intractabilis! Quotiens autem est antelucanum, primùm vino, dein somno indulgemus, hinc primum est jurgium: post autem inter somnum & metum, necesse est, ut sequantur plurima: turba, tre-*

ba, trepidatio, perquisitio jumentorum, custodum fuga, mulæ dispares, juncturæ [a] *inversæ, Mulio nec se regens. Huic rei prorsùs nova in itinere culpa. Quando autem aliud fuit, sit paulisper patientia: totum istud emendat mora. At contrà Querolus causam ex causâ quærit: aliud ex alio ligat: movere* [b] *inutile carpentum non vult, neque animal debile: continuóque clamat: Quare istud non suggeßisti prius? quasi ille prius videre hoc non potuerit! O iniqua dominatio! Ipse autē si culpam fortaßis advertit, dißimulat, & tacet; & tum litem intendit, quando excusatio nulla jam subest, ne posteà succurrat: illud: Iam volebam facere: Iam volebam dicere. Iam quotiens ultrò citròque extrudimur; necesse est, remeare ad diem, ut ad præscriptum revertamur. Nonne iste irarum causas quæritat? nos autem semper, quidquid libet, aliud alio fuerit tempore, illam nobis specialiter diem tribuimus, quâ redituri sumus. Itaque dominus, qui falli sese non vult, neque decipi, quem Kalendis velit adesse, redire jubet pridie! Illud autem, quale est? quod temulentum exsecratur, atque agnoscit quàm citò? modum qualitatemque vini in voltu & labiis primo conspectu videt: falli se prorsus non vult, neque circumveniri, ut solent. Quisnam ne huic poßit benè aut servire aut obsequi? calidam* [c] *fumosam non volt, neque calices* [d] *unguentatos. Quænam sunt hæ deliciæ? Vrceolum contusum, &* [e] *infractum ænophorum* [f] *exauriculatum & sordidum, ampullam truncam limosamque, densis fultam cerulis non simpliciter intuetur: bilem tenere vix potest. Iam excogitare nequeo, quid sit, quòd tam pravis placere poßit moribus. Vinum autem corruptum tenuatumque lymphis continuò intellegit. Solemus etiam vinum vino admiscere: numquid adulterium dici potest, cùm lagena vetere* [g] *castrata sacco, rursùs completur novo? Etiam hoc Querulus crimen indignum putat, & ut est nequitiâ, suspicatur hoc statim. Ipsum etiam paxillum argenti levibus tenuium tympanis limari commutarique semper credit; quia factum est semel. Quantula est autem discretio? In Argento certè unus est Color. Nam de Solidis mutandis mille sunt præstigia: muta, remuta facimus, & hoc mutari non potest. Has saltim distingui non oportet tam gemellas formulas. quid tam simile* [h]*, quàm Solidus Solido est? Etiam hic distantia quæritur in Auro: voltus, ætas, & color, nobilitas, litteratura, paria, gravitas, usque ad Scrupulos* [i] *quæritur: in Auro plus quàm in Homine. Itaque ubi Aurum est, totum est. Hoc antè Querolus ignorabat: sed & mali perdunt bonos. Ille autem Arbiter, ad quem nunc eo, quàm sceleratus est homo? Servis alimenta minuit, opus autem plus justo imperat, inverso*

hercle

n 3

a Propter, jugum equis curulibus necessariæ.

b H. e. uti carpento non vult.

c H. e. aqua cùm sese illarebravit, immiscuitque fumus, qui e lignis oritur: ita quidem, ut fumum eadem saperet aqua. Omnia autem ista mangonium sapiunt.

d H. e. sordidos & manibus unctis tractatos: ut ait *Horatius*.

e H. e. valdè fractum, ut usurpat Virgilius.

f H. e. inauritum. *Agellius*.

g De castratione vini per saccum vide Plin. lib. 18. cap. 4. & Plutarch. lib. 6. Symp. Qu.

h H. e. Vide Cujac. Observ. lib. 10. cap. 14.

i *Scrupulus* est vigesima pars Vnciæ.

Digitized by Google

hercle modo si liceret, turpe eliceret lucrum. Itaque si quando isti casu vel consultò se vident, tunc invicem sese docent: & tamen hercle, ut omnia dicantur, si necesse est, tamen Avarus non est in suos: solum illud est, quòd nimiùm crebrò verberat, semper clamat. Itaque illis ambobus DEUS *iratus sit! & non sumus tamen tàm miseri, atque stulti quàm quidam putant. Aliqui somnolentos nos esse credunt; quoniam somniculamur de die: nos autem id facimus vigiliarum causâ, quia vigilamus noctibus. Famulus qui diurnis quiescit horis, omni vigilat tempore. Nihil unquam melius in rebus humanis fecisse Naturam quàm Noctem puto. Illa est Dies nostra: tunc aguntur omnia. Nocte balneas adimus, quamvis sollicitet Dies: lavamus autem cum pedissequis, & puellis. Nonne hæc est vita libera? Luminis autem vel splendoris illud subornatur, quod sufficiat, quod publicet. Ego nudam teneo; quam Domino vestitam vix videre licet. Ego latera lustro: ego effusa* [a] *capillorum metior volumina: Adsideo, amplector, foveo, foveor. Cuinam Dominorum hoc licet? Illud autem nostræ felicitatis caput, quod inter nos Zelotypi non sumus: furta omnes facimus, fraudem tamen nemo patitur: quoniam* [b] *totum hoc mutuum est. Dominos autem obseramus, atque excludimus. Nam inter servos & ancillas una conjugatio est. Væ illis! apud quos domini vigilias multam in noctem protrahunt. Tantum enim servis de vitâ abstuleris, quantum de nocte abscideris.* [c] *Quanti sunt ingenui? qui transfigurare se vellent hoc modo, manè ut Domini fierent: Servi ut Vesperè? Numquam tibi, Querole, opus est, tecum istæc omnia nos exercere: tu ad tributum cogitas: nobis autem cottidiè Nuptiæ, Natales, joca, dibacchationes, ancillarum feriæ: propter hoc quidam nec manumitti volunt. Quis enim tantam expensam, tantamque impunitatem præstare possit libero? Sed nimiùm hic resedi. Meus ille, credo, jam nunc clamabit, ut solet. fas* [d] *erat me facere, quod præcepit: id est, ut ad sodales pergerem. Sed quidnam hic fiet?* [e] Accipienda, & mussitanda injuria est. *Domini sunt: dicant, quod volunt, quamdiu libuerit: tolerandum est.* Di *boni! numquámne indulgendum est mihi, quod dudùm peto, ut omnis ille durus & dirus nimis aut ex municipe, aut ex togato, aut ex officii* [f] *principe? Quamobrem istud dico? Quia post indulgentiam sordidior est abjectio. Quid igitur optem, nisi ut faciat ipse, quod facit? Vivat ambitor togatus, convivator judicum, observator januarum, Servulorum servulus, rimator circumforaneus, circumspectator callidus; speculator, captatorque horarum & temporum, matutinus, me-*

a Quia feminæ capillos colligantes in orbem volvitant.

b H. e. quod acceptum est, reddimus, nec proprium facimus, sed alienum semper remanet.

c H. e. quot.

d δυνατὸν, vel ἔδει.

e Ex Terent. Adelphis. 2.1. ℣. 53.

f Destitutus jam & privatus ea dignitate, quam habet officii princeps. Est autem *Officii Princeps*, primus Officialium, quos Magistros & Apparitores vocamus.

Digitized by Google

nus, meridianus, vesperimus: impudens salutet fastidientes: occurrat non venientibus: utaturq; in astu tubulis angustis, & novis.

ACTUS TERTII
SCENA III.

MANDROGERUS. QUEROLUS.

MAND. *Depone ab humeris, Querole, pondus tam grave; satisfactum est religioni, quòd tute ipse malam Fortunam portasti foràs.* QUER. *O Mandrogere; fateor, numquam fieri posse hoc credidi: potentiam tuam & religionem ipsa res probat: Arcula istac jamdudùm à me introlata est: quàm levis mihi soli fuit, & nunc quàm gravis est duobus?* MAND. *Nescis, nihil esse gravius Fortunâ malâ?* QUE. *Edepol novi & scio.* MAND. *Di te servent! Homo. Mihi ipsi hoc prater spem venit, quòd me laudas modò: nullam umquam domum sic* [a] *purificatam* [b] *retineo: quicquid erat calamitatis egestatisque, inclusimus* QUE. *Miror hercle, unde pondus.* MAND. *Enarrari subitò hoc non potest. Caterùm solet evenire, ut istac calamitas moveri multis non possit jugis. Iam istinc ergò Ministri nunc mei.* [c] *Lustrum istud in fluvios dabunt. Tu autem monita, qua jam nunc dabo, sensibus imis cape Mala has Fortuna, quam abstulimus, redire tentabit domum.* QUE. *Nec* [d] *Di sinant! Vna sit illi istac & perpetua via.* MAND. [e] *Triduo ergò istoc periculum tibi est, ne hac ad te redire tentet res mala. Tu igitur universo hoc triduo domi clausus esto nocte ac die: nihil de domo tuâ foràs nunc dederis. nihilque intrà ades recipias: Vicinos, Cognatos, Amicos omnes tamquam profanos respue: ipsam bonam Fortunam clamantem pulsantemque nemo hodiè audiat. Exacto autem hoc triduo, illud domi num habebis, quod ipse ex ipsâ excluseris? Abi ergò intus.* QUE. *Ego verò, ac libens, dum tantummodò inter me ac Fortunam meam solùm paries intersit.* MAND. *Celeriter hunc abige. hem! Querole; fortiter nunc claude fores.* QUER. *Factum est.* MAND. *Seras & catenas adhibe.* QUER. *Tanquam pro memet fecero.*

a *H. e.* Vacuefactũ
b *Scil.* memoria recordor.
c Nempe quia mari fluviisque olim committebant quicquid pollutum & piaculare. Vide Elect. Plaut. Tit. *Maris & Expiationum.*
d Plautinum est. *Istuc ne DI sirint!*
e Formula exsecrandi: quæ ad huc dum viget. nã cum alicui maledicimus, abigentes eum à nobis, vota facimus, ut tam longe à nobis abeat, ne umquam redire possit. vide P. Victorium lib. 2. Var. cap. 1.
f Nota. Veteres post lustrationes, seu expiationes triduum religiosè observabant.

ACTVS

ACTUS TERTII
SCENA IV.

MANDROGERUS. SYCOPHANTA. SARDANAPALUS.

MAND. *Pulcrè edepol res processit. Inventus, spoliatus, clausus est homo. Sed ubinam Urnam respicimus? vel ubi Arculam istam confringemus, atque abscondemus? ne furtum indicia prodant.* SYCO. *Nescio edepol, nisi ubicumque in flumine.* SARD. *Credis, Mandrogere? præ gaudio Urnam illam inspicere non ausus fui.* SYCO. *Neque ego.* MAND. *Atqui hercle ita facto opus fuit, ne mora suspicionem afferret.* SYCO. *Verum est.* MAND. *Primùm fuit, ut inveniretur. Illud quod jam sequitur, tutum est.* SYCO. *Quicquid libet, narres, Mandrogere; recedamus quálibet. Ego autem non credam mihi, nisi Aurum inspexero.* MAND. *Neque ego dissimulo, pergamus.* SYCO. *Hàc atque illàc tantum ad secretum locum.* MAND. *Proh nefas! viæ omnes asservantur, ripa frequentantur. Pergamus quócumque [a] celeri.*

[a] *H. e. celeriter. ut hilari: tempori.*

ACTUS TERTII
SCENA IV.

ARBITER. PANTOMALUS.

ARB. *Hem! Pantomale; domi quid agitur? vester ille quid facit?* PAN. *Quod nosti; malè.* ARB. *Ergò queritur?* PAN. *Non planè: ita sit nobis incolumis, atque propitius!* ARB. *Atqui hercle solet esse ingratus.* PAN. *Quid vis fieri? sic res habet. Cælum numquid æqualiter administratur? Sol ipse non semper nitet.* ARB. *Benè, Pantomale noster; tandem pro Dominis solus qui hæc dictitas.* PAN. *Eadem dico, vobis absentibus præsentibusque.* ARB. *Credo. nam semper novi te bonum.* PAN. *Tu nos bonos, ac semper felices facis, qui nostrum illum bonè mones* ARB. *Feci; & facio semper.* PAN. *Vah! utinam ille mores servaret tuos, essetque*

Digitized by Google

essetque apud nos tam patiens, atque indulgens, quàm tu cum tuis. ARB. *Non agnosco hæc, Pantomale, suffragia: nimiùm nosmet prædicas.* PAN. *Edepol nos omnes scimus, & laudamus plurimùm: utinamque illa tibi omnia eveniant, quæ nos optamus Servuli!* ARB. *Immò tibi hercle; pellibus ossibusque vestris eveniat; quicquid optasti mihi!* PAN. *Ha! cur ita suspicaris? numquidnam in aliquo nos gravas?* ARB. *Non; sed quia vobis* [a] *naturale est odisse Dominos semper sine discrimine.* PAN. *Malè imprecamur multis: verum est, & sæpè liberè: sed illis Sycophantis, & maliloquis, benè, quod nosti.* ARB. *Age; jam credo. Sed quidnam tu Dominum facere ajebas?* PAN. *Rem divinam occœperat. Magus præstò erat cum Ministris:* [b] *intus omnes tunc ibant simul.* ARB. *Quidnam est hoc? fores clausas video: credo divinam rem gerunt: evoca illinc aliquem.* PAN. *Hem! Theocles; hem! Zeta; aliquis huc adsit citò! quidnam esse hoc dicam? Silentium est ingens; nemo adest.* ARB. *Solebant non ita somniculari Ianitores istâ in domo.* PAN. *Credo hercle, religionis causâ ab importunis cautio est. Eamus huc ad* [c] *pseudo-thyrum, quod nosti benè.* ARB. *Quid si illic clausum est?* PAN. *Ne vereare; me duce: noster ille est aditus: claudi, non intercludi potest.*

[a] Proverb. apud Festum: *Quot servi, tot hostes.*

[b] Intrò. vide Lex.

[c] H. e. posticum.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

MAND. *O me miserum!* SYCO. *O me infelicem!* SARD. *O me nudum, & naufragum!* SYCO. *O Magister Mandrogere!* SARD. *O Sycophanta noster!* MAND. *O Pater Sardanapale!* SARD. *Sumite tristitiam miseri sodales* [d] *cucullorum tegmina: plus est hoc, quàm hominem perdidisse: damnum verè plangitur. Quid agitis nunc potentes? quid de Thesauris cogitatis? Aurum in cinerem versum est; utinamque totum sic fieret Aurum! magis essemus Divites.* MAND. *Depone paulisper inane pondus; lacrimas demus funeri. O fallax Thesaure! næ te ego per maria, & ventos sequor: propter te feliciter navigavi: propter te feci omnia: Mathesin, & Magicam sum consecutus, ut me sepulti fallerent: aliorum Fortunam exposui,* [e] *Fatum ignoravi meum. Iamjam omnia recognosco; varia hæc phantasmata. Erat hîc planè bona Fortuna: sed alteri de-*

[d] Intelligit Monachorum vestem, quos Cucullorum suggillat nomine.

[e] Sic Ennius: *Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.*

Digitized by Google

ri debebatur, non mihi: nostra hæc muta vére Fata: Thesaurum nos, sed alienum invenimus. Quænam hæc est perversitas? numquam ego flevi meum: nunc plango alienum: & te, Querole, justus non [a] *tangit dolor?* SARD. *O crudele Aurum! quinam te morbus tulit? Quis te sic rogus adussit? quis te subripuit Magus? Exheredasti nos, Thesaure; quò jam redituri sumus tot abdicati? quæ nos Aula recipiet? quæ nos Olla tuebitur?* MAND. *Accede, Amice, Aulam iterùm atque iterùm visita.* SYCO. *Aliam spem quærere, Amice, poteras: hæc jam non calet.* MAND. *Perlege quæso iterùm titulum funeris, atq; omnem scripturæ fidem.* SARD. *Quæso, inquam, sodes: funus egomet quodlibet contingere nequeo: nihil est, quod metuam magis.* SYCO. *Meticulosus Homo es tu, Sardanapale: ego perlego:* TRIERINUS TRICIPITINI. FILIUS CONDITUS. ET. SEPULTUS. HIC. IACET. *Heu me miserum! Heu me miserum!* MAND. *Quidnam tibi est?* SARD. *Anima in faucibus. Audieram egomet olere Aurum: istud etiam redolet.* MAND. *Quomodo?* SYCO. *Claustrum illud plumbeum densa per foramina diris fragrat odorib. Numquã antehàc comperi, Aurum sic rancidscere: Usurario* [b] *cuilibet fætére hoc potest.* MAND. *Quisnam cinerum est odor?* SYCO. *Ille pretiosus, atq; tristis cultus, quem poscit miser.* MAND. *Honorificè hoc bustum tractatum apparet, cujus adhuc sic redolet dignitas.* SYCO. *Ego istæc non pertulissem, si recinenti ac monenti credidissem Graculo.* SARD. *Ego in laqueos non incidissem, si monita curti servassem canis.* MAND. *Et qualiter te admonuit? Egredienti mihi ad angiportum suras omnes conscidit.* MAND. *Utinam tibi crura ipsa enervasset! ne umquam indè movisses pedem. O Euclio funeste! parùmne vivus illusisti? defunctúsne desines? Et quid ego non merui* [c]*, qui Agelasto illi, & perfido fidem accommodavi? & Fortunas meas in ipso risit exitu?* SYCO. *Heia! quid nunc facimus?* MAND. *Quid autem, nisi quod dudùm diximus, ut nos saltim de filio ejus Querolo ulciscamur probè? atque illum, quoniam est credulus, mirificis laudamus modis. Aulam illi per fenestram propellamus clanculùm, ut & ipse lugere incipiat, quam nos jamdudùm plangimus. Pedetentim accede, atque ausculta, Querolus quid rerum gerat.* SARD. *Consilium Placet.* MAND. *Accede edepol; sed urbanè respice.* SARD. *At at! quid ego video? omnes nunc intus homines fustes ac virgas tenent.* MAND. *Credo edepol, isti illam malam fortunam exspectant creduli: accede, atq; nomines miris terrifica modis: malam illam dicito esse te, & comminare; tamquam in ædes ruas.* SARD. *Io! Querole.* QUE. *Quis tu homo es?* SARD. *Fores celeriter violes.* QUE. *quam obrem?* SARD. *Ut do-*

a Virg. *Non solus tangit Atridas iste dolor.*

b Q. d. Cui aliàs lucri bonus est odor ex re qualibet: ut dici solet.

c Vide Val. Max. lib. 8. cap. ult. *Agelastus* fuit cognomentum *Crassi*.

Vt domum rursus ingrediar meam. QUE. *Hem Zeta! hem Pantomale! hàc atque illac obsistite; abi hinc potiùs, mala Fortuna, quò te* [a] *Sacerdos detulit.* SARD. *Hem! Querole.* QUER. *Quid, rogo, nomen tu vocitas meum?* SARD. *Ego sum tua Fortuna, quam redituram prædixit Magus.* QUE. *Abscede hinc: ego hodiè Fortunam non recipio; nec bonam.* MAND. *Heus tu! Sycophanta ad hanc januam sta: homines sevoca, dum ego bustum hoc per fenestras ingero* SYCO. *Aperite hanc januam.* QUE. *Omnes celeriter huc accurrite.* MAND. *Ecce tibi Thesaurum, Querole, quem reliquit Euclio: talem semper habeas, talem relinquas filiis. Omnia sunt perfecta: nos hinc ad Navem celeriter, ne quod etiam nunc subitò hìc nobis nascatur malum.* SARD. *Hæ! quicquid hodiè acciderit, subeundum est. Tantum recurram huc paululum: perdidi mysterium, nisi ipse Queroli verba audio. Homo est autem & credulus & formidolosus plurimùm: qualiter nunc ille exhorrescet mortuum? Admovebo aurem hàc leviter. hem! quidnam ego audio? Omnes intus gaudent, tripudiant: nulla spes mihi est: auscultabo iterùm. Actum est: felicitas ad istos venit: nobis ergò, nobis malè. Omnes intus saccos, capsas, scrinia requirunt, Aurum isti tractant: Solidi intus tinniunt. Heu me miserum!* [b] *vita erat, ubi nos mortem putabamus esse conditam. Erravimus miseri: sed non simpliciter:* [erravimus. sed non semel] *Metamorphosis hìc agitur: bustum abstulimus, Aurum abjecimus. Sed quid ego? Nunc solùm hoc restat mihi, ut pro Fure jam nunc tenear. Ibo ad Conjuratos meos, ne tantum facinus, verumque funus solus egomet defleam.*

[a] H. e. Magus: ut supra.

[b] *Vitā* vocant Aurum: quo amisso verum funus agere se putabat. Vide Proverb. *Pecunia alter sanguis.* Dictiones uncis inclusæ, videntur esse de glossā præcedentiū. Exstant tamen in V. C.

ACTUS QUARTI
SCENA II.
LAR-FAMILIARIS.

TANDEM *Vrna peperit Auri gravida pondere, vilisque Mater grande puerperium dedit, indigna quæ frangeretur. Tanta hoc non meruit fides. Magna planè Aula & memorabilis uno atque eodem tempore Domino fidem persolvit, furtum fecit Furibus. O sapiens Euclio! nos jactantes non sumus: Thesaurum servasti vivus, liberasti mortuus.* OMNES *itaque homines nunc intelligant, neque adipisci, neque perdere valere aliquid,*

Digitized by Google

nisi ubique faveat, totum[a] ille qui potest. Quantum ad personam Queroli spectat, perfecta jam sunt omnia. Sed Mandragerontem illum Furem ac perfidum nunc illaqueari volo, qui ubi primùm hoc audierit, remque omnem agnoverit, continuò rediturus est, ut Thesaurum dividat: Codicillos etiam proferre audebit, quibus ita coheres scriptus est: Si Aulam Querolo sine fraude ostenderet. Quid huic meritò eveniat, nisi quod jam nunc fiet? Ferat, quod facere voluit. nam quod fecit, nostrum est.

a ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοδύναμος.

ACTUS QUARTI
SCENA III.

QUEROLUS. ARBITER. PANTOMALUS.

QUER. O Arbiter! jamne credis, quod vidisti modò? ARB. Edepol credo, & scio. QUE. Quid tu, Pantomale, dicis? PAN. Quid ego dico? nunc flere ut posthàc desinas? QUE. Mens mihi gaudio est confusa: quid primùm stupeam, & gaudeam? consiliúmne Senis nostri, an[b] Divinitatis? ARB. Inprimis bonum Divinitatis. Nam si ad Hominem respiciendum est, facilè intelligitur & apparet, Furem tibi plus profuisse, quàm Patrem. QUE. Quid de memet censes? qui tam tardè agnoverim fragmenta Urnæ illius, quam jamdudum noveram? ARB. Ego mihi non credideram, nisi quod illicò inspexi locum, terramque motam: ante hoc non credidi. PAN. Atqui ego nihil dubitationis recepi; ubi in testulis quasdam litteras vidi. QUE. Ergò isthæc omnia Mandrogerus ille fecit? ARB. At quid fieri aliud potest? QUE. O sceleratum Hominem! Magum, Mathematicumque qui se diceret. Egóne manibus meis præsidium paternum ut efferrem de domo? ego memet ut opponerem, domi ne conderetur? ego ut redeunti[c] obviarem Thesauro? Hoc est planè, quod Lar familiaris prædixit meus, etiam renitenti, ac repugnanti eventura mihi omnia bona. ARB. Quàm pulchrè factum est, ut cupiditas falleretur sic Hominis fallacissimi! QUE. Credis? Arbiter: meos ut nosti mores munificos nimis, munerare hercle possim hominem, si nanciscerer: ita ridiculè sceleratus fuit, atque ipse sese lusit in omnibus. ARB. Ille quidem, ut scimus, malè meruit perfidus: sed quoniam tibi per illum benè evenerunt omnia, omnes illi benè optamus,

facto,

b Al. Dei.

c [illegible] obniterer; [illegible] me opponerem.

Digitized by Google

facto, non merito suo. QUE. *Atat! quidnam est? Nisi fallor, Mandrogerus est éminus. quidnam ille huc revénit? novum credo aliquod prestigium iterùm hâc exibit. Abi celeriter intus, Pantomale; & fragmenta Vrnæ illius hîc ad nos exhibe.* ARB. *Placet hercle.* QUE. *O bone Arbiter! fraudulento illi magnam iniciamus calumniam: Thesaurum nostrum ab hoc ereptum poscamus modò, atque adstruamus. ab ipso nobis alienum mortuum esse conjectum domi.* ARB. *Consilium placet.* QUER. *Propositum ergò retineam: sequantur cætera.*

ACTVS QVINTI

SCENA I.

MANDROGERUS. ARBITER. QUEROLUS.

MAND. *Ave! mi Querole.* QUE. *Etiam salutas? Furcifer! Quasi hodiè me non videris.* QUE. *Vidi edepol te; visumque iterùm gaudeo.* QUE. *At ego jam nunc, si vivo, faciam, ne tu iterùm facias.* MAND. *Eho! quid commerui?* QUER. *Rogas? Scelestè: qui hodiè domum*[a] *exspoliasti meam.* MAND. *Missa isthæc face: non sum alienus vobis: domum egomet istam jam pridem colo.* QUE. *Iterùm ad Magicas? Aurum subripuisti hodiè meum* MAND. *Fortassis jure feci. num debebatur & mihi?* QUER. *Pulcrè edepol: solus exindè hic fui. Vbinam mihi nunc tu, Frater, nasceris, & Novellus & Senex? unde subitò tam vetustus, qui nuper natus non eras? Nam si Fratrem meum te esse adséreres, perdite, illud nunc restat, ut te dicas trimulum. Nam tertio anno Pater meus ille Euclio, cùm est profectus, me hercle reliquit solum*[b]*, atque unicum.* MAND. *Superflua sunt ista: cohæres ego sum, non frater tibi.* QUE. *Non rectè edepol fieri istud solebat. Nam mallem Amice, Fratrem te, quàm Cohereaẽ esse adséras.* MAND. *Quid multis opus est? Querole. Quod scriptum est, lege. Sume igitur: novi fidem vestram.* QUER. *Hercle explorasti: hem! quid istuc est?* SENEX. EUCLIO. QUEROLO. FILIO. SALUTEM. DICIT. *Quia furtum tibimet fieri metuerem, per Servum, vel per Extraneum quemlibet, Mandrogerontem fidelem Amicum, & peregrè mihi cognitum ad te*[c] *direxi, ut is tibimet,*

a Sic est in V. C. non: expilasti.

b Catull. Qui me-do me solum atque unicum amicum habuit.

c H. e. misi.

quod reliqui, sine fraude ostenderet. Huic tu medium Thesauri dabis: sic fides ipsius, atque opera expostulat. Hem! sodes, paululùm in parte huc ades. Nihil huic deberi res ipsa exponit, & docet. Sed usquequàque, si placet, in summam, si libuerit aliquid, dabitur muneris. Tu igitur Patris mei Amicus ac Sodalis peregrè fuisti? MAND. Ipsa res docet. QUE. Nimirùm indè tam fideliter nobis commissa istaec esse tace. Age, Amice; quoniam institutus es heres; da, quod possit dividi. MAND. Edepol investigavi, ac dedi integrum, atq; inlibatum Thesaurum. QUE. Eho! tu mihi Thesaurum aliquando dedisti? MAND. Tu negas? QUE. Nisi omnia in memoriam redigis, forsitan aliquid exciderit mihi. Quem tu narras Thesaurum? MAND. Quem tibi Euclio reliquit; ego tradidi. QUE. Et Aurum ad te quemadmodum pervenit, Homo alienissime? MAND. Iocabare equidem, fidem posteà ut perspiceres meam. QUE. Tu ergò Thesaurum, & Secretum illud, quod noster Senex dereliquerat, abstulisti? MAND. Utiq; hoc tibi cessit benè. alter enim non reddidisset. QUE. Age jam sodes, lusisti satis restitue potiùs, veram ut cognoscamus fidem. DIS gratias! Vicine Arbiter, quod spes nostra in tuto est. Dixin' paulò antè, facere hoc non potuisse Extraneum? agimus gratias. DI te servent! Amicorum optime; qui & mihi superstiti, & defuncto illi servasti fidem. Sed ubinam quaeso Aulam illam condidisti? Fiat planè, quod ille praecepit Senex: exprome Thesaurum, divisio celebretur: quoniam praestò est[a] Arbiter. MAND. Immò potiùs tu Aurum exprome, & fidem tuam: quoniam egomet partes explicui meas. QUER. Fatigas nos, Mandrogore; an verè loqueris? MAND. Edepol verè loquor, atque honestè. Nam qui totum habere potui; partem peto. QUE. Ergò inter manus tuas Thesaurus fuit noster? MAND. Fuit hercle. QUE. Tu[b] nusquam hodiè pedem: restitue, quod abstulisse te fateris: quia ire inficias non potes. Eia! inquam; restitue, quod abstulisti. MAND. Reddidi. QUER. Cui, quando, quomodo? MAND. Hodiè per fenestram. QUER. Hahahe! tu Thesaurum ubi repperisti? MAND. Apud aedes sacras. QUER. Quo aditu extulisti? MAND. Hàc per istam januam. QUE. Quid igitur fuit causa, ut per fenestram redderes? MAND. Tu, inquam; Thesaurum illum asportasti foràs. QUER. Pulcrè edepol conditionem Codicillorum implevisti, quâ praeceptum est, ut Thesaurum mihi sine fraude ostenderes. Veruntamen [c] praescriptionem hanc transeo, quâ uti possum, etiamsi Aurum nunc ipse mihi traderes. Haec superflua sunt, ubi res nusquam apparet. Redde, quod negas. MAND. O tem-

[a] Alludit ad Arbitros, qui dividundis bonis inter Coherédes dabàtur, qui aliàs *Arbitri familiae herciscundae*: aliàs *Arbitri dividundae hereditatis*, aliàs *Arbitri dividundis bonis*, aliàs *Arbitri divisionis* dicti Iurisconsultis.

[b] Ex Terentio Adelph. 2. 2. ℣. 19.

[c] Id. e. προγραφὴν. *exceptionem*. vide Charis. Gram. lib. 2. pag. 210.

[a] *O tempora! ô mores! ô Pater Euclio! hanccine mihi tu domi fidem prædicabas? Reddidi, fateor omnesque per* DEOS *juro! ipsum Thesaurum inlibatum intrà AEdes project tuas.* QUE. *ô Arbiter bone; plus iste admisit, quàm putabamus. hic, nisi fallor, ipse est, qui Vrnam illam funestam nobis projecit in domum.* MAND. DI *te servent! ipsam ego projeci: tandem apparet veritas.* QUE. *Dic, quæso, Mandrogere; fragmenta si adspexeris, potesne agnoscere?* MAND. *Ita vt compaginari per me possint omnia.* QUER. *Hem! Pantomale: nescio, quid paulò antè hic proferri jusseram.* ARB. *Præstò sunt partes illæ, in quibus Titulus inscriptus fuit.* QUER. *Agnoscisne? Mandrogere.* MAND. *Agnosco hercle: tandem cessent artes, & præstigiæ.* QUER. *Si verum agnoscis, lege celeriter, quod scriptum hic fuit.* MAND. *Et legi, & lego. Cedò huc mihi, Pantomale, fragmentorum paginas:* TRIERINUS. TRICIPITINI. FILIUS. CONDITUS. ET. SEPULTUS. HIC IACET. QUE. *Eho! scelestissime; dispicis? Si virorum neglexisti gratiam, etiámne mortuis manus intulisti ad Ludum, & ludibria? neque contentus eruisse bustum, atque cineres, vltimò per fenestram etiam funestas mihi projecisti reliquias. Quid ad hæc dicis? Thesaurum abstulisti; violasti sepulchrum perditè? domum meum non solùm compilasti, verùm etiam polluisti, Sacrilege. tu negas?* MAND. *Quæso, quandoquidem me Fortuna sic destituit, nihil quæro vlteriùs. Vale!* QUE. *At ego hercle quæro, cui mala omnia congessisti, Scelus. Hem! Pantomale. numquam abs hoc pedem. Ego jam nunc vbinam Prætor* [b] *sedeat investigabo celeriter, atque omnia istac exsequar jure & legibus.* MAND. *Quæso, Arbiter; pro me vt verba facias. nihil nisi veniam expostulo.* ARB. *ô mi Querole: numquam te* [c] *celerites vsque ad sanguinem. Ignosce, ac remitte: hæc vera est victoria.* QUER. *Age; reliquiæ illius defuncti recondantur: quid de Thesauro fiet?* ARB. *Quid dicis, Mandrogere?* MAND. *Iuro per* DEOS! *juro per ipsam, quam rupi, Fidem! mihi nec Aurum, nec Thesaurum esse.* QUER. *Remove paulisper inania: putemus nos paululùm in judicio stare. Vrnam certè illam tu abstulisti.* MAND. *Factum est.* QUER. *Elige nunc Mandrogere utrum voles, bustum illîc, an Aurum fuit? quandoquidem causa ejusmodi est, ut multis constet modis.* MAND. [d] *Auribus teneo lupum: neque uti fallam, neque uti confitear, scio:* [e] *utrum-utrum dixero, id contrà me futurum video. Dicam tamen Aurum illîc fuit.* QUER. *Redde igitur.* MAND.

Hoc

a Formula Ciceronis in Catil. & Martial.

b *Sedere.* propriè Iudicum & Prætorum, & Arbitrorũ est. Nimirum: quia Iudices animo constante, sedato, & benè cõposito esse decet. Talis autem magis esse potest, cũ etiam corpus est quietum, & cùm sedet. Sic Aristoteles: ἐν τῷ ἠρεμεῖν τὸ φρονεῖν.

c Frequentativum est. *Celerito.*

d Ex Terent. Phormione. 3. 2. ℣. 21.

e Vtrumcumque.

Digitized by Google

Hoc jam factum est. QUER. *Factum hoc.* MAND. *Vrnam tu recognoscis?* QUE. *Quid vis? ut respondeam: primùm egomet Aulam non recognosco: satisne hoc sufficit?* MAND. *Quid! Titulum non recognoscis?* QUE. *Magis quàm te, quem hodiè primùm hic noscito. Sed finge nunc à nobis Vrnam, & Titulum recognosci: redde, quod in Aulâ fuit.* MAND. *Tu autem, quid in Aulâ fuisse dicis?* QUE. *Ego interim proposui: tu fare, quid velis.* MAND. *Et vos à me Aurum, quemadmodum postulatis, cùm res ipsa bustum & cinerem comprobet?* ARB. *Ergò acquiescis? ut bustum illic fuerit.* MAND. *Acquiesco, quandoquidem ita se res habet. Hâc non processit* [a]*; aliâ tentandum est viâ.* QUE. *O stulte! Sacrilegium confiteris, dum Furtum negas.* MAND. *Quid si nihil illic fuit?* QUE. *Quidnam igitur postulas? Aurum si fuit, abstulisti: si non sustulisti, non fuit.* MAND. *Vos quæso dicite vicissim, quidnam illic fuit?* QUE. *Nobis interim sufficit purgare nosmet, objecta repellere. Nam si* [b] *ingredimur: temptandum est viâ.* MAND. *Quodnam hoc monstri genus est. Ego totum feci solus: totum nescio. Iam jam quæso, quoniam mihi neque res, neque causa superest, simpliciter dicite, utrumne furtum, an sacrilegium ego commisi? nisi fortè illud nunc restat mihi, ut qui furtum non potui, sacrilegium neque volui, utrumque fecisse convincar nefas.* QUE. *Etiámne circuitionem quæris? Quid aliud autem in causâ est? nisi quod præsidium abstulisti, & cineres abdidisti. Vnum fraudulenter, aliud nequiter. neque enim te bustum expetisse, Aurum abjecisse, credere quisquam potest.* MAND. *Optimè totum hoc asseritur, & mihi ipsi verisimile videtur. sed si quid creditis? non est ita.* QUE. *Age; jam bono animo esto: nil præter sacrilegium perpetrasti. Aurum autem ibi non fuit.* MAND. *Furtum igitur non commisi.* Di *te servent! vicimus. Nam istoc ego tempore* [c] *pœnam malo, quàm pecuniam debere. Sed illud, quæso, exponite: unde tantum illic erat?* QUE. *Nescis, Mage, nihil esse gravius Fortunâ malâ.* MAND. *Recognosco.* QUE. *Etiam quæritas? unde pondus. tegmen illius Vrnæ non vidisti plumbeum?* MAND. *Iam jam omnia sibi conveniunt. his præstigiis etiam certis falli non potuisset Magus?* ARB. *Nondum intellegis, inepte; impositum nobis esse ab illo, quem benè noveras? Vnde autem illi Thesaurus? homini propè pauperi? ac si habuisset ille. ergóne iste secretum nescisset Patris: tibique ille indicaret, quod non crediderat Filio? Porrò autem Paterfamiliâs ille Thesaurum si sciebat, illi tandem crediderat loco? tibique illuc patuisset aditus* MAND. *Edepol, quid dicam nescio.* ARB. *Ergò Euclionem tu non noveras? Habuit Senex ille multa hæc latissima,*

qui

[a] Terent. Andr. 4. 1. ℣. 46. *Hâc non successit, aliâ aggrediemur viâ.*

[b] Locus mutilus. sic autem est in V. C.

[c] Hic pœna Sacrilegii levis.

Digitized by Google

qui te etiam defunctus ridet. MAND. *Edepol tandem intellego: illius planè nequitiam hic recognosco: frequenter ille similibus me lusit modis. Quaeso igitur date veniam, quòd cineres illos abstuli: Aurum credidi.* ARB. *Benè excusas, Mandrogere: agnosco ingenium lepidissimum: planè Euclionis nostri Sodalem: tales semper ille dilexit Senex.* MAND. *Sinite quaeso me abire.* ARB. *Hem! Querole, humanum ac misericordem semper fuisse te scio: Hominem tam elegantem abire ne permiseris: non unius officij Homo est: Magum Mathematicumque hic habes: (tantum quòd primum est) furtum facere non potest. Recipe, quaeso, Amicum veterem & novum, quandoquidem Pater Euclio solum hunc tibi reliquit in bonis.* QUE. *Ha! sed Furem timeo.* ARB. *Quid unum Furem metuis? Iam totum hic abstulit.* MAND. *Quaeso, Querole noster: Patri egomet tuo me jam devoveram: tibi nunc servire cupio: quandoquidem hodiè sic misertus es mei: da victum, qui vitam indulsisti.* QUE. *Si ambo ita voltis, fiat. Potes ne discere leges novas?* MAND. *Ha ha he! illas egomet ex parte condidi.* QUE. *Senatusconsultum dico egomet Servilianum, & Parasiticum.* MAND. *O he! vísne interdictorum capita jam nunc eloquar? ad Legem Porciam, Caniniam, Furiam,* [a] *Fusiam Coss. Torquato, & Taureâ:* QUE. *Potesne observare omnia?* MAND. *Istud apud me parum est: tu nunc, ut ediscam, jubes: ego docere jam volo.* ARB. *Hui! multarum palmarum hic est. Recipe, quaeso, jura instructissimum: talem quaerere Homines pro magno solent.* QUE. *Quoniam ita voltis, fiat: Sed ubinam illi sunt socij atque adjutores tui?*

[a] Quam Q. Fusius Calen. tulit.

ACTUS QUINTI
SCENA II.

SYCOPHANTA. QUEROLUS.

SYC. *Nos quoque praestò sumus, ô Parens, ac Patrone!* QUE. *O Sycophanta! ô Sardanapale! haec vestra est Religio? Sed causas* [b] *jam hic praestitit: vos abite, quò libet.* SYC. *Et nosmet scimus, Querole: quoniam* TRIS KAI DECA DOMUS UNA NON CAPIT. *Verum quaesumus, Viatici nobis aliquid ut aspergas; quoniam spem omnem amisimus.* QUE. *Viaticum ego vobis? Quonam pro merito?* SYC. *Nos cum Mandrogeronte huc venimus.* QUE.

[b] Nota hunc locũ de Aestimatione litis injuriarum.

Digna

Digna causa, mercedem vulnerum victus accipiat Parasitus. In convivio si fuerit veste discissus, à Rege convivij duplam mercedem reparationis accipiat. De livoribus in Quadrantem Solidi unius, de tumoribus in Trientem pœna transibit. Quod si tumor fuerit, & livor, Solidi unius Bessem jure optimo cōsequetur. Unam verò Unciam apoziæ (hoc est: *excoctionis*) *contēplatione cōcedimus. Placuit autem, ut etiam de plagis & vulneribus infixis summo* [a] *strepitu criminali amicorum præstetur inspectio, ita ut Dodrantem Solidi nec inspicientum gratiâ, nec largientis excedat humanitas. In* [b] *luxu autem, & ossibus loco motis, usque ad Deuncem Solidi injuriarum* [c] *commodum placuit extendi. Iam porrò de ossibus fractis placuit convenitque, ut in minutalibus, Solidus: in principalibus verò ossibus Argenti Libra protinùs traderetur. Quæ autem vel principalia videri ossa debeant, vel minuta, Medicorum tractatus inveniet. Si autem Parasitus amplius quàm præfinitum est, postularit, plus petiti* [d] *periculo strangulетur. Rex* [e] *Convivij injuriarum merita etiam voluntariis decertationibus cogatur exsolvere: ita ut præmium criminosi mercedem* [f] *transeat vulnerati. In tantum autem Parasitis consuli jura voluerunt, ut si vulneribus afflictus contestatâ lite defecerit, hæredibus ejus paterni laboris ac meriti præmia non negentur. Quod si Parasitus quamvis tractatus incommodè, tamen de malis suis intestatus occiderit, Hæres agere non poterit. Qui causas mortis* [g] *non reddiderit, insepultus abjiciatur. Et hæc omnia sic constituimus, quasi inter se Hominum liberorum & æqualium lasciviens turba desæviat. Nam* [h] *si à Patrono vel Servo Patroni Parasitus contrà Leges pertulerit injuriam, habebit fugiendi liberam potestatem.*

EXPLICIT QUEROLUS: sive; AULULARIA.

a *Cum strepitu fieri* dicuntur à Ictis, quæ fiunt cum formâ & figurâ Iudicii, non de plano neque simpliciter.

b Hinc *luxatus*. Isid. Non.

c Ita vocat injuriarum præmium: ut quod quis more illiberali pro vulnere adsequitur: quale aliquid fortasse taxatur in edicto ædilitio, & de iis, qui dejecerunt, &c.

d Alludit ad formulam? *Qui plus petit, causâ cadit.*

e *Thaliarchus* seu *Symposiarchus*, qui hic est *disceptator* & æstimator injuriarum.

f Actio injuriarum non transit ad hæredem, nisi post litem contestatã. § 1. Inst. De pesp. & temp. act.

g Qui cædis, cujus auctor est, crimen non purgarit, ἄθαπτος ἀποβαλλέσθω!

h Libertus non potest agere in Patronum actione injuriarum sed tantùm libera est illi fugiendi facultas.

Digitized by Google

IMITATIO TERENTIANA.

SIVE

VESTIGIA è COMOEDIIS M. AccI PLAUTI Comicorum Latinorum Principis: quotquot P. TERENTIUS AFER in Fabulis suis scribundis presso quasi pede insecutus est; fideliter indagata.

Digitized by Google

JOHAN. PHILIPPVS PAREVS V. CL.

IOHANNI BRANTIO

S. D.

DVRA jam olim fuit contentio duorum antiquorum Comicorum, quorum ex innumero cæteroqui n Latinorum Poëtarum numero bonam adhuc partem Fabularum temporum injuria nobis reliquam fecit: PLAUTI inquam, & TERENTII. Alii namque Vmbro, cæteri Afro primas concedendas esse judicaverunt. Anceps profectò palma: quam ante multa sæcula Varro L. Cæcilio tribuit *in Argumentis*: Terentio *in ἤθεσιν: in Sermonibus* PLAUTO. Ego, ut in cæteris quoque Sarsinati nostro nihi detractum lubens eo: ita tertium omninò verè de Plauto Varronem protulisse censeo. Et hoc ampliùs affirmo, Carthaginiensem illum Fabulas suas linguâ Plauti in Scenam produxisse, ca que quantæ quantæ sunt, de PLAUTO Latinas fecisse. Veritatis hujus vestigia oppidò odoratus sum in IMITATIONE istâ TERENTIANA, quam ante complures sunt, cùm promisi, nunc autem reabse præstare volui. Illam verò, Cl. BRANTI, politissimo tuo nomini inscribere placuit, non iccircò, quòd tenuem hunc laborem meum insignibus illis virtutibus tuis *ἰσόῤῥοπον* arbitrarer, sed potiùs, ut *ἑλκυστικῷ* hoc libello novam tuam Editionem Terentianam, quam confectam jam ex litteris tuis nunc nuper cognovi, tantò avidiùs prolectarem. Sic igitur ages, mi BRANTI, si me, si Musas omnes amas, neque diutiùs in forulis tenebrarum Commentarium illum tuum detinebis. *Facilius quippe est*, ait Symmachus noster, ***ardentes favillas ore comprimere, quàm luculenti operis servare secretum***. Quod si in *ἰχνογραφίᾳ* hâc nostrâ quædam prætermissa fortè erunt, tu quâ es ingenii sagacitate, *τὰ παραλειπόμενα* facilè explebis. Idque ut ORDINE facias, per amicitiam nostram te rogo. Vale dilectum caput Musis: atque ex me salvere jube magnum Musagetam Andream Schottum. Neapoli Nemetum 1617. a. d. 24. Maii. Ipso die meo Natali.

IMITA-

IMITATIO TERENTIANA

EX AMPHITRVONE.

AMPH. Arg. 1. ✝. 7. *Blepharo captus arbiter*
H aut. 3 1. ✝ 94. *Me cepére arbitrum.*
Hecyr. 4. 1 ✝. 21. *Cùm illum generũ cepimus.*
Amph. Prol. ✝. 30 *Quibus ea res est in manu.*
Hecyr 4 4. ✝. 44. *Tibi id in manu est, ne fiat.*
Amph. Prol. ✝. 104. *Vt sit pater meus vos novisse, credo.*
Phor 3 2 ✝. 48. *Sic sum*
Amph. Prol. ✝. 131 *Suo animo morem gerit.*
Adel 4 7. ✝ 74 *Qui magis morem gereret.*
Andr. 4 1 ✝ 17. *Animo morem gessero.*
A ph. 1. 1. ✝ 10 *A portu ingratis excitavit.*
Eun 2. 1. ✝. 4 *Opus faciam, ut defatiger usque ingratis*
Amph. 1. 1. ✝. 18. *Non reputat, laboris quid sit.*
Hecyr 5. 3 ✝ 1 *Meam herus operam reputat.*
Amph. 1. 1. ✝ 38 *Certum est, hominem eludere.*
Eun. 2. 2. ✝. 34. *Nebulonem hunc certum est ludere.*
A ph 1. 1 ✝ 67. *Pro se quisque edit, ferit.*
Heaut 1 1. ✝. 47 *Pro se quisque sedulo faciebat.*
Amph 1. 1 ✝. 196. *Quia nos eramus peregrè, tutatus est domi.*
Eun. 4. 7. ✝ 10 *Servat domi.*
Amph. 1 1. ✝ 211 *Audacia columen.*
Phor. 2 1 ✝ 57. *Columen familia.*
Amph. 1. 1. ✝ 225. *Etiam mutis.*
Andr. 3 2 ✝ 25 *Nihil jam mutire audeo,*
Amph. 1 1 ✝ 285. *Ego sæpè in speculum inspexi.*
Adel. 3 3. ✝. 74. *In speculum inspicere.*
Amph. 1 1. ✝ pen. *Is quoque me ignorabit.*
Eun. 5. 8. ✝. 60. *Isti te ignorabant.*

Amph. 1. 2 ✝. 1. *Benè prosperèq, hoc hodiè operis processit mihi*
Adel. 5 6. ✝. 9. *Et benè procedit.*
Amph. 1. 2. ✝. 181. *Vir tuus ego sum.*
Hecyr. 4. 1. ✝. 9. *Vir tuus ego sum.*
Amph. 3. 1 ✝ 3. *Verum quod erit natum tollito:* hoc est, *Educato.*
Andr. 1 3 ✝. 13 & 3. 1. ✝. 6. & Heaut. 4 1. ✝ 14. *Tollere infantem.*
Amph. 1 3 ✝ 14. *Experiri istuc mavellem me, quàm &c.*
Hecyr. 4. 1 ✝. 25. *Suspicari mavolo hunc, quàm &c.*
Amph. 1. 3. ✝ 21. *Quid tibi hanc curatio est rem aut mutitio?*
Eun. 4. 4. ✝ 4. *Quid huc tibi reditio est?*
Amph. 1 3 ✝. 35 & 45. *Luciscit hoc jam.*
Heaut 3 1 ✝. 1 *Lucescit hoc jam.*
Amph. 2 1 ✝ 57. *Sic sum.*
Phor. 3 2 ✝ 42 *Sic sum.*
Amph 2 1. ✝. 85. *Vtinam Di faxint infecta dicta rectè veniant tua.*
Phor 5. 9 ✝. 45 *Quãdo jam infectũ fieri nõ potest.*
Amph. 2 2 ✝. 3 *ta cuique comparatum est.*
Phor. 1. 1 ✝. 7 *Quàm iniquè comparatum est.*
Amph. 2 2 ✝. 26. *Me illi expectatum, optatum venturum scio.*
Andr. 1. 1 ✝. 7 & 2. 6 ✝. 4 Adel. 3 2. ✝. 24. & 5. 4. ✝. 20. Hecyr. 4 2. ✝. 20 *Expectare,* pro, *desiderare.*
Andr 3 3 ✝ 2 *Optatò advenis.*
Amph 2 2 ✝ 40. *Nunquam adepol tu mihi quicquã creduis post hunc diem.*
Ph. 5 9 ✝ 4 *Cave isti quicquam creduas.*
Amph. 2 2. ✝ 56 *Ne posterius in me culpã transferas.*
Eun. 2 3. ✝. 55. *Verùm ne post cõferas culpam in me,*

Digitized by Google

Amph.2.2.℣.109. & 110. *Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, sed pudicitiam, &c.*
Adel.3.2.℣.47. *Secunda ei dos erat.*

Amph.2.2.℣.136. *Intus pateram proferto foras.*
Varro *...*: *Donec foras nos intus evallaverunt.* Apud Non.

Amph.2.2.℣.188. *Nostro generi non decet.*
Adel.3.4.℣.45. *Vt nobis decet.*
& 5.8.℣.5. *Imò herclè ita nobis decet.*

Amph.2.2.℣.219.& 224. *Huc ab navi abducam.*
Eun.35.℣.28. *Ad se abducit domum.*

Amph.2.2.℣.194. *Præsente nobis.*
Eun.4.3.℣.7. *Absente nobis.*

Amph.2.2.℣.203. *Extra te unum, pro, præter te unū.*
Phor.1.2.℣.48. *Extra unam ancillam.*

Amph.3.2.℣.3. *Ea, quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.*
Phor.5.9.℣.45. *Quando jā infectum fieri nō pōt.*

Amph.3.2.℣.18. *Ita ingenium meum est.*
Phor.1.2.℣.20. *Ita est ingenium.*

Amph.3.2.℣.60.61.62.
Iræ si quæ forte eveniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reventum in gratiam est,
Bis tantò amici sunt inter se, quàm prius.
Andr.3.3.℣.24. *Amantium iræ amoris redintegratio est.*

Amph.3.3.℣.15. *Nunquid vis, quin abeam?*

Amph.3.4.℣.1. *Concedite atque abscedite omnes de viâ &c.*
Heaut.Prol.℣.31. *Quin nuper fecit servo currenti in viâ decesse populum.*

Amph.3.4.℣.6. *Eius dicto nunc me hûc affero.*
Andr.4.5.℣.12. *Inauspicatò hûc me attuli.*

Amph.4.1.℣.3. *Omnes plateas perreptavi.*
Adel.4.6.℣.3. *Perreptavi usq; omne oppidum.*

Amph.4.2.℣.3. *Vivas ætatem miser.*
Heaut.4.3.℣.38. *Me ætatem censes velle.*

Amph.4.1.℣.13. *Verba funditas.*
Adel.5.1.℣.7. *Verba fundis.*

Amph.4.2.Tum me.℣.6.& 7. *Hac tegulâ tuum diminuam caput.*
Eun.4.7.℣.32. *Diminuam ego caput tuum.*

Amph.4.2.℣.14. *Te mactato infortunio*
Phor.5.9.℣.39. *Faxo, tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.*

Amph.4.3.℣.7. *Quē advocati oēs atq; amici deserūt.*
Eun.2.2.℣.7. *Omnes noti me atq; amici deserunt.*

Amph.4.3.℣.36. *Ostendam, quid sit herum fallere.*
And.5.2.℣.25.& 26. *Iam ego pol hodiè ostendam, herum quid sit pericli fallere.*

Amph.5.1.℣.19. *Neq; nostrûm quisquā ita sensimus.*
Eun.4.4.℣.11. *Nostrarū nunquā quisquam vidit.*

Amph.5.1.℣.21.& 22. *Qui antè ædes nostras sic jacet sepultus.*
& ibid.℣.1. *Spes atq; opes meæ jacent sepultæ in pectore.*
Phor.5.7.℣.50. *Sepultus sum.*

Amph.5.1.℣.56. *Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo.*
Phor.4.4.℣.27. *Anguis per impluvium decidit de tegulis.*

Amph.5.1.℣.60. *Rursum prorsum trahere & ducere.*
Hecyr.3.1.℣.35. *Cursari rursum prorsum.*
Varro apud Non. *Multi rursus ac prorsus meant.*

EX ASINARIA.

Asin.Prol.℣.1. *Hoc agite.*
And.1.1.℣.9. *Hoccinè agis?*

Asin.Prol.℣.5. *Cave meis ne ingratijs.*
Heaut.3.1.℣.37. *Ea coacta ingratiis.*

Asin.1.1.℣.1 & 2. *Vis tuum gnatum esse superstitem.*
And.3.2.℣.7. *Vt sit superstes.*

Asin.1.1.℣.51 & 2.2.℣.18. *Ætatem velim servire Libanum.*
Heaut.4.3.℣.38. *Me ætatem censes velle.*

Asin.1.1.℣.80.81.82. *Tenè ego defrudem? Nisi ut uxorem defraudaveris.*
Phor.1.1.℣.10. *Suum defraudans genium.*

Asin.1.1.℣.107. *Eidem homini, si quid rectè curatum velis, mandes.*
Adel.3.4.℣.9. *Huic mandes, si quid rectè curatum velis.* & 3.3.℣.108.

Asin.1.1.℣.108. *Moriri se mavolet.*
Hecyr.4.1.℣.25. *Suspicari mavolet.*

Asin.1.2.℣.7. *Perlecebræ, pernicies, adolescentū exitiū.*
Adel.2.1.℣.34. *Pernicies communis adolescentum.*

Asin.1.2.℣.12. & 17. *Solus si ductem, &c. Solus ductato.*
Phor.3.2.℣.15. *Meam ductes gratiis.*

Asin.1.3.℣.78. *Eâ lege si alius ad me prius attulerit: tu vale.*
Phor.3.2.℣.ult. *Meâ lege ut potior sit, &c.*

Asin.1.3.℣.81. *In leges meas dabo.*
Heaut.5.2.℣.45. *In leges tuas conficiet.*

Asin.1.3.℣.100. *Si mutuas non potero, certum est, sumam fœnore.*
Phor.2.1.℣.69.70.71. *Sumeret alicunde: si nullo alio pacto vel fœnore.*

Asin.2.1.℣.7. *Ad ingenium te recipis tuum.*
Adel.1.1.℣.46. *Redit ad ingenium.*

Digitized by Google

Asin 2.1.℣ 9. *Cave tu idem faxis, alij quod servi solent, qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.*
And.3 4 ℣ 4. *Quod volgus servorum solet, dolis ut me deluderes.*
Asin 2 2.℣ 58 *Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.*
Phor.3.1 ℣.5. *Ne quid pateretur mali.*
Asin 2 2 ℣ 106. *Ne me attingas.*
And.4 4 ℣ 51 *Ne me attingas.*
Asin 2 4 ℣ 33. *Scribit nummos.*
Phor.5 8 ℣ 29 *Argentum rursum jube rescribi.*
Asin 2 4 ℣ 39. *Hem! non?*
And.1.2.℣ 23 *Non? Hem!*
Asin.2.4 ℣.40 *Iam hic me abegerit odio suo.*
Hec 1 2 ℣.48 *Odio denique effecit senex.*
Asin 2 4 ℣ 44 *Non hercle te provideram.*
And 1 2 ℣ 12. *Herus est, neque provideram.*
Asin.2. 4 ℣ 72. *Vapula. Id quidem tibi herclè fiet, ut vapules.*
Phor.5 6.℣.10. *Vapula. Id quidem tibi jam fiet.*
Asin 3 1 ℣ 9. *Res monet.*
And.3.3 ℣.20. *Res moneat.*
Asin.3.2.℣ 28. *Ad languorem dederis octo validos lictores.*
Heaut.4.6 ℣.3. *Deambulatio me ad languorem dedit.*
Asin.3.3 ℣.17. *Quantum potest, parata fac sint omnia.*
Eun.3 2 ℣. 46. *Vt sint domi parata.*
Asin.3 3 ℣.48 *Bono animo es.*
Adel 2 4 ℣.20. & 4.5.℣.61. *Bono animo es.*
Asin.3 3. ℣ 72 *Hanc jube petere atque orare mecum.*
Hec 3 5 ℣.5. & 4.4 ℣.64. *Quamobrem tecum orabam.*
Asin.3 3 ℣.90. *Taceas, me spectes.*
Phor.4.4 ℣.93. *Me vide.*
Asin 3 3 ℣.120. *Ad pictores dabo, ut ibi cruciére currens.*
And 1 2.℣.28. *Verberibus cæsum te in pistrinum, Dave, dedam.*
Asin.3.3 ℣.139. *Ego caput fui huic argento reperiundo.*
Adel.4.2.℣ 29. *Te esse huic rei caput.*
Asin.4.1 ℣ 47. *Perplexabile verbum.*
Eun.5 1 ℣.1. *Perplexè loqui.*
Asin.4 1 ℣.68. *Vxori excuses te, & dicas senem.*
Phor.2 9.℣.34. *Tum fiunt senes.*
Asin.4.2.℣.1. *Emori me malim.*
And.4 4.℣.51. *Mori me malim.*
Asin.4.2.℣.3. *Ain' tu?*
Heaut.2.3.℣.1. *Ain' tu?*
Asin.4 2 ℣.17. *De die potare.*
Adelph.5.9.℣.8. *Apparare de die convivium.*
Asin.5.1.℣.4. *Oculis dolorem prohibet.*
Phor.5.9.℣.63. *Et quod tibi oculi doleant.*
Sic Alexander Magnus vocabat filias Darii, *Dolores oculorum.*
Asin.5.1 ℣.5. *Inducere animum.*
Hec.1.2.℣.24. *Inducere animum.*
Asin 5.1 ℣.7. *Agitemus hic convivium.*
Hec.1.2 ℣.18. *Agitarem inter vos liberè convivium.*
Asin 5.1 ℣ 9. *Amari mavolo.*
Hec 4.1 ℣.25. *Suspicari mavolet.*
Nævius apud S. Pomp. l 7. *Mavolunt.*
Asin.5.1.℣.13 *Vtinam malè qui mihi volunt, sic mihi rideant.*
Eun.4 3.℣.13. *Vtinam sic sint, qui mihi malè volunt.*
Asin.5.1.℣.48 *Faxo, ut scias, quid pericli sit convitium dicere.*
And.5 2 ℣.25 *Iam ego pol hodiè ostendam, herum, quid pericli sit fallere.*
Asin.5 2.℣ 38 *Ire in ganeum.*
Adel.3.3 ℣.5. *Credo abductum in ganeum aliquò.*
Asin.5.2.℣ 29 *Si quid clam uxorem animo fecit voluptatis.*
Hecyr 3 3.℣.36 Phor.4.3.℣.5. *Volupe est.*
Asin.5 2.℣.93. *Neque novum, neque mirum fecit, nec secus, quàm alij solent.*
Phor 5 6.℣ 8. *Non mirũ, aut novum est, revocari, cursum cùm institueris.*

EX AVLVLARIA.

Aul.Prol.℣.27. *Nuptum si vellet, daret.*
And.2.1.℣.1. *Daturnè illa hodie nuptum Pamphilo?*
Hecyr.4.1.℣ 13. *Cui data est nuptum.*
Aul.Prol.36. *Qui illam stupravit noctu, Cereris Vigiliis.*
Hec.5.3.℣.20. *Homo se fatetur, in viâ vi nescioquam compressisse.*

Aul.

Aul.1.1 ỽ 14. *Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi.*
Eun 4.6 ỽ.2 *Oculis illicò effodientur.*
Aul.1.1.ỽ.29. *Enim*, urgentis, Initiale.
Phor.4.4.ỽ.10 & Hec.2.1.41.
Aul.1 2 ỽ.3 *Redi intrò, atque meos serva.*
Eun 4.7.ỽ.10. *Servat domi.*
Aul.1 2 ỽ 25 *Occlude sis fores ambobus pessulis.*
Heaut 2 3 ỽ.37. *Anus foribus obdit pessulum.*
Aul.2.2.ỽ 1. *Præsagibat mihi animus.*
Heaut.2 1.ỽ.7. *Quid profectò mihi animus præsagit mali.*
Aul 2.2 ỽ 22. *Paucis Euclio est, quod te volo.*
And.1 1.ỽ.2. *Adesdum paucis te volo.*
Aul.2.2.ỽ 45. *Quoniam tu me, & ego te, qualis sis, scio.*
And.1.1.ỽ 142. *Observes filium, quid agat, &c.*
Aul 2.2 ỽ.55 *Meus me ordo irrideat.*
Eun 2.2 ỽ.3. *Conveni hodie adveniens quendam mei ordinis.*
Aul.2 2.ỽ 60 & 3 5 ỽ.1 *Hanc conditionem accipe, atque eam despondè mihi.*
And.1.1 ỽ 25. & Phor.4 1 ỽ.13. *Conditio*, pro, *nuptiis.*
Livius.l.3.v.c *Conditionem filiæ quærere.*
Aul.2.4 ỽ 8. *Atque ego istuc aliorsum dixeram.*
Eun 1 2 ỽ 2. *Neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.*
Aul.2 4.ỽ 21. *Suam rem periisse.*
Heaut.3 1.ỽ.77. *Rem perire.*
Aul.2 4 ỽ 21. *Seq; eradicarier.*
And 4.4 ỽ 2. *DI te eradicent.*
Aul 2 4 ỽ.49. *Sic sum.*
Phor.3 2.ỽ.42 *Sic sum.*
Aul.2.8 ỽ.9. *Egomet mecum inter vias cogitare cœpi.*
Eun.4.2.ỽ 1 *Cæpi mecum inter vias.*
Turp Phil. *Inter vias epistola excidit mihi.*
Aul.3.2.ỽ 27. *Adeò ut meam sententiam jam noscere possis.*
Phor.5.9 ỽ.54. *Imò ut tu jam scias meam sententiam.*
Aul.3 6.ỽ.15 16.17 *Qui mihi omnes angulos furum implevisti in ædibus misero mihi, qui mihi immisisti in ædes quingentos coquos.*
Adelph 4.7 ỽ 6. *Manipulus furum, coqui.*
Aul.3 6 ỽ.38 *Eam affectat viam.*
Heaut 2 2 ỽ 60. *Ad dominos qui affectant viam.*
& Phor 5.8.ỽ.71. *Qui ad me affectant viam.*
Aul.4.5 ỽ.6, *Ad januam concessero.*
Heaut.3 3 ỽ.11 *Concedas aliquantisper ab eorum ore.*
Aul 4.6.ỽ.24 *Ego illum corvum ad me veniat velim, ut ei aliquid boni dicam.*
Heaut.4 5 ỽ 15 *Faciam boni tibi aliquid pro istâ re.*
Aul 4 7.ỽ 11. *Iuno Lucina tuam fidem!* scil imploro.
Andr 3 1 ỽ 15. *Iuno Lucina fer opem, obsecro.*
Aul.4 9 ỽ 15. *Defrudans animumq; meum, & genium.*
Phor.1.1.ỽ 10. *Suum defraudans genium.*
Aul.4 10 ỽ 7. *Deus impulsor fuit, u me ad illam allexit.*
Eun.5 2 ỽ.36. *Quid si hoc quispiam voluit Deus.*
Aul 4.10.ỽ 11 *Infectum fieri non potest.*
Phor 2 9.ỽ 45. *Quando jam infectum fieri non potest.*
Aul.4.10.ỽ 13 *Scribam dicam.*
Phor.1 2 ỽ 77. & 2.2 ỽ.15. & 4 3 ỽ 61 *Scribam dicam.*
Aul 4 10 ỽ 42. *Dic bonâ fide. LY. Bonâ.*
Heaut.4.5 ỽ.13 *Bonâ ne fide? Bonâ.*
Aul.4 10 ỽ.64.65 *Ego ne injuriam fecisse filiæ fateor tuæ Cereris vigiliis per vinum, atque impulsu adolescentiæ.*
Adel.3 4 ỽ 24. *Persuasit nox, Amor, &c.*
Aul.4 10 ỽ 73 *Esse in vado salutis res videtur.*
And.5 2.ỽ 4. *Omnis res jam est in vado.*
Aul.5 1.ỽ 4 *Vocem hic loquentis modò me audire visus sum.*
Eun.3 2 ỽ.1. *Audire vocem visa sum modò Militis.*

EX CAPTIVIS.

Capt Prol.ỽ.5. *Suo sibi serviat patri.*
Adel.5.8 ỽ.vlt. *Suo sibi nunc gladio jugulo.*
Capt.Prol.ỽ.11. *Si non, ubi sedeas, locus est, est ubi ambules.*
Heaut.3.3.ỽ.25 *Abi deambulatum.* CL. *Deambulatum, quò?* SY. *Vah, quasi desit locus.*
Capt.Prol.ỽ 42. *Reducem faciet liberum in patriam ad patrem.*
Heaut 2.4.ỽ.18. *Ergò mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis.*

Digitized by Google

Capt.Prol.ỷ.43. *Vt sæpè jam in multis locis plus insciens quis fe it, quàm sciens boni.*
Hecyræ fine ỷ.40.&41. *Plus hodie boni feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam.*
Capt Prol.ỷ 56. *Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala, neque miles gloriosus.*
Eun.Prol.ỷ 37 *Meretrices malæ.*
Capt 1 1.ỷ 2 *Invocatus*, h.e. *non vocatus.*
Eun 5 9.ỷ 29 *Invocato ut sit locus.*
Capt.1 1.ỷ.20 *Qui colaphos pati parasitus, frangiq; aulas in caput, &c.*
Eun 2 2 ỷ.13. *Neq; plagas pati possum.*
Capt.1.1. ỷ.38. *Illis demum antiquis est adulescens moribus, cujus nunquam vultum tranquillavi gratiis*
Hec 5.4.ỷ.19. *Morem antiquum atq; ingenium obtines*
Capt 1 2.ỷ 79. *Asper meus victus sanè est*
And.1.1 ỷ.48 *Lanâ & telâ victum quæritans.*
Capt.2 1 ỷ 6. *Digna indigna habenda sunt, quæ herus facit*
Adel 5 9 ỷ 32. *Iusta iniusta.*
Capt 2 2.ỷ.77. *Est etiam, ubi profectò damnum præstet facere, quàm lucrum.*
Adel 2 2 ỷ.8 *Pecuniam in loco negligere interdũ est lucrum*
Capt 2 2 ỷ 86. *Tam hoc quidem tibi in proclivi, quàm imber est, quando pluit*
And 4 3 ỷ 18 *In proclivi quod est.*
Capt 2 2 ỷ 18. *Abre ne quid ores.*
Adel.5 3.ỷ.45. *Ne ab re sint.*
Capt.2 2 ỷ 105. *Dii tibi omnes omnia optata ferant.*
Adel.5 9 ỷ.21. *Dij tibi omnes semper omnia optata ferant.*
Capt.2 3 ỷ 30.&4 2 ỷ.77. *Benevolens.*
More antiquo dicitur, *pro benevolo*, ut etiam Terentius loquitur.
Phor 1 2.ỷ.47. *Neque illi benevolens neque notus, &c.*
Capt 2 3.ỷ 59. *Vt lacrumas excutiunt mihi!*
Heaut 1 1.ỷ.115. *Lacrumas excussit mihi.*
Capt.2 3 ỷ 85. *Hac per dextram tuam te dextrâ retinens manu obsecro, &c. Mihi herus nunc es tu patronus, tu pater. Tibi commendo spes opesque meas.*
And.1 5 ỷ 54 60 61. *Quod ego per hanc te dextram oro, &c.*
Te isti virum do amicum, tutorem, patrem; Bona nostra hæc tibi committo & tuæ mando fidei.

Capt.3 1.ỷ.17. *Neq; ridiculos jam terunciĳ faciunt.* Bossenreisser.
Eun.2 2.ỷ.13 *Neque ridiculus esse possum.*
Capt.3 1 ỷ 37 *Redibo hûc ad senem, ad cœnam asperam.*
And 1.1.ỷ.48. *Lanâ & telâ victum quæritans.*
Capt.3.3. ỷ.2. *Nunc spes opesq; auxiliaq; à me segregant, spernuntq; se.*
Phor.3.1 ỷ.6 *Spes opesq;.*
Capt 3.4 ỷ.24. *Quid tu autem etiam huic credulus?*
Adel.5 8 ỷ 12 *Quid tu autem huic, asine, auscultas?* ut legit I R.
Capt.3.4. ỷ.74. *Neque pol me insanum esse creduis.*
Phor.5.9 ỷ.4 *Cave isti quicquam creduas.*
Capt 3.4.ỷ.29. *Si scies reperies, nullam caussam dico, quin mihi libertatis, &c.*
Phor.2 1.ỷ.42. *Non caussam dico, quin quod meritus est, ferat.*
Capt.3.5.ỷ.96. *Quod absq; hoc esset.*
Phor.1 4 ỷ.11 *Nam absq; eo esset.*
Capt.4.1.ỷ.7. *Ita hic me amœnitate amœnâ amœnus oneravit dies*
Phor.5 9.ỷ.2. *Ope vestrâ onerastis hunc diem.*
Capt 4 1.ỷ 9 & 4 2 ỷ 9. *Vt comiti servi solent, conjiciam in collum pallium.*
Phor.5.6.ỷ 4 *Humerum hunc onero pallio.*
Capt.4 1.ỷ 20. *Faciam, hujus diei lociq; meiq; semper meminerint.*
Eun 4 7 ỷ 31. *Faciam, ut hujus loci, dieiq; semper memineris.*
Capt 4 2 ỷ.56. *ô mihi, quantum est hominum optumorum optumè.*
Phor.5 6.ỷ.14 *Omnium quantum est, qui vivũt hominum homo ornatissime.*
Capt.4.2.ỷ.61. *Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.* Et, *Vin' te faciam fortunatum?*
Phor 5 6.ỷ.17. *Satin est, si te delibutum gaudio reddo.*
Capt 4 2 ỷ 99 &102. *Meum gnatum?*
Heaut.3 1.ỷ 22. *Meus gnatus?* ... incredulitatis in gaudio inopinato.

EX CVRCVLIONE.

Curc.1.1.ỷ.49. *Tam à me pudica est, ac si soror mea sit.*

Hec.1.

Hec.1.2 ℣ 72. *Vt virgo ab se integra.*
Curc.1.1.℣.62. *Alias talentum magnum poscit.*
Phor.4.3.℣.19 *Si quos daret talentum magnum.*
Curc.1.2.℣. 46. *Id, quod amo, careo.*
Eun.2 1.℣.16. *Nimis me indulgeo. Me, pro, mihi.* Vide Lex.Pl. *Enallage casûs.* Turpil. Demetrio. *Meos parentes careo.*
Lucil.29. *ram indulges nimis.* Affranius Vopisco. *Male merentur de nobis heri, qui nos tantoperè indulgent in pueritiâ.*
Curc.1.3.℣ 26. *Hoc quidem pol luce lucebit.*
Heaut.3.1 ℣.1 *Lucescit hoc jam.*
Curc.1.3.℣.29. *Malè mereri de immerente inscitia est.*
Hec.5.1 ℣.14. *Inscitum offerre injuriam tibi immerenti iniquum est.*
Curc.1.3.℣.32. *Viden', ut miserè moliuntur, neque queunt complecti satis.*
Heaut.2.1.℣.11. *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.*
Curc.3.℣.33. *Nulli est homini perpetuum bonum. Iam huic voluptati hoc adjunctum est odium.*
And.5.5.℣.3. *Ego vitam Deorum sempiternam esse arbitror, quod voluptates eorum propriæ sunt.*
Curc.2.2.℣.8. *Facit hic, quod pauci, ut sit magistro suo obsequens.*
Heaut.3.3.℣.33 *Si sapias: Nam mihi jam minus minusq; obtemperat.*
Curc 2.3 ℣.1. *Date viam mihi noti atq; ignoti, &c.*
Heaut Prol. 31. *Servo currenti in viâ fecit decesse populum.*
Curc.2.3.℣.1. *Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis.*
And.4 4.℣ 31. *Vidi Cantharam suffarcinatam.*
Curc.2.3.℣.32. *Datin' isti sellam, ubi assidat citò.*
Heaut.1.1.℣.72. *Adsido, accurrunt servi, &c.*
Curc.2 3.℣.40. *Certum quàm aliquid mavolo.*
Hec.4.1.℣.25 *Suspicari mavolo.*
Curc.2.3.℣.71 *Vocat ad cœnam, religio fuit, denegare nolui.*
Heaut 2 1.℣.16. *Nam nihil est mi religio dicere.*
Curc.2.3.℣.83. *Exindè illicò me protinam dedi.*
Phor.1.4.℣.13. *Me conjicerem protinam in pedes.*
Curc.2.3.℣.85. *Laudato, quando illud, quod cupis, effecero.*
Eun.4.6.℣.13. *Cave, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme.*
Curc.3.1.℣.16. *Ædepol nae ego hic me intus explevi probè.*
Adel.5.1.℣.1. *Ædepol te curasti molliter.*

Curc.3.1.℣.35. *Inibis à me solidam & grandem gratiam.*
Eun.5.2.℣.32. *Vt solidum mihi parerem hoc beneficium.*
Curc.3.1.℣.57. *Concedo, inspiciam, quid sit scriptum.*
Eun.5 9.℣ 38. *Concede paululùm istuc Thraso.*
Curc 3.1.℣. 62. *Tecum oro & quæso.*
Hec.3 5.℣.5 & 4. 4 ℣.64. *Quamobrem tecum orabam.*
Curc 3.1 ℣ 69. *Ibi nunc statuam vult dare auream solidam faciundam ex auro Philippêo, quæ fiet septempedalis factu monumentum suis.*
Adel.4.2.℣.45. *Lectulos in sol- ilignis pedibus faciundos dedit.*
Curc.4.1.℣.13: *Symbolarum collatores apud forum piscatorium.*
And.1.1.℣.61. *Quid? Symbolam.*
Curc.4 2.℣.4. *Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali caussâ manu assereret.*
& 5.2.℣.68. *Si quisquam hanc liberali asseruisset manu.* (*manu*
Adel. 2 1.℣. 41. *Ego illam liberali assero caussa.*
Curc.4 2.℣ 22 *Eduxi meæ domi & pudicè.*
Adel.1.1 ℣.23. *Eduxi à parvolo, habui, amavi pro meo.*
Curc.4.2.℣ 27 & 28 *Indignis si malè dicitur, maledictum id esse dico, verum si bonis dicitur benedictum est meo quidem animo.*
Phor.2.3.℣.29 & 30. *Absenti tibi te indignas sequê dignas contumelias nunquam cessavit dicere hodie.*
Curc.4.2.℣.37. *Nunc & operam & pecuniam benignè præbuisti.*
Hec 5.2.℣.2. *Quid quod opus sit, benignè præbeatur.*
Curc.4.2 ℣ 43. *Sed eum, qui mihi vendidit illam, nunquam post illa vidi.*
And.5.4.℣.34. *Post illa audio nunc primum quid illi sit factum.*
Curc 4.3 ℣.5. *Mactare infortunio.*
Phor.5.9.℣ 9. *Mactatus infortunio.*
Curc.4 4 ℣.33 *Siccine mihi esse oblitum?*
Phor.4.3.℣.9. *Sic circumveniri?*
Curc.5.2.℣.27. *Quid istum tibi tactio est?*
Eun.4.4 ℣.5. *Quid huc reditio est? Quid vestis mutatio est?*
Curc.5.2.℣ 36. *Ego dicam, surge, hanc rem agite, atq; animum advortite.*
And.1.2.℣. 15. *Hoccine agis, annon?*

Curc.5.

Curc.5.2.ỷ.58. *Deos volo benè vortere.*
Eun.2 3.ỷ. ult. *Dij benè vortant.*
Curc.5.3 ỷ.6 *Pessumè metui.*
Heaut.3.2 ỷ.20. *Tibi timui malè.*
Curc.5 3.ỷ.42.& 45 *Tu autem in nervo jacebis,nisi mihi argentum redditur.*
Phor.4 4.ỷ.18. *In nervum ibit.* In Schuldthurn

EX CASINA.

CAS 1 1.ỷ.49 *Dies festus meus.*
Eun 3 5.ỷ.12 *ô festus dies hominis!*
Cas.1 2.ỷ.15. *Vir me habet despicatam.*
Eun.2.3 ỷ.90. *Habent adolescentiam nostram despicatam.*
Cas.2 2 ỷ 3.& 4. *Vbi domi sola sum, sopor manus calvitur.*
Eun 1 2.ỷ.73 & 74. *Num ubi meam benignitatem sensisti in te claudier.*
Cas 2 2 ỷ 36. *foras,mulier es.*
Heaut 5 3.ỷ 3. *Pergin' mulier esse?*
Cas.2 3 ỷ.37. *Vt frugi servo detur potius, quàm servo improbo*
Adel 5.9 ỷ 2. *Frugi homo es.*
Cas.2 3 ỷ.59. *Subolet hoc jam uxori.*
Phor.3 1.ỷ 10. *Numquid patri subolet.*
Cas.2 4 ỷ.3. *Primò ego te porrectiore fronte volo mecum loqui*
Adel.5 3 ỷ 53 *Exporge frontem.*
Cas.2 4 ỷ 13 *Optio hac tua est, utrum harum vis conditionem accipe.*
Adel 2.1.ỷ.42. *Nunc vide utrum vis; argentum accipere, an causam meditari tuam.*
Cas.2 5.ỷ 7. *Vobis invitis atq; amborum ingratiis.*
Eun.2.1 ỷ.14. *Vt defatiger usq;,ingratiis ut dormiam.*
Cas.2 5 ỷ.19. *Pol bona frugi hominem te jam pridem esse arbitror*
Adel.2 5. ỷ.antepen. *Servum haud illiberalem prabes te.*
Cas.2.5.ỷ.37 *Quid si sors aliter,quàm volet,evenerit ST. Benedice, Dis tũ fretus: Deosq; sperabimus.*
And 1.2.ỷ 33 *Bona verba quaso.* εὐφήμει.
Cas.2.6 ỷ.12. *Si is mecum oraret.*
Hec 3 5 ỷ 5.& 4 4. ỷ 4.6. *Quamobrem tecum orabam*
Cas.2.6 ỷ 21 *At pol ego neq; facio neq; censeo.*
Heaut.4.5.ỷ.31. *At ego illi neq; do,neq; despondeo.*
Cas 2 6.ỷ.26. *Enim,* urgentis, Initiale.
Phor.4.4 ỷ.16. Hec.2.1 ỷ.41.
Cas.2.6.ỷ.30. *Quod bonũ atq; fortunatum mihi sit.*
Phor.1 2 ỷ.81. *Quod erit mihi bonum atq; commodum.*
Cas.2.6 ỷ.69. *Et quanquam hoc tibi agrè est,tamen fac accures.*
& 2.2.ỷ.11. *Ægrè quod tibi est, idem mihi est dividia.*
Hecyr.5.3.ỷ 40. *Incõmodè mihi nuptiis evenit.*
Cas 2.7 ỷ.1. *Operam ludimus.*
Phor.2.2.ỷ.18 *In illis opera luditur.*
Cas 2.ỷ.13. *Huic ex insidiis his e ego insidias dabo.*
Phor.1 4 ỷ.penult. *Ego in insidiis hic ero succenturiatus.*
Cas.2.8.ỷ 19 *Ecquid amas nunc me? ST. Immò edepol me,quàm te minus.*
Adel.4.5 ỷ.67 & 68 *Magis te, quàm oculos nũc amo meos M. Quid? quàm illam.*
Cas.2.8.ỷ.58. *Tene marsupium, Abi atque obsona, propera, sed lepidè volo molliculas escas, ut ipsa mollicula est.*
And.2 6 ỷ.20. *Decem obsonatus est drachmis.*
Cas 2.8 ỷ.73. *Manifestè teneo in noxâ inimicos meos.*
Phor. 2.1.ỷ.36. *Hic in noxâ est.*
Cas 3.2.ỷ.6 *Senati columen.*
Phor.1.2 ỷ.57. *Columen familia.*
Cas.3 2.ỷ.30. *Vt eum ludificem vicissim, postquam hunc delusi alterum.*
& 3 4 ỷ.2. *Qui me atque uxorem larvâ ludificatus est.*
Eun 4 3 ỷ.3 *Postquam ludificatus est virginem.*
Cas.3 2 ỷ 32. *Sed eccum incedit; at quum aspicias tristem,frugi censeas.*
Heaut 5 3.ỷ.20. *Sed ipse egreditur, quam severitatem cum videas,censeas.*
Cas.3.3 ỷ 13 *Audivi ecastor, cum malo magno tuo.*
And.1.2.ỷ.8. *Nunc faciet; neque sine tuo magno malo.*
Cas 3 4.ỷ 3. *Commodùm. Atq; ego, &c.*
Eun 2 3 ỷ 51. *Commodùm sese hûc advorterit.*
Phor.4.3.ỷ.9. *Id cum hoc agebam commodùm.*
Cas.3.4.ỷ 14. *Quin ea ipsa me alligavit,qui istam arcesserem.*
And.5 3 ỷ.28. *Vt credas à me adlegatũ hunc senẽ.*
Cas 3.4 ỷ.25. *Amicus nunc tu mihi es germanum in modum.*
Adel.5.8.ỷ penult. *Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo.*
Cas 3.5 ỷ.56. *Ingratis quem non vult,ei nubet hodiè:* h.e. Invito.

Eun.2 1.ỷ.14 *Ingratiis ut dormiam.*
Caſ 5.2 ỷ.15. *Forem obdo.*
Heaut 2.3.ỷ.37. *Anus foribus obdit peſſulum.*
Caſ 5.3 ỷ.11. *Nulla ſalus eſt ſcapulis, ſi domum redeo.*
Phor.1 2 ỷ 26 *Scapulas perdidi.*
Caſ 5 4.ỷ 5 *Canina ſcava.*
Phor.4 4.ỷ.25 *Alter canis.*

EX CISTELLARIA.

CIST.1 1. ỷ.3. *Soror ſi mea eſſes, qui magis potueris mihi, honorem ire habitum.*
Adel 4.5 ỷ.74. *Si frater aut ſodalis eſſet, qui magis morem gereret?*
Ciſt 1 1.ỷ.6 *Ita omnibus rebus relictis, &c.*
And 2.5 ỷ 1 *Herus me relictis rebus juſſit, &c.*
Ciſt 1.1 ỷ 39. *Viro dare nuptum.*
And 2 1 ỷ 1. *Datur ne illa hodiè nuptum Pamphilo.*
Ciſt.1.1 ỷ.68. *Quod neq; ego habeo, neq; quiſquam mulier alia.*
& 2.3.ỷ 65. *Conteris tu tuâ me oratione mulier quiſquis es.*
Eun.4.4.ỷ.11. *Hunc oculis ſuis noſtrarum quiſquam vidit Phædria.*
Ciſt.1 1.ỷ.107. *Hanc ſinas mecum eſſe, & ſervare domum.*
Eun 4.7 ỷ.10. *Solus Sannio ſervat domum.*
Ciſt.1.2.ỷ.9.& 2 3 ỷ 19.21.& 4.1.ỷ 7. *Tollere*, pro. *Educare.*
And.1.3.ỷ 13 & 3 1 ỷ.6.& Heaut.4.1.ỷ.14 *Tollere infantem.*
Ciſt.1.2.ỷ.12. *Is amore miſerè hanc deperit mulierculam, & illa contra amore perdita eſt.*
Eun.1 2.ỷ.12. *Vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret*
Ciſt.2.1.ỷ.25. *Abi, quære, ubi tuo jurando ſatis ſit ſubſidij.*
And.4.3 ỷ 13 *Si opus ad liberum ſit jurandum mihi.*
Ciſt 2 1 ỷ 35. *At ita me Dij Deæq; omnes ſuperi, inferi, midioxumi, &c.*
Phor 4.4 ỷ.6. *Vt te omnes Dij Deæq; ſuperi, inferi, malis exemplis perdant.*
Ciſt.2 1.ỷ.48. *Luci*, pro, *luce.*
Adel. 5.3 ỷ 55 *Cum primo luci.*
Ciſt. 2 3 ỷ.1. *Audire vocem viſa ſum ante ædes modò.*
Eun.3.2.ỷ.1. *Audire modò viſa ſum vocem militis.*
Ciſt.2 3.ỷ 82. *Nunc mihi bona neceſſu' eſſe ingratiis.*
Eun.2 1.ỷ 14. *Ingratijs ut dormiam.*
Ciſt. 3.1.ỷ 13 *O ſalute meâ ſalus ſalubrior tu nunc, ſive ego volo ſeu nolo, ſola me ut vivam facis.*
Heaut 2. 4.ỷ.18 *Ergò mea Antiphila, tu nunc ſola me reducem in patriam facis.*
Ciſt.3.1.ỷ.18. *Occludite ædis peſſulis repagulis.*
Heaut 2 3 ỷ.37 *Anus obdit foribus peſſulum.*
Ciſt 4.2 ỷ.108. *I præ, jam ego te ſequar.*
And.1.1 ỷ.144. *I præ, ſequar.*

EX EPIDICO.

EPID 1.1. ỷ 1 *Quis properantem me prehendit pallio.*
Phor 5 6 ỷ 24. *Pene apprehendit pallio.*
Epid 1 1 ỷ.12 *Curriculo occœpi ſequi.*
Heaut 4 4 ỷ 11 *Curriculo percurre.*
Epid 1 1.ỷ 30. *At jam ante alij fecerant idem.*
Adel 4 5 ỷ 54. *Fecere alij ſæpè item boni.*
Epid 1 1. ỷ 55 *Sed taceam optimum eſt, Plus ſcire ſatius eſt, quàm loqui Servum hominem, ea ſapientia eſt.*
And.1 1 ỷ.57 *Servo opus eſt fide & taciturnitate.*
Epid.1 1 ỷ 59. *Videre commeruiſſe in te aliquid mali.*
Phor 1 4 ỷ 29. *Arbitrabitur commeruiſſe culpam.*
Epid 1.1.ỷ 84 *Corium perdidi.*
Phor 1 2 ỷ.25 *Scapulas perdidi.*
Epid 1.2.ỷ 10 *Is amicus eſt, qui in re dubiâ operâ juvat, ubi re opus eſt.*
Phor.1.5.3 ỷ 3 *Pariter nunc me operâ adjuves, ac re dudum opitulata eſt*
Epid 1 2 ỷ..4. *Nam quid te igitur rettulit, beneficum eſſe oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt?*
And.5 1.ỷ.5. *Vt beneficium verbis initum dudũ, nunc re comprobes.*

Epid.1.

Epid 1 2. ℣. 15. *Quin adepol clamore diffatigor, differor.*

Adel. 3 4 ℣ 40. *D fferor doloribus.*

Epid. 1 2 ℣. 21. *Salva res est, benè promittit spero servabit i idem.*

Heaut. 4. 4. ℣. 6. *Satis scitè promittit tibi.*

Epid 1 2 ℣ 30. *Neque cara est cordi, neque placet.*

Eun. 1 2. ℣. 126. *Cordi meo quemquam esse cariorem.*

Epid. 1. 2 ℣. 54. *Eamus intrò ad te.*

Eun 3 5 ℣ 64. *Eamus ad me.*

Epid. 1. 2 ℣ 55. *Convocabo mihi in corde Senatum consiliarium.*

Phor 2 2. ℣. 7. *Iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.*

Epid 2. 1 ℣ 1. *Pulchra adepol dos pecunia est.*

Hec 3 5 ℣ 52. *Renum erare dotem*

Epid 2. 1. ℣. 1 & 2. *Plaríq; homines, quos cum nihil refert, pudet, ubi pudendum est, ibi deserit eos pudor.*

And. 4. 1. ℣. 13. & 14. *Hic ubi opus est, non verentur. Illic ubi nihil opus est, ibi deserit eos pudor.*

Epid 22. ℣ 5 *Senati columen.*

Phor. 2 1 ℣ 57. *Columen familia.*

Epid. 2. 2. ℣. 14. 15. 15. *Per medicinas, &c. rogitando sum raucus factus, panè in cursu concidi.*

Adel. 4 6. ℣. 1. & 6 *Defessus sum ambulando, &c.*

Epid 3 2 ℣ 22. *'s apud forum manet me.*

Phor. 3. 1 ℣. 16 *Mansio us patruum pater est.*

Epid. 3 2 ℣ 44 *Intus egressus.*

Phor. 5 6 ℣. 38. *Patruus intus egreditur foras.*

Epid. 3. 4 ℣ 45. *Haenè ergò est fidicina?*

Phor 5 1. ℣. 29 *Hec ergò est?*

Epid. 4. 1 ℣ 5 *Potiri hostium.*

Phor 1 1 ℣ 5. *Potiretur mali.*

Epid 5. 1. ℣ 25. *Absolve me, atque argentum numera.*

Adel 2 4. ℣. 13. *Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam.*

Epid 3 2 ℣. 14 *Meâ caussâ.*

Hec Pro l ℣ 28 *Meâ caussâ.*

Epid. 5. 2. ℣ 52 *Quemnè hodiè per urbem nos uterque, &c.*

And 4 4 ℣ 29 *Quemnè ego heri vidi.*

Epid. 5. 2. ℣ 66 *Hic is homo est, qui libertatem malitiâ invenit suâ.*

Adel. 5. 9 ℣ 13. *Syre eho accede huc ad me: liber esto.*

EX BACCHIDIBVS.

BACCH. 1. 1. ℣. 33. *Palæstra*, pro *Domo meretriciâ.*

Phor 3. 1 ℣ ult. & Plutarchus.

Bacch. 1. 1. ℣. 54. *Isthoc illecebrosius fieri nihil potest: Nox, mulier, vinum, Deus qui multò est maxumus.*

Adel. 3 5. ℣ 24 *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.*

Propertius:

Hàc Amor, hàc Liber, durus uterq; Deus.

Bacch 1. 1. ℣. 62. *Ego tibi argentum jubeo jam intus ecferri foras.*

Phor. 5. 6 ℣. 39. *Patruus intus egreditur foras.*

Bacch. 1. 2. ℣ 4 *Lycurgus videtur hic posse ad nequitiam adducier.*

Adel 3 3. ℣ 4 *Ad nequitiam adducere.*

Bacch. 2. 2. ℣ 27. *Proxima vicinia habitat.*

And. 1 1 ℣ 43. *Commigravit huc vicinia.*

Bacch. 2. 3 ℣. 40. *Pugnam, quam voluit dare.*

Eun 5 2 ℣. 49. *Dabit hic aliquam pugnam denuò*

Bacch. 3 1. ℣. 6. *Omnium ad perniciem instructa domus optimè atque opparè.*

Heaut. 3 1 ℣ 41 *Ea nunc instructa pulchrè ad perniciem fiet.*

Bacch. 3 1. ℣ 71. *Me continuò contuli protinam in pedes.*

Phor. 1. 4. ℣. 13. *Me conjicerem protinam in pedes.*

Bacch 3 2 ℣ 11 *Malefactorem amittì satius, quàm relinqui beneficium.*

Phor. 5 8 ℣. 19. *Amittere*, pro *Dimittere*

Bacch. 3. 3 ℣. 13. *Iam aderit tempus, cùm sese etiam ipse oderit.*

Hec 4 1 ℣. 82. *Pol jam aderit, se quoque etiam cùm oderit.*

Bacch 3. 3. ℣. 15. *Neq; illum, me vivo, corrumpi sinam.*

And 22. ℣. 59 *Quàm te corrumpi sinat.*

Bacch. 3. 3. ℣ 90. *Hoc tecum oro, ut illius animum regas.*

Hec. 3. 5 ℣. 5. & 4 4 ℣. 64. *Quamobrem tecum orabam.*

Bacch 3. 5 ℣ 4. *Visam ad eam, si fortè domi est.*

Eun. 3. 4. ℣. 7. *Visam, si domi est.*

Bacch.3.6.ỹ.41. *Si pergis parùm mihi fidem arbitrarier.*

Eun.1.2.ỹ.117. *Parùm habeat fidem.*

Bacch.4.4.ỹ.19. *Nec est temerè.*

Heaut.4.1 ỹ 7. *Non temerè est.*

Bacch 4.4.ỹ.50. *Sic miserum me auro esse emunctum.*

Phor.4.4.ỹ.1. *Emunxi argento senes.*

Bacch.4.6.ỹ.121. *Nes io etiam id, quod scio.*

Heaut.4.4 ỹ.26. *Tu nescis quod scis, si sapies.*

Eun.4.4 ỹ.34. *Tu pol si sapis, quod scis, nescis.*

Bacch.4.7.ỹ.2. *Impingere pugnum.*

Phor.5.8.ỹ.penult. *Pugnos in ventrem ingere.*

Bacch.4.4.ỹ 42. & 43. *Compara, fabricare, finge, quod lubet, conglutina, ut senem hodie doctum doctè fallas, aurumq; conferas.*

Heaut.3.2.ỹ 2. *Intendenda in senem fallacia.*

Bacch.4.8.ỹ.34. *Mala multa ingeram.*

And 4.1 ỹ.16. *Ingeram mala multa.*

Bacch.4.9.ỹ.5. *Praut futurum est.*

Eun.2.3.ỹ.9. *Praut hujus rabies quæ dabit.*

Bacch.4.9.ỹ.114. *Neq; haud committam, ut si quid peccatum fiet, &c.*

And.1.2.ỹ.34 *Ne tu haud dicas.*

Bacch.4.9 ỹ 118. *Duæ conditiones sunt, utrum tu accipias, vide.*

And.1.1.ỹ.52 *Accepit conditionem.*

Bacch 4.9.ỹ.134. *Turbelas facere.*

Eun.4.1.ỹ.2 *Turbam faciat.*

Bacch.5.1.ỹ.2. *Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.*

Heaut.5.1 ỹ.4 *Caudex stipes, asinus, plumbeus.*

Bacch.5.2.ỹ.24. *Si quam debes te condono.*

Phor.5.8 ỹ.34 *Argentum te condonamus.*

EX MOSTELLARIA.

Most. 1.1.ỹ.11. *Sine modò hunc venire salvum, quem absentem comes.*

Eun.5.9.ỹ.57 *Hunc comedendum vobis appono.*

Most 1.1.ỹ.41. *Olere unguenta.*

Adel.1.2.ỹ.37 *Olet unguenta.*

Most.1 1.ỹ. 9. *Mihi benè est, & tibi malè.*

Adel.1.1.ỹ.9. *Tibi benè esse soli.*

Most.1.2.ỹ.2. *In pectus argumenta institui.*

Adel.1.1.ỹ 13. *In animum instituere.*

Most.1.3.ỹ.24. *Verum nolo dici mihi.*

Eun.1.2.ỹ.26. *Vera dicito.*

Most.1.3.ỹ.40. *Insperata accidunt magis sæpè, quàm quæ speres.*

Phor.5.1 ỹ.30. *Quàm sæpè fortè temerè eveniũt, quæ non audeas optare.*

Most.1.3.ỹ.46. *Quin involem illi in oculos.*

Eun 4.3.ỹ 6. *Vt ego unguib. illis in oculos involem.*

Most.1.3.ỹ. 68 *Atq; illum amatorem tibi proprium futurum in vitâ.*

And.4.3.ỹ.1. *Nihilnè esse proprium cuiquam.*

Most 1.3.ỹ.100. *Quid cerussâ opus est? Nam qui malas oblinam?*

Heaut.2.3.ỹ.48. *Nullâ malâ re, &c.*

Most.1 4.ỹ.30. *Date illi quod bibat.*

And.3 2.ỹ 4 *Quod jussi ei dare bibere.*

Most.2.1.ỹ.4. *Nec Salus nobis saluti esse, si cupiat, potest.*

Adel.4.7.ỹ.ult. *Ipsa si cupiat Salus, servare non potest, &c.*

Most.2.1 ỹ 5 *Mœroris montem.*

Phor 1.2.ỹ 18 *Montes auri.*

Most.2.1.ỹ.10 *Quid illi huc reditio etiam fuit?*

Eun.4.4.ỹ.4. *Quid huc tibi reditio est?*

Most.2.2 ỹ 11. *Expectatus veniam familiaribus.*

And.1.1.ỹ.7. *Expectatus, pro, desideratus, & 2.6.ỹ.4.*

Most.2.2.ỹ.22. *Natus nemo in ædibus servat.*

Eun.4.7 ỹ.10. *Servat domi.*

Most.2 2.ỹ 29. *Amittere à se.*

Phor.3.2.ỹ.22. *Amittam à me.*

Most.2.2.ỹ.30. *Antiquum obtines hoc tuum, tardus ut sis.*

And.4.5 ỹ 22. *Pol Crito, antiquum obtines.*

Most.2 2 ỹ.33. *Dii te, Deæq; omnes faxint cum istoc omine.*

Phor.4 4.ỹ.6 *Vt te omnes Dii, Deæq; superi, inferi, malis exemplis perdant.*

Most.3.1.ỹ.73. *Dum mi Senatum consilij in cor convoco.*

Phor.2 2.ỹ.7. *Iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.*

Most.3.1.ỹ 26. *Hoc habet.*

And.1.1.ỹ.55. *Certè captus est. Habet.*

Most.3.2.ỹ.37. *Vt homines sunt, ita morem geras.*

Adel.4.5 ỹ 74. *Qui magis morem gereret.*

Most.3.2.ỹ.42. *Piscatu probo, electibili vitam colitis.*

Heaut 1.1. ỹ.84. *Dum ille vitam illam colet.*

Most.3.3.ỹ.29. *Tàm placida est, quàm fœta.*

Adel.4. ỹ.8. *Tàm placidum, quàm ovem.*

Most.4.1 ỹ 25. *Nunc eo advorsum hero.*

Adel.1.1.ỹ 2. *Qui advorsum ierant.*

Most.4 2 ỹ. 2. *Vah! oculi dolent.*

Phor.5.9.ỹ.65. *Et quod tuo viro oculi dolent.*

Most.

Digitized by Google

Most.4 2.ỷ.65. *Qui malè me multet.*
Eun.4.7 ỷ 4 *Malè multabo ipsum.*
Most 5.1.ỷ.8. *Vidi mortuum efferri foras.*
And.1.1.ỷ.90. *Effertur, imus.*
Most 5.2.ỷ.30. *Malum quod isti DI Deaq; omnes duint.*
Phorm 5.8.ỷ.85. *Malum, quod isti DI Deaq; omnes duint.*
Most 5.2 ỷ 70. *Præsens præsenti adsum.*
Adel.4.5.ỷ.34 *Hanc sibi videbit præsens præsenti eripi.*
Most 5 2 ỷ.88 *Ego interim hanc aram occupabo.*
Heaut.5 2 ỷ.22. *Nec tu aram tibi, nec precatorem pararis.*
Most 5.2. ỷ 109. *Exempla adepol faciam ego in te.*
Eun.5 6 ỷ 21 *Vterq; in te exempla edent.*
Most.5 3 ỷ 33. *Prodire pudet in conspectum tuum.*
Heaut 3 1.ỷ.25. *Tuum conspectum fugitat propter peccatum.*
Most.5 2.ỷ 36 *Ludere ludo.*
Eun 3.5.ỷ 38 *Ludere ludum.*
Most.5 2 ỷ.47. *Tranio ei remitte hanc noxiam.*
Eun.5.2.ỷ 13. *Vnam hanc noxiam amitte.*

EX MENÆCHMIS.

MEN. Pr 1 ỷ 20 *Quæ mammam dabat.*
Adel.5.9.ỷ.18 *Mammam dare.*
Men.1 1.ỷ 32. *Nunc ad eum inviso.*
Hec 1.2.ỷ 114. *It visere ad eam.*
Men.1 2.ỷ 13. *Si sapis, virum observare desines.*
And 1 1.ỷ.142 *Observes filium, quid agat.*
& 2.5.ỷ 1.& 2. *Pamphilum hodiè observare jussit me herus.*
Men.1.2.ỷ. 22. *Si decet dari facetè verba custodi caia*
Heaut.4 4.ỷ 13. *Verba his me daturam esse.*
Men.2.1.ỷ 43. *Tu magnus amator mulierum es.*
Eun 4 3.ỷ 22 *At pol ego amatores mulierum esse audieram eos maxumos.*
Men 2 3.ỷ.26. *Argentaria illecebra.*
Phor.5.7 ỷ 3 *Cura argentaria.*
Men 2 3.ỷ.30. *Qui huc in hanc urbem pedem nunquam intrò tetuli.*
And.4 5.ỷ.13 *Nunquam huc tetulissem pedem.*
Men.2.3 ỷ.68. *Hic me mane.*
Phor 3.1.ỷ.16. *Mansurus patruum pater est.*
Men 3.2.ỷ.20. *Minore nunquam fui dispendio.*
Eun 3.4.ỷ 2. *Vt de symbolis essemus.*
Men.3.3. ỷ 25. *Quantum potest.*
Phor.5 8 ỷ.3. *Quantum potest.*
Men.4 2.ỷ.11. *Solicitos patronos habent.*
Heaut 3 1.ỷ.52. *Omnes solicitos habui.*
Men.4.2.ỷ.15. *Mens est in querelis.*
Eun.4.7 ỷ 46. *Animus est in patinis.*
Men.4.2 ỷ.43. *Aufer hinc palpationes.*
Adel.5.8.ỷ.14. *Aufer te.*
Phor.3.3 ỷ.26. *Aufer.*
Men.4.2 ỷ.96. *Nec chlamydem do foras utendam.*
Adel 5 8 ỷ.26 *Locitas foras.*
Men.4.3.ỷ.20. *Frustrà me ductare non potes.*
Phor.3.2 ỷ 15. *Meam ductes gratiis.*
Men 5 1 ỷ.17. *Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat.*
Hec 1 1 ỷ 8. *Quemquem nacta sis.*
Men.5 1 ỷ.27. & 5.7.ỷ.40. *Meâ causâ.* Elegans formula, quam nos efferre solemus: **Meinet halben.** Non autem *causâ mei, tui,* &c.
Hecyr.Prol ỷ.28. *Meâ causâ.*
Men 5.2 ỷ.31. *Vivere hic non possem, neq; durare ullo modo.*
Adel 4.2.ỷ.15. *Non hic quidem durare quisquam potest.*
Men 5 5.ỷ.8. *Vt mos est meretricius.*
Eun.3.3.ỷ.15. *Vt est audacia.*
Men.5.6.ỷ. 23. *Servi qui culpâ carent & metuunt, solent esse heris utibiles.*
Phor.4.4 ỷ 10. *Quid minus utibile fuit?*
Men 5.6.ỷ.25. *Propè est herus.*
And.1.1 ỷ.125 *Propè adest, &c.*
Men. 5 7 ỷ.1. *Per ego vobis Deos atq; homines dico.*
And 5.2.ỷ.15 *Per ego te Deos oro, ut, &c.*

EX MILITE GLORIOSO.

MIL.1 1 ỷ 13 *Quemnè ego servavi in campis, &c.*
And.4.4.ỷ.29. *Quemnè ego heri vidi?*
Mil 1.1.ỷ 60. *Qua here pallio me reprehenderes.*
Phor 5.6.ỷ 26 *Pone apprehendit pallio.*
Mil.2.1 ỷ.59. *Iuvabo aut re, aut operâ, aut consilio bono.*
Heaut.1 1.ỷ.34. *Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.*
Mil.2 2.ỷ.7. *Quod ille gallinam, aut columbam se sectari dicat, &c. periisti.*

Eun.

Eun.5.9 ℣.34.& 35. *Quod dicas mihi, &c. perijsti.*
Mil 2 3 ℣ 2. *Scio me vidisse hic proxima vicinia.*
And.1.1 ℣ 43 *Ex Andro commigravit hu ;vicinia.*
Mil.2.3 ℣ 16 *Fortè fortuna.*
Eun 1.2 ℣.54 & 5 5 ℣.20. *Fortè fortuna.*
Mil.2.4.℣.22. *Paucis verbis te volo.*
And 1.1 ℣.2 *Paucis te volo.*
Mil.2.4. ℣. 27. *Pergin' scelesta intendere atque hanc arguere.*
Eun.3 3.℣.9 *Hanc se intendit esse.*
Mil 2 5 ℣.19. *Enim*, urgentis initiale.
Phor 4.4 Hec 2.1 ℣.41.
Mil.2.6.℣ 6 *Homines me non marem sed fœminam esse rentur.*
Adel.4.2.℣.25. *Abi, virum te judico.*
Mil.2.6 ℣ 40 *Viso ad me intrò.*
Hec 1 2 ℣.114 *It visere ad eam.*
Mil.2.6 ℣.89 *Quod scies nesciveris.*
Eun 4 4.℣.55 *Quod scis, nescias.*
Mil.2 6 ℣.100. *Dum hæ consilescunt turbæ.*
Adel.5 2.℣ pen. *Dum hæ silescunt turbæ.*
Mil 3 1 ℣.35. *Non invenies alterum lepidiorem ad omnes res.*
Nec qui amicus amico sit magis.
Phor 3 3.℣ 29 *Solus est homo amico amicus.*
Mil 3.1 ℣.107. *Haud facilè te in eundem restitues locum.*
And.4 1.℣.58. *Restitue me in quem accepisti locum.*
Mil.3.1.℣ 123 Periplectomenes de miseriis patrum queritur; Quem imitatur Terentius.
Adel.1 1. Vbi Mitio de parentum curâ in filios idem conqueritur
Mil.3.2 ℣ 47 *Hoc in diem extollam malum.*
Eun 5 7.℣ 19 *Est in diem, &c.*
Mil 3 3.℣ 55. *Insistite hoc negocium.*
Phor.1 4 ℣ 15 *Aut quà quærere insistam viam.*
Mil 4.1 ℣ 1 *Quid illâ faciemus con. ubinâ?*
Eun.5 1 ℣ 21 *Quid illo facies?*
Pompon Præcone poster.
Neque illo quid faciam scio.
Mil.2 4 ℣ 73 *Frater thesaurum tum argenti montes & massas habet.*
Phor 1 2 ℣ 18 *Montes auri.*
Mil.4.6.℣ 2 *Adspicito limis oculis.*
Eun 3 5 ℣ 53 *Ego limis aspecto.*
Mil.4.6 ℣ 46 & 47. *Militem pol tu aspexisti? AC. Ita.*
Eun 4.4.℣ 52 & 53. *De isthac rogas virgine? PY. Ita, &c.*
Mil.4.6 ℣ 58. *Viri quoque armati diem istuc faciunt.*
Eun 4.7.℣.13. *Diem hoc jam Pyrrhus factitavit.*
Mil 5.1 ℣.5 & 43. *Quin jamdudum gestit mœcho abdomen adimere.*
Eun.5 4 ℣ 35 *Quod mœchis solet* scil. abdomen adimere.
Mil 5 1 ℣ 41. *Verba mihi data esse video.*
Heaut.4 4.℣ 13. *Verba his me daturum esse.*

EX MERCATORE.

Merc. Prol ℣ 18. *Amorem hæc omnia vitia consectantur.*
Eun 1 1 ℣ 14. *In amore hæc omnia insunt vitia, &c.*
Merc Prol ℣.49 & 50. *Interdum mihi se colloqui, abnuere negitare adeò me natum suum.*
Heaut.1.1.℣ 54. *Ego te meum esse dici tantisper volo.*
Merc.Prol ℣.61. *Extemplò ex ephebis postquam excesserit.*
& ℣ 40. *Annis ephebiis ætate exijt.*
And.1 1.℣ 24 *Excessit ex ephebis.*
Merc 1 2.℣.21. *Aperite aliquis.*
Adel.4.4 ℣.pen. *Aperite aliquis.*
Merc 2 1 ℣.31 *Manè cum luci simul.*
Adel 5.3 ℣ 55. *Cum primo luca, vel, luci.*
Merc 2.2.℣.47. *Fecére tal' antè alij.*
Adel 4 4 ℣ 54. *Fecére alij sæpè.*
Merc 2 2 ℣.26 *Ad illam me animum adjecisse.*
Eun.1 2 ℣.63 *Ad virginem animum adjecit.*
Merc.2 3 ℣ 24. *Pater est, ibo, alloquar.*
Heaut.3 1 ℣ 17. *Ibo, alloquar.*
Merc.2 3 ℣.33 *Rectè pater.*
Hec.3.2 ℣ 20 *Rectè mater.*
Merc.2 3 ℣ 110. *Non amori & desidia in ocio operam dedisse.*
Heaut 1 1 ℣ 58. *Ego istuc ætatis non amori operam dabam.*
Merc.2 4 ℣.2. *Praut futurum est.*
Eun 2 3 ℣.9. *Praut hujus rabies quæ dabit.*
Merc.2 4.℣.11 *Tuam amicam, tuis ingratiis.*
Heaut 3 1 ℣ 37 *Ea coacta ingratiis.*
Merc 5.4.℣.57. *Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus sive maritum, sive herclè adeò cœlibem*

libem scortarier, cum eo nos hic lege agemus.

Adel. 5 8. ℣. 15. *Novus maritus anno demum quinto & sexagesimo fiam: atq; anum decrepitam ducam! id ne estis authores mihi?*

EX PSEUDOLO.

PSEUD. 1 1. ℣. 17. *Iuvabo aut re, aut operâ, aut consilio bono.*

Heaut. 1. 1. ℣. 34. *Aut consolando, aut consilio, aut re juvero.*

Pseud. 1 1. ℣. 119. *Nunc tangam patrem.*

Eun. 3 1 ℣. 30 *Quomodo Rhodium tetigerim.*

Pseud. 1 1. ℣. 121. & 122. *In oculum utrumvis conquiescito. Oculum, an in aurem.*

Heaut. 2. 3. ℣. 101. *In utramvis aurem ut dormias.*

Pseud. 1. 2. ℣. 8. *At faciem cùm aspicias eorum, haud mali videntur, operâ fallant.*

And. 5. 2 ℣. 15. *Videtur esse quantivis pre ij.*

Pseud 1 2. ℣. 22 *Hem sic datur. si quis servus herum spreverit.*

Phor. 5 9. ℣. 38 *Sic dabo.*

Pseud 1. 2 ℣. 22. *Mihi hodiè natalis dies est.*

Phor. 1 1 ℣. 14. *Vbi erit natalis dies.*

Pseud. 1 2. ℣. 34 *Magnificè volo viros accipere.*

Eun. 5 9. ℣ 52. *Accipit homo nemo melius.*

Pseud. 1 3 ℣ 27. *Rem actam agis.*

Phor. 2. 3 ℣. 72. *Actum ne agas.*

Pseud. 1. 3 ℣ 26. *Mortuo verba fabulare nunc.*

Heaut. 2 1 ℣. 10. *Surdo narret fabulam.*

Pseud 1. 3 ℣. 65. *Argentaria inopia.*

& 1. 1 ℣ 103. *Auxilium argentarium.*

Phor. 5. 7 ℣. 3. *Cura argentaria.*

Pseud. 1. 3. ℣ 122 *Assiste altrinsecus, atq; onera hunc maledictis.*

And 5. 1. ℣ 8. *Remittas jam me onerare injuriis.*

Pseud. 1 3. ℣. 134. *Operam ludimus.*

Phor. 2. 2. ℣ 18 *In illis opera luditur.*

Pseud. 1 3. ℣ 139 *Dies præstituta.*

Phor. 3 2 ℣. 39. *Dies præstituta.*

Pseud 1. 5. ℣. 7. *Id jam pridem sensi ego & subolet mihi.*

Phor. 3. 1 ℣. 10 *Nunquid patri subolet?*

Pseud. 1. 5. ℣. 38. *Itur ad me.*

And 1. 5 ℣. 16. *Itur ad me.*

Pseud 1. 5 ℣ 42. *Statur hic ad hunc modum.*

Eun. 2. 2 ℣. 40. *Quid agitur? Statur.*

Pseud. 1. 5. ℣. 95. *Excludito herclè mihi oculum, si dedero.*

Phor. 5. 8 ℣. ult. *Vel oculum exclude.*

Pseud. 2. 2. ℣. 10. *Intus, foras.*

Phor. 5. 6. ℣. 39 *Patruus intus egreditur foras.*

Varro *ἐπιταφίων.* *Donec foras nos intus evallaverunt.* Apud Non.

Pseud. 2. 2. ℣. 29. *Argento hic dies præstituta est, quam ad referret nobis, &c.*

Phor. 3 2 ℣. 38. *Tibi quidem est olim dies, quam ad dares huic, præstituta.*

Pseud. 3. 2. ℣. 1 & 2. *Forum coquinum qui vocant, stultè vocant; Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.*

Eun. 4. 7. ℣. 6. *Manipulus furum, coqui.*

Pseud. 3. 2. ℣. 33. *Vitam colat.*

Heaut. 1. 1. ℣ 84. *Dum ille vitam colet.*

Pseud. 4. 7 ℣. 50. *Accipe: hic sunt quinq; argenti lecta numerata mina.*

Phor. 1 2 ℣ 2. *Accipe, lectum est, conveniet numerus, quantum debui.*

Pseud. 4 7 ℣. 77 *Contumeliam si dices.*

Phor. 2 3. ℣. 29. *Contumelias dicere.*

Pseud 4. 7. ℣. 89 *Quid meret machæra.*

And 2. 1. ℣. 3. *Cùm is nihil promereat.*

Pseud. 5. 1. ℣ 9. *Interdius cum corollâ ebrium incedere.*

Adel. 5 9 ℣. 8. *Apparare de die convivium.*

Pseud. 5 1. ℣. 33 *Itaq; dum enitor pax! jam penè inquinavi pallium.*

Heaut. 4. 3. ℣. 39. *Argentum eripio pax!*

EX POENOLO.

POEN. Prol. ℣. 19. & 20. *Neu dissignator præter obambulet, ne sessum ducat, dum histrio in scenâ siet.*

Adel. 1. 2 ℣ 7. *Modò quid designavit.*

Pœn. Prol. ℣ 95. *Sui quæsti gratiâ.*

Hec. 5 3 ℣. 38. *Quæsti gratiâ.*

Pœn Prol. ℣. 101. *Vult hominem tangere.*

Eun. 3 1 ℣. 30. *Quomodo Rhodium tetigerim.*

Pœn. Prol ℣. 122 *De te didici.*

Eun. 2 2 ℣. 31. *Discere de me.*

Pœn. 1. 1. ℣ 19. *Si authoritatem defugeris.*

Digitized by Google

Eun. 2. 3 ỷ. ult. *Nunquam defugiam auctoritatem.*

Pœn. 1 1. ỷ. 64. *Oculos volo meos delectare mundiciis.*

& 5. 4. ỷ. 2 *Oculis dare epulas.*

Phor. 1 2 ỷ. 35 *Oculos pascere.*

Pœn 1 2. ỷ. 143 *Tàm tranquillam, quàm mare, cùm ibi alcedo pullos educit suos.*

Adel. 4. 1 ỷ. 18. *Tàm placidum, quàm ovem.*

Pœn. 1. 3 ỷ 34. *Oedipo est conjectore opus.*

And 1 2 ỷ 24 *Davus sum, non Oedipus.*

Pœn. 3 1 ỷ 20. *Servuli esse duco festinantem concurrere.*

Heaut. Prol ỷ 31 *Servo currenti in viâ.*

Pœn 3 2. ỷ. 20. *Agite inspicite aurum. CO. Est profectò, spectatores, Comicum.*

Phor. 4 4 ỷ. 3. *Meum argentum attuli.*

Pœn. 3 3 ỷ 31 *Capiti vestro istuc quidem.*

Phor 3 2. ỷ. 6. *Hei, metuo lenonem, ne quid suat capiti suo*

Pœn. 3. 5. ỷ 50. *Abi domum, & suspende te.*

And 1. 5 ỷ 20. *Abi citò, & suspende te.*

Pœn 3. 6. ỷ 5. *Cras subscribam homini dicam.*

Phor 1 2. ỷ 77. & 2. 2. ỷ. 15. & 4 3 ỷ. 61. *Scribam dicam.*

Pœn. 3. 6 ỷ 18. *Iras plumbeas gerere:*

Hec. 3 1 ỷ 30. *Iras gerunt.*

Pœn. 4 2 ỷ 18. *Verba facere emortuo.*

Phor. 5 9 ỷ. 26. *Verba fiunt mortuo.*

Pœn 4 2. ỷ 35 *At tu appone, & respice ad me.*

Heaut 1. 1. ỷ 46 *Istos rastros interea appone.*

Pœn. 5 2. ỷ. 142. *Manu liberali causa ambas asseras.*

Adel 2 1 ỷ 40. *Ego illam liberali assero caussa manu.*

Pœn 5 4 ỷ. 1. *Fuit opera pretium.*

And. 1. 3. ỷ. 13 *Operæ est pretium.*

Pœn. 5. 5 ỷ 47 *Bene factum.*

Eun. 4 4. ỷ 7 *O factum bene.*

EX PERSA.

PERS. 1. 1. ỷ. 4. *Cũ Antæo deluctari mavelim, quàm cum amore.*

Hec. 4 1. ỷ. 25. *Mavolo.*

Pers. 1. 3. ỷ. 10. *Lautum credo à balneis hic affuturum.*

Phor. 2. 2. ỷ 25. *Unctum atque lautum à balneis.*

Pers. 1 3 ỷ 57. *Tecum oro & quæso.*

Hec. 3 5. ỷ. 5. & 4. 4. ỷ. 64. *Quamobrem tecum orabam.*

Pers 1. 3. ỷ 62. *Quantum potest.*

Phor 5. 8 ỷ 3 *Quantum potest.*

Pers. 2 2 ỷ. 54. *Enim, urgentis, Initiale.*

Hec. 2 1 ỷ 41.

Pers 3 1. ỷ 31. *Meo modo istud potius fiet.*

And 1. 1. ỷ 126. *Sine nunc meo me vivere interea modo.*

Pers. 3. 1. ỷ. 54. *Necessitate me, mala ut fiam, facis.*

& 3 3. ỷ. 10. *Possum te facere, ut argentum accipias.*

Heaut 1. 1 ỷ 4. *Vel virtus tua me, vel vicinitas facit, ut, &c.*

Pers 4. 3 ỷ 66. *Tali ut in luto hæream.*

Phor 5. 2 ỷ. 15 *In eodem luto hæsitas.*

Pers 2. 3 ỷ. 70. *Gratiam habeo, sed te de aliis, quàm alios de te suaviust.*

Heaut. 1 2 ỷ. 35 *Hoc scitum'st, periclum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.*

Pers 4. 4. ỷ. 45 *Vide sis, ego ille doctus leno pœnè in foveam decidi, nisi hic adesses, quantum est adhibere hominem amicum, ubi quid geras.*

Eun. 4. 7. ỷ. 7. *Quanti est sapere, nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.*

Pers. 4 5. ỷ 8. *Exindè me illicò protinam dedi.*

Phor. 1. 4 ỷ. 13. *Me conjicerem protinam in pedes.*

Pers 4 7 ỷ. 16. *Ulcisci aliquem.*

Phor. 5. 8 ỷ. 95 *Est, ubi vos ulciscar probè.*

Pers. 5. 2. ỷ. 21. *Cor uritur mihi. To. Da illi cantharum, extingue ignem, si cor uritur, caput ne ardescat.*

Eun. 2. 2. ỷ. 43. *Uro hominem.*

EX RVDENTE.

RUD. 1 2. ỷ 60. *Proh Dij immortales, quid illic est hominum secundum littus?*

And. 4 4. ỷ. 6. *Quid illic hominum litigant?*

Rud. 1 5. ỷ 25 *Vitam colat.*

Heaut. 1 1 ỷ. 84. *Dum ille vitam illam colet.*

Rud. 2. 2. ỷ. 13. *Odium Deorum atq; hominum vocas senem.*

And.

And.5.4.℣.39.*Odium*, pro *odioso*.
Rud.2.3.℣.8.*Omnes sapientes conferre debet.*
Heaut.3.1.℣.64.*Conferunt consilia.*
Rud.3.1.℣.18. *Concludio in vincla bestiam nequissimam.*
Phor. 5. 1. ℣. 17. *Conclusam hic habeo uxorem savam.*
Rud.3.3.℣.29. *Aram hanc habete vobis.*
Heaut.5.2.℣.22. *Nec tu aram tibi pararis.*
Rud.4.4.℣.18.*Hinc facessas.*
Phor.4.3.℣.30.*Hinc facessat.*
Rud.4.4.℣.25. *Quomodo habeas, illud refert, jurenè an injuriâ.*
And.1.3.℣.9 *Quo jure quâq; injuriâ.*
Rud.4.4.℣.73.*En umquam.* ἄποτι.
Phor.2.3.℣.1 *En umquam.*
Rud.4.4.℣.74.*Ego tibi comminuam caput.*
Eun.4.7.℣.32 *Diminuam ego caput tuum.*
Rud.4.7.℣.5 *Quod ne ego inveni in mari.*
Phor.5.8.℣.30 *Quod nè ego perscripsi.*
Rud.5.2.℣.6 *Suo mihi hic sermone arrexit auris.*
And.5.1.℣.31.*Arrige aures.*
Rud.5.2.℣.22 *Dividuum talentum faciam.*
Adel.2.2.℣.33.*Dividuum face.*
Rud.5.3.℣.9 *Benè meherclè factum, cùm isthaec res tibi ex sententia pulchrè evenit: gaudeo.*
Phor.5.6.℣.ult. *Benè, ita me Dij ament, factum: & gaudeo.*
Rud.5.3.℣.12. *Mihi triobulum ob eam ne duis: Condono te.*
Phor.5.8.℣.54.*Argentum condonamus te.*

EX STICHO.

STICH.1.2.℣.14 *Decurso aetatis spatio.*
Adel.5.4.℣.6.*Excurso* (decurso) *spatio.*
Stich.1.2.℣.18. *Utrum ego perplexim lacessam oratione.*
Eun.5.1.℣.1. *Perplexè loqui.*
Stich.2.1.℣.66.*Foras vendere.*
Adel.5.8.℣.26 *Locitas foras.*
Stich.2.1.℣.112.*Miror, quid fiet: nisi ut visam.*
Eun.3.4.℣.10. *Nisi quicquid est, libet sciscitari.*
Stich.2.2.℣.49. & 4.2.℣.24. *Tua quod nihil refert, ne cures.*
Hec.5.3.℣.12.*Tua quod nihil refert, percontari desine.*
Stich.3.1.℣.28.*Symbolam dabo.*
And.1.1.℣.61. *Symbolum dedit.*
Stich.4.1.℣.59 *Facis benignè.*
Adel.5.4.℣.24.*Benignè facere*
Stich.4.1.℣.71.*Eccum tibi lupum in sermone.*
Adel.4.1.℣.21.*Lupus in fabula.*
Stich.5.1.℣.24.*Eum solent provisere.*
And.5.5.℣.1.*Proviso quid agat.*
Stich.5.4.℣.29.*Id nunc abest, aliud nihil abest.*
And.5.2.℣.7.*Id enimverò hinc nunc abest.*

EX TRINUMMO.

TRIN.Prol.℣.16. *Sed de argumento ne exspectetis fabulae; Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.*
Adelph.Prol.℣.22. *Dehinc ne exspectetis argumentum fabulae; Senes qui primi venient, ij partem aperient.*
Trin.1.2.℣.131.*Inscribit aedes venales.*
Heaut.1.1.℣.92 *Inscripsi aedes.*
Trin.2.1.℣.3. *Magister mihi exercitor animus hic est.*
And.1.1.℣.27.*Dum aetas, metus, magister prohibebant.*
Trin.2.2.℣.10. *Haec dies noctesq; tibi canto, ut caveas.*
Heaut.2.3.℣.19. *Qui harum mores cantabat mihi.*
Trin.2.4.℣.17. *Ratio apparet, argentum οἴχεται.*
Phor.2.1.℣.69. *Non ratio, verùm argentum deerat.*
Trin.2.4.℣.29.& 30.*Miseritum est.*
Phor.1.2.℣.49.& 3.2.℣.16.*Miseritum est.*
Trin.2.4.℣.189.*En umquam.*
Phor.2.3.℣.1 *En umquam.*
Trin.3.2.℣.74 *Qui vitam colas.*
Heaut.1.1.℣.84 *Dum ille vitam illam colet.*
Trin.3.2.℣.83 *Quid tibi interpellatio aut hûc in consilium accessio est?*
Eun.4.4.℣.4. *Quid hûc tibi reditio est?*
Trin.3.2.℣.92.*Restas solus?*
Heaut.5.3.℣.6.*Confidenter restas?*
Trin.3.3.℣.79.*Tace, ac bono animo es: me vide.*

Digitized by Google

Phor. 4 4 ỽ 93. *Me vide.*
Trin. 4 1. ỽ. 20. *Cum hisce arumnis luctavit.*
Hec 5 3 ỽ 31. *Dum luctat.*
Trin. 4 2. ỽ. 41. *Agedùm nomen tuum primum memora mihi.*
Adel 5 6 ỽ. 3. *Oh! Qui vocare?*
Trin. 4 3. ỽ 17 *Ita me Di amabunt.*
Hec. 1 2. ỽ 31. *Ita me Di amabunt.*
Trin 5. 2. ỽ. 10. *Enim.* Vrgentis, Initiale.
Hec. 2. 1 ỽ. 41.
Trin. 5. 2. ỽ 53. *Satisnè salve? dic mihi.*
Eun. 5. 6. ỽ 8 *Satisnè salvè?*

EX TRVCVLENTO.

Truc. 1. 2. ỽ 87. *Hoc maximum vitium est nobis: cùm amamus, tùm perimus.*
Hec. 1 2. ỽ. 37. *Et illud mihi maximum vitium est.*
Truc 2 1 ỽ. 1. *Odium*, pro, *odioso.*
And 5. 4. ỽ 39 *Odium.*
Truc 2. 1. ỽ. 6. *Magisq; adeò ei consiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius.*
And 2 1. ỽ. 22. *Consilij locum neq; auxilij copiam habeo.*
Truc. 2 2 ỽ. 5. *Duarum rerum creduis.*
Adel. 4 5. ỽ 61. *Nolim caeterarum.*
Truc. 2. 4. ỽ. 45. *Si quid peperissem, educerem, tollerem.*
And. 1. 3. ỽ. 13 & 3. 1 ỽ. 6. Heaut. 4. 1. ỽ. 14. *Tollere infantem*, pro, *Educare.*
Truc. 2 5. ỽ 9 *Alienos dolores mihi supposivi.*
Eun. 5. 3. ỽ. 3 *Qui hunc supposuit nobis.*
Truc 2 7. ỽ 7. *It se perditum.*
And. 1. 1 ỽ 107. *Te is perditum.*
Truc. 4 1. ỽ 3. *Di magni, ut ego laetus sum, & laetitiâ differor.*
Adel. 3. 4 ỽ. 40. *Differor doloribus.*
Truc 4. 3. ỽ. 75. *Vt aliam conditionem filio inveniat suo.*
Phor. 4. 1. ỽ. 13. *Conditio*, pro, *nuptijs.*
Truc. 4. 4. ỽ 1 *Nisi qui sapit in vino ad rem, &c.*
Heaut. 3. 3 ỽ. 7. *In vino*, h. e. Inter pocula & compotationes.
Truc. 4. 4. ỽ 32. *Verum est verbum, quod memoratur*
And. 2. 5 ỽ. 15. *Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet.*
Truc 5 1 ỽ. 10. *Puero cibum opus esse.*
Heaut 5. 1. ỽ. 20 *Aurum, ancillas opus esse.*

EX VIDVLARIA.

Plaut. Vidul. ỽ. 1. p. 851 *Nescio, qui servus, &c.*
And 5 2. ỽ. 14 *Nescio, qui senex.*

FINIS IMITATIONIS TERENTIANÆ.

IVSTVS

Digitized by Google

JUSTUS LIPSIUS ANDREÆ SCHOTTO.

OMITTE contumeliam. Terentius ut antistet Plauto? Ita censet, inquis, amicus meus vir doctus & gravis. Hoc malo, quam ut tu. sed quis ille tantus, cujus causâ Criticorum veterum judicia rescindantur? cui præ M. Varrone debeamus credere? Ait Plauti servile ingenium esse: Terenti liberale. Quid servile dicat; nescio. scio *Plautinā prosapiā* Sed quid hoc? probet ille ex tabulis Censoriis Afrum eum fuisse ingenuum. An quia Servos in Comœdiam inducit? scilicet non solet fieri! vellem tamen istius causâ paullò plures Lorarios. Ait plebeia & humilia ejus scripta. Samius iste Lucumo, quod laus est, vitium facit: nisi fortè novo præcepto docebit ille nos Tragœdiam humilem, Comœdiam altam esse debere. Quod cùm faciet, concedam etiam Tribunum plebei esse debere optimatem. Nam Comœdia cui scribitur, quàm plebi? Adeò ut, quamquam in communi consessu Patrum & Equitum, sæpius tamen summam caveam spectare Actor debeat quàm Orchestram. Ea causa, cur in Plauto pleraque ex moribus, ex verbis, ex jocis infimæ plebis. At Terentius in hoc genere æquabilior, & magis ut sic dixerim, unius fili. Fateor, sed usurpabo de eo vetus dictum, Terentius nihil peccat, nisi quod nō peccat. Hac æquabilitate censuram Cæsaris meruit.

Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.
Vnum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc vis & varietas in Plauto est. nunc ille adsurgit, nunc sub-

 mittit:

mittit: nunc protrita, nunc grandiora dicit: proponit vitia, & castigat: locos communes, τὰ ἠθικὰ καὶ πολιτικὰ admiscet. aliud quidem agens, sed quasi hoc unum agens. & hæc omnia tamquam sale venustissimis jocis adspergit. Quæ certè Terentius per somnium non cogitat, per jocum non tentat. Atqui sermone Terentius lectior est, purior, elegantior. & hoc jam commune doctorum judicium est, ut qui aliter sentiat, nihil sentiat. Mira res tamen. Credo Terentius Varro (& cùm nomen posui, satis est) de lingua Latina judicare non potuit. cujus proprietatem cum tot libris inquireret, homo ineptus non quater Terentium nominat: ille pistor Plautus omnes paginas implet. Quod magis mirêre, cùm dedita opera quod in Comicis singulis propriè emineret, judicare vellet, sic ait: Cæcilius in argumentis palmam poscit, in ethesin Terentius, in sermonibus Plautus. Et vides? propria Plauti laus sermo est, Varrone quidem judice. quem qui non audit, cur ego eum audiam? Quod aiunt in Lælio Ciceronis scribi, Terentij se verbis libenter uti. certè, sed quid tum? quasi ille ipse Cicero minus libenter utatur verba Plauti. Et tamen sciant hoc nō Ciceronem dicere, sed Lælium. Lælium, inquam, qui fabulas Terentii creditus est ipse composuisse: ne miremur suam suppellectilem paterfamilias si libenter utatur. Venio ad caput & quasi arcem comparationis. Obscæni in Plauto joci, mores molles & lascivi, Massilia digni vel Tarento: Terentius totus pudicus, castus, verecundus, & quem à sacris suis Vesta non arceat. Et herclè si moribus nostris Plautū defendo: sudabo, si moribus antiquis: rem factam habeo. Quærebant enim ista Patres, Equites, Plebs: prurientibus auribus ad Theatra conveniebant. & quæ in Mimis palàm fieri spectaverant, audire in Comœdiis volebant. Hæc res plausum, hæc palmam merebatur. Terentium ipsum verecundia àbstinuisse putant ab istis? imò natura. nec ille venustè dicere noluit, sed invita Venere non potuit. Et tamen misellum hac parte Plautum. ille unus premitur. Aristophanem nemo vexat, cujus Comœdiæ tot tam inverecundis jocis refertæ sunt, ut si Plautum componas, jures præ illo Vestalem Maximam fuisse. Idem diceremus si Afranius, si Pomponius, si Cæcilius, si Novius exstarent. Quod moribus nostris fœda hæc, illicita, intestabilia ajunt: scimus ista. sed tu audi me,

præter-

Digitized by Google

prætervehere iſta quaſi Sirenum ſcopulos, & aſpice, non lege. Livia viros nudos caſtæ fœminæ nihil differre à ſtatuis ajebat: tã molli libidine es, quẽ nudi aliquot joci abripiant? Corrũpunt tamen iſta adoleſcentes, inquiunt, & Camerarii exemplo tollẽda, eradenda ſunt. Minimè gentium, me quidem judice. Adoleſcentes hæc legunt, viri tantum intellegunt, ita obſcurè pleraq; illa turpicula ſcripta ſunt. Si igitur qui hæc capiunt, conſtantiori jam ætate ſunt quàm ut decipi poſſint: & qui decipi poſſunt, omnino nõ capiunt: cur ſcalpellum adhibeatur, & unius omniũ Latiniſſimi ſcriptoris membra violentur? Supereſt Horatij judicium. quod, obſecro, Horatij cauſa omittatur. Concludam. Terentium ipſum amo, admiror: ſed Plautum magis: uterque adoleſcentibus in ſinu, in manu, in oculis ſit: conferantur etiam, ſi placet, inter ſe, tantum alter ille ne præferatur. Magiſtellos iſtos, qui vulgò aliter ſentiunt, plorare jubeo, te amiciſſime Schotte valere.

Digitized by Google

NOTÆ CRITICÆ:

Sive;

EMENDATIONVM RATIONES, ET LECTIONVM VARIANTIÆ:

In Omnes

M. ACCI PLAVTI Sarsinatis Vmbri COMOEDIAS.

Ex solis Mss^tis Codd. Archi-Palatinæ Bibliothecæ religiosâ fide, ærumnabiliq; labore erutæ

Per

JOH. PHILIPPVM PAREVM.

Digitized by

NOTÆ CRITICÆ IN AMPHITRVONEM.

M. Accı] In Ms. Pal. pr. est: PLAUTI ASINII (Al. ASINI) *Poeta Clarissimi Amphitrio.* Neque aliter in tribus suis optimis Mss. cognominari contestatur V. Cl. *Karolus Langius.* Vide Dissertationem nostram de vitâ PLAUTI.

ARGUMENTUM. I.

In V. C. & Mss. Pall. sex: Argumentum hoc postponitur sequenti. Nos maluimus præmittere, ob Acrosticha, singulis Fabulis præfixa; non quidem ab ipso Plauto: sed ab alio quodam, non omninò imperito.

ỽ. 1. *Alcumenâs*] Sic solùm V. C. nam cæteri Pall. omnes uno ore: *Alcumene:* vel, *Alcumena* cum diphth. pr. *Alchumene.*

ỽ. 2. *ejus formam*] V. C. & Pall. sex: *formam ejus.* Sed alterum versus requirit: nisi scribatur: *formam in ejus conj.*

ỽ. 3. *Amphitruo*] V. C. ut & Pall. plæriq; passim: *Amphitrio.* interdum per *y*, *Amphyrio:* & *Amphitryo.* Quod heic semel adnotasse sufficiat.

Ibid. *cernit*] Ita Mss. Pall. tert. & sext. ut & ora pr. & qu. tamquam alterius lectionis. nam sextus: *certat.* quod & servat sec. & quint. Sed & V. C. retinet τ̀ *cernit:* ita tamen, ut quis suprà lineam appinxerit *de.* Deinde alius posteà addidit præpositionem: *dum decernit:* ob versum. In nullo verò legitur: *& decernit*

ỽ. 5. *frustrà hab.*] Ita V. C. & Mss. Pall. omnes. Alij: *flocco habent.* quod sanè præter libb. Mss. admittendum non censeo. Prætereà quoq; in omnibus libb. Mss. reperio: *servom ac dom.* non: *servom & domin.* eòq; Antiquitati hoc eorem illibatum servare volui.

ỽ. 6. *mœchis*] V. C. & Pall. sex. absq; diphth. *mechis.*

Ibid. *Blepharo*] Sic V. C. & Pall. quint. cæteri: *Blefaro*; nisi quod pr *Beffaro.*

ỽ. 8. *fit, non quit*] Ita V. C. & omnes Mss. Pall. Alij invertunt: *uter sit Amph. non quit dec.*

Ibid. *decernere*] Ita V. C. & Pall. omnes: excepto tertio. qui; *discernere.*

ỽ. 9. *Alcmena*] Hoc quidem versus postulat. at V. C. & Pall. omnes ubique, & hîc, & alibi ferè retinent: *Alcumena.*

ARGUMENTUM. II.

ỽ. 1. *Amphitruonis vorsus*] Sic invertit Ms. Fring. at V. C. & Pall. omnes: *vorsus Amphitrionis.*

Ibid *vorsus*] Ita Mss. Pall. tert. & sextus à manu primâ: nec non quintus à manu secundâ: itemque Mss. Langg. at V. C. & reliqui Pall. *versus.*

Ibid, *Iuppiter*] Ita ubique V. C. & Ms. Pall. quart. Alij enim omnes: *Iupiter*; simplici *p.* Mss. Langg. *Joppiter:* sicut V. C. Palatinus infrà Pseud. 1. 3. ỽ. 100.

ỽ. 2. *Teleboïs*] V. C. & Pall. quatt. *Theloboïs.* at pr & sec. *Thelebois.* nos perpetuò scribemus: *Teleb* idque rectum censemus, ob originationem Græcam: quam vide suprà hoc loco in Notis Neque aliter inveni in V. C. infrà Amph. 1. 1 ỽ 250. 261.

ỽ. 3. *cepit*] Sic V. C. at Pall. tert. & quintus

Digitized by Google

capit. In tertio quoq; discrimen significationis observatur inter *capit* & *cœpit*. Vide Prol. vers. 107. 108. *Is amare cœpit Alcumenam clam virum: Vsuramq; ejus corporis capit sibi.* Vbi tamen paulò aliter V. C. ut ibi indicabo.

℣. 5. *Alcumena*] V. C. & Pall. omnes: *Alcumena*.

℣. 6. *veri*] Ita solùm Ms. Pal. tert. & V. C. nam cæteri omnes Pall. *viri*.

℣. 7. *dolo*] Hæc dictio non extat in Mss. Pall. pr. sec. ubi legitur: *deluduntur m. i. m.* at V. C. ut & Pall. tert. quart. *delud. dol. in m. m.* quintus. del *delusmuum i* [illegible]

℣. 9. *missa*] Sic V. C. & Pall. sec. tert. quint. sext. at Pall. pr. & quart. *emissa*.

PROLOGUS.

℣. 1. *voltis*] Sic Mss. Pall. tert. quint. at V. C. & Pall. cæteri: *vultis*. Pal. tertius notat: *Lingua Vmbrorum vertit V in O: Hetrusci contrà A. in V.*

℣. 2. *latum*] Ita Mss. Pall. sex: nec non Antiquę Membranæ. Al. *latos* Al. *fœtum lucris Efficere* Vt enim Feneratoribus objicitur, contrà naturam esse, Nummum nummos párere: sic argutans Mercurius, ait Mercatoribus: *Etsi vir sum: tamen vultis me, converso naturæ ordine, vobis párere; & ex meo ventre lucra ponere.*

℣. 3. *Adficere*] Sic V. C. at Ms. Pal. tert. priùs habuit *Affice*; deinde superscriptum ab alio ad finem, *re*

℣. 4 *vostrorum*] Ita V. C. & Pall. præter quint. qui, *vestrum*.

℣. 5 *peregriq;*] Sic V. C. initio. posteà: *peregreq;*. & *peregri* remanet in quart. ac superponitur primo. a quinto verò abest copula *q;*.

℣. 6. *Bonoq;*] Ita V. C. & Pal. quart. à cæteris verò Pall. protsùs abest hæc dictio.

℣. 9. *Eaq;*] τὸ *que* exulat ab omnibus Mss. adeòque & V. C. proindè alio charactere exprimi debet: ad sustinendum duntaxat versum. τὸ *Me* verò in omnibus Mss. nostris reperi: quod alij temerè omittunt. Et V. C. *nunciem*: ac ℣. præced. *nuncijs*: per *c*. Aliàs per *t*. ut ℣. 12.

℣. 10. *communem*] Hæc dictio solùm conspicitur in V. C. & ad oram Pal. tert. cæteri omittunt.

℣. 11. *Nam vos*] Sic Ms. Pal. sext. hunc & seq. versum parenthesi includit. rectè sane.

℣. 12. *Ab Dis*] Ita initio V. C. posteà quis erasit τὸ *b*: & fecit *a* quomodo restat in Mss. Pall. pr. sec & sext *à Dijs*. at tert. *ab Dijs*.

Ibid. *nuntijs ut*] Sic V. C. & omnes pariter Mss. Pall. Alij: *ut nuntijs pr.*

℣. 13. *Adprobare*] Ita V. C. & omnes Pall. reliqui. Al. *appropare*: antiquè pro: *approperare*. Al. *adprosperare* Sed contrà auctoritatem Mss. Codd. nihil mutandum. De verbo *Adprosperare* vide Lex. Plaut.

Ibid *Adnitier*] Ita V. C. & Mss. Pall. tert. quart. sext. at quintus divisim *ad nitier*. Vndè aliqui fecerunt: *ac nitier*. cæteri Pall. *annitier*. Al. *adnuvero*.

℣. 14 *Suppetat*] V. C. *Subpetat*. at Pall. quinqs *superet*. pr. *supperet*. In Mss. Langg. & Sambucianec nec Frising. restat quoq; illud *superet*. Sic Virgil. lib. 1. Georg. ℣. 189 *Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur*. Nos sequimur vetustas Membranas.

℣. 16. *aqui*] V. C *equi*. & discetè: *Itaq;* ut & omnes Mss. Pall. Al. *Ita*

℣. 19. *Mercuri*] Sic Mss. Pall. quinq;, & V. C. quintus Pal *Mercurio*. Idem ad oram adnotavit. *Virgil. Cui nunc cognomen Iulo.* Additur; *& cui nomen Asylo: Romanum est.* In tertiò habetur: *Mercuri, Mercurius, & Mercurio possumus dicere.*

℣. 23. *vos se*] Ita V. C & Pall. Alij absque *se*. Alij etiam *sese*. Sed τὸ *se* non geminatur in Mss.

℣. 26. *quojus jussu huc*] Sic est in Mss. Pall quatuor: emendaturque in V. C. cùm eádem manu priùs fuisset: *hic*. abest tamen dictio ista Mss Pall. tert. & quint. destituebaturq; initio tert. voce: *ille*. Nota etiam; quòd in omnibus Mss. est, *huc jussu*. V. C. initio habuit: *hic jussu*: posteà; *huc jussu*. Nonnullis τὸ *huc* videtur delendum.

℣. 29. *sibi si pratimet*] Ita omnes Mss Pall. etiam V. C. nisi quòd Ms. Pal. quint. *pie timet*. Glossa Ms. Pal. tertij habet: *Pertimere est valdè timere: Pratimere est ante timere.* Al. *pertimet*. Sed alterum omninò retinendum.

℣. 30 *quoq; etiam*] Sic V. C. & omnes Mss. Pall. præter pr. a quo τὸ *etiam* abest, sic: *At ego quoq; qui*. In sec. itidem est: *At ego quoq; etiam*. Sed cæteri omnes: *Atque e. q. e.*

℣. 31. *Mei Patris*] Ita V. C. & omnes Mss. Pall. præter sext. qui: *mea matris*: & quart. *mei matris*.

℣. 32.

Digitized by Google

℣. 32. *Pace advenio*] Sic V. C. at Pal. quint. *Propt. pacem ad vos venio.* reliqui: *P. pace advenio*. Alij: *pacem advenio*: transpositâ præpositione *ad*. In Mss. tertio adpingitur: *id est; ad beneficium petendum*. & in sexto: *id est: venio ad*.

Ibid. *ad vos adfero*] Sic quidem legitur in omnibus exemplaribus scriptis. Sed malim: *ad vos fero*: aut sanè τὸ *s* elidi debet, sic: *ad vo' ad fero.* quomodo rectiùs ederetur.

℣. 33. *esse oratum*] Ita Mss. Pall. omnes, præter quart. & V. C. necnon Excerpta Membranacea Pall. ubi *oratum* Sed alterum servant reliqui omnes, & auctoritate optimorum Auctorum defendi solet

℣. 34. *ab justis*] Sic V. C. & Mss. Pall. omnes. Al. *N. jead justos f. o. d.*

℣. 36. *ab injustis*] Sic est in omnibus Mss. nostris. Alij sic: *justa abs injustis petere autem insip. e.* sed præter libb.

℣. 35. *impetrari*] Ita V. C. & Pal. sext. ut & Ms. Fruterij. Al. *impetrare*. quod cur Editores alij prætulerint tam robustæ auctoritati Membranarum, non video. In Mss. Frising. est: *Nam justa ab inj. impetrari n. e.*

℣. 37. *nulli iniqui*] Omnes Mss. Pall. uno ore retinent *illi*. at potior nobis visa auctoritas vetustissimi Codicis Pal. qui *nulli*: geminatâ *scil.* negatione: quæ fortior est ex usu Græcismi pariter ac Latinismi.

℣. 38. *Ad ea*] τὸ *ad ea* non reperi in V. C. Alij namque Mss. Cam. nulli fuêre, nisi unus V. C. integer: & alter Decurtatus. Proindè errant illi, qui plures Mss. Cam. allegant. In eodem V. C. est: *omne quæ loquar*: quæ quidem vox *omnis* exest cunctis alijs Mss. Pall. habentque pr. & sec. *H. a. ad ea.* tert. quart. sext. *a. ad ea q. loquar adv.* nam certè τὸ *omnis* videtur esse de glossâ.

℣. 39. *meruimus*] In V. C. suprà lin. additum est: *& meruimus*. at τὸ *&* nulli Mss. Pall. adgnoscunt.

℣. 41. *alios*] Sic V. C. & Pall. omnes. Al. *aliàs*. nescio quàm benè. quamvis additâ interrogatione hic & seq. versu sententia non parùm animari possit. Alij sic: *Nam quid ego memorem (ut alios in Tragœd. Vidi N. V. V. M. B. com. q. bona vobis fecissent) quis b. m. p.*

℣. 44. *Quis benefactis*] Sic reperi in omnibus Mss nostris

Ibid. *Architectus*] Sic V. C. & Pall. omnes: nisi quod sec. *architector*. quomodo etiam in scriptis Fruterij fuit: qui exindè formavit: *architecton*. τὸ *omnibus* in cunctis Chirographis servatur. non: *optumus*: quod alijs placet. Alij sic formatione latinâ: *architectò'st omnibus*.

℣. 45. *Deûm regnator*] Etsi versûs lex sic efflagitat: tamen septem Chirographi nostri habent: *Deorum*.

℣. 46. *Sed ille mos*] Ita constituendus versus. Sed aliter collocant Mss. Vetus Codex sic: *Sed mos numquam illi fuit Patri meo* quomodo & Mss. Pall. sex: nisi quòd quint. *numquam illi fuit meo Patri*. neq; aliter Mss. Langg. Ego sequutus sum Fruterianam emendationem. Al. *Nam mos illic numq.* pro *ille*. Alij *numquam*: pro: *numquam*: quod est: *nunquam, ἀρχαικῶς.*

℣. 47. *Faceret boni*] Ita V. C. at Pall. fermè omnes: *qua bonis faceret bona*. nam tertius ita correxit, uti edidi ex V. C. & ad oram habet: aliàs legi: *qua*: vel *quot*. Et quart. *Ut comprobaret, quod bonis faceret bona*. In Mss. Frising. itidem legi aiunt: *quot bonis faceret bona*. Al. *qua bonis faceret bona*.

℣. 48. *Gratum arbitratur*] Ita legitur in universis Mss. nostris Pal. tert. ad oram interpretatur: *id est; vos habere gratum sibi pro eo, quod vobis præstitit*. In sexto quoque additur: *Sententia talis est: Cùm vobis aliquid beneficium facit, aliud à vobis accipere videtur: quia ita grati estis.* Alij legunt: *Ratum*: vel; *Datum*: vel; *Gnatum*.

℣. 49 *qua facit*] Sic Mss. Pall. sex. at V. C. *facit*.

℣. 50. *Oratum huc v.*] Mss. Pal. sec. *oratam* At V. C. inter lineas: ab unâ eademque tamen manu: *Nunc quam ob rem oratum*

℣. 51. *Eloquar*] Ita omnes Mss. nostri: præter Pall. quint. qui: *prologuar*. non malè

℣. 55. *Comœdia*] Mss. Pall. pr. sec. *Comœdiam ut sit: omnibus etiam ijsdem versibus*. quod *versibus* etiam retinent Pall. pr. & tert. V. C. *Isdē.* at item suprà lin. *ibidem*. quomodo etiam Pal. quintus: qui habet *fiet*. non; *fit*.

℣. 56. *Utrum sit*] Ita V. C & Pall. omnes. Al. *fit*. In Mss. Pall pr. & sec. est: *at non voltis*.

℣. 60. *perpetuò*] Ita omnes Mss. nostri: nullus verò *perpetua*.

℣. 63. *Hanc*] Sic V. C. absque *hanc*. quod in nullo quoque Pall. reperitur Sed & τὸ *habet* exulat

Digitized by Google

cæpit. In tertio quoq; discrimen significationis observatur inter *cepit* & *cæpit*. Vide Prol. vers. 107. 108. *Is amare cæpit Alcumenam clam virum: Vsuramq; ejus corporis cepit sibi.* Vbi tamen paulò aliter V. C. ut ibi indicabo.

ỷ. 5. *Alcumena*] V. C. & Pall. omnes: *Alcumena*.

ỷ. 6. *veri*] Ita solùm Ms. Pal. tert. & V. C. nam cæteri omnes Pall. *viri*.

ỷ. 7. *dolo*] Hæc dictio non exstat in Mss. Pall. pr. sec. ubi legitur: *deluduntur in. i. m.* at V C. ut & Pall. tert. quart. *delud. dol. in m. m.* quintus. del *dolis mirum in modum*.

ỷ. 9. *missa*] Sic V. C. & Pall. sec. tert. quint. sext. at Pall. pr. & quart. *emissa*.

PROLOGUS.

ỷ. 1. *voltis*] Sic Mss. Pall. tert. quint. at V. C. & Pall. cæteri: *vultis*. Pal. tertius notat: *Lingua Vmbrorum vertit V in O: Hethrusci contrà A. in V.*

ỷ. 2. *latum*] Ita Mss. Pall. sex: nec non Antiquæ Membranæ. Al. *latos* Al. *fœtum lucris Efficere* Vt enim Feneratoribus objicitur, contrà naturam esse, Nummum nummos párere: sic argutans Mercurius, ait Mercatoribus: *Etsi vir sum: tamen vultis me, converso naturæ ordine, vobis párere; & ex meo ventre lucra ponere.*

ỷ. 3. *Adficere*] Sic V. C. at Ms. Pal. tert. priùs habuit *Affrice*; deinde superscriptum ab alio ad finem, *re*

ỷ. 4 *vostrorum*] Ita V. C. & Pall. præter quint. qui, *vestrum*.

ỷ. 5. *peregriq;*] Sic V. C. initio. posteà: *peregreq;* & *peregri* remanet in quart. ac superponitur primo. a quinto verò abest copula *q;*

ỷ. 6. *Bonoq;*] Ita V. C. & Pal. quart. à cæteris verò Pall. protsùs abest hæc dictio.

ỷ. 9. *Eaq;*] τὸ *que* exulat ab omnibus Mss. adeò que & V. C. proindè alio charactere exprimi debet: ad sustinendum duntaxat versum. τὸ *Me* verò in omnibus Mss. nostris reperi: quod alij temerè omittunt. Et V. C. *nunciem*: ac ỷ. præced. *nuncijs*: per *c*. Aliàs per *t*. ut ỷ. 12.

ỷ. 10. *communem*] Hæc dictio solùm conspicitur in V. C. & ad oram Pal. tert. cæteri omittunt.

ỷ. 11. *Nam vos*] Sic Ms. Pal. sext. hunc & seq. versum parenthesi includit. rectè sane.

ỷ. 12. *Ab Dis*] Ita initio V. C. posteà quis erasit τὸ *b*: & fecit *a* quomodo restat in Mss. Pall. pr. sec & sext *à Dijs*. at tert. *ab Dijs*.

Ibid. *nuntiis ut*] Sic V. C. & omnes pariter Mss. Pall. Alij: *ut nuntijs pr.*

ỷ. 13. *Adprobare*] Ita V. C. & omnes Pall. reliqui Al. *appropare*: antiquè pro: *approperare*. Al. *adprosperare* Sed contrà auctoritatem Mss. Codd. nihil mutandum. De verbo *Adprosperare* vide Lex. Plaut.

Ibid *adnitier*] Ita V. C. & Mss. Pall. tert. quart. sext. at quintus divisim *ad nitier*. Vndè aliqui fecerunt: *ac nitier*. cæteri Pall. *annitier*. Al. *adnavere*.

ỷ. 14 *Suppetat*] V. C. *Subpetat*. at Pall. quinq; *superet*. pr. *supperet*. In Mss. Langg. & Sambucianis necnon Frising. restat quoq; illud *superet*. Sic Virgil. lib. 1. Georg. ỷ. 189 *Si superant fœtus, pariter frumenta sequentur.* Nos sequimur vetustas Membranas.

ỷ. 16. *aqui*] V. C *equi*. & discretè: *Itaq;* ut & omnes Mss. Pall. Al. *Ita*

ỷ. 19. *Mercuri*] Sic Mss. Pall. quinq. & V. C. quintus Pal *Mercurio*. Idem ad oram adnotavit. *Virgil. Cui nunc cognomen Iulo.* Additur; *& cui nomen Asylo: Romanum est.* In tertiò habetur: *Mercuri, Mercurius, & Mercurio possumus dicere.*

ỷ. 23. *vos se*] Ita V. C & Pall. Alij absque *se*. Alij etiam *sese*. Sed τὸ *se* non geminatur in Mss.

ỷ. 26. *quojus jussu huc*] Sic est in Mss. Pall. quatuor: emendaturque in V. C. cùm eàdem manu priùs fuisset: *hic*. abest tamen dictio ista Mss. Pall. tert. & quint. destituebaturq; initio tert. voce: *ille*. Nota etiam; quòd in omnibus Mss. est, *huc jussu*. V. C. initio habuit: *hic jussu*: posteà; *huc jussu*. Nonnullis τὸ *huc* videtur delendum.

ỷ. 29. *sibi si prætimet*] Ita omnes Mss Pall. etiam V. C. nisi quòd Ms. Pal. quint. *pie timet*. Glossa Ms. Pal. tertij habet: *Pertimere est valdè timere: Prætimere est ante timere.* Al. *pertimet*. Sed alterum omninò retinendum.

ỷ. 30 *quoq; etiam*] Sic V. C. & omnes Mss. Pall. præter pr. a quo τὸ *etiam* abest, sic: *At ego quoq; qui*. In sec. itidem est: *At ego quoq; etiam*. Sed cæteri omnes: *Atque e. q. e.*

ỷ. 31. *Mei Patris*] Ita V. C, & omnes Mss. Pall. præter sext. qui: *mea matris*: & quart. *mei matris*.

ỷ. 32.

Digitized by Google

℣. 32. *Pace advenio*] Sic V. C. at Pal. quint. *Propt. pacem ad vos venio.* reliqui: *P. pace advenio.* Alij: *pacem advenio:* transpositâ præpositione *ad.* In Mss. tertio adpingitur: *id est; ad beneficium petendum.* & in sexto: *id est: venio ad.*

Ibid. *ad vos adfero*] Sic quidem legitur in omnibus exemplaribus scriptis. Sed malim: *ad vos fero:* aut sanè τὸ *s* elidi debet, sic: *ad vo' ad fero.* quomodo rectiùs ederetur.

℣. 33. *esse oratum*] Ita Mss. Pall. omnes, præter quart. & V. C. necnon Excerpta Membranacea Pall. ubi *oratum* Sed alterum servant reliqui omnes. & auctoritate optimorum Auctorum defendi solet.

℣. 34. *ab justis*] Sic V. C. & Mss. Pall. omnes. Al. *N. j. ad justos f. o. d.*

℣. 36. *ab injustis*] Sic est in omnibus Mss. nostris. Alij sic: *Iusta abs injustis petere ausem insip. e.* sed præter libb.

℣. 35. *impetrari*] Ita V. C. & Pal. sext. ut & Mss. Fruterij. Al. *impetrare.* quod cur Editores alij prætulerint tam robustæ auctoritati Membranarum, non video. In Mss. Frising. est: *Nam justa ab inj. impetrari n. e.*

℣. 37. *nulli iniqui*] Omnes Mss. Pall. uno ore retinent *illi.* at potior nobis visa auctoritas vetustissimi Codicis Pal. qui *nulli:* geminatâ scil. negatione: quæ fortior est ex usu Græcismi pariter ac Latinismi.

℣. 38. *Ad ea*] τὸ *ad ea* non reperi in V. C. Alij namque Mss. Cam. nulli sunt, nisi unus V. C. integer: & alter Decurtatus. Proindè errant illi, qui plures Mss. Cam. allegant. In eodem V. C. est: *omne que loquar:* quæ quidem vox *omnis* exest cunctis alijs Mss. Pall. habentque pr. & sec. *H. a. ad ea.* tert. quart. sext. *a. ad ea q. loquar adv.* nam certè τὸ *omnis* videtur esse de glossâ.

℣. 39. *meruimus*] In V. C. suprà lin. additum est: *& meruimus.* at τὸ *&* nulli Mss. Pall. adgnoscunt.

℣. 41. *alios*] Sic V. C. & Pall. omnes. Al. *aliàs.* nescio quàm benè. quamvis additâ interrogatione hic & seq. versu sententia non parùm animari possit. Alij sic: *Nam quid ego memorem (ut alios in Tragœd. Vidi N. V. V. M. B. com. q. bona vobis fecissent) quis b. m. p.*

℣. 44. *Quis benefactis*] Sic reperi in omnibus Mss. nostris.

Ibid. *Architectus*] Sic V. C. & Pall. omnes: nisi quod sec. *architector.* quomodo etiam in scriptis Fruterij fuit: qui exindè formavit: *architecton.* τὸ *omnibus* in cunctis Chirographis servatur. non: *optumus:* quod alijs placet. Alij sic formatione latinâ: *architecto'st omnibus.*

℣. 45. *Deûm regnator*] Etsi versûs lex sic efflagitat: tamen septem Chirographi nostri habent: *Deorum.*

℣. 46. *Sed ille mos*] Ita constituendus versus. Sed aliter collocant Mss. Vetus Codex sic: *Sed mos numquam illi fuit Patri meo.* quomodo & Mss. Pall. sex: nisi quòd quint. *numquam illi fuit meo Patri.* neq; aliter Mss. Langg. Ego sequutus sum Fruterianam emendationem. Al. *Nam mos illic numq.* pro *ille.* Alij *numquam:* pro: *numquame;* quod est: *nunquam,* ἀρχαϊκῶς.

ỷ.74. *roga*] Ita commodè divelluntur dictiones: quæ in V. C. & sex Pall. nec non Langg. scribuntur sic: *rogare roga*. Alij sic: *quidvis roga, rerogа*.

ỷ.75. *nunc*] Sic V. C. & Pall. omnes: præter quint. ubi: *Nun tibi*. Al. *Num*

ỷ.76. *mentem*] Ita quidem Ms. Pal. quint. at V. C. & Pall. quinq; *mente*. Recepi alteram, quia Plautus suprà, & aliàs sæpè sic jungere amat *τὸ In*. Vide Lex. Plaut.

ỷ.77. *advenientem*] Sic V. C. & Pall. *Quin si salus*. at V. C. absque *si*. Al. *venientem*, contrà libb. Mss.

ỷ.77. *antidhac*] V. C. initio habuit; *antehac*: posteà Recensor interposuit. *id*. ut fieret: *anteidhac*. omnes verò Mss. Pall. *antehac*.

ỷ.79. *domi*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *modò*. Talem pruritũ non amo, qui saniem scalpendo inducit.

ỷ.80. *equidem*] Sic V. C. sed à manu Recensoris: anteà: *quidem*, quod servant Pall. sex.

ỷ.80. *hic*] *τὸ hic* abest à V. C. & Pall. omnibus.

ỷ.82. *tetuli*] Sic V. C. Pal. quart. *retuli*. Alij Pall. *detuli*.

ỷ.83. *tun*.] V. C. *TuN*.

ỷ.85. *Quid*] Sic V. C. & omnes Pall. non: *Qui*. *τὸ d* hiatum impedit.

ỷ.86. *quæso*] V. C. *queso*.

ỷ.87. *magnum*] Sic Mss. Pall. quatt. at pr. inversè: *mal. m*. ut & V. C. Pal. sec. *malum annum*.

ỷ.88. *omen*] V. C. *ob istuc ame nomin*. undè Pall.

ob istuc à me nominator n. pt. *amens.* sed posteà id mutatum.

℣ 89. *pragnati*] Sic clarè V. C. Pall. *pregnanti.* sec. tamen etiam *pragnati.* rectè, & ex veteri scribendi consuetudine: quam malè neglexerunt alij Editores. Dehinc τὸ *&* geminatur in V. C. at Pall. sex omiserunt alterum *&*.

℣. 93. *bili*] Ita V. C. & omnes Pall. atque anteà: *bili,* omnes Codd. non: *bile.*

℣. 100. *profectus*] Sic V. C. & Pall. sex. at Mss. Langg. *profecutus.* quod vix locum habere potest.

℣. 101. *id est*] Ita V. C. & cuncti Pall. Alij malè omiserunt τὸ *id.* Quidam legunt: *quid? hem!*

℣. 102. *Nihil*] Hunc versum ex sententiâ Nonij Marcelli aliqui hic immittendum censent. Atqui in nullo Mss. Pall. adeòque nec V. C. illum offendi, nisi in Edd. Argentinensi, & Brixianâ. Igitur addidi, sed alieno charactere.

℣. 103. *de hac*] Ita collocant verba V. C. & omnes Pall. Alij: *N. q. h. d. h. re.*

℣. 104. *Abisti*] Sic V. C. & Pall. non: *abivisti.*

℣. 105. *Commeminit*] Ita Recensor V. C. ubi priùs erat; *comminit.* quod & fuit in Pall. pr. & tert. remanetque in quart. at sec. *ut communit.* alij: *commeminit.* Quæ lectio Codd. proba est. Novitij Critici: *ut connivit f.* h. e. quod somniavit, dum conniveret. Alij: *ut connivet f.* sed præter libb. auctoritatem.

℣. 107. *ture*] V. C. per *t* non *th.*

℣. 108. *si curaveris*] Ita V. C. antiquè. V pro B. Neque aliter Pall. sex. non igitur mutandum in: *nisi cur.* vel; *Tuo istuc crede erit, nisi cur.*

℣. 111. *illi*] Sic apertè V. C. nam Pall. quinque: *illud ut f.* pr. sec. *illud pr.* absque: *ut fuerit.* vulgò: *illic ut f.*

℣ 112. *qui*] Certè ita est in V. C. at Pall. *qua.* alterum præferendum censeo, non sine exemplis.

℣. 114. *istuc*] Sic V. C. & Pall. quart. ac sext. Alij: *istac.* & paulò pòst: *illic,* servant omnes Mss. non: *istuc.*

℣. 115. *hac*] Ita V. C. & aliquot Pall sec. *hoc* quint. à me n. *hoc.* In ijsdem duobus Pall. est, *Audistin.* V. C. *AudivistiN.*

℣ 115. *Audivistin*] Sic V. C. & ijdem Pall. *Audistin.*

℣. 120. *quòm*] Sic V. C. at Pall. pr. sec. *quando id me int.* reliqui: *quoniam.*

℣. 121. *conspicio*] V. C. per *t.*

℣. 122. *quin*] Sic Pall. quinq;. tert. *quid n.* V. C. *qui n.* Alij: *Qui.* ut Pseud. 1. 2. ℣. 22.

℣. 122. *Ego*] Hæc ista primulùm deprompta sunt ex V. C. ad cujus marginem adpicta leguntur à recentiore manu. In Pall. verò sex eorum nec vola, nec vestigium apparet: eoq; diversis litteris exprimenda curavi.

℣. 123. *mihi*] V. C. *michi.*

℣. 126. *Nego*] Sic V. C. & Pall sex. itemque Mss. Langg. Frising. non: *Ego enim v.*

℣. 128. *illi*] Ita V. C. & ut suprà ℣. 111. *n. illic.* sicut est in Pall.

℣. 132. *demiror*] Sic sunt vestigia V. C. *dem'rnor.* Pall. *admiror.*

℣. 137. *Tute*] τὸ *te* paragog. non est in V. C. nec cæteris Pall. fortè delituit in primore syllabâ: *Thess.*

℣. 137. *pateram*] Sic V. C. & Mss. Pall. non: *pat. intus.* Vide Lex. *ἐφ' ὶ.* *intus-patera.*

℣. 139 *mira*] Sic V. C. & Pall. Al. τὸ *mira* omittunt.

℣. 140. *credis*] Ita V. C. & Pall. non: *id credis.*

℣. 141. *Inspice*] Sic disting Pall. pr. quart. quint. sext. Alij absq; interrogatione. Pall. quint. & sext. *Rectè ita est obs.* V. C. nihil distinguit.

℣. 143. *certita*] Ita V. C. at Pall. sex. unicâ dictione: *procerritam.*

℣. 143. *facto*] Sic ferè V. C & Pall. sex. nisi quòd V. C. *qui.* & sec & pr. qm̃. h. e. *quoniam facto.* in pr. quis addidit, *quid.* Novitij Critici: *quin ferto.* h. e. libo. Vide Lex. Plaut.

℣. 144. *opust*] Ita V. C. at Pall. *opus est.* non: *e. o.*

℣. 145. *Hem*] V. C. *Em.* Et hæc distinctio ferè est ab omnibus Mss Pall. nostris. Novitij perperam distinxerunt, hoc tribuentes THESS.

℣. 145. *cedo*] Sic solùm V. C nam Pall. pr. sec. sext. *credo m.* Alij: *crede*

℣. 146. *Infitiare*] Sic V. C. per *t.* Al. per *c.* & *illi.* non: *illic.* quod est in Pall.

℣ 148. *Ea*] Sic V. C. & Pall non: *est ea.*

℣. 149. *multo*] Sic Mss. Pall. at V. C. *multo mulier max. e.*

℣. 151. *Recte*] Ita distinguit disertè Pal. tert. Alij paulò aliter.

℣. 153. *omnis*] Sic V. C. non: *omnes.*

℣. 154. *signi*] Ita Pall. quart. quint. sext. & à manu secundâ tert. qui anteà: *si signi.* quomodo Pall. pr. sec. quod natum indè, quòd littera una delituerit sub litterâ principe sequentis dictionis. V. C. *vides si signi.*

℣. 155. *confer*] Ita V. C. & Pall. sex vulgò: *transferas.*

℣. 157.

Digitized by Google

℣. 157. *qua*] Sic V. C. & Pall. Al. *quoi.* h. e. à quo.
Ibid. *mihi*] Ita V. C. & Pall. non: *mi.*
℣. 158. *pro Juppiter*] Sic V. C. & Pall. quart. nam alij quinque: *Juppiter Jupp.*
℣. 160. *verust*] Ita sanè V. C. Alij Pall. *verum est.*
Ibid. *nisi*] Sic V. C. & Pall. non: *ni.*
℣. 164 *rursùm*] Ita V. C. & Pall. non: *rursus.*
℣. 167. *et osen'.*] Quadriga harum dictionem abest à Pall. pr. sec. non item V. C. tert. *osc. tulit ibi.*
℣. 168. *illuc*] Sic V. C. Pall. pr. sec. sext. Alij: *illud.*
Ibid. *pergam*] Sic V. C. & Pall. non: *perge.*
℣. 168. *postquam*] Sic V. C. & Pall. non: *posteaq.*
℣. 172. *Hei*] V. C. *Ei.* ut & Pall. quart. cæteri: *Hei.*
℣. 173 *dicat*] Ita V. C. sed à manu Recensoris anteà: *dicit.*
℣. 174. *ablmus*] Sic V. C. & Pall. non: *abijmus.* tert. & quart. *cubatum.* non: *cubitum.*
℣. 177. *quid jam*] Sic V. C. & Pall. non: *Qui jam.*
℣. 179. *ted audio*] τὸ *d* in nullo Mss. nostrorum visitur.
℣. 180. *Vir ego*] Sic V. C. at Pall. pr. sec. *Ego vir tu-us sum.* A. *vix e. t. s.*
Ibid. *falsò*] Ita V. C. at Pall. sex. *app. falso nom.* nō geminatâ istâ dictione. Alij Novitij malint: *falsa falso n.* h. e. mendaciloqua, imagine veri decepta, atque à rectâ ratione evagans.
℣. 181. *hic jam*] Sic V. C. & Pall. pr. sec. quart. sext. nec non à primâ manu tertius. nam superpositum est: *hic jam.* quomodo & quintus servat. Alij Critici fecerant: *vira.* sed præter libb. hoc sensu: Alcumena ex uxore facta est mulier. Vide Lex. *Vira.* & *Mulier.* Vide etiam Trin. 4. 2. ℣. 59.
℣. 182. *qua ist.*] V. C. & Pall. sex. non: *quam istac.*
℣. 183. *queris*] V. C. *queris.*
℣. 185. *Tun' mecum*] Ita V. C. & Pall. quinque. nam quint. *Tu mecum.*
Ibid. *audacius*] V. C *audac.* pet t.
℣. 188. *at capere*] τὸ *at* abest ab omnibus septem Mss. & V. C. *n. potest cap.*
℣. 190. *cenavi*] Sic V. C. reliqui Mss. *cænavi.*
℣. 191. *mihi*] Hi tres versus absunt à V. C. & sex. Mss. Pall. Nolui tamen planè abijcere: quia ab omni turbâ Novitiorum Criticorum ex Nonio Marcello huc adsuti sunt. Tertius manifestò est Affranij apud Marcellum.
℣. 195. *nisi si quisp.*] V. C. & Pall. tert. quint. sext. addunt: *nisi si quisp.* Alij *si* non habent: quod & noster Typographus omisit, magnis meis ingratijs.
℣. 198. *nimis*] Sic V. C. & Pall. omnes, præter pr. sec. quint. *qui nimium m. est.* Novitij: *Mirum est minus.* vel: *mirum nimi'st.* quod rectum est, & cum Mss. lectione consentit.
℣. 199. *certè*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *certò.* aut: *cæterò* Novitij personam AMPH. versui isti & seq. præponunt. Totus autem versus abest à Mss. Langg. V. C. etiam *istoc* habet.
℣. 203. *mihi*] Sic V. C. & Pall. non: *mi.*
℣. 205. *necquiq.*] Sic V. C. Alij: *nequicquam.*
℣. 207. *prosè*] Ita etiam junctim scribitur in V. C. non: *pro se*: ut in Pall. visitur.
℣. 208 *probus*] Retineo lectionem V. C. Pall. pr. & sec. & tert. quart. quint. sext. *verbis probus.* absque *in verb.* quod aliqui addunt de suo: & legunt: *ut te ve. b. p.* Al. *tui verbis probas es.*
℣. 210. *Pudicitiam*] V. C. *pudicic.*
℣. 212 *ut mun.*] τὸ *ut* abest à Pall. pr. quint. sext. V. C. *atq; ut munificas in b.*
℣. 213. *Ne ista*] V. C. *Ne.*
℣. 414. *delinitus*] Sic V. C. ex correctione Recensoris: antè: *deliratus sum.* quod restat in Pall. omnibus
℣. 216. *homines*] Sic V. C. & Pall. non: *omnes.*
℣. 217. *istanc*] Ita V. C. ex emendatione. anteà: *istam*: quod restat in Pall.
℣. 221. *quid tibi aq.*] Sic V. C. & Pall. sex. Alij: *quid te ibi aq.*
℣. 224. *abducam*] Sic V. C. & Pal. sext. at quart. quint. *adducam* reliqui omnes: *ducam.*
℣ 226. *mei similis*] V. C *me is similis s.* fortè: *mis similis s.*
℣. 228. *conlibitum*] V C. *conlitum.* quod restat quoque in Pall. pr. & sec.

ACTUS TERTII
SCENA I.

℣. 1. *cui est*] Sic V. C. at Pall. sex. *cujus est.*
℣. 2. *fit*] Ita V. C. & Pal. sex. non: *sit.* quod tamen restat in cæteris Pall.
℣. 3. *cenaculo*] Ita V. C. & Pall. sex. nec non Editio prima Veneta. alij Novitij: *cœnaculo:* è linguâ Sabinorum. sed Vmber fuit Accius noster, non Sabinus.

ỷ.5. *quòm ext.*] V. C. *quo ext.* Sic etiam Pall. quart. quint. sext. nam pr. sec. tert. *quo exemplo.*

ỷ.8. *incoatum*] Sic V. C. non: *inchoat.* & Comed.

ỷ.12. *si ad Alc.* Ita V. C. & Pall. sex. Alij: *Id Alc. si innoc. huic exp.* at τὸ *huic*: nusquam in Mss. nostris apparet.

ỷ.15. *iniciam*] V. C. ex mendo: *initium.* Pal. pr. *initiam* reliqui Pall. *iniciam.* at τὸ *hic* ab omnibus exular.

ỷ.18. *fetu*] Sic V. C. & Pall. non per æ.

ỷ.21. *imperare*] Ita V. C. Pall. sex. ut & Mss. Laugg. non: *imperarem.*

ACTUS TERTII

SCENA II.

ỷ. 3. *infecta*] Mss. nostri hic variant. V. C. *f. infectare est at cl.* Pall. pr. & quint. *infecta ve acclamitat:* sec. *infecta ve acclamitat.* tert. *in tecta ve accl.* quart. *infecta re accl.* sext. *infectane accl.* Mss. Langg. *infecta restat, clam.* Latet aliquid ὕπουλον, quod non eruo.

ỷ.5. *atq; id me*] V. C. *adq;*.

ỷ.6. *faciam*] V. C. *fat.* & posteà: *satisfat.*

ỷ.8. *ille*] τὸ *ille* est in V. C. & Pall. sex. eòque malè à Recentioribus omissum.

ỷ.10. *mihi*] Sic V. C. & Pall. omnes.

ỷ.11. *ad sese*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *ad se stud.*

ỷ.12. *factum id*] Sic quoque V. C. & Pall. non: *id f.*

ỷ.16. *eccom*] Ita V. C. & omnes pariter Mss. Pall. absque *istum.* vel; *illum.*

ỷ.18. *quò ted*] Ita V. C. & omnes Pall. non: *quonam.*

ỷ.18. *obtuerier*] V. C. *opt.*

ỷ.29. *Heia*] Sic V. C. non: *Eia.*

ỷ.21. *dici*] V. C. *diti in simil.*

ỷ.22. *nimis*] Ita V. C. & Pall. non: *Nimi' v.* nam τὸ *es* exprimitur in omnibus Mss.

Ibid. *potin'es*] Ita tota cohors meorum Codd. Malè igitur omittitur τὸ *es.*

ỷ.24. *arbitrere*] Ita V. C. & Pall. præter pr. & sec. ubi: *arbitrare & prædicas.*

ỷ.25. *cum eâ*] V. C. & Pal. quart. *cum fatu.* ob adfinitatem litterarum; quæ est inter F. & E. indeque Pall. pr. sec. *confatu.* tert. *cum fatus.* quint. *confecto.* sext. *cum fatua.* Vides fontem errorum.

Ibid. *Joco*] Iterùm notetur V. C. Palat. ex scriptum ex Apographo, Romanis litteris majusculis scripto. Nam ibidem quoque est: *nec loco.* *L* pro: *I.*

ỷ.26. *nisi si sis*] Ita V. C. at Pall. absque *si.* ut & seq. versu, *ego* est in omnibus Chirographis nostris. Malè igitur Novitij Editores ista neglexerunt.

ỷ.27. *neq; ego*] V. C. τὸ *ego* habet.

ỷ.28. *me*] Sic liquidò V. C. & universi Pall. Alij de suo addiderunt, *uti me de hoc purg.*

ỷ.30. *audivi*] Ita Pall. sex. at V. C. *audivit te esse.* fortè: *audivi id te esse.* h. e. propter id. sed nihil discedo à Pall. meis.

ỷ.31. *dixisti*] V. C. *cur di dixisti.* Sed Recensor aliquis lineolâ subduxit τὸ *di.* fortè: *cur id d.*

ỷ.33. *sum*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *animũ sum.* vel; *fui animum.*

ỷ.36. *vel id*] Miror valdè, cur Magnus Vir affirmet, V. C. liquidò scribere: *Vel id rogo.* Quod Novitij Editores iterùm produxerunt. At ego testor fidelissimam meam αὐτοψίαν in V. C. liquidò sic, & non aliter scribi: *Ridiculi causâ vel hunc rogato Sosiam:* absque *id.*

ỷ.41. *illum*] Ita V. C. *scil.* jocum. non: *illud.* quod tamen restat in omnibus Pall. à primâ manu, præter quàm tertio & quarto, qui ántea habuerunt: *illum.*

ỷ.45 *abstines*] Sic V. C. & omnes Mss. Pall. non: *abstineo q. d.* vita mea criminationes tuas refutat, & quando à factis impudicis procul absũ, abesse pariter à dictis volo.

ỷ.48. *ire comites*] Sic est in V. C. & Pall. Alij omittunt τὸ *ire.* malè.

Ibid. *sanan'es*] V. C. *sannan es.*

Ibid. *si non jubes*] Ita Chirographi nostri cuncti. Alè Mss. Langg. *Juben' mihi comites? Jup. sanan'es? Al. Sin; ibo ego Mecum com.* Sed retinendum, quod est in totâ cohorte Palatinorum libb.

ỷ.54. *Ah! propit.*] V. C. *Appicius.* Pall. pr. sec. tert. quint. *Ha! propit.* non malè.

ỷ.58. *rursum*] Ita V. C. & Pall. non: *rursus.*

ỷ.69. *si qua eveniunt hujusmodi inter eos;*] Hæc est distinctio Mss. Pall. pr. & quart. Quam quidem Typographus noster exprimere quoque debuit, sed præ incuriâ neglexit. In V. C nulla omninò est distinctio.

ỷ. 64

Digitized by Google

ỷ.64. *si iisdem*] Ita V. C. & Pal. pr. ac sext. Alij: *si ysde n.* vel *si idem p.* At verò *iidem* itidem nominandi casu positum est. Pòst *eadem*, quidam distinguunt perperam.

ỷ.71. *arcessat*] Sic V. C. & Pall. non: *accersat.*

ỷ.71. *dolo*] τὸ *dolis* nulli Chirographi nostri adgnoscunt. In V. C. videtur tamen vacare aliquid pòst: *ludificabitur*....

ỷ.73. *quid solus*] Ita V. C. & Pall. non: *qui.*

ACTVS TERTII
SCENA III.

ỷ.2. *quæso*] τὸ *quæso* in nullo Mss. Pall. adeóque nec V. C. apparet: sed est novitium additamentum.

ỷ.4. *sese*] Ita est in omnib. libb. Alij *frugi se instit.*

ỷ.5. *ipse item sit*] Ita Pall. sex. at V. C. *item ipse s.*

Ibid. *è voltu*] Ita V. C. non: *ex.*

ỷ.6. *si Eri sint*] Ita in V. C. est, at Pal. pr. *Tristis sit. tristes si fuerint.* tert. *tristis sit.* quart. quint. sext *tristis sit. fuerint si tristes.*

ỷ.8. *me dix.*] Ita V. C. & Pall. tert. quart. quint. sext. nam pr. non habet τὸ *me.* sec. verò: *hoc jam dix.* absque *dudùm.* Alij: *dixe* malint.

ỷ.13. *Blephar.*] V. C. *Blefar.*

ỷ.14. *censebis*] V. C. initio habuit: *censen.* posteà manus Recensoris correxit: *sensebis.*

ỷ.15. *quibus*] V. C. *quibus opus.* Pall. sex. *q. opus est.*

ỷ.16. *potest*] Sic fuit initio in V. C. posteà erasum τὸ *t.* Vndè & Pall. omnes retinent: *potes*

ỷ.17. *venis*] Sic V. C. at Pall. sex. *veni.* & V. C. *more.*

ỷ.18. *Quando istæc*] Hic versus abest à V. C. & omnibus Pall. citatus à Nonio. Reperitur quoq; in Edit. A d. & Brix.

ỷ.22. *huc*] Ita est in V. C. & sex. Pall. non: *fac huc.*

ỷ.23. *tametsi*] Sic V. C. & omnes prorsus Pall. At Lambinus testatur in Mss. suis reperiri: *tamen etsi.* Cujus fidei nihil derogo.

Ibid. *præses*] Ita est in V. C. ut alibi, *prægnas.* &c. at Pall. sex: *præsens.*

ỷ.24. *Jam*] τὸ *jam* non visitur in V. C. aut Pall. sex. Nonnulli *jam huc adv.* sed neque τὸ *huc* est in Mss. libb.

ỷ.25. *commentus*] V. C. *fac cum mentus.*

ỷ.26. *deludi*] V. C. *volo deludi illum edum h. us.*

ỷ.27. *nunc*] Sic V. C. at Pall. quinque non habent τὸ *nunc* etiam Pal. tert. qui tamen priùs habuit: *uxorem nunc mihi.*

ỷ.28. *me velle*] Sic V. C. & Pall. non: *me v.* ut & seq. versu contrà omnes libb. Alij: *mihi cum f.*

ỷ.29. *mihi quòm*] V. C. *cum mihi sacr.*

ACTVS TERTII
SCENA IV.

ỷ.2. *nunc*] τὸ *nunc* in nullo Chirographo invenio; adeòque nec V. C. quod falsò alij affirmarunt. quart. initio habuit: *fuit.* posteà: *fuat.* & additum suprà lin. *fit.* sext. *fuerat.* sunt qui legant: *Nec quisquam tanto ausû fuat homo.* Sed contrà libb. ingenij vis parùm promovet.

ỷ.5. *aut*] τὸ *aut* itidem aversantur omnes Codd. nostri.

Ibid. *irati*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *ingrati.*

ỷ.7. *mihi magis*] Sic V. C. & omnes Pall. non: *mi.*

ỷ.9. *ego*] V. C. *ego ago: &, subparatasitor.*

ỷ.13. *fiat*] V. C. *flat. L.* pro *I.* antiquè.

ỷ.15. *deludetur*] Sic uno consensu omnes Mss. non: *deludatur.*

ỷ.16. *mihi*] Sic V. C. & Pall. non: *mi.*

ỷ.17. *escendero*] Sic V. C. at Pall. sex. *adscendero.* Sed alterum Plautinum est.

Ibid. *cispellam*] V. C. *scis pellam.* Pall. quart. & quint. à primâ manu: *opt. cisp. v.* à secundâ verò pr. & cæteri omnes: *expellam.* τὸ *sic* verò nusquam apparet. Frustrà igitur sunt, qui legunt: *sic cispellam virum De super.* contrà omnes libb.

ỷ.18. *De supero*] Sic distingu. Pall. sext. & quint. at quart. *virum desupero q. h.* Alij: *virum. De sup. t. huc accesserit f.* In V. C. nulla est inter punctio.

ỷ.20. *id meâ*] τὸ *id* abest à V. C. & omnibus Pall. pr. *quid est mea.* & sic tert. ponitur que in quarto ut interpretamentum.

ỷ.21. *servire*] Sic V. C. & Pall. non: *adservire.*

ỷ.24. *potiùs*] Ita conjuratim omnes septem Chirographi Pall. alij Novitij, *potis.* Alij: *potum.*

ỷ.25. *susum*] Sic V. C. at Pall. *sursum.* & V. C. *Deinde.* non: *Dein.*

ACTVS TERTII
SCENA I.

ỷ.1. *Naucrat.*] V. C. *Naugrat.* antiquè G pro C.

ỷ.3. *Gymnasia*] V. C. *gimn. & mir.* τὸ *&* malè omis-

omissum est à Typographo meo: certè quidem contrà mentem meam: tametsi nec in vulgatis appareat. Est enim in omnibus omninò Mss. libb.

ỷ. 4. *atq; in pal.*] τὸ *atq;* abest à V. C. & Pall. sex. Vide Agell. lib. 7. cap. 3.

ỷ. 7. *domum ibo*] Ita V. C. & Pall. omnes. non: *ibo domum.*

ỷ. 9. *quest*] V. C *quest.*

ỷ. 10. *Eugepa!*] Ita planè V. C. in quo tamen tres sequentes dictiones huic versui adnectuntur. Pall. *Euge par. h. f.* Alij licentiosè: *Euge hoc f. par. atque. &c; f. foreis. Heus vos Aperite. &c.*

ỷ. 12. *Aperite*] Hæ duæ dictiones in V. C. adduntur præcedenti versui.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

ỷ. 1. *ego sum*] Sic V. C. & Pall. nisi quòd ijdem secundum versum ordiantur ab: *Tibi Jup.* sicuti edidimus.

ỷ. 6. *panè*] V. C *pene effregistis.* ut & statim: *publicius* sed rectè habent Codd. Pall. reliqui.

ỷ. 8. *tu es h.*] Sic V. C. & Pall. non: *es tu.*

ỷ. 11. *in adulescentiam*] Ita V. C. qui eidem versui adnectit prætereà: *AM. quidam.* Pall. *in adulescentiâ.* sed alteri sua venustas non deest. Vide Lex. Plaut. *In.*

ỷ. 12. *senecta*] Ita Mss. omnes pariter. non: *senectâ in at.*

ỷ. 13. *Quæso*] Hic versus totus spurius est, nescio à quibus in hunc locum accensitus.

ỷ. 15. *infortunia*] Pòst hæc in V. C. & Pall. omnibus continuò scribitur, absq; ullo interstitio: *Vos inter vos partite.* At plúscula deesse, sagax nasus facilè odoretur. Intereà hiatum cum Volgo sic supplendum curavimus: sed diverso charactere.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

Aliqui hanc Scenam cum superiori conjungunt ex vulgatis Editionibus.

ỷ. 1. *partite*] Ita V. C. At Pall. sex. *Vos inter vos partite.* sed mendosè, uti puto. alterum enim probum est, meo animo.

ỷ. 4. *opu'st*] Ita ex Pall. sex. scripsi. nam V. C. *quid opus.* at ex eodem retinui: *quin.* quod etiam in Mss. Langg. reperitur. Pal. *qui.* Al. *quine*: ut τὸ *ne* sit παρέλκον. Vide Lex. Plaut.

ỷ. 5. *Qui nequeo*] Hunc Versum, qui hactenus inter Fragmenta oberravit, huc quidam transtulerunt: sed præter auctoritatem Mss. nostrorum.

ỷ. 7. *omnes*] τὸ *omnes* abest ab omnibus Chirographis. Alij *Quid ego.* Sicut est in Pall. quint. & sext.

ỷ. 8. *ludificaVit*] Ita est in V. C. antiquè. *V* pro *B.* Alij: *ludificaverit.* malè. Pall. sex. *ludificabit.*

ỷ. 9. *est eloq.*] τὸ *est* habet V. C. & Pall. sex. malè igitur omittitur.

ỷ. 15. *in ædibus*] Ita V. C. & Mss. sex. non: *in ædis.*

ỷ. 17. *videbo*] Ita est in omnibus Mss. nostris: adeòque & V. C. Alij: *videbo, sive avum.*

ỷ. 18. *volent*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *volunt.* aut, *velint.*

ỷ. 19. *in ædibus*] Sic iterùm V. C. & Pall. sex. non: *ædis.*

ACTVS QVINTI
SCENA I.

ỷ. 1. *Spes*] Ita disertè exprimit V. C. at Pall. omnes: DAPES. & sic quoque retinet prima Editio Veneta. sed erroneè.

ỷ. 3. *cælum*] V. C. *celum.*

ỷ. 4. *enecer*] Sic Pall. sex. at V. C. *inicier.* & ; *edibus.*

ỷ. 6. *animo*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *Anima.*

ỷ. 10. *tonitrus*] V. C. *tonitrius.*

Ibid. *tonuit*] Ita V. C. & Pall. non: *tonit.*

ỷ. 11. *ibi nescio*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *ubi.* neque ỷ. 12 τὸ *sic* in nullo Mss. nostrorum Codd. apparet.

ỷ. 14. *cæli*] Ita V. C. à manu tamen secundâ *celi.* & posteà: *inquid.*

ỷ. 15. *consulgebant*] Sic unanimi consensu V. C. & Pall. sex. non: *confulserant.*

ỷ. 16. *jam ea*] Sic legitur in V. C. & universis Pall. neque aliter Nonius. Alij: *tum ea res.*

ỷ. 17. *pravertit*] V. C *pvertit in cotus acc.* pr. *prav. me ocius.* sec. *prav. motus, ocius acc.* sext. à manu alienâ: *metus,* cùm anteà fuisset: *prav. me ocius.* quomodo itè restat in terr. quart. quint.

ỷ. 17. *ut sciscam*] Sic V. C. & Pall. Alij: *sciam.*

ỷ. 20. *provid*] Ita versus hic vicesimus concipitur in V. C. & Pall. & Novitij duas priores dictiones

ctiones jungunt præcedenti. Et *provid.* non: *pravid.* legitur in V. C. itemque Pall. quinque. Solus quintus habet: *prav.*

℣. 23. *cognoscam*] V. C. *cognosco.* Reliqui Pall. *cognoscam.*

Ibid. *quidem est*] τὸ *est* nec in V. C. nec in Pall. visitur. tert. & quint. *AMPH. quid herus m.* non: *hic quidem*

℣. 25. *timeo*] Ita V. C. at Pall. sex: *totus tremo.*

℣. 26. *quam si*] Sic Pall. at V. C. *quasi si ab.* &: *Acheronte.* ut & Pall.

℣. 27. *Egressa*] V. C. *Egessa et.*

Ibid. *timidas*] Sic V. C. & Pall. omnes. nisi quòd Pal. quintus ampliùs: *form. male timidas.* Alij: *eodem.*

℣. 31. *sanam m*] V. C. adnectit huic versui ultimam dictionem prioris: *scio.* AM. *nec s.* & habet: *saccã m.* at à Pall. omnibus abest τὸ *mentem.* pr. sec. tert. quart. sext *saccam gestat mea f.* in pr. suprà lineas factum: *mearum.* quart. *Hac s. sarcam gestam meam f.* quint. *H. si sarcam gerit meam f.* E quâ variantiâ Pall. Codicum liquet, alios Editores insignem facere injuriam Pall. libb Mss. quando affirmant; in illis hoc loco legi: *samnam.* quod omninò est grande mendaciloquium. Notandum quoque in Pal. quarto suprà lin. notatum: *est sana* itemque suprà *sarcam* h. e. carnem: sicut est quoque in sexto & suprà: *gestat*, scriptum: *habet.* Interpres Juvenalis ait, se rectè hoc loco emendare: *Hac sol: sanarestat m. f.* & sequenti versu. *Immò o insani s. t.* Alij: *sagam m. g.* Alij *siccam.* h. e. firmam, & sobriam. Sed frivola sunt omnia. V. C. etiam habet: *mearum famil.* ut & Pal. pr. quartus: *meam f.* sext. *mea famil.*

℣. 33. *ut aliter*] τὸ *ut* servant omnes Chirographi.

℣. 34. *esse*] Sic V. C. & Pall. non: *esset.*

℣. 35. *primùm*] Sic V. C. & Pall. omnes. non: *primo tibi.*

℣. 37. *servant*] Ita omnes Mss. nostri. non: *servent.*

℣. 40. *Ibi*] Sic V. C. at Pall. sex. *ubi.*

℣. 45 *Quæso*] V. C. *queso.*

℣. 46. *Quid sit*] V. C. *quid sit d.* uti paulo pòst. ℣. 67.

℣. 48. *profectò*] Sic V. C. & Pall. sex.

℣. 49. *Mitte istæc*] Ita pariter omnes Mss. non: *est merita.* &: *isthæc mitte.*

℣. 50. *lavere*] Sic retinui ex Mss. Pall. tert. & Nonio. at V. C. & cæteri omnes: *lavare.*

℣. 51. *incunabilis*] Sic junctim scribit V. C. at Pal'. separant. *in cun.* in nullo autem legitur: *potuit*: ut vulgò; sed: *quivit.*

℣. 54. *lata*] Sic V. C. & omnes Pall.

℣. 56. *juVati*] Ita V. C. antiquè. V. pro B. cæteri Pall. *jubati.*

℣. 57. *Heu*] V. C. *Et m.*

℣. 60. *recessim*] Sic V. C. & Pall. sex. nisi quòd: *recessum.* tert. ad oram pro: *rursum.* habet: *sursum*: quomodo & aliàs legi notat sec. Novitij Critici pro: *versum.* faciunt *prorsum.* Vbi verò Codd. Mss. consensus? Nobis non libet tam vanè esse ingeniosis.

℣. 64. *Alterum*] V. C. ut & Pall. sex; hunc versũ collocant pòst sequentem. & adparet transpositio numeris indigetata: sed à manu recenti, puto Camerarij. Pal. pr. retinet, *postquam angues ille alter puer vidit, timuit. Alter alter app. eos perniciter.* absq; *manu. Citus è e.* sec. *postq. ang. i. a. p. conspexit. appreh. eos pern. citus è e.* tert. quart. sext. *Postquam consp. a. 1. alt. p. Alterum alter appr. eos pern. cit è c. exs.* quint. *Alterum alterum appreh. eos pern. citus è cun.* V. C. *Alt. altera preh.*

℣. 67. *fit deinde*] V. C. *quid sit d.* ut sup. ℣. 46.

℣. 68. *hæc agunt.*] V. C. *hec.*

Ibid. *Exclã.*] Sic V. C. & omnes Codd. Pall. non: *inclamat.* quod admisissem lubens, nisi obstitisset consensus Mss. libb adamantinum telũ.

℣. 72. *tuum esse*] Sic V. C. at Pall sex. *a. t.*

℣. 73 *si licet*] Ita V. C. & Pal. sexto. reliqui: *scilicet.*

℣. 76. *Tires.*] V. C. *Teres.*

ACTVS QVINTI
SCENA II.

℣. 2. *hariol*] Sic V. C.

℣. 4 *quòm*] V. C. *quomsum.* Pall. pr. sec. quint. sext. *quisum.* at tert. & quart. *q̃m.* quod modò *quòm* valet; modo: *quoniam.*

℣. 6. *cepi*] Sic V. C.

℣ 8. *partu*] Sic emendatum est in V. C. ubi priùs: *parto.*

℣. 13. *cælum*] Sic V. C.

ACTVS QVINTI
SCENA III.

℣. 2. *facio.*] V. C. *fatio.* & Pall. omnes: præter quint. qui, *faciam.*

℣. 3. *clarè*] V. C *clara pl.* vndè quidam divinarant: *clarè applaudite.*

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ CRITICÆ
In
ASINARIAM.

ARGUMENTUM:

HOc Argumentum in V. C. & Mss. Pall. ponitur pòst Prologum.

℣. 3. *pretium*] V. C. *p̄t.*

℣. 4. *numerarier*] τὸ *er* paragog. neq; in V. C. neque in Pall. visitur.

℣. 6. *Rivinus*] Sic Pall. quart. quint. sext. nam pr. sec. & V. C. *Ruimus*. tertius interpolatus est, rescriptumque: *Rivalis*.

Ibid. *prærept.*] Ita ex vestigijs V. C. emendatum olim. ubi: *ob re reptam*. at Pall. sex. *obraptam mul.*

℣. 7. *istremo.*] Sic Mss. omnes. non: *lt, r. o.* Cùm esset in V. C. *ac v. ejus triurae*, sic jam olim emendatum. Pall. *ac v. ejus triste agit*. Pal. sext. *tristem*.

PROLOGVS.

℣. 1. *fultis*] V. C. & Pall. quart. postremi: *si vultu*. pr. & sec. *spectatores si vultis*.

℣. 3. *Dominis*] Ita V. C. & Pall. Vulgò: *Domino*.

℣. 4. *Face*] Sic V. C. nisi quòd *Eace*. undè factum, ut in Pall. sex. appareat: *Ecce jam*. Alij: *Exci*. h. e. excita, suscita. Sed lectio ant. quæ nihil me offendit: ut novam excogitandam judicem.

℣. 5. *Ne gratijs*] Ita ferè V. C. nempe *negratis*. unicâ dictione. Pall. sex: *negratis*: nisi quòd appositum pr. *cratis*. & suprà lineam. *h. e. sine causa facias, aut sine ordine*. quintus verò, *grattu*. Novita, Criticorum somnia hìc jactitarunt. Alij: *cave meis ne ingratijs*. Alij: *ne gravis*. Alij: *ne γρύξῃς modò*. vel; *ne graxis*. h. e. perstrepas, ἀπὸ τοῦ γράζειν. Vide Lucretium Gifanij. p. 405. Nos lectionem Mss. Codd. istis somnijs meritò prætulimus.

℣. 10. ΟΝΑΓΟ'ſt] V. C. *onagrost*. itemque Pall. sec. & sext. *onagro est*. Sed *onago* clarè est in Pall. pr. tert. quart. Est autem Fabula de Asinario Mercatore.

℣. 11. *Demophilus*] Sic V. C. & Pall. omnes non: *Diphilus*. ut & Pall. sec. quart.

Ibid. *M. ACCIVS*] Sic rectè puto emendari. V. C. *maccus*. nulli autem: *Marcus*. Sed Pal. pr. tert. quint. *Macrus*. sext. *Macus*.

℣. 14. *Ridicula*] Ita est in V. C. & omnibus Pall. nostris. non: *ridicularia*.

℣. 15. *Mars*] Sic Mss. omnes, adeòque V. C. malè quidam effinxit: *p. nunc me ars adjuvet*.

ACTVS PRIMI
SCENA I.

℣. 3. *Obtestor*] Ita V. C. & Pall. sext. nam reliqui hunc versum non adgnoscunt. τὸ *tum* adscititium est.

℣. 5. *med erga*] Ita V. C. Pall. *met erga*. non nulli etiam: *me erga*.

℣. 8. *Dium Fid.*] V. C. & Pall. omnes: *Deum Fid.* alij ediderunt: *quæ quæris*. sed contrà libb.

℣. 14. *hercle*] V. C. *ercle*.

℣. 17. *istuc e.*] Ita omnes Mss. nostri. non: *e. i.*

℣. 18. *pr. insitant*] Sic est in V. C. & omnibus Pall. notat tamen V. C. ut & Pall. quint. aliàs legi: *pinsitant*.

℣. 19. *fustitud.*] Ita V. C. nam Pall. pr. quint. sext. *fustidinas ferri crepidinas*. sec. *fustitudineas ferricrepidinas*. quomodo etiam emendatum in tert. cùm priùs fuisset: *fustidinas ferricrepidinas* ut & exhibet adhuc quartus.

℣. 21. *ubi sit*] τὸ *sit* in V. C. ponitur intrà lineas à manu secundâ. & expressè est: *sit*. non: *fit*. neque aliter est in cæteris Pall. excepto pr. qui, *fit*.

℣. 22. *Ah*] V. C. *ahe*. ut etiã fuerat in Pal. quarto. sed deleta est inde litera finalis. nam pr. *ah*. sec. *at at*. tert. quint. *ha*.

℣. 23. *ego*] In V. C. initio fuit: *ergo*.

℣. 24. *hercle*] V. C. *herclae*.

Ibid. *quæ loc.*] Sic V. C. in textu. at suprà lineas: *qui*. Pall. *quæ loc.*

℣. 25. *exscrea*] V. C. *excrea*. ut & Pall.

℣. 31. *Quid istuc*] Hunc totum locum jure quasi quodam postliminio suis sedibus restitui, dictantibus, volentibus, lubentibus omnibus Chirographis Pall. & Antiquissimâ, omniumque Principe Editione, nisi quòd ea versum 40. *Etiamne* collocat pòst versum 25. *Fiat*. &c. *Etiamne*. Deinde enim versus isti præter rẽ, & libb. trajecti, fuerunt ad alienum locum: & collocati post vers. 18. *Ubi fiunt*. &c. vel, ut alij somniant,

Digitized by Google

ant, post versum 20. *Ubi vivos* aliquo quidem sensu, sed nimis audacter, neque citrà injuriam Antiquitatis. Et cur hîc locum idoneum non habeant, sensu optimo; ego pervidere nondum potui.

Ibid. *Isthuc*] Sic V. C. & Pall. non: *sit*.

ỷ. 32 *Pransitant*] Ita Pall. sex. a V. C. *pinsitant*.

ỷ. 36. *Equidem*] Sic Mss. omnes: nisi quòd Pal. quart. *quidem* pro: *quod*. non rectè itaque mutarunt aliqui: *filium quòd amet meum*.

ỷ. 38. *rect in st v.*] Ita consentienter totus chorus Mss. Pall.

ỷ. 40. *Etiamne*] Et hic versus tyrannidem Criticorum non potuit evitare. Demotus namque fuit de sede suâ, & trajectus suprà pòst versum 25 *DE. Fiat*] Sed repugnat sacrosancta auctoritas omnium Membranarum Pall.

ỷ. 45 *Stet*] Ita V. C. & omnes Pall. non, *sit*.

ỷ. 46. *In protio*] Sic satis clarè V. C. Baptista Pius monet in quibusdam libb. legi, *ponoscimus*. Sed puto somnia esse. Pall. Sex. *n t pranoscimus*. hoc sensu: Tu potissimùm & in primis sentis, acre ipsâ experitis malitiam Uxoris tuæ: nos autem nudâ quidem cognitione, sed tamen longè antè animadvertimus, tibi quid ab eâ immineat.

ỷ. 50. *Obsequellam*] Ita V. C & Pall. sec. cæteri: *obsequelam* unde excogitatum est ab aliquibus: *obseq vetiam*, pro; *obsequentiam*. sed nihil mutandum.

ỷ. 53. *M. Patris*] Sic V. C. at Pall. *mei P. me simil*.

ỷ. 54 *Ipse ornatu*] Ita V. C. & Pall. sex. & V. C. *fallat*. &, *Sicoph*. &, *benefit*.

ỷ. 59. *Argyr*] Sic est in V. C. & Pall. non: Agirippus, ut est in Mss. Langg.

ỷ. 63. *artè*] Ista V. C. non; *arctè*.

ỷ. 64. *Consuèrunt*] Sic V. C. & Pall quinque. nam solus quintus: *consueverunt*.

ỷ. 69 *Demiror*] Hunc versum omnes Chirographi nostri huc collocant. Malint verò nonnulli transferre suprà pòst ỷ. 35 *Patret ut f* Illum verò, qui hîc sequitur, censent dispũgendum: utpote cùm suprà locum suum habeat, hîcque tantùm turbet. At ego contrà tam robustum consensum Membranarum Pall. furcillare non sum ausus. Interim charactere diverso exprimendum curavi. Sed & V. C. & Pall. pr. sec. non Servo, sed Seni tribuunt duos versus. *Equidem*. &: *Cupio*. Alij aliter quoq; ordinant plures versus, quos totos transformant. Sed ista somnia contrà decretorium consensum Membranarũ ego flocci non facio.

ỷ. 73. *Adduxit*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *obduxit*

ỷ. 78. *Defrud*.] Sic M. S. Pal. pr. & quarto. at V. C. & cæteri Pall. *defraud*.

ỷ. 80. *Defrudem*] Ita V. C. & Pall. ferè omnes. Aliqui: *defraudem*.

ỷ. 82. *Defrudav*.] Hîc iterùm V. C. *defraudaverit*. at Pall. pr. sec. tert. & ad oram quart. *defrud*.

ỷ. 83. *Quà me*] Sic omnes Mss. Pall. at V. C. de glossâ: *quà me arte*.

ỷ. 85. *Effeceris*] Ita emendatum in V. C. manu Recensoris, anteà fuit: *ecfeceris*: non malè Pall. pr. sext. *Sic idh*. sec. sic *h. id*. sed τὸ *id* abest à V. C. *Tibi* abest ab omnibus Mss.

ỷ. 87. *Autem*] Sic V. C. at à quinque Pall. abest τὸ *retè*. Solus sext. *reti*. &: jaculo. Novitii fecerunt pro: *autem*; *avem*. acutè. Sed contrà omnes libb.

ỷ. 90. *Perficito*] Ita omnes Mss. Pall. & V. C qui tamen id habet à manu secundâ. obscurum autem est, quid priùs fuerit. an, *perfruito*? non adsequor manum Scribæ.

ỷ. 92. *Quid si*] Hic Versus abest ab omnibus Mss. Pall. nisi à manu extraneâ in tertio. habet eum tamen Vetustissimus Codex Membranaceus.

ỷ. 93. *Tún' red*.] Ita V. C. & Pall. præter quint. qui: *Tured m*.

ỷ. 95. *Ego eo ad f*] Revocavi & lectionem & distinctionem V. C. adeoque sex reliquorum Pall. Neoterici Censores sic mutarunt. *Ego eo a. f n. q. v. Ll. l! Etiámne ambulas?* Non nego bonum sensum istis inesse. sed an Plautus sic scripsit? Negant nostri Chirographi.

ỷ. 97. *Fuerit*] V. C. & Pall. *erit*. Alij metri causâ: *fuverit*.

ỷ. 98. *Profectò*] Ita V. C. nisi quod tres dictiones, *Prof. n. e*. præcedenti jungat versui. & sequenti ỷ. adhuc addit: *oratione*. & *tu* suprà lineas notatum. quod abest ab omnibus Pall. sic: *N. q. n. mihi p. cum t. or*.

ỷ. 106. *Ægrius*] V. C *egr*.

ỷ. 111. *Contui*] In V. C. videtur initio fuisse: *conniti*.

ỷ. 112. *Quod*] V. C. sic: qd. & Pall. sex. *quod*. non: *quo inceperem*. V. C. *incœp*. non: per *a*.

D ỷ. 113. *Ibo*

ỷ.115. *ibo atq;*] τ̀ *ibo* adscititium & novum est, ab omnib. Mss. nostris exulans.

ACTVS PRIMI
SCENA II.

ỷ.1. *Sicine*] Ita V. C. & ceij. Ordinem versuum secuti summus, quemadmodum in V. C. concipiuntur: Itemque Pall. plærisque. Alii Novitij reformant ex suo ingenio: quo per nos frui possunt: dummodò Antiquitati suus honos conservetur.

ỷ.4. *Malo*] Sic V. C. & Pall. nisi quòd tert. τὸ *cum* à manu secundâ habeat. quint. verò omninò omittat, ut & Mss. Langg.

ỷ.7. *pernities*] V. C. *pnities*. sive, *pernuties*. aut, *permities*. obscura enim scriptura. neque aliter hunc locum exprimunt Pall. Novitij Censores malint *perlecebris*, *perniciis*. sed præter libb.

ỷ.11. *at postb*] Sic Pall. sex. V. C. *acp*.

ỷ.16. *in panis.*] Sic Mss. Pall. quinque. nam quart: ut & V. C. *in pannis*. quod unâ dictione esset; in ops. sed, ut puto, absque idoneâ auctoritate. τὸ *n*. igitur ex errore Scribæ, ut sæpè, geminatum. Cæterùm hariolantur aliqui, vel unum vel plures versûs hìc deesse. Neque in V. C. post *inopia* punctum ponitur. Lacuna item nulla apparet: uti nec in Pall. sex. qui pòst: *inopia*, distinguunt.

ỷ.19. *Mansuetem*] Sic Mss. Pall. pr. tert. & ex emẽdatione quartus: cùm primò habuisset: *mansuetam*. prout restat in V. C. & Pall. sec. & quint.

ỷ.20. *quid*] Ita V. C. & Pall. nor: *quod*. V. C. hoc loco *succens*. alibi verò passim: *suscens*.

ỷ.24. *conlcq.*] V. C. *conlocatur*.

ỷ.25. *eccam*] In quibusdam Mss. Pall. sic distinguntur: *exit tandem op*. Alij aliter; pòst *tandem*. sed rectius viz puto esse; quàm quod nos secuti summus.

ỷ.26. *volam*] Sic V. C. & Pall. ferè omnes. non: *volim*. pr. planè non habet: *qua volam*.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

ỷ.6. *capess*] Sic V. C. & Pall. alij: *capsis*.

Ibid. *in port.*] Ità V. C. & Pall. omnes, nisi quod pr. habuit. *te inp ferat*. atque inde factum: *refert*.

ỷ.9. *e cu*] Sic V. C.

ỷ.11. *ted*] Sic V. C. Pall. *te, atque*.

ỷ.16. *quod*] Sic V. C. & Pall. quinque. nam quint. *quid*. Novitii: *Modò quidem. & aliquid post*.

ỷ.17. *ductando*] Sic V. C & Pall. nisi quòd aliqui distinctione destituantur, ideoque etiam V. C. non omninò benè dist. *ductando. amando. numq*. Indè factum, ut aliqui conjecerint: *ductandi*. ut paulò antè vers. 15. ubi tamen nonnulli *dando* mal nt.

ỷ.22. *fictum, neque*] Istæ duæ dictiones absunt à V. C. In Editione nostrâ τὸ *pictum* non benè alio charactere expressum est. Exstat enim in omnibus Mss. Et sic ferè habent Pall. pr. tert. quart. sext. nam pr. *Namq;* (& hic in margine: *nec fictum*) *usquam neq; dictum, neq; scriptum. i p.* sec. *namq; usquam neq; pictum, neq; sc. i. p.* tert. *Nam* (& in margine hic: *neq; fictum*) *usquam neq; p. n. s r. i p.* quart. *namq; usquam* (in marg. *neq; fictũ; neq; p. n. scr. i p.* quint. *effictum meũ. Neq; pictum neq; fictum, neq; scr. usq. inp. est.* & sic sext. quoque absque: *nam*.

ỷ.31. *amica*] V. C. *amice*.

ỷ.32. *quoque*] Sic V. C. & Pall. Novitii Critici finxerunt: *& eo quo & cat. m.*

ỷ.34. *quest.*] V. C. *questum*.

ỷ.36. *perhib.*] Sic V. C. ut & Mss. Langg. at Pall. sex: *prohib*. Al. *præhibens*.

ỷ.37. *te eam*] Ita V. C. & Pall. tert. quart. quint. Alij tres: *tu eam p*. Novitii nimis licentiosè: *maled. ductare meam p.*

ỷ.38. *gratiis*] Ita V. C. & Pall. sex. non geminatâ litterâ: *gratiis*.

ỷ.41. *dantur*] Ita V. C. nam Pall. sex non habent τὸ *dantur*.

ỷ.46. *Diem, Aquam*] Fortè antè hæc seqq. aliquid interlocutus est Argyrippus, in hanc sententiam: Age verò, neque gratis ego cupio: confiteor aliquid, & dabo. tu interea indulge illam mihi, & mercedem certam mane, vel exspecta à me. Ea omnia expromtâ & paratâ pecuniâ emenda mihi sunt: præter *Diem, Aquam, &c.* Sed hæc de conjecturâ sunt. In Mss. omnia sic concipiuntur, uti posui.

ỷ.47. *quaq;*] τὸ *quæ* abest à vetere Codice. & Pall. sex sic: *Cætera qua vol.* & V. C. *Greca*.

ỷ.48. *œnopol.*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *bermopolio*. In

Ibid. In V C. initio fuit: *oepolio.*

℣. 50. *sunt nostra.*] Hoc pacto ordinantur verba in V. C. qui tamen *osculata* at Pall. sex: *semper ocul. sunt m. n.*

℣. 51. COACTIO.] Ita quidem nos cogunt legere Plutearij nostri Codd. universi: quorum auctoritati plus, quàm suavissimis aliorum somniis credere soleo: imò debeo. V. C. *Nihil coac tio* (ubi τὸ *e* non absimile est τῷ *c*) *est. scis cuius? non d. a.* Pal. pr. *Vetus est mihi nichili cohactio. scius coius non d. a.* Vbi tamen literæ otiosæ *e* in *mihi* & *h* in *cohactio* & *c* in *nihili* punctis subnotatæ sunt. sec. & quart. *Vetus est mihi. nihili coactio est scis cujus? non d. a.* neque aliter tert. quint. & sext. nisi quod ij, *nihil.* Novitii posteà Critici varia somnia protulerunt. *Nihili coaxatio.* AR. *Quojus?* CL. *non d. a.* Hoc est: Conquestio, quæ fit post damnum, nullius est pretii. Alii: *Nihil Cotio:* pro, *Cautio.* Al. *Nihili cunctio:* vel; *cuctio:* vel, *Cocio h. e.* Arrilator, Cunctator, μετιμβολος, vide Lexicon nostrum Plautinum. Alij: *Cocio:* pro; *Cocus.* Alii denique: *Nihil cocio est, si cæcus est, nil d. a.* quæ quidem sententia ob commodum sensum semper mihi arrisit, præ cæteris. at nunc deserere cogor ob Arietem illum Antiquitatis conspirantis, qui me ab illá opinione deturbat, haud tamen invitum. Sic autem hæc postrema lectio explicari potest, ut sit Proverbium, hoc sensu: Arilator sive Negotiator, si est cæcus; nequam, & inutilis est: quia lucrum, quod antè pedes erit, non poterit videre. Ein handelsmann / wann er nicht acht vf sein schantze hat / so taugt er nit viel. Vide Lex Cocio. & Elect Pl *Mercatorum.*

℣. 53 *Mihi or*] Ita V C. & Pall. servant τὸ *mihi.*

℣. 54. *Inquam*] Ita V. C. & Pall. absque *te.*

℣. 57 *columba*] V. C. *columbe.*

℣. 59 *adher.*] V C. *adher.*

℣. 65 *quæst.*] V C. *quest.*

℣. 64 *concinnaV.*] V. C. ut & Pall. pr. sec. tert. sext. unico *n* scribunt.

℣. 67 *itidem*] V. C. *ititidem.*

℣. 68 *inlex*] Ita V. C.

℣. 70. *Osculcando*] Ita profectò disertim est in Membranaceo Pal. tert. optimè. V. C. & cæteri Pall. *Osculando.* perperam, quia *Osculis* sequitur continuò. V. C. tamen post. *Oscul.* posuit punctum.

Ibid. *venust*] Sic scribunt unico *n* Mss. Pall. pr. tert. quint. & sext. quam rationem scribendi mihi approbavit Vir Clarissimus JOHANNES BRANTIUS ICtus, & Philologus eximius in Notis, quas ad me misit. *Oratio vinula,* inquit, *blanda, mollis. à vino, quod gratum est, & adblanditur.* V. C. & cæteri Pall. *vinnula.* In sec. quart. & sexto est: *venuscula.* Aliqui malint: *Orationi vinnula, venustula.* sed non est necesse, si adhibeas distinctionem, quam posui: non invitis Mss. In MS. Sambuci erat *vin. atq; venust.*

℣. 71 *pertractaBit*] Ita V. C. & omnes Pall. τὸ *B* αὐτὶ τῦ V δεχθῶς τὸ *id* exulat ab omnibus Chirographis nostris.

℣. 72. *Savium*] Ita V. C. at Pall. plærique. *Suavium.*

℣. 75. *si*] Sic V. C. & Pall. sex. Alii contrà Mss. *merc. ubi eru n.*

℣. 77. *Tunet*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *Tenet*

℣. 80. *quo peream*] Ita V. C. at Pall. sex *quod peream.*

℣. 81. *In leges*] Sic Mss. septem Pall. inter quos & V. C. at Mss. Langg. *em.*

℣. 87. *adferto*] V. C. initiò habuit: *adferito.*

℣. 88. *simillumæ*] Sic. V. C.

℣. 92. *experiar*] Ita V. C. & Pall. sex. Novitii Césores: *opibus omnibus copiam sup.* H. e. Solicitabo aliorum benignitatem, ut copiam mihi faciant.

℣. 100. *mutuò*] Ita quidem Nonius. sed malim, quod servat V. C. & cæteri Pall. omnes: *mutuas.* Pal. quart. in glossâ: *scil.* pecunias.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

℣. 1. *Lib. nunc te*] Sic V. C. at Pall. pr. sec. tert. quart. sext: *Non te melius vel expergiscier.* solùm quintus habet: *Nunc te melius vel exp.* quod & à manu secundâ in tert.

℣. 2. *te fall.*] V. C. fallat. at τὸ *te* in nullo Chirographo reperitur.

℣. 6. *relce*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *reicis.* nec: *segn. amoves.*

℣. 7. *te recipis*] τὸ *te* omnes Mss. Pall. & V. C. adgnoscunt, malè itaque omissum ab aliis.

℣. 10. *hanc celocem*] V. C. *celo esse conf.* Pall. *celocem.* in tert. additur glossa. *h. e. cymbam,*

℣. 11. *Inpetritum*] Sic est in V. C. & Pall. sex.

Ibid. *ammitt.*] V. C. *amittunt.* Pall. *admittunt.*

Digitized by Google

ỷ.12 *Et cornix*] Ita Mss. Pall. & V. C. nisi quòd hic: *cornex*. malè itaque copula extrusa est.

Ibid. *Parra*] Ita V. C. Sed à manu Recensoris. Priùs: *porrò*. quomodo Mss. Pall. sex. & Langg. retinent. malè. Duæ namque Aves ab lævâ: duæ itidem ab dextrâ. Quod alij Editores non potuerunt capere, quando expresserunt: *porrò* contra auctoritatem V. C. Membranacei Pal.

ỷ.13 *Certum*] Ita V. C. distinguit: & aliquot Pall. Alii secus. *Ab dextrâ. Consuad.*

ỷ 14 *Nontem*] Sic omnes Mss at Nonius: *haut tem*.

ỷ.15 *Ex aug.*] Sic V. C. & Pall. Novitii *q. ex augu riod auspicioq; int.*

ỷ 18. *Obscavavit*] Ita Ms Pal. quart. qui ad marginem notat: *hunc locum adduci à Nonio*. pr. interpolatus est, retinetque *obscenavit*. quod & restat in tert quint. sext ac sec. *observavit* quod & suprà lineas V C. notatum habet. intus erat initio: *observavit*, posteà à suprà positum, ut esset: *obscaervavit*.

Idem *falsefall*.] Novitij Censores: *Ecquo nunc illic obsc*. Alii etiam: *obscanavit*. malè.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

ỷ.1 *Lib n*] Sic V. C. non: *nunc Lib*. Pall. sex: *Vbi nũc ego Lib*. præter quint. qui: *ubi ego nunc Lib*.

ỷ 2 *Vt ego*] Sic V C. & Pall. non: *Vbi*, vel; *uti*. absque interrogatione.

ỷ.5 *Hanc quidem*] Sic V C. & Pall. non: *hanc idem q. n.*

ỷ 7. *Observ.*] Ita V. C & Pall. omnes nisi quòd tert. *obvirsavit* neuter *verò obs ravit*.

ỷ.8 *Ætatèm*] Ita Mss. Pall. pr. ac sext. cæteri; ut & V C. *atate*

ỷ.9 *Ocius*] V C *otius*.

ỷ.10 *Pragnatis*] Sic V C. absque diphth. tamen. Pall. *pregnantis*.

ỷ 11. *Thensaurum*] Ita V. C at Pall. *thesaur*. & iidẽ: *peculium omne in t.*

ỷ.12. *Sese subt.*] Sic hunc locum expressi ex V C & Pall pr. quart ac sext. in sec. est: *sese subter dederit, duxerit*. tert *subtraduxerit*. posteà tamen emendatum: *Subterd* quint. *sese subdux*:

ỷ 13 *Quadrigis*] Sic Pall. omnes. V. C. *indispiscet*. Ex *albis* Novitii fecerunt *Argis* h. e. *Argivis*, ut scilicet per hoc epitheton intelligatur; *celeribus quadrigis*. Nam in Ludis Argivis certabatur cursu Equorum, & curruum. Iocus in ἀμφιβολίᾳ vocis Ἀργὸς, quæ significat *strenuus & velox*: & contrà etiam, ἀεργὸς, *tardus & segnis*. Quam lectionem summoperè probat Clarissimus BRANTIUS in Notis, quas nobis liberaliter communicavit.

ỷ.15. *Qua*] Ita V. C. & Pall. non: *quà*.

ỷ 16 *Ecfertiss*] Sic V. C. quidam Pall. Codd. *affertissimas*.

ỷ.18 *Ætatem*] V. C. *aatem*.

ỷ.20. *Siet*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *sit*.

ỷ.21 *Iam*] Ita V C at Pal. quint. *& sciam ubi est g.* reliqui omnes: *jam*.

Ibid. *ubi*] τὸ *ubi* in nullo Chirographo invenio geminatum hoc quidem loco, nisi in V C. Pall. namque post τὸ *jam* Pal. pr habet lacunam: quam & habuit sec. Sed Veteres Membranæ sat habent Auctoritatis.

ỷ.22 *Socium*] V. C. *sot*.

ỷ.23 *Quando*] Sic V. C. qui tamen à manu Recensoris supra lineas habet τὸ *quando*. at Pall. quart. & quint. itemque pr. & sec. omittunt vocem: *extemplò*. nisi quòd ad oram adpingatur pr. servatque: *quando qui persudat tremit*. tert *pro monstro exemplo est, quando qui s. tr* sext. *pro monstro est, quãdo qui persuadeat, tremit* Oẽs autem: *qui*; non: *Si*. unde liquet, quantâ eum injuriâ Pall. Codd. affirment in illis legi: *exemplum*. Quod manifestò ex αὐτοψίᾳ arguitur mẽdacii. At in Langg. est: *exemplum st*.

ỷ.24. *Concesso*] Ita V. C. & Pall. oẽs præter quart. qui: *cum cesso*. idq; expressè: non ex emendatione secundæ manus. in pr. verò disertè: *concesso* visitur. Iterùm graviter alii hîc hallucinati sunt.

ỷ.26. *Heu*] τὸ *Heu*, abest ab omnibus libris scriptis. quod alii Editores mussitarunt.

ỷ 31 *Gymnas.*] V. C *Gimn.*

Ibid. *agis*] Sic V. C. & Pall. sex. in V. C. tamen ad oram notatum est: *ais*.

ỷ.33. *Quot pendo*] Sic est in cunctis Mss. Novitii addiderunt. *Quot Virgarum pondo*. & sed. in V. C factum à manu Recensoris.

ỷ.36 *Quomodo*] V. C. & Pall junctim legunt: *quomodo*. fortè rectiùs separatur hoc loco. pr. sec. *quo*. ut & sext.

ỷ.37. *Adlig.*] V. C. *adligatus est aq. centump.* nec aliter cæteri Pall. nisi quòd ij *adligatus es*. quint. *quando alligatus es. aquum centum pondo es.*

ỷ.39. *Dependis*] Sic V. C. & omnes Pall. sex. non: *dependes*; aut: *propendes*.

ỷ.40 *Va*

Digitized by Google

℣. 40. *va tibi*] V. C. *vet.*
Ibid. *Hoc testam.*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *Hocce test.*
℣. 41 *verbis*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *verbivelitat.* uni. â dictione.
Ibid. *fieri comp.*] Sic V. C. at Pall. *compendio.* & pr. *vellitat* sec. *vilificat.*
℣. 42 *Istud.*] Sic V. C non: *istuc.*
℣. 43 *sis am.*] Sic V. C. & Pall. omnes. non: *sis is.* in V. C. *sis* bis exstabat: sed alterum expunctum est. Præterea locus videtur fractus, mutilusque. sed Chirographi non aliter habent, quàm expressi.
℣. 47 *modò*] Sic V. C. at Pall. sex: *modò invenio.* Alij transponunt: *i. m.*
℣. 50 *qua*] V. C. *que* jungit verbo.
℣. 51. *id est*] τὸ *id* non habent Mss. eòque Typographus noster alio charactere debuit exprimere.
℣. 52. *conjurati*] Certè sic restat in V. C & Pall. sex. non: *conjuratim.* quod repugnantibus Mss. nolui in textum admittere.
℣. 53 *familiare*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *familiarem.* uti Nonius citat.
℣. 54. *firmitud*] Ita V. C. & Pal. tert. quart. quint. sext. at primus & sext. *fortitudinem animum offeras* & V. C. *optines.*
℣. 55. *si tergo*] Ita Pal. quint. at V. C. *Qui si ergo resolvenda est.* pòst; suprà lineas additum *t.* Alij: *tergo resolvenda est.*
℣. 58 *patitur*] Sic V. C. & Pal. pr. sec. quart. at tres Pall. *potitur.*
℣. 59. *ediferis*] Ita V. C. & sex Pall. non: *edisseras:* vel; *edissertas.* at quart. *edixeris.*
℣. 60. *derogita*] Sic V. C. itemque MSS. Vatt. Langg & Pall. nisi quod sec. & quint. *derogitato.* Al. *erogita.*
℣. 61 *age, mans.*] Sic distinguunt ferè omnes MSS. Pall. Recentiores post *mansero* disting.
℣. 63 *sati st*] V. C. *satu st.*
℣. 64. *igitur tu*] Sic V. C. & Pall. quinque. nam sec. non habet pronomen *tu.* Recentiores aliter ordinant verba: *Tum tu ig. es dif.*
℣. 67. *Mercatori*] Sic omnes MSS. Alij sic ordinant: *Merc. Vend. pel. nostr. Atr.*
℣. 69. *Hem!*] Ita MSS. Pall. nam τὸ *Em* in V. C. additum est à manu secundâ.
℣. 73. *subtrita*] Ita V. C. & Pall. tert. quart. quint. à sexto abest τὸ *jam.* item sec. qui habet: *substructa.* pr. *subtrita eram ad fœminina erant.* posteà *inerant* factum: & quædam litteræ otiosæ punctis subnotatæ Al. *flemina.*
℣. 76. *memed*] Sic V. C. & τὸ *meme* in Pall. omnibus. pr. tert. quart. sext. *infio percontaris.* tert. ad oram: *infit percontarier.* quod & quint. habet. anteà *infio.* sec. *meme infit percunctari.*
℣. 81. *Minas*] Sic V. C. & Mss. Pall. non: *Mnas.* quod tamen etiam dicebant Veteres. nostri autem Mss. rarò exprimunt. certè quidem non hîc: neque Curcul. 2. 3. ℣. 65. neque Pœn. 5. 5. ℣. 1. neque alibi. Vide Lexicon. *Mina.*
℣. 83. *Quoniam*] Ita Pall. quart. quint. sext. nam V. C. & sec. Sic *Qm̄.* ut etiam videtur fuisse in Pal. pr. & tert. sed mutatum in *Quom.* quod aliâs sæpè observavimus in scriptis nostris. Cæterùm hic versus in V. C. ut & sex. Pall. ponitur antè priorem sic. *Quoniam ille, &c. ipsum verò, &c.*
Ibid *sic*] Ita V. C & Pall. sex. non: *sit.*
℣. 84. *facio*] V C. *fat.*
℣ 85. *med*] Mss. omnes: *me.*
℣. 87. *mi*] τὸ *mi* abest ab omnibus scriptis & V. C. *susc.* pro *succens.*
℣ 88. *adduce*] Sic V. C. & omnes Pall. non: *adducere.*
℣. 89. *dixeram*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *dixi herum.*
℣. 90. *balin.*] Sic V C. perpetuò. Pall. *balneas.*
℣. 92. *argento*] Ita V. C. & Pall. quart. non: *argentum*; uti perperam prodiderunt alij Editores. reliqui enim quinque Pall. legunt: *argentum.*
Ibid. *advent.*] Ita V C. at Pall sex. *advectorem.* scil. argenti. uti est in Pall. quart.
℣. 93. *exasciat.*] V. C & Pall. *exasceatum.* quart. in glossâ: *h. e. completum.* pr. suprà lin. *exasciatum.* sec. *exassiatum.* at quint. *exancleatum.* ut suprà lin. *h. e examinatum & perfectum.* Novitij *exasciato.* vel; *exasciandum.*
℣ 95. *seduxit*] Ita V. C & omnes Pall non: *abduxit.*
Ibid. *forsùm*] Ita V. C Pall *seorsim.*
℣. 97. *essent vig.*] Sic omnes Mss. non: *vig. e.*
℣. 99. *promissam*] Ita omnes pariter Chirographi nostri. non: *promiscam.*
℣. 100. *adque*] τὸ *que* in nullo quoquè Mss. continetur. contrà verò τὸ *nos* omnes adgnoscunt: quod Novitij spernunt.
℣. 102. *ut jub.*] Sic Mss. omnes. non: *uti.*
℣ 104. *sed*] τὸ *sed* in nullo Mss. reperio Quod Donatus

Digitized by Google

natus ad Phorm. Terentij ait, transitum notare ad aliam rem. Typographus noster alio charactere debuit excudere τὸ *sed*.

℣.105.*susc.*] Ita V.C.& Pall. *suce.*

℣.106 *ne me att.*] Hæc est lectio V.C. & Pall. quinquè. quintus enim: *si sapis.* non autem illa, uti falsò, non absque injuriâ Bibliothecæ Palatinæ expresserunt alij Editores: *ne me attigas sime tangis.* Sic enim nullo modo habent. Nam ex divinatione propriâ sic legi posse conjecerat non-nemo. Intereà & hoc observavimus; τὸ *me* in V.C. lineolâ subductum, quasi abesse queat. Pal. quart. prætereà suprà *me* notatat: *si labica.* ita ut hæc particula videatur περίσσον. Alij fecerant: *si me taxis.* vel; *si me faxis.* vel; *time faxis.*

℣.107.*Na*] V.C.*Ne.* ut semper.

℣.108.*item*] Sic V.C Mss Langg.& tert. à manu secundâ quint. *id.* reliqui Pall. *idem.*

℣.109.*usu'st*] V.C.& tert. *ut usus.* at quint. *ut est usus* pr. sec. *ut uti usus f.*

℣.113 *Quin tuum*] Mss. omnes: *Quin tu off f. ergò hac f.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

℣.1.*hasce*] Sic V.C. & omnes Mss. Pall. non: *illasce.*

℣.5.*tu*] τὸ *tu* abest ab omnibus Chirographis.

℣.7.*adibus*] Ita omnes Mss. Pall. & V.C. Recentiores malint ejectum τὸ *adibus* sed quid opus? Alij sic: *nolo e. f. conservas Meas à te verb. sanè è f. am. nostris. ME. Pol h.*

℣.8.*ecfring.*] V.C. Pall pr. ac tert *efringantur.* In V.C. initio fuit: *efrangantur.*

℣.9.*exemplo*] Ita Mss. Pall sex at V.C. *extemplò.*

℣.11.*sese*] τὸ *se* non geminatur in Mss.

℣.12.*quar*] V.C. *quer.*

℣.14.*mage*] Sic V.C. & Pall. non: *magis.* quod restat in solo quinto. tert quoq; : *magne.*

℣.15.*venisset*] Ita clarè V.C. & Pall. pr. sec. tert. quint. nam quart. *cum venisset, post redijt.* additum tamen τὸ *non* suprà lineam: & suprà *venisset,* notatum; *ivisset*: & ad oram, *ante venisset in tempore sumtum.* quint. *cum venissem post non redijt.* Al. *LI. non edepol. ME. non? LI. quidv*

℣.19.*voster*] Sic planè V.C. & Pal. quart. Alij: *vester,* nisi quòd sec. *nossunt.* Editi: *noster.* malè.

℣.23.*Atq.*] V.C. & Pall. plærique isti versui præfigunt *LIB.* Personam. non item sec. aut à manu primâ pr.

Ibid. *quass.*] V.C. *quansanti.* at Pall. *quassante.* Novitij: *Casanti* malè.

℣.24.*hic*] τὸ *hic* non est in V.C. at Pall. plærique: *huic access* nam iste Versus & seq. abest à sec. & uterquè primo adscriptus est à manu peregrinâ. Ibidem. *Quisquis.* ut & in quinto. Alij tamen: *Quisque.* nullus: *quiqui.*

℣.25.*Aeacid.*] Ita passim legunt, ordinantq; Pall. V.C. habet: *Eachinidis.* & videtur initio fuisse: *niimus animusq.*

℣.26.*hic irat.*] τὸ *hic* in nullo Mss. reperio.

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

MERCATOR] V.C. addit: CHLAMYDATUS. ut & libb. J. Gulielmij. Scenæ verò præcedenti nihil tale præfigitur: sicuti falsò alij prodiderunt.

℣.1 *sit neg.*] Nescio cur non retineri queat constans hæc lectio V.C.& Pall. sex. Bene aliâs. *Q. h. negotij 'st?* sed absq; libb.

℣.3.*ne ille*] V.C *ne.* & *ve,* absquè diphth.

℣.4.*jussi*] Sic V.C.& Pall. sex. Alij: *jussim* pro: *jusserim;* ut sit Ironia.

℣.5 *emissus*] Sic planè V.C. & omnes Pall. non: *à manu ne emissus obs. te.* Ego retinui distinctionem V.C.

℣.6.*occess.*] Ita V.C.& Pall. non: *access.*

℣.13. *occaL.*] Ita unico *L,* V.C. Pall. pr. sec. quint. sext.

℣.14 *irâ*] Ita scripti omnes. non: *inc. ira.*

℣.16 *centiens*] Sic V.C. *cenciens.* Pall. pr. sec. quint. sext. *eandem imp.*

Ibid. *jam hercle*] Ita V.C. à Pall. tamen sex abest τὸ *jam.*

℣.18.*hocce*] τὸ *ce.* parag. abest à V.C. & omnibus Pall.

℣.19 *delei*] Sic V.C.& Pall. sex. non, *deijcier.* sec. tamen & quint. *deijci.*

℣.22.*absens*] τὸ *absens* in nullis reperitur Mss. nostris. Et tamen alij Editores ut geminum in textu reliquerunt, absq; ullâ notâ novitatis.

Digitized by Google

℣.23. *quaritet*] Sic V.C. & omnes Pall. non: *quaritent*.

℣. 28. *est*] V. C. & Pall. sex *sit*. at verò ista duo sæpè permutantur in Membranis vetustis.

℣.30. *quari*] Sic Mss. omnes. non, *heri qui*.

Ibid. *Exar.*] Ita V.C. nisi quod *Exacr.* ut solet. Pall. omnes *Exerambo*. præter tert. & quint. qui *Exarambo*. quomodo & V.C. paulò pòst.

℣.31 *Is*] Sic V.C. nisi quòd suprà lin. additum *h.*

℣. 32. *adduc*] Sic V.C. nisi quòd priùs fuit: *& rapezitam*. Pall. sec. quint. ac sext. *adducere ac rapere trapez.* reliqui addunt: *Ita Ex.* tert. *add. & rapere extra rambum*. ac deindè ex emendatione: *add. ac rapere ipsum Exarambum*.

℣. 33. *priùs*] Secutus sum lectionem Ms. Pal. tert. & distinctionem quint. & quart. V. C. & pr. sec. sext. *priusquam cred.* quint. *quod cred.* quart. quoque: *priusquam cred.* & in glossâ: *hoc vult dicere: vix ego exegi, sc. argentum: anno pòst, priusquàm ego credidi. non enim putabam cùm hoc quod esset transactus annus, quod ipse Exarambus solveret mihi. itaquè priusquàm ego credidi, & sperabam, solvit.*

℣.34. *scribit*] Ita omnes Mss. non: *rescribit*. Proindè qui aliquid in hoc loco contrà Antiquos Codd. scriptos tentant, profectò mutant quadrata rotundis.

℣.36. *Ajeb.*] V.C. ante habebat: *alebat*. *L* pro *I*.

Ibid. *sibi*] τὸ *sibi* nulli scripti nostri adgnoscunt.

℣.37. *locatum ess.*] Sic omnes Mss. alij transponũt, abnuentibus omnibus libb. *ess. loc.*

℣.38. *scyph.*] V.C. *sciph.*

℣.39. *Velis, da*] Ita scripsi hunc locum ex Mss. Pall. pr. & tert. à manu secundâ, ijdem intus, sicut & reliqui: *ac commoda h.a.* V.C. & quint. *Da commoda h. a.* Al. *si velis dare, comm. h. a.* vel; *si velis adeò comm h.a.*

℣ 40. *Heus*] V.C. & Pall. Al. *Heu.*

℣.44 *hercle*] V.C. *ercle.*

℣.45. *oculis*] Mss. Pall. sex. *occulis*. Mss. Langg. *obstit* oc. pro: *obstat*.

℣.46. *Negat*] Ita V.C. nam Pall. sex: *negant*.

℣ 47. *denum*] Ita V.C. non: *dinum.*

℣. 48. *tibi*] τὸ *tibi* præter auctoritatem omnium Chirographorum est additum.

℣. 50. *te*] Ita τὸ *te* Recensor addidit suprà litt. V. C. à Pall. verò abest. at non videtur præter rem. Quidam *huic* pro *hoc* sumunt. absurdè. Mss. Langg. *Ego huic pras.*

℣.51. *exibebo*] Ita V.C. non: *periculo*. vel: *exhibebo*, & sic Pall. pr. sec. quart. sext.

℣.52 *fidem*] V.C. initio habuit: *finem.*

℣. 53. *suscens.*] Sic V. C. Pall. *susc.* De hinc totum Versum expressi ex fide V. C. neque aliter Pal. pr. sec. tert. quart. sext. in quibus: *qui omnium r. ipsius f. credidit.* solùm quint. *qui omnium summam rerum i. s. cr.* cùm tamen idem priùs habuisset: *credit.* Pal. pr. notat, *omnium rerum*; genetivum positum pro accusativo. Novitij Critici liberiùs: *quoi omnium rerum ipsius summam credidit.*

℣.55. *vah*] V.C. *vahe.*

℣.56 *ac ne form.*] Ita invenio in omnibus Chirographis Antiquis. non: *ab ne f.*

℣.57. *habeo*] Sic initio erat in V.C. posteà suprà lin. additum *b*: *habebo*. uti quoq, Pal. tert. sext: *dum ipse quidem in manu habeo.* quomodo etiam fuit in pr. sed factum ex eo: *dum id in manu habeo*

℣ 61 *perduint.*] V.C. initio: *perdunt.* posteà *i* suprà lin. additum.

℣ 63. *accipit*] V.C. & omnes Pall. *accepit*. aliqui: *acceptet.*

℣. 65. *Malo*] Sic & legit & distinguit V.C qui quidem cùm anteà habuisset. LI. *Malo hercle jam magno tuo ni i. n. r. d. Inpure.* personam primi versûs ad secundum transtulit, substituto in eum locum Leon. d. sensu verissimo. at Pal. pr. initiò habuit: *Malo h. i. m. t. nunc istic recte d.* sed factum posteà: *nunc istinc rectè.* sec. *tuo nunc istinc rectè d.* quomodo etiam videtur fuisse in tertio. Sed ibidem emendat. *isti nec recte.* quart. *tuo nunc istinc rected.* quint. *tuo nunc istuc rectè d.* sext. *Malo hercle jam magno tuo, nunc istinc rectè dicis.* Qui aliter legunt, aut distinguunt, utique vim faciunt huic loco.

℣ 68. *quar.*] V.C. *quer.*

℣ 69 *percies*] Sic V.C. at Pall. sex. *percuties.*

Ibid. *Ni ist*] Ita hæc verba disponuntur in Mss. Langg. at V. C. & Mss. Pall. universi, ea adnectunt priori versui sic: *diffringentur. age im Ni istum*: sed prius rectius.

℣.71. *quæres*] V. C. *queres.*

℣.72. *malè*] V.C. *malo servos.*

Ibid. *Tibi*] Sic V. C. & Pall. Alij omittunt

τὸ *tibi*

τὸ *tibi*. & V.C *flet*. antiquè. τὸ *l*. αὐτὶ τῦ *i*.

℣.74 *Non is*] V.C. *non ijs*.

℣.75. *va*] V.C. *ve*.

℣.77. *Atq; etiam*] V.C. binas istas dictiones adplicat versui præcedenti: *detur atq; etiam Pror.* & omninò omnes Chirographi nostri legunt: *pro dictis vestris maledictis*. Vndè malint aliqui: *pro vestris dictis*, ejecto τῦ *male*. sed potiùs alterum *dictis* otiosè à Scribis est inculcatum.

℣.78. *Quid*] Ita legit, & disting. V.C. at Pall. plæriquè: *Quid verbero an tu f. nos*. Alij malint: *Quid verbero? ain? tu furc. herum*. sed altera distinctio constat probè.

℣.79. *Ei nunc*] Sic est in V. C. antiquè. in quo tamen oblitteratum nonnihil τὸ *E*, ut ferè factum sit *I, i nunc*. non malè. Pall. sex. *I nunc*.

℣.84 *Prafiscini*] Ita ferè à manu Recensoris V.C. ubi initio: *Perficiscini hoc n.* posteà *e* subductum puncto, & suprà *r* notatum *e* Pall. aliqui: *Proficiscin. h. d.* tert. *Proficisci hoc d.* quart. *Proficisci in h. d.* quint. *Proficisci ted.* de *Prafiscini*, Vide Lex. Plaut.

℣.85 *est alter*] Ita quidem Pall. pr. sec. sext. sed reliqui ut & V.C. *alter est*.

℣.89. *scibam*] Ita V.C nisi quod: *facis eibam*. Pall. quart. *f m f. scibam hoc*. sec. *secunda inde f. scibam hoc*. sext. *feram me facis scibam hoc*.

℣.29 *secunda*] Ita repræsentant omnes Mss. Codd. Al. *secundas mihe acis*. antiquè: pro; *mihi agis*. Al. *secundas mihi jacis*. pro: *dicis*. Sed nullum ingenium coget in ordinem Antiquitatis consensum.

℣.90. *sord*] V.C *sorditatus*.

℣.93. *dives*] τὸ *dives* in V. C. additur præcedenti versui, & alterum incipit *Annum*. Idem visitur in Mss. Pall.

℣ 95. *perc.*] V.C. *percontatus*.

℣.96 *nunc*] Pall. quinque: *quod nunc f.* V. C. *nunc quod id fers*. sec. *qui nunc fers*. V. C. *nunc quo id fers*.

ACTVS TERTII

SCENA I.

℣.1. *ted*] τὸ *d* non est in Mss.

℣. 2. *Matris expers*] Sic omnes libri scripti. non: *exp. m.* Alij etiam legunt: *imperiis*. ut sup. 1.1. ℣ 31. *expers metu*. Al. *ut qua*.

℣ 5. *quid est*] Ita sanè V.C. & Pall. sex. legunt, & distinq. non: *prae. quidem*.

℣.7. *qua recte*] V.C. *quo r.*

℣.9. *quarit*] V.C. *quer*. Et al. *animus hortat*.

℣.10. *tu mihi*] Sic V.C. & Pall. non, *mi*.

℣.11. *id me*] Ita V.C. & Pall. præter tert. & sext. ubi: *me id f.*

℣.13 *Ergò*] V.C. *Ego una p.* cæteri Pall. sex. *Ergo una p.*

Ibid. *dab. m.*] In Mss. non est nota interrog.

℣.16 *reposivi*] Mss. Pall. *reposui*. at V. C. *reposivi*, ut & Pall. sec.

Ibid. *caster*] Sic V.C. & Pall. sex. ut & Nonius, ac Ms. Birckhaim. *cisteria*.

℣.17. *familia causa*] Ita V.C. & omnes Pall. Noviiij Critici: *omnis familia cassa cons. t.* ut τὸ *tibi* sit παρέλκον. At nihil mutandum contrà Mss.

℣.19. *votui*] Sic V.C. priùs habuit: posteà Recensor *e* superimposuit: ut & infrà ℣. 33. ubi itidem *Voto* priùs leg. V.C. Sic autem Veteres pronunciasse, præter Auctoritatem Codicis Antiquissimi, qui nobis unus est pro multis: testatur quoque insignis Grammaticus CASSIODORUS de Orthographiâ pag. 2283. Operis Putschiani Quod heic nunc moneo, quia deinceps Membranarum cascarum scripturam in hoc verbo ubivis exprimere animus est: in eorum potissimùm gratiam, qui de Antiquitate hujus verbi ex propriâ suâ ignorantiâ, nuper dubitarunt. Vide Indicem Plautinum.

℣.23. *expet*] Sic Mss. omnes. nisi quòd Pal. quint. *expetiscis*. V.C. *expetescis*.

Ibid *accersi jub.*] Sic V C. & Pall.

℣ 24. *dant, eos derid.*] Sic V.C. & Pall. nisi quòd ultima dictio in V. C. *dederis*. ut & cuncti Pall. quorum nullus: *deperis*. sed solemne in libris scriptis τὸ *d* αὐτὶ τῦ *p* usurpari.

℣.26. *si mor.*] Ita omnes omninò Mss. nostri. non; *moriatur*. & V C. *mater tua*.

℣.28 *Dum ejus*] Sic consentienter V. C. & Pall. sex. at Ms. Frising. *Demeneti si exsp. m.* quod puto glossam esse alterius.

℣.30. *Na*] V.C. *Ne*.

Ibid. *largos*] Ita V. C. at Pall. *largus*. quod idem.

℣ 31 *summ.*] Ita V.C. at Pall. sex. *summa est*.

℣.32. *Iubes*] Sic V.C. & Pall. sec. quint. sext. cæteri, *jubeas*.

℣.33. *voto*] Ita rursùm V.C. pro. *veto*. & *ted*; est in eodem Cod.

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. *quâque*] τὸ *que* non reperitur in Mss. nostris.

℣.36.*Mater*] In V.C. supra, *mater*: positum est *o.* sic: *o mater.*

ACTVS TERTII
SCENA II.

℣.1.*meritò*] Sic V.C. & Pall. sex. Malè igitur Novitij Censores: *meritò Dijs.*

℣.2.*sycoph.*] V.C. *sicoph.*

℣.3 *ulmorum*] Sic omnes scripti, nisi quòd Pal. sext. *ulnarum.* uti & aliâs legi notat. pr. Novitij substituerunt; *humerorum*: vel; *armorum.* malè.

℣.4.*Qui adv.*] Ita est in V.C. & omnib. Pall. Novi Critici: *advostium.* ἀρχαϊκῶς: absque *qui.* Sed mei libb. nihil tale habent.

Ibid. *laminas*] Sic Mss. Pall. V.C. *Lamminas.*

℣.6 *indoctoresq;*] Ita planè V.C. & Pall. sex. non: *incloctores.* à κλωγμῷ verberum. Alij: *tortores* Al. *inductores.* Al. *In doctoresque.* Nos sequimur Mss. & putamus *o* potissimùm ἀντὶ τοῦ *u* positum.

℣.7 *sape*] V.C *sepe.*

℣.8.*Ea*] Sic V C. at Pall. pr. sec. sext. *Ha ne nunc l.* quart. *Ha nunc nunc l.* quint. *Ha nunc cum leg.*

Ibid. *Eorum*] V C. & Pall. antiquè habent *forum* F pro E. quod quart. interpretatur, *forenses.* Alij. positum pro *furum* putant. *o* pro *u* uti notat Pal. pr Alij: *fuerunt* & mutant: *Eas nunc leg.* Alij *exercitusq; herorum*: vel; *lorûm.* Figmentorũ abundè est. at quæ dissipantur Oraculis ultimæ Antiquitatis.

℣.9.*Euge*] Sic est in. V. C. & Pall. sex. & V.C. *eug. ae.*

℣.11.*factum'st*] V. C. inchoat Scenam, à persona Lib. usque: *Edepol*: quæ Le. demùm tradit.

Ibid. *suffer*] V C *sufferandas.* à Pall. pr. sec. tert. sext. abest τὸ *est.*

℣.12.*qui*] In Pall. quart. in glossâ ad *qui*, notatur: *quomodo.* V.C. autem & Pall. sex. *possis.* non: *possit.* quod malè arripuerunt alii Editores & in Mss. omnibus locus interrogatione cohonestatur; sed pòst: *male fecisti.*

℣.13.*Illa*] Ita Mss. Pall. omnes. non: *possint.* V.C. imperfectè exprimit. sic: *poss.* impositâ lineolâ super ultimam litt. *s.* & *Ne.* Alij: *Na ille edep.*

℣.18.*sapè*] V.C. *sepe.*

℣.19. *audacis*] Ita sanè retinent omnes nostri Codd. scripti. Alij finxerunt *artitos.* vel; *artatos.* vel; *limaces.* h. e. fortes, & robustos. sed quid opus est somniis? ubi tam liquida res, & veritas in propatulo.

℣.21.*Ne*] Ita solum Pal. quint. cæteri ut & V.C. *ni,* quod pro *ne* capiendum: ut sæpè in quarto additur glossa: *na* hoc est, *certè.*

℣.23 *preh.*] Sic Pall. at V.C. *praensus.*

℣.25.*eris*] Ita V. C. & *sepe.* uti deinceps quoque.

℣.26.*tibi*] τὸ *tibi* nõ bis exstat in Pall. Mss. pr. sec. sext. *V. er. quod t. f. d.* tert. quart. *V. er. q. f. d. r.* quint. *V. er. q. f. tibi esse pern.* absque; *datum.*

℣.28 *durit.*] V.C. *duricia.*

℣.29. *affect.*] Ita V.C. & Pall. sex.

℣.31. *atq; ing.*] Sic quoque omnes Mss. Nihil igitur temerè mutandum.

℣.35. *med*] τὸ *d* non est in Mss. & V.C. *quem* Pall. *quàm* f. nisi quod pr. sec. sext. *quam facete me esse.*

℣.36.*Nimis*] Sic V.C. & Pall.

℣.37 *tamen*] τὸ *tamen* abest ab omnibus Mss.

℣.40.*os opp*] Sic Mss. omnes. non, *opp. o.*

Ibid. *etiam*] τὸ *etiam* in nullo Ms. reperio.

℣.41. *Id. nam*] τὸ *id* nuspiam in Mss. apparet.

℣.42. *Atate*] Sic V.C. non; *atat*: uti prodiderunt alij Editores. Pall. *atat modo.* Novitij: *Atat enim h.*

℣. 43. *quoi*] V.C *quo cui rei* Pal. pr. *reij.* cæteri: *cui rei.*

℣.44. *ex crumina*] Sic V.C. & Pall. quatt nã sec. *excruminam.* sext. *crumena.* Festus etiam legit: *crumina.*

ACTVS TERTII
SCENA III.

℣.1.*Nunc*] τὸ *nunc* à novitiâ manu est. in nullo enim Mss. reperio & tamen alij editores retinuerunt sine ullâ notâ novitatis.

℣ 2 *aliquanto*] Ita V.C. & Pall. quart. & tert. nam pr. *Aib. q.* ad oram tamen notat: *aliquanto.* quint *ha. quanto.* atquè inde *ah* fecerunt Novitij. τὸ *ego* itidem exulat ab omnibus scriptis. sunt qui iteratum cupiant *Vale Vale.* sed absq; libb.

℣.3.*offers*] V.C. suprà *quoi* posuit *cui.* & *offers* ha-

 bet

Digitized by Google

bet V.C. & Pall. tert at pr. sec. ac quint. *offers*. quart. *effers*. sextus versum hunc omisit.

ỷ. 4. *Mater supr*] V.C. & Pall. pr. ac. quint. duplici *pp*. neque aliter verba ordinant. Alij : *mihi supr*. Al. *supremam*. A Chirographis verò ne latum quidem unguem discedendum.

ỷ. 6. *exclusu'st*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *extrusu'st*.

ỷ. 7. *Mox*] Ita pertinaci consensu omnes Mss. nostri. adeoque miror, cur lubuerit aliis Editoribus tam esse audacibus, ut respuerent sacrosanctum hunc consensum, absque omni necessitate. Invenies hunc errorem sæpius ex Mss. observatum alijs Fabulis: ubi incontinentes Critici ex *mox* fecerunt *nox*: Tyrianthinæ vesti non convenit Bardocucullus.

ỷ. 8. *Tu hunc*] τὸ *tu* abest ab omnibus Libb. scriptis, uti & τὸ *hic*.

ỷ. 9 *Solonem*.] Cum sic sit in V. C. Pall. sec. ac tert. mirari iterùm subit, cur tàm contemptum dimiserint. Alij Editores, & receperint, *Solon*, quod in paucis scriptis nostris restat.

ỷ. 10 *gerra*] Ita V. C. & Pall. nisi quod aliqui: *gerre*.

ỷ. 13. *Ne*] V. C. *Ne*.

ỷ. 15. *accipiam*] Sic V. C & omnes Pall. non: *aucupem*. de quo vide Lex Plaut.

ỷ. 16. *Nunc*] τὸ *nunc* à novitiâ item manu est, alienum ab Mss. omnibus.

Ibid. *Orcum*] V. C. *orchum*. ut & Pall. pr. sec. tert.

ỷ. 17 *potest*] Ita Mss. omnes. non: *potes*.

ỷ. 22. *facturam*] Sic Mss. omnes. non: *facturum*. τὸ *mihi* V. C. addit priori versui.

ỷ. 26. *O Libane*] Hæc dictio in nullo Mss. neque Pall. neque Langg. geminatur. Et tamen Saxonica Editio novissima retinuit.

ỷ. 27. *Circumf*] Ita V. C & Pall.

ỷ. 29 *Ere*] Sic Mss Pall. & Langg. at V. C. interponit personam L I B.

ỷ. 30 *eò reg*] Ita V. C à manu Recensoris. cùm antè fuisset; *ego*. quomodo restat in Pall. omnibus

ỷ. 32 *habui*] Sic V. C. & Pall. pr. cæteri: *hui*: Aliqui fecerunt *habuvi*. vel; *habivi*. sed non disertè exstat in libb. vide Lex. *Posivi*.

ỷ. 36. *hercle*] V. C. *ercle*.

ỷ. 37. *cinad*] Sic V. C. & *cined*.

ỷ. 40 *qui h*] Ita Mss. omnes. non: *hodie q. n*

ỷ. 41. *numq.*] Ita V. C. at Pall. *nusquam*. sicuti aliqui malint Amphitr. 2. 2. ỷ. 60. & Terẽt. Andr. 2 3 ỷ. 10. Ista namque Adverbia crebrò permutari solent. τὸ *ego* nusquam visitur.

ỷ 42 *med am.*] Sic est in V. C. at Pall. sex: *me clamantem* ex *d* factum est: *cl.* Recentiores *me clamore*. Idem V. C. *delegit* non *deligit*. neque aliter Pall. quinque. quintus: *exegit*. Recent *abegit*. vel; *dejecit*.

ỷ 43 *med admortem*] Sic Pall. sex. nisi quòd V. C. *me ad mortem* Recentiores *me modo ad m.*

ỷ 44. *daturus*] Ita V. C. Mss. Langg. Vatt. & Pall. sec. ac sext. & sic fuit in pr. ac tert. sed mutatum postea in *daturũ*. sicut est in quart. & quint. Al. *ipso daturus d.* vel *daturum ipsi se d.* vel *ipse sed. d.*

ỷ. 45. *quoquam*] Sic est in omnibus Pall. in V. C. à Recensore factum *nequiq.*

ỷ. 46. *pollent.*] Sic V C. & Pall. omnes. nisi quòd pr. & sec. *pollent q. possint.*

ỷ. 47. *Ille*] Ita sanè V. C. & Pall omnes Mss. non *hic*. Pal. quatt. in glossâ: *serviliter penitus, & irrisivè culpam & causam separationis suæ in Philemnium retorquens.*

ỷ. 49 *Si quid vis*] V. C. & Pall. omnes præter pr. qui τὸ *si* non habet.

ỷ 51 *Non omnia*] Hic versus abest ab omnib. Mss. Pall. habet tamen V. C & legit; *atque o.*

ỷ 53. *autem hæc*] V. C. præponit Personam A R. & Pal. quint. antè: *meum*. L r. sext. *meum*. pro: *meum*.

ỷ 56. *Dignu'st*] Mss. Pall. & V. C. *dignum est*.

ỷ. 58. *satu loq.*] Sic habet V. C. & ex emendatione Pal. pr. qui tamen: *elocuti*. ut est in quint. Reliqui quatt. *Equidem salutis satis elocuti* Recentiores: *satis locuti jam? Ecquid est salutis*.

ỷ. 59. *osculi*] Sic disertè habet MS Pal. sec. V. C. & cæteri Pall. *auscultate*. & *date*. item: *devorate*. non *auscultato* &: *dato*. nec: *devorato*.

ỷ. 61. *Tibi si*] Ita V. C. à manu secundâ. nam anteà non habuit τὸ *si*. at Pall. sex. *si tibi v. m.* absque: *sed*.

ỷ. 63 *hâc erum.*] τὸ *hâc* abest ab omnibus Mss.

ỷ. 65. *thens.*] Ita est in V. C. à manu Recensoris. Pall. *thesaur*.

ỷ. 66. *homin.*] Sic V C. at Pall. sex: *corporis*.

ỷ. 67. *Hic ponè*] Ita est in V. C ut *ponè*, sit Adverb. & verba ibidem & omnibus Pall. sic collocantur. non: *crum. colloca*.

ỷ. 69. *atq; istam*] Sic V. C. & Pall non; *istam ponis in me*. sicut expressit Editio Saxonica novissima.

ỷ. 71. *pressatum*] Sic clarè V. C Pal. pr. *crumina impressatum herum*. antea fuit: *crumenam*. sicut est in se

ũn ſec. & ſext. at quart. & quint. *eruminaimpreſſatum ſenem.* & ſic tert. *hac crumina impreßatum herum.* Recentiores quidam: *cruminam ære prægnantem.* vel, *ære preſſatum.* benè ſi adſtipularētur libb. ſcripti.

℣.72. *Hanc*] Sic V. C. & Pall. non: *Iſtanc.*

℣.74. *da mea*] Verbum hoc *da* ſic ter repetitur auctoritate novitiâ: non Codd. meorum. Mss.

℣.80. *Confric*] Sic V. C. notat adoram. ſed intus, ab eâdem tamen manu: *Confringantur.* Pal. pr. *confrincantur.* tert. ex emend. *confricentur.* & ſic eſt in quint. ſext. cæteri: *confricantur.*

℣.81 *Quid vis.*] Sic V. C & Pall. pr. tert. quart. ſext. cæteri. *quid vis?*

Ibid. *da nunc*] Sic Pall. ſex. at V. C. *dant. q. o.* Alij: *dare q. o.*

℣.83. *benefic.*] V C. *benefitio.*

℣.85. *orares*] Sic V. C. & à manu ſec. Pal. pr. nam anteà, ut & habet ſec. *Numquam remorarem quin ſi darem* tert. *nunquam memorarem, quin darem.* ſed poſteà; *remorarem.* quart. *nunq. morarem q. d.* quint. *Nunquam morarer q. d.* ſext. *nunquam remorares, quin ſibi darem.* Quæ lectionũ diverſitas eſt à V. C. ubi initio fuit: *Nunquam meorares q. d.*

℣.86. *Iſanè*] Sic V. C. à ſcalpello. antè fuit: *& ſanè,* quod reſtat in omnibus Pall. non autem fuit, *ei* vel *ti,* ſic enim fuit ſcriptum I. poſteà ſupernâ lineolâ eraſâ, factum eſt *i.*

℣.89 *amplex. h.*] Sic V. C. & Pall non: *h. ampl*

℣.93. *Erum*] Sic eſt in V. C. & Pall. non, ut Recent. *Lib. ſic herum tuis factis* Pall. pr. & ſec. non habet τὸ *ſis.* ſext. *hoſpitari ſis.* tert. & quint. *ſcis*

℣.94 *vides*] Sic rectè legitur ex V. C. ubi ſcriptum: *meã ante me gere:* quod ſanè eſt: *me amantem egere.* At ex illâ vitioſâ junctuɾâ litterarum traduces V. C. Pall. ſex. fecerũt: *vides meam ante mergere.* in pr. quis ſic correxit: *vides me meam ante mergere.* Recentiores profectò ridiculè prorsùs ediderunt: *vides Mithram antè mergere.* h. e. Solē ſe in oceanum mergere. quis non rideat ad hæc ſomnia?

℣.95. *Contiein.*] Sic Pall. pr. quart. quint. Alii tres: *continuò.* V C *conticinnò.*

℣.69 *Iſthanc*] Sic poſteà V. C. anteà *iſthac.* &, *jubes.* quod ſervant Pall. ſex. Recentiores: *jube ſis,* q̃ arripuit Saxonica Editio noviſſima contra omnes Mss.

℣.97. *vis te*] Ita V. C. & Pall. non *te vis.* initio fuit in V. C. *juſte.*

Ibid. *oſcul.*] Pal. tert. habet: *Oſcultando.*

℣.98 *Enimv.*] Ita eſt in V. C. Pall. omnes habent: *Immò verò utrumq;* præter quart. qui: *imò in numero utrumque.* (Mss.

Ibid. *Ergò*] V. C. & Pall. *ego obſ* ſed *tu* eſt in omnib.

℣ 99 *ô Lib*] Sic Pal. quint. ſed reliqui, & V. C *o Lib. mihi p.* (Liban.

℣ 101. *Mi Lib.*] Sic V C. & Pall. ſex. Recentiores: *ô*

℣.103. *Anatic.*] V. C initio: *aneticul.* poſteà *anitic.* quod habent quoq; Excerpta in Membranis. & Pall. tert. & quart. fuitq; in primo, ſed mutatũ in: *anaticul.* ſed & quint. *aviticulam.* ſext. *aviculam.*

℣ 104. *Monerulam*] Sic V C. initio. poſteà: *monedulam.* quomodo eſt in Pall pr. ſec. tert. quint. ſext. nam quart. ut & Excerpta: *monerulam.* τὸ *puſillum* autē in nullo Mss. legitur, neq; *pitillũ.*

℣.105 *beſtiã*] V. C. & Excerpta Pall *beſtiam è dupl.* ſed Pall. ſex: *beſtiam me dupl.*

℣.106 *Circumd.*] V. C initio habuit: *circũdatorq;* ſed poſteà *i* Recenſor induxit punctō ſuprà & infrà.

℣.108. *Nequiq.*] ſic V. C. non: *nequicquam.* ut eſt in Pall. nuſquam verò *necquicquam,* quod expreſſit Saxonica Editio noviſſima.

Ib. *Tu in me*] τὸ *tu* abeſt ab omnibus Chirographis.

℣.111 *jam illic*] Cento hic non eſt in noſtris Mss. ſeptem. ſed ab aliis erutus ex *Angerij Busquebij* Codice ſcripto: ſi fides Auctori Reliqui igitur: & ſic paſſus ſum implere verſiculum. Noſtri enim Mss. ſic: *Perij hercle! ſi verum quidem decorũ erum veh. ſ.* quod nonnulli tamen mutarãt: *verum ſi quidem eſt erum v. ſ.* pro: *flocco hab.* Alij; *defloccabit.* Cæterùm in Mss. nulla interpũctio

℣.113. *Sic iſti*] V. C & Pall. *ſic iſtuc ſolent.* (apparet.

℣.114 *Adſta*] Iſtũ verſũ hēt ſanè V. C. & oēs Pall. ſex. & ſic legitur, uti poſui. Alij *ſtabin' ut dicot*

℣.115. *abi*] Sic V. C. & omnes Pall. *ſic age.* Pal. pr. *n. t. e. eſt. eq. n magis ſup.* tert. *magis es equus ullus ſ.*

℣.116. *Tu incedis*] Sic eſt in V C. Pall. pr. ſec. quart. quint. *ut tu inde is* tert & ſext. *ut tu idem is.* ſed mutatum: *ut tu vide* Hinc Recentiores: *ut tumidè* vel; *tumidè is.*

℣.117. *badizas*] Sic V. C. non: *badiſſas.* at τὸ *tibi.* abeſt ab omnib Pall. qui variè interpolati ſunt, ita tamen, ut accedant propè ad ſcriptũ V. C pr. *de ordeo tollutim ni badizas.* tert. *de ordeo tolutim ni badizas.* quart. *de ordeo tuo ut hinnibadizas,* & ſuprà lin. *tolutim.* & in gloſſâ: *i. e. voce odium petas,* quint *ut tollutim vadizas* ἀρχαϊκῶς V. pro B. & ſic retinet ſextus quoque.

℣ 119 *quatrupedo*] Gàm sic habeat V.C. & Pall. omnes, præter solum quintum, qui *quadrupedē*: non potui temerè quicquā mutare: præsertim quia sensus optimè cōstet. Formatio jocularis est, à: *quadrupedus a.um.* & *tum* abest à Pall. suspicantur quidam fuisse: *posti- deà.*

℣.122. *ambo*] V.C. *amabo.* ut & Pall. pr. tert. sext. in quibus tamen τὸ *a* deletum est postea. Alterum *ambo* nec in V.C. non Pall. sex. apparet. Et id verò Saxonica Editio novissima, absque ullo indicio κρυπτογραφίας tacitè recepit.

125. *atq; ipse*] Sic V.C. & Pall. sex. non: *me ipse*, nec *amove*: nec; *adgredire*, ut habet Saxonica Editio. *adgredere* est, *adgrederis.*

℣.126. *stat nunc*] τὸ *nunc* abest à septem Mss. nostris. eoque alio charactere exprimere debuit Typographus noster.

℣.127. *Deum nom*] Sic omnes Mss. non: *nom. D.*

Ibid. *Fortunam*] Ita V. C. & omnes pariter Mss. Pall. Vatic. Langg. Pitck. Recentiores: *Fortunam.* Ar. *at quam!* Le *obseq.* Malè etiam & contrà omnes pariter libb. Mss. editū est ab aliis: *obsequelam.*

℣ 128 *olim* τὸ *olim* est in V.C. & Mss. Pall. sex: eoq; omitti non debuit ab alijs Editoribus.

℣.133. *Ad me*] Sic Pal. quint. & à manu secundâ sextus. itemque V.C. ubi fuit: *ad me adviciſſim.* tert. *ad me adſis vic.* &c.

℣.136 *quaidam*] Ita clarè V. C. at Pall. quinque: *hujus quidem m* undè factum, *h. quidem.*

℣ 137. *face*] Sic V.C. *face opting.* at Pall. pr. sec. sext. *animo sis bono facie exopt.* reliqui: *bono facile exopt.* Quidam fecerunt *faciem*, pro: *faciam.* antiquè ex Fabio.

℣ 138. *ut consu.*] Sic V.C. & Pall. non: *consuevere.*

℣ 140 *Nec caput*] V.C *necaput.* antiquè.

Ibid. *sermonis*] Sic Mss. omnes. non: *sermonum.* V. C. anteà: *sermones.*

℣.142 *Censeo nunc*] Sic V.C. & Pall. Alij: *r. u. e. nūc eloq.*

℣.144. *opport.*] V.C. & Pall. *oportun.*

℣.149. *patieris*] Binæ hæ dictiones in nullo Mss. adeòque nec V.C. leguntur. & Versus sequens *patrem* &c. in nostris Mss septem legitur Scenâ sequenti, intrà vers. 15. & 16.

℣ 150 *Hæc*] V.C Initio habuit: *hic.*

℣.153. *circumit*] Sic omnes Mss. non: *circuit.*

Ibid. *videret*] V.C. & Pall. omnes præter sext. q: *viderit.* antiquâ ratione scribendi.

℣.155. *Si mater*] Ita V.C. & omnes Mss. non, *ni m.* & *enim* abest ab omnibus Mss.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

℣.1 *conscripsisti*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *conscripsti.*

℣.5 *hercle*] V. C. *ercle.* & Pall. aliqui: *mi hercle.* Mutant nonnulli in; *hasce.* vel; *clarè.* sed nihil mutandum: cùm cohæreat cum *quæso hercle*; ut sæpè aliâs. & Mss. omnes: *translege.*

℣.6. *Glauci*] V.C. *Clauci.* & sic Pal sec. sext. at pr. *Niclauci.* ubi habet quoque tert. & quart. sed quint. *Nudaci.* &, *Clereta* est in omnibus Mss.

℣.10. *& scribas*] Sic habent septem nostri Codd. non: *ut scr.*

℣.11 *alienum*] Ita tota cohors Codd. non, *Hominem, alienumque.*

℣.12. *Patronum*] Ita V.C & Pall. quinque. nam quintus habet: *patronum nominet.* In quibusdam editis additur: *patronum suum ad se.* sed lacinia hæc nova est, huic purpuræ non adsuenda.

℣.13. *amica*] V C. & Pall. sex habent: *amica.* sed facile *a* transit in *a* inter scribendum. secus sanè sensus difficulter constat. Alij ediderunt: *amicā suam, aut sororem pr.*

℣ 14. *sint*] Sic V.C & Pall. non: *sient.* Post versum 15, ut dixi, inculcatur versus 150 superioris Scenæ, nescio quo fato. certè præter rem. Pal, sec. habet *occupatum* ℣. 15.

℣.17. *usquam*] & *usquam.* Est ex Novitio mangonio, non libb. scriptis. & Pall. *ulla quidem si t. a.*

℣.19. *ni quatrid.*] Sic V.C. solùm habet & *ni.* nam Pall. sex: *vendat in quadriduo.* sed pr. posteà, *vendat ni quadriduo.* quint. *vendat in quadriduum.* V C. etiam: *quadrid.*

℣ 20 *abalienarit*] Sic V.C. at Pall. pr. sec. sext. *Abalienavit quod ex te.* pr. ab manu secundâ. *Abalienarit.* ut & tert. qui habuit: *Abalienans quidem ex te.* quart *abalienaris quo ex te.*

℣.23. *neminem*] Sic V. C. & Pal. tert. ex emendatione. anteà habuit: *neminem illam tu vocet.* quod restat in reliquis Pall.

℣.24 *Adiciat*] Sic V.C & Pal pr. unico I. & V.C. habet *aditiat.* nec non: *Ad forum.* & F pro E. uti sæpè aliâs. quod retinuerunt omnes Pall. atq; ex hoc errore editum à Recentioribus: *Ad forum.* pro: *ipsorum.* vel; *ad socium.* & *illa* itidem ab Novitijs Editoribus pullulavit.

℣.25. *Ce-*

Digitized by Google

℣.25. *ceca*] V. C. *ceca*.

℣. 26. *pocla*] Sic ferè Pall. & V. C. ad oram: *pocla*. intus: *poda*. ficut eft in Pal. sec. & pr. initio habuit: *poca* Recentiores: *unà poscat, aquè pocula pot*. Vide Lex. *Poscere*. scil. potum. & Elect. *Conviviorum*.

℣.27. *Abs ted.*] Sic V. C. at Pall. omnes *Adstet accip*. Versus etiam hic à Recentioribus postponitur sequenti: *Ne illa minus*, &c. PA. *Abs ted*. Sed præter libb. Mss.

℣.30 *suo*] τὸ *suo* abest ab omnibus Mss. & V. C. *premat*.

℣.31. *neq.*] Sic V. C. & Pall. al. *non*.

℣.33. *anulum*] Sic V. C. & Pall. plærique. tert. *anullum*.

℣.35. *jaciat*] Ita Pall. tert. quint. & pr. à manu secundâ. antè. *jaceat*. ficut V. C. & reliqui Pall. Al. *jaciet*.

℣.36. *invocet sibi*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *si invoc*.

Ibid. *propitiam*] V. C. *propicius*. ut & ℣.36.

℣. 39. *adnuat*] Ita omnes Mss. non: *innuat*. quod solùm in quinto restat Pal.

℣. 40 *extincta'st*] Sic est in omnibus nostris Mss. non: *exst. sit*. Pall. sex. *post id si luc*. sext. *post id luc*. absque *si*. Ego expressi lectionem V. C.

℣.41. *Membris*] V. C. *Menbri*. & *optum st*.

℣ 44 *votitam*] Sic V. C. & Pal. tert. V. C. antè habuit: *votittam*. vel; *votutam*. aut; *votictam*. cæteri Pall. *vetitam*. de quo monui supra. Vide Indicem Plaut.

℣. 47. *perplexibile*] Sic Pall. sex. V. C. *perpexibile*. nulli: *perplexabile audeat*. Al. *jaciat perplex*.

℣.50. *proferat*] Sic V. C & Pal. quart. at pr. & sec. *cuiq. l. t. t. proferat*. & sic cæteri Pall. nisi quòd: *cuiquam*. Al. *quiquam*.

℣ 51 *prosluat*] Sic V. C. & Pall. sec. tert. quart. sed τὸ *autem* in sec. mutatum in; *aut*. &, *profuat*. quod restat in quarto: qui etiam habet; *haud*. sext. *prafluat*. &, *haud*.

℣.52. *abstergeas*] Sic posteà V. C. anteà *abstergues*.

℣.53. *savium*] Sic V. C. Pall. pr. tert. quart. quint. *salivum*. sec. *salivura*. sext. *salivium*. Al. *illi salivium fac*. Alij produnt in suis Mss. esse: *salivim*. Al. *salium*.

℣.57. *scripsti*] V. C *scriptis*. & sic omnes Pall. præter sext. qui: *scriptas*. V. C *singraph*.

℣.59. *suam*] τὸ *suam* abest ab omnibus Mss.

℣.61. *si forte*] Ita V. C. & omnes Pall. non: *se*.

℣.62. *noctes*] τὸ *noctes* est in V. C. & Pall. sex. nec non Langg. omnes etiam: *habuerit*. Alij omittunt τὸ *noctes*: & legunt: *habuverit*.

℣.63. *mortualia*] Ita V. C & omnes Pall. sex. Al. ex Mss. Langg. *mortalia*. Al. *mortuaria*: vel; *mortaria*.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

℣.3. *adulescenti*] Ita ferè ubique V. C. & plærique Pall.

℣.5. *obicias*] Sic V. C. & Pall pr.

℣.6. *suppelles*] Ita V. C. nisi quòd: *suppelles*. τὸ L autem pro I. ponitur. neque aliter Pall. pr. & quart. at sec. quint. *supplex*. sed & Mss. Langg. *suppeiles*. Quod proindè probum, ac retinendum.

℣ 7. *suspendas*] V. C. *suppend*. & *tu* est in omnibus Mss. quod alij omiserunt. malè.

℣.8. *propediem*] V. C. *probediem*: ex correctione secundæ manûs.

℣.9. *effiges*] Sic Pall. sex. at V. C. *occupas fite eff*. Alij: *effi ges*.

℣.11. *Me*] In Mss. nostris Parasiti Persona præfigitur antè: *Ego sic*, &c. at rectiùs sic distinguitur, uti posui.

℣ 14. *qui*] Sic V. C. nisi quòd: *dixisti*. Pall. *at pol quin dixisti*. Alij: *Epol qui in dixti rect*.

℣.17. *Iam memor*] Ita hunc locum primus, quà lectionem quà distinctionem, ex V. C. & cunctis Mss. Pall. restituo. Sic enim disertè legitur in Pal. sexto: *Potitare illam expilare, jam emore*. neque aliter fuit initio à primâ manu in Pal. quint. undè posteà factum: *jam emone*. quod restat in V. C. & cæteris Pall. quatuor. Jam quis non videt fontem erroris? τὸ *m* in *memor* absorptum est à priori *m* in; *jam*. quo nihil solemniùs in nostris Chirographis. τὸ *s* in *es* itidem evanuit, culpâ Notariorum, qui fortè scribere solebant *ē*. aut sanè alio vitio perijt. Pal. pr. habet: *Potiare*. quart. *Portare*. quod servant V. C. & Pall. tres reliqui. Alij Recentiores sic: *Potare, expilare clam*. PA. *ne me mone: ego istud*, &c Benè ad sensum. sed longiùs paulò ab Mss. nostris.

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA I.

℣.1 *Agedum*] Nullus Mss habet sic expressè. V.C. *age decumb.* nam quintus: *Agedum accubamus pater.*

℣.3.*molest.*] Ita omnes Mss. præter V. C. qui: *molestum est.*

Ibid. *si hac*] Ita V. C. & Pall. sex. at Mss. Langg. *si hac mecum unà acc.* Al. *si hac nunc mecum accubet.*

℣.8. *unio*] Sic Pall. sec. quint. ac sext. & initio pro posteà: *vino ut serm.* sicut V. C. & reliqui Pall.

℣.10. *Credam*] Sic V.C. & Pall non: *credo.*

℣.11. *ut quasi*] Ita V. C. & Pall. sex. Alij absque: *ut.*

℣.12. *dixis*] Ita V.C. at Pall sex: *ne dixeris.*

Ibid. *Ilicò*] Sic disting. Mss. Pall. at V. C. *fueris ilicò.*

℣.15. *isthac*] Ita Mss. omnes. non: *quia ista st.* V.C. *istec.*

℣.16. *me male h.*] τὸ *me* expressè habet V.C. & Pall. malè igitur omissum fuit. pessimè verò factum ab alijs Editoribus; qui affirmant, Mss. nostra habere sic: *Ea res male habet.* annon hoc est prostituere fidem Antiquitatis?

℣.21. *Quin te*] Sic est in cunctis Mss. nostris. Al. *Quia te.*

ACTVS QVINTI
SCENA II.

℣.3. *sciente*] V.C. antè habuit: *scienti.*

℣.4. *mihi*] Sic V.C & Pall. non: *mi.*

℣.5. *Artemona*] Sic hic versus legitur in omnibus Mss. nostris.

℣.6. *At*] Sic V. C. at Pall. *ab scel.* nisi quòd quart. *A scel.* sext. *Ha scel.*

Ibid. *alias*] Sic Pall sex. at V. C. *alios.* quod etiam est in Langg. At non placet. Constanter autem iidem Palatini retinent: *frugirata.* quod V. C. unicâ dictione scribit, ut & paulò pòst vers. 11. Puto manifestum errorem. indè commissum; quòd Scribæ in mente dictio sequens *frugi.* nam sanè sensus omnis repugnat. Pal. quart. in glossâ addit suprà prius *frugi: h. e. nobilem:* suprà alterum: *h. e. utilem.* Ego quod in Mss. Langg. superat τὸ *fui*, rectum puto.

℣.8. *pretij*] Sic V. C. Langg. & Pall. pr. tert. quart. nam cæteri: *mortales.* quomodo antè etiam habuit primus, & *preci* aliqui scribunt.

℣.10. *ista*] Ita V. C. at Pall. sex: *Pol ni vera ista.* nisi quòd tert. & quart *pol nisi ista vera.*

℣.14. *Cenam*] Sic V.C. qui ART. sequentem versum dat. Pal pr *quottidie.*

℣.15. *Charestr.*] Expressi nomina prout sunt in Mss. nostris septem Recentiores variè interpolarunt. pro: *Charestratum*, fecerunt: *Charesteum.* & secundo versu. *Chr. Crat. Clin. Dineam.* Pal. pr. *Cluviam Demost.*

℣.17. *liberis*] Sic V.C. & omnes Pall Recentiores: *corr. est liberis l. st.* sed nihil mutandum; cùm idem maneat sensus.

℣.19. *mEcastor*] V.C. & Pall. *ne.* omnes item septem libb. *Ecastor.* non: *mecastor.* Nõ satis itaquè ex meo voto Typographus noster expressit: *mecastor.* Magis namque alterum ex libb. scriptis probandum censeo.

℣.21 *aut*] τὸ *aut* abest ab omnibus Mss. Al. *senatui.*

℣.24. *incult.*] Ita V. C. & Pall. nisi quòd pr. sec. sext. *aut incultum.* Al. *incultu.*

℣.25. *corrupit*] Sic V C. at Pall. *corrumpit.* & sec. *is met corruptus.* sext. *is porrò corruptus.*

℣.26. *Quin etiam*] Hunc versum Neoterici ex Nonio huc transtulerunt.

℣.27. *me modò*] Sic Pall. omnes. at V. C. τὸ *me* habet, suprà lin. à manu Recensoris.

Ibid. *manufestò*] Ita V.C. & Pall. sex.

℣.31. *Hem tibi*] Sic V. C. & Pall. non: *Ent. h.* & in iisdem libb. est. *possum.* non: *possim.*

℣ 34. *hujus c. esse*] Duæ istæ dictiones Novitium sunt mangonium: absunt enim à septem Mss. nostris. & *correptum* est in Mss. Vatt. at nostri omnes *corruptum.* quod ferè al eti prætulerim. Et sanè Typographus noster ex animo meo non aliter debuit excudere.

℣.36. *subrup.*] Sic V.C.

℣.37. *possum*] Ita V.C. & Pall sex. non: *possim.*

℣.38 *illum*] Sic Mss omnes. non: *illunc.*

℣ 40 *cruciabam*] V.C. *cruciebam.*

℣.41. *savium*] Sic V.C. non: *suavium.*

℣ 46 *illam*] Sic V. C. & omnes Mss. Pall. non: *istanc.* Atque hic Versus in omnibus Mss. nostris ponitur post versum 49. ita tamen, ut singuli ferè libri notent, non suo loco scriptum: sed per errorem deturbatum de sede hâc suâ.

℣.47.

℣. 47. *cum malom*] Sic omnes Mss. non: *magno m.*

℣. 49. *vitium*] Ita est in V.C. Pall. pr. & sec. cæteri: *convitium*. in sexto. anteà fuit: *convitium facere.*

℣. 51. *Ecquid matrem*] Hic versus in V. C. & Mss. Pall. collocatur, post vers. 46. *Bibere mal.* sed cùm omnes Codd. Scribarum negligentiâ hoc loco prodant: res ipsa loquitur, rectiùs huc collocari. Nam idem hic versus unà cum vers. 46. *Bibere.* iterùm in omnibus libb Mss. inculcatur pòst versum 57. *Pueri plaud.* cum obelismo: non suo loco esse scriptum. In iisdem libris scribitur *ecastor*. non: *mecastor*. Vide Elect. Tit. *Iuramenti.*

℣. 52. *hic te*] Sic omnes Mss. non: *te hic.*

℣. 53. *hac fund.*] τὸ *hac* non est in Mss. Al. *illac f.* sed neque hoc est in libb. nostris. & V. C. *Ne.* ut & suprà ℣. 47.

℣. 56. *uxori*] V.C. *uxoris*. ut & Pall. plærique.

℣. 59. *Non mirand.*] Sic V.C. & Pall non: *est mir.*

℣. 60. *tu isthac*] V. C. & pænè omnes Mss. *tu ie hac h.* & Pal. pr. *tuis hodie hinc cum t.* sec. *tuis hodie hoc c. t.* Alij legunt: *isthanc*; scil. Philenium supr. 4. 1. ℣. 35. Nullus autem: *Invocavisti.*

℣. 61. *invocasti*] Ita V. C. & omnes ferè Pall. nisi quod iidem: *& quis currit pol lictorem.* τὸ *n* est omissum. ut in *Cess* & *Coss* pro: *Censores*. & *Consules.*

℣. 62. *salutis*] Sic V.C. at Pall. sex. *sic salutas.* Alij: *sat salutis st.*

℣. 63. *est*] τὸ *est* abest à Mss. omnibus.

℣. 64. *decumbo*] Sic V. C. & Pall. sex. non: *discumb.*

℣. 66. *pòst eum*] Sic Pall. sex. at V. C. *poste demum.* Alij: *postea demum hunc*. Vide Aulul. 1. 2. ℣. 40.

℣. 67. *potirier*] V. C. habuit: *potierier*. Omnes verò Mss. *in parte*. non: *in partem.*

℣. 71. *huc rec.*] Sic Pall. at V. C. *hunc.*

℣. 72. *enicaBit*] Sic V.C. antiquè. B. pro V. τὸ *Age*; non est in V. C. aut Pall. qui: *enecabit*. pr. & sext. *Miseram enecabit*. sec. ac quint. *Miseram hodie nec.*

℣. 73. *negato*] Pall. sex. *nega.* & V.C. nisi quòd *ne nega omnium p.* Et profectò ex animi mei sententiâ illud *nega* debuit retinere: aut τὸ *to* in caudâ dictionis alio charactere excudere.

℣. 74. *cucúlus*] Ita V.C. & Pall. non: *cucullus.*

℣. 75. *amat*] Sic omnes Mss. non, *amlator.*

℣. 76. *paul*] Sic Pall. sex. at V. C. *paulum.*

℣. 8. *Murram*] Ita V.C. & Pall. non: *smyrnam.*

℣. 81. *subrupt.*] Sic V.C. nam Pall. quart. *qui subrupt.* Alij omnes: *qui surrept.*

℣. 84. *Nihilne te p.*] Sic Mss. omnes. Alij: *nihil*. vel: *Nil te ne p.* contrà libb. Mss.

℣. 85. *domum*] τὸ *domum* novitia est lacinia, quæ ab omnibus Mss. abest: eòque ab Typographo alijs notis exprimi debuit.

℣. 87. *te*] τὸ *te* abest ab omnibus Chirographis. Pal. quart. *cenabit*. Alij: *ut dignus est.*

Ibid. *Ecastor*] Sic restat in omnibus planè Mss. nostris Alij substituere malint: *Edepol q.*

℣. 88. *adducit*] Ita Mss. septem. non: *abducit*. at sext. *uxor ducat d.*

℣. 91. *verò*] τὸ *vero* habent omnes Mss. malè igitur omissum fuit ab alijs Editoribus.

℣. 92. *abu*] V. C. *ab iis.* & *savium.* non: *suav priusquam abeas.* DE. *Malam crucem* sc. dabo. omnes enim Mss. sic habent, uti expressi.

G R E X.

℣. 93. *uxorem*] Sic fuit in V.C. posteà lineola suprà e erasa est: & factum: *uxore.* quomodo est in Pall. quart. nam quarr. & quint. *uxorem.*

Ibid. *voluptatis*] Ita sanè expressè V.C. & Pall. sex. non: *volup.*

℣. 95. *ubiq. occ.*] Sic Mss. Pall. sex. at V. C. *ubi quaque occas.*

℣. 97. *si PLAVsum cl. d.*] Mss. Pall. sex. *si plausum sic clarum d.* Et sic quoq; fuit in V.C. sed mutatum: *si plausum si clarum d.* sed alterum *si* abundanter scriptum ab Notario.

NOTÆ

Digitized by Google

NOTÆ CRITICÆ

In

AVLVLARIAM.

Fabula hæc in MS. Pal. quarto inscribitur: AULULARIA.

ARGUMENTUM I.

HOc Argumentum in Mss. postponitur sequenti.

ỷ.1. *domi*] τὸ *domi* abest à V.C. & Pall. sex.

ỷ.2. *Lycon.*] V. C. *Lic.*

ỷ.6. *Abstrudit*] V. C. *abstridit fores*; uti videtur fuisse in Pall. quart. ac sext. nam reliqui; *abstrudit fores.*

ỷ.7. *Req;*] τὸ *que* in nullo exstat Mss.

ARGUMENTUM II.

ỷ.5. *Vitiarat*] V. C. *viciar.* ut & paulò pòst.

PROLOGVS.

ỷ.4. *annos*] Ita liquidò V. C. & Pall. nisi quòd sec. non habet τὸ *est.* Recentiores; *Iam multus annus est.* sed contrà omnes Mss. qui item unanimi consensu. *quòm p.* non; *ut poss.* ac deindè *colo* cuncti habent Mss. non; *color.*

ỷ.5. *Avoq;*] Sic V. C. & Pall. pr. quart. sext. nam sec. *Patri quoq; jam hujus.* absque; *jam.* Novitij fecerunt; *Patriq; avoq;.*

ỷ.7. *Thensaur.*] Sic V. C. & omnes Pall. non; *Auri thes.*

ỷ.9. *quoniam*] Sic V. C. & Pall. quart. sed sic: *qm.* Cæteri Pall. quinque. *Is quando mor.*

ỷ.12. *commonstr.*] Ita V. C. & omnes Pall. nisi quòd pr. *conmostraret.* sextus verò; *commonstrare.*

ỷ.16. *cepi*] Sic Ms. Pal. pr. V. C. *cœpi.* Et Pal. pr. Initio; *ecqui* posteà, *ecquid.* quomodo etiam tert. quint. sext. à manu secundâ; at sec. ac tert. incorruptè servant; *ecqui.* V. C. *etqui*; *Ecquid.*

ỷ.20. *die*] Sic V. C. & Pal. sec. & quart. reliqui; *diem.*

ỷ.24. *ture*] Sic V. C. non; *thure.*

ỷ.27. *illam*] Ita V. C. non; *eam.* quod restat in Pal. quart. nam pr. & sec. *Quò ille eam f.*

ỷ.30. autem] Ita V. C. & Pall. nisi quòd tert. habuit priùs, *aū*, cum lineâ superscriptâ. sext. āt quod æquè est: *autem.* non verò habet *compressam*; *autumat.* quod posteriores censores sic commenti sunt.

ACTVS PRIMI

SCENA I.

ỷ.2. *emissitiis.*] V. C. per *e.*

ỷ.3. *Nam cur*] V. C. ante habuit, *nam me commis.*

ỷ.5. *Nam quâ*] Ita V. C. nam Pall. sec. quart. sext. *nam qua me nunc c.* tert. *nam qua nunc me causa.* sext. *N. q m. c.* Recentiores: *N. q. nunc causa.* vel; *N. me q. nunc c.*

ỷ.7. *Illuc*] Ita ordinant & interpungunt Mss. omnes. nisi quòd versui alteri adnectunt; *ut inced.* Alij post, *illuc*; ponunt punctum.

ỷ.9 *hercle*] τὸ *hercle* in V. C. ponitur intra lineam super *hodiè* à manu Recensoris; qui pòst *hodiè* collocatum voluit: sed Pall. sex. sic servant, ut posui.

ỷ.10 *gradibo*] Ita V. C. at Pall. *grandibo.*

ỷ.16. *etiam nunc*] Istæ duæ dictiones non sunt in V. C. Nec Pall. tert. & quint. sed habent tamen cæteri, & expressè quidem etiam repetit Pal. sex. quod video alijs non observatum.*

ỷ.17. *adstato*] V. C. *Atasto.* at sex. Pall. *adesto.*

ỷ.26. *estne*] Ita omnes Mss. nostri, excepto sexto, qui τὸ *ita* non habet. In nullo verò legitur; *sit ne.*

ỷ.28. *Ne noctu*] Hic versus ex Nonio à Recentioribus criticis huc impactus fuit. In nullo verò Mss. ego offendi.

ỷ.29. *enim*] Mss. hìc variant; Nam Pall. tert. ac quint. *Nec nunc me ecastor.* at pr. sec. quart. *Nec numen ecastor.* V. C. *Noe num mecastor.* & suprà. *Noe.* à manu antiquâ scribitur. pro: *Non.* Ego veram puto lectionem, quam posui.

ỷ.32. *sape*] V. C. *sepe.*

ỷ.39. *unam*] Ita sanè in hâc quà lectione, quà dispunctione conspirat concors consensus. V. C. Pall. sex. ut & Mss. Langg. à quâ harmonia nefas

fas duxi discedere. Alij finxerunt: *ex me ut unam faciam.* ut alludatur ad Nomen Staphylæ. Alij: *unam f. literam longam meum laq.* sed cùm omnia absq; idoneâ auctoritate sint excogitata, pro somniis habenda puto: quicquid à tramite Mss. libb. deviat.

ACTVS PRIMI
SCENA II.

ỳ.1. *defæcato*] V C. *defec.*

ỳ.5. *quæsti*] V C. *questi.*

ỳ.6. *inanis*] V C. & Pall. quart. ac sext. *inanis.* cæteri: *inanes.*

ỳ. 7. *nunc*] τὸ *nunc* est in omnibus Mss. septem.

ỳ.13. *quispiam*] Ita V. C. at Pall. sex. *ST. quod si quisp. i. querit?* SEN. *exst. v.* malè.

ỳ.15. *Extempulo*] V.C. & Pall sex. *Extemplò.*

ỳ.17. *pistellum*] Ita V C. at Pall. *Pistillum.*

ỳ.24. *prope'st*] Ita. V. C. at Pall. quinq; non habēt, τὸ *est.* & pr. à manu secundâ *quamquam prope* Pall sext. *quamquam prope sit.*

ỳ.28. *sed*] Sic Pall. sex. at V. C. sine ambiguitate: *si quid.* fortè fuit in Archetypo scriptum *sz.*

ỳ 34 *quin*] V.C. *quinūm.* Pall. sex. *quin.*

ỳ.40 *post idem*] Sic V C. & Mss. Langg ut & Pall. tert. quart. sext. at reliqui tres: *postidem.* Alij Recentiores: *postidea.* quod cùm in nullo Mss. hoc loco extet, miror, cur Saxonica editio novissima prætulerit alteri dictioni: quæ æquè proba, & antiqua

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

ỳ.2. *hoc*] Ita Pall. omnes, nisi quòd pr. antea habuit: *hac.* quintus verò non habeat τὸ *hoc.* quod V. C. supra litteras scripsit, & in textu: *rei hac.* omnes autem Mss. secundum versum ordiantur à voce, *causa.* Editiones variæ variè interpolarunt hunc locum, sed somnia non curamus.

ỳ.3. *Ita*] τὸ *ita* nulli Mss. agnoscunt.

ỳ.5. *multum-loqu.*] Ita V. C. & Pall. sex. non: *mult loquaces.*

ỳ.7. *fa lo*] V.C. sic: *s lo.*

ỳ.10. *ut*] Ita omnes Mss. non: *Itaq.* vel; *Et equ.* V.C. *equ.*

ỳ.11. *me*] τὸ *me* abest à V. C. non item à Pall. sex.

ỳ.15. *famil*] Sic V.C. at Pall. quart. ac sextus. cæteri. *familiariter.*

ỳ.16. *Ubi ea'st*] Hæ dictiones in V. C. inchoant Versum sequentem, qui terminatur voce: *Nego.* & porrò alter ordinantur, uti asteriscis adnotavi.

ỳ. 18. *Decet*] Ita V. C. at Pal. pr *Dedecet eq. v. loqui.* tert. *decet quidem v. l.* quart. *no et enim v l.* quint. sext. *decet equidem vera proloq.*

ỳ 21. *umquam*] Ita V. C. at Pall. amplius habent: *umquam soror, quid vis?*

ỳ 22. *tua*] Sic V.C. at Pall. plæriq;: *tua stute re atq, impera sis. Eu. id quod.*

ỳ.24. *admon.*] V. C. & Pall. pr. sec. quart. sext. *monitum.*

ỳ 25. *Facta*] Sic Pall. sex. nam V.C. *facto v.* nullus: *factum volo.*

ỳ.27. *liberis*] Sic iste locus legitur in V. C. & Pall. sex. Alij sic: *procreandis ita. D. f inquito. Volo t. u.* ut Eun. Megadoro sic verba solemnia præeat. sed in meis Mss. nihil tale legitur.

ỳ.28. *Hei.*] V C. *heia.*

ỳ 30 *Eia*] V.C. *heia*

ỳ 31. *Iubeat*] Sic Pall. *jubeat* at V.C. *Iubeat* τὸ *L* pro *I.* & sic quoque est in Mss. Langg. Ex ignorantiâ hujus archaismi quidam alterum *jubeat* ineptum judicarunt. sed ineptum judicium non moramur.

ỳ 36. *Cum maxumâ*] Pall. quinque: *quam maximam p. t f. d. dotem.* Pal. quart. *quam maximam. &, d te.* V. C. *quam maxima.* puto fuisse: *quòm:* pro; *cum.*

ỳ 39. *quid vis*] Sic V.C. & Pall. quart. nam tert. *si quid vis rogitare, roga.* quint. *si quid vis rogare, volo.*

ỳ.40. *med jam d.*] V.C. *medi e ducit.*

ỳ.42. *Postumus*] Sic V. C. & Pall. quinque. solus quintus: *post humus.*

ỳ 43 *demam*] Sic Mss. ad unum omnes. Nonius: *degam. h. e detraham.*

ỳ 46. *vehicula*] Ita solus Pall. quint. Alij non habent à manu primâ vocem, *vehicula.* sed adest in V. C. qui initio. *vehiculae e. bur.* posteà τὸ *e.* erasum.

ỳ 47. *redigunt*] V. C. *rediguntur.* Est enim lineola suprà *t.*

ỳ.49. *Novistin*] Sic V. C Pall. pr. & sec. *Nosti h.* sext.

sext. *Nostin h.* quod versûs causâ admitti posset.

℣.52.*quid*] Ita V.C & Pall.non; *quòd*.

℣.53.*numquid*] Mss.*nunc q. u.*

℣.55.*Est*] τὸ *Est* in V.C.& Mss.Pall.adnectitur versui præcedenti.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

℣ 1.*exibam*] V.C. initio habuit: *exigebam*.

℣ 10 *est ANIMVS*] Sic omnes Mss.non, *an. est*.

℣ 11 *indicium*] V C. per *t*.

℣.16.*adjuctaBere*] Sic V.C.antiquè B pro V. Pall. cæteri; *adjuvabere*.

℣ 20.*inleit*] Sic V.C.& Pall.quart.alij; *injicit*.

Ibid. *zamiam*] Sic V.C.& omnes Pall.

℣.21.*viBi*] Ita scripsi ex V.C.antiquè. Sic autem habet V.C. *novi pol.ypot. qui vibi q.* pro; *vivi*. & Pal. pr.tert. quart. *polipos quin ibi quicquid t.* sec.sext. *quin ubi quiq.t.* quint. *qui quicquid tetig.* absque particulâ istâ. Al. *qui sibi q. tetig.t.*

℣.22.*parumper*] Sic V.C.& Pall. Alij. *Dam. op. p. si opera est. Eucl.id quod.*

℣.25.*domum*] Sic V C & Pall.non: *domi*.

℣.26 *Quò abu*] Sic V. C. & Pall non; *quonam abis*.

℣.29.*parcior*[V.C. *partior*.

℣.30.*salva res est*] Sic Pall.at V.C *salva re est*.

℣.31 *redi*] Sic V.C

℣.34.*proloqui*] Ita V.C & Pall.sex.non; *loqui*. Pal. sext.versum illum planè omisit: ob similitudinem hujus dictionis; quæ bis in fine utriusque versûs collocatur.

℣.43.*Heia*] Ita V C in Pall.est; *Hei*.

℣.49.*Megad.in m.*] Sic V. C. at Pall. *in m. Megad.*

℣.54 *quasi*] Sic V.C & Pall. sec quart. ut & Mss. Langg. cæteri Pall. *quàm*. pro: *quàm si*; ἀλλαγῶς; Pal. pr. *h.resp. magu quam*.

℣ 56.*divortij*] V. C. *divorti*. ut & Pall. sec. & initio. pr. & sext. nec non quart. at quint. *divortij fiat*.

℣. 57.*mordicùs*] Ita V. C. & omnes Mss. Pall.& Langg. nisi quòd pr. & quart. *mo-sibus*. Ferè tamen erat, ut lectionem Nonij Marcelli retinerem, *mordicibus*. hoc est; dentibus. Vide Lex Plaut. Nam expressè Ms. Pal. quart. hanc dictionem retinet Capt. 3. 4. ℣. 73. Deterruit me tamen & hoc & illo loco consensus Mss. cæterorum. Alij malebant; *mordicitùs*. ut; *radicitùs*.

℣.58. *me ab*] τὸ *me* est in omnibus Mss. proindè non omittendum.

℣.61.*qui dem*] Sic legitur ex Mss Pall.sex.ubi; *quidem*.at V.C *quod dem*. Malè verò interpunxit Typographus noster: qui post dotis mediam τομὴν collocare debuit.

Ibid.*duas*] Sic V.C.& omnes Pall.non: *duis*.

℣ 46 *hominem quàm doctum*] Sic V. C. & Pall. omnes. Et sextus in glossâ: *Quam*: pro: *valde.* Al *hom. condoctum.*

℣ 48 *meritissumò*] Sic V. C. qui & præcedentem versum omninò sic concepit: ideòque nihil mutandum. quod fecerunt ij qui conjecerunt; quatuor versus sequentes hinc eliminandos, & ad sequentem Scenam esse traiiciendos, pòst versum 19. ubi Miles pugnas suas prædicare gestit: & à Sene reiicitur: *Quin tu.* &c. *Atque hac.* Sed Mss. omnes sic servant, & collocant versus, uti edidimus.

℣ 49 *stultitia'st*] V. C. & Pal. tert. *stultiast.* & V. C. *vitio.*

℣ 51 ** *Quom*] Ita V. C lacunam habet hoc loco: & porrò per totam Scenam versus aliter ordinatur uti indigetavi.

Ibid *pugn. memorandis*] Ita V. C. & omnes Pall. Al. *memorandus.*

℣ 52 *Erad. h.*] Sic V. C. at Pall. mendosi sunt *Er. hom. adulescentiam aureis q. occ.*

℣ 54 *chlam.*] V. C *clamyd.* Nota: quòd malè hic versus citatur à Nonio in *Quassum* ex Milite.

ACTUS TERTII SCENA IV.

℣ 2 *Periphanes ..*] In V. C. heic lacuna est. sed nihil desiderari existimo.

℣ 11 *ore fiunt*] Ita Pall. plærique. at V. C. ut & Mss. Langg. *de illius illa fiunt s.*

℣ 13 *Nempe quem*] Ita V. C. & Pall. omnes. Al. ex Mss. Langg conijciunt *quemne in adul.* ut τὸ *ne* sit παρέλκον. Vide Lex. Plaut.

℣ 15 *indeptum*] V. C. habet: *inneptum.* Pall. *adeptum.*

℣ 16 *dimissis*] Sic V C at Pall tert. quart. & sext. *demiss.* pr. & sec. *remiss.*

℣ 19 *Quin*] Ita V. C. & Pall. quinque. Al. *proin.* sed absque libb.

Ibidem *farcias*] V. C. *fartias.* neque aliter est in Manuscriptis. non autem: *fartias.* Cæterùm pòst hunc versum, uti suprà commemini, quidam infarciunt superioris Scenæ quatuor

quatuor versus: nempe. 49. 50. 51. 52. non quidem omninò incommodè: sed præter libb. auctoritatem.

℣ 20 *quod ego*] τὸ *ego* est in V. C. & omnibus Mss. Pall. Al j omittunt. malè.

℣ 21 *ætate*] Sic V. C. & Pall. omnes.

℣ 23 ..... *Mihi*] V. C. lacunam habet. non item Mss. Pall. nec puto quicquam deesse.

℣ 25. *non'st*] Sic est in V. C.

℣ 26. *quid velis* .....] Et hîc lacuna est in V. C. Al. *quod velim*. Sed τὸ *velis* servant omnes Chirographi. Alij sic disting. *Si tibi molestum non est*. Pa. *non edepol scio: Molestum non est mihi, si dicis, quid velis*. In Ms. Pal pr. absunt hæc verba: *si dicis, qua velis*. & lacuna est sat grandis.

℣ 27 *Mihi illam tramitt.*] Ita est in V. C. Al. *illanc transm*

℣ 32 *si sexag*] Ita V. C. Al. *sexaginta mihi si den.*

℣ 33 *Tuas possidebit*] Sic V. C. & Pall. Al. *post sedebit*. h. e. otiosè feriabitur. numeratis mihi sexaginta Minis tua Mulier erit: tibi semper feriata, tuis ut unius rebus tota vacet, aliorum omnibus soluta. vide Capt. 3. 1. ℣. 8. Al. *possidebit ferias* h. e. pecuniæ tuæ in ferias reconditæ possestrix futura est.

℣ 35 *emta mihi*] Sic Pal. pr. at V. C. *tibi* ut & Mss. Langg & reliqui Pall. & quidā disting. *empta tibi h istis leg* Pa. *hab. sic*.

℣ 36 *foràs educite*] Ita V. C. & Pall. quinque. non: *educito*.

℣ 37 *introduxistis*] Sic V. C. & Langg. nec non Pall. eòque contrà mentem meam Typographus noster excudit: *introduxisti*.

℣ 38 *gratijs*] Sic anteà V. C. posteà factum: *gratis*.

℣ 39 *te tenent?*] τὸ *te* non est in V. C. & Pal. tert. Alij Pall. *quæ te int. te*.

℣ 40 *tenebras trudis*] Sic Mss. Pall. omnes & V. C. ex rasu â. quasi anteà fuerit; *cud.* at valde obscurè. Alteram igitur ex consensu Mss. facilè retinui: contrà quàm fecerunt Novissimi Editores.

℣ 41 *Intus*] Ita omnes Mss. nostri unanimi consensu.

℣ 46 *deperibat*] V. C. anteà habebat; *deperiebat*.

℣ 49 *Reor & pecc.*] Sic V. C. & Pall. Al. *atque pecc.*

℣ 50 *Servom misi* ...] V. C. heic lacunam habet: sicut Pall. quoque lacunosi sunt. τὸ *er* paragog. non est in Mss. omnesque etiam habent: *solet. m.* non; *m. s*

℣ 51 *in eo articulo*] Tres hæ dictiones in nullis Mss. Pall. nec Langg. visuntur. ut & pòst; *emit*. . . . est spatium in V. C. Al *ipse hanc fidicinam emit.*

℣ 52 *Articul.*] V. C & Pall. omnes. *Te articulatim conc.* nisi quòd pr. & quint. *articulatum*. Ordo quoque versuum planè alius est: & valdè perturbatus.

℣ 53 *mihi sic*] τὸ *mihi* nec in V C. nec Pall. legitur. verisimile tamen est, fuisse in V. C ubi rasura apparet. Mi. *sic susp e* ut τὸ *mi* sit *mihi*: vel Personæ nomen. Al. *nihil. sic susp. e.* Al. *nihil. sed susp. e.*

℣ 54 *illac hac*] τὸ *illac* nuspiam quoque in Mss. comparet. & *subpos.* est in V. C.

℣ 55 *sublitum*] Ita Mss. Pall. at V. C. *sulatum*. vel; *sulitum*.

℣ 57 *Euge Euge*] Pro altero *Euge* V. C. & Pall. omnes habent; *frugi Epid. f. e.* in V. C. super *frugi* scriptum, ut credo, manu Camerarij: *euge*. & nullus Mss. habet: *pugnavisti*.

℣ 60 *Ehodum*] Sic V. C. at Pall. *eundem ist hunc h.* Al. *Ego dum*.

℣ 62 *quæ plus*] τὸ *quæ* in nullis Chirographis offendi.

℣ 69 *ubi habitet*] Sic planè V. C. & *uberta* pro; *liberta*. quod restat in Cæteris Pall. omnibus.

Ibid. *ehò, ain*] Sic ex V. C. leg. ubi *Ehoani*. & lacunam satis capacem habet. pòst; *ani*....

℣ 71 *audivi*] Hæc dictio nuspiam gentium in Mss. visitur Alii Editores tanquam genuinam absque ullo indicio novitatis in textum receperunt.

℣ 73 *sunt .... plan.*] Ita lacunula est in V. C.

℣ 74 *exent.*] Ita posteà V. C. à manu Correctoris. anteà erat; *exinter* & *marsupium*.

℣ 81 *Eámne*] V. C. & Pall. *Eamne*. sed alterum rectum est,

℣ 83 *depecul. eis*] Ita V. C. & Pall. non; *meis*.

℣ 84 *sic mihi*] τὸ *mihi* nulli *Mss.* nostri adgnoscunt.

℣ 85 *meminoris*] Sic ex V. C. & Pall. corrigendum. ubi; *memineris*.

℣ 86 *jurium f.*] V. C. habet *jurum*. quomodo & Excerpta Pall. in Membranis. at Cæteri Pall. *virum*.

℣ 87 *Malleum* ....] Vtrobique in V. C. & Pall. omnibus

mnibus hiatus est. fortè an quatuor posteriores versus ex alia Comœdia huc fuerunt translati. Non malè quidem certò cohærent.

℣ 88 *scilicet*] Ita ex bibliostrebli cujusdam glossâ suppleta est lacuna ista. Nam in Mss. pòst; *sapientiorem* . . . spatium est.

Ibid. *manubrio*] Sic V. C. initio. posteà; *manibrio*. quod & servant Excerpta Membranacea. at Pall. omnes *manubrio mulier*. quæ dictio *mulier* abest à V. C.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

℣ 1 *Si quid est*] Sic Mss. Pall. separant hanc Scenam a superiori. at V. C. conjungit cum præcedentibus. τὸ *est* habet V. C. sed nullus Pall. ubi sic leg. *si quid hom mis.*

Ibid. *miser ex*] Ita planissimè V. C. & omnes Mss. Pall. Alii: *misera ex animo. Id e. exp.* ut Stich 1. 1 ℣. 1 German. Von Hertzen betrübt. Alii *miseresc. ex an.*

℣ 3 *Ærum. me exerc.*] Ita ex V. C. & Pall. pr. leg. ubi; *ærumnam exerc.* Cæteri Pall. *excitam.*

℣ 7 *se miseratur*] Ita Mss. Pall. omnes: & posteà V. C. nam anteà; *miseretur.*

℣ 9 *invenit*] Sic V. C. & Pall. omnes. Al. *usus fuerit*. Al. *invenit*. Al. *usus inerit*. Al. *evenit*.

℣ 10 *ubi ille hab.*] τὸ *ille* non est in V. C nec Pall.

℣ 11 *visitavi . . . . antidh.*] In V. C. lacuna est aliquot litterarum. neque certò possum affirmare, an quindecim, an aliquot viginti desint. utique cùm lacuna sat ampla sit. ut & vers. seq. pòst, *certò ea'st* . . . . vacat. ut & Pall. omnibus. V. C. habet *certò*: non *certè*. quod est in Pall. plærisque.

℣ 14 *Planè hic ille est*] In omnibus Mss. Pall. legitur *hiccine*. quod etiam restat in V. C. sed ex interpolatione Recensoris, sic: *hici . . ne.* neque aliter est in primâ Editione Venetâ.

℣ 15 *Pepulit*] Ita V. C & Pall. omnes. nec non Editio primaria. A quo consensu quis temere discedat? Vide Trin. 2. 2. ℣. 28 Alij utrobique; *perpulit* maliat. *perpellere* est perturbare, evertere. usus eo est Cicero pro M. Cælio *Hujus te vultus oculique perpulerunt*. Et Ulpianus. l. 1. §. *sed utrum ff. de servo corrupto*: ubi ex Pandectis Pisanis leg. *perpuli ad delinquendum*. Alij legunt: *percùlit*. vel; *depulit*. sed contrà libb. Mss.

℣ 17 *dubiam dant*] Vera hæc est lectio Mss. Pall. at V. C. *de ubi an dant.*

℣ 18 *incerto animo*] Sic expressè habet V. C. & Pall. Al. *autumo*. contrà omnes. Mss.

℣ 20 *conferam* . . .] Sic V. C spatium habet. & ℣. seq. V. C. *ceterum.*

℣ 26 *mira mem*] Ita V. C. & omnes Pall. Al. *m. ni me noris.* sed præter libb.

Ibid. *istuc rectius*] Sic V. C. & Pall. Al. *tectius* h. e. illud quod occultè inter nos gestum, & solis nobis cognitum, non meministi? Putatur aliquid deesse; quod nonnulli sic supplent. *i. r. sic loqui.* sed in nostris Mss. nihil desideratur.

℣ 27 *id in Ep.*] τὸ *id* abest ab Mss. Pall.

℣ 30 *ærumnam obsevisti*] Sic ferè V. C. nisi quòd; *in mea ærumna o g.* quomodo & Pall. sed Pal. pr. *in mea ærumna obsævisti graviter.* Undè fortè; *obsævasti* legendum videri possit. Certe illud *graviter* in omnibus Pall. restat.

℣ 33 *digitus te turbat tuus*] Mss nostri heic variant. Expressi eam lectionem, quæ consensui Codd. max me affinis. V. C. *quod duottus te turbet tuus.* undè aliquis postea fecit; *vultus.* πρόσωπον μέλαν. Pall pr. tert. & sext. totidem verbis habent id, quod exhibui Pal. sec. *q q. d. te perturb. t.* quart. *quid quod digitus tremebat tuus.* Alii Editores *q. e q. digitos interturbat tuus?* Al. *q. q. digitus titubat tuus.* Al. *q e. q. vultu' intert. t.*

℣ 37 *captivam*] Ita V. C. & Pall. non; *captam.*

℣ 38 *ut emeretur*] Sic V. C. & Pall. omnes. non; *ut emeret.*

℣ 39 *ille est*] τὸ *ille* exulat ab omnibus Mss. Al. *ad alias res.* malè: & contrà omnes Mss. libb.

℣ 40 *statim*] Sic Mss. Pall. at V. C. *cho istinc canth. jube Acropol.* absq; *statim.*

℣ 42 *demùm mihi.*] Sic V. C. & omnes Pall. Al. ex Ms. Samb. *domum.* vel; *denuò.* Ego à meis Mss. nihil discedo.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

℣ 1 *Quid est*] Sic V. C. & Pall. omnes: excepto tertio. qui sic: *Tu idem pater q. e.*

℣ 2 *videas, adeas*] Ita V. C & Pall. omnes.

℣ 5 *nata'st*] Sic V. C. at Pall. *nata est.* Al. *nata sit.*

℣ 6 *tute*] Aegrè hanc lectionem admisi: cùm unanimi consensu V. C. & Pall. omnes habeant;

Digitized by Google

ant; *tune.* Sed errorem putamus litteræ *n* & *t.* V. C. *qur.*

ỷ 8 *ornatum immutabilem*] Ita est in V. C. & Pall. omnibus. at Mss. Langg. *orn. mutabilem* Versuum quoq; ordo in Mss nostris valdè hic variat: ac ferè talis est, qualis apparet in Editione Sarracenicâ.

ỷ 9 *Aliter .... catuli*] V. C lacunulam habet. & initio; *fuit.* aliqui addunt: *Habent. al. cat.* sed sine libb.

ỷ 10 *Nego eam*] Sic rectè emendatur ex V. C. qui; *Ne ego.* Pall. *Nec ego.*

Ibid. *Prò Deûm*] Ita quidem Mss. Pall. sed V. C. destituitur duabus his dictionibus. & versum inchoat: *Atq; h. f.*

ỷ 11 *habeam*] Sic V. C & Pall. Aliqui tamen *habeo.* & nonnulli ex Ms. Frising. *alteros.* Alij: *alienas* ex Langg. sed τὸ *alienos* est in V. C. & omnibus Mss. Pall. eoque nihil mutandum.

ỷ 13 *prosùm*] Ita est in Mss. Langg. at V. C. & Pall. *prorsum.*

ỷ 14 *ne fuat*] Sic V. C & Pall. omnes. Alij: *non f.*

ỷ 16 *ne volt*] Sic V. C at Pall. *non vult.*

ỷ 18 *ego te nom*] Ita V. C. at Pall. non habent τὸ *te.* Ms. Oxon. *patrem te ego n.*

ỷ 22 *pede plaustr. per.*] τὸ *pede* in nullo Mss. potui ostendere: quod alij infarciunt nescio - undè. videtur tamen abfuisse à V. C. qui sic cum lacunulâ: *perij .... Austrum perculi...* neq; aliter Mss omnes Pall. in sexto est glossa: *aërem verberavi.* aliqui *pertuli.* sed absq; Mss libb.

ỷ 23 *audivero*] Hæc dictio in Ms. Pal. sexto scribitur suprà lin. Cæterùm abest à V. C. & Pall. reliquis.

ỷ 24 *pessuma*] Neque hanc dictionem habet V. C. aut Pall. nostri.

ỷ 27 *ergo*] Et hæc dictio exulat ab omnibus Mss.

ỷ 30 *ut primum v.*] Sic posteà V. C. nam anteà fuit; *primam.*

ỷ 32 *hinc Ath*] Sic V C. & omnes Pall. Al. *heic.*

ỷ 34 *Circam Solis*] Sic V. C. nisi quòd *Circa* cum lineolâ suprà *r.* Pal. pr. *Circen.*

ỷ 36 *ut fiat*] Ita V. C. & omnes Pall. non: *ut f iat.*

ACTUS QUINTI

SCENA I.

ỷ 1 *qui de me*] Sic posteà V. C. nam initio erat; *quid.* absq; *e.* Mss. Langg. *quod me a. n. p.* non omninò malè.

ỷ 2 *est emta*] Ita quidem suppletur ex Mss. Langg. sed in V. C. est lacuna: sic: *quaest ...... preda.* Mss. Pall. illud *emta* quoque non adgnoscunt. Al. *q. ex prada emta est.*

ỷ 3 *illic caperat*] Sic V. C. sed literis dispretis *illic aperat.* Pall. sec. & tert. *asperat.* & V. C. ỷ. 4. *preter.*

ỷ 7 *sciunt sibi*] Ita V. C. & omnes Pall. Alij omittunt τὸ *sciunt.* sed præter omnes Mss.

ỷ 8 *quid t. e*] Sic Pall. at V. C. *quid e. t.*

Ibid. *viaticum*] Ita disposuit hos duos versus Ms. Pal. pr. at V. C. & Pall. reliqui eosdem confundunt.

ỷ 11 *copias secuncias*] Ita verissimè emendatum est ab JOSEPHO SCALIGERO in libro postumo DE RE NUMARIA. ad sensum & scripturam veterem. Vetustissimus verò Codex noster disertim sic scribit: *secum siaui.* non: *secum suas,* aut; *secum sciam.* vel; *suam.* sicuti perperam Viri Magni prodiderunt. quod hic contestor per veram αὐτοψίαν nostram. Ex altero quidam fingebat: *illi iam.* in Mss. Pall. concorditer servatur: *secum suaui.* Alij suppleraut; *sub veni.* frivolè. Al. jet an. *secum duas.* sed sanè errarunt omnes in istis suis divinationibus.

ỷ 13 *edepol me*] Ita V. C. & Pall. omnes. Al. *ed. na. illi m.* benè. sed præter libb. auctoritatem.

Ibid. *nancti*] Sic V. C. pro; *nacti.* antiquè.

ỷ 14 *Quis est hæc*] Ita planè V. C. & Pall. Al. *quid e. h m.*

Ibid. *Gravast.*] Sic V. C at Pall. *gravistel.* vel; *gravistelus.* Al. *ravistellus.* Al. *ravus: ellus.*

ỷ 17 *ab unguiculo*] Sic V. C. nisi quòd; *ungniculo.* at Pall. omnes *ab ungulo.* in pr. tamen emendatum; *ab unguiculo.*

Ibid. *festuviss.*] Ita sanè est in V. C. eòque mutare nolui, nam antiqua est illa litterarum permutatio: ut patet ex Grammaticis.

ỷ 18 *Considera .... vide*] Sic V. C. habet lacunam. sed absque; *vide.* Mss. Pall. *conspice f. p.* in quart. ut & sexto est: *ad cap. f. est tu vise est ne? conspice f.* Pall. tert *ad cap. suum. est. cujus est. Est. nunc conspice.*

ỷ 20 *pincent*] Ita est in V. C. ex Excerptis Membraneis. antiquè. pro; *pingent.* nam τὸ C & G permutari solebant. Idem V. C. habet *Appelles.*

ỷ 21 *otiosè isse*] Ita ingeniosè emendatum: cùm in V. C. & Pall. sec. tert. & pr. esset: *scio jussi admirer.* quart. & sext. *socio jussi adimere.* Ms. Frising. *scio jussu adimere pedibus pulmenes.*

Ibid

Ibid. *pulmoneis*] V. C. habet; *pulmunes*. Pall. *pulmones*.

℣ 23 *Haced*]V. C. *Ecedep*.

℣ 24 *Es remor.*] V. C. & Pall. omnes; *Id remoratus*. quod minimè displicet.

℣ 25 *numerò*] Sic emendandum ex V. C. ubi; *numera numera*. elegans Paronomasia, & Plautina.

℣ 26 *sapienter v.*] Ita omnes Mss. nostri. Al. *sap. mones*. ἰσχυρικῶς & V. C. ℣. 28. *optin.* & ℣. 29. *ast-heb.*

℣ 30 *Telestidem*] Sic V. C. & Mss. Pall. omnes. nec nō princeps Editio Veneta Ms. tamen Pal. tert. habet; *Testilidem*. Et V. C. corruptè: *Telestidem tephere pani filiam*. Alii ex nescio-quib⁹ Editt. *Acropolistiden*. vel; *Acroteleftiden*.

℣ 32 *Non me novisti?*] Sic V. C. nisi quòd; *novistis*. at alterum retinent Mss. Pall. omnes: nisi quòd pr. *Nunm. n.* sec. *Num m n*.

℣ 33 *Lunulam*] In V. C. videtur esse *lunulam*. sed minimè verum est, antè l esse spatium quatuor litterarum: quia hæc dictio ordine incipit versum, seu lineam Frequens autem est permutatio litterarum *l* & *L*. Neque aliter est in Mss. Pall. quart. quint. & pr. à manu secundâ. nam initio habuit. *Inulam.* sec. *Inullam*. tert. *Innullam* Alij; *Lunelam*. quod quidem in nullo Mss. reperi eòque miror novissimo Editori Saxonico complacere potuisse. Ms. Pal. sext. habet; *anelum*.

℣ 34 Ep. *Non meministi*] Ita hic versus in V. C. & Mss. omnibus Pall. continuo sequitur vers. 33 *Lunulam*. &c. eoque non possum non irasci Typographicis meis Operis, qui præter omnē meam mentem hunc postposuerunt illi; Vir. *Tun' is es?* Nihil enim contrà communem consensum Mss. libb. me mutare voluisse arguit ipsa Personarum dispositio. Proinde æquus Lector numerum versuum haud gravatè immutabit. Quamquam varias cæteroquin trajectiones hic locus passus est. Nam alij sic eum reformare conati sunt:

Ep. *Non me novisti?* Vir. *quod quidem nunc veniat in mentem mihi.*
Ep. *Non meministi? me auream ad te adferre Natali die*
Lunulam, atq; Anellum aureolum in digitum.
Vir. *memini; mi Homo.*
Tune is es? Ep. *ego sum.*

Novissima Editio Saxonica ex nescio quo Codice Anglicano sic repræsentavit:

——— Vir. *quod quidem n. v. i. m. m.*
Ep. *Non meministi me in aurem ad te adferre Natali die?* Vir. *Memini; mi Homo.*
Ep. *Lunelam, atq; Anellum aureolum in digitum?*
Vir. *Tune is es?* ———

Cæterùm Trajectiones istæ commodum quidē inveniunt sensum: sed quis tantum juris sibi sumere potest in aliena scripta; ut tam licenter in illis grassari non erubescat? Ego, quod jam millies professus sum, venerandam Antiquitatem tam nefariis ausibus nolim violare: & Manes eruditorum Auctorum sic temerè sollicitare grande semper nefas duxi. Proinde summoperè doleo, Typographum meum non ex voto meo, sicuti expressè in exemplari adnotaram, versus istos excudisse ad tenorem Mss. librorum.

Ibid. ℣ 34 *me.... auream*] Ita cum lacunâ habet V. C. unde Cameratius divinarat: *Minam auream*. sed illud *auream* retinent omnes Mss. nostri Pall solus Ms. Schobingeri I C. servat; *in aurem*: quod & ipse observavi. Sunt & qui *armeam* malint; h. e. armi ornamentum. undè ὑποκοριστικῶς *Armilla*.

Ibid. *adferre*] Sic solus V. C. reliqui omnes Pall. *adferri*. Ac præterea Pall. sec. tert. & quart. *Num meministi*. cæteri, ut & V. C. *Non mem.*

℣ 35 Vir. *Tun' is es?*] Hunc ordinem, ut modo dixi, versus hic occupat in V. C. & Pall. omnibus; nec non Editionibus primariis Venetâ & Argentinensi. Igitur Lector non gravabitur invertere numeros.

Ibid. Ep. *Ego sum*] Sic V. C. & Pall. tert. quart. sext. at τὸ *sum* abest à Pall. pr. & sec.

Ibid. *Frater tuus in aliâ Matre*] Ita habet V. C. & Pall. sec. tert. quart. sext. at τὸ *est* abest à Pal. pr. τὸ *in* verò nullus Pal. adgnoscit.

℣ 36 *tranq. es. tace.*] Sic V. C. & Pall. Al. *sis face*.

℣ 40 *Si quid erit d.*] V. C. geminat τὸ *erit*. Alii Pall. non item.

℣ 43 *factus sum*] τὸ *sum* adscititium est. neque enim in ullo Ms. legitur.

℣ 44 *quid boni est*] Ita V. C. & Pal. tert. at pr. *quod bonum est*.

℣ 50 *me mea soror*] V. C. & Pall. omnes carent τῷ *mea*.

℣ 51 *saviunt*] Sic V. C. & Pall. omnes. Al. *saviant*. vel; *savibunt*. & ℣. seq. V. C. *suppecias*.

℣ 53 *per*

Digitized by Google

ꝟ 53 *per hortum*] V. C. & Pall. omnes absq; aspiratione scribunt *per ortum*. Alij hunc locum sic reformant: EP. *Thesprio exi: istac per hortum abi domum. ausculta mihi. Magna est res.* Quasi scil. Thesprio latuerit in ædibus Chærtibuli subitæ hujus mutationis ignarus.

Ibid. *adfer*] Sic uno consensu legunt V. C. & Mss. Pall. adeò ut religio fuerit quidquam mutare. Alij mutant, ut paulò ante indicavi. *abi domum: ausculta mihi.* optimo quidem sensu: sed præter libb. omnium auctoritatem, videant igitur alii Editores: quo jure novitiam istam lectionem in contextum immiserint.

ꝟ 54 *Senex*] In V. C. & Pall. menda est: *senex*. nam τὸ x & s sæpè permutantur.

Ibid. *facto*.] Ita sanè V. C. initio habuit. nam posteà quis i interposuit; ut esset *facito*. sed & Pall. omnes retinent *facto*. Nullus vero *facio*. nisi quòd tert. & quart. *fcō*.

ꝟ 56. *hàc intus*] Sic reperitur in V. C. & Pall. omnibus. non; *hac*.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

ꝟ 1 *Satine*] Sic V. C. & Ibid. *hic*. at Pall. *huic*.

ꝟ 3 *apisci*] Ita initio V. C. posteà quis suprà lineas addidit *di* In Pall. est; *aspici* malè.

ꝟ 4 *melius*] Ita Mss. omnes. V. C. *com. te mel. qu.*

ꝟ 5 *flemina*] Ita V. C. & Ms. Schobing nec non Pall. omnes: nisi quòd *Lassitudinem*.

ꝟ 6 *Quot illic*] Sic Pall. pr. & sec. V. C. *quodilli*.

ꝟ 9 *si propius astes*] Ita V. C. & omnes Mss. Pall. excepto tertio & quarto, qui: *adstes*. eòque nihil immutare volui. Al. *si propè abstes calef.* quod servant Mss. Langg. hoc sensu: Si ille ignis te tangit, planè amburit: sed si paulò propius abstes, calefacit. τὸ *astu* aliqui Editores inducunt; sed præter libb. auctoritatem. Vide Mostell. 3 1. ꝟ. 132. Cæterùm V. C. ꝟ. 10. scribit *celum*. & ꝟ. 12. *auxilo*. & Pall. omnes: *plus quam placeo Deorum*

ꝟ 13 *Apolactizo*] Sic disertim scribitur in V. C. at Pall. *Apolatico*.

ꝟ 17 *vincire vis?*] Sic posteà V. C. at initio, *vincere*. & V. C. *em.* &, *conliga*. Al. *en, ost. m.*

ꝟ 19 *vadimonium ultrò*] Sic quoque V. C. non; *facit*. nec; *quin conl.* quod etiam in nullis est Mss.

ꝟ 21 *deprecat.*] Ita ex V. C. & Pall. legend. nam V. C. sic: *mihi depra. facil ex.* Pall. *mihi depra facili*. unde & *facil*. reliqui: quomodo servat expressè V. C.

ꝟ 22 *Ecquid*] Ita V. C. & omnes Mss. Al. *Ehò! q. a.*

Ibid. *hercle verò*] In V. C. ut & Pall. quinque legitur: *meo h verbo atq; aud tuo*. quod ferè approbassem. V. C. etiam scribit *odia*. vers. seq.

ꝟ 23 *at non libet*] Sic distingu. V. C. atque idem, ut & Pall. omnes, versum seq. *At mihi.* continuò huic subjungit. Eundem dehinc quoq; etiam iterùm repetit pòst. ꝟ. 25. Nolui igitur consensum hunc Mss. Codd. sine causâ repudiare. Et *libet* est in V. C. non; *lubet*. ut & vers. seq. nec non ꝟ. 26. item τὸ *hac* est in V. C. & Pall. non; *ha*. & V. C. *odie.* pro; *hodie*. absq; aspiratione.

ꝟ 25 *facit*] In V. C. & Pall. est; *fecit*. & V. C. *Tragula*.

ꝟ 26 *adliga*] V. C. & Pall. omnes habent; *alege*.

ꝟ 29 *artè*] Sic V. C. & Pall. non; *arctè*. & V. C. *obnoxiesse*. &; *arbitramino*. & ꝟ. 30. initio; *jubet*.

ꝟ 33 *libuit*] Sic V. C. & Pall. non; *lubuit*. & V. C *fiducia*.

ꝟ 34 *vel ad p.*] Sic V. C. & omnes Pall. nullus autem, quemadmodum alij ediderunt; *da pignus*. V. C. *pingnus*.

ꝟ 36 *istac*] V. C *iste*.

ꝟ 37 *omnem rem sc.*] τὸ *rem* non habet V. C. qui tamen; *omnem*. Et Pall. *ut omne scias*. non malè.

ꝟ 38 *Dedin*] Sic Mss. Pall. at V. C. *Diden. t.*

ꝟ 39 *Fili*] Sic est in V. C.

ꝟ 40 *istam ob rem*] Ita disertè Ms. Pal. sext. at V. C. & Pall. cæteri: *iste ab ore tet*. tert. *iste ab ore tragi XXX*. Mss. Langg. *isto ab ore tet* Alii: *istic adeò tetetig*. sed nullo adstipulante Mss. Mirantur alii Editores, undè ista nata lectio. Et tamen in contextum suum inferserunt.

ꝟ 41 *ludificeisti*] Sic est in Mss. Langg. at V. C. ut & Pall. omnes; *ludof* & V. C. *conductie*.

ꝟ 44 *indigno*] Ita Mss Gallicana. at V. C & Pall. omnes; *benigno* V. C. sic: *neq; benigno tuo dedist. ....ippocl.* sed *tuo* est suprà lin. ab manu secundâ. Al. *te ind. d. Stratipp.*

ꝟ 45 *ferocia'st*] Ita è Ms. Vascosano suppletum est. Nam V. C. & Pall. nullam hic habent lacunam. Et V C. ꝟs. seq. *quesi* pro; *quasi*. & ꝟs. 47. *visse intrò*. & *sciet*. non; *sciat*.

ꝟ 49 *Abi*] Sic planè Pall. omnes. at V. C. *Ibi m. i.*

Ibid. *et!*] Hæc dictio legitur in omnibus Mss. nostris

Digitized by Google

ftris.fed tantùm cum adfpiratione in V.C nam Pall. omnes *Ei.* nempe valet ἰσχνεύειν;quod non intellexit Noviffimus Editor Saxonicus. Al. *hem* ! fed alterum eft genuinum.

ỷ 53 *malim.*] V.C. *malis me fim m.*

ỷ 54 *Quem ne*] V.C. *quam ne.* &, *querere.*

ỷ 56 *iftu oratis*] Cùm fic legatur in V.C. & cunctis Pall. nihil ,volui mutare. Al. *iftic.* vel; *iftuc.*

ỷ 58 *attiCas*] Sic fcripfi antiquè ex V. C. pro; *attigas.* & hoc pro; *attingas* & V. C. *equ.*

ỷ 62 *pappet*] Ita V. C. & Pal. pr. non; *papet.* ut eft in Pall. fec. quart. & fext. nam tertius; *patet.* Idem V. C. *preb.*

ỷ 64 *Mihi ut ig*] Sic V.C. & Pall. Alii omittunt τὸ *ut.*

ỷ 65 *libere fto*] Sic V.C. & omnes Pall. Alij addunt *nunc.* fed de fuo: non ex Mss. libb. auctoritate.

GREX.

XIC] V C. non feparat ifta; fed jungit præcedentibus. feparatim tamen leguntur in Mss. Pall. Editiones aliquot pro, GREX: habent; RECITATOR. fed in Chirographis nihil tale offendere potui.

furgite] Ita V. C. & Pall. nec non Langg.

NOTÆ CRITICÆ, In BACCHIDES.

Hucusque in conferendis Fabulis Plautinis ufi fumus præter *Excerpta Membranacea* feptem libris Manufcriptis: è quibus κατ' ἐξοχὴν venerandæ Antiquitatis primarium integrum Volumen Membranaceum indigetavimus VETEREM CODICEM: qui, ne & hoc præteream, in frontifpicio AMPHITRUONIS præ fe fert; octo duntaxat Comœdias initio defcribendas fuiffe ab Scribâ. fed cùm poftmodùm omnes Viginti defcriptas contineat: in veftibulo Codicis integer numerus fic fuit adnotatus, quafi XXI Fabulæ effent hujus Auctoris. nam primo loco collocavit QUEROLUM cum hâc Epigraphe; IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR COMEDIÆ PLAUTI NUMERO XXI. Vndè liquet; fuppofititiam illam QUEROLUM, de quâ in Præfatione ad Marq. Freherum aliqui monuimus, diu oberraffe, ut Plautinam. Nam & EXCERPTA Mébranacea itidem primo loco illam collocant Sed & hoc monendum cenfui, nimirùm; per aliquot fæculorum ordinem octo primores faltem Fabulas in ufu frequentiore fuiffe, relictis aut amiffis pofterioribus duodecim. quod ex Manufcriptis colligere poffumus: in quibus reliquæ duodecim minimè continentur. Ibi enim deficiunt noftri Palatini fex: nec nõ & Mss. Langiani. Et unus nofter Palatinus (quem DECURTATUM deinceps nominabimus hâc notâ *Ms Dec.*) ab Bacchidibus initium facit. Solus verò VETUS CODEX omnes XX. repræfentat. Id quoque vidit Germanicus Interpres Bacchidum ALBERTUS ab EYBEN: Juris confultus Auguftanus. qui Anno Chrifti ∞ DXIII. fic vernaculo fermone fcripfit: Diefe hernach zwölff gefchriebene Comœdien feint lange zeit wol bey fünffhundert Jahren/ oder mehr/ verlohren vnd verborgen gewefen; vnd newlich in Concilio zu Bafel wider gefunden worden: alfo daß die Matery wider new ift; vnd darumb defto gierlicher vnd luftiger zu lefen Hoc eft: *Fabulæ duodecim infequentes ipfos totos prat rpropter annos quingentos amiffa & abfcondita alicubi delituerunt. ac nunc nuper demũ in Concilio Bafilienfi denuo reperta funt: adeò ut nova prorfus videri queant: eòque lectu defiderabiliores fint undiquesq;*

Cæterùm inter iftas duodecim palmaria hæc BACCHIDES imperfecta eft: quod difertim fcribitur in Ms. BARTHOL. SCHOBINGERI Ic. fic: BACCHIDES DIMIDIATÆ. quã infcriptionem quoque præfcribit Editio prima Veneta. Nam præter Argumentum etiam Prologus SILENUS ut & XXVII. verfus Actûs primoris, non funt Plauti. eaque propter omnia diverfo charactere imprimenda curavimus: fi quis fortè Lector illis delectetur. Fulgentius in Stiga citat ex CHRYSALO: quæ exftant infr. 2.3. ỷ. 45. Idem laudat Plautum in BACCHIDE. & Macrob. lib. 3. cap. 12. BACCHARIAM. Vide quæ notavimus in FRAGMENTIS.

ACTUS PRIMI SCENA I.

ỷ 1 *potis eft*] Sic Mss. Pall. & Charis. pag. 183 Edit. Putfch. Al. *potin'fi.* & τὸ *tu* in neutro Mss. reperitur.

Digitized by Google

mur. Distinctio, quam posui, est Mss. ut & ipsius Charisij dicto loco, ubi non distinguitur sic: BA *lepide: licet* . quemadmodùm nonnulli prodiderunt. Al. *lepide?* BA. *licet*. sed cōtrà Mss. vanus est conatus.

ṽ 2 *fugiet*] Sic V.C. at Dec. *effugiet*.

ṽ 3 *defueris*] Sic Mss. Al. *desuat*.

ṽ 6 *Pol haut*] Ita V.C. at Dec. disting. PI. *Benè pol h.* & V.C. *meretritium*.

ṽ 9 *Ab isthoc*] Mss. ambo *ut istoch militem*.

Ibid. *seu ut*] Mss. *seu re veh. d.*

ṽ 19 *dedederit*] Ita Mss ambo non; *dederit*.

ṽ 13 *ubi nunc*] Sic Mss. ambo. Al. τὸ *nunc* omittunt; contrà libb.

Ibid. *hic credo.*] Sic Ms. Dec. at pr. *cr ader. hic*.

ṽ 16 *vostra'st*] Sic V.C. & *blandie*: at Dec. *vostra est*.

ṽ 17 *harundo*] Sic V. C. at Dec. suprà lin. *parva hyrundo*. & V.C. ṽ 18 *fatinue*.

ṽ 19 *Qui am.*] Ita Ms. Dec. at V.C. *Quidam*.

ṽ 20 *malitiam*] Ita Mss. ambo Al. *malaciam*. h. e. *mollitiem*, & *Mss.* ṽ. seq. *illectum*.

ṽ 22 *latebr.*] V. C. initio *latebr. s. l.*

ṽ 23 *si quid*] τὸ *si* in neutro Mss. habetur.

ṽ 25 *aderis*] V. C. initio; *adderis*.

ṽ 78 *quia enim*] τὸ *enim* non est in Mss. & ambo Codd. *opticuisti*. & V.C *istec memoratui*. Dec. *memoratua*. Al. *memoratu lepida sunt*.

ṽ 29 *in usu*] Mss. junctim; *inusu*.

Ibid. *periclum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *periculum* & V.C. initio, *fu ea s*.

ṽ 30 *destimul.*] Sic V. C. at Dec. *distimulant*.

ṽ 31 *A page*] Hunc versum aliqui hinc exterminatum velint: cùm paulò post recurrat: At exstat in utroq, Mss. qui & sic scribunt; *mala cisandus*.

ṽ 32 *adulescentulus*] Mss. ambo *adulescens* & ṽ. seq. *palistr.*

ṽ 33 *desudascitur*] Sic V.C. at Dec. *desuadascitur*. & ambo ṽ. 35. *macher*.

ṽ 38 *Hastá*] Mss. ambo absq; aspiratione: *Astá*.

ṽ 39 *pro equo*] Mss. ambo; *p̄eo*.

Ibid. *Scuto*] Sic Mss Al. *scurto*.

Ibid. *áccubet*] V. C. *accumbet*. Dec. *accumbent*.

ṽ 40 *ah! nimiùm*] Sic ambo Mss. Pall. Al *at nim*.

ṽ 42 *iocón*] Ita ambo Mss. vulgo; *joco*.

ṽ 43 *Heia!*] Sic ambo Mss. non; *Eja*.

ṽ 44 *opu'st*] τὸ *est* non habet Ms. Dec. at est in V. C.

ṽ 46 *eveniat*] Mss. ambo; *veniat de sub*.

ṽ 47 *aut cena*] Sic V.C. at Dec. *ut cena*.

ṽ 48 *áccubet*] Mss. ambo; *accumbet*. ut & *accumbam*: non; *accubam*. priùs fuit in V.C. postea τὸ *m*. deletum.

ṽ 57 *equidem*] Mss. Pall. pòst hanc dictionem spatium Personæ relinquunt.

ṽ 58 *nequeam*] Ms. Dec. *nequam*

ṽ 59 *emancupo*] Ms. Dec. *emancupio*.

ṽ 60. *lepidus*] Ita ex Mss. leg. at V.C. τὸ *es* habet suprà lin. pòst *nunc*. Alij sic: *Lepidus es*: *PI. nuga!* *BA. Te facere hoc volo*.

ṽ 63 *ego*] Sic ambo Mss. non; *ergò*. & ; *jubeo*. ambo Mss. non; *jubebo*.

Ibid. *ecferri*] Ita ambo Mss. nisi quòd Dec. *& ferri*. Et *ecferri* etiam est apud Charisiū lib. 2. pag. 180. Cur igitur respuit novissima Editio Saxonica?

ṽ 65 *obsonabo*] Sic Ms. Dec. nisi quòd: *obsanabo*. at V. C. *ops*.

Ibid. *te gratiá*] Sic V. C. at Dec. *tegram*. & *meum* retinent ambo Codd. non; *merum*.

ṽ 72 *Kalet*] Sic retinui ex V.C. ἀρχαϊκῶς pro; *calet*. ut est in Dec.

ṽ 73 *ut in navi*] Sic disertè ambo Mss. Neque enim τὸ *in* in Ms. Dec. est omissum: uti nonnemo falsò exscripsit aliorum Excerpta; sed expressè quoque ibi retinetur. Tantum est alienis oculis videre.

ṽ 74 *hinc nescio*] Mss. ambo: *huic*. &, *turbare*. at τὸ *soror* in neutro Mss apparet.

ṽ 75 *seq. hàc*] Ms. Dec. *hanc*.

ACTUS PRIMI SCENA II.

ṽ 2 *tute*] Mss. ambo habent; *tu res*. non; *tute r.*

ṽ 3 *Lycurg.*] Mss. ambo: *Lygurg*.

ṽ 3 *te ted*] τὸ *ted* in nullo visitur Mss. Al. *tute h. adv. v.*

Ibid. *adversá viá*] Ita sanè retinent ambo Mss. non; *adversá avi*. quod nonnullis placet.

ṽ 8 *Saviatio*] Sic Mss. ambo. nisi quòd V. C. initio *suaviacio*. ut & ṽ. 12.

ṽ 11 *nec-rectè*] Sic ambo Mss. at V. C. initio habuit: *non rectè*. & vers. seq. *equum*.

ṽ 13 *esse umquam*] Sic Mss. ambo. Al. *nimium quàm ô Lyde*. optimè quidem: sed contrà libb. Mss.

ṽ 15 *I; stultior*] Sic expressè & disertè est in V. C. nervoso & eleganti sensu. nam profectò falsum est, utrumque Mss. legere; *is stult*. quod solummodò repræsentatur in Ms. Dec. Al. *sed is stult*. Al. *idem stult*. At nihil mehercule elegan-

Digitized by Google

elegantius, quàm quod ex V. C. exhibui. Ambo autem Mss. scribunt; *poticio*.

℣ 18 *Hac appar.*] Sic ambo Mss. Pall. non, *hoc*.

Ibid. *quoi pl.*] Ita V. C. at Dec. *cui licet*. & V. C. ℣. seq. *argucias*.

℣ 21 *Lyde*] Mss. per i scribunt.

℣ 23 *obson*] Mss. ambo; *ops.* &, *cocus*.

℣ 25 *monstravi*] Sic V. C at Ms. Dec. *monstravit*.

℣ 28 *prelig.*] Sic V. C. anteà. at deinde; *religatum*. Ms. Dec. *perligatum*. & V. C. *pedag*.

℣ 32 *Quòm Erus*] V. C. *cum hac intus s.* at Ms. Dec. *cum hac intus intus s.*

Ibid. *accubet*] Sic V. C. at Dec. *accumbet*. & V. C. *convive*.

℣ 37 *tun sc.*] Ita V. C. at Ms. Dec. *tum sc*.

℣ 40 *ex magisterio*] Ita Mss. ambo. at quidam Editi *ex magistratu*. benè; si iuvarentur Mss. libb. auctoritate. Cæterùm aliqui hunc versũ hinc exturbant, & collocant pòst versum. 88. *Istactenus*. commode quidem ad sensum: sed nimis audacter contrà libb. Mss.

℣ 41 *barathrum*] Mss. absque *th*. & ℣. 43. *facius*.

℣ 43 *jam. q. v*] Sic ambo Mss. at ab Editis abest τὸ *jam*.

℣ 46 *afflictat*] Mss. ambo: *affli͏ctat*.

Ibid. *vacuom*] Ita V. C. at Mss. Dec. *vacuum*.

℣ 47 *ut ego*] Sic ambo Mss. Al. *e. u.* Ms. Dec. *Fiam ut & ego opin.* quod fermè in contextum acceptassem. Al. *Eia! nunc ego esse op. Herc.* eleganter; sed sine libris Mss.

℣ 48 *factis*] Sic ambo Mss. non; *fatis*.

℣ 51 *haut*] Sic V. C. anteà. nam posteà, *haud*. Ms. Dec. *aut*. Idem *compedium*. V. C. *compend*.

℣ 52 *Fecisti*] Hunc versum aliqui malint reiicere ad hujus Scenæ finem; ita ut eum continuò sequatur versus 60, 61, 59, & 40. superioris Scenæ: ac tum 60. quibus quinque versibus tota hæc Scena concludatur. sed quis istam trajectionem admittat absq; consensu Mss. Codd. Vide tamen Notas paulò pòst ad versum 61

℣ 53 *homo est*] Sic ambo Mss. non *es*.

Ibid. *in mentem*] Sic V. C. at Ms. Dec. *in mente*. falsum igitur Mss. ambos habere, *in mentem*. quam ψευδολογίαν ideo noto, ne fiat injuria optimis Mss. Pall.

℣ 54 *haut tu m. s. e.*] Sic V. C. nisi quòd, *aut*. Ms. Dec. *an*.

℣ 56 *Nimiò es*] Ita ambo Mss. Pall. nisi quòd V. C. initio habuit; *nimio astu*.

℣ 58 *liberi d.*] Ita V. C. at Mss. Dec. sic; *Istactenus ubi id delibertas data est*. Alii distinguunt: *data est Orationis s. e.* Sunt &, qui novam seriem versuum hìc comminiscuntur. Vide Divinationes Acidalii. pag. 196. Quam audaciam ego contra constantem Antiquitatem imitari nolim.

℣ 59 *seq. me hàc*] Ita plane V. C. at Ms. Dec. τὸ *hàc* non habet.

℣ 60 *Fecisti furt. in ætatem m.*] Ita est in Ms. Dec. falsum enim, sic quoque esse in altero V. C. qui disertè sine ullâ interpolatione scribit *in ætate*. non; *ætatem* Nisi quòd eundem hunc versum iterùm culpâ Scribæ descriptũ habet Scenâ sequenti. ubi legitur *in ætatem*.

℣ 61 *Quòm istac*] Nota quod in V. C. hi duo versus postremi præponantur duobus antecedentibus; quando casu quodam, uti modò dictum, trajecti sunt ad Scenam sequentem: & ab eodem Scribâ sursùm expuncti: hoc ordine.

Edepol fecisti ———
Qum istec flagit ———
Istec tenus ———
Orationis satis est ———

Vnde quis confirmare fortè queat illam transpositionem versuum extremæ hujus Scenæ: de quâ paulò antè monui. sed nihil tentare ausus fui, absq; consensu alterius Codicis Decurtati.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

℣ 1 *Erilis*] Ita est in utroque Mss. Pall.

℣ 4 *veneroque*] Ita expressè exstat in utroq; Mss. Pall. In V. C. tamen à recenti manu *r* superimpositum est. Et V. C. ℣. 2. *Effesum*. Dec. *Efesum*. & ℣. 3 *Apolle*. & ℣. 4 Mss Pall. Et; *Propinquis n. accolis*. sed V. C. *propinquus*.

℣ 8 *Bacchide*] Mss. ambo unico *c* scribunt, & hìc & deinceps.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

℣ 1. *quæsere*] Mss. ambo; *quesere*.

℣ 3 *adtin.*] Sic Mss. ambo.

℣ 6 *Conpendij*] Sic uterque Mss. non; *compendi v.* &, *Chrisale*: per *i*.

℣ 8 *Hospitium*] Sic Ms. Dec. at V. C. per *e*. & ambo

Digitized by Google

ỷ.9.*aduuo.*& ỷ.10.*nuntio* per *t*.

ỷ 11 *Rogabis*] Sic legitur & disting. in V. C. non item in Ms. Dec. qui sic: *Rogabis me sed vivit. Pl. nemper.v.* Falsum igitur ita Mss. ambos eodem modo legere.

ỷ 12 *ex te percon.*] Sic ambo Mss. alii τὸ *ex* omiserunt Indignum igitur facinus Typothetæ nostri commiserunt, non exprimentes eandem particulam, præter & contrà meam voluntatem.

ỷ 14 *quia si illa*] Ita ambo Mss. Pall.

ỷ 15 *moribundusque*] Sic uterque Codex Vetus. Alij τὸ *que* expunxerunt. malè.

ỷ 16 *anima'st*] Sic ambo Mss.

ỷ 19 *ab illo adtig.*] Ita est in V. C. at Ms. Dec. quis; *quid ab illo attig.* & ambo ỷ. 23. *queso*.

ỷ 21 *colere*] Ita ambo Mss. non; *coleres*.

ỷ 27 *proxume vicin*] Ita ambo Mss. non: *proxumè*.

ỷ 28 *Et quid nam*] Sic uterque Mss. nõ; *Ecquid*: sicuti Typographus me nolẽte excudit. Et Mss. ỷ. seq. *pape*.

ỷ 30 *miserè*] Sic legend. ex V. C. qui; *misera*. at Ms. Dec *misera*. non item V. C. uti falsò nonnulli exscripserunt.

ỷ 37 *Pellio*] Ita ambo Mss. absque *eam*. pro; *pollio*. sic *Apello* dicebant: pro, *Apollo*. &, *belus*: pro; *bolus*. &, *voto* pro; *veto*.

ỷ 38 *fortis*] Sic ambo Mss. non; *formis*. quod nonnullis complacuit.

ỷ 39 *nanctus*] Ita uterque V. C. pro; *nactus*. quem ἀρχαϊσμὸν cùm Grammatici adprobent: cur rejicere debuerim, non video.

Ibid. *Venerem esse hanc Iunonem dicerem*] Ita planissumè legitur in utroque Mss. Alij permutant ista nomina, & *Iunonem* præponunt *Veneri*. Itemque *ducerem* legunt: sed præter libb. Mss.

ỷ 40 *banc rem*] Ita ambo Codd. Mss. non *r. h.*

ỷ 42 *Aurum*] Sic ambo Mss. Pall. non: *auro* sed uterque: *aurum est opus*. & ambo quoque: *Filipp.* & Ms. Dec. ỷ. 45. posteà suprà. lin. *admittẽda*: antè; *amitt.* quomodo V. C.

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

ỷ 1 *Piræeum*] Mss. ambo: *Pireum* non: *Piræum*.

ỷ 6 χρύσῳ *Chrys.*] Ita Mss. ambo. & quidem per *I* non; *Chrysalo*. & uterque: *opus est*. non: *est opus*.

ỷ 8 *tondebo*] Ita Mss. non: *detond*.

ỷ 12 *ubi nam'st*] Ita V. C.

ỷ 14 *usque val*] Ita ambo Mss. Pall.

ỷ 18 *quàque*] Ita est in utroque Mss. Pall.

ỷ 20 *obs. hercle!*] Sic ambo Mss. nisi quòd, *ercle*. Al. *h. obs.*

Ibid. *certò*] Sic V. C. at Mss. Dec *certè*.

ỷ 21 *& Dies*] τὸ *&* in nullo Mss. reperitur: sicuti neque τὸ *hoc* ỷ. seq. uspiam apparet.

ỷ 23 *Quámne Archid.*] Sic est in Mss. Pall. Al. *Quemne? Archidemidem?*

ỷ 25 *inficias*] Ambo Mss. scribunt per *t*.

ỷ 27 *ibi Hosp.*] τὸ *ibi* in nullo exstat Mss. & ỷ. 29. *simbol.* Ms. Dec.

ỷ 34 *ajebat*] Ms. Dec. *aleb.* *l* pro *i*. Alii pòst hunc versum collocant. vers. 46. *Longum'st.* &c. sed contrà libb. Mss.

ỷ 35 *Habet in*] Sic uterque Mss. Pall. & disertè in V. C. quis conjunxit: *Habet-in.* & ỷ. seq. *pretor*. Al. *Habet in Aurum?*

ỷ 40 *Etiamne'st*] Sic ambo Mss. & V. C. *em*.

ỷ 42 *ingenium*] Ita V. C. & Ms. Dec. *ingenij* & V. C. initio *haut*: postea *haud* ỷ. 43. & *hospitiis* ibid.

ỷ 45 *atque*] V. C. *adque*. & τὸ *tum* in nullo Ms. reperitur.

ỷ 46 *Longum'st*] Aliqui hunc versum ut suprà dixi transferunt post ỷ. 34 *adulterare*. sed, uti apparet, contrà libb.

Ibid. *rigorem*] Sic ambo Mss. Al *triconem*. h. e. Lõgum foret si exornandus, & exactè describendus sit maleficus ille trico. Vide Lex. *Trico*. Al. *strigonem*. h. e. veneficum. sed Mss. lectio proba est. & V. C. ỷ. 46. *ercle*. & ỷ. 47. *predon.* & ỷ. 50. *qum*.

ỷ 52 *'s nostra*] Mss. ambo dictiones sic collocant: *is lembus nostra navi insid*.

ỷ 55 *remigio seq.*] Sic habet constanter uterque Mss. Al *remulco* s. h. e. naviculâ. de quâ vide Festum. sed à Mss. non discedendum.

ỷ 56 *quoniam*] Vterque Mss. habet *qm̃*. ut possit esse *quòm*. quod ferè maluerim.

ỷ 58 *Quòm*] Ita est in V. C. at Ms. Dec. *Quem*. Al. *Quoniam*. credo malè.

ỷ 59 *in portu*] Sic est in utroque Mss. Tentabant aliqui: *in ponto*. cùm contraria videantur narrari supr. ỷ. 55. Insuper τὸ *Heu* in nullo visitur libro scripto.

ỷ 65 *Postquam nos*] In Mss. utroque est *Qum vid. n. i. f.* Istæ igitur duæ dictiones planè supposititiæ

Digitized by Google

titiæ sunt, undecumque adsutæ. & Mss. ambo ℣. 66 *present*.

℣ 70 *Quòm ext.*] Ita uterque Mss. nisi quòd; *qum*.

℣ 71 *capitibus quass.*] Sic est in utroque Mss. Al. *casantibus*. h. e. demissis: & ita tristitiam indicantibus. sed nihil mutandum cōtrà libb. auctoritatem.

℣ 72 *deposuimus*] Sic ambo Mss. non; *deposivimus*. Vide Lex. *Posivi*.

℣ 74 *Megolubuzi*] Ita ex Mss. leg. ubi pro z est *s* ut sæpè aliàs. Al. *Megabyzi*. quod idem est.

℣ 75 *Kariss.*] Sic est in V.C. quod retinui Antiquitatis causâ.

℣ 77 *illo auro*] Sic ambo Mss. non; *illoc*.

℣ 78 *quin ipsâ*] Mss. ambo *Q. in ipsâ*. absque *ibi* in fine versûs: quod Editi habent.

℣ 79 *Ibidem publ*] Sic uterque Mss. noster. non; *ibi demum*: uti ediderunt alij.

℣ 86 *Quantulum*] Sic ambo Codd prisci Mss. nō; *quantillum*.

℣ 91 *nunc tibimet*] Ita sanè uterque V. C. Mss. & ambo ℣. 93 *anulum*.

℣ 98 *Qui Soccis h. auro*] Vterque cascus liber Mss. *qui auro habeat soccis*. Al. *Qui floccid h. auro f. solum*. & ℣. 99. V.C. *Qur*.

℣ 100 *sed qui præs.*] Ita Mss. ambo. pro; *quo præs* uterque autem absque diphth. &; *essi*. & ℣. 105. *em*.

℣ 107 *hab. illud*] Sic V.C. at Ms. Dec. *illum*.

℣ 110 *Id mihi*] Sic ambo Mss. at V.C. habuit initio, quod posui. *Id m. aut u. verim. l. t.* nam τὸ r ἀντὶ τῶ l sæpè in antiquis libb. ponitur.

℣ 116 *mihi est*] Sic ambo Mss. non; *est omn. m.*

℣ 117 *quopem*] Cùm sic in utroque Mss. reperissem: nefas putavi quicquam mutare de ultimâ istâ Antiquitate. *quopem*: pro; *copem* in Ms. Dec. est *qui opem*. & V. C. ad oram notatum habet: *ut amanti erili opem fac. filio*.

℣ 118 *Auri q. v*] Sic uterque Mss. non; *aurum*.

℣ 120 *hinc ibit*] τὸ *hinc* non est in Mss. & ambo *arcesere*.

℣ 127 *Chrysalo*] Mss. *Crisalo*.

℣ 132 *Filio ejus*] Ita uterque Mss. Alii delent τὸ *ejus*. & videtur in versu abundare. omittere tamen nolui, quòd in Membranis servaretur.

ACTVS TERTII
SCENA I.

℣ 2 *quippe quoi*] V.C. *qui*. Dec. *cui*. Al. *quò*.

℣ 3 *possiet*] Ita V.C. at Dec. *possidet*. & V. C. absque diphth. *acerrume*. &; *que*. ℣. 4. & 5.

℣ 5 *Hominum*] Sic uterque Mss. non; *omnium*.

℣ 6 *omnis ad*] Sic Mss. nostri. Alii ex Ms. Schobing. *omnium*. & Mss. nostri, *pernic.* per c

Ibidem *opimè*] Sic sanè ambo Mss. Pall. non: *optimè*.

℣ 9 *desidiab.*] Ita Mss. Pall. Nonius, *desspoliabula*.

℣ 10 *adsflictas*] Ita est in utroque Mss Pall. non; *affectas*. h. e. paras, cupis. Quod novissimus Editor Saxonicus in textum recepit, ut ut alterum probum adgnosceret.

℣ 12 *que f.*] Ita Mss. Pall. *que facis*.

℣ 13 *ad nis*] Sic uterque Mss. Pall.

℣ 15 *istoc*] Sic Mss. Pall.

Ibid *addu*] Ita Mss. non; *adic*.

Ibid. *certum st tam*] Sic ambo Mss. Pall. Alij omittunt τὸ *jam*.

℣ 16 *hanc culpam*] Ita Mss. non, *c. h.*

℣ 17 *lutul.*] Sic Mss. ambo. Al. *luculento*. h. e. meretricum amœnitatibus & blanditiis, quæ in speciem luculentæ & splendidæ: sed vitam & famam, si in ijs volutêre collutulant.

Ibid. *cœno*] Sic Ms. Dec. at V.C. *ceno*.

Ibid. *eliciat*] Ita uterque Mss. non; *ejiciat*.

ACTVS TERTII
SCENA II.

℣ 1 *multis modis*] Ita Mss. ambo. non; *multimodis*. & ℣. 3. Mss. *prestare*.

℣ 3 *esse ita*] Sic Ms. Dec. at V.C. *i. e.*

℣ 5 *m. sodalem*] Mss ambo; *sodalem m.*

℣ 8 *techna m*] Mss. ambo *tecnam*. &, *quam*: non, *qui*. vel, *quoque*.

℣ 9 *sed eccum video incedere*] Ita disertè ambo vetusti Codices Mss. Alij præter libb. Mss. ediderūt *sed æquum id ei reddere*. h. e. æquum est, ut ego ipsi vicissim aliquid reponam, & benè faciam, quòd tam diligenter rem meam curarent. Benè quidem ad sensum: sed contrà auctoritatem & consensum libb. Mss. quorum ego

ego fidem pluris facio, quàm trecentas hujusmodi ariolationes.

℣ 10 *inpens.*] Sic V. C. at Dec. *impensius est.*

℣ 11 *beneficium*] Mss. ambo: *beneficium.* Alii etiam pro *quam* legunt *quamde* Lucretiano vocabulo. sed præter libb. Mss.

℣ 13 *hoc etiam*] Sic Mss. non, *hunc.* vel, *hunc.*

℣ 14 *esse eá*] Ita ex vestigijs utriusque Mss. est legend. ubi: *cum obvigilato est opus.* Alij perperàm: *atque advigilare est opus.* Alii: *accurato at que advigilato e. o.* præter libb. auctoritatem. m nostris.

℣ 15 *nunc cert.*] Vetusti Codd. ambo. *nun.* propter concursum litterarum *cc.*

℣ 16 *quojus m*] Mss. ambo: *qua cujus m.*

℣ 18 *servom*] Mss. *serum.*

ACTUS TERTII
SCENA III.

℣ 1 *peracre*] Ita emendatum est ex vestigiis Mss. ubi *coracre* Al *sit ne aceto tibi coracre in p.* Al. *cor acre* planè inducunt. nimis audacter.

℣ 2 *quæ*] Mss. absque diphth. *que.* & ℣ seq. *pessumd.* ℣. 4. *seviunt.*

℣ 6 *istæc it.*] Sic Mss. non, *istoc.*

℣ 7 *Hei mihi*] V. C *Ei mihi Ei mihi.* & ambo Mss. ℣. 9. *fidutiam.*

℣ 14 *præter æq.*] Mss. absque diphth. & V. C. *equum.*

℣ 17 *tibi quòm*] Sic ambo Mss. Pall. Alij omittunt *τὸ tibi.* & pro eo legunt *olim* sed sine libb

℣ 18 *hæc annis*] Ita sanè ambo Mss. Pall. V. C. *hac* Dec *hec.* Falsum itaque, quod nonnemo autumat Ms. Dec. habere *hoc.*

℣ 19 *Digitum*] Ita aliqui hos versus ordinarunt: uti numeris distinxi. aptissimo quidem sensu: sed enim à licentiâ contrà omnes Mss. Quò magis miror temeritatem novissimæ Editionis Saxonicæ: quæ auctoritatem Antiquitatis heic turbare non erubuit.

℣ 20 *palæstr.*] Mss ambo absque dipht. ut & ℣. 21. *pref.* & *pen.* & ambo, *pedag.*

℣ 22 *quoi*] ita V. C. at Dec. *quo.* Alij, qui trajecerunt versus eo modo, quo dixi, legunt: *id quo ubi oblig.* h. e. pedem. nempe si puer excessisset ædibus sine Præceptore. Manuscripti ambo: *optig.* &, *accersebatur* est in Mss. non, *arcessebatur* aut *accensebatur.* V. C. *quoi.* at Dec. *quo optig.*

℣ 24 *hasta*] Mss. ambo absque adspiratione, *astâ.* & ℣. 26 *etate.*

℣ 29 *Quòm lib.*] Mss. *cum lib.* Al. *Tum* & Mss. *sillabam.*

℣ 32 *Ille innoc.*] τὸ *Ille* in nullo legitur Mss. qui *suspitionem* per *t.*

℣ 33 *ego certò*] Sic Mss. uterque. Alii delent τὸ *ego.*

℣ 34 *capiebat*] Ambo Mss. *captebant.*

℣ 35 *Magistro*] Ita disertè Ms. Dec. & initio V. C. in quo posteà factum, *magistri.*

℣ 36 *attingas*] Sic Mss. at V. C. initio habuit *anting.* Al. *attigas.* de quo vide Lexicon Plaut.

℣ 37 *disrump.*] Ita V. C. at Dec. *dirrump.*

℣ 41 *atting*] Mss. ambo *adting.* & V. C. *preti.* Dec. *pretij.* & ambo *istac causa.* non, *istâ.*

℣ 42 *it Mag.*] Ita postea V C. antea *id.* Ms. Dec. *&*:

Ibid. *expertus.*] Sic ambo Mss Al. *expletus.*

℣ 43 *hocine*] Ita uterque Mss. Pall. non; *istoccine.*

℣ 44 *Inbib.*] Ita est in utroque Mss. Al *inbiberi imp.* Al *imbibere imp.*

℣ 46 *contudit*] Ita Mss. ambo. Al. *contuderit.*

℣ 48 *propit.*] V. C *propic.*

℣ 53 *productu'st*] Sic uterque Mss. Pall.

℣ 54 *in mari*] V. C. *ijt.* vel, *ut.* Ms. Dec. *in mari ut.*

℣ 55 *moræ*] Ita ambo Mss. sed absque diphth. Al. *mori.* contrà libb. Mss.

℣ 57 *Triduum*] Sic Mss. ambo. Al. *Triduo non inter eos.*

℣ 59 *compes e.*] Sic uterque Mss. Pall *ἀρχαϊκῶς* pro, *comperce.* nempe *s* pro *c* ponitur in libb. Mss.

℣ 64 *Di sirint*] Sic V. C. initio. nam posteà, *sinant.* Ms Dec *nedeserint.*

℣ 65 *quòm*] V. C. *qum.*

Ibid. *ex audito*] Ita ambo Mss. at V. C. posteà, *auditu.*

℣ 67 *vivos*] Hæc dictio non est in Mss. pro eo Alij *viros* pro *atque* Alii *& qua.* Alii sic: *atque acer ume est absorbet ubi.* sed Mss. lectio optima est: quam expressi de litterâ ad litteram. Alii enim falsò produnt inibi legi: *Et qua acerrimè æstuosè absorbet.*

℣ 70 *Quemadmod.*] Sic planè V. C.

℣ 72 *creduas*] Ita V C. at Ms. Dec. *crederas.*

℣ 73 *itan'*] Mss. *itane.*

℣ 75 *nullon'*] Sic iterum Mss.

℣ 77 Nam.

Digitized by Google

℣ 77 *Namque*] τὸ *que* non est in Mss.
Ibid. *aispudet*] Sic V. C. at Dec. *disputet*.
℣ 78 *tetulit*] Sic Ms. Dec. at V. C. *detulit*.
℣ 80 *Discipulus*] V. C. *dispulus*. & ℣. 84. *Equum*.
℣ 81 *duco*] Mss. ambo: *dico*.
℣ 85 *jam Mul.*] τὸ *jam* non est in Mss. Pall.
℣ 88 *hic gn.*] Neque τὸ *hic* uspiam apparet in Mss. Pall.
Ibid. *corruptum*] Sic V. C. at Dec. *corrept.*
℣ 89 *sese cr.*] Ita Ms. Dec. at V. C. *se cruc.*
℣ 92 *impone*] Sic est in utroque Mss. Al. *impono Lyde. seq.* At cur lectio Mss. libb. improba sit, non pervideo.
℣ 93 *relinq.*] Sic uterque Mss. Al. *linqueres*.
℣ 94 *Adfatim*] Ita ambo Mss.
℣ 95 *amicos atque*] Sic est in utroque Mss. non; *amicosque*.

ACTUS TERTII SCENA IV.

℣ 1 *Immitiorem*] Ita disertim ambo Mss. Pall. non *Inimicitiorem*. vel: *Amiciorem*. ut Alij notant.
℣ 3 *habeat*] Ita disting. & legitur in V. C.
℣ 4 *suo meo*] Sic ambo Mss. alii τὸ *meo* delendum censent. malè. Al. *cum malo fecit summo meo.* contra libb.
℣ 10 *Pater m.*] Sic V. C. at Ms. Dec. *meus p.*
℣ 11 *satine*] Sic ambo Mss. Pall.
Ibid. *mente sinc.*] Ita sanè ambo Mss. Al. *satin' ego animi mentem sinceram g.* contrà libb. quamvis eleganter.
℣ 13 *pro certo*] Sic ambo Mss. Alij delent τὸ *pro*. minus rectè.
℣ 15 *plumeâ*] Ita uterque Mss. Pall. Alii è Nonio Marcello, *plumbeâ*.
℣ 16 *mendicando vincere*] Sic ambo Mss. Pall. Alij, *vivere*
℣ 18 *renumerae*] Ita V. C. at Ms. Dec. *remunerare*.
℣ 20 *Tum, quòm*] Mss. ambo sic: *Tum cum mihi nihilo pluris referet.*
℣ 22 *an teq.*] In Mss. utroque est: *sed autem quam*.
℣ 24 *mavolim*] Mss. ambo habent *malim*. In Ms. Schobing. est: *malim misera excruc.*
℣ 27 *suscens.*] Sic ambo Mss. ut aliàs. Et V. C ℣. 31. *mendat.* per *t*.

ACTUS TERTII SCENA V.

℣ 1 *antevortar*] Ita est in Ms Dec. V. C. *antevert.*
℣ 2 *mecum ad te*] Ita ambo Mss. Pall. vulgò, *medium*. Al. *medecum*. pro, *mecum*.
Ibid. *adducam*] Sic sanè ambo Mss. Pall. ut mirer adeò, quid animi fuerit ijs, qui notant hoc loco, Mss. habere *addocam*. Ego quidem certè tale nihil in nostris reperio, quos ipsos tamen iidem illi Editores citare consueverunt ex aliorum Excerptis. V. C. initio habebat, *aducam*. posteà τὸ *d* suprà lineas adjectum.
℣ 3 *tetigit*] Ita expressè V. C. & Dec. Al. *si amecum tetig. n.* pro: *amicum*. frivolè.

ACTUS TERTII SCENA VI.

℣ 1 *nunc ego*] τὸ *nunc* non geminatur in Mss. Pall.
℣ 4 *suscens.*] Sic Mss. ut sæpè.
℣ 6 *adibo*] Sic Mss. Pall. ista omnia tribuunt Mnesilocho. & sic quoq; leg. *& tollam gr.* in V. C. manu *Camerarij* factum sic: *Contollam gr.* Idem V. C. ℣. 9 *egsit*. Al j sic, Pi. *adibo gr.* Mn. *contoll. gr.* sed lectio & distinctio Mss. præponderat: quæ & placuit V. Cl. *Iohanni Brantio*. IC.
℣ 10 *antedh.*] Ita Mss. sed V. C. *antedhac*.
℣ 12 *falsimonijs*] Sic ambo Mss. nisi quòd: *falsis fals.* Al. *testimoniis*.
℣ 13 *sublestâ fide*] Ita ex Festo Pompeio leg. V. C. initio habuit: *subvesta f.* posteà suprà lin. quis posuit litt. *r* & *f* ut factum sit, *subversa*. Ms. Dec. *subvecta* Ms. Pauli Stephani *subjecta f.* Al. *sublesti f.*
℣ 14 *qui non*] Sic est in utroque Mss. Pall. Al. *quod non invideant*. V C *opting*.
℣ 15 *Sibi ne*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *ne sibi in v. ipsis i. r. e.* sed præter librorum auctoritatem.
℣ 16 *Ed. ne*] Mss. ambo: *Edep. ne*. Ms. Dec. suprà lineas *certo*. & suprà *perquam med* scribitur: *valde sapienter*.
℣ 21 *Ille*] Ita V. C at Ms Dec. *Ipse*.
℣ 22 *Facere*] Ita emend. ex Mss. ubi, *faceret*. Al. *& mi inconcil.*
℣ 34 *Qui*] Ita ambo Mss. non, *Quid*.
℣ 36 *occperes*] Ita ambo Mss. Al. *occip. eam tute am.*

℣ 38 pro-

Digitized by Google

ỳ 38 *prolectas*] Ita V.C. at Ms. Dec. *projectas*. quod eodem redit. nam *i* & *l* in vetustis libb. sæpè permutantur.

ỳ 41 *parum m fidem*] Ita disertè ambo Mss. Pall.

ACTVS QVARTI SCENA I.

ỳ 1 *nequam h.*] Ambo Mss. *hom. neq.*

ỳ 3 *percont.*] Ambo Mss. *percunct.*

ỳ 4 *semul*] Sic Mss. ambo. antiquè.

ỳ 5 *Tu dud.*] Ita ambo Codd. Mss. Al. *Tu qui dud. p.* Et *isti* est in utroque Mss. non: *ivisti*.

ỳ 8 *Comesse*] V.C. *commesse*.

℣ 44 *Cap. cadis*] Sic uterque Mss. Pall. sed tamen sine diph. *cedis*. Al. *adis*. quia Capital in eâ admittitur.

℣ 48 *necavit*] Mss. *negavit*. τὸ G sæpe loco C ponitur. &

S 3 tur. &

Digitized by Google

tur. & ambo Mss. *oppinor*.

℣ 50 *Aurumq;*] Mss. *aurumq; &c.* forte leg *aurumq; etiam*. Al. *eij ademit Hosp.* & ℣. 53. Mss. *aut foris*.

℣ 55 *cubitum*] Mss *gubitum*.

℣ 58 *St!*] Sic ex Mss. leg. ubi: *Si tace*. V. C. posteà, *Sed tace*.

℣ 60 *in somnis*] Sic Mss. Pall. non *somniis*,

℣ 62 *quin vigilanti*] Mss *qui vigilanti*.

℣ 65 *Taceo*] Ita hunc locum ex Mss. expressimus. Alii duos versus in unum concinnant: & leg. *TH. Taceo sed ille quid? TR. Ego.* sed absque auctoritate Mss. libb.

℣ 68 *Orcum*] Mss. *Orcbus*. absque *in*.

℣ 69 *per fidem*] Ita uterque Mss Pall. nisi quòd *hæreo* exstat: in Ms. Dec. quomodo & videtur fuisse in V. C. qui interpolatus est. Ac testor & ego, disertè ac clarè in Mss. utroque esse; *per fidem*. non: *perfidè*.

℣ 71 *insepultum*] Sic Mss Pall. at Ms. Sambuci: *in sepulchrum*.

℣ 73 *impia'st*] Mss. ambo, ut & Ms. Sambuci: *simpla est hab* & *st* est ex præcedenti dictione. τὸ *lexi vũ i*.

℣ 75 *St! St!*] Sic rectè emendatum est ex Mss. qui corruptè: *sed &c.* & Mss. initio *fores*. & præcedenti ℣. *possum*. non: *possim*.

℣ 76 *Hicine*] Sic Mss. ambo.

℣ 77 *ad Acher.*] & *ad* est in Mss. Alij delent. & *accersunt* ambo Mss. non; *arcersunt*. hoc quidem loco. Nam aliàs sæpè hæc dictio sic scribitur.

℣ 78 *illisce*] Sic ambo Mss. non; *ilice*.

℣ 80 *tute tecum*] Mss. *Quid te tu cum loq.* in V. C. emendatum est; *Quid tute cum*.

℣ 81 *fuge obs.*] Ita Mss. Pall. & Sambuci. Al. *Euge*.

Ibid. *fuge*] Mss. *fuges*. V. C. posteà *fugies*.

℣ 84 *commerui*] Mss. *quom merui*. & ℣ seq. *Queso*.

℣ 85 *segrex*] In utroque Mss. Pall. hiatus est sat magnus pòst, *Queso* .... *Quid segreges* ..... *esse agitat*. &c. Alii: *quid agre est*. sed cùm uterque Mss. Pall *segreges* retineat, putavi illud *segrex* planè probum esse.

℣ 88 *percussisses*] Sic uterque Mss. Pall. non; *percussissem*.

℣ 89 *qua dico*] Ita Mss. Pall. Al. *quod dico*. & Mss. *optemp.* & V. C ℣ 90. *fatiam*.

℣ 92 *tanto opere*] Sic Mss. non; *tantopere*.

℣ 94 *fur es*] Mss ambo *fur* V. C posteà, *fugis*.

℣ 98 *hic hodiè*] τὸ *hic* non est in Mss. Pall.

Ibid. *malum*] Sic ambo Mss. non; *malus*.

ACTVS TERTII
SCENA I.

℣ 1 *locando*] Hanc dictionem nulli Mss. agnoscũt. Hæsit tamen in Editis libb. adeòq; etiam primariâ Venetâ Ed. & Mss. ambo ℣ 2. *eprig. pro annum* Ms. Sambuci habet *animum*.

℣ 3 *ad noctem*] Mss. *a noctem*. in V. C. & *d* superscriptũ: & & *totum* in nullo comparet Mss nec adeò Editione principe Veneta: sicut nec Argentinensi Muling.

Ibid. *dego*] Sic uterque Mss. Pall. ita tamen, ut appareat, in V. C fuisse, *lego*.

℣ 6 *Argentum foenori*] Ista, ut & dictiones quatuor posteriores absunt à Mss libb ut miter adeo, quâ fronte à nonnullis Editoribus in contextum tamquam authentica recepta fuerint. Certè quidem nec Editio princeps Veneta ea habet. In V. C. lacuna est utrobiq; expleta manu, ut puto, *Ioachimi Camerarij* de conjecturâ.

℣ 8 *quod*] Sic ambo Mss. Pall. & prima Editio Veneta. Alij *quod* auferendi casu accipiunt: & *d* hiatûs gratiâ adjectum putant Al. *quid*.

℣ 9 *hoc nunc*] τὸ *nunc* non est in Mss. Pall. qui etiam, *rescissat*.

℣ 14 *res sese h.*] Mss. *esse seh.*

℣ 16 *unde eis*] Sic fuit initio in V. C. et Ms. Dec. *unde his* & ℣. seq. ambo: *dixit tibi*.

℣ 18 *atque*] τὸ *atque* in nullo visitur Mss. uti nec vers. 25.

Ibid. *Va mis.*] Sic Mss. Pall. at Ms. Schobing *Ven mis. m.*

℣ 19 *Etiam fatetur*] Hunc versum, ut & tres sequentes nonnulli planè expungunt: eò quòd paulò pòst iterùm recurrunt. Sed cùm Mss. libb. constanter consentiant, nolui hoc audaciæ crimen subire, & omittere. Distinxi tamen diverso charactere.

℣ 20 *te obs.*] τὸ *te* abest à Mss & Ms. Dec. ℣. præced. *de essite* & *com meo*. Al. *cum meo*.

℣ 23. *techna*] Mss. *techina*.

℣ 24 *tute*] τὸ *te* paragog. non est in Mss.

℣ 27 *Negat*] Mss. initio *necat*. Et post hanc dictionem in V. C. ingens est lacuna, quam manus *Camerarij* rubricâ sic supplevit, uti editum est. In primâ Editione Venetâ sic legitur: *Negat quando cogitas? dicam*. Certè quidem hoc supplemẽtum, quod alio charactere expressimus,

non

Digitized by Google

nō est Plautinū: ut ut commodè ad sensum sit affictum. Vndè mirari subit aliorum Editorum audaciam, qui ut Plautina omnia receperunt, sine ullo νοθείας indicio. In Mss. etiam est. *Cogita* & *c. conf. sit.*

℣ 30 *hercle te*] τὸ *te* abest à Mss. Pall.

℣ 33 *servom eccom*] Ita est in Mss. non; *eccum servum.*

℣ 35 *Quo tu te*] τὸ *tu* non habetur in Mss. qui etjam: *ne ego s.* & ℣. 38. *pres.* & *ne ego.*

℣ 36 *Deis inimicis*] Mss. *De his.* quod servavit quoque Editio prim. Alij sic hos versus efformant: *ne ego s. miser scelestus n. d i. omnibus. Ita & hinc & illinc exhibent negotium. Iam illo pr.* Sed præter Mss. auctoritatem.

℣ 39 *salvus sum*] Sic V. C postea: nam anteà uterque Mss. *a. m. it, salus sum.* fortè *salVs* δεξαμένως. Al. *ad me it.* sed cùm ambo Mss. non aliter legant, aut distinguant, cur istum consensum optimo sensu respuamus?

℣ 41 *Misargyr.*] Sic ex Mss. Pall. emend. ubi in V. C. *mi sarcirites.* & in Dec. *Misartirites.* Alii, *Saturites.* vel, *Saturides.* σατυρίδης, Satyri filius.

℣ 44 *inanis est*] Sic Mss. non: *est in.*

℣ 47 *Magis op.*] Ms. Dec. *Majus oport.* V. C. *Magius* Ibidem ista, quæ diverso charactere induxi, non sunt in Mss. Pall. ubi lacuna est suppleta in V. C. rubricâ, ut puto, manûs Camerarianæ. Sed idem supplementum offendi in prin à Edit. Venetâ.

℣ 48 *Quin mihi*] Iterùm in Mss. est lacuna, sic expleta in principe Editione Venetâ, ut versu seq. post *ne* vacuum appareat. Editio prima *ne clama*: absque *nimis.* & Mss. ℣. 51 *queso.*

℣ 52 *huc circ.*] Mss. ambo *hunc.* & *meridie*: non; *meridiem* & ambo Mss.

℣ 54 *op summam*] Et sic Edit. Ven. quæ etiam *recursam.*

℣ 55 *meridiem*] V. C. *merediem.*

℣ 58 *Euge*] In Mss. est *Eu hercl.* Editio princeps: *Tu hercle ne tu abi.*

℣ 59 *hic*] Hæc dictio non reperitur in Mss.

℣ 60 *peto*] Mss. *puto.*

℣ 63 *eripit*] Sic Ms. Dec. at V. C. *eripite.* sed illud *e* videtur ab aliâ manu adjectum, quod novissima Editio Saxonica in textum recepit, hunc versum Danistæ adhuc assignans ex V. C. at quanto evidentior est sensus si T R. dentur hæc? & ex Ms. Dec. legatur. *eripit.* quod quidem certè initio quoque fuit in V. C.

℣ 64 *id primùm*] Sic ambo Mss Pall. Al. *privum*: nempe ex cautelâ Iuris id solùm cupio *h. e.* fenus, absque sorte, quam nolo. vers. 70. Vide Elect. Pl Tit. *Fenoris* & Lex. *Privus.*

℣ 65 *tute*] τὸ *te* non est in Mss. uti nec *Homo.*

℣ 66 *huc te extentatum*] Sic uterque Mss. Pall. & Editio Veneta. optimè. Al. *hunc exenteratum.* de quo verbo vide Lex. Al. *externatum.* q. d. Tune huc venisti, ut te clamando meâ te alienates? vel; ut clamando mentis statu motus videreris?

℣ 67 *Nec erit q.*] Ita ambo antiquissimi Codd. Mss. neque aliter Editio Veneta. Al. *Nec res quidem ferre hoc potest.* h. e. facultates heri meâ non ferunt, ut fenus solvat, quippe quî sortem exsolvere possit. Al. *ne curat quidem.* Al. *nec gry quidem.* Sed figmenta hæc sunt. Quale portentum est illud Viri docti, qui totum hunc locum ex ingenio suo sic refinxit, sed sine suffragio.

Sortem accipe. DA. *immò fenus. id primùm volo:*
TR. *Quid! tute hominum homo omnium teterrume!*
Venisti hunc exenteratum? agas quod in manu est.
Non dat; non debet. DA. *non debet?* T R. *neque res quidem*
Ferre hoc potest. an mavis? ut aliquò abeat foràs:
Vrbem exsul linquat actus hinc causâ tui?
Cui sortem vix dare licebit. DA. *quin non peto.*
Cedò fenus. redde fenus: fenus reddite.
Daturin' estis fenus actutùm mihi?
Date mihi fenus. TR. *Fenus illi ic, fenus hic!*
Nescit quidem nisi fenus fabularier.
Tu solus, credo, fenori argentum datas,
Veterator! neque ego tetriorem beluam
Vidisse me umquam quemquam quàm te censeo:
Molestus ne sis: nemo dat. age, quod lubet.
TH. *Eja! mastigia; ad me redi.* TR *jam istic ero.*
T H R. *Quod illud fenus est? obsecro! quod hic petit.*

℣ 68 *an mavis*] Locus hic in utroque Manuscripto Pall. mutilus est: variéque suppactus à Criticis. Alij sic, uti litteris diversis adscripsi ex rubricâ manûs Camerarianæ in Veteri Codice Al. *Vrb. exs. l. actus hic causa tui.* Al. *Vrb. ex. l. fenoris c. tui, cui sortem vix lic. dare.* In Manuscripto utroque sic: *potes an* .... *Quo habeat foras Vrbem exsul.* . . . . *hic causa tui* (Ms. Decurt. *hic*) *Quoi sortem* .....*cebit*

Prima

Prima Editio Veneta sic: *an quod habeat feras. Vrbem exsul hic causa tui qui sortem potius dare licebit.* Ms. Samb. *Quin sortem potius d. lic.*

℣ 70 *Quoi sortem*] Sic Mss. Pall. Al. *Quin s.*

℣ 71 *Euge*] Mss. & Edd. omnes. *Fuge.* CÆTERVM ista sic ὁμογενωφηδὸν continuò sequuntur in duobus Antiquissimis Membranaceis Pall. ut & Editt. omnibus vetustis, adeòque omniũ principe Venetâ, & Argentinensi Mulingianâ: cæterisque hoc sæculo excusis. Quibus itidem apprimè consentit Vetus Codex Ms. Ioviani & Sambuci. Proinde Recentiores Critici non sine ingenti injuria venerandæ Antiquitatis nimis audacter ista omnia, quæ insequuntur, distraxerunt, atque versus perquàm multos immò Scenas totas transposuerunt, divulserunt, dissiparunt; ad summam; pro lubitu suo quæque compegerunt. Certè Penthei fatum miserabilius haud fuisse credam, præquàm ista lanicna Textûs Plautini hodiè nobis repræsentata fuit. Nolim igitur quemquã mortalium fidem habere ijs, qui cœcâ fide affirmarunt, sic ab alijs textum restitutum ad Codd. Veteres Mss. optimos scilicet libros, qui hodiè adservantur ut præstantissimum κειμήλιον in loculamentis Electoralis Bibliothecæ Archipalatinæ, quæ viris litteratis patet Myrtilleti in summo Vrbis Templo. Nefas id sit credere, nefas dicere. Quia non aliter inibi legitur, quàm nos inlibatæ Antiquitatis αὐθεντίαν jure quasi postliminij adserentes, nunc edidimus. Benè autem habet, quod Viri docti lubentes-volentes adgnoscunt, ac fatentur, ne sic quidem rectè omnia cohærere in Edit Camerarianâ, & Lambinianâ, si quis paullò diligentiùs, & ad sensum, & τὸ πρέπον attendat. Quod ego Oraculi vicem exaudio, & Plauto restituo Plautum, non ex vacillantis ingenii στοχασμοῖς, sed de consensu indubiæ ac sacrosanctæ Antiquitatis, cui merito omnem Criticorum audaciam, an licentiam postponendam juxtà mecum censebunt omnes viri boni, doctique. Interim ut Novitati quoque gratia aliqua sit, hîc subjungemus argutam nuperorum Plauti Sospitatorum texturam, hinc videlicet à versu sexagesimo quinto (qui nobis juxtà tenorem Mss. Codd. factus est septuagesimus.) *Quoi sortem* &c. Actûs III. Sc. I. usque ad ACT. V. Sc. II. Notandum verò, quòd Recentiorum Censorum architectura hæc à ℣. 65 *Quoi sortem.* usque ad 71. nostræ Editionis: *Euge optumè* &c. nullo modo in Mss. Pall. sit omissa, uti falsò non-nemo prodidit. Alio namque loco collocata singula reperiuntur. Quod Lectorem monere operæ pretium duxi, ne temerè fides habeatur iis, qui ne per transennam quidem istos Mss. nostros inspexerunt. Prodeant igitur Novitii Histriones in Scenam. At illis Nemo dicat: PLAVDITE!

Quoi sortem vix dare licebit. DA. *quin non peto.*
DA. *Cedò fœnus: redde fœnus: fœnus reddite,*
Daturin' estis fœnus actutum mihi?
Date mihi fœnus. TR. *fœnus illic, fœnus hic.*
Nescit quidem, nisi fœnus fabularier,
Veterator. neq; ego tetriorem beluam
Vidisse me unquam quenquam, quàm te, censeo.
Molestus ne sis: nemo dat: age quod lubet.
TH. *Eia mastigia, ad me redi.* TR. *jam istic ero.*
THE *Quod illud fœnus est obsecro, quod hic petit.*
DA. *Non adepol nunc me tu verbis territas.*
TH. *Quod illud est fœnus obsecro, quod illic petit?*
TR. *Pater eccum advenit peregrè non multo prius*
Illius is tibi & fœnus, & sortem dabit.
Ne inconciliare quid nos porrò postules.
Vide num moratur? DA. *quin feram, si quid datur.*
TH. *Quid ais tu?* TR. *quid vis? quis illic est? quid illic petit?*
Quid Philolachetem gnatum compellat feros meum
Sic, & præsenti tibi facit convicium?
Quid illi debetur? TR. *obsecro hercle, jube*
Obijci argentum huic ob os impurum belluæ.
TH. *Iubeam?* TR. *jube homini argento os verberarier.*
DA. *Perfacile ego ictus perpetior argenteos.*
TH. *Quod illud argentum est?* TR *huic debet Philolaches*
Paulum. TH. *quantillum?* TR *quasi quadraginta minas*
TH *Paulum id quidem est?* DA. *ne sanè id multum censeas.*
TR. *Audin'? videturne obsecro hercle idoneus,*

Danista

Danista qui sit? genus quod improbissimum est.
TH. *Non ego istunc curo, quis iste sit, unde sit.*
Illuc volo mihi dici, id me privum scire expeto.
Adeo etiam argenti fœnus creditum audio?
TR. *Quatuor quadraginta illi debentur minæ.*
Dic te daturum ut abeat. TH. *Egon' dicam dare?*
TR. *Dic.* TH. *egone?* TR. *tu ipsus, dic modo, ausculta mihi.*
Promitte: age inquam, ego jubeo. TH. *responde mihi.*
Quid eo est argento factum? TR. *salvum est.* TH. *solvite*
Vosmet igitur, si salvum est. TR. *ædis filius*
Tuus emit. TH. *ædeis.* TR. *ædis.* TH. *euge Philolaches.*
Patrissat. jam homo in mercatura vortitur.
Ain tu ædis? TR. *ædis inquam, sed scin cujusmodi?*
TH. *Qui scire possim?* TR. *vah!* TH. *quid est?* TR. *ne me roga.*
TH. *Nam quid ita?* TR. *speculo claras, clarorem merum.*
TH. *Bene hercle factum. quid eas quanti præstinat?*
TR. *Talentis magnis totidem, quot ego & tu sumus.*
Sed arrabon' has dedit quadraginta minas.
Hinc sumpsit quas ei dedimus satin intelligis?
Nam postquam ecce ædes ita erant, ut dixi tibi,
Continuo est alias ædis mercatus sibi.
TH. *Bene hercle factum.* DA. *heus, jam appetit meridies.*
TR. *Absolve hunc quæso vomitum, ne hic nos enicet.*
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et sors, & fœnus. DA. *tantum est, nihilo plus peto.*
TR. *Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.*
TH. *Adolescens mecum rem habe.* DA. *nempe abs te petam.*
TH. *Petito cras.* DA. *abeo. sat habeo, si cras fero.*
TR. *Malum quod isti Di deæq; omnes duint!*
Ita mea consilia perturbat penissume.
Nullum edepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bono cum jure, quam Danisticum.
TH. *Quâ in regione istas ædis emit filius?*
TR. *Ecce autem perii.* TH. *dicisne hoc quod te rogo?*
TR. *Dicam, sed nomen domini quæro quid siet.*
TH. *Age comminiscere ergo.* TR. *quid agam nunc jam?*
Nisi ut in vicinum hunc proximum mendacium,
Eas emisse ædis hujus dicam filium.
Calidum hercle audivi esse optimum mendacium
Calidum hoc est, etsi procul astes, urit male.
Quidquid de in sit, nunc id certum est dicere.
TH. *Quid igitur jam commentus?* TR. *Dii istum perduint!*
Imo istunc potius. de vicino hoc proximo
Tuus emit ædis filius. TH. *bonân' fide?*
TR. *Siquidem es argentum redditurus, tum bonâ:*
Si redditurus non es non emit bonâ.
TH. *Non in loco emit perbono.* TR. *immo optumo.*
TH. *Cupio hercle inspicere has ædis. pulta dum fores,*
Atque evocato aliquem intus ad te Tranio.
TR. *Ecce autem, iterum nunc quid dicam nescio.*
Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt.
Quid nunc? non' hercle quid nunc faciam, ecce
Manifesto teneor. TH. *evoca dum aliquem foras,*
Roga circumducat. TH *heus tu, at hic sunt mulieres.*
Videndum est primum, utrum eæ velint ne, an non velint.
TH. *Bonum æquomq; oras. percôtare & roga.*
Ego hic tantisper dum exis, te operiar foris.
TR. *Dii te deæq; omnis funditus perdât senex.*
Ita mea consilia undiq; oppugnas mala
Euge, optimè eccum, dominus ædium foras
Simo progreditur ipsus. huc concessero,
Dum mihi senatum consilii in cor convoco.
Igitur tum accedam hunc, quando quid agam, invenero.

ACTVS TERTII
SCENA II.

SIMO. THEVROPIDES: Senes. TRANIO, Servus.

MELIVS anno hoc mihi non fuit domi,
Nec quando esca unâ bene me iverit magis.
Nam prandium mihi uxor perbonum dedit.
Nunc illa dormitum me jubet ire. minimè.
Non mihi forte visum illico fuit
Melius, quòm prandium, quam solitum dedit.
Voluit in cubiculum abducere me anus.
Non bonus somnus est homini de prandio. apage,
Clanculum ex ædibus me dedidi foras.
Tota mihi turget uxor nunc domi; scio.
TR. *Res parata est mala in vesperum huic seni.*
Nam & cœnandum, & cubandum est intus malè.
SI. *Quom magis ac magis ego cogito cum meo animo,*
Si quis dotatam uxorem domi habet malè,
Neminem sollicitat ire dormitum sopor.
Odiosa hæc. nunc verò mihi
Exequi certa res est hoc, ut abeam
Potius hinc ad forum, quam domi cubem.
Atq; pol nescio, ut moribus vostræ sient.
Hoc sat scio. quam me habeat malè:
Peiusq; posthac fore, quam fuit mihi.
TR. *Si abitus tuus tibi, senex, fecerit malè,*
Nihil erit quod deorum nullum accusites.
Te ipse jure optimo merito incuses licet.
Sed tempus nunc est senem hunc alloqui mihi.
Hoc habe repperi, qui senem ducerem,
Quoque dolo à me dolorem procul pellerem:
Accedam, Dij te ament plurimum Simo!
SI. *Salvos sis Tranio.* TR. *ut vales?* SI. *non malè.*
Quid agis? TR. *hominem optumum teneo.* SI. *amicè facis,*
Cum me laudas. TH. *decet certè.* SI. *certè hercle. at ego te*
Haud bonum teneo servum. TR. *quid ita verò Simo?*
SI. *Eia mastigia: nam quid ab merenda abisti, gerro?*
Quid nunc? quàm mox? TR. *quid est?* SI *quod solet fieri.*
TR. *Dic igitur quod solet fieri, quid id est?*
SI. *Quod facitis vos. sed ut verum Tranio loquar,*
Sic decet, ut homines sunt, ita morem geras.
Vita quam sit brevis simul cogitas.
TR. *Quid? ehem vix tandem*
Percepi super his rebus nostris te loqui.
SI. *Musicè hercle agitis ætatem, ita ut vos decet.*
Vino & victu probo, piscatu electili,
Vitam colitis. TR. *immò ita ea quidem antehac erat,*
Nunc nobis ista hæc exciderunt omnia.
SI. *Quidum?* TR. *ita oppidò occidimus omnes Simo.*
SI. *Non taces? prosperè vobis cuncta usque adhuc*
Processerunt? TR. *ita ut dicis, facta haud nego.*
Nos profectò probè ut voluimus viximus.
Sed Simo, ita nunc ventus navem nostram
Deseruit. SI. *quid est?* TR. *Quomodo pessimè potuit:*
Quæ ne subducta erat tutò in terram antehac.
TR. *Heu* SI. *quid est?* TR. *me miserum, occidi.* SI *qui?* TR. *quia*
Venit navis nostram vi quæ frangat ratem.
SI. *Velim ut velles, Tranio. sed quid est negotij?*
TR. *Eloquar, herus peregre venit.* SI. *tunc tibi*
Chorda tenditur inde in ferriterium,
Postea in crucem rectà. TR. *nunc te ego per genua*
Obsecro, ne indicium hero facias meo. SI. *è me,*
Ne quid metuas, nihil sciet. TR. *patrone salve.*
SI. *Nihil moror mihi istiusmodi clientes.*
TR. *Nūc hoc quod ad te noster me misit senex.*
SI. *Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo,*
Iam de istis rebus vester quid sensit senex?
TR. *Nihil quicquam.* SI. *nunquid increpavit filium?*
TR. *Tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet.*
Nunc te hoc orare jussit opere maximo,
Vt sibi liceret inspicere has ædis tuas.
SI. *Non sunt venales.* TR. *scio quidem istuc, sed senex*
Gynæceum ædificare volt hic in suis
Et balneas, & ambulacrum, & porticum.

SI. *Quid*

SI. *Quid ille consomniavit?* TR. *ego dicã tibi:*
Dare volt uxorem filio quantum potest,
Ad eam rem facere volt gynaceum novum,
Nam sibi laudasse hasce ait architectonem
Nescio quem, esse ædificatas has sanè bene.
Nunc hinc exemplum capere vult, nisi tu ne vis?
SI. *Na ille malo quidem abopere sibi exemplũ petit.*
TR. *Quia hic audivit esse æstatem perbonam.*
Nam subdiu colit absque sole perpetuum diem.
SI. *Immò adepol verò, cum usq; quaq; est umbra, tamen*
Sol semper hic est, usque à mani ad vesperum,
Quasi flagitator astans usq; ad ostium.
Nec mihi umbra usquam est, nisi si in puteo quapiam est.
TR. *Quid? Sarsinatis ecqua est? si* VMBRAM *non habes.*
SI. *Molestus ne sis, hæc sunt sicut prædico.*
TR. *Attamen inspicere volt.* SI. *inspiciat, si lubet.*
Si quid erit quod illi displiceat, de exemplo meo
Ipse ædificato. TR. *Eon'? voco huc hominem?* SI *i, voca.*
TR. *Alexandrum magnum, atque Agathoclem aiunt maximas*
Duores gessisse, quid mihi fiet tertio?
Qui solus facio facinora immortalia.
Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex.
Novitium mihi quæstum institui non malum.
Nam muliones mulos clitellarios
Habent, ego homines habeo clitellarios.
Magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt.
Nunc illum ego auspicio colloquar: congrediar.
Heus Theuropides! TH. *quis nominat me?*
TR. *Servus hero multum suo fidelis.*
Quò me miseras, affero omne impetratum.
TH. *Quid illic destitisti obsecro tam diu?*
TR. *Seni non ocium erat, id sum opperitus.*
TH. *Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis.*
TR. *Heus tu si voles verbum hoc cogitare,*
Simul flare, sorbereque haud facile factu est:
Ego hic esse, & illic simul haud potui.
TH. *Quid nunc?* TR. *vise, specta tuo arbitratu.*
TH. *Age duc me.* TR. *num moror?* TH. *subsequar.*
TR. *Senex ipse te ante ostium eccum opperitur,*
Sed mœstus est sese hasce vendidisse.
TH. *Quid tandem?* TR. *orat ut suadeam Philolacheti,*
Vt istas remittat sibi. TH. *haud opinor.*
Sibi quisque jure cavet si malè empta
Forent, nobis has redhibere haud liceret.
Lucri quicquid est, id demum trahere oportet.
TR. *Satius demum est, operæpretium nunc est inisse.*
Morare hercle atque illi indignum facis.
TH. *Quin tu rectè adepol mones. subsequere me.*
TH. *Do tibi ego operam.* TR. *senex illic est: hem adduxit tibi hominem.*
SI. *Salvum te advenisse peregrè gaudeo, Theuropides.*
TH. *Dij te ament!* SI. *inspicere hic ædis te has velle aiebat mihi.*
TH *Nisi tibi incommodum est* SI. *imò commodum, i intrò, atque inspice.*
TH. *At enim mulieres* SI. *cave tu ullam floccifaxis mulierem.*
Quàlibet perambula ædis oppidò tanquã tuas.
TH. *Tanquam?* TR *ah cave tu illi objectes nunc in ægritudine*
Te has emisse. non tu vides hunc, vultu tristi ut est senex?
TH. *Video* TR. *ergo irridere ne videare & gestire admodum.*
Noli facere mentionem te has emisse. TH. *intelligo,*
Et bene monitum duco. atq; te existimo humano ingenio.
Quid nunc? SI. *quin tu is intrò, atque ociosè perspectas, ut lubet.*
TH. *Bene benigneq; arbitror te facere.* SI. *factum adepol volo.*
SI. *Vin' qui perductet?* TH. *apage istum perductorem, non placet.*
SI. *Quid id est?* TH. *errabo potius, quàm perductet quispiam.*
TR. *Viden' vestibulum ante ædis, hoc & ambulacrum cujusmodi?*
TH *Luculentum adepol.* TR. *age specta, postes cujusmodi?*
Quâ sint firmitate facti, & quantâ crassitudine?
TH. *Non videor vidisse postes pulcriores.* SI. *pol mihi,*
Eo precio empti fuerant olim. TR. *audin' fuerant, dicere?*

Vix videtur continere lacrumas. TH. *quanti hosce emeras?*
SI. *Tris minas pro istis duobus præter vecturam dedi.*
TH. *Hercle quin multum improbiores sunt, quàm à primo credidi.*
TR. *Quapropter?* TH. *quia adepol ambo ab infimo tarmes secat.*
TR. *Intempestivos excisos credo, id eis vitium nocet.*
Atque etiam nunc satis boni sunt, si sint inducti pice:
Non enim hæc pultiphagus opifex operâ fecit barbarus.
Viden' ornamenta in foribus? TH. *video.* TR. *specta quàm arctè dormiunt.*
TH. *Dormiunt?* TR. *illud quidem, ut conniveant, volui dicere.*
Satin' habes? TH. *ut quidque magis contemplor, tantò magis placet.*
TR. *Viden' pictum, ubi ludificatur cornix una volturios duos?*
Cornix astat, ea volturios duo vicissim vellicat.
Quæso huc ad me specta, cornicem ut conspicere possies.
Iam vides? TH. *prospecto nullam equidem illic cornicem intuor.*
TR. *At tu istos advorsum obtuere, quoniam cornicem nequis*
Conspicari, si volturios fortè possis contui
TH. *Omnino, ut absolvam, nullam pictam conspicio hic avem.*
TR *Age jam mitto, ignosco, ætate non quis obtuerier.*
TH *Hæc quæ possum, ea mihi profectò cuncta vehementer placent.*
SI. *[illegible] demũ est operæ precium ivisse* TH. *rectè edepol mones.*
SI. *Ehò istum puer, circumduce hasce ædes, & conclavia.*
Nam egomet ductarem, nisi mihi esset ad forum negocium.
TH. *Apage istum à me perductorem. nihil moror ductarier.*
SI. *Quid id est?* TH. *errabo potius, quam perductet quispiam.*
SI. *Ædes dico.* TR. *ego intrò eo sine perductore.* SI *I, licet.*
TH. *Ibo intrò igitur.* TR. *St! mane sis, videam ne canis?* TH. *agedum vide.*
TR. *Est.* TH. *ubi canis est?* TR. *abi directa. St! abin hinc in malam crucem.*
At etiam restas? st! abi istinc. SI. *nihil pericli est, age.*
Tam placida est, quàm est fœta, viso. ire intrò audacter licet.
Eo ego hinc ad forum. TH. *fecisti commodè, bene ambula.*
Tranio age canem istam à foribus abducat face
Etsi non metuenda est. TR. *quin tu illam aspice, ut placidè accubat!*
Nisi molestum vis videri te, atque ignavum. TH. *jam ut lubet.*
Sequere hac igitur. TR. *equidem haud usquã à pedibus abscedam tuis.*

ACTUS TERTII SCENA III.

TRANIO, Servus. THEUROPIDES, Senex.

QUID *tibi visum est hoc mercimonij?* TH. *totus gaudeo.*
TR. *Num nimis empta tibi videntur?* TH. *nunquam adepol me scio*
Vidisse usquam abiectas ædes, nisi modò hasce. TR *ecquid placent?*
TH. *Ecquid placent me rogas? imò verò perplacent.*
TR *Cujusmodi gynæceum? quid porticum?* TH. *insanum bonam.*
Non equidem ullam in publico esse majorem hac existimo.
TR. *Quin ego ipse, & Philolaches, in publico omnes porticus*
Sumus commensi. TH *quid igitur?* TR. *longè omnium longissima est.*
TH. *Dij immortales mercimonij lepidi! si hercle nunc ferat*
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,
Nunquam accipiam. TR. *si here te accipere cupias, nunquam sinam.*
TH. *Bene res nostra collocata est istoc mercimonio.*
TR. *Me suasore atque impulsore id factum audacter dicito.*

Qui

Digitized by Google

Qui subegi fœnore argentum ab Danistâ ut sumeret.
Quod isti dedimus arraboni. TH. servavisti omnem ratem:
Nempe octoginta debentur huic minæ. TR. haud nummo amplius.
TH. Hodie accipiat. TR. ita enimverò. ne qua caussa subsiet,
Vel mihi denumerato, ego illi porro denumeravero.
TH. At n. nequid captioni mihi sit, si dederim tibi.
TR. Egone te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?
TH. Egon' abs te ausim non cavere, nequid committam tibi?
TR. Qui tibi nunquam quicquam, postquam tuus sum verborum dedi.
TH. Ego enim caui rectè eam mihi debes gratiam atq; animo meo;
Sat sapio, si abs te modo uno caveo. TR. tecum sentio.
TH. Nunc abi, i rus, dic me advenisse filio. TR. faciam ut voles.
TH. Curriculo abi. iube in urbem veniat jam tecum simul. TR. licet.
Nunc ego me illà per posticum ad congerrones conferam.
Dicam ut hic res sint quietæ, atq; ut hunc hinc amoverim.

ACTVS QVARTI SCENA I.

PHANISCUS, Advorsitor.

SERVI qui cum culpâ carint, tamen malũ
Metuunt, hi solent esse heris utibiles.
Nam qui nihil metuunt, postquam sunt malum
Meriti, stulta sibi consilia expetunt.
Exercent sese ad cursuram, fugiunt. sed
Hi si reprehensi sunt, faciunt à malo
Peculium quod nequeunt facere suo,
Augent ex pauxillo, thesaurum inde parant.
Mihi in pectore consilij quod est,
Lubet cavere malam rem prius,
Quàm ut meum tergum exsinceratum fiat,
Aut id subiiciam culcitram vibicibus.
Vt adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Sincerum, neq; uti vitem verberari:
Sic huic imperabo: probè tectus abibo:
Malum cum impluit ceteris, non impluat mihi.
Nam ut servi volunt esse herum, ita solet esse.
Bonus cum probis est, malus cum malis.
Nam nunc domi nostra tot pessimi vivont,
Peculî sui prodigi, plagigeruli, ubi adversùm ut
Eant, vocantur hero, non eo molestus ne sis.
Scio [illegible] properas, gestis aliquo jam hercle ire pastum foras.
Bene merens hoc pretium inde abstuli, ita abij foràs.
Solus nunc eo adversum hero ex plurimis servis,
Hoc die crastini, cum herus resciverit,
Mane castigabit eos bubulis exuviis.
Postremo minoris pendo tergum illorum, quàm meum.

ACTVS QVARTI SCENA II.

PHANISCUS, Advorsitor.
SERVUS alius.
THEUROPIDES, Senex.

ILLI bucadæ erunt multo potius, quam ego
Sim restio. SE. mane tu atq; assiste illico.
Etiam respicis? PH. mihi molestus ne sis.
SE. Vide ut fastidit simia.
Manesne illico impure parasite?
PH. Qui parasitus sum? SE. ego enim
Dicam: cibo perduci poteris quovis.
PH. Mihi sum: libet esse. quid tu id curas?
SE. Ferocem facis, quia te herus tam amat. PH. vah!
Oculi dolent? SE. cur? PH. quia fumus molestus.
SE. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos
Nummos. PH. non potes tu cogere me, ut tibi
Malè dicam. novit herus me. SER. Suam
Pol ipse culcitellã oportet. PH. Si sobrius sis.
Malè non dicas. SE. tibi temperem, cum tu mihi
Nequeas? PH. at tu mecum pessime i, adversus.

SI. *Quæso hercle Phanisce, abstine jam sermonem*
De istis rebus. PH. *faciam & pultabo fores.*
Heus ecquis hic est, maximam qui his injuriã
Foribus defendat? ecquis huc exit, atq; aperit?
Nemo hinc quidem exit. ut esse addecet
Nequam homines, ita sunt: sed eo magis cauto est
Opus, ne huc exeat, qui male me mulcet.
Hic quidem neq; convivarum sonitus, itidem ut antehac fuit,
Neq; tibicinam cantantem, neq; alium quenquam audio.
TH. *Quæ illæc res est? quid illi homines quærunt apud ædes meas?*
Quid volunt? quid intrò spectant? PH. *pergam pultare ostium.*
Heus reclude: heus Tranio, etiam aperis? TH. *quæ hæc est fabula?*
PH. *Etiamne aperis? Callidamati nostro advorsum venimus.*
TH. *Heus vos pueri, quid istic agitis? quid istas ædis frangitis?*
PH. *Herus hic noster potat.* TH. *herus hic vester potat?* PH. *ita loquor.*
TH. *Puere nimium es delicatus.* PH. *eij advorsum venimus.*
TH. *Cui homini?* PH. *hero nostro. quæso, quoties dicendum est tibi?*
TH. *Puer hic nemo habitat. nam te esse arbitror puerum probum.*
TH. *Non hic Philolaches adolescens habitat hisce in ædibus?*
SI. *Senex hic cerebrosus est certè.* PH. *erras, perverse pater.*
Nam nisi hinc hodie emigravit, aut heri, certo scio
Hic habitare. TH. *quin sex menses jam hic nemo habitat.* SI. *somnias.*
TH. *Egone?* SI. *tu.* TH. *tu ne molestus sine me cum puero loqui.*
PH. *Nemo habitat? hem?* TH. *ita profectò.* PH. *nam heri & nudius tertius.*
Quartus, quintus, sextusq;, postquam hinc peregrè eius pater
Abivit, nunquam hic triduum unum desitum est esse & bibi.
TH. *Quid ais?* PH. *triduum unum est, haud intermissum esse & bibi,*
Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas
Ducere. TH. *quis istæc faciebat?* PH. *Philolaches.* TH. *qui Philolaches?*
PHA. *Cui patrem Theuropidem esse opinor.* TH. *heu! occidi,*
Si hæc hic vera memorat. pergam porro percontarier.
Ain' tu istic potare solitum Philolachẽ istum, quisquis est,
Cum hero vestro? PH. *hic inquam.* TH. *puere, præter speciem stultus es.*
Vide sis ne fortè ad merendam quopiam diverteris,
Atque ibi meliusculè, quam sat fuerit, biberis. PH. *quid est?*
TH. *Ita dico, ne ad alias ædis perperam deveneris.*
PH. *Scio quò me ire oportet: & quo venerim, novi, loci.*
Philolaches hic habitat, cujus est pater Theuropides.
Qui postquam pater ad mercatum abiit, hic tibicinam
Liberavit. TH. *Philolaches ergò?* PH. *Ita Philematium quidem.*
TH. *Quanti?* SE. *triginta talentis.* PH. *μὰ τὸν Ἀπόλλω! sed minis.*
TH. *Ain' minis triginta amicam prestinatam Philolachi?*
PH. *Aio.* TH. *atq; eam emisisse manu?* PH. *aio.* TH. *& postquam ejus hinc pater*
Sit profectus peregrè, perpotasse istic assiduò,
Tuo cum domino? PH. *aio.* TH. *quid, is ædes emit hic proximas?*
PH. *Non aio.* TH. *quadraginta etiam dedit huic, quæ essent pignori?*
PH. *Neq; istud aio.* TH. *hei! perdis.* PH. *immo suum ille patrem perdidit.*
TH. *Vera cantas, vana vellem.* PH. *patris amicus videlicet.*
TH. *Heu! ædepol patrem eum miserum prædicas.* PH. *nihil hoc quidem est.*
Triginta minæ præterquam alios dapsiles sumptus facit.
Perdidit patrẽ, unus istic servus est sacerrimus
Tranio, is vel Herculi conterere quæstum possiet.
Ædepol eius me patris miseret, qui cum istæc sciet
Facta, ita amburet misero ei corculum carbunculus.

TH.

TH. *Siquidem ista vera sunt.* PH. *quid merear quamobrem mentiar?*
Heus vos! ecquis hasce aperit? TH. *quid istas pultas ubi nemo intus est?*
PHA. *Alio credo commissatum abisse, abeamus nunc jam.*
TH. *Puere jam ne abis? libertas paenula est tergo tuo.*
PH. *Mihi nisi herum metuam & curem, nihil est qui tergum tegam.*

ACTVS QVARTI
SCENA III.

THEVROPIDES, SIMO, Senes duo.

PERII *hercle, quid opus est verbis? ut verba audio.*
Non equidem in Ægyptum hinc modo vectus fui,
Sed etiam in terras solas, orasq; ultimas
Sum circum vectus, ita ubi nunc sim nescio.
Verum jam scibo. nam, eccum unde adiis filius
Meus emit. quid agis tu? SI. *à foro incedo domum.*
TH. *Nunquid processit ad forum tibi hodie novi?*
SI. *Etiam.* TH. *quid tandem?* SI. *vidi efferri mortuum.* TH. *hem!*
Novum. SI. *unum vidi mortuum efferri foras,*
Modò eum vixisse aiebant. TH. *va capiti tuo!*
SI. *Quid tu otiosus res novas requiritas?*
TH. *Quia hodie adveni peregrè.* SI. *promisi foras,*
Ad cœnam ne me te vocare censeas.
TH. *Haud postulo adepol.* SI. *verum cras, nisi quis prius*
Vocaverit me, vel apud te cœnavero,
TH. *Ne istuc quidem adepol postulo. nisi quid magis*
Es occupatus, operam mihi da. SI. *maximè.*
TH. *Minas quadraginta accepisti, quas sciã,*
A Philolachete. SI. *nunquam nummum, quod sciam.*
TH. *Quid à Tranione servo meo?* SI. *multo id minus.*
TH. *Quas ille arraboni tibi dedit.* SI. *quid somnias?*
TH. *Egone: at quidem tu, qui istoc te speras modò*
Potesse dissimulando infectum hoc reddere.
SI. *Quid autem?* TH. *quod me absente tecum hic filius*
Negotij gessit. SI. *mecum, ut ille hic gesserit,*
Dũ tu hic abes, negotij? quidnam? aut quo die?
TH. *Minas tibi octoginta argenti debeo.*
SIMO. *Non mihi quidem hercle. verum si debes, cedo.*
Fides servanda est, ne ire inficias postules.
TH. *Profecto non negabo debere, & dabo.*
Tu cave quadraginta accepisse hinc neneges.
SI. *Quaeso adepol huc me specta, & respõde mihi.*
Te velle uxorem aiebat tuo nato dare,
Ideo ædificare hic velle aiebat in tuis.
TH. *Hic ædificare volui?* SI. *sic dixit mihi.*
TH. *Ei mihi! disperij, vocis non habeo satis,*
Vicini, interij, perij. SI. *nunquid Tranio*
Turbavit? TH. *immò exturbavit omnia,*
Te ludificatus est, & me, hodie indignis modis.
SI. *Quid tu ais?* TH. *hæc res sic est, ut narro tibi.*
Ludificatus est me hodie in perpetuum modum.
Nunc te obsecro, ut me benè juves, operãq; des.
SI. *Quid vis?* TH. *i mecum hac obsecro te una simul.*
SI. *Fiat.* TH. *servorumq; operam, & lora mihi cedò.*
SI. *Sume.* TH. *eadem ego opera hæc tibi narravero,*
Queis me exemplis hodie ille ludificatus est.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

TRANIO, Servus.
THEVROPIDES, Senex.

QVI *homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit.*
Atq; equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio.
Nam herus me postquam rus misit, ut filium suum arcesserem,
Abij illà per angiportum, ad hortum nostrum clanculum,
Ostium quod in angiportu est, horti patefeci fores,
Eaq; eduxi omnem legionem, & maris & fœminas.

Post-

Digitized by Google

Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos,
Capio consilium, ut senatum congerronum cõvocem.
Quem cum convocavi, atq; illi me è senatu segregant.
Vbi ego video rem verti in meo foro, quantũ potest
Facio idem, quod plurimi alij, quibus res timida aut turbida est.
Pergunt turbare vsq;, ut nequid possit conquiescere.
Nam scio equidem nullo pacto jam esse posse clam senem?
Sed quid hoc est, quod foris concrepuit proxima viciniâ.
Herus meus hic quidem est, gustare ego ejus sermonem volo.
TH. *Illico intra limen astate, illis ut cum extemplo vos vocem,*
Continuo exiliatis, manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædes præstolabor, ludificatorem meum.
Cuius ego hic ludificabo corium, si vivo, probè.
TR. *Res palam est, nunc te videre melius est, quid agas Tranio.*
TH. *Doctè atq; astutè mihi captandum est cũ illo vbi huc advenerit.*
Non ego illi extemplo meum ostendam sensum, mittam lineam.
Dissimulabo me horum quicquam scire. TR. *ô mortalem malum!*
Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest,
Verba dare illi, non magis hodie quisquam, quàm lapidi, potest.
Aggrediar hominem, appellabo. TH. *nunc ego illum huc veniat velim.*
TR. *Siquidem pol me quæris, assum præsens præsenti tibi.*
TH. *Euge Tranio, quid agitur?* TR. *veniunt rurirustici.*
Philolaches jam hic aderit. TH *adepol mihi opportunè advenit.*
Nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem & malum.
TR. *Quidum?* TH. *qui negat novisse vos.* TR. *negat?* TH *nec vos sibi*
Nummum unquam argenti dedisse. TR. *abi ludis me credo. haud negat.*
TH. *Quid jam?* TR. *scio jocaris nunc tu: nam ille quidem haud negat.*
TH. *Immo adepol negat profectò, neq; se has ædis Philolachi*
Vendidisse. TR. *ehe, an negavit sibi datum argentum obsecro?*
TH. *Quin jusiurandum pollicitus est dare, si vellem mihi:*
Neque se hasce ædis vendidisse, neque sibi esse argentum datum
Dixi ego istuc idem illi. TR. *quid ait?* TH. *servos pollicitus est dare*
Suos mihi omnes quæstioni. TR. *nugas, nunquam adepol dabit.*
TH. *Dat profectò.* TR. *quin & illum in jus jube ire.* TH. *jam mane*
Experiar, ut opinor, certum est TR. *mihi huc hominem cedo.*
TH. *Quid si igitur ego accersã homines?* TR. *factum jam esse oportuit.*
Vel hominẽ jube ædis mancupio poscere. TH. *immo primum volo,*
Quæstioni accipere servos. TR. *faciundum adepol censeo.*
Ego interim hanc aram occupabo. TH. *quid ita?* TR *nullam rem sapis.*
Ne enim illi huc confugere possint, quæstioni quos dabit.
Hic ego tibi præsidebo, ne interbitet quæstio.
TH. *Surge.* TR. *minime.* TH. *ne occupassis obsecro aram.* TR. *cur?* TH. *scies.*
Quia id q̃n maximè volo, ut illi istoc confugiant, sine.
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.
TR. *Quod agis, id agas. quid tu porro vis sererenegotium?*
Nescis quam meticulosa res sit ire ad iudicem.
THEV. *Surge dum huc. est consulere igitur quiddam, quod tecum volo.*
TR. *Sic tamen hinc consilium dedero; nimio plus sapio sedens.*
Tum consilia firmiora sunt de divinis locis.
TH. *Surge ne nugare, aspice dum contra me.* TR *aspexi.* TH. *vides?*
TR. *Video, huc si quis intercedat tertius, pereat fame.*
TH. *Quidum?* TR. *quia nihil quæsti siet, mali hercle, ambo sumus.*

TH.

Digitized by Google

TH. *Perj.* TR. *quid tibi est?* TH. *dedisti verba.* TR. *qui tandem?* TH. *probè.*

Me emunxti. TR. *vide sis, satine rectè? num mucci fluunt?*

TH. *Imo etiam cerebrum quoq; omnem è capite emunxisti meum.*

Nā omnia malefacta vostra repperi radicitùs.

Non radicitùs quidē hercle, verùm etiam eradicitùs.

Nunquam adepol hodie inultus designaveris mihi.

Jam jubebo ignem & sarmenta, carnifex, circumdari.

TR. *Ne faxis, nam elixus esse, quàm assus soleo suavior.*

TH. *Exempla adepol faciam ego in te.* TR. *quia placeo, exemplum expetis.*

TH. *Loquere cujusmodi reliqui, quom hinc abibam, filium?*

TR. *Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.*

TH. *Aliud te rogo.* TR. *aliud ego nunc tibi respondeo.*

Sed eccum tui gnati sodalem video huc incedere

Callidamatem: illo præsente mecum agito, si quid voles.

ACTVS QVINTI SCENA II.

Atq; hæc hactenus. Aliorum tetricas ματαιολογίας heic inculcare supersedebim'. quin pergemus potiùs ad Notas nostras Criticas in Actu 3. Sc. 1.

℣ 71 *optumè*] Mss. ambo; *obtumè.*

Ibid. *Aedium Dom.*] Sic Mss. ambo. non; *Dom. Aed.*

℣ 73 *Dum mî*] Sic ambo Mss. Pall. non; *mihi.*

℣ 74 *invenero*] Mss. uterq;: *en venero.*

ACTVS TERTII SCENA I.

℣ 2. *Nec quando*] Sic ambo Mss. Pall. absque τῷ *enè.* nisi quòd: *Ne quod est ea una mer. m.* τὸ *quod:* pro, *quando* positum fortè ex errore scribendi q*d.* Editio Veneta & Argent prima. *Ne quid esca u. m. m.* Alii: *Nec quando esca una bene me juverit. m.* h. e. juverit, delectaverit. Vide Lex.

℣ 3 *Nam*] Hæc dictio non est in duobus Mss. Pall. nec duabus quoque primariis Editionibus. & Mss. *peranium.* In V. C. suprà lin. *prandium.* Quod & Edd. Ven. & Argent. habent. Ambo etiam, *Vxor mihi:* non; *mihi Vx.*

℣ 4 *Nunc illa*] τὸ *illa* itidem non agnoscunt Mss. nec Edd. Vetustæ. ac in MSs. *eire* priùs fuit; antiquè. & uterque habuit initio *mi eire.* &, *jubet me.* non; *me jubet.*

℣ 5 *Non*] Sic Mss. Al. *Nam.* quod ad oram V. C. est adscriptum. & pro *ilico* Ms. Dec. *in loco.*

℣ 6 *quòm*] Mss. & Edd. *quàm prand.*

Ibid. *quam solitum*] Mss. *quàm solum.* Edd. *quod solum.* V. C. suprà lin. *quom sol.*

℣ 7 *me Anus*] Sic V. C. at Dec. ut & Edd. *eamus.*

℣ 8 *homini*] Hæc dictio non est in Mss. Pall. nec Edd. nisi Brixiensi.

℣ 9 *med edidi*] Mss. ambo: *me edidi.* Ego hiatûs causâ addidi τὸ *d.* Rectius tamen putem ex eâdem scripturâ Mss. *me dedidi:* cùm nusquam in Latinis Auctoribus reperiatur: *Edere se foràs* sed *Dedere se foràs.* Interim consensum Mss. & Edd. observavi, quem numquam temerè respuendum censeo.

℣ 10 *turget mihi*] Sic versus hic concipitur in Mss. & Edd. primarijs. Al. *tota mihi t. u. n. d. fuo.*

℣ 11 *intus*] Mss. ambo: *intra his male.*

℣ 13 *ac magis ego*] Istæ tres dictiones adsutæ sunt præter libb. Mss. & Edd. auctoritatem, eòque induxi albis litteris.

℣ 14 *domi sua*] Neque hæ tres dictiones *domi sua.* &, *malè.* sunt in Mss. aut Edd. palmarijs. Nā in Membranis locus est lacunosus. Expressi autem sequentē etiam, uti diserté inibi extat: nec quicquam moratus aliorum sutelas. Sic enim Alij: *Nem. s. ire dormitum sopor.* Al. *Nem soll. sopor at sapor.* h. e. in quâ domo est dotata Vxor, in eâ nemo somnum capere potest, omnes esuriunt.

℣ 16 *odio'st*] Sic est in Mss. Pall. ac Edd. *odio es tu.* Novitij Editores: *Odiosa hæc nunc verò mihi exsequi cætera res est hoc.* At DI boni! Cui mortalium datum est esse tam divino Apollini? τὸ *verò* & *sopor* expressè habet V. C. sed ab aliâ manu, eâque tamen cascâ. at Decutt. *sopo. n.* &, *ve.*

℣ 20 *Vostra*] Ita totus hic locus concipitur in Mss. Pall.

Digitized by Google

ỳ 21 *Pejusq;*] τò *q;* & *mihi* absunt à Mss. & Edd. ut & ỳ sn seqq. τò *si* nuspiam reperio.

ỳ 23 *nullum*] Mss. ambo, ut & Edd. principes τò *nullum* retinent, ut scil. duæ negativæ fortiùs affirment. In V. C. quis ex posteris Censori bus induxit τò *n* quod & novissimus Editor Saxonicus factitavit.

ỳ 24 *incuses*] Sic posteà V. C. ab alienâ manu. & sic quoq; Edd. ac anteà V. C. nec non Ms. Decurt. *incusis*.

ỳ 25 *adloqui*] Mss. *adloquimini*. Edd. *alloqui me*. τò *sed* abest ab omnibus Mss.

ỳ 27. *Quoq; d.*] Mss. *Quod dolo*. In V. C. tamen τò *d* inductum est puncto, ut sit *Quo*.

ỳ 30 *ut amice*] Sic ex Mss. leg. ubi; *n amice f.* ab Edd. τò *ut* abest minus commodè.

ỳ 31 *Hercle te*] Sic est in utroque Mss. Alij supplent: *certè hercle at ego te*.

ỳ 32 *Habeo hau!*] Ita sanè uterque Mss. Alij adsuunt Centonè pòst *Servom*, TR. *Quid ita verò, Simo?* At verò in utroque Mss. Pall. lacuna est post *Servom* ......

ỳ 33 *Eia mastigia*] Ita totum hunc versum scribunt Mss. Pall. Ms. Dec. *etiã astig* & deinde in utroque, litteris tamen distractis: *ad me re dieam isticero* Princeps Editio sic: *Ameridie amisti cero, quid nunc mox* Alius ex ingenio correxit sic: *Eia m. nam quid à merendâ abisti? gerro.* hoc sensu: quid tu gerro abiisti à merendâ? Ita scilicet quando totos dies convivari solerent, miratur Simo, Tranionem, qui caput ei rei esset, à congerronibus discessisse. Lepidum hoc est figmentum. Sed quis credet? Plautum sic scripsisse.

ỳ 35. *Dic . . . . . . quid id est ? . . . . . loquar sic decet . . . morem geras*] Ita in Mss. totus hic locus lacunosus est. Proh Deum atque hominum fidem! cui cortinam istam dedit Phœbus ut sic explerentur? Ut cum αὐθεντίᾳ quâdam, absque indicio novitatis in textum tam ferociter se illatebrarint huc usq;: etiam suffraganeo novissimo Editore Saxonico.

ỳ 38 *Cogita*] Sic Mss. Pall. & Edd. priscæ. ubi: *Cogita. Hem!* Al. *cogitas.* & sequens versus ita concipitur in Mss. Pall. & primarijs Edd. Alij dispescuerunt in duos.

ỳ 41 *piscatu probo*] Sic Mss. Pall. & Edd. Al. *victu probo, pisc. el.*

ỳ 42 *Immo . . . . anteh*] Intermediæ tres dictiones, *ita ea quidem*, absunt ab Mss. Pall. qui: *immò ut anteh. e.* Dec. *immovit ant. e.* In V. C. quis suprà lineas descripsit tres illas voces, vetustâ tamen manu cujus cujus. Editio prisca. *immo vita anteh. erat.*

ỳ 43 *Nunc nobis com.*] Ita sanè ambo Codd. Mss. & Edd. Alij licenter sic: *Nunc n. isthæc excid. omnia.*

ỳ 48 *nostram*] Hæc dictio abest à Mss. ut & ultima versûs seq. *potuit.* ubi Mss. *pessimo.* V. C. posteà *pessime.* & post *exciderunt* aliquis scripsit. *Simo.*

ỳ 50 *Quæ nec*] Sic Mss. non; *ne.* & ambo Codd. *in terrâ:* absque *ante hac.*

ỳ 51 *Heu*] Mss. *Ei.*

ỳ 52 *nostra Navi*] Sic ambo Mss. Al. *nostram vi quæ fr. n.* Vide Bacch. 4. 6. ỳ. 27

ỳ 53 *ut tu velles*] Ambo Mss. retinent τò *tu.* quod alij expungunt.

Ibid. *sed quid*] Hæ duæ dictiones assutæ sunt à manu recentiore in V. C. ubi lacuna est, uti in Ms. Decurt.

ỳ 54 *Eloquar*] Sic Ms. Dec. & V. C. posteà. nam anteà erat, *Eloquere.* & postrema dictio *tibi* itidem abest à Mss. qui sic: *Cor tenditur inde ferr. postea* ..... non; *chorda:* aut; *inde in ferrit.*

ỳ 55 *ferriterium*] Ita disertim uterque Mss. Pall. Al. *ferriterivium* Al. *ferricernuum.* Editio prima & Ms. Sambuci: *cor tenditur inde ferit iterùm.*

ỳ 56 *posteà*] Hic versus quidem ingeniosè sic suppletus est: sed profectò nihil eorum exstat in Mss. nostris. qui sic: *posteà* .... *anua obsecro.* Editio prima: *postea hem obs.*

ỳ 58 *sciet*] Mss. *sciat.* V. C. posteà, *sciet.*

ỳ 60 *me misit*] Mss. *me me misit.*

ỳ 61 *primùm*] Ita ambo Mss. Al. *privum.* Vide Lex. Plaut.

ỳ 63 *Numquid*] Mss. *unum quid.* & Tranioni omnia attribuunt.

Ibid. *increpitavit*] Sic Ms. Decurt. ut & Ms. Schobing. at V. C. *increpavit.*

ỳ 64 *liquidu'st*] Mss. *liquidum est.*

ỳ 67 *Scioequ.*] Sic Mss. & Edd. priscæ, non; *quidem.*

ỳ 69 *Balneas*] Sic Mss. Pall. non; *balneas.*

ỳ 70 *quid ille*] τò *ille* abest à Mss. Pall.

ỳ 72 *Gyn. novum*] Mss. *nov. Gyn.*

ỳ 73 *Architectorem*] Sic V. C. posteà; ut & Ms. Decurt. & Ms. Sambuci. quod Antiquitatis causâ retinui, sic quoque suadente magno

magno Turnebo. At V. C. initio habuit *Architectonem*.

℣ 76 *Na illo malo*] Mss. sic habent: *Nam ille eo magno ...... opera ex te exempl. p.* Lacunæ commodè quidē expletæ sunt, sed non ad obrussam Mss. libb. In V. C initio fuit *eo malo*: quod & servat Ms. Decurt. sed postea in V. C. factum, *eo magno*.

℣ 77 *Quia hic.... esse æstate*] Sic in utroque Mss. vacuum est, quod quis replevit vocabulo *andivit*. In V. C. postea factum; *æstate perbonum*.

℣ 78 *sub diu col...... perpet. d.*] Sic V. C. lacunam repræsentat. at Decurtatus *sub diu col perpetuum diem* . . . . Prima Editio: *sol perp. d.*

℣ 79 *umbra est*] Sic Mss. non; *est umbra*.

℣ 80 *mani*] uterque Mss. initio habuit, *mane* postea quis ex *e* fecit *i*. & Ms. Decurt. initio habuit, *vesperem*: postea factum *vesperam*. V. C. *vesperum*.

℣ 81 *astans*] Mss *astat* In V. C. suprà *flagitator* glossa est: *h. e. instans*.

℣ 83 *æque*] Mss. *æquam*. & ℣. 84. *predico*.

℣ 87 *voca*] Sic Mss. & Edd. Al. *i, voca*

℣ 89 *fiet*] Sic V. C. at Decurt *fuit*. & ℣. 90. V. C. *fatio* & ambo ℣ 92. *questum*.

℣ 94 *habeo Hom*] Sic Mss non; *Hom. habeo*.

℣ 95 *Oneris*] Mss. ambo *honeris*. In V. C. quis τὸ *h* expunxit.

ACTVS TERTII

SCENA III.

℣ 1 *Nunc*] Vterq; Mss. Pall. ut & Edd. duæ omnium antiquissimæ, & primæ, novam hîc ordiuntur Scenam, recentis quoque iisdem Personis. Neque aliter in Mss. libb. princeps hic versus legitur, nisi quòd in V. C. pro altero *nunc* quis fecit, *hunc*: cùm fuisset anteà *nunc* & initio, *hau scio*. postea *t* superscriptum. Decurt *hau sclo*. τὸ *l* pro *i*. Alii sic deformarunt: *Nunc illum ego auspicio colloq*. h. e. Nunc illum auspicatò colloquar, compellabo Editiones duæ priscæ: *Nun auscults an colloq*.

℣ 2 *Hem quis ...... nominat me*] Sic est in V. C. at Ms Decurt. *hem nominat me*. & τὸ *quis* in V C. videtur esse à manu secundâ.

℣ 3 *Ero servus*] Sic Mss. non; *servus ero*.

℣ 4 *Quò*] Sic Ms. Decurt. at V. C. initio: *Quod*.

℣ 5 *diu destit*]Sic Mss. ambo. Al. *Illic destit. obst. ẽ.*

℣ 6 *opperitus*] Ita ambo Mss. Pall. & Edd. priscæ.

℣ 7 *hoc obt. t.*] Mss. *obtines hoc tuum*. V. C. *optin.*

Ibid. *tardus ut sis*] V. C. initio habuit à primâ manu: *pardus ut sis*. Quod fortè non de nihilo.

℣ 9 *factu facile'st*] Sic ambo Mss. non; *facile factu'st*.

℣ 10 *illi*] Sic initio V. C. posteà, *illic*: quod habet Ms Decurt. qui etiam; *simul & h. potui*.

℣ 12 *Súbsequor*] Sic Mss. uterque. non; *subsequar*: Et post *Age* lacuna est in utroque Mss.

℣ 13 *opperitur*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *opperibitur*.

℣ 14 *sese*] τὸ *se* non geminatur in Mss.

Ibid. *mæ 'us*] Dec. *mustus est*.

℣ 17. *turi metit*] Sic sanè uterque Cascus liber scriptus, nisi quòd Decurt. *metuit* cui consonant duæ Edd. priscæ, quæ: *sibi quisque jure metuit*. Alii nescio ex quibus Edd. *jure cavet*. Qua scil. ex Jure sibi quisque tantùm, non autem alteri cavere, aut stipulare potest. Vide Plaut. Tit. *Stipulationis*.

℣ 18 *istas*] Sic Mss. ambo. non; *has*.

℣ 19. *domum*] Sic quoque Mss. non; *demum*.

℣ 20 *Latius demum*] Ita hic versus in Mss. & Edd. antiquis insequitur priores. Et sic quoque inibi legitur. Ms. Decurt. *lacius*. &, *opere precium. vusse*. Vulgò sic editur: *Satius demùm est: opera pretium nunc est inisse*. Sed præter libb. auctoritatem. Neque discrepat ab Mss. libb Editio princeps Veneta: nisi quòd post: *opere pretium ivisse* scribit: Tr. *rectè edepol mones* Si. *Eho istum Puer, circ.*

Ibid. *TH. Et rectè edepol mones*] Sic hæc verba junguntur huic versui vicesimo in utroque Mss. Pall. nisi quòd Decurt. & initio V. C. *Erectè edepol mones*. Vndè concinnavi illud: *Et rectè*

℣ 21 *Eho istum*] Intra hunc versum, & præcedentem turbatores quidam aliunde huc versus aliquàm multos trajecerunt: sed præter necessitatem, & Mss auctoritatē. Omnia enim recto ordine & sensu se excipiunt. Absit igitur ista injuria ab Antiquitate, & facessat ōnis novitas!

Ibid. *hasce*] Sic ambo Mss, non; *has*.

Digitized by Google

℣ 23 *Apage istum me ...... nihil*] Ita hiatus est in utroque Mss. quem duabus vocibus Novitij ad sensum expleverunt.

℣ 24 *Quid? Quid est?*] Sic V. C. at Ms. Decurt. *Quicquid est ..... perd. q.* omissis tribus dictionibus à novitiis Criticis infartis. In Editione Venetâ primâ, ut & Argentinensi omnia continuò scribuntur tamquam si nihil desideraretur. Sed sensus tum minimè constaret.

℣ 25 *Aedis*] Mss. ambo *Adis*. In V. C. quis τὸ *s* puncto induxit, ut esset *adi*. In quod fortè non absre. In V. C. post *redico* hiatus est. Quidam ex Novitiis *per adis* legunt.

Ibid. *Ergò i eo igitur*] Expressi scripturâ utriusque Mss. Pall. ubi signatè sic legitur, neque aliter habet Ed. princeps Veneta. Al. *Ego i. e. sine perductorem.*

Ibid. *Ilicet*] Sic Mss. junctim habent. non: *I, licet.* quòd ferè non improbarim.

℣ 26 *St!*] Benè sic emendatum est: pro eo, quod habent Mss. *est nam.* certè falsum est disertè in Mss. esse *est*!

Ibid. *Agedum vide*] Mss. ambo; *Aged. unde.* V. C. tamen posteà, *vide.*

℣ 27 *Ist*] Sic Mss. & pòst, pro; *st* Mss *est.* malè.

Ibid. *directè*] Sic Mss. In V. C. initio fuit, *directa est.* & Dec. *directe est.* & sic Ms. Sambuci.

℣ 28 *st!*] Iterùm Mss. habent *est.*

Ibid. *ab istinc*] Sic Ms. Decurt at V. C. *ab istinc.*

℣ 29 *quàm est feta*] Ita sanè est in utroque Mss. Pall. In Ms. quidem Decurt. expressè scriptũ; *quam feta.* quod initio fuit in V. C at recenter scalpello quis erasit, & fecit, *quam est aqua.* Magna autem imperitia Correctoris istius apparet passim in Vetustis illis Membranis. τὸ *eire* disertim in utroque exstat, quod antiquè expressi. sed alterum *est* inibi non habetur. Consentiunt cum hac lectione Editiones omnium antiquissimæ Veneta & Argentinensis. Alii, *quam est aglia.* Al. *quam est ovicula.* Al. *quam fit*: vel; *sit fœta Visse ire intrò audacl l.* Ego missis istis somniis planam Mss. lectionem approbavi.

℣ 31 *Canem istam*] Ita Mss. ambo. Al. *c. iab forib. abduc. at face*

℣ 34 *à pedibus*] Ita V. C. qui etiam: *Apscedam.* at Ms Dec. *abadib. absced.*

ACTUS QUARTI
SCENA I.

Iterùm Metamorphosin nobis pepererunt Satagenes: quibus volupe fuit de alieno ludere corio. Nam huic Scenæ præposuerunt illam, quæ nobis juxta præscriptum Membranarum omnium tam Pall. quàm Vatic. & Sambuci, nec non priscarum Edd. Ven. & Argent. facta est Tertia Actus quinti. *Quid tibi visum est.* Ita scilicet litamus Antiquitati! mutantes quadrata rotundis.

℣ 1 *carint*] Ita ambo Mss.

℣ 3 *Nam illi*] Sic Mss. Alii omittunt τὸ *illi.*

℣ 4 *consilia expetunt*] Mss. *exp. consil.* alterum propter versum præstat.

℣ 5 *sese*] Sic ambo Mss. Al. *se ad curs.*

℣ 6 *Hi*] Mss ambo: *hij.* & V. C. *fatiunt.* &, *reprehensis sunt.*

℣ 7 *Peculium*] Mss. ambo *Peculio.*

Ibid *fa ere de suo*] Tres hæ dictiones absunt à Mss. ubi vacuum hic est.

℣ 8 *Thensaurum in*] Et hic quoque lacuna est in Mss. nescio undè suppleta. Prima quoque Editio hîc spatium reliquit.

Ibid. *pauxillo*] Sic ambo Mss. nisi quòd Decurt. *pauxill ..... deparant.* Al. *paxillo.* quia pendentes Servi virgis cædebantur. Editio prima *pausillo.*

℣ 9 *Consili*] Sic Dec. at V. C. *consilij.*

℣ 10 *Lubet cavere*] Nescio quis Delius natator ista exsculpserit. Ab utroque enim Mss. procul exulant, ut & Edd. primariis. ubi non minùs lacunæ sunt, quàm in Membranis. Ego novitatis signo insignite malui, quàm ut sincera in textu relinquere.

℣ 14 *atq; uti votem*] Sic ambo Mss. Pall. nisi quòd *ut.* & *verberare.* At τὸ *votem* expressè est in Mss. & V. C. suprà lin. habet. *Alii vetem* à manu non admodùm antiquâ. de quo ἀρχαϊσμῷ jam sæpiùs dixi: neque respuo. tametsi fortè quis Antiquitatē hanc se ignorare prætendat, non tamen sequitur inde, olim non usurpatam. Videatur Cassiodorus Grammaticus de Orthographiâ loco suprà allegato à nobis ad Asin. 3. 1. ℣ 19.

Ibid *verberari*] Mss. ambo: *verberare.*

℣ 15 *si huic*] Ita disertim ambo Mss. Pall. Alii *sic h imp p. tectus abibo.* Edd. principes; *prope tectum habebo malum.*

℣ 16

℣ 16 *cæteras*] Ita uterque Mss. non; *cæteris non impl.* Et sic quoque Edd. priscæ. In V. C. tamen quis fecit: *cæteris*.

℣ 17 *solet esse*] τὸ *esse* in nullo Mss. invenio, neque Edd. antiquis. In V. C. est adscriptum rubricâ manûs Camerarianæ.

℣ 18 *Boni sunt*] Ita ex vestigiis. Mss Pall verissimam hanc lectionem erui. nam sic scribitur in utroque; *Bonis sunt improbis sunt malus fuit.* pro, *sum* in V. C. quis fecit *sunt*. Quis non videt nisi imperitus τῆς ἀρχαιογεγραφίας; τὸ *s* bis otiosè repetitum, & ex *im* faciendum *cum*: & syllabam ultimam *em* cuj; à Scribæ omissam, cùm fortè fuerit *it*. unde ineptus al quis postea fecit *fuit*: & ut constaret numerus, ex *mali* fecit *malus*. Alij Editores vaniloqu sunt hic. *Bonis boni sunt, improbis qui malus fuit.* Al. *Bonus cum probis est, malus cum malis*: Ineptè omnia: & præter rem.

℣ 22 *quò properas*] Mss *quod properas.*

Ibid. *ire vis, Mula*] Ita profectò retinent ambo Mss. Pall. nec non Edd. principes Al. *hercle: ire pastum foras.*

℣ 24 *Ita*] Hæc dictio abest à Mss. & Edd. Vett. Mss *unde abstultabis foras.* Versuum distinctio mirè variat in V. C.

℣ 25 *die crastini*] Sic ambo Mss. Pall. Quod cùm sciolus quis ignoraret, fecit in V. C. *die crastino* postea. sed ab antiquiore manu factum *die crastina* at initio habuit *die crastini.*

℣ 26 *bubulis*] Ita V. C. at Dec *buculis.* quod fortassis haud minimè improbandum.

℣ 28 *Misericordias*] Rursùs deploro fatum Plauti nostri, qui spado à crudelissimis sectoribus factus, ac tantùm non eviratus prorsùs est; etiam ab ijs, qui fatentur, sic continuò non tantùm in sacrosanctis illis Mss. Pall. nec non Ioviani ac Sambuci, verùm etiam Edd. omnium primis hæc quæ seqq. concepta esse. O audaciam! ô temeritatem Censorum! Nunc igitur in ordinem redeat Sarsinas Vmber, & Scenam ex se delectet, virumque se in Fabulâ præstet!

Ibid. *jam habere haud*] Hæ tres dictiones spuriæ sunt. Nam in Membranis, ut & Edd. lacuna est sat spatiosa.

℣ 30 *cùm verba*] Neque hæ duæ dictiones sunt in Mss. sed ex Centonibus assutæ. Nam Membranæ. *Morare hercle* .... *facis subsequere.* Alii sic explent: *Morare hercle, atque illo indignum facis.* Ego tenorem Mss. servo.

Ibid *fiet*] Sic ex Ms Dec. restitui: ubi; *fiat*. at V. C. planè non habet hanc dictionem. Exstat tamē in Edd. primariis. Tota autem hujus loci distinctio est sumta è V. C. Pal. adeò ut sint adhuc verba Phanisci. Nonnulli sic supplent, & distinguunt.

---- *cùm verba facis.*

TH. *Quin tu rectè edepol mones: subsequere me.*

Sed quid opus istis novis commentis? ubi vetustati suus honos illibatus servari potest.

℣ 31 *tibi adduxi*] Sic Mss. Pall. & Edd. priscæ. non; *add. tibi* & Mss initio, *Em.*

℣ 32 *Dei*] Sic Mss. ambo. non; *Dij.*

Ibid *hic*] τὸ *hic* abest à Mss. Pall.

Ibid. *Bellè*] Sic uterque Mss. pro; *vellè.* ἀρχαϊκῶς. B pro V.

℣ 34 *inspice*] Ms. Dec. *inspicerent.* ut & V. C initio: qui; *inspicere te adiu te has bellè.*

℣ 35 *flocci*] V. C. *floxci.* & ambo. ℣. 37. *edib.* Ms. Sambuci. *flocci f.*

℣ 38 *ut tristi*] Sic Mss. non; *tristi ut.*

℣ 39 *& gestire*] Sic V. C. at M . Dec. τὸ *&* non habet.

℣ 40 *hæ*] Hæc dictio abest à Mss. Pall.

℣ 41 *humani ingeni*] Ita sanè in utroque Mss. Pall. fuit, ut & Mss. Samb In V. C. initio *humani ingenio*, ut & totidem litteris Ms. Dec. postea quis in V. C adjecit *o* suprà *humani*.

℣ 42 *perspectas*] Mss. Pall. ut & Samb. *perspecta.*

℣ 43 *Bene deniq;*] In utroque Mss. Pall. initio fuit: *Bene beneq;* non; *bonique.* uti nonnemo falsò prodidit sed certè in V C. à secundâ manu, eâque veteri factum *denique.* Al. *Benè Benignèque.* *tes.*

℣ 44 *perducitet*] Sic ambo Mss. At Editio princeps: *educitet*

℣ 45 *Quid id est*] τὸ *id* abest à Mss Et hæc continuò sic sequuntur in Mss. ut & Edd. priscis.

℣ 46 *Ambulacrum*] Mss. *amplacrum*:

℣ 47 *Lucul ex.*] Hæc quoque series versuum sic servatur in Mss. & Edd. antiquissimis. Quis igitur turbet tam limpidos fontes?

48 *Quâ firmitate*] V. C. Pal. initio habuit:
℣ *Quam f* posteà *Qui.* non; *Quanta* sicut ab aliis proditum est utrumque Mss habere. Al. *qua sine f* At Ms. Decurt. & Ms. Samb. *Quanta firm.* sed alterum præstat, ob verius numeros.

℣ 50 *audin*] V. C. *auden fuerant dicere.* Dec. *aut in fuerat dicere.*

℣ 52 *duobus*] Mss. *diebus præter vest.*

℣ 53 *quin*] Ambo Mss. *qui*. sed *sunt* est in utroque Mss. non *sint*.

℣ 54 *Tarmes f*]Mss.Pall.*trami secat*.In V.C. quis suprà lin. addidit *s*: ut esset *tramis s*. at V. C. Samb.*terram secant*. quod vix displicet. Et V. C Pal.℣.55. *vicinum*. &, ℣. 57. *Si sunt*. & ambo ℣. 58. *pultifag*. & pro, *inducti*, quod servant Mss.Pall.habet V.C Sambuci *induti*.

℣ 56 *si sunt*]Sic Mss.non, *sint*.

℣ 58 *Coagmenta*]Ita ambo Mss.Pall.at Ms.Schobing.& Samb.*ornamenta*.

Ibid.*arte*] Sic Mss. Pall. non: *arcte*. sed Ms.Samb. *quà arte*. & ambo Mss.Pall.*dormunt*. posteà in V.C.adjectum *i*.

℣ 59 *connivent*]V.C.*conivent*.Dec.*convient*.

℣ 60 *quidquid*] Sic Mss.non; *quidque*.

℣ 62 *vellitat*] Sic ambo Mss. non; *vellicat*. quamquam in V. C. à novitià manu superimpositum *c*. & *Queso*, & *pessis*.

℣ 64 *profectò*] Sic profectò ambo Mss. Pall. non; *prospecto*.quod quidem probum, sed alienum à Mss.libb.eoque in textum non admittendum. Et ambo Mss.*intueor*.Dec.initio:*in vos* posteà suprà lin. *itnueos*.

℣ 65 *istò ad vos*]Ita sanè iterùm Mss.Pall.Al. *istos adversum*. &,V C *optuere*.&,*Conspicio*. & ambo ℣.68.*optuerier*. In V.C.quis posteà fecit *ad hoc opt*.

Ibid.*quoniam*]Mss.qm̄.

℣ 67 *conspicio*]Sic Dec.at V.C. per *t*.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

℣ 1 *Illi Bucada erunt*] Non aliter hæc leguntur in pluteariis Membranis Pall.& Ioviani, ac Sambuci: nec non Mss.Vaticanis, itemque primipileribus Edd. Quis igitur audaciam illorum æquo animo ferat, qui tam ditis modis ista dilacerarunt? Hoc tamen observo in Mss. Pall. non inchoari novam Scenam, sed hæc ista continuò prioribus adnecti.Ego meo & Recentiorum Criticorum judicio usus, novam feci, quia intercedit alia Persona Danistæ. In Ms. Dec.scribitur *bucada*. V.C. *bucedo*. Al. *bucida*. Ambo Mss *erunt buc*.

℣ 2 *TR mane*] Sic ista Tranioni dantur in omnibus Mss.quos paulò antè nominavi, nec sanè incóvenienter. Certè quidem omnia concinnè videntur cohærere, neque opus est istâ horrendâ μεταμορφώσει. Alii alium Servum hic fingunt loqui, sed frustrà.

℣ 3 *Molestus ne sis*] Iterùm totidem syllabis hæc ista sic extant in Mss. Editores audaculi in aliam coloniam traduxerût hos duos versus, sed præter rem, nimis licenter.

Ibid.*quod lubet*] Sic initio V.C. at Ms. Dec. *quid lubet*.

℣ 5 *reddite*]V.C.initio,*redite* unico *d*.

℣ 9 *veterator*] In Mss.est.*vetro teneq*.V.C.adorâs *vetero*.

℣ 11 *tu tuis*] Sic est in V.C.at Dec.*tu istis*. Versus etiam hi qui seqq. miserè disjecti fuerunt ab novellis Criticis: præter concordem omnium Mss conjurationem.

℣ 12 *astes,urit m*.]Mss.*habes turita male* corruptè.

℣ 16 *quid nos*]Sic Ms. Dec.At V.C *quod*.

℣ 18 *quis*] Sic Mss.ambo, non; *qui dillic est*, & ℣. 20.*præsenti* & ℣.22.ambo:*obs arg*.non,*obici*.

℣ 22 *inpura*]Sic ambo Mss.non, *impurum*.

℣ 23 *uben*]Sic uterque Mss.

℣ 26 *Paululum*]Sic Mss.non;*paulum*.

℣ 27 *Ne sane*] Ita hic versus concipitur in Mss. Pall.& antiquis Edd. Alii transposuerunt suo more solentes. *TH. Paulum id quidem est? DA. ne sane*. &c.

℣ 28 *videtur ne*] ne non est in Mss.

℣ 29 *genus quod*]Mss.*quid* Et V. C. *inprobissimus*.

℣ 30 *istuc curo*] Ita omnes Mss Alii:*istunc*.& Mss. *qui*.non;*quis* absque *iste*.

℣ 31 *privum*] Ineptitia ac nova est hæc dictio, quæ ab omnibus Mss. & Edd exsulat. Al. *primum*. sed itidem contrà libb.Mss.

℣ 32 *creditum*]Mss.*credit audio*.

℣ 40 *patrissat*]Ms.Dec *patris etiam Homo*.at V C. initio: *patrisat jam*.

℣ 41 *scin*]V.C. initio habuit,*sint*.posteà *sin*:donec aliquis superscripsit *c*. Dec.*in*.& ambo: *quojusmodi*.

℣ 42 *pessum*]Sic ambo Mss.Pall.non: *pessim*.

℣ 43 *clarorem*]Mss *canorem*.

℣ 44 *destinat*]Sic ambo Mss.non: *præstinat*. quod tamen idem est.

℣ 45 *Phanisce*]Ita profectò uterque V.C. Mss. Alii nescio quorsùm hæc transtulerunt.

℣ 47 *Miles*] Totus hic versus a Recentioribus correctoribus an correptoribus malè omissus est. Apparet enim in utroque Mss. Pall. ut & Samb.nec non Vatt. adeòque etiam vetustissimis

mis Edd Cõjungitur autem in Mss. cum præcedenti, ita ut unus sit versus. In V. C. initio fuit: *Miles sum*.

℣ 50 *poteris*] Mss. *poteres*. Et hic versus in Mss. copulatur priori in unum.

℣ 51 *Ferocem*] Ita emendatum est ex Mss. Pall. Alii *te* inferciunt, quomodo loquitur Curc. 4. 3. ℣. 7. uti ibi est in Mss. Sunt, qui totum locum hũc aliter concinnent Sed cui bono? Contrà omnes libb. Mss Sic nimirùm:

—SER. *mane tu, atq; adsiste illicò*
Etiam respice (f. respicis?) mihi molestus ne sis.
SER. *Vide ut fastidit Simia!*
Manésne ilicò impure Parasite?
PH. *Qui Parasitus sum.* SER. *Ego enim*
Dic eam: cibo perduci po'eru quóvis.
PH. *Mihi sum: libet esse. quid tu id curas?*
SER *Ferocem facis: quia*—

Sed aliter longè catuli olent, aliter sues In utroque Mss. est: *quia te eratus amat uba oc. d.*

℣ 52 *cur*] Mss. *qur*. Et ambo: *molestus* absque *est*.

℣ 54 *Nummos*] V. C. *numbos*.

℣ 55 *suam quidem*] Hunc totum versum, ita ut scripsi, sic reperi in utroque Mss. Pall. qui & habetur in Mss. Vaticanis.

℣ 56 *culcitellam*] In Mss. est, *culcitullam*. Al. *culcitrulam*.

℣ 57 *obtemperem*] V. C. *optemp* Al. *temperem*.

℣ 58 *I tu*] Mss. junctim *itu*. & V. C. ℣ 59. *fatiam*.

℣ 59 *Phanisce*] Hæc dictio non est in Mss. In V. C. manu Camerarij supra lin. scripta est.

℣ 62 *ecquis*] In Mss. hæc dictio bis scribitur. *hecquis ecquis*.

℣ 63 *quidem foras*] Sic est in utroque Mss. Al. absque: *foras*: quod videtur versui obesse.

℣ 65 *mulcet*] Ita ambo Mss. V. C. posteà: *multet*.

ACTVS QVARTI SCENA III.

℣ 1 *hoc mere.*] & *hoc* abest à Mss. eòque diverso charactere exprimi debuit ab Typographo nostro At nec aliter tota Scena ordinatur in Mss. nostris & Editionibus antesignanis. Quid igitur sibi volunt turbatores?

℣ 2 *edep ego*] Sic est in Mss Al. & *ego* expungunt.

℣ 4 *hercle verò*] & *hercle* est in Mss. Pall. Al. omiserunt. malè.

℣ 3 *umquam*] Sic Mss. non: *usquam*. Et V. C. initio habuit *ablactus*. Al. *abjectus*.

℣ 8 *sumus*] Mss. *summus*.

℣ 11 *accipiem*] Sic Mss. ambo antiquè.

Ibid. *cupies*] Sic ambo Mss. non: *cupias*. Al. τὸ *ego* omittunt.

℣ 15 *Arrab.*] Sic Ms. Dec. at V. C. *arriboni*.

℣ 16 *haut N.*] Mss. *haunummo*.

℣ 17 *subsiet*] Ita ambo Mss. Pall.

℣ 23 *mihi debeo*] & *mihi* abest à Mss. V. C. initio habebat *debu*: vel: *debis*. postea *debes*. Dec. *de his* at neuter habet *debeo*. quod tamen sensus fermè requirit.

℣ 25 *Nunc abi*] Sic Mss. V. C. initio, *Non*. Dec. *Nũc habi irus*.

ACTVS QVARTI SCENA IV.

℣ 1 *Hic quidem*] Ita in utroque Mss. omnia hæc sequuntur priora, & quidem in novâ Scenâ. Alii separarunt, trajeceruntque, præter auctoritatem Mss. Codd.

℣ 3 *illi*] Mss *illis*. vel: *illic*. & *quer*. absque diph.

℣ 4 *pultare*] Sic V. C. at Dec. *pultars*.

℣ 9 *Puere*] Mss. ambo. *Puer*. & ei &, *adelicatus*.

℣ 12 *Non*] Sic Mss. nisi quòd V. C. initio. *Nam*.

Ibid. *his Æd.*] Sic uterque Mss. Al. *hisce in æd.*

℣ 14 *hinc*] Mss. *hic*.

℣ 19 *Abiit*] Sic uterque Mss. nisi quòd *hab*. nullus verò, *abivis*.

Ibid. *trid unum*] Mss. *trid. in unum*.

Ibid. *bibi*] Sic ambo Mss. V. C. initio, *bibisse* Al. *essi*. ab, *estur*. ineptè.

℣ 20 *intermissum hic*] Sic Mss. Alii τὸ *hic* delent, & Mss *pergrae* & V. C *fat ebat*.

℣ 23 *Heu!*] Mss. initio, *Et*. In V. C. quis scalpello prorsùs oblitteravit.

℣ 25 *istic*] Mss. *istuc*.

℣ 26 *vostro*] Mss. *vestra hac in q.* &, *preter spetiem*.

℣ 27 *Vide sis*] Sic Ms. Dec. at V. C. *vasis*.

Ibidem *cópiam*] Sic veteres Membranæ pro *quispiam*.

℣ 28 *Meliusculè*] Mss. *melius cuiquam*. Al. *merinsculè*. vel: *plusculè*.

Ibid. *satis*] Sic ambo Mss. non: *sat*.

℣ 29 *deveneris*] Mss. *ne veneris*.

℣ 30

ṽ 30 *eire*] Ita antiquè Mss. Pall. nisi quòd; *&* *re*.
Ibid. *loci*] Mss. *loqui*. quod idem est, quia *qu*. & *c* sæpè permutantur in Membranis Sic anteà: *copiam*; pro, *quópiam*.
ṽ 31 *Quojus*] Mss. *habitat ad cujus*.
ṽ 32 *hic Tibic*.] Mss. *hinc tibic*.
ṽ 34 *& sex Minis*] Ita Mss. ambo. V. C. suprà lin. *sed*.
ṽ 35 *destin*.] Sic Mss. Pall. Al *prastin*.
ṽ 36 *manu em*.] Sic Mss. Al. *e. m*.
ṽ 37 *istic*] Hæc dictio abest à Mss. Pall. & V. C. initio, *assiduò*. post, *assid*.
ṽ 39 *essent*] Mss. *est pignori*. V. C. initio: *huc qua e. p*.
ṽ 40 *istud*] Sic Ms. Dec. at V. C. *illud* & ambo, *Ei*, pro *i*. antiquè.
Ibid. *Patrem illic*] Sic uterque Mss. Al. *ille Patrem*.
ṽ 42 *Heu*] Mss. *Ei*. Et, *patrem meum misf predie*. V. C. initio, ut & Dec. *Eu*.
ṽ 43 *praterq*.] Sic Mss *preterq*. Al *praquam*. eleganti quidem particulâ: sed contrà libb. Mss. Sensus talis erit: Triginta Minæ præ aliis. Sumtibus præ aliis sumtibus profusis nihil sunt. Et Mss. *dapsillies*.
ṽ 44 *Servos est sacerrumus*] τὸ *est* non habet Ms. Dec. & V. C suprà lineas notavit. & Mss. *si acerrimus* & ṽ. seq. Ms. Dec. *Erculi*.
ṽ 45 *possiet*] Mss. *potest*.
ṽ 46 *me eius*] Sic Mss. non: *ejus me*.
ṽ 47 *isthac*] Sic Mss. non: *ista*.
ṽ 49 *istàc*] Sic V. C. at Dec. *ista*. Al *istas*.
ṽ 50 *commiss*] Sic V. C. initio. at posteà, *commiss*.
ṽ 52 *Eram metuam*] Sic V. C. posteà. nam anteà erat: *ut metuam*. quomodo & retinet Decurtatus.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

Peri] Sic ambo Mss. & posteà uterque *verbera*. &, *Egipt*. In V. C. suprà *Peri* quis adjecit *i*.
ṽ 3 *orasque*] Mss. *horasque ultumas*. V. C. videtur initio habuisse *horasque in ultumas*. Ms. Dec. *h. uultumas*.
ṽ 4 *circumvectus*] Mss. *circumventus*.
ṽ 6 *agis*] Mss. *ais*.
ṽ 7 *tibi hod*.] τὸ *tibi* abest ab omnibus Mss. Al. *Ai hodie*.
ṽ 10 *eum vix*] Ita V. C. at Dec. *enim vix*.
ṽ 11 *ut otiosus*] Ita Mss. Al. delent τὸ *ut*.
ṽ 14 *quis*] τὸ *quis* non est in Mss. eòque diverso charactere ab Typographo nostro excudi debuit.
ṽ 16 *istuc*] Sic V. C. suprà lin. antea: *iste*. sicut & Ms. Dec.
ṽ 18 *quadrag*.] Mss. *triginta*.
ṽ 20 *servo meo*] τὸ *meo* abest à Mss. & V. C. post *multò* lacunulam habet defectûs, ut & ṽ. seq. τὸ *ille* ab utroque abest.
ṽ 31 *ne neges*] Sic uterque Mss.
ṽ 32 *adspecta*] Ita ambo Mss. non: *specta*.
ṽ 33 *ajebat*] Mss. *agebat*.
ṽ 34 *hoc*] Sic uterque Mss. pro: *hic*, vel *huc*.
ṽ 35 *volui*] Mss. *Voluit*.
ṽ 36 *Hei*] Mss. *Ei*.
ṽ 37 *perij interij*] Sic Mss. non; *int per*.
ṽ 38 *turbaBit*] Ita ambo Mss. ut & V. C *exturbaBit*. τὸ *B* pro *V*. antiquè.
ṽ 39 *& me*] Has duas dictiones V C ad oram habet. Ms. Dec. *Ludif mihi h indignidie*.
ṽ 40 *ais*] Mss. *agis*.
ṽ 41 *Deludif*] Sic uterque Mss. Pall. & V. C. suprà lin. *Te lud & me*.
ṽ 43 *hàc obs. te*] τὸ *hàc* & *te* absunt à Mss. Pall.
ṽ 45 *ego*] Et hæc particula abest à Mss. qui: *eandemque operam*. Dec. *Eademque operam*. quomodo etiam anteà habuit V. C.
ṽ 46 *eludif*] Sic uterque Mss. Al. *ille ludif*.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

ṽ 1 *is nauci*] Ita Mss. Alii omittunt τὸ *is*.
ṽ 4 *Abi*] Sic ex Mss. leg. ubi: *abilla*. & ṽ. seq. uterque Mss *orti*. & ṽ 7. *opsid*.
ṽ 5 *Ostium*] Non videntur commodè alii Editores hunc locum interpunxisse, sic: *Ostium quod in angiportu est horti, p. f.*
ṽ 8 *Congerronum*] Mss. anteà: *congerronem*.
ṽ 11 *ali*] Mss. *aliquibus*. & V. C. *fatio*.
ṽ 12 *ne q. possit conq*.] Mss *ne quid sit conq*.
ṽ 16 *illic*] Sic leg. & disting. V. C Al. *illi*.
ṽ 17 *Manicas*] Mss. *manilas* &: *conectite*.
ṽ 18 *quot ego*] V. C. initio *quod*. Cæterùm hæc quoque ita in Membranis omnibus sese excipiunt,

Digitized by Google

piunt, quæ Novitij Censores divulserunt, ex merâ, ut puto, libidine innovandi.

✝ 20 *Hic*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *Hinc*.

✝ 21 *hace Ædes*] Sic Mss. nisi quòd *haccedis*. Al *ecce*: nullo jure, nullâ lege. Viderint igitur, quomodo cum sacrosanctâ auctoritate in gratiam redire queant tales innovatores.

✝ 22 *Continuò*] Sic quoque uterque Mss.

✝ 23 *à ipsiis*] Ita ambo Mss. sed uterque *meridie*. & ✝. seqq. *queso*.

✝ 31 *plenissumè*] Sic Mss. Pall. & Samb. Quibus tamen Saxonicus Editor novissimus refragatus est: & in textũ recepit *penissumè*. quod probum quidem, sed contrà pertinacem consensum Antiquitatis. Quin nec in Prisciano omnes Mss. sic legunt. Cur igitur fluctuantem lectionem præferamus certæ & constanti?

✝ 36 *Domini*] Sic Mss. Al. *hominis* & Mss. *quero*. &, *sciet*. & ✝. 38. *mendatium*.

✝ 41 *Calidum hoc est*] Hunc versum quidam heic repetitum volunt: immò propriè hunc locum illi deberi Iovem lapidem jurant: qui supra fuit juxta præscriptum Mss. Codd. 4. 2. ✝. 12. Et fateor sanè congruè valdè alteri subiici: eò que hic reliqui quoq; e: sed cum notâ novitatis nihil præscribens Editis Manuscript. libb.

✝ 42 *rectum'st*] Sic planè V. C. non; *certum*. at Ms. Dec. hujus quasi interpretamentum retinet: *decretum est d.* & , *Dei* est in utroque Mss. Al. *Q. dein sit, nunc id r. e. d.* h. e. quicquid erit postea, nunc ne reprehendar omninò, dicã, quod in mentem unum venit.

✝ 43 *D' istum*] Sic V. C. at Ms. Decurt. *De istum perd*.

✝ 44 *istunc*] Mss *istuc*. & Dec. *potius*.

✝ 46 *tùm b.*] Sic Ms. Dec. at V. C. *cum b*.

✝ 50 *evocato*] Mss. ambo, *evoca*. & pro *Tranio* scribunt, *terro*.

✝ 53 *reperio*] Ita legend. ex utroque Mss. ubi: *q. n. f. recerio*. Al. *faciam ecce Manif. t.*

✝ 60 *opp. mala*] Sic ambo Mss. Al. *malè*.

✝ 61 *prestolab. r*] Et hic versus continuò sequitur priores in Mss. omnib. Pall. Vatt. Samb. itemque Edd. coryphæis Pessimè igitur factum à novitijs Censoribus: qui ad ingenij sui obrussam omnia distinxerunt. Hoc scilicet erat, Plautum restituere! V. C. initio habuit *prestabo*. quod servat quoque Ms. Dec. & Edd. antiquissimæ duæ.

✝ 62 *ludificabo*] Sic Ms. Dec. at V. C. *ludificabor*.

✝ 64 *Illoc*] Ita ambo Mss.

✝ 65 *ext. ita meum*] Ita ambo Mss. Pall. Al. delent τò *ita*.

✝ 66 *Mortalem*] Mss. uterque *mortale malum*.

✝ 67 *Alter hoc*] Sic Ms. Dec. at V. C. *alter*.

✝ 68 *Verba dare*] τò *dare* abest à Mss.

✝ 69 *ego ille*] Ita ambo Mss Pall. Al. *illum*. & ✝. 70. ambo Mss. *queris*. &, *presenti*.

✝ 72 *Philolaches*] Totus hic versus abest à Ms. Dec. at V. C. habet; *qui etiam adheret*. &, *opurt. advenias*.

✝ 73 *hunc vic.*] Mss *huc vic.* post hunc versum ad oram dextram V. C. adscriptum est ab manu non ita veteri. *Nam nisi scio hic emigravit, certò scio hic habitare*.

✝ 80 *Sibi Arg. d. esse*] Sic est in Mss. non; *sibi esse arg datum*.

✝ 81 * *TR. Quid ait?*] Nonnulli arbitrantur versum unum, & fortassis alterum hic deesse. Nam TRANIO quædam interfatus est ad Simonem redarguendum: quæ eadem jam Senex dicit se quoque ipsi dixisse. Mss. ✝. 82. *quest*. & sic deinceps absque diph.

✝ 83 *in jus*] Mss. ambo *q & i. in jus si veniam mane*.

✝ 84 *mihi huc*] τ *huc* non visitur in Manuscript. libb.

✝ 86 *mancupio poscere*] Sic est in utroq; Mss. Pall. non; *poscier*.

✝ 88 *Nullam r. s*] Sic Manuscripti. Al. *null. ad r. sap*.

✝ 89 *Ne enim*] V. C. initio habuit: *non*. uterque autem *hic*, non; *huc* & ✝ 90. *presid*.

✝ 90 *interbitat*] Sic antea V. C. ut & Dec. *interbitat* V. C. posteà, *interbitet*.

✝ 91 *Aram*] Mss. ambo. *arma*.

✝ 93 *hunc Arg.*] Mss. *hinc*.

✝ 94 *Quod agis*] Mss. *Q. agas*.

✝ 96 *sic tamen*] Mss. *si tamen*.

✝ 99 *intercedat*] Mss *intercedas*.

✝ 100 *quest: sict, mali*] Mss. *qua estis hic mali hercle*.

✝ 101 *Probè*] Mss *probè me emunxit*.

✝ 102 *mucci*] Sic Mss. Pall.

✝ 103 *Emunxti meo*] Ita ambo Mss Pall. Et V. C. pro *omnem*, quod & servat Dec. postea *omne* Al. *emunxisti meum*.

X ✝ 104

℣ 104 *malefacta*]Sic Ms. Dec. at V. C. *malefata.* postea quis c super imposuit quis.

℣ 106 *inultus*] Hic locus videtur esse conclamatus. V. C. initio habuit *invitus* sicut etiam Dec. quod tamen antiquè est *inulius*. postea *indi tus*.

Ibid. *designaveris*] V. C initio habuit, *destinant tibi*, posteà aliquis sup: à lin. *destinabit tibi scil. si lubet* Dec. etiam habet *invitus destinant tibi.* Al. *destinaverim. vel; destinaverit.* Ai. *me obstinaverim.* h.e. ostenderim. Ego quod proximum esset lectioni Mss. retinui, diversis tamé litteris.

℣ 107 *jubebo*]Mss *jubeo* Dec. *Iubo* Et V. C *sermon.* Dec *sarnem.*

℣ 108 *ne faxis sic*] Ita expressè Ms. Dec quod & initio habuit V. C. sed scalpello novitius quis Tarpa erasit. Ego rejicere non potui: quicquid versus & Edd. aliæ admittant.

Ibid *solio*]Mss. *solio.*

℣ 111 *cum ped.*]Sic Mss. Dec at V. C. *quom ped*

℣ 113 *eccum*] V. C *haccum* Dec. *hoccum.* & ambo *huic:* pro *huc.* & ℣. 115. Dec *presenti.*

ACTUS QUINTI
SCENA III.

℣ 1 *obdormivi*]Ita sanè uno consensu & Membranæ, & Edd priscæ, non *edormivi*, quod latinum quidem æquè, at num proptereà in textum reponi debuit? contrà consensum Mss. Codd.

℣ 2 *narravit*] Hæc dictio abest à libb. scriptis, & Edd. quod alii Editores silentio præterierunt. Et pro *huc* Ms Dec. *huic.*

℣ 3 *advenientem*] post *ad* in utroque Mss. lacuna est: ut & versu insequenti post, *in conspe*.. .... ubi Edd primæ *in conspectu accedere* & hîc...... *ad servos ludificatum sit.*

℣ 4 *ocedere*]Ita V. C. at Ms. Dec. *ocecedere.*

℣ 6 *optume*]Sic V. C. at Dec. *optimi.* & versu 7. ambo Mss. *advenisset.* V. C. *advenimisset*, postea quis fecit inductis quibusdam litteris; *salvom advenisse te Theur.*

℣ 8 *sic talem*]In utroque Mss. ut & primis Edd. est: *sic tales*. Al *sic faces.*

℣ 9 DEI]Sic uterque Mss. non: *Dii.* & V. C. *fatio.*

℣ 11 *Quian*] Sic V. C. at Ms. Dec. hunc versum non habet. Al. *Quine:* ut τὸ *ne* παρέλκον sit.

℣ 13 *ac ito*]Ita Mss. non: *& ito.*

Ibid. *venturum*]Sic quoque Mss. ambo, non: *itu*rum.

℣ 14 *istuc quid*]Sic Mss non: *q. istuc.*

℣ 16 *utrinsque*]Mss ambo: *utrisque.* Et ℣. 19: *pred.* & V. C. ℣. 20 *fatiunt.*

℣ 21 *Hercle*]Mss. *Erile* V. C supra lin. *al Hercule.*

Ibid. *nimis cluos*] Certè in utroque Mss. discrimen est *nimis quis o. c.* Alterum tamen probum est.

℣ 22 *istuc*]Sic Mss. non: *istic.*

℣ 23 *hanc..... ad te*]In Mss. Pall. ita visitur lacuna ut & ℣. seq. *fac ego ne metuam*.. ...... *ut tum*: absque duabus istis dictionibus *igitur &c.*

℣ 25 *Iam minoris*] In Mss. Pall. hic locus sic legitur: *Iam minoris..... cio prequam q m.* At in V. C. nasutulus quidam, non tamen ita recens, fecerat: *Iam monere scio predem:* expunctis illis *scio prequam.*

℣ 27 *Qui sunt capite*]In Mss. Pall. sic est: *quis capite candido.* Ms. Dec uit. *candido.* In V. C supra lin. scripserat aliquis: *qui est cap cand.*

℣ 29 *quo pacto*]Mss *quocapto.*

Ibid. *Demipho*]Mss. ambo *Dephilo, aut Philomontes.*

℣ 30 *Comœd*]Mss *in Commodiis.*

℣ 31 *me viciss.*]Sic Mss. non: *viciss. me.* & *lucet.* at V. C. postea, *licet.*

℣ 34 *quia f quia te*] Ita Mss. Dec. At V. C. *qui fecit. qum te si sc.* Al *qui fecit, quia te.*

℣ 37 *deliq.*]Mss. *delinquimus.*

℣ 38 *qui*]Ita ambo Mss. Pall.

℣ 42 *libet*]Sic V. C. qui etiam, *presenti.* Dec. *lubet.*

℣ 43 *jam habeo*]τὸ *jam* abest ab utroque Mss.

℣ 45 *lusum*]Sic Mss. Dec. postea, *visum.* & *lusum.*

Ibid. *Tamen-etsi*]Sic leg ex Mss. Pall. ubi: *tamen est si pud.* τὸ *me* in nullo Mss. reperitur.

℣ 44 *Datis*] τὸ *Dat* non extat in Mss. Pall. sed repetitur in aliquibus Edd. primariis. Membranæ sic: *Dispudet istam veniam.*

℣ 46 *Interemam*] Sic V. C. pro; *Interimam.* quod quis postea fecit in V. C.

Ibid *cunctam gr.*]Sic Mss Pall Al. *conjunctam gr.*

℣ 49 *pessium*]Ita est in Mss. Pall.

℣ 51 *quiesce*]Mss. *quesse.*

℣ 52 *Ego illum*]Mss. *ergo illum. v is s. q. s.*

℣ 53 *sine modo*]τὸ *modo* abest à Mss.

℣ 54 *Nolo ores*]Ita ambo Mss Pall. eòque non fui ausus expungere τὸ *ores*: quod alii Editores factitarunt.

Ibid. *ne ores*] τὸ *ne* abest ab utroque Mss. & V. C. *queso* ubique scribit.

℣ 56 *cras jam*]V C. *graciam.* Ms. Dec. *gratiam.*

℣ 57 *Ibi tum*]τὸ *tum* exulat à Mss. Pall.

℣ 58 *age habe*] Ms. Dec. *age abe.* quomodo initio V. C. qui posteà: *abi, abi.*

NOTÆ CRITICÆ, In MENÆCHMOS.

ARGUMENTUM.

℣ 1 *quei erant*] Sic V. C.

℣ 2 *Ei surr.*] Sic ambo MSS. Al. *Ex illis surr* sed alterum etiam est in MS. Samb.

Ibid. *obtig.*] Vterque MSS. *optig.* Al. *mortem oppetit.*

℣ 4 *paternos*] Sic MSS. pro *paternus.*

Ibid. *Menach.*] MSS. *Menechume Sosicle.*

℣ 7 *fuerat alitus*] In Mss. Pall. est *aiutus:* vel: *auitus.* Al. *auctus,* vel: *avectus.* Error est natus ex ignoratione ...... τῦ i & l.

℣ 8 *omnes*] Sic MSS. Al. propter versum: *M. C. cr. omn. advenam.*

℣ 9 *adpellant*] V. C *apell.* unico p.

PROLOGVS.

In V. C. sic scribitur: PROLOGVS POETA.

℣ 1 *propicia*] Sic MSS. per c.

℣ 2 *nuntio*] Sic V. C. per t ut ferè semper. At Dec. per c.

℣ 4 *quæso*] Sic MSS. absque diph ut aliàs.

℣ 6 *paucissuma*] Ita MSS.

℣ 9 *illud vobis*] Sic MSS. Al. *vobis illud.*

℣ 11 *Graecissat*] MSS. absque diph.

℣ 12 *Sicilissitat*] Sic uterque MSS. Pall.

℣ 13 *Antelogium*] V. C. *ante elongium.* MS. Decurt. *ante elog.* absque *quidem.* vel: *quod.* Al. *Huic Arg. elogium h f...* pro *quidem* Alij *quoddam.*

Ibid. *f...*] Sic MSS. Alij *fuat.*

℣ 14 *demensum*] V. C. initio *demensus dabo.*

℣ 16 *Tantum*] Sic MSS. ambo. Alij: *Tanta.*

Ibid. *adest*] Ita uterque V. C. Alij: *est.*

℣ 18 *geminei duo*] Sic ambo Manuscripti. Al. *duo gemini.*

℣ 19 *Pueros*] Ita V. C. antiquè.

Ibid. *uti*] Ita MS Dec. V. C. *ut.*

℣ 22 *dixit*] Sic MSS. ambo Alij *i. m. dixit.*

℣ 23 *vostrum*] Sic V. C. intus. ad oram: *verum cens.* at Decurt. planè non habet hunc versum: eodemque destituuntur Editiones antiquæ.

℣ 26 *Inponit*] Ita V. C.

℣ 29 *Ludei*] Ita V. C. antiquè.

℣ 31 *homines inter*] Ita uterque MSS. Alij: *ab. i. hom.*

℣ 33 *avehitque*] Ita ambo V. CC. Al. *in Epidamnũque avehit.*

℣ 35 *despondit*] Sic MS. Dec. V. C. *disponit.*

Ibid. *ea...*] MSS. *ea quis egritud.*

℣ 37 *ea re*] Sic MSS. & *Siracus.*

℣ 38 *subrupt*] Sic MSS. Al. *subductum.*

℣ 44 *est A vos*] Sic MSS. Pall.

℣ 51 *Epidamnum*] Ita uterque MSS. Alij *Epidamni.*

℣ 53 *det, unde*] Sic initio V. C. posteà fecit: *deinde.*

℣ 54 *non Arg.*] Sic ambo CC. Alij omittunt τὸ *non.*

℣ 56 *adst...*] Sic MSS. Pall.

℣ 58 *subrupuit*] MSS Pall. *surrup.*

℣ 60 *surrupt*] Sic MSS. Pall.

℣ 62 *quàm ipse ob. d.*] Ita MSS Alij: *quam & diem.* Al. *quom ipse obijt diem.* Vide Poen. 5 2. ℣. 110.

℣ 63 *fortè*] Ita MSS. Alij omittunt τὸ *fortè.*

Ibid. *pluverat*] MSS. *pluerat.*

℣ 65 *pedes*] Manuscripti *fides.* & ℣. seq. *Apstrax.* per p.

℣ 67 *tum*] τὸ *tum* abest à Mss. Alii etiam, *evenere.*

℣ 69 *habet*] Sic ambo Mss. V. C. posteà *habitat:* supra lineas.

℣ 70 *servo suo*] Sic Ms. Dec. V. C. *suo servo.*

℣ 71 *querit.*] Mss. absque diph. *querit.*

℣ 73 *oppidum*] V. C. *opidum.*

℣ 74 *mutarier*] τὸ *er* parag. non est in Mss. Pall.

℣ 75 *Modò*] Mss. sic: *M. ni cadit at leno.* Vndè aliqui legunt: *Modo hic agitur.*

℣ 76 *Mendicus*] In V. C. à prima manu legi: *ir medicos.* posteà quis n & u superscripsit.

X 2 ACTVS

ACTVS PRIMI

SCENA I.

℣ 2 detergeo] Sic Mss. & V.C ℣. 5. fatiunt.
℣ 7 lubido] Sic Mss ambo non; libido.
℣ 9 præterunt] Ita Mss. Pall. sed absque diph. In V. C. suprà recenter adjectum est o Al. lumnam limâ proterunt. sed altera lectio nititur auctoritate Mss. Pall. & veteri Editione Nonianâ. Al. Tum comp. januam l. pr Cæterùm in V. C. sic scribitur: cōpeditianum l. pret. Dec. compediti janum l. pter.
℣ 10 mera] Vterque Mss. n. s. ea.
℣ 14 edit] Sic V. C Ms. Dec. edat.
℣ 16 jam] Sic ambo Mss. Al. Ned te fugiet jam, et-sic.
Ibid. Capit.] Sic Ms Dec. at V. C. capitale.
℣ 17 eo] Sic Mss Al. illo.
℣ 19 extendas] Ita uterque Mss. Pall.
Ibid. artius] Sic Mss. non, arctius.
℣ 20 hunc] Sic ambo Mss. Al. nunc eò quò. Al. nunc eo, quoi jam diu.
℣ 25 Cerealis] V. C. posteà suprà lin. certe talis c. d.
Ibid. mensam] Sic ambo Mss. Al. menses.
℣ 27 summo] Sic ambo Mss. Al. de summâ scil. patinâ, ut lin ic ἐκ ...
℣ 29 domitus] Sic Mss. Al sum dom.
℣ 30 Karissumum] Ita V C. & Excerpta Mss. Pall
℣ 31 idquoque] Sic est in utroque Mss. Palatino; Al. id quoniam e. qui instr. deserit: ut sit locus in voce carus. q. d. ego postquàm sumptus & præsidium vitæ familiaris deficit, ad illum revisam, ut in antiquam sodalitatem recipiar.

ACTVS PRIMI

SCENA II.

℣ 3 huncce] Mss. hunc & ambo Mss. Preterhàc.
℣ 5 quotiens] Ita Mss.
℣ 6 quò eam] Mss. quò ego eam. Et sanè τὸ ego Typographus ex meâ & Mss. sententiâ addere quoque debuit.
℣ 7 petam] V. C. dedam. initio detam. Decurt. detam.
Ibid. egerim.] Mss. legerim.
℣ 11 quando ego] Sic Mss. Al. e. q.
℣ 14 jam ob.] Mss. ob eam industr.
℣ 15 ad cenam] Sic est in Mss. Al. H. d. s. aliquò ad cenam me f.
℣ 17 profectò] Sic Mss. al. m. prof.

℣ 19 sunt Amat] Sic Mss. non; Am. s.
℣ 20 quia] Sic Mss. at V. C. initio, qui.
℣ 22 hoc decet] Ita ambo Mss. Alij absque hoc.
Ibid cata] Mss. absque diph.
℣ 23 lepidum est] Ita uterque Mss Al. absque est.
℣ 25 Hostibus] V. C ostibus.
℣ 26 ecqua] Mss. & qua.
Ibid. prami] Ita leg. ex Mss. ubi: pre mihi. Al. prædam.
℣ 27 devini] Mss. devenit.
℣ 28 oh] Sic Mss. Al. ó.
℣ 29 quid agis] Sic uterque Pall. non; ais. uti prodidit Saxonicus Editor. V. C. initio: qui agit.
℣ 32 Coquus] V. C. & Dec. quocus.
℣ 33 sciam] Sic Mss. non: scibo.
℣ 34 numquà] Sic V. C. & Dec ambiguè: nūquā.
℣ 35 Catamecitum] Ita ambo Mss. Pall.
℣ 37 adsimulo] Sic ambo Mss. non, assimilo.
Ibid. qui] Sic uterque Mss. non, quis.
℣ 38 ubinam] τὸ nam non visitur in Mss.
Ibid esuri] Mss essuri s.
℣ 39 hoc] Sic ambo Mss. Al. absque hoc, Mss. atqui hilar.
℣ 42 Oh mihi] Sic Ms. Dec. V. C ő. Al. Hoc mihi.
℣ 43 atque hunc comb.] Sic Mss. Al. & h comb.
℣ 46 Te morare] Sic ex Ms. Dec. leg. at V. C. Ne morem. quin obl. Sed à manu correctrice.
Ibid. e. fod.] Sic Mss. uterque & V. C occulum.
℣ 50 Heu] Mss. Hu. & ne absque diph.
℣ 52 ais.] Mss. agis. alterum rectius hoc loco.
Ibid. id nego] Sic Mss. Alij absque id malè.
℣ 54 Augurum] Hæc dictio nō est in Mss. ut fortè sit intelligendum de Collegio Parasitico. Al. captum sit Conregium Augurum. Sed absque libb. Divinationibus hic nullus locus.
℣ 55 olet] Sic Mss Al. q olere abstin.
℣ 56 me olf.] τὸ me non est in Mss. Pall.
℣ 57 ex istoc] τὸ ex abest à Mss. Pall.
Ibid. nasum odore] Mss. modore Al. madore. ineptè. Error enim in Mss. est ex concursu litteræ m m.
℣ 58 decet] Sic Mss. Al. licet. vide infr. 1. 4. ℣. 6.
℣ 61 jubeo] Sic Mss Al. jubebo.
℣ 62 Diurnam] Mss. diurnum.
℣ 64 Mille passum] Ita ambo Mss. Pall. Al. vel jame etiam mille passus commoratus cantharum. Sed contrà Mss.
℣ 65 ME. Placidè pulla] Sic rectè distinguitur. Noster Typographus omiserat Personam ME. malè.

Ibid.

Ibid. *fient*] Sic Mss. non; *fiet*.
℣ 66 *oh!*] Sic Mss. Pall. Alii sic: *hercle eabse ecce exit. oh! Solem vide.*
℣ 67 *Satin*] Sic Mss. Al. *statim*.

ACTVS PRIMI
SCENA III.

℣ 1 *mei*] Sic V. C. pro, *mi* antiquè. sic infr. 2. 3. ℣. 11.
℣ 2 *Idem*] Sic Mss. Al. *Item ut*.
℣ 3 *istic*] Sic Mss. Al. Ms. *Ergò isti ac mihi h. app. jusso a. t. proilium.*
℣ 4 *proilio*] Sic ambo Mss Pall. & ℣. 3. *prelium*. posteà V C. *pralium*.
℣ 4 *ut fiat*] Mss. corruptè. *Hodiè id fletineo*. pro, *fiet*. antiquâ ratione scribendi *l* pro *i*.
Ibid. *proilio potab.*] Sic sanè uterque Mss. Pall. Al. *pro ilio pot.*
℣ 6 *Tua'st legio*] Sic Mss. non; *est tua leg*. Al. *Tuâ ex lege.*
Ibid. *hanc*] Sic Mss. Al. *istanc*.
℣ 8 *indutus*] Sic Mss. Dec. V. C. *intuta*.
℣ 10 *impetravit*] Ita Mss. ambo. Al. *imperat*.
℣ 13 *facere*] Sic ex Mss. lego. ubi; *quasi suo vivolo*. Decurt. *q. s vivilo*. Al. *Sust. has p. ex. dum f. suavium v.* Al. *facere quasi Jovi volo*. Al. *facere quod suave est v.*
℣ 16 *exue*] In Mss. est: *exuig*. quasi fuerit, *exi igitur*.
℣ 17 *subging.*] Sic Mss. ambo. pro: *Subcingulum*. G. pro C.
℣ 19 *meis*] Mss. *mieis*.
℣. 25. *nobis tribus*] Mss. *trib. nob*
℣ 26 *scitamentorum*] Sic puto rectè emendari ex Ms. Decurt. ubi: *sit amentorum*. & sic initio V. C. posteà: *sit oment*. Al. *Atq; al. sis, amentorum*. Sed prior lectio vicinior Mss. libb.
℣ 27 *Glandi*.] Sic ambo Mss. Codd. Al. *glandiontam*. Al. *glandulam*.
Ibid. *Pernon.*] Ita Mss. V. C. Al. *pernam pedem*. Al. *peronidem*. Ms. *sullam*.
℣ 28 *sinciput*] Mss. *sincipit amenta perc.*
℣ 29 *in mens.*] τὸ *in* erasum est in V. C.
℣ 31 *hic nos.*] Sic Mss. Pall. non; *n b.*
Ibid. *dum quoquitur*] Ita ambo Mss. Pall.
℣ 32 *propera*] Sic distinguo ex Mss.
℣ 34 *Deorum*] Ita Mss. non; *Deûm*.
℣ 35 *Cyl.*] Mss. *Culind*.

Ibid. *Quoquum*] Sic uterque Mss.

ACTVS PRIMI
SCENA IV.

℣ 1 *tris eccos*] Mss. ambo: *eccos tris Num.*
℣ 3 *hi Homines*] Mss. *omines*. sine adspir.
℣ 6 *cæter.*] Mss. absque diph. *ceter*.
Ibid. *tu*] τὸ *tu* non est in Mss. Pall. Neque aliter distingui debet.
℣ 7 *jubeire*] Sic Mss. Pall.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

℣ 1 *Taciti*] Ita habent ambo Mss. Pall.
℣ 2 *quin*] Ita uterque Mss. Al. *quando*.
℣ 3 *conspiciunt*] Mss. per *t*.
Ibid. *dolo*] V. C. *dolor*. sed videtur à manu secundâ additum. τὸ *r*.
℣ 4 *fuerit*] Ita Mss. Alii omittunt τὸ *Quàm* & legunt, *fuat*. At quis contrà Mss. libb. frustrà cupiat esse ineptus? Perspicua enim omnia.
℣ 5 *quæso*] Mss. absque diph. ut & ℣. 7. *quesitum*.
Ibid. *Epidam*] Sic Ms. Dec. V. C. *in Epid*,
℣ 6 *An*] Ita ambo Mss Al. *Jam quasi*.
Ibid. *omnis circ.*] Sic Ms. Al. *circuimus*.
℣ 9 *est*] Sic Mss. Al absque *est*.
Ibid. *circe hinc*] Ita V. C. qui tamen anteà, ut & Decurt. habuit: *ire h. op.* Al. *ei rei operam d.* Ego τὸ *hinc* non ausus fui expellere, cùm uterque Vetustus Codex servet.
℣ 10 *Histros*] Sic Mss Pall.
Ibid. *Illur*] Sic itidem Mss.
℣ 11 *Superum*] Sic Ms. Dec. V. C. initio. *supremum*.
Ibid. *Græciam*] Mss. abque diph. per *t*.
℣ 12 *quà adgreditur*] Sic expresè ambo Mss. Pall. Al. *quas adgreditur mare*.
℣ 13 *quæreres*] Mss. absque diph. ut & posteà.
℣ 14 *tam*] Ita Mss. Al. *Acuminu. si appareret, jam diu*. non malè. sed & Mss. lectio ac distinctio approba est.
℣ 17 *istunc*] Sic Ms. Al. *istuc*.
℣ 20 *vivos*] Sic Mss. Al. *vivum*.
℣ 24 *facessas*] Mss. *facessas*.

Ibid. *dectum*] Mss. ambo: *datum.*
Ibid. *discav.*] Mss. *ediscav. m.*
ỷ 28 *tamen*] Sic ambo Codd. Mss. Al. *verùm neq;.*
Ibid. *nequeo me*] τὸ *me* non est in Mss. Pall.
ỷ 29 *quòm*] Mss. *qum.*
Ibid. *marſ*] Mss. *marsupp.* ut & ỷ. 40.
ỷ 30 *astivè*] Mss. cum diph. in fine. & ỷ. 31. *ne.*
ỷ 35 *plurimi*] Mss. *pluri.*
ỷ 39 *divort.*] Mss. ambo: *devortitur.*
ỷ 41 *Jam abs*] Sic lego ex Mss. qui etiam *aps te.* Versus autem hic ab Edd. aberat. Exstat autem in Mss. & primis Editionibus Ven. & Argent.
ỷ 44 *perditi*] Sic Mss. neque putem in V. C. prius fuisse, *perdici.* Tale enim nihil observare potui. Al. *perciti.*
ỷ 45 *habebo*] Mss. *habeo.*
ỷ 46 *neu ego*] Sic Mss. non; *neve,*
ỷ 48 *lubente*] Mss. *jubente.*

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

ỷ 1 *obsona*] V. C. *ops*
Ibid. *atq;*] Ita Mss. & Dec. post, *sententia,* habet punctum. non item V. C.
ỷ 3 *va tergo meo*] Ita sanè leg. ex corruptâ Mss. scripturâ. In V. C. videtur τὸ *se* erasum fuisse. Sic enim habet, ut & Dec. *videon è terg.* Al. *à tergo meum? Meum.* Al. *Videone tergo meum?* Al. *au! tergo m.* τὸ *Au!* est Interject. in metu.
ỷ 6 *Di te*] Mss. ambo: *DI te amabunt, quisquis ego sum.*
ỷ 7 *Non*] Sic Mss. ut sit εἰρωνικῶς dictum. Al. *Novi b. v.* & Mss. ceteri absque diph. ut & ỷ. 8. *queris.*
ỷ 13 *numerò*] Sic Mss. Dec. V. C. habet hiatum.
ỷ 15 *veneunt*] Mss. *veniunt.* &, *pretij.*
Ibid. *Nummo*] Mss. ambo: *Nummis.* In V. C. quis posteà fecit, *numo.* τὸ *uno* exulat ab utroq; Mss. sicut & τὸ *en:* pro quo Editio Taubmani habet *eum.* quod ipsum in nullo Mss. apparet.
ỷ 21 *Coriend.*] Sic Mss. Al. *Coliendrus.* vel; *Cicilendrus.*
ỷ 23 *tantùm*] Sic ambo Mss. Al. *tamen.* h. e. Ego tamen scio te Men. vocari; in eo utiq; non falsus sum.
ỷ 24 *quòm*] Mss. *qum.* & τὸ *meo* abest ab utroque Mss. ut & ỷ. 25. τὸ *tu* in nullo Mss. visitur.

ỷ 27 *homo sis*] Sic Mss. non; *sis h.*
ỷ 29 *cyathisso*] Mss. *ciatisso..* &, *sepiss.*
Ibid. *potas*] Mss. *totas.*
ỷ 30 *qui illi*] Sic Mss. non *illi q* V. C. *Quin.*
Ibid. *dumm.*] Sic V. C. duplicato *m m.*
ỷ 31 *cyath.*] Mss. *cratissare.*
ỷ 34 *perdunt*] Mss. *perdunt.* V. C. tamen emendavit.
ỷ 35 *ipse*] Mss. *idse.* Cæterà versus totus sic est in Mss. Pall.
ỷ 36 *Audin'*] Mss. *aut in.*
ỷ 37 *illum*] Sic Mss. Al. *Nummo illo* Perturbatè quoq; in utroq; Mss. quatuor seqq. versus collocantur: qui sic in ordinem redacti. Indicavi tamen per numeros, quomodo concepti in Mss. Pall. utroque.
ỷ 41 *Heu*] In Mss. initio fuit *tu.* Reliqua verò planè sic in Mss. leguntur.
ỷ 42 *illoc*] Sic V. C.
ỷ 44 *Quid*] Mss. *qui ais tu.*
ỷ 45 *an obs*] V. C per *p. opson.*
ỷ 47 *urguet*] Sic V. C.
ỷ 50 *tute*] τὸ *te* non est in Mss.
ỷ 51 *ergò*] Sic Mss. Al. *ego.* & Mss. ỷ. 52. *habeas.*
ỷ 53 *in mal.*] τὸ *in* non est in Mss. In V. C. aliquis suprà lin. pinxit.
ỷ 54 *interim*] Sic uterque Mss. Pall. Al. *intrò.*
ỷ 55 *ego*] Mss. *Ergo.*
ỷ 58 *ille abit*] Sic Mss. absque τοῦ *ille.*
Ibid. *haud*] Mss. *aut mendat.* V. C. ad oram *suam.*
ỷ 59 *exprior*] Sic ex Mss. rectè emendatur. ubi; *exterior.*
ỷ 65 *Si qua*] Sic posteà V. C initio, *sed* ut & Dec. qui etiam *quia.*
ỷ 67 *post illà*] Ambo Mss. *Post illa.*
Ibid. *agglut*] Mss. *acglut.* V. C. initio: *applicat ac glutinat.*
ỷ 69 *Prædat.*] Mss. absque diph.
ỷ 72 *Rectè mon*] Mss. *Rete.*
ỷ 73 *Tace dum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *Tace tum.*
ỷ 74 *egred.*] Mss. *q. h. creditur.* V. C. è minio emendatum habet.
ỷ 75 *hac si voltu*] Sic ambo Mss. quod nolui rejicere. Al. *hoc sultis.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

ỷ 1 *foris sic*] Ita Ms. Dec. & V. C. initio, post *sic* disting. & leg. *S. fores sic ubi n. op.*

Ibid.

Ibid. *oper*] τὸ *er* non est in Mss.
ẏ 4 *amantum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *amantium*.
ẏ 5 *malo'st*] Ita ambo Mss. Pall.
ẏ 8 *huic*] Mss. *hinc*.
ẏ 9 *Potissim.*] Sic Ms. Dec. at V.C. *potissimum*.
ẏ 11 *Anim. mei*] Sic ἀρχαϊκῶς uterq; Mss. pro ; *mi*. ut suprà quoq; aduotavi. 1. 3. ẏ. 1.
Ibid. *mihi mira*] Ita totidem verbis ex Mss. Pall. restitui hunc locum, quem alij nimis licenter interpolarunt. sic: *An m. Menachme cur video. Hic test f.*
ẏ 13 *quòm*] Sic ex Mss. ubi, *quam*.
ẏ 16 *libet*] Sic V. C. at Dec. *lubet*.
Ibid. *licet*] Sic Mss. ambo.
ẏ 20 *magnificare*] Ita Mss. uterq;.
ẏ 21 *facis*] Mss. *facias*. V. C. per *t*.
ẏ 23 *Qui hom*] Sic Mss. Al. *H. qua*.
ẏ 24 *heic*] Sic V. C.
Ibid. *Fol a*] Mss. *fortia*. V. C. tamen emendavit.
ẏ 25 *Praut*] Sic Mss. sed absque diph.
ẏ 26 *Elecebra*] Sic ambo Codd. Mss Pall.
ẏ 30 *tetulit*] Sic Mss. V. C. posteà, *detulit*.
Ibid. *Heja delic*] V. C. per *t*. *delitias*.
ẏ 33 *oboluit*] Mss. *obvoluit*. V. C. post corrrexit.
ẏ 35 *hoc. jam*] Ita V. C. expressè distinguit.
ẏ 36 *tàm grat.*] Sic uterque Mss. Pall. Al. *Jam grat.*
ẏ 39 *certò*] Sic ambo Mss. non ; *certè*.
ẏ 40 *Baxea*] Mss. *bexea*. posteà V. C. *buxea*.
ẏ 44 *hic*] τὸ *hic* non est in Mss. Pall.
ẏ 45 *inficias*] Mss. per *t*.
ẏ 47 *sed*] Ita Mss. ambo. Alii absq; *sed*.
ẏ 50 *Prandi*] Sic Mss. Pall.
Ibid. *Eccere*] Sic Mss. Al. *ecere*. ut sit jusiurandum per Ædem Cereris.
ẏ 52 *sæpè*] Mss. absque diph.
ẏ 53 *Quasi*] Mss. *quamsi*.
ẏ 54 *simul*] V. C *semel*. pòst; *semul*. ut & Dec.
ẏ 55 *Nescio*] Ita Mss. Pall. ambo.
Ibid. *fortè*] Hæc dictio non est in Mss.
ẏ 56 *Mosho*] Sic Ms. Dec. at V. C. *Mosco*.
ẏ 58 *Pinthia*] Sic Mss. Al. *Panthia*. vel ; *Pythia*.
ẏ 59 *Liparo*] Sic Mss. ambo. Al. *Olympia*.
ẏ 60 *falsa Mulier*] Sic Mss. Al. *falsò*. Et Edd. *H. es*.
ẏ 61 *istæc*] Sic Ms. Dec. V. C. *ista hec*.
ẏ 62 *Hercle*] Mss. Pall. *Ercle*.
ẏ 65 *pessum*] Sic Mss. Al. *pessim*.
ẏ 69 *flocci facio*] V. C. per *t*.
ẏ 70 *volo*] Sic Mss. non ; *intr. v.*
Ibid. *haud inv.*] Sic Ms. Dec. V. C. *auh. inv. f.*
ẏ 71 *ut facias*] V. C. per *t*.
ẏ 72 *Phrygion.*] Mss. *frig.*
ẏ 73 *recon.*] Sic Mss.
ẏ 75 *cognoscat*] Ita ambo Mss. Al. *agnoscat*.
ẏ 78 *st! scire*] Sic leg. ex Mss. ubi in V. C. posteà *scissitari*, & ab aliâ manu *susurra*. initio *sufsciri*.
ẏ 79 *Quid opus*] τὸ *Quid* non est in Mss. Al. *quod ergo op.*
Ibid. *dices*] Mss. *me dicas*. In V. C. posteà factum *men dices*.
ẏ 80 *tu quant.*] Mss. *& q. p.* nón, *tu*.
ẏ 81 *divors.*] Sic Mss. ambo. Al. *t. a. diversorium*. ut alibi, *vete jaculum*. sed malè.
ẏ 82 *occasum*] Sic Mss. Pall. Al. *Solem occas.*
ẏ 83 *nunc jam*] Hæ duæ particulæ in nullo sunt Mss. quas tamen etiam recepit in textum Editio novissima Saxonica.
ẏ 85 *inscita*] Mss. *insita*. V. C. suprà lin. *inscia*.
ẏ 86 *Perl*] Sic Mss. Pall.
ẏ 87 *Prædatoria*] Ms. Dec absque diph.
ẏ 88 *inscitus*] Mss. *insitus*. V. C. ad marg. *inscius*.
Ibid. *Ero*] Mss. *insitus quod rome p.* V. C. ad orã, *pro me*. Quod sanè non est rei cultum.
ẏ 90 *tẽperi*] Sic ambo Mss. hoc loco. Aliàs: *tẽpori*.

ACTUS TERTII
SCENA I.

ẏ 1 *trigintaan*] Sic Mss. Al. *an. trig.*
Ibid. *quòm*] Mss. *qum*. Al. *quando*.
ẏ 2 *atq.*] Sic V. C. at Dec. *neq.*
ẏ 3 *quom*] Sic uterq; Mss. Al. *quando*.
ẏ 4 *bieto*] Ita uterque Mss. Al. *bittio*. h. e. investigo. vide Lex. Plaut. In Ms. Dec. sic scribitur: *du mihi & omenaech.*
ẏ 5 *abit*] Sic V. C. at Dec. *abijt*.
ẏ 6 *Quem*] Sic Mss. præse ferunt. non ; *Qui*. vel, *ut* sed potius, *Que*: videtur in utroq; Mss. fuisse. Dec. tamen habet *Quẽ*.
ẏ 7 *hac re*] Ita disertè Mss. Al. *Cõr. qua h.* Mss. *Cõr.*
ẏ 9 *Qui nisi*] Sic videntur habere Mss. nam obscura est lectio V. C. *cum cinetentur*. sed quis correxit uti posuimus. Dec. *qum citenetur*.
ẏ 10 *Adfatim*] Ita Mss. ambo.
Ibid. *escas edint*] Ita sanè uterq; Mss. Al *esculas edũt*.
ẏ 11 *esum*] Mss. *essum*.
ẏ 14 *noluisse*] Sic est in Edit. vett. Mss. *volnisse*.
Ibid. *quam*] Mss. *quamne*.
ẏ 15 *obl meum*] Mss. *me*.
ẏ 16. *Coronâ*] Mss. *chorona*.
ẏ 17. *temperi*] Sic ambo Mss. Pall. ut suprà paulò antè.

ACTVS

ACTUS TERTII SCENA II.

✝ 1 *Potius*] Ita uterque Mss.
Ibid. *sed*] Ita videtur fuisse in Ms. Dec. *sed eo tibi*. V. C. *sed dico tibi*. In Decurt. verò nusquam video scriptum: *sed eo tibi*: uti quidam prodiderunt.
✝ 2 *temperi*] Sic ambo Mss. ut anteà.
✝ 3 *ignorabitur*] Ita Mss.
✝ 5 *expoto*] Sic Mss. Al. *epoto*.
Ibid. *foras*] Sic ambo Mss. ut infr. 5. 7. ✝. 51. Al. *foris*
✝ 6 *ni*] Sic ambo Mss. Al. *nisi*.
✝ 7 *ultus*] Mss. *vultus*.
Ibid. *observ*] Hic locus mirè interpolatus est in Edd. & Mss. nostris Edd. vett. *sic*: *obs. q. a. Hinc primum*: *post. hunc hominem adibo, atq; alloq*. Al. *Hinc pr. post deinde hominem ad a. alloq*. Codd. verò Mss. consentienter sic: *observa quid dabo. Pro DI immort. e. h. u. uno die Observabo quid agat H. p. a. a. all. prandi pot. s. acc. abst*. *Boni ded*. &c. *Hanc cujus*. &c. Nihil etiam discrepant Editiones primariæ Veneta & Argentin. Totidem enim verbis sic habent, quemadmodum edidi.
✝ 11 *abstuli*] Ms. Dec. *apstuli*.
✝ 12 *hares*] Mss. absque diph.
✝ 14 *parti*] Sic in Mss. sed in V. C. quis ex *i* fecit *e*.
✝ 19 *opus*] τὸ *opus* non est in Mss.
✝ 20 *nusquam*] Sic ambo Mss. In V. C. quis fecit, *penè*. pro. *bene*.
✝ 22 *adv. sit*] Sic est in utroque Mss. Pall. non; *adv. fit*.
✝ 27 *funus me*] Sic ambo Codd. Mss. Al. *abs. me pr*. Mihi magis placet lectio Mss.
✝ 28 *quoi*] Sic ex Mss. Vatt correctum. Mss. Pall. V. C. *quo ego ea quæ heris heram*. Decurt. *cui e. ea q. h. h*. Al. longiùs recedunt à Mss. libris. *Quor. ausus fac. quos ego qua. tu eres eram*. Item; *æque ac eres hæream*. ut *eres*. pro *erinaceo* sumatur. Al. *hæream*. sed frivola hæc sunt.
✝ 29 *quæso*] Mss. absque diph.
✝ 30 *maledicas*] τὸ *homini* non est in Ms. Decurt.
Ibid. *ignoto*] Ambo Mss. *noto*. in V. C. posteà factum, *ignoto*. uterque etiam retinet τὸ *hic*.
✝ 32 *postes*] Mss. *post*.
✝ 33 *nomen'st*] Sic V. C. at Dec. *nom. sit*.
✝ 37 *si aq*] Mss. *Aeq si fatias*.
✝ 41 *ut intell*] τὸ *ut* abest à Mss. Pall.
✝ 46 *occisa'st*] Sic ex Mss. leg. In V. C. quis fecit, *sit*. cùm anteà esset, *si*
✝ 47 *Pallam*] Sic Ms. Dec. V. C. *palam*.
✝ 51 *jubes*] Mss. ambo: *jube*.
✝ 52. *quisquam me*] Sic Mss. non; *me quisq*.
✝ 53 *jam uti sit*] Mss ambo, *ut sit*.
✝ 56 *negoti'st*] Mss. *est neg*.
Ibid *satine*] Ita Mss. non; *satin*.
Ibid. *quemquem*] Ita V. C. at Dec. *quemq*. Al. *quemquam*.

ACTUS TERTII SCENA III.

✝ 2 *nunc*] τὸ *nunc* non est in Mss. Pall.
✝ 3 *hunc*] Mss. ambo *nunc*. in V. C. videtur fuisse *hunc*. Dec. etiam rasuram est expertus.
Ibid. *unciam*] V. C. pers. Situ in nullo Mss. visitur.
✝ 4 *Spinther*] Sic Mss. non; *nov. Spinth*.
✝ 7 *quod hoc*] Sic Mss. non; *h. q*.
✝ 9 *ajebas*] Mss. *aiebas*.
✝ 10 *non mem.*] Sic Mss. Al. *aut non memin*.
✝ 11 *Redde*] V. C. *Rede*.
✝ 13 *dedi*] Mss. *dedit*.
✝ 15 *curare*] Sic Mss. Al *curassere*.
Ibid *curabitur*] Ita Mss. ambo. Al. *accurab*
✝ 16 *& palla*] Sic ambo Mss. Al. *hæc*.
✝ 17 *inauris*] Sic Mss Pall.
✝ 18 *stalag.*] Mss *statagmia*.
✝ 21 *abs te*] Ms. Dec. *aps te*.
✝ 23 *quando*] Sic Mss. Al. *quandoq*.
✝ 24 *me vis*] Sic Mss. Alii delent τὸ *me*.
✝ 25 *quiq*] Sic ambo Mss. Al. *quemq. liceat*. Sanè contra libb. Quod miror cur aliEditores in textum assumserint, cùm Mss. libb. lectionem bonam agnoverint. Nempe quod libet liceat
Ibid. *veneant*] Ms Dec. *veniant*.
✝ 26 *operuit*] Sic Mss. Al. *obtrudit*.
✝ 29 *Lenoniis*] Mss. *lenonus*. V. C. *lenoniniis*.
✝ 3 *abiciam*] Sic uterque Mss. unico *i*.
Ibid. *adlev.*] Mss. absque diph.
✝ 32 *vt si qui*] Sic Mss Al. *ut qui seq*. Ambo tamen Mss. *sequatur* non; *sequantur*.
✝ 34 *dans DI*] Sic Mss. ambo. non; *DI m. d.*

ACTUS

ACTVS QVARTI
SCENA I.

ỳ 1 *patiar*] Mss. *daciar*.
Ibid. *esse*] & *esse* non est in Mss. Pall.
ỳ 1 *id*] τὸ *id* abest à Mss. Pall.
ỳ 4 *Manufesto*] Sic Mss. Al. *Manifestum*.
ỳ 5 *hinc*] & *hinc* nusquam est in Mss. Pall.
ỳ 7 *quam coron.*] Ambo Mss. *coron. quam*.
ỳ 9 *ipsum*] τὸ *ipsum* abest à Mss.
ỳ 10 *illoc*] Sic Ms. Dec. pro *illò*.
ỳ 11 *habeas*] Sic Mss. in V. C. correctum, *habeat*.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

ỳ 1 *more mero*] Ita Mss. Pall. nisi quòd, *morum*. Et Decurt. *Vt hec*. at V. C. *Vt hoc*. Al. *Vt hunc ut. m. morem morum*. Edd. nimis licenter variant. Vide Editiones principes Venetam & Argentinensem.

ỳ 6 *magis*] Sic Mss. non; *quer. mag.* Hunc quoque versum Mss. accopulant sequenti in unum. & V. C. *ducat*

ỳ 10 *neq;*] τὸ *neq;* in nullo est Mss.

ỳ 13 *viri fraud.*] Sic Mss. ambo. Al. *fr sunt viri*. at τὸ *sunt* abest ab utroque Mss.

ỳ 15 *Mens*] Mss. hic vitiosi sunt: *mensa in quoi rẽ lis viris* Versuum ordo quoq; longè diversus est in Mss. vide Editiones principes.

ỳ 18 *qua male*] Sic Mss non; *m q*.

ỳ 19 *aut in*] Sic est in Mss Al. *seu in*.

Ibid. *aut ad*] Sic iterùm Mss. Al. *seu apud lud*.

ỳ 20 *Nimis*] Mss. *Minis*.

ỳ 21 *quicquam*] Mss. *quicum*.

ỳ 22 *me*] τὸ *me* non est in V. C. at Dec. habet.

ỳ 23 *factis plur.*] Sic Ms. Dec. at V. C *plurimisq;*. qui etiam posteà, *prætys* Falsum itaque, quod uterque Mss. leg. *plurimis*. Et V. C. *pessimis qui dixi causam*. Cæterùm ordo versuum ab Scenæ principio hucusque valdè variat, & talis fermè est, qualis in Editione Venetâ, & Bapt. Pij.

ỳ 25 *tetul*] Sic Mss. V. C posteà *detuli*.

ỳ 26 *quàm opus*] Sic Mss non; *op. q.*

Ibid. *multò*] Sic est in utroq; Mss. non; *multam*. vel; *multam*. Nihil igitur mutandum.

ỳ 27 *ut sponsio*] Sic Mss. non, *uti*.

ỳ 28 *quid*] Mss. *qui pradam d.* V. C. tamen interpolatus, ut videatur fuisse, *pradem* posteà à secundâ manu factum *pradam*: quomodo exprimit Decurt.

Ibid. *dedit*] Sic expressè distinguit Ms. Dec.

ỳ 31 *corrupit*] Mss. *corrumpit* V. C posteà *corrup.* extrito τῷ *m*.

ỳ 32 *Meq;*] Sic distinguit V. C.

ỳ 36 *hodie*] Hæc dictio non est in Mss. Pall.

ỳ 39 *erit potius*] Sic Mss. non; *p. e.*

ỳ 40 *feneratò*] Mss. absque diph.

ỳ 41 *flagitia*] Hæc dictio abest à V. C. at Dec habet. &: *istæc te f.*

ỳ 42 *illuc*] Sic Mss. non; *illic*.

ỳ 45 *Pallam*] Ita distingu. at τὸ *Quidam* non geminatur in Mss.

ỳ 47 *tu ne clam*] V. C. initio: *tu nec jam*. sicut restat in Decurt.

ỳ 50 *Na*] Mss. absque diph. ut semper.

Ibid. *misera*] Mss. ambo: *miser es*.

ỳ 54 *ei palam*] Sic leg. ex Mss. ut τὸ &, pro, *ei*, sit positum; & hoc prosi.

ỳ 55 *hic*] Mss. *hec*.

ỳ 57 *nugas*] Sic ista Peniculo tribuenda. tametsi Mss. Mulieri attribuant.

ỳ 59 *aliquoiir*] Mss. ambo: *aliquoir*.

ỳ 62 *nunc*] τὸ *nunc* non est in Mss. Al. *nam*.

Ibid. *bellus*] Sic Mss. Al. *ellus*.

ỳ 63 *num te ap*] Sic Mss. ambo.

ỳ 66 *tetuli*] Sic Mss. V. C. fecit, *detuli*.

ỳ 67 *audacius*] Mss. per *t*.

ỳ 68 *floreâ*] Mss. *fl râ*.

ỳ 72 *ulcisc.*] Mss. *v leisc*.

ỳ 76 *Palla mihi st*] Hic versus in omnibus est Mss. Pall. at nonnullis videtur otiosè hìc inculcatus: cùm paulò pòst suo loco appareat rursùm. Reliqua quidam sic legunt. *Vx. quasi tu nescias, Me rogas*. Ms. *pol h.* At contrà libb. Mss. nihil audendum.

ỳ 77 *Men' rogas*] Mss. *Merog*.

ỳ 78 *rem novi*] Sic Mss Al. *novit*. sc. Mulier. Ita ut Vx. Persona expungatur. At hæc tribuenda adhuc Vxori.

ỳ 81 *sim*] τὸ *sim* non est in Mss.

ỳ 82 *mihi en*] Sic Mss.

ỳ 83 *huic*] Sic Mss. Al. invertunt sic: *tibi s. non huic* h. e. in usum tuum, non Erotij.

ỳ 84 *nunc f*] Mss. *nunc f*

ỳ 91 *Nam nos*] Sic Mss. Al. *vos*.

ỳ 94 *Sed ego*] Sic Mss. Al extrito τῷ *sed*. & V. C. hic *utendam*. non, *utendum*. at Ms. Dec *sic eundem*.

 vel;

vel; *eandem*.

℣ 96 *utendum*] Sic leg. ex MSS. *utendam*.

℣ 100 *Ehodum*] In MSS. est: *Ego demum*. perperam.

℣ 103 *viro*] Sic disertè MSS non; *cum virum cum uxorem*. quod falsò alii prodiderunt.

℣ 104 *Namq;*] τὸ *q;* non est in MSS. Pall.

℣ 105 *foras*] Sic MSS. non; *foris*.

℣ 107 *placuero*] Sic MS. Dec. V. C. initio: *adplacer*.

℣ 108 *ab se*] Sic MSS non; *à se*.

℣ 110 *ecquis*] MSS. *eius hecquis*. Al *ecquid*.

℣ 111 *aliquis*] Sic MS. Dec. V. C. *aliqui*.

ACTVS QVARTI

SCENA III.

℣ 1 *ætati*] Sic MSS. Pall. & ℣. 2. *edit.* & Mêi pro *mi*. antiquè.

℣ 3 *volup*] Sic citat Nonius. MSS. tamen ambo: *voluptas*.

℣ 7 *paulo prius*] MSS. *uis*. V. C. suprà lin. *ante*.

℣ 9 *reviceris*] MS. Dec. *relegeris*. V. C. *releceris*: & supra lin. *dixeris*. sed τὸ *reperies* nusquam appatet: quod vulgò hic circumfertur. Ego ex glossâ illâ V. C. conjeci veram esse lectionem *revicero*: utpote MSS. vestigijs consentaneam.

℣ 11 *postillâ*] MSS. *post illac*.

℣ 12 *Comvoisti*] Sic MSS. ambo. Al *connisti*. q. d. quia vides, me connivere ad facta tua, me defraudare cogitas. *connisti*. pro; *connixi*. sed absque MSS.

℣ 14 *oravi*] Sic MSS. AL *oravit*. & ℣. 17. V. C. *conpingite*.

℣ 18 *frustra*] MS. Dec. *ne frustrassis*. quod non displicet. V. C. *ne ferusta sis*.

℣ 20 *ductare*] Sic MS Dec. at V. C. *eductore non potest*.

℣ 21 *tu*] τὸ *tu* non est in V. C. at MS. Decurt. habet.

℣ 23 *ER*] Alii ER. Personam hîc tollunt. sed sic MSS. libri omnes.

℣ 24 *exclusiss.*] Sic MSS. ambo. vide Curc. 1, 1, ℣. 15. & MSS. ℣. 26. *faciendum*.

ACTVS QVINTI

SCENA I.

℣ 1 *quòm*] V. C. *qum*. MSS. *marsupp.*

℣ 3 *Inmersit*] Sic V. C.

℣ 7 *meret*] MSS. *aret*.

℣ 10 *tu*] τὸ *tu* non est in MSS.

℣ 11 *Muttire*] Sic ambo MSS.

℣ 12 *in me*] Ita uterque MSS. Al *inte*.

℣ 13 *ô Hom.*] τὸ *ô* non habent MSS. Pall. & MSS. *audatiam*. per *t*.

℣ 18 *appell.*] MSS. *appellare est canes*. V. C. postea *appellari est canis*. Alii MSS. lectionem perperam proferunt.

℣ 19 *istac*] Mss. *ego ista hec*.

℣ 20 *ætatem meam*] Sic Mss. ambo, absq; τὸ *meam*.

℣ 23 *An mis*] MSS. *annos. ita est hoc*.

℣ 27 *vivito*] Sic ambo MSS. Al. *vivtita*. contra libb.

℣ 28 *obtinebis*] V C *optin*.

℣ 30 *eandem*] MSS. *eadem*.

Ibid. *non*] Sic MSS. ambo Al *num*.

℣ 34 *na*] MSS. absque diph.

℣ 35 *et narrabo*] Sic V. C. posteà. anteà: *a* *narr*.

℣ 36 *Et, Dedio*] Sic ambo Mss. pro *l*. antiquè.

Ibid. *quare*] Ita ambo Mss. Al *quæso*. quod idem est. nam *r* & *s* in Mss. permutantur.

℣ 37 *mihi*] τὸ *mihi* abest à MSS. Pall.

℣ 40 *quòm*] τὸ *cum* non habent Mss. eòque diverso charactere induci debet.

Ibid. *tua Vx.*] Sic Mss. Pall.

℣ 41 *Degeris*] Sic Mss. in V. C quis fecis; *Dederis*.

Ibid. *hac*] Sic Mss. Al. *hoc*. & ℣. 42. Mss. *quæso*.

℣ 42 *quod bib.*] Sic Mss. Al *quia bib*.

℣ 44 *tute*] τὸ *te* & *me* non habent Mss. Pall.

℣ 45 *simitu*] Mss. variant. V. C. *si me tu*. Decurt. *si me non tun*. at verò *simitu* in nullo Mss. repe io expresse: nisi quòd tamen scriptura V. C. huc alludit.

℣ 47 *respicu*] Sic Mss. Decurt. at V. C. *respiscis*.

℣ 48 *Calchante*] Sic Mss. non; *Calchâ*.

℣ 49 *illum vidi*] Sic Mss. non; *vidi ill.*

℣ 51 *si avom*] Ita Mss. non; *avom si*.

ACTVS

ACTVS QVINTI
SCENA II.

✝ 1 *hoc*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *huic.* sc. ætati: vel, filiæ, vel etiam *facto.* quod quibusdam placet. In Decurt. utrobique leg. *mea es.* & ; *facto es.*

✝ 4 *cōsitus*] Mss. *conscitus*: vel; *conscius.*

✝ 6 *mala est*] Sic Mss. Alii non habent τὸ *est.*

Ibid. *ergò st*] Sic Mss. non; *est ergò.* Al. *tergo.* Acutè quidem. sed quorsùm acumen istud contrà Antiquitatem.

✝ 7 *affert*] V. C. initio *fert.* posteà; *affert.*

✝ 8 *sermo st*] Sic Mss. non, *ser sit.*

✝ 9 *dura*] Ita Ms. Decurt. at V. C. *cura est.* Al. *sed acris mihi i. p. ac corde cura est.*

✝ 11 *adse*] Ita Mss. ambo. Al. *me ad sese, à me ut irem.*

✝ 13 *quid me*] Sic Mss. Al. *quid ve.*

✝ 16 *istac*] Ita Mss. & ✝. 17. *freta.* & ✝. 18. *sepe.*

✝ 19 *quoad*] Sic initio V. C. posteà, ut & Decurt. *quo id.*

✝ 21 *jurgi*] Sic Ms. Dec.

✝ 22 *eampse*] Ita Mss. ambo. Al. *eam ipsam.*

✝ 25 *vorsùm*] Sic Mss. uterque. non, *advorsum* tamen è τῷ *ad* diversè excusum est. Alii etiam invertunt hunc versum cum præcedente, itemque hæc verba Mulieri tradunt, sed præter libb. auctoritatem.

✝ 26 *salvan'*] Ita sanè ambo Mss. Al. *sed cur accersi.* sed præter libb.

✝ 27 *destitit*] Sic Mss. Al *distitit.*

✝ 28 *velitati*] Mss. *velati.* V. C. initio: *veliati.*

✝ 29 *paucis*] Mss. *pauci.*

✝ 30 *absolvo*] V. C. *absolve.*

✝ 34 *quotiens*] Sic Mss Pall.

✝ 37 *Nisi*] Ita Mss. distinguunt.

✝ 40 *Atque*] Ita uterque Mss. Al. absq; *Atque.*

✝ 41 *Tuān*] τὸ *n* non est in Mss Pall.

✝ 44 *Neve*] Sic Mss. Dec. at V. C. *Neq.*

Ibid. *apud te*] Ita Mss. Al. *ap. se.*

Ibid. *servire n*] Mss *servirint.*

✝ 45 *pensum*] Ita Ms. Dec. at V. C. *pinsum.* Al. *unâ illi op. p. p.* τὸ *illi* abest à Mss.

✝ 46 *carpere*] Sic Mss. ambo. non; *carere.*

✝ 48 *illim*] Ita ambo Mss. V. C. posteà *illinc.*

✝ 49 *tantò*] Mss. *tanta.*

✝ 51 *prohibet*] Sic sanè priùs fuit in V. C. at Dec. *perb.* In utroque autem Mss. priora sic habent: *an pilla spon.*

ibid. *samnam*] Sic uterque Mss. Pall. pro *sanam* κατ' ἐπένθεσιν τοῦ m. ἀρχαϊκῶς. Non prolixè igitur disputandum, quid hæc vox significet. Talia enim multa jam notavimus è Mss. libb.

✝ 52 *Pallas*] Ita uterque Mss. non, *pallam.* quod in V. C. quis scalpello formavit.

Ibid. *Arcu modò*] Sic Mss. Al. *ex Arcis domo.*

✝ 53 *clam me*] Sic disertè ex Ms. Decurt. leg. ubi: *etiam me adm.* V. C. *jam adm.*

✝ 56 *Et spinth.*] τὸ *Et* non est in Mss. Pall.

✝ 57 *scibo*] Mss *scibo ad h.* posteà V. C. *ibo.* absque, *scibo.* ut & Decurt. Et ambo *ut*: non, *uti.*

Ibid. *alloquar*] Mss. *ad quem loquar.*

✝ 58 *differt.*] Sic ambo Codd. Pall. Al. *decertatis.* vel; *disceptatis.* vel; *dissentatis.* Sed præter libb. Mss.

✝ 59 *tristis*] Sic V. C. ad oram. intus verò, ut & Decurt. *Quid tu trixes.* fortè, *trux* legendum.

Ibid. *destitits*] Ita est in utroque Mss. nisi quòd Dec. corruptè: *dedistitus.* Al. *quid illa autem irata abs te destitit.*

✝ 61 *do testes*] Mss. *detestes* Vnde sic verissimam lectionem hanc erui In V. C. quis supra lin. correxit *Decsq; detestor.*

Ibid. *cujus rei*] Sic Mss. Al. *cuirei.*

✝ 62 *delirat*] Mss. *delurat.* ex quo in V. C. factum *dejurat.* ob confusionem *l* & *i*

✝ 63 *pedem*] τὸ *pedem* in nullo Mss. invenio. Cur igitur alii Editores in Textum receperunt absque ullâ novitatis notâ?

✝ 66 *Sanus ne*] Mss. *Sanun'es.*

Ibid. *neges*] Mss. *nec ē.* C pro G. antiquè

✝ 68 *Tun'*] Mss. *Tunc senex ait.* τὸ c tamen in V. C. extritum est. Et τὸ *hic* abest ab utroque Mss.

✝ 69 *Immò haec ludicrè negas*] Ita genuinè hunc locum restituo ex Mss. Pall. qui sic: *inmo hec eludere negas.* Decurt. *neget.* Alii audacter: *nimiò hac impudenter negas.*

✝ 70 *emig.*] Mss. *migrasti.*

✝ 71 *agu*] Sic Mss. *agis.* V. C. fecit *ais.*

Ibid. *ob rem*] Ita Ms. Decurt. at V. C. non habet τὸ *ob.* Al. *quem in locum autem obs.* Al. *aut quam ob rem obs.* Al. *ante aut rem obs.*

Digitized by Google

℣ 72 *Non tu te tenes*] Ita disertè Mss. non; *tute.* voce unicâ

℣ 73 *es*] τὸ *es* non est in MSS Pall.

Ibid. *nunc*] MSS *n. ac rem agere.*

℣ 74 *quis tu*] Sic MSS. non; *q. homo tu es.* Et, *queso.*

Ibid. *quid feci ego*] Hæc non exstant in MSS. Pall.

℣ 76 *coles*] Sic MSS non, *color.* Alii pro *virere* leg. *viére.* h. e. flecti, & detorqueri. Sed contra MSS.

℣ 77 Post hunc versum aliqui collocant ℣. 90. *Hei mihi!* & prætereà sic ordinant versûs, uti per numeros notavi.

℣ 81 *potest*] Sic V.C. non; *potes.* uti Decurt In V. C. quis posteà delevit τὸ *t.* Initio autem disertè fuit *potest.* non; *potes* uti falsò proditur ab alijs.

℣ 82 *Eva*] V. C. *Hem atq; heu.* M S. Dec. *Eubi a-heu.* V C. initio; *Eum.*

℣ 84 *illa*] Ita MSS. non; *me illa.*

Ibid. *adserv.*] Sic ambo MSS non; *observ.*

℣ 85 *Hircos*] In MSS. sic legitur hic versus: *Post te autem illi circo salus qui sese at. t. s.* Lectio quam expressi illi protinùs consona est, si attendas consuetam trajectionem litterarum, quæ in MSS. esse solet. Al. *hircus alius.*

℣ 87 *Apollo*] MSS. *Appollo.*

Ibid. *oraculo*] MS Dec. *oraclo.*

℣ 89 *Perl*] Sic M S. Dec. & uterque MSS. *mihi* non, *mi* τὸ *mihi* est παρέλκον.

℣ 91 *Hem*] Sic MSS Al. *hem.* & sic distingu.

℣ 93 *amplius*] Ita est in MSS. Pall.

Ibid. *nisi*] MSS. ambo: *ni*, non; *nisi.* & Dec. *enim oreo ni occupo.*

℣ 94 *aliquid*] Sic MSS. non; *aliquod m. consil.*

℣ 95 *votas*] Sic MSS. ambo, antiquè. non; *vetas.*

℣ 96 *Ni*] V. C. initio *Ne jum meis or.* posteà: *Ne jam h. o.* Dec. *Ne jam ijs occul.*

℣ 97 *potest*] Sic MSS. non; *potes.*

℣ 98 *adserva*] Sic ambo MSS. Pall. non; *observa.*

℣ 99 *Ne quò*] MSS ambo: *N. q. h. habeat.* Decurt. *Neq; h h summe.*

Ibid. *illac*] MSS *illa hac audeo.*

℣ 101 *impurissimum*] Sic MSS, Al. *nunc h. e. perimam impur.* Dec. *num hunc.*

℣ 102 *tremulum*] Sic Mss. Al. *tremulum Tithonum.*

Ibid. *Cygno*] Sic MSS. Decurt. *cycno.* Al. ex MSS. *cyg. qui cluet p.* Prisc. pag. 688. citat *qui lucet cyg. patre.*

Ibid. *prognatum*] Ita leg. ex MSS. Pall.

℣ 103 *artua*] Ita MSS. ambo. In V. C. mutavit quis, *artus.* & ambo, *membra.*

℣ 105 *securim*] Sic Decurt. at V. C. *securi capiam ancipite.* & Dec. *securi cap.*

℣ 106 *Senem*] Ita ex vestigiis Mss. Pall. hunc locum restituendum censui. Ita enim in utroq; Codice legitur. *h. senem esse fini dedol.* Quam lectionem alii pessimâ fide repræsentarunt. Neque enim V. C. habet: *hunc esse senem fini.* Sed planissumè ita, uti notari: eodemque omninò modo scribitur in Dec. unde apparet, lectionem MSS præferendam aliorum conjecturis. Primaria Editio Veneta habet: *h. senem Exossem nisi ded.* quomodo & Argentinensis Mulingiana. at alia Arg. Longoliana: *Atq; hunc ego senem exossem reddam ded* Al *huic seni exossabo dein ded.* Al. *hunc senem exossabo dein ded* Sed somnia ista Oraculo Antiquitatis meritò postponenda. Quis enim non videt illud *fini* derivatum ex *tim?*

℣ 107 *adcurandum'st*] Sic ex utroque MSS. legendum.

℣ 110 *ferocia*] Sic ambo MSS. & ambo: *in currum.*

℣ 111 *Gerulum*] MSS. *etulum* fortè; *vetulum.*

Ibid. *edentulum*] MSS. *edentius.*

℣ 112 *adstus*] Sic MSS. & ambo: *in manu'st* Al. *In manum est.*

℣ 113 *appareant*] Mss. *apparent.*

℣ 114 *inflexa*] V.C. *inflexu sunt p p.* Dec. *inflexu sint p. p.* Al. *inflexa assit* Al *facite inflexa sit p. pernic.* Sed nihil tale MSS.

℣ 115 *tu*] τὸ *tu* non est in MSS Ibid. ambo MSS. *manare.*

℣ 118 *dictum*] Sic MSS. non; *dictum Ap.* Vide Lex. & Dec. *Ap. llonis.*

℣ 119 *fidem*] Dec. *fide.*

℣ 121 *Et derepente*] Sic uterq; MSS. Pall. Alii addunt, *ecce derep.* contrà MSS.

℣ 122 *Ibo*] Sic V. C. at Dec. *Eibo.* antiquè.

ACTVS QVINTI

SCENA III.

℣ 5 *Ne*] Mss. *Ni m.* & τὸ *hinc* est in utroq; MSS.

℣ 6 *exspect.*] Sic disertim ambo MSS. Al. *oculis.* Al. *oculi hinc spect.*

℣ 8 *odiosus*] Sic MSS. Al. *otiosus.* Et MSS. *egretis.*

℣ 12 *movi*] Sic uterque Mss. non; *movet.*

ACTVS QVINTI
SCENA IV.

℣ 1 *illi*] Sic Mss. Al. absque τῷ *illi.*
℣ 6 *ego*] Ita ex Mss. leg. ubi V. C. *eco.* Dec. *aco.* Al. *aquè.*
℣ 8 *sescenta*] Ita ambo Mss. Dec. tamen: *plus sesentia.* Al. *plus sexcenties in die*: vel; *pl. sexcentos in dies.*
℣ 9 *illum*] Sic uterque Mss. Pall.
℣ 10 *agat*] Ita ambo Mss. Dec. *opservamus.*

ACTVS QVINTI
SCENA V.

℣ 1 *na*] Mss. absque diph. Ibid Mss. *optig.*
℣ 3 *compleBit*] Sic uterque Mss. B pro V.
℣ 4 *Vlyxes*] Mss. *Vlix.*
℣ 5 *evolvam*] Ita ambo Mss. & Excerpta Pall. non, *devolvo.*
℣ 6 *sit*] Sic Mss non; *est.* Et ambo: *educatus*, non; *eductus.* & V. C. ὀρχαικῶς initio, *civo.* postea; *cibo.*
℣ 8 *Meretricius*] Ita Dec. at V. C. *meretricibus.* & ambo *palla.* non; *pallam.* & ℣. 10. Mss. *edep. ne.*
℣ 11 *prædicat*] Mss. sine diph. & ambo *sed.* in V. C. tamen τὸ *d* deletum.
℣ 13 *tuo*] Sic Mss. Al. *tute*: &, *malo.* præter libb. Mss.
℣ 15 *obtinerier*] Mss. *optin.* & ambo, *jungere*: pro, *jugere.* ut τὸ *n* sit ἐπένθεσις. V. C. extritis litteris, *gere* supra lineas scripsit, *uine.*
℣ 16 *te rogo.*] V. C. non habet *te.*
℣ 18 *me*] Sic ambo Mss. Alii omisso τῷ *me.* & ambo *occepta.* in V. C. additum *t.*
℣ 20 *Avis q.*] V. C. *auisquamossas* sec. *auisquamossas.* & V. C. *pape.* & ambo: *Auditu.* V. C. suprà lin. *n* habet.
℣ 23 *aliâ*] Ita sanè non malè emendatum ad ductum Mss. V. C. initio, *alia occidis fabulam.* posteà in manu recentiore *occepis* Al. *aliam occipisse fabulam.* vel: *occipito.* vel: *occipias.* Al. *occidis fabulans.* mutatâ distinctione Personæ. Sed Mss. lectio perspicua est.
℣ 24 *etiam*] τὸ *etiam.* in nullo est Mss.
℣ 25 *locustam*] Mss. *lucust.* V. C. posteà *lacustam.*
℣ 26 *en unquam*] Sic V. C. posteà à manu recenti; anteà, ut & V. C. *Dic me hic nunquam.* unde rectè fit, *en unquam.* pro, *unquamne.* Vide Lex. Plaut. Cistell. 1. 1. ℣. 88.
Ibid. *crepant*] Sic ambo Mss. non: *crepitant* uti falsò prodiderunt alij, vide Cas. 4. 3. ℣. 6.
℣ 29 *curans*] Ita Mss. Al. *Cubans obdormisco s. r. a. cuvi d.* Al. *cuVans* antiquè.
℣ 31 *Qui*] Sic Mss. non: *Quin.*
℣ 32 *occeptat*] Sic Mss. non: *inceptat.*
℣ 33 *Immò*] Mss. *Immonestor.* Dec. *Immonester.*
℣ 35 *Tuistic*] Ita Dec. V. C. *istuc.* absque *tu.*
℣ 37 *bacce*] τὸ *ce* non est in Mss.
℣ 38 *subrup. Iovis*] Sic emendavi ex Ms. Dec ubi: *surr. lo iovis.* τὸ *lo* factum ex *ajo.* nam *l* pro *i* positum, ut paulò antè ℣. 34. ambo Mss. *alebat.* Alii *Iovi scio* V. C. τὸ *aio* non habet.
℣ 40 *cæsum*] Mss. absque diph. & V. C. *suffurca.* Dec. *sufurca.*
℣ 42 *hac*] Sic Mss. non *hoc.* Alij sic disting. *Satin' hoc pro sano? mal. mal. resp.*
℣ 43 *Medice*] Mss. *maledice.* V. C. posteà, *medice.*
℣ 44 *optimum'st*] Sic Mss. & deinde Dec. *f. ut id eferatur.* V. C *ut def.*
℣ 47 *Ellebor um*] Hic versus in Mss. postponitur sequenti. & Decurt. *Hellesborum* V. C. *Hellesforum.*
Ibid. *aliques*] Sic Mss Al. *aliquot hos vig d.*
℣ 49 *arcesse*] Sic Mss. non: *accerse.* V. C. à primâ manu *larcesse.* Vnde formatum illud *l.*
℣ 52 *tuis*] Sic Mss. non, *tu.*
℣ 53 *ferant*] Sic Mss. Al *deferant.*
Ibid. *ego*] Mss. non habent τὸ *Ego.*
℣ 54 *socerus*] Sic Mss. Al *socrus.*
℣ 55 *me*] Sic Mss. Al *med hice.*
℣ 57 *Nam*] Hunc versum è V. C. restituimus. In Dec. non est. In V. C. tamen præcedit priorem versum.
℣ 56 *ego*] Ita in utroque Mss. leg. Al omisso τῷ *ego.* &, *lites capio.* sed contrà Mss.
℣ 59 *illi*] Sic Mss. non: *qui perp.*
℣ 61 *nemo*] Sic Mss. non: *introm. n.*
℣ 62 *usquè*] Mss. *ergò usce.* τὸ *ero* rectum puto, & imperitiâ Scribæ permutatum in *ergo.*

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA VI.

℣ 1 *id*]Ita Mss. Pall.
℣ 9 *viris*]Sic Mss. non; *servis*.
℣ 10 *frigusq;*] τὸ *q;* non est in Mss.
℣ 14 *quam*] τὸ *quam* abest à Mss. Pall.
℣ 15 *lubentius*]Sic Mss. non; *lib*.
℣ 16 *prahibeo*]Sic Mss. ambo. Al. *prabeo*.
℣ 17 *Exsequor*]V. C. *Exsecor*.
Ibid. *sedatè*]Ita Mss non *sedulò*.
Ibid. *servio*] Mss. *servo id*.
℣ 18 *sese*]In Mss. est; *esse ita*.
℣ 20 *ut*]Sic ex Mss. leg. ubi: *idem a*. Al. *Metum comitem m. a*.
Ibid. *culpam*]Sic Mss. V.C. posteà *culpâ*. τὸ *ut* autem nullus Mss. habet.
℣ 21 *Eroq;*] τὸ *q;* non est in Mss. Pall.
Ibid. *sim*.]Sic Mss. non; *siem*.
℣ 22 *qui*]Sic Dec. at V.C. initio: *qui cum culparent & metuo*. postea factum: *qui culpâ carent metuūt solent*. Vide Most. 4.1.℣.1. τὸ *tunc* abest à Mss.
℣ 25 *ego*] τὸ *ego* non est in Mss. uti nec τὸ *quidem*. Sic enim Mss. *p. m. promeritumque ei metuunt*. *Metum aut multum prope es*.
℣ 26 *strenuè*]Mss. pro *strenuè* leg *caruso fat*. τὸ *mihi* non est in Mss.
℣ 27 *hoc*] τὸ *hoc* abest à Mss. Pall.
℣ 30 *utrum*]Sic Mss. non; *ut eum*. Alij hunc versum postponunt sequenti.
Ibid. *salvom*]Mss. ambo sic: *ute duo an fora* Unde hanc lectionem exstruxi: *ut educam foràs*. Alij: *salvom scio eliciam foras*. Al. *ex hoc saltem damno alium eluo an fora*. Al. *Ex hoc saltem Epidamno alvum eluam amphorâ*.

ACTVS QVINTI
SCENA VII.

℣ 3 *jam*]Ita Mss Al. omisso τῷ *jam*.
Ibid. *sublimis*]Mss. *sublimem*.
℣ 4 *nihil*]Sic V.C. at Dec. *nihili*.
℣ 6 *sublimem*]Mss. *sublimen*.
℣ 7 *illi*]Sic Mss. non; *illic*.
℣ 8 *circumsistitis*]Mss. *circumstitis*]V.C. suprà lin. pro: *circumstatis*.
℣ 12 *aspicio*]Mss. per *t*.
℣ 13 *sublimem*]Mss. *sublimen*. ut paulò antè.
Ibid. *audacissimè*]Sic Mss. Al. *atq; audax*.

℣ 17 *deripier*]Sic Mss. V.C. pòst, *derap*.
℣ 18 *Mittite*]Ita Mss. leg. ubi *mitti isth*. in V.C. erasa est littera: ac videtur initio fuisse. *Mittit isth*. Dec. *Mittitis hunc*.
Ibid. *es*]Sic Dec. at V.C. non habet τὸ *es*.
℣ 20 *subvenibo*]V.C. initio: *subveniebo*.
℣ 21 *æquius*]Mss. absque diph. & ℣. 23 *faciam*.
℣ 26 *per.mus*]Sic Mss. unico *i*.
℣ 28 *abite*]V.C. *habite*, & *Pectepugnis* est in utroque Mss.
℣ 29 *prem*] Sic Mss. & *En* est in utroque: non; *Hem*.
℣ 30 *autem*]Mss. *aut*.
Ibid. *Commentavi*]Sic Mss. Pall. Al. *Carminavi*.
℣ 31 *temporé*]Sic Mss. Iidem tamen aliàs: *temperi*.
℣ 32 *faciant*]V. C per *t*. ut deinceps semper. Et Mss. *At tibi*: non; *Et tibi*.
℣ 33 *ted*]Sic Dec. & initio V.C. post, *essem*.
Ibid. *Solem*]Sic Dec. & initio V.C. post: *Solis occas*.
℣ 34 *me emittas*]Ita V.C. at Dec. *me mittas*.
℣ 35 *Liberem*] Mss. initio *Libertem*. posteà V. C. *Liberum*
Ibid. *verum*]Sic initio Mss. post, *verè*.
℣ 38 *umquam*]Sic Dec. V.C *numquam*.
℣ 40 *Meâ*]Hæc ista MEN. sic tribuenda sunt. Alij Messenioni. sic: *domum. Mane me: nunc ibo*. V. C. *nassa* initio. Dec *at arg. e. r*. V.C. *atque arg*.
℣ 46 *Minumè*] Sic Mss. Al. *Mane me*. Mihi magis arrisit lectio Mss.
℣ 49 *redhibeo*]Sic Dec V.C *sed habeo*. atque *ita* est in utroque Mss. non *item*: uti quidam falsò prodiderunt. Falsum etiam, quod hoc loco V. C. *reddebo*. Cæterùm notavi in Mss. Pall. hos versûs perturbatè scribi sic:

—abire liberum
Cum viatico. MEN. id tibi jam huc adferam. MES. adfer strenuè.
Salvom tibi item, ut mihi dedisti, reddebo hic mane.
MEN. Nimia mira mihi exorta sunt miris modis.
Alij me negant eum esse, qui sum, atque excludunt foràs.
Vel ille, qui se petere modò argentum, modò qui servom se meum
Esse ajebat, quem ego modò emisi manu,
Is ait se mihi allaturum cum argento marsopium.
Meâ quidem hercle causâ. &c.
MES. Nempe jubes, &c.
MES. Salve, &c.
Gaudeo, &c.
Ne minus, &c.

Apud te, &c.
MEN. Mane me, &c.
Referam &c.
Id si attulerit, &c.
Cum viatico, &c.
Hîc reperuntur omnes præcedentes versus: donec tandem post ỷ. *Id si attul.* &c. sequitur. *Ne dum quando, &c.*
Ibid. *me mane*] In Mss. hoc loco ista absunt. qui sic: hîc *Nimia mira.* V. C. initio *Nimij mira.* Et: *miris modis* est in Mss. non: *multis modis.*
ỷ 55 *Ne dum*] Mss. *Nec dum.*
Ibid. *sanus*] Sic Mss. Al. *q. sum fact.* Quod cur alij negligant, non pervideo. Et ỷ 56. Mss. *dicebāt.* non: *ajebant.*
ỷ 57 *fecius*] Varro ex Agellio. *fectius.* V. C. *fecus.* Dec *setius.*
Ibid. *somnia*] Sic Ms. Decurt. V. C. *somna.* Al. *insomnia.*

ACTVS QVINTI SCENA VIII.

ỷ 3 *Eripui*] Sic Mss. Al. *Erip. te h. quem fer.*
Ibid. *Homines*] Sic Mss. Al. *homineis*: pro, *hominibus.*
Ibid. *sublimem*] V. C. *sublimen.* ut suprà bis.
ỷ 4 *omnium*] Sic uterque Ms. Alij delent τὸ *omnium.*
ỷ 5 *Quòm*] Ita ambo Mss. Al. *Quin ego.*
Ibid. *oppugnando d.*] Sic Dec. at V. C. *vel inpugn.*
ỷ 7 *potest*] Mss. *potes*
ỷ 8 *praecucurristi*] Sic ambo Mss. Al *præcurr.*
ỷ 10 *Mepte*] Sic V. C. posteà, nam anteà *mente.* Dec. *Meapte.*

ACTVS QVINTI SCENA IX.

ỷ 2 *Facietis*] V C. *per t.*
ỷ 4 *tua*] Mss. *tumst imago.*
Ibid. *consimil'st*] Dec. *consilia est q. p.*
ỷ 5 *quòm*] Mss. *quam.*
ỷ 7 *nisi*] Sic Mss. non: *ni.*
ỷ 9 *id est*] Hæ duæ dictiones non sunt in Mss. Pall.
ỷ 13 *te*] Sic Mss. non: *esse te.*
ỷ 15 *simul*] Sic Mss. antiquè.
ỷ 17 *mihi*] τὸ *mihi* non est in Mss. Pall.
Ibid. *tu*] Sic Mss. non: *salv tu.*
ỷ 18 *fabula'st*] Sic Mss. non: *est fab.*

ỷ 20 *à meo*] Sic ambo Codd. Alij absque à.
ỷ 21 *Patrem*] Hæc dictio abest à Mss.
ỷ 23 *Geminei*] Sic V. C. antiquè. *(patrem*
ỷ 24 *Patrem*] Ita ambo Mss. Pall. Al. *& patriam &*
ỷ 25 *Sevocabo*] Sic uterque Mss. non: *Evocabo ne-* *(rum*
ỷ 26 *huc*] τὸ *huc* non est in Mss. Pall.
ỷ 28 *illic*] Mss. *sic.*
ỷ 30 *lacte*] Sic Mss. non: *lac.*
ỷ 31 *autem*] Sic ambo Mss. Al. *h. p. autem.*
ỷ 36 *ais*] Mss. *agis.*
ỷ 38 *Syracusis*] Mss. *Syrac.*
ỷ 42 *Tamquam*] Mss. *tam quasi me m.* Al. *t. si em.*
ỷ 43 *inventuros*] Al. *inventurum.* *(me arg.*
ỷ 46 *coite*] Ita ex V. C. leg. Dec. *agite.*
ỷ 48 *Menachmo*] Sic Mss. non: *Menachmus.*
ỷ 50 *quid tu?*] In V. C. post hanc dictionem sic scribitur: *quid tu scilicet. quippini.* abest autem à Dec. τὸ *scilicet.* neq; exprimere libuit in Textu.
ỷ 35 *abij*] Sic leg. ex Dec. V. C *ut habitarem, tum am. postea.*
ỷ 54 *avehi*] Sic Dec. V. C. *abijt.*
ỷ 55 *serva*] Sic Mss. Al *servas me.*
ỷ 58 *ego*] τὸ *ego* abest à Mss.
ỷ 59 *Filij*] Mss. *Fili.* & ỷ. 60. *eque.*
ỷ 61 *gemini*] Initio in V. C erat: *geminei.*
ỷ 64 *Menachmo*] Sic Mss. non: *Menachmus.*
ỷ 66 *Mihi*] Sic Mss. non, *mi.*
ỷ 68 *de te*] τὸ *de* non est in Mss. V. C. initio habuit: *morarum.* posteà: *mortuum.* quomodo Dec.
ỷ 71 *Quid*] Sic V. C. initio. pòst: *Quod.*
ỷ 72 *quem*] Sic V. C. at Dec. *postquam.*
ỷ 77 *prandium*] V. C. *paravi.* Dec. *Prandium ad*
ỷ 78 *quo*] Mss. *quia.* *(prandium.*
ỷ 79 *hanc ne*] τὸ *ne* non est in Mss. Pall.
ỷ 81 *abduxit*] Sic V. C. Dec. *adduxit.*
ỷ 82 *Potavi*] Mss. *Dotavi.* Et, *mihi dedit* non legitur in Mss. Pall.
ỷ 84 *esse*] Ita Mss. Pall. Al *me te esse.* Al. *mepte esse.*
ỷ 85 *jùsti*] Sic leg. ex Mss ubi: *justis.*
ỷ 88 *ut*] Sic Mss. Al. *lib. perp ut siem.*
ỷ 89 *nostrâ*] Sic Mss. ambo. Al. *nobis.*
ỷ 90 *frater*] Sic Mss. non *fac frat.*
ỷ 93 *ut detis*] Sic Mss. Al. *præc. ut d.*
Ibid *jam*] Sic Mss. Pall.
ỷ 94 *qui die*] V. C. *f. quidē* Dec *quid est* Al. *quo die.*
ỷ 96 *Veneibunt*] Sic ex V. C leg. antiquè.
ỷ 100 *plaudite*] Sic V. C. at Dec. *applaudite.* prior geminatio non caret suâ emphasi: eòq; retinui: quam alterum, quod est in Dec. minimè omniū improbarim. NOTÆ

NOTÆ CRITICÆ

In

MILITEM GLORIOSUM.

ARGUMENTUM I.

℣ 3 *Legato*] Sic Dec. V.C. *legatus*.
Ibid. *captu'st*] Sic Mss. Pall.
℣ 5 *atque*] Mss. *& forat.* unde factum: *ē forat.* benè. Al. *pe forat*.
℣ 6 *in ædibus*] Ita disertè Mss. Alij ab *in*.
℣ 7 *quiret*] Et Mss. *Liceret ut quiret*, cui in V C. superscriptum: *coire*. quod est de glossâ.
℣ 8 *obhærentes*] Sic ambo Mss Al. *osculantis*.
℣ 9 *Ridiculus*] Mss. *Ridiculis*.
℣ 10 *Itemque*] Sic Mss. Al. *Idemque*. & V.C. ℣ 11. *fatiat.*

ARGUMENTUM II.

℣ 2 *Naupactum*] Mss. *Naupactis. dom.* & ℣. 1 Dec. *Meritricem*.
℣ 5 *factum*] Mss. *facto* V.C. deinde *factum*.
℣ 8 *divortitur*] Mss. *revort*.
℣ 11 *geminam*] Mss. *geminat*.
℣ 12 *ait esse*] Sic Mss. Al. *Adesse*.
℣ 13 *clientam*] Sic Mss. non: *clientem*.

ACTUS PRIMI

SCENA I.

℣ 1 *clypeo*] Mss *peri*.
℣ 4 *præstringat*] Ita Mss. Pall. Al. *præstringuat*. vel: *perstringat*.
℣ 8 *misera*] Sic Mss. V.C. *Quem miser agestat &c.* postea, *gestit*. Dec. *gestitet fr*.
Ibid. *fratrem*] Sic Mss. Pall. Al. *fratsem* Dec. initio habuit *frasem*. postea superimpositum est *r*. Al. *farctum*. vel: *fartum*.

℣ 9 *Artotrogus*] In Mss. *ubi Artotr. hic est? Ar. stat.*
℣ 11 *Tum*] Sic Mss. Al. *Cum quo bellator M.h.* Et sic est in Ms. Schobing.
Ibid. *haud ausit*] Mss. *aut*.
℣ 12 *æquiparare*] V. C. absque diph. Dec. *æquiperare*.
℣ 16 *armis*] Mss *auris*. V.C ad oram: *auribus*.
℣ 18 *peniculum*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *aut paniculam tectoriam*. Contrà omnes Mss. & Edd. satis dictatoriè. Vnius fortè Critici suffulti arbitrio. h.c. comam lanosam: qualis est arundinum, quibus integi villaticæ domus solent, de quâ Plin lib. 16. cap 36.
℣ 21 *perjuriorem*] Sic V.C. ad oram: *pejorem*.
Ibid. *Hominem*] Sic ambo Mss, non: *homine*.
℣ 23 *illi*] & *illi* non est in Mss. pro & al *jai*. In V. C. & & suprà lin. scriptum. Al. *mancupi*.
℣ 24 *Epityro*] Sic ista lectio facta è corruptâ lectione Mss. V.C. sic: *Nisi unum Epityr aut apud illa ēsturiensane bene* Dec. sic: *nisi unum Epityr. aut aput illa esturiens à me bene*. Al. extrito *ut* leg. *esuriens* Alij ex Varrone: *Ni unum Epityrū eadem apud illum esuriens insanè benè*. ut sit elliptica locutio scil. *est*: vel: *arit* Al *Ni unum epityrum ap i. es insanè edam*. Sed nihil opus est istis tricis: quando Mss. lectio probè constat.
℣ 25 *Eccum*] Sic commodè distingu.
℣ 26 *perfregisti*] Mss. ambo *præfgisti*.
℣ 29 *Connisus*] Sic Mss. non: *annisus*. Decurt. *conisus*.
℣ 30 *Elephanti*] Sic V. C. supra lin. Decurt. *eliphantes*.
Ibid *transmitteres*] V. C. initio: *transmitteret*: uti & Dec. post: *transmitt ere*. Al. *transmitteras* pro; *transmisisses* Et ℣. 31. *Ne* Mse.
℣ 32 *enarrare*] Sic Ms. Dec. V. C. *narro*
℣ 34 *perzudienda*] Ita V.C. at Dec. *præsuerienda*. sanè non malè: quodque alteri ferè prætulerim.
℣ 35 *adsentandum*] Sic Mss. ambo. Al *assentiendum*.
℣ 37 *factum'st*] Ita Mss. Alii absque *est*.
℣ 38 *Vis*] Sic Mss. non: *ius*. Al. *Vis summare*. Al. *vah! r gare h*
℣ 39 *Facete*] Sic Ms Dec. V.C. initio *Facite*: pòst, *facile*
℣ 41 *prævolat*] Sic V.C. ut Dec. postea nam antea erat, *prævolat*. Al. *prævelit*. Al. *ut prævelim, quod tu velis* Mss. *quo tu v*.

℣ 43

℣ 43 *Sycolatronida*] Mss. *in Sychelatrones*. postea deleto *in.Sycolatrones*. Dec. *in Sycholatronie*. Al. *Sidolatronia*.

℣ 45 *Homines*] Sic Mss. Al. *Omnes tu q*. Ms. Dec. *u nâ d*.

℣ 48 *scriptos*] V.C. antea: *si script*. postea: *subscriptos*.

℣ 49 *memoria*] V. C. *memoria st. opt*. Dec. *memoria opt* absque *est* Al. *mem.es*. Vide *Mast.* 3.1.℣ 45.

Ibid. *offa*] Sic disertè Mss. Al *offa me monet*. sed ℟ *me* non adgnoscunt Mss.

℣ 50 *tale*] Sic ambo Codd. Mss. Al. *dum tale facinus quale adhuc, assiduo edes* at Mss. *edis*: non: *edes*.

℣ 51 *te*] Sic Mss. non: *te semp*.

℣ 52 *quingentos*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *Quinquagintos*. malè.

℣ 53 *machara*] Mss. *macera*.

Ibid. *occideres*] Mss. *occideres*. Al. *occideras*. pro: *occidisses*.

℣ 54 *Peditatus*] Mss. *At peditas telis quia*. Vnde servavi *relinquia*: pro: *reliquia*. ut, *delitia*.

℣ 58 *hercle*] *ê hercle* non est in Ms. Pall.

℣ 59 *tam*] Sic ex Ms. Dec. leg. V. C. perturbatè scriptus est hoc loco *Quis tam pulcherum vel illa*.

Ibid. *erè*] Ms. *hercle*.

℣ 60 *reprehenderunt*] Neuter Codex *reprehendere*.

℣ 61 *tibi*] Philargyrus & Servius citât *inquit mibi*. Vnde alij: *inquit mihi* sed retinenda lectio Mss. Codd. neque impedit, quod plures rogitabant. Aliàs vers. sequenti scribendum foret: *innuunt*.

℣ 62 *innuit*] Sic leg. ex Mss. ubi; *inuit*. Al. *annuit il latum altera*. Al. *infit*.

℣ 63 *pulch r*] Mss. *pulchere si inquidm*.

℣ 64 *liberalis*] Ita hunc locum judico & leg. & interpungendum. Sic enim disertè legitur in utroque Mss. Pall. V. C. *Et lib. vida & casarius q. decet*. Dec. Et *lib. uida* (non: *inda*. uti nonnemo prodidit, ignarus scripturæ harum Membranarum) *& casaries q d*. In nullo verè *Casaries* legitur, neque *decent*. Editio primaria habet. *Et lib. visum est, Cæsaries quam decet*. Alij finxerunt *juba* perperam. sciturenim, quid juba sit. Vide Mart lib 8. Epig. 55 *unda juba*. ubi tamen Mss. *umbra* Alij *unda* in nostro reposuerunt. At nihil verius, nihil explicatius eo, quod posui: præsertim cum Philargyrus antiquus Interpres Virgil. non aliter legat hunc locum.

℣ 66 *aje Vat*] Sic ambo Codd. Mss. antiquè.

Ibid *Quæme*] Itaut erque Mss. nisi quòd *obsecraverit*. Al. *qua ne*. q. d. deillis ne quæris, quæ me ambæ rogatum at ut *τὸ ne* sit *παρέλκον*.

℣ 67 *illà*] Mss. *illam*. V.C. postea *illà*. Al. *illâc*. Dec. *ponpam*. sed *τὸ hodiè* est in utroque Ms.

℣ 68 *Nimis*] Sic fuit initio in Ms. Dec. posteà ut & in V.C. *Nimis miseria*. Vide Lex Plaut. *Satis. Parum*. Al. *Eximia est miseria*. sed præter libb. Mss Ms. Dec. initio videtur habuisse, *miseriam*.

℣ 73 *eri*] Mss. *aeris*.

℣ 74 *Latronu*] Sic ex utroque Codd. Mss. legendum: monetetiam Nonio Marcello. nam Ms. Dec. *Latronis bus* V. C. *Latronibus*.

Ibid. *denumerem*] Sic Mss. V.C. postea *din*. absque *τῷ ego*.

Ibid *stipendium* [Ms. Dec. *stibend*.

℣ 78 *Agite*] Sic ex utroque Mss leg. non, *Age*.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

PALÆSTRIO] Sic est in Mss. sed absque diph. Al. *Palestrio*.

℣ 3 *auscultare*] Sic disertè est in Excerptis Mss. reliqui Codd. Mss. *auscultabant*. quod tamen in V.C est mutatum in, *auscultare*. & V.C. anteà, *nollet*. ut & Dec.

℣ 6 *acturi*] Mss. *quando acturis*. sed V.C. correxit absque tamen *nos* utrobique.

℣ 8 *est*] pro *est*. Mss. habent: *eloquar Comed*.

℣ 10 *Ephesum st*] Mss. *Ephesum est*.

Ibid. *idem*] *τὸ idem*: &: *est* non sunt in Ms. Dec. In V. C. est *idem*. sed absque *est*. Alij: *itidem*. vel, *ibidem*. vel; *indidem*. vel: *inde est*. Sed qui à sibi volũt ista somnia?

℣ 13 *omnis*] Mss. *ut omn*. In V.C. tamen ℟ *ut* expũctum est.

℣ 14 *deridiculu st*] Sic ex utroque Mss. l g Al *deridiculo st*.

℣ 15 *ducunt*] Sic Ms. Dec. at V. C. *ducant*. undè alij *ductant*.

℣ 16 *suavis*] Sic Ms. Dec utt. at V.C. *suaviu*. postea quis fecit, *vulgis*.

℣ 17 *haud*] V.C. *aut*.

℣ 18 *devenerim*] Sic V.C. at Dec. *at huc convenirit*.

℣ 22 *Matre*] Ita MSS. Pall Al. *æquè*. vel: *artè*: sive, *arctè*.

℣ 25 *Magnai*] Ita locum hunc partim ex Mss. nostris, partim ex Victorini Orthograph. reposuimus Vterque enim Mss. habet: *Magna Reipublica gratia st*. V.C. postea, *Reipublica*. Dec. *Reipublicam*.

Z publicam.

Digitized by Google

publicam. Alij prorsùs depravarunt hunc locū. M.R.*namq. hic in gr. est*.

ỳ 26 *interVi*] Sic uterque Mss. pro *interibi*. Al. *interim*.

ỳ 27 *mei*] τὸ *mei* non est in Mss. Pall.

ỳ 28 *occepit*] Sic Mss pro *occ cap*.

ỳ 29 *Vino, ...iam*] Ita ambo Mss. Al. *Vino, scitamentis*.

ỳ 32 *sublinit*] Ita Mss. non, *sublevit*.

Ibid. *&* τὸ *&* non est in Mss. Pall.

ỳ 34 *Contegit*] Sic Ms. Dec. at V.C. *Contigit*. Al. *compegit*.

ỳ 35 *huc*] Sic Mss. Al *inv. h.*

Ibid *advehit*] Mss *advenit*. V.C. postea: *aduehit*.

ỳ 36 *quantum*] Sic V.C. supra lin. intus *q. uinum* ut & Dec. Al. *q. unus*. Al. *quant. poss*. Al. *quantocyus p.* Cæterùm aliqui hos tres versus sic transponunt uti per numeros indigitavi. Nos contra consensum Mss nihil mutamus.

ỳ 39 *id, quod*] V. C. *fit*. Dec *fit q. v.* Al. *id q. DI vol.* Al *alicò advelant Præd*. Al *Atque a iv. pr. c.*

ỳ 40 *Prædones*] Al. *Præd. rapiunt*. V.C *prædonis*.

ỳ 41 *perij*] Mss *perijt*.

ỳ 42 *qui*] *qui* non est in Mss. Pall.

Ibid *Cepit*] Mss sine diph. & *huc*.

ỳ 43 *deduxit*] Mss. *duxit*.

ỳ 46 *inde*] V C. *deinde*. Dec. *dein. & apell.*

ỳ 47 *fortunas*] Mss. *fortunā suā*

ỳ 48 *domu*] Sic ambo Mss. non, *domo*.

ỳ 49 *...rum*] Mss. *aerum*.

ỳ 54 *hanc*] V.C. *hæc*. Dec. *hec*.

ỳ 61 *Conveniat*] Mss. *faciam convenias*. V C postea *convenire*. Al. *faciam ut conveniant*.

ỳ 63 *eapse*] Mss. *eafe*.

ỳ 65 *huic*] Mss *hic huc*.

ỳ 70 *Glaucomam*] Mss. *Glaucuma ob oc obitiemus*. & ỳ. 71 *Fatiemus*.

ỳ 72 *vicem*] Sic Mss. Al. in vicem h. e. *per vices*.

ỳ 75 *sublimitu'st*] Sic V. C Dec. *sublito es custodi mul.* quemodo initio V.C. Al *sublimbitur*.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

ỳ 1 *Nisi*] Sic V.C. at Ms. Dec. *Ni*.

Ibid *quemque*] Sic ambo Mss. Al. *quemquem*. V. C ỳ 2 *fatiam*. ut & ỳ 9. 13.

ỳ 3 *& vicini*] Sic Mss. Alij delent τὸ *&*. Ambo autem: *sciunt*. V.C. initio: *vicis eunt*.

ỳ 5 *hic*] Mss. *hoc*.

ỳ 7 *Gall nam*] Sic Ms. Dec.

Ibid *simiam*] Mss. *seimia*.

ỳ 8 *mulcassitis*] Sic ambo Mss. uno tamen *s*.

ỳ 10 *Convivium*] V.C postea. *convitium*.

ỳ 11 *à*] τὸ *à* non est in Mss. diversimodè igitur excudi debuit. Sic enim Mss. *q. male factum nostræ huic familia st*. V.C. postea: *nostre*. {eit.

ỳ 14 *istuc*] Sic sanè Mss. Al. *itne. it q.* quasi fuerit:

Ibid. *coll. p.*] Hæ duæ dictiones spuriæ sunt, neque enim videntur in Mss.

ỳ 15 *fuerit*] Sic Mss. Al *foret*.

ỳ 18 *vostrarum*] Sic ambo Mss. Al. *vestrorum familiarium*. Ms. Dec. expresse, *familiarum*. quomodo postea V.C. nam antea *familiarium*.

ỳ 20 *homo'st*] Mss. *q. is erit homo'st*.

ỳ 22 *ecquid*] Sic Mss. non; *quid*. & ỳ. 24. *ve*.

ỳ 26 *videant*] Mss. *videat*.

ỳ 29 *huic*] Sic leg. ex Mss. ubi *hic*. non; *hoc*.

ỳ 30 *paret*] Mss. *Earumque art. & optin.*

Ibid. *hei quem sd.*] Ita Mss. Al. absque *Ei*.

ỳ 31 *verVu*] Sic Mss. pro: *verbis*. In V. C. fuit initio *uerui*, postea; *verò*.

Ibid. *vincat*] Mss. *iunctā* vel: *vinctā* vel: *victa*.

Ibid. *ne*] Mss *vincta e esse vid*. Et ambo: *cautiens*.

ỳ 33 *es*] In Mss. fuit, *hos hab*.

Ibid *malitiam*] Mss. *militia atque audacia*. V. C. postea, *malit*.

ỳ 34 *conformitatem*] Sic Mss. expresse.

ỳ 35 *arguat*] Sic Mss. non: *arguet*.

ỳ 36 *falsiloquum*] V.C. *falsilocum* Dec *falsilocom*.

ỳ 37 *delenifica*] Sic Mss. In V.C. mutatum *dolonifici*

ỳ 38 *bolitori*] Sic ambo Mss. Al. *molit*. Vide Lex. *Permolire*.

ỳ 39 *malificas*] Ita postea. V. C. antea, *malifices*. Dec. *milifices*. ut & Mss. Vatic. Al. *mellifica* Al. *mores maleficos*. Et V. C. initio *moles maleficas*.

ỳ 41 *volutas*] Sic Mss. Pall. V. C. postea, *q. volvis*. Al. *q. volvitas tute te decum i. e.*

ỳ 44 *id*] Mss. *it v ut mew sit*.

ỳ 45 *Quare*] Sic Ms. Dec. V.C *Quare*.

Ibid. *iste*] Mss. ambo *abs te*. Dec. *interum illiu s. v.* & sic initio V.C. postea, *illuc* non: *illic*.

ỳ 46 *abstitit*] Ita Mss. Al. *adstitit*. vel: *astitit*. vel: *obstitit*.

Ibid. *curas*] Sic Mss. Al. *rugas cogens*. Mss. *cogitas*. V. C. posteà; *cogitat*.

47 euo-

Digitized by Google

ỷ 47 *evocaturus*] Sic Ms. Dec. Et V. C. postea: *evocaturu'st f.*

ỷ 48 *femine*] Sic postea V. C. antea, ut & Dec. *femina*. Et ambo: *levam*.

ỷ 49 *feriens*] Mss. *feries*.

ỷ 50 *tactu*] In Mss. est: *acta*. Al. *ictu* Al. *q. facto opus est agrè supp*

ỷ 51 *laborat*] In Ms. Dec. quis mutavit: *laborat*. antea: *laboret*. V. C, postea: *cerebro*.

ỷ 52 *quod*] Mss. *quo repp.* & τὸ *non* est in Mss. Al. *nunc pl.*

ỷ 54 *ædificat*] Mss. *hedif.*

ỷ 55 *non*] Sic Mss. Al *nunc*.

Ibid *inædificatio*] Ita videtur leg. ex Mss. *ubi illam edificatio*.

ỷ 57 *Vini*] Sic Mss. pro *bini*. V. pro B.

ỷ 58 *dulice*] Mss. *dulce*.

ỷ 59 *perficit*] Sic posteà V. C. anteà, ut & Dec. *perfecit*. Al. *perfecerit*.

ỷ 61 *vigilas*] Sic Mss. Al. *Quin vigilas*. τὸ *ni* abest ab utroque Mss. Alij τὸ *vigilas* interpretantur *vigilans*: ut: *pregnas*. sed absq; auctoritate.

ỷ 62 *an Ers artùs*] Hanc puto; imò juratè affirmaverim, verè Plautinam esse lectionem, quam repræsentant optimi ac vetustissimi nostri Mss. Pall. ubi scriptum: *an heriatus vestis*. Alij variè, & ridiculè ingeniosi fuerunt: *Au! feriatus ne sis*. h. e. ne sis otiosus, aut somnolentus. *Au!* interjectio est excitantis. & *h.* positum pro: F. Al. *an heri jus nescis*? h. e. nescis hero licere loris te cædere. Al. *an ebriatus? ne sis*. Al. *an feriatus nescis hom te alloqui?* passive, &, *feriatus* pro *feriator*. Al. *an feria tua nescis?* Al. *aneuretatus*. ἀνευρεθεὶς, pro, ἀνευρεθεὶς. h. e infirmus, & imbecillis. q. d. age vi repertus ne sis, domi & apud te inveniaris, ne animo peregrineris, ut extra te sis positus. Somniorum somnia!

Ibid. *adloquor*] V. C. *adloqui*. Dec. *at loqui*.

ỷ 65 *non placide*] Sic V. C. distingu. Al. *properè hoc, n plac.*

ỷ 66 *Antevenito*] Ita ex Mss. leg. V. C. *Antevenite* Dec. *Anteveni* Al. *Antemœni aliquà nos mitte, circumd* sed præter libb.

ỷ 67 *Curre*] Mss *cor in obs.* quasi, *corre*. Al. *coge*.

ỷ 68 *Intercludito*] Mss. *intercludite*.

ỷ 71 *calidum*] Ita Mss. rectè, V C. posteà *callid.* malè.

ỷ 72 *sunt*] Ita hic locus ex Mss. Pall. corrigendus.

Ibid *uti*] Mss. *ne siet*. malè.

ỷ 73 *Magnam*] Ita sanè uterque Mss. In V. C. aliquis mutavit *magnum* i: *honorem*.

Ibid. &] Mss. *sed*.

ỷ 75 *posse*] Mss. *possit*.

ỷ 76 *impetrare me*] Ita ex Mss. nostris emend pro: *impetraturũ*. quod alij in textum receperũt. cõtra libb. auctoritatem.

ỷ 77 *imperti*] Et hic locus sic ex Mss. restitutus est, ubi: *Aut imparte mici pare me q comm.*

ỷ 80 *circumtentu'st*] Sic Mss. ambo. nisi quòd, *c. sum*. non: *est*. Christophorus Colerus ante viginti annos per litteras mihi exposuit, veram lectionem sibi videri: *circumjectus*. h. e. indutus, amictus. Adsentirer, nisi Mss. nostri optimi & antiquissimi repugnarent.

ỷ 81 *sapientiam*] Ita Mss. Pall. non *sapientia*.

ỷ 82 *incipissam*] Mss *incipissem*: absque *ita*.

ỷ 85 *lacte*] τὸ *lacte* abest a Mss. In V. C. suprà lin. est, *lac*.

Ibid. &] τὸ & non habent Mss.

Ibid. *devortier*] Sic Mss. non: *divort.*

ỷ 90 *ut*] Sic Mss. non; *ita*.

ỷ 92 *recipiendum'st*] Sic Mss. ambo. non. *precip.*

ỷ 95 *conici*] Sic in V. C. emẽdatum est: pro, *conijci*. antea fuit *conlici*. in Dec. *concili*. Neuter verò Mss. habet, *concinni*.

ỷ 98 *Quantum*] Sic V. C. at Dec. *quantum is prol.* Al. *Quantum vis prol.*

ỷ 99 *mentibitur*] Sic Ms Dec. at V C. *mentibimur*.

ỷ 100 *isti'st*] Sic V. C. postea: *istic* Sed & Dec. *isti*.

ỷ 101 &] τὸ & non est in Mss. Pall.

ỷ 104 *equidem*] Sic ex Mss. leg. ubi: *ecquidem*. non: *& quidem*.

ỷ 105 *sumam*] Ita ferè uterque Mss. nisi quòd: *sumo*. &, *hinc*. &, *dissimulando*. Al. *Atque investigando hom. oper. diss.*

ỷ 106 *siet*] Sic Mss. non: *fuerit*.

ỷ 107 *quin*] Mss. *qui*.

Ibid. *familiarium*] Mss. *familiarum*.

ỷ 108 *participaverit*] Mss. *particaverit*.

Ibid. *sese*] τὸ *se* abest à Ms. Dec. qui: *vidisset eam*.

ỷ 110 *nequeo*] Sic planè ambo Mss. Pall. Al *nostrorum*. quod nescio quâ fiduc à Saxonicus novissimus Editor adprobavit, & in textũ admisit.

ỷ 112 *res est*] τὸ *est* planè exulat ab Mss. nostris. cõque alio charactere excudendum fuit.

ỷ 116 *atq;*] Sic Mss Al. *qui it for.*

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

ỷ 3 *amicam*] Sic Mss. Al. *am. clam sibi*. Et Mss. *querere*.

 ỷ 4 lo-

Digitized by Google

℣ 4 *loqui*] Mss. *loquentem*. V. C. initio: *loquere*.
℣ 5 *agis*] Sic Mss. V C. postea *ais*.
℣ 6 *vulpe'st*] Sic MSS. ambo.
℣ 7 *familiarium*] Ambo Mss. *familiarum*.
℣ 8 *cruciatum*] Sic postea V. C ante, ut Dec. *cruciatumque*.
Ibid *insuliamus*] Sic V C. at Dec *insuliam*.
℣ 11 *solitè*] Ita ambo MSS Pall. non, *soli*. fortè *solidè* legi posset. Al *tute sci*.
℣ 12 *enim*] Sic MSS. Al. *faciam enim*.
℣ 14 *nihili*] Ita MS. Dec. at V. C. *mihi*. ut fortè sit παρὰ λυγον.
℣ 15 *quoniam*] Sic V. C. at Dec. *quom*.
℣ 16 *in prox.*] Sic uterque Codd. MSS. Alij absque *in*.
℣ 17 *illà*] Sic MSS Al. *illi*.
℣ 18 *quo*] V C. initio habuit: *quod adul.*
℣ 21 *percontarier*] MSS *percunct*.
℣ 22 *tollas*] Sic MSS. non: *tolles*. τὸ *temere* V. C. habet ad oram intus prius erat: *erea aut ollas fabulam*. undè aliqui: *haud olas fab.*
℣ 23 *capiteque*] Sic MSS Al *scapulisq*.
℣ 26 *si falsò*] V C *falsom*. Dec *falsum*.
℣ 27 *additus*] Sic Mss. Al. *add. ec per.*
℣ 28 *me*] MS. Dec *me at nescio*.
℣ 30 *intus*] Sic MSS Al. extrito τῷ *intus*.
℣ 32 *eadem*] Sic MSS at Dec. absq; *eilli*.
℣ 33 *Vxor*] Sic totidem verbis exstat in MSS. Pall. absq; τῷ *e*. Alij depravarũt contrà libb. Mss. *Quom. horsum a. st junix r. s. e. p* Est autẽ *Iunix* teneræ ætatis bos. q. d. Ein Junge Metz. Sed novitiũ commentum hoc est, quod miror etiam placuisse Editori Saxonico, bellè quidem: sed cõtra libb. MSS. consensum.
℣ 34 *tradidit*] Sic MSS non *addidit*. E. V. C *fatiã*.
℣ 35 *interij*] Hæc dictio in Mss non reperitur. Et V. C *inditium*.
℣ 36 *aut*] Sic Mss. non: *atq.*
℣ 37 *illàc*] Sic Mss Al. *illæc hæc*.
℣ 39 *atque*] Mss. *totas*, *si tollet atq; hic in cr.* V. C. posteà, *hinc*. Testor verò nullum Mss. Pall. habere: *atq; me hinc in cr.* Al. *hunc in cr.*
℣ 41 *ipsa*] Sic MS. Dec. nisi quòd *issa*. V. C. *ista*. absque, *sese*.
℣ 42 *quis*] Sic hunc locum restitui ex MSS. Pall. ubi totidem pænè litteris sic scriptum est: *q. b. interomat e. a. aud.* Alij deformarunt turpiter: quos Editor Saxonicus cæco arbitrio secutus est, in novissimâ suâ Editione, sic: *PA. Scel. Scel. sc. q. b. Interminat? PA. est te alter audacior?* *ha minaci voce me appellat.* Quid verò insulsius ipsa hàc lectione: quid ineptius sic distinguere? Alij quoque tentarunt sic: *Scel. Scel. q b Interris nam alter est te audacior*. non omninò malè: sed præter libb. auctoritatem.
℣ 43 *Deis*] Sic MSS. ubi. *de his*.
℣ 44 *exfodiri*] Ita ambo MSS. pro: *effod.*
Ibid. *est*] MSS. absque τῷ *est*. leg. *hic vidis*. V. C. postea: *vidisti*.
℣ 45 *nunc*] MSS. *n. e mutuam ea ipsi tui tam v. n.*
℣ 47 *Non tute*] Hic versus abest à Ms. Dec. at V. C. *Nove & ibi istum prætruncari l. l. s.* posteà: *Nunc tute tibi stum*, &c. Al. *Nonne tibi*.
℣ 50 *Miru'st*] Sic MSS.
℣ 51 *lascitiosus*] Sic Ms. Dec. at V. C. *lasciviosus* initio.
Ibid. *va*] Ita ductu MSS. emendatum, ubi: *veberbero* & ℣ 52. MSS *cecus*.
℣ 52 *vidi*] τὸ *vidi* non est in MSS. nam V C *n illam* (posteà *illac*) *quidem illa domi*. Et sic quoq; Dec. neuter verò, uti alij proferunt: *Nam illam quidem eciam domi* Quæ hæc fides est?
℣ 54 *Tum*] MSS. *tam*. V. C. posteà *tum*. & ibidem sine interrogatione legitur
℣ 55 *tuo*] τὸ *tuo* non apparet in MSS. omissum propter repetitionem prioris. Et *ve* est in MSS.
℣ 57 *illic*] V. C. *a. e. ilico* (pòst, *illas*) *observ* (pòst: *observavi*) *f.* at Dec. *a. e ila observis f.* Vnde certò liquet, τὸ *illic* rectum esse.
℣ 58 *hinc*] Mss. *q. hic huc*.
℣ 59 *Quin*] Mss. *quem d.*
Ibid. *nescio*] Mss. *nesc utq; t.*
℣ 60 *mihi ego*] τὸ *mihi* abest à Mss.
℣ 61 *deterrueris*] Mss *deterenti*.
℣ 62 *obsistam*] Sic Ms. Dec. at V. C *obsita*.
Ibid *surrepsit* Sic Mss & V. C. posteà, *surreptat*.
℣ 64 *fateare*] Sic ambo Mss. non: *fatearis*.
Ibid. *volo*] τὸ *volo* non est in Mss.
℣ 66 *dicis*] Sic V. C. non: *ais*.
℣ 68 *esse*] Ita V. C. anteà, *esset*. absque, *etiam*.
℣ 69 *scio*] Sic distingu. neq; alia est lectio Mss. libb.
℣ 70 *Quid*] Ms Dec. *Quid si nunc s. e. d. a.* Et ambo, *faciam*.
Ibid *hinc*] Sic Mss. Al *exire h. r domo*.
℣ 73 *pedes*] Sic Mss Al. *pede*. vel: *pedibus*. Curc. 2. 3. ℣. 8 Capt. 4. 2 ℣. 13. Pseud. 2. 2. ℣. 6.
Ibid. *in viam*] Mss. ambo: *in vitam*.
℣ 75 *ut*] Sic Mss. non: *eaut*.
℣ 76 *rogo*] V C. *rogat utende* (posteà, *utenda*) *foris*. Dec. *n. roga utendi foras*. Asin. 2. 2. ℣. 53.

℣ 77

Digitized by Google

℣ 77 *ei*] Mss. *ea pr.*
℣ 80 *in*] τὸ *in* non habent Mss. Codd.
℣ 81 *hoc*] Ita Ms. Decurt. at V. C. *Sic obser.* & initio; *huc.*
℣ 82 *Hic*] Ita sanè ambo Codd. Al. sic: *q. p.* absq; *certè.* Atqui heic jactitant falsò lectionem Mss. Codd. quos ipsi nunquam suis usurparunt oculis, aut manibus: sed alienis usi conspicitiis, & hîc, & alibi turpiter exsultiunt. Distinctio quoque hujus loci est ex V. C.

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

℣ 1 *totiês*] Mss *tolles in.* & V. C. *munera* initio habuit.
℣ 2 *vel*] Hanc lectionem formavi è vestigijs Mss. V. C. *uel doceme, docebo.* videtur initio fuisse; *edocebo.* Dec. *vel diceme docebo.* Al. *vel decem docebo.*
℣ 3 *mihi*] Ita ex Mss. leg. ubi: *mihi sola equo s.* In V. C. posteà factum: *aquo.* Al. *mihi pol ego super sum.* h. e. sat malitiæ ipse mihi invenero; neq; opus habeo aliorum patrocinio. hoc enim est; *superesse alicui.* Al. *mihi sola ego supersum.* h. e. Ego malitiâ à nullâ, nisi à me, superabor. Al. *epol quoq; superfit.* h. e Aliis malitiç multum est: mihi uni plus satis. & nimiò nimis. Al. *ne doceto malum n. s. m. mihi sola ego supersum.* Omnes hæ lectiones præter auctoritatem Mss. introducuntur. Nostra autem proximè accedit ad Chirographos: & dubio procul vera est.
℣ 5 *tu*] τὸ *tu* non est in Mss. & V. C. sic habet. Dec. *quid stas.*
℣ 6 *istoc*] V. C. *istuc exemplo*, posteà suprà lin. quis *t* apposuit. at Decurt. *istuc extemplo.*
℣ 7 *Dispassis*] Mss. ambo; *Dispsis.* Al. *Dispossis.*
Ibid. *habebis*] Sic Ms. Dec. V. C. *habetis.*
℣ 8 *Respice dum*] Sic Ms. Decurt. V. C. *Respice & dum.*
Ibid. *illac*] Ita Ms. Dec. V. C. *illa hec.*
℣ 10 *perproperè*] Ita sanè uterque Mss. Pall. non, *peri peri prop.*
℣ 11 *propudij*] V. C. *prodivit.* Dec. *prodit.*
Ibid. *maxumei*] Sic Mss. Al. *maximi.* Ego ἀρχαϊσμὸν non repudio.

℣ 12 *quem dixti*] Ita ambo Mss. Al. *tibi quæso? Dixti tutam?* sed contrà libb. Sed & licenter nimis quidam mutarunt. *F. inst ubi quæso? P. hem tibi h. m. i. d. PH. dixti Tuten?*
℣ 15 *quidem*] Sic Mss. Al. *ec. qu.*
℣ 16 *deterrebor*] Mss. *deterrebo.*
℣ 17 *& mora*] Ita totidem litteris V. C. initio, pòst; *moror.* ut & Decurt. ubi τὸ *&* non legitur. In neutro autem visitur, *atq;* uti profert non nemo.
℣ 22 *unde*] Mss. *u. e hac huc.*
℣ 23 *viden'*] Ita ex Mss. Pall. leg. ubi: *me vidente vid.* Alii omittunt *te.*
℣ 24 *Nisi mirum*] Sic est in Mss. Al. *Nimis m.*
Ibid. *hic*] Sic uterque Mss. Al. *h. hinc pot. trans.*
℣ 25 *certò*] Sic Mss. non; *certè.*
Ibid. *Solarius st*] Ita ambo Mss. Pall.
℣ 26 *clatrata*] Mss. *clarata.*
℣ 27 *&*] Sic Mss. Al. *atque.*
Ibid. *ergo*] Mss. *ego.* Al. *e. ecast.*
℣ 28 *eveniat*] Sic Mss. non; *evenit.*
℣ 29 *advortito*] Mss. *advertito.* Et tamen initio in V. C. fuit; *advortite* itidem non malè.
℣ 31 *meo*] Sic disertè ambo Mss. non; *suo.* quod tamen alii audacter retinent.
℣ 33 *Palæstrionis*] Mss. *Palæstrioni.* Al. *PA. Pal. som. m. p. p.* ut ad Spectatores versùs *Palæstrio* somnii hujus auctorem se jactet, & mox illam narrare porrò jubeat. Et ℣ 34 Mss. *leta.* & ℣. 35. *suspition.*
℣ 37 *est*] Sic ambo Codd. Mss.
℣ 38 *osculata*] V. C. initio: *illam ausculta.*
℣ 39 *esse*] Ita Mss. Al. *fals. fuisse somn.*
℣ 40 *in*] τὸ *in* non est in Mss. Ibidem est, *vigilantis.*
℣ 41 *quam*] τὸ *quam* non est in Mss. Pall.
Ibid *omnia*] Sic Mss. Al. *omina.* Al. *somnia.* At nihil mutandum.
℣ 42 *censebo*] Sic Mss. Al *censeo.*
℣ 44 *hic*] τὸ *hic* non est in Mss. qui etiam *gesserit.* Et V. C. initio, *prorit.*
℣ 45 *perisse*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *perisse sed nunc q.*
℣ 46 *observare*] Sic Mss. Al. *obserare.*
Ibid. *ubi isset*] Ita dilucidè uterque Mss. Codd. nō; *issit.* nihil igitur opus tot commentis. *ubi nobis sit.* vel; *ubi est.* vel; *voluisse.* vel; *ne evolet.* vel; *volup' est.*
℣ 47 *quam*] Mss. *quasi.*
℣ 49 *opiner*] Ita totum hunc locum ex vestigiis

Digitized by Google

Mss. expressi: quos non satis bonâ fide repræsentavit Saxonicus Editor novissimus. Nam V. C. *ne tu hercle opinor obsecro Respicis* (anteà, *Resipiscis*) *si ad erum hac res prius ob oculos* (Hæc ex sequenti versu vitio Scribæ huc translata: & initio aberat τὸ *si.*) *creuerit* (posteà, *pervenit*) *peribis p.* Eodem modo Ms. Decurt. Al. arb. næ tu hercle opinor magnum malum, Sceledre, reperies, si ad herum pervenerit. peristi p. Nimis remotè à Cynosurâ Antiquitatis. Divinationibus alijs nihil opus.

ỿ 50 *perveniet*] Ita Mss. Al. *pervenerit.*

ỿ 51 *obtigisse*] Ita Mss. uterque. Al. ex Servio; *obstitisse.*

ỿ 52 *hoc*] Mss. *hic.*

Ibid. *hic*] Mss. *hinc.*

ỿ 53 *loquar*] Sic Mss. Al *eloqui*

ỿ 54 *nos*] Ita ambo Mss V. C. anteà; *nostra.* Al. *perdidisti & te* Al. *Ne te edep.*

ỿ 55 *pœnè*] MSS. scribunt hanc dictionem absq; diph. *pene.*

ACTUS SECUNDI SCENA V.

ỿ 1 *latas*] Ita ambo Codd. MSS. V. C. initio, *lata.* Al. *laudes.* Et V. C. habuit: *Inde:* posteà *Inde. lauta:* præter libb. Al. *latas:* vel; *lautas.*

ỿ 2 *amœnè*] MSS. absque diph.

ỿ 4 *servaBit*] Sic V. C. antiquè. Dec. *servavit.*

ỿ 8 *nunc*] τὸ *nunc* est in utroque MSS. Sed abesse poterat. ut supr. 2. 4. ỿ. 24.

ỿ 9 *tibi*] Sic MS. Decurt. at V. C. *id est.* non; *tibi est.*

ỿ 12 *Immò*] τὸ *Immò* non reperitur in Mss. Pall.

ỿ 13 *est; respondet*] Sic ambo MSS. quem consensum non respuo. Al *nihil respondit.*

℣ 6 *Tibi salutem*] Mss. ambo: *Sibi salut.*

Ibid *salve*] V C. absque diph.

℣ 7 *ut eas*] Ms. Dec. *ut eant.*

Ibid. *ut Verum*] MS. Dec *ut vallam explicet.* at V. C. *o. t. ut adventus opheram dum dant ut ut vallem explicet.*

℣ 8 *mecum*] V. C. *hac nunc venissent simul est.* Ms. Dec *mœchum censissent simul est.*

℣ 9 *facio omnia. Pietas*] Provoco hîc ad legitimum Senatum Criticum; num aptius quid debuisset Poeta scribere. Nihil quippe à Mss. Antiquissimis Pall. est discessum: ubi V.C. *invitam facio omi pietas scio. PL. ebansapis.* Dec. autem disertius: *invita facio omi pietas sit. cochant.* Vtrum alii propius mentem Comici assecuti sint, ex aib trio suo, omni Mss. Codd. auctoritate sequestratâ, judicent mihi Musarum intemeratæ Mystæ. Sic enim illi: *omnia: pietas sic cohibet.* Al. *in vita fa io pietas sic cogit.* Al. *pietas sicce jubet.* Annon hoc est largè liberalem esse in alieno fundo?

℣ 11 *à Viro*] V C. *à. v & alia alien.*

℣ 12 *uti fluat*] Mss. Pall *ut.* non; *uti.*

℣ 13 *eram feroc.*] Sic MS Dec at V. C *fortior.*

℣ 14 *nimium*] V. C *mă.* Dec. *mnia.*

℣ 15 *& quid*] Mss *inquid d.*

℣ 17 *forma hujus*] Mss *formam h. morem.*

Ibid. *attinvere*] Mss. *attinere.*

℣ 18 *Quin*] V. C. *cum.* Dec *Quom.*

Ibid *Lacrumo*] Iterùm miror, quòd nonnulli hîc supponant falsam Mss. libb. lectionem. Neque enim inibi legitur *fleo.* sed disertè in utroque, *La rumum.*

Ibid. *diungimur*] Sic ex Mss. scripsi. ubi *diungitur.* Typographus noster pro *alung.* debuit exprimere: *diung.*

℣ 19 *proficiscor*] Ita ambo MSS δεξιῶς.

℣ 20 *oh mihi*] Ita planè ambo Mss. Pall.

Ibid. *tene Mul.*] In MSS. est: *te m.* Al. *retine Mul.*

℣ 21 *quæso*] Ita emendo ex Manuscriptis. ubi *i. que post q.*

℣ 22 *misere*] MSS. *miserat currit & introm.* (V. C. *intrem.*) *atque certo aq.*

igitized by Google

ỳ 23. quot?] Ita ferè Mss. V. C. quod. Ms. Dec. quot.
Ibid. me rumne ipse] Illæ duæ dictiones, quas diversis litteris expressi in Mss. non videntur. Commodè illæ quidem confictæ sunt: sed præter lib. Mss. eòque subduximus & abesse planè possunt.
ỳ 24 resipiscit] Mss. respicit.
Ibid. nexa hic] Mss. nexam hinc habet. Alij hice.
ỳ 25 laVellis] Ita ductu Mss. emendatus hic locus. V. C. sic: labram ab lavellis fer ad macellum. Ms. Dec. labram ab lauellu fer in aut acemalum Al. ferruminant, artè: sive: arctè admodum op.
ỳ 26 spiraret] Sic emendatus hic locus ex Mss. qui spirarent annon aut eum; Dec. aurem) ad nostam hoc oportuit (Decurt. hoportuit. Al. at eam ad nos jam oportuit. scil. Athenas esse pervectam.
ỳ 27 Sin' magis] Mss. sim vis amo mitt.
Ibid. fleo miser] Mss flo mis. Al. PL. flet mis.
ỳ 28 ecfer. e] Sic leg. ex V. C. ubi: hac forte.
ỳ 29 saluto te] Ita Mss. Al. salveto te familiares p.
Ibid. eo] Mss. ero.
ỳ 31 mi absenti] Mss. me absentit Al. mihi.
ỳ 32 quin fleam] V. C. quin fleat. Decurt. qui infleat.
ỳ 33 æquo] Mss absque diph. ut &, queso. &, quit.
Ibid. scio ego] Sic uterque Mss. Al. absque ego.
ỳ 34 quæres est] Mss. queris absque, est. in Dec. est: set inquit h. unde feci, em!
Ibid. lux salve] V. C. vix. In nullo autem est vox candida. eòque induxi.
ỳ 36 time] Mss. Al. timeas.
ỳ 37 istuc est] Sic Mss. Al. absque est.
ỳ 38 & timeo] Mss. ut tim.
Ibid. palam] V. C. pro illa. Dec. pro alla.
ỳ 39 secundum] Ita ambo Manuscripti: nisi quòd ferri.
ỳ 40 tibi vitio] Ita Ms. Dec. at V. C. absque vitio.
ỳ 41 Parvid ego] Sic leg. ex V. C. ubi corruptè parvos e. nam s & d coaluerunt. postea imperitus Scriba dissolvit in os. Malè igitur Typographus meus omisit & d.
ỳ 43 etiam] Mss. ambo: e ego pauca eloqui.
ỳ 45 Tamen tibi] Mss. quam me tamen t. b.
ỳ 46 mavelim] V. C. malui Dec. mavi.
ỳ 47 Libertus esse] Sic Ms. Dec. nisi quòd, esset. V. C libertatis esset.
Ibid. habe bonum] Mss. habeo b. m.
ỳ 48 Hau mihi!] Sic reliqui in textu: quùm Mss. lectio propius ad illam accederet, quàm ad Heu mihi! sic enim ambo Mss. Ha. um.
ỳ 48 Quom venit] H eversus abest a V. C.
Ibid. fieri] Ms. Dec. sit.
ỳ 49 Mulieres] Mss. mulieris moris disc.
Ibid. strattosi] Mss. strattosi.
ỳ 52 ut mem.] Ms. Dec. ot memin. & V. C. Queso. Et aut . . fieri . . itque L pro I. Et, occeper.
ỳ 54 idem. item] Mss. identidem.
ỳ 55 scisVis] Sic Mss. antiquè. V. C sciuisti qui.
ỳ 56 tum] ro tum abest à MSS. & ambo: sepe.
ỳ 57 scies] Sic Mss. Al. scie.
Ibid. verum] MSS. rerum factum.
Ibid. deces] Sic V. C. Al. disces.
ỳ 59 fidelem n.] Sic ex utroque Mss. emendat. ubi: fidele nulla esse te. Ms. Dec. fidele nulla esse. Al. fide nullà esse te.
ỳ 61 censeam] MSS censeat.
ỳ 63 est strenuè] MSS est trenuè.
ỳ 65 egomet m.] Mss. ego & m.
ỳ 66 feci] Mss. fecit. & amisit.
Ibid. hic intrò] Sic Ms Dec. at V. C. introuinciam.
ỳ 67 Ad Amoris] V. C. at mores m. Dec. Ac mores m.
Ibid. sensi] MSS sensit.

ACTUS QUARTI
SCENA IX.

ỳ 1 memini] Ms. Dec. nemini.
ỳ 2 ego jam] Mss. gonam e.
Ibid. illum] Sic Mss. non illunc.
ỳ 3 investigabo] Sic Mss. Al. investigando ego op.
Ibid. ego] ego abest ab utroque Mss Pall.
Ibid. parco] Sic Mss. Al parso.
ỳ 4 me quærit] Sic Ms. Dec. At V. C Me querit illo huic p.
ỳ 5 Salve] & Salve non est in Ms. Dec. at V. C. habet.
ỳ 6 cæteros] V. C cet absque diph.
ỳ 8 intrò] Sic Ms. Dec. at V. C. intrate ut ea obsecr.
ỳ 9 teque exspect.] Sic Ms. Dec. nisi quòd perit. at: V. C te exspectat. absque, depetit.
ỳ 10 quin intrò is] Mss quid t. is.
ỳ 11 illic] V. C illice se. Dec. illic se.
ỳ 12 in statu] Sic Mss. non: statione. & V. C. instdie.
ỳ 14 quæque] Sic V. C. at MS. Dec. quemque.

ỳ 15.

ỳ 15 *Mulieres*] V. C. *Mulierem od.* Dec. *mulieres cum od.* non; *odere*.

Ibid. *quà Viri*] Sic Mss. Pall. nisi quòd V. C *quasi viri, quà mul.*

ACTVS QVINTVS.

ỳ 1 *sublimem*] V. C. *sublim.* Decurt. *sublimē.*

ỳ 2 *celum*] Ms. Dec. *ea el.*

Ibid. *medius*] τὸ *medius* Mss. nullus adgnoscit.

Ibid. *descendite*] Sic Ms. Dec. at V. C. *descendite*

ỳ 4 *sit actus*] Mss. *vide ut istuc tibi sit tactum.* pro, *adactus.* Quam lectionem Mss. cùm alii Editores ultrò ut non malam adgnoverint, miror cur pro eâ in contextum admiserint illud *actutum* Nempe istis Criticis quod libet licet.

ỳ 5 *gestit*] Ita Mss. Pall. Al *gestio*.

ỳ 6 *pendeant*] V. C *pendeat.*

ỳ 7 *involo*] Mss. *invoco* & *numerò* est in utroq; Mss. Pall.

ỳ 8 *verberetur*] Mss. *veretur f.*

Ibid. *equidem*] Sic Ms. Dec. at V. C. *quidem.*

Ibid. *perij*] τὸ *perij* in neutro est Mss. eòque induxi.

ỳ 9 *subigitare*] Sic Mss. non; *subagit.*

ỳ 10 *feri*] Ita Ms. Dec. at V. C. *eri.*

ỳ 12 *oratus sum*] Sic est in Ms. Dec. at V. C. *decoratus sum ad te venire.*

Ibid. *à Muliere*] Ita factum ex Ms Decurt. ubi *à muttire.*

ỳ 13 *oh! hei!*] Ita emendatum ex Mss. ubi *tolei.* Al. *Hodie.*

Ibid. *quam mox*] Sic ex vestigijs Mss. emend. V. C *quam exego.* Decurt *quam mox ego.*

ỳ 14 *distendite*] Vera hæc est lectio V. C. *u lubet dispendite.* Decurt *ubi lupet dispendite* & sic videtur initio fuisse in V. C. quis scalpellum hic expertus est. At neuter Codex habet, *dispennite.* quod bonâ fide testor.

Ibid. *dispennite*] Mss. ambo: *dispendite.*

ỳ 15 *secat*] Sic uterque Mss. Al *secet.*

ỳ 16 *Loquere*] Ita ex V C. leg. ubi: *n. nihilo factum.* at Ms. Decurt. *loquere nondum donec factum est.*

ỳ 18 *nocitur um*] Sic Mss. ambo. Al. *nunc noc. esse hominí.* V. C. tamen *nemini.* nisi fortè leg. *hominum d. h. r. nemini.*

ỳ 19 *hi. es*] τὸ *es* non est in Mss.

Ibid. *quod verberabere*] V. C. *qm verberare.* Decurt *quod verberare.*

ỳ 20 *me*] τὸ *me* non est in Mss. & V C. *hic mitt.*

ỳ 21 *per Dianam*] Mss. *peridum* Decurt *peridam.* Al. *Dianam.*

Ibid *nocere nemini*] V. C. *men ini.* Dec sic: *Juro peridam & Martem Me nociturum nemini* Quantum igitur ne is e Antiq. ll. i Menechmis assi gere hanc lectionem *Jura te non nociturum esse hominem de hac re neminem*

ỳ 22 *sed mihi id*] Itahic locus ex V C *jure quid factum arbitror.* at Ms Dec *q. e h vapulo sed mihi idem fac. a.* Quam lectionem servamus ut probam. Al. *vapularim jureq; id f. a. b.*

ỳ 23 *abeo*] Mss. non; *habeo.*

Ibid *noxiâ*] V. C. postea, *noxa.*

ỳ 25 *post ibi*] Sic Mss. totidem syllabis leg. Al *post tibi amittendum cens*

ỳ 26 *quon Adv*] Sic Ms. Dec. at V. C *qm evocatus bene mihi adest.*

ỳ 27 *salvis Test.*] Sic Ms. Dec. at V. C *suavis testibus.*

ỳ 28 *Venerium*] V. C. *Venerum ne populum.*

ỳ 30 *Machæra*] Mss *macra.*

ỳ 31 *amittis*] Ita emend. ex Mss. nam V. C. *etiam animam mittis.* Dec. *e. a. amittis.*

Ibid. *mitis sum*] V. C. *mitissime quidem fustibus.*

ỳ 32 *istum*] V. C. *istuc.*

Ibid. *jam*] τὸ *jam* non est in Mss.

ỳ 33 *arcebo*] Mss. *arcebo cestibus.* Al. *testibus.*

ỳ 37 *ille*] Sic Mss. non; *illic.*

ỳ 38 *qui*] Sic Ms. Dec V. C. *quid.*

ỳ 39 *cessarunt*] Sic Decurt. at V. C. *cessavarunt.*

ỳ 40 *atq; ampl.*] V. C. *neq; amplex.* Et, *Ve.*

ỳ 41 *Viri*] Mss. *se. vir Palestr.*

ỳ 42 *Is me*] V. C. *Is me inlexit fraude in jur.* Dec. *u me hinc illexit fraude.*

ỳ 43 *Mœchis*] V. C *mæchus fuit.*

Ibid. *fiet*] V. C *fix et.*

ỳ 44 *ad me*] Mss. *at me pl.*

Digitized by Google

NOTÆ CRITICÆ, In MERCATOREM.

ARGUMENTUM. I.

ÿ 1 *mercatum*] Sic Mss. Al. *mercator*.
ÿ 4 *confingit*] Mss. *conficit*.
ÿ , *ad se*] Sic V. C. ut sit tmesis. V.C. *adsimul*. Dec. *h. se adsimul* Al. *h seq, assim*.
ÿ 7 *sibi*] Mss. *siti*.
Ibid. *obduxisse*] Ms Dec. *obduxe*.
Ibid. *scortum*] V.C. *cortuum*. in nullo autem est τὸ *sibi* quod ea propter diversè excudi debuit.
ÿ 8 *invenit*] Sic Mss. Al. *invenerat*.

ARGUMENTUM II.

ÿ 1 *à se dum*] Sic Ms. Dec. adeò ut alij injustè maledicant Pylad, quasi ipse τὸ *dum* ex suo ingenio inseruisset. In V. C. sic leg. *ad sotium fil.* Al. *à sese fil.* malè, & contrà libb. Mss.
ÿ 2 *Is peregrè*] Mss. *is p milis red.*
Ibid. *Mil-*] Sic Mss. ambo pro: *Miles*. Al. *unius red.*
Ibid. *Hospitis*] Sic est in in Ms. Dec. at V. C. *Militis*.
ÿ 3 *venit*] Mss. *ut vehit*.
ÿ 4 *visamq;*] τὸ *que* non est in Mss. Pall.
ÿ 5 *percon-*] Mss. *percunet*.
Ibid. *Servos*] V. C. *servi pedis*.
ÿ 6 *ait*] τὸ *ait* exulat ab utroq; Mss. Pall.
ÿ 13 *exspes*] Mss. *expers p.*
ÿ 14 *Prohibetur*] Mss. *prohibebere à sod.*
ÿ 15 *Orat.*] Sic ambo Mss. Al. *onerat suo c. p.* h. e. malis verbis seu maledictis onerat.

ACTUS PRIMI SCENA I.

ÿ 3 *dem* Sic V. C. at Ms. Dec. *id est f.* Al. *item*.
ÿ 4 *Amator*] Sic quidem rectè leg. sed falsum est, quod dicunt nonnulli, ita esse in Mss. cùm uterque habeat, *vidi amoris f.* Al. *amantes*.
ÿ 5 *miserias*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *mis. au narras s.*
ÿ 6 *Humanas*] Mss. *humanisq.*
ÿ 10 *Marci*] V.C. *mattici*. Dec. *mattici* è quâ corruptâ lectione vera illa emanavit. *Al. M. Atti.*
ÿ 11 *me meus*] V. C. *meneum m.* & uterq; *Rodus.*
ÿ 13 *Abij*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *ibi*. & uterque *accepit*.
ÿ 14 *eà, ut*] Mss. *eam ut sim*.
ÿ 15 *advortendum*] Mss. *advortendam ut an.* absque *ad.* quod tamen admiserunt Editiones aliæ. sic: *atq; ad adv.*
ÿ 16 *Et hoc parum*] Secutus sum vestigia V. C. ubi *Eit h p. ess more maiorum inst.* Ms. Decurt. *Et h. p. esse m. majorem inst.* quomodo Novitij quidam correctores retinent; ac sequentem versum sic legunt, ut paulo post ind ca. i.
ÿ 17 *Per me*] Et hunc versum ductu Mss nostrorum sic leg. puto. Ambo sic habent: *Per mea perconatus sum uos sumq; inde ex ilico.* Alii remotiùs discedunt ab auctoritate Mss. *Prius ac percontatus sum vos, sum si indicium ilico.* hoc sensu: parùm ex more majorum egi, (qui in proœmiis benivolentiam captarunt.) quod prius facultatem mihi sumsi, amoris mei indicandi, quàm sim percontatus, an liceat.
ÿ 18 *sectari*] V. C. *sectare*.
ÿ 20 *quemq;*] Sic ambo Mss. Pall.
ÿ 21 *multat*] Ita disertè Ms. Decurt. at V. C. *solitudo mutat.* Al. *mactat*.
ÿ 22 *grandi*] V. C *grande malo*.
ÿ 23 *studuit*] Ms. Dec. *studet* Falsum verò & V. C. sic legat. Ibi enim *studit ac leg.* Quod quamvis minutum est: tamen moneo, ne injuria fiat optimis Membranis Pall.
ÿ 24 *que dixi*] V. C. *hec quod dixi*.
ÿ 25 *Error*] V. C. *erumna errore terrore fuga.* Ms. Decurt. *erum. error & terror & fuga.*
ÿ 26 *stultitiaq;*] Sic ambo Mss. nisi quòd in fine: *temerita st.*
ÿ 28 *cupiditas*] MSS. *& cup m.*
Ibid *Malivolentia*] Sic Ms. Dec.
ÿ 29 *Inhæret*] V.C. *Ineret*.
Ibid *residia*] Sic ambo Mss Al. *incuria*.
ÿ 31 *Parum loquium*] Sic Mss. ambo. non; *Pauciloquium*.

ÿ 32

✝ 31 *usu*] V. C. *n. sunt vidi.* Decurt. *n. sunt usuidi*

✝ 33 *profert*] *Mss. tam amator proferri.*

✝ 34 *rursum*] V. C. *H. pauc. sumit c. p.* Dec. *H. pauc. rursum ide.*

✝ 35 *unquam*] Sic Ms. Decurt: at V. C. *n. unquam.*

Ibid. *callidè*] Ita profectò disertè est in optimo V. C. Palat. *adeos call. de non*; *callidus facundusq.* quòd solùm est in Ms. Decurt Quâ fronte igitur alii Editores clamant omnes Mss. & Edd. sic legere. *τὸ que* est *qua.* non conjunctio.

✝ 36 *sit*] MSS. *i. r insit sua ut.*

✝ 38 *Amorem*] Sic ambo MSS. Al. *Amor & Venus me hoc legârunt die.*

✝ 9 *conata*] Sic V C. qui; *& conata.* MS. Dec. *certum iconata.* Vndè aliqui, *incoata* non malè.

✝ 40 *animus ephebus*] Ita disertè exstat in MSS. Pall. nisi quod *phœbus* habeant. neq; verò malè *animus ephebus* dicitur *κατὰ σύνεσιν* usitatam Poetis. Aliorum commenta insuper habemus meritò, cùm non nitantur fundamentis MSS. Codd. Sic enim leg. *animus ephebis ex. ex.* Al. *atq; atas ex ephebo exijt.* Al. *ut ex ephebis at. e.* Al. *p atq; anni ephebitated exij.*

✝ 41 *meus*] MSS *meust.*

✝ 43 *Res exul*] MSS. *Rex exul.*

Ibid. *clam*] MSS *jam.*

✝ 45 *quid;*] Sic MS Dec at V. C. *quoq;* Vterque absq. *ut.* E V. C. *rapibat*

✝ 46 *hac me*] Sic Mss. sed absque *me* Al. *hic.*

✝ 49 *mussas*] Sic ex MSS. leg. antiquè. pro *mussant.* V C. *mussa* Dec. *mussa.* Sic dicebant, *pregnas* pro ; *prægnans.*

✝ 50 *negitare*] V C. *neritare.* C. pro G.

✝ 51 *prædicare*] V C *pradicaeret.*

✝ 52 *mutuitanti*] V. C. *mutuanti.* Decurt. *mututanti.*

✝ 53 *illexe*] Mss. *inlexit.*

✝ 55 *exhaurire*] V C *exurire.*

Ibid. *quirem*] V C *q. querem.*

Ibid. *domum*] Sic MSS. Al. *domo.* quod cur præ altero in Textum alii Editores admiserint, nescio nam & ipsi judicant lectionem MSS. meliorem sensum inducere.

✝ 56 *ipsius*] Sic vetustissimus MS. Pal at Decurt. *ipius.*

✝ 57 *Omnis labores in.*] Hanc puto germanissimam lectionem, ut & versu seq. ex Mss. Pall. ubi sic leg. *invenisset perferis.* & *Mors sui difunditari.* MS. Decurt. *more sui diffund.* Al. hunc versum exse hic conceperunt: *omni quod modo quom juvenis ipse parseris Me videret fund.* Al. *invenisset perferens.*

✝ 58 *dederis*] Sic factum ex vitiosâ lectione Mss. ubi V. C. *die heret.* Dec. *diedere.* Vett. Edd. *dedere.* Al. *diffunditare acdedere.*

✝ 59 *Convitium*] Hæc vera est lectio. Mss. ubi *conjurium.* perperam; Scribæ vitio. A. *commulcum.* h. e. livorem, vicibem, *ὑπώπιον*, à multando. h. e. cædendo. Simile mendum Vide lib 1. Ep. 11. Cic. ad Attic. Al talia hic fingunt. sed nos insistimus vestigiis Mss. libb.

✝ 60 *Suisq; ingr.*] Hic versus in neutro MSS. Pall. repertus ideò subduxi.

✝ 61 *pudere*] V. C. *n. luderet ne luderet viveret. viveret.* MS Decurt. *n. si luderet ne luberet vivere. sese.* V. C. *expheb.*

✝ 63 *Non ut*] MSS. *Nonne u. e. amori.*

Ibid. *desidia*] V. C. *insitia.*

✝ 65 *esse*] Sic MSS non; *sese.*

✝ 66 *immundo*] Ita ambo Codd. Mss. nisi quòd Dec. *imm.* Al. *inmundo.*

✝ 67 *Anno*] Sic MSS. non; *quoq; anno.*

Ibid. *positum*] Sic MSS. ambo Al. *possetum v.* Al. *assuetum vis* Mihi l. & o MSS. adproba est.

✝ 68 *pepium*] Sic MSS. ambo.

✝ 69 *rursum*] Sic V. C. at Dec. *rursum.*

✝ 70. *primum*] Sic ambo Mss. non; *plurimum.*

✝ 71 *laboravisse*] V. C. *laboragisse.*

✝ 72 *Occas.*] V. G. *orcasus t.* Dec. *occasis t.*

Ibid. *feru*] V. C. *eris.* Dec. initio *faris.* fortè, *fare ru.* posteà; *feris.*

Ibid. *metu*] Sic uterque Mss. non; *metes.*

✝ 73 *iste*] V. C. *isti.*

✝ 74 *recessit*] Mss. *recesset* quod non rejicio.

Ibid. *corpore*] V. C. *cerpera.*

✝ 76 *Navim*] V. C. *navem.*

✝ 77 *sem Persis*] Verissimam hanc lectionem repræsentant Mss. Pall. *a eam semper fiu* (Decurt. *semperis*) *vectaund* Alii mira deliria confinxerunt ex suo ingenio. *a. eapse merces u. un.* vel; *a. eâ, s met sic u. un.*

✝ 78 *quæ tum*] Mss. *questum.* corruptè.

Ibid. *peperisset*] Ms. Dec. *peperisse.*

✝ 79.

Digitized by Google

℣ 79 *deceret*] MSS, *diceret.* bis. τὸ *i* pro *e.* positum est.
℣ 81 *odio*] V. C. *hodie.* Mss. *quod.*
℣ 82 *ut ut*] τὸ *ut* non est in Mss. V. C. *nonan cleit p.*
℣ 87 *gerariam*] Ita sanè ex pressè Ms Dec. at V. C. *navem gubernatorum &c.* Alii finxerunt *Cercurum.* quod absq; auctoritate Mss. in textu alii Editores retinuerunt.
℣ 89 *adnumerat*] Mss. *abnumerat.*
℣ 90 *unà mittit*] V. C. *vanam.*
℣ 92 *eijsce*] Mss. *isset conf.*
Ib. d. *Navim*] V. C. *navem f.*
℣ 95 *facto*] Sic ambo Mss. non *facio.*
℣ 97 *illi*] Sic Mss Pall.
℣ 102 *illa*] V. C. *illi.*
℣ 105 *Dico*] Sic Mss. Al. *Dicens pro mer.*
Ibid. *munem*] Sic Mss. Al. *memorem.* malè, nam certè alterum optimè conveniit.
℣ 107 *resciscat*] V. C. *rescitat.*
℣ 110 *timeo*] V. C. *temeo.*
Ibid. *siet*] Ms. Dec. *sit.*

ACTUS PRIMI
SCENA II.

℣ 2 *agedum*] Mss. *agendum Achantio.*
℣ 3 *Pigritia*] Sic Mss. Al. *pigritiâ pravortier.*
℣ 4 *enicato*] Sic ex Mss. leg. V. C. *emicat suspir.* Dec *enicat spir.*
℣ 5 *plenissime*] Ita ambo Mss. Al. *planiss.*
Ibid *sunt*] Sic Mss. Al. *auv. erunt.*
Ibid. *aspellito*] Ita ambo Mss. Codd. non; *cispellito.*
℣ 6 *detrude*] Sic Ms. Decurt at V. C. *detrudetur jam inv.*
℣ 7 *haud quisq.*] V. C. *heuquisq.*
℣ 9 *autem*] Sic uterque Mss. non, *ante.* V. C. *jurigandum.*
℣ 11 *nunciet*] V. C. *nuntient.*
℣ 12 *Quam max.*] Mss. sic: *Quam res. tam max.*
℣ 15 *nihili*] Mss. *mihi ibi en.*
℣ 17 *balnea*] Ambo Mss. *balinea.*
Ibid. *eximent*] V. C. *eximeant.*
℣ 19 *scire me*] Sic Mss. Pall. Al. *ex hoc med. ut f. e.*
℣ 20 *assulas*] V. C. *bis cassul.*
℣ 21 *Charinus Erus*] Sic Ms. Decurt. *ubi Charinus erus.* at V. C. *Char. Servus.* Al. *ubi Charinus, heus! Domine.*
℣ 24 *malè agitant*] V. C. *mala agitans.*
℣ 25 *perimus*] Sic Mss.
Ibid *CH. Principium*] In Mss. lacunæ hic visuntur: tamquam si quid desit: Ordo quoq; versuum is est in V. C. quem asteriscis notavi.
℣ 27 *Ramices*] V. C. *ramites.* Ms. Decurt. *tramites.*
℣ 30 *pol*] V. C. *Hom. ego irac.* Ms. Dec. *Hom. irac.* uterq; absq; *pol.*
℣ 41 *pol*] Etiam hic τὸ *pol* non adgnoscunt Mss.
℣ 34 *usquam*] Sic ambo Mss. nisi quòd, *possit.*
℣ 27 *quòd*] Sic lego ex V. C. Dec. ita ut τὸ *d.* hiatûs causâ ad tatur: ut sæpè. Ms. Dec. *quo.* Al. *quoi.* Et Ms. Dec. *accedit.*
℣ 38 *Hem*] Sic Ms. Dec. at V. C. *em.*
℣ 39 *obesse*] Sic uterque Mss. κατὰ τμῆσιν. Al. *esse obseq.*
℣ 40 *qui me*] Sic Ms. Dec. at V. C. *quam mer.* Al. *quoniam.* vel; *quâ mer.*
℣ 42 *cis*] τὸ *cis* abest à Mss. Al. *cis p. m.*
℣ 44 *sim*] Mss. *sum.*
Ibid. *eloquutus*] V. C. *eloquiui scisset m.* Ms. Dec *sisse m.*
Ibid. *ab*] V. C. *Ha!* Dec. *a h.*
℣ 46 *tun*] Sic Mss. Dec. V C *tum.*
℣ 48 *ex somno*] Sic Mss. Al. *è somno.*
℣ 49 *à portu*] V C. *adporto.*
℣ 51 *Peri*] Sic Mss.
℣ 52 *dixti*] Sic Ms. Dec. at V C. *tu dixi. ego taceo.* Al *tu dixti* CH. *ergò taces.*
℣ 54 *Obsecro diss.*] Hi quatuor seqq. versus sic concipiuntur in Mss. at nonnullis videntur trajecti, uti per numeros notavi.
Ibid. *jam me*] V C. *d. jamne.*
℣ 55 *vapulem*] Sic Mss. Al *vapules.*
℣ 56 *Hercle verò*] V. C. *nisi à jam loq.* & Ms. Dec. *Hercule verò.*
℣ 57 *Hoc sis vide*] V. C *Hoc si vide.*
Ibid. *quando occ.*] Sic ambo Mss. non, *quum oc.*
℣ 62 *Armamenta*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *ornamenta.*
Ibid. *sana*] Sic Ms. Al. *sarta.* & ℣. 63. *quæreb.*
℣ 64 *eripis*] Sic Ms. Al. *eripis. tace.* CH. *taceo.* AC *credo.*
℣ 67 *malum mihi*] V. C. *ut tu mihi malum f. palam.*
℣ 68 *oras*] V. C. *me ocras.*
℣ 69 *AC. Tuam*] Sic Mss. & legunt & versus disponunt

Digitized by Google

ponunt. Videntur tamen aliquibus transpositi, uti notavi.

Ibid. *quid eam*] V.C. *quidam*.

℣ 71 *eam*] τὸ *eam* non est in Mss Pall.

℣ 72 *à me*] Neq; istæ tres particulæ sunt in Mss. V.C. *in hoc dierectius nug*. Ms. Decurt. I *hinc dierect*. sicut expressimus.

℣ 73 *respondeo*] V.C. *respondebo*.

℣ 75 *Navim*] V.C. *i navem*.

Ibid. *uti prora*] Sic Ms. Decurt. at V.C. *ut prope astitis*.

℣ 77 *Ebo tu*] Sic Ms. Decurt. V.C. *ebo tu hoc cavisti*.

℣ 80 *studuimus*] Ita Mss. ambo. Al. *Componendis tumicibus*. malè: & contrà lib. Vide similem locum, Stich 5. 3 ℣. 5.

℣ 82 *conspicatus est*] Sic Ms. Decurt. at V.C. absque *est*.

℣ 83 *subterfugi*] Sic Ms. Dec. at V.C. N. *m. subter atuis tem; tatibus*. & Mss. *fovis temp*.

℣ 87 *quoja esset*] V.C. *cui esset*. Ms. Decurt. *cujus esset*.

℣ 89 *visu'st*] V.C. *visunt t*. Ms. Dec. *visum tibi* & versu seq Mss *subig*. non; *subagit*.

℣ 94 *Stultitia*] Mss per *c*. Al. *Quid faciam cedò*. Sed ambo MSS *credo*. Et ℣ 96. MSS. *mandat*. ut & ℣. 100. *suspitio* per *t*.

℣ 101 *mihi*] τὸ *mihi* abest à MSS. Pall.

℣ 105 *Navim*] V.C. *navem*.

℣ 107 *Posteaquam*] Mss. *postea aspicit te*.

℣ 109 *temptabit*] Sic Mss. Pall.

Ibid. *hàc ibo*] Sic Ms. Dec. at V.C. *h. ibi p*.

℣ 110 *quin ed*] V C. *quinne ego huc p g*. Dec. *quin ego hac pr gr*.

℣ 111 *electaret*] Sic ambo MSS. Al. *eluctaret*. malè.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

℣ 2 *somnia*] Sic ambo MSS Volebat olim Conradus Rittershusius, in litteris, quas ad me dederat, ut reponerem ex sentent à Passeratii *: omina*. sed cùm MSS. Pall. antiquissimi refragarentur, optimo Amico non potui gratificari.

Ibid *insomnis*] Sic divisim scribendæ duæ dictiones non; *insomnis*. quomodo tamen utrque MSS. Pall repræsentant.

Ibid. *danunt*] V. C. *clamant*. Ms. Dec. *donant*.

℣ 7 *amba*] V. C. *nisi ambo nunc essent*. MS. Dec. *nisi ambai. u. e. l.* falsum igitur, quod alij notant, omnes MSS. legere; *ambo*.

℣ 9 *custodiã eam*] Sic ambo Mss. sed absque *eam*. Al. *custodelam Simia*.

℣ 11 *convicium*] V.C. per *t*.

℣ 12 *sese*] Sic Dec. at V.C. *ait se illius*.

℣ 13 *dampnum*] Sic MS. Dec.

℣ 15 *amba dedisse*] V. C. *dotem ambo dedisse*. Dec. *Doteam pededisse*.

℣ 17 *amba dederit*] V.C. *dotem dederit*. MS. Dec. *dotem ambe dederit*.

℣ 20 *domum intrò*] Sic MSS. non; *intrò d*.

℣ 21 *Atq; oppidò*] Ita hi duo versus in MSS. concipiuntur. Alii invertunt contra libb. MSS.

℣ 24 *hœdus*] Sic Mss. & absque diph. Al. *ad me Hœd*.

℣ 27 *lugere*] MSS. *ludere*.

Ibid. *illam*] τὸ *illam* non est in V.C. sed MS. Decurt. habet

℣ 30 *quid*] V.C. *quod*.

℣ 31 *luce*] Sic Mss. non; *luci*. & Ms. Decurt. *semul*. antiquè.

℣ 32 *hic id*] Sic ambo MSS Al. *illic*.

Ibid. *volui*] V.C. *voluit*.

℣ 33 *Navim*] V. C. *navem*.

Ibid. *quã'st*] Sic MS. Dec. *qua est*.

℣ 34 *visere*] V.C. *misere scandum limb*. MS. Dec. *visere. Asc. i. l.*

℣ 35 *Navim*] MSS. *navem adveor*.

℣ 36 *aspicio*] Sic sanè ambo MSS. Al. *Ellam conspic*. Miror itaque cur Editores novissimi hæc figmenta in textum admiserint.

℣ 38 *non ita*] Sic Ms. Dec. at V C. *non ita amarem ut s. f*

℣ 43 *quanti*] Sic Ms Dec. nisi quòd *sim*. at V.C. *qui siem*.

℣ 46 *conticescam*.] V. C. *conticiscam*.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

℣ 1 *Hircum*] Mss *ircum*.

℣ 2 *ruri*] V. C. *rura quan exibent neq*.

℣ 3 *nec auspic*.] Sic Ms Decurt. at V.C. *quasi id q m̃ meuo*

℣ 7 *prastò*] MSS. *pisto* Al. *pusto*.

℣ 11 *Ei*] Sic planè V. C. pro *i*. a: Ms. Dec. *fiet. hoc mom*.

Digitized by Google

℣ 12 *& tu*] Istæ duæ dictiones non sunt in Mss.
℣ 13 *salve*] Sic Mss. ambo Al. *salveto.*
℣ 14 *faciunt*] Ms. Dec. *faciant.*
℣ 20 *Vetus*] Sic ambo Mss. Al. *victus.* Vide Lex. Al.i etiam: *Senex vetus.*
℣ 21 *Lysimache*] V. C. *Lusim.*
℣ 25 *rusum*] Sic V. C. antiquè.
℣ 27 *si scias*] τὸ *si* abest à Mss. Pall.
℣ 29 *non bonum'st*] Ms. Dec. *quàm b. e.*
Ibid. *malam rem*] V. C. *mala è re dico.* Mss. Dec. *mala re dico.*
℣ 32 *litterarum*] Mss. *litterarum.*
℣ 35 *si canum*] Ita ambo Mss. Al. *seu.*
℣ 37 *si falsum*] Sic Ms. Decurt. at V. C *si falsum stat sloq.* Al *f. est, nec uti loq* quam lectionem alii prætulerunt manifestæ lectioni Mss. libb.
℣ 40 *secari*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *seu secare censeo.*
℣ 41 *auctor*] Sic Mss.
Ibid. *hic emces*] τὸ *hic* abest à Ms. Dec. & V. C. *a. h. est.*
℣ 42 *vidisti*] V. C. *vidistis.*
℣ 44 *Tantidem est*] Sic Ms. Dec. at V. C. *tam idem est.* Al. *Tantundem est.*
Ibid. *quasi sit*] Sic Mss. non; *quasi si.* Vide Lex. Plaut.
℣ 46 *suscenseas*] Sic Mss. Pall.
℣ 47 *fecere*] V. C. *facere.*
℣ 49 *ne objurga*] Ita ex Ms. Decurt. leg. ubi: *nesis ne objurga* at V. C. *nescu me obiurgare.*
Ibid. *hoc*] Sic Mss. pro, *huc.* Al. interpretantur *ad hoc.*
℣ 50 *quin*] Mss. *qui non obj.*
℣ 51 *ab ne*] Mss. mendosè. *a bene dessivarint.*
℣ 55 *benè val.*] V. C. *b. valete.*
℣ 57 *Gnatum*] V. C *cnatum.*
℣ 59 *persuadere*] Mss. *persuade quom.*
Ibid. *potissim.*] Sic ambo Mss. non; *potie siem.*
℣ 60 *neve*] τὸ *ve* non est in V. C. seu Dec.
℣ 61 *ei dono*] Sic V. C. at Ms. Decurt. *nam idoneo adv.*
Ibid. *præcauto'st*] Sic Mss. Al. *prae. opus est.*
℣ 62 *Ne ad illam*] Mss. *ne hic illam m. an.*

ACTUS SECUNDI

SCENA III.

℣ 1 *æquè*]. Sic Ms. Decurt. at V. C. *atq; opin.*
℣ 3 *ut*] τὸ *ut* abest à Mss. Pall.
℣ 9 *oblectitur*] Ita ambo Mss. unico. *t.*
℣ 10 *Neque is*] V. C. *ne quis cum r. q. l. cogitat unde est.*
℣ 11 *animi*] Sic ambo Mss. Al. *Ita an. i. pect. inc. certant decem.*
℣ 13 *meu'st*] Sic V. C. at Ms. Dec. *meo'st.*
℣ 19 *Atq; illam*] Sic Mss. Al. *Atq; illam abstrahet t. m. h. v. asportans* ut τὸ *Atq;* positum, pro; *statim.*
℣ 20 *savos*] Mss. absque diph.
Ibid. *doctus*] Ita ambo MSS. Al. *quàm sit homo, & durus.*
℣ 22 *extrusit*] Ms. Dec. *extruxit.*
℣ 23 *ire jussit*] V. C. *jussi tibi.*
℣ 25 *Nequiquam*] Si Mss. Pall.
℣ 28 *Ibi ill.*] Sic Mss. Al *q. tibi il. a.*
℣ 30 *solus*] V. C. *solum.*
℣ 31 *Atate*] Ita Ms. Decurt. at V. C. *at tace.*
℣ 32 *meus pater*] Sic V. C. Decurt. *meus quidem h.*
Ibid. *ibo*] V. C. non habet τὸ *ibo.*
℣ 34 *quid est*] Sic Ms. Dec. at V. C. *q. est tibi. quid com. e. color.*
℣ 36 *posteà*] V. C *postehac n.*
Ibid. *mea ex sentent.*] Mss. *me ex sent.*
℣ 37 *oculi*] V. C *nunc odi.* quod est; *ocli.*
℣ 38 *Magis*] V. C. sic distinguit. *mirantur tui. C H. Magis opinor. Dr. Idē pref.*
℣ 39 *edep. palles*] Sic Mss. Alii omittunt τὸ *palles.*
℣ 43 *ad vorsum*] Sic ambo Mss. Pall.
℣ 44 *Salves*] Ita ambo Mss. Pall.
℣ 45 *quòd ille*] V. C. *quod mea me solus sed inc.* Ms. Decurt. *quod illa me s. se in cons.*
℣ 47 *haud etiam*] Mss. *aut etiam.*
℣ 48 *hunc nesc.*] V. C. *huc nesc.*
℣ 52 *suscitare*] V. C. *suscitare.*
℣ 53 *Usq; ne*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *usq; val.*
℣ 54 *quianimus*] V. C. *quia nim is.*
℣ 56 *Rhodo*] Ms. Dec. *è Rhodo.*
℣ 59 *Mihi quidem*] Sic Mss. Al. *Sic quidem edep.*
℣ 64 *quæ*] τὸ *quæ* abest à Mss. Pall
℣ 65 *Herum c*] Sic Ms Dec at V. C. *herum ancillam hil . . . .*
℣ 67 . . . . . V. C. *Nervas.* Decurt. *duas* Al. *duis.*
℣ 72 . . . . . Mss. . . . . .
℣ . . *molesti sint*] Sic Ms Dec. at V. C. *molesti sis innocens.*

nocent ostium.
℣ 74 *elogiorum*] Mss. *elegeorum.*
℣ 76 *obiectent*] Sic Ms. Dec. at V.C. *obicient.*
℣ 77 *quin tu*] Mss. *qui tu*
℣ 80 *Aegyptiam*] Sic Ms. Decurt. at V.C. *aut cypiam.*
℣ 81 *coquet*] Hæc dictio additur in V. C. & abest à Ms. Dec.
℣ 82 *flagitl*] Sic V. C.
℣ 84 *opu'st*] V. C. *opus.* absq; *est.*
℣ 85 *litigare*] Mss. *litigari.*
Ibid. *quàm tuam*] Sic Mss. Al. *neq; tuam autem.*
℣ 87 *ecferri*] Sic Mss. nisi quòd V. C. *exferri.*
Ibid. *domo*] Sic Mss. Alii suspectam lectionem volunt: & mutandam. Al. *afferri domo.* h. e. quàm ut in domum meam aliquid flagitij, occasione istius mulieris inferatur.
℣ 90 *illom*] Sic Mss Al. *olim m.*
℣ 92 *istanc*] Sic Mss. non; *illam.*
Ibid. *mulierem*] τὸ *mulierem* abest à Mss. Pall.
℣ 95 *ah! nescis*] Sic ambo Mss. Al *at nesc.*
℣ 97 *ubinam st*] Sic V. C. & Ms. Decurt. pro: *ubinam est.*
℣ 98 *quineq;*] Sic Ms. Dec. at V. C. *quoq;*
Ibid. *addere*] Ms. Decurt. *adere.*
℣ 99 *illunc Dî*] Sic Ms. Dec. at V. C. *illuc Dij se licent.*
℣ 100 *adnutat*] Sic Ms... Al. *annutat*: vel; *innutat*
℣ 101 *commodis*] Sic Mss. Pall.
℣ 102 *habebo*] Sic Ms Dec. non item V. C. qui, *habeo* Et amb : N q iquam
℣ 104 *Potinne ut ne liceret*] Ms. Dec. *ut ne litigare.* V. C. *ut liceret.* Al. delent τὸ *ne* in *potinne*: & addunt; *an mei sent.* sed contra libb. Mss.
℣ 105 *predam*] Ms. absque diph.
Ibid. *cui emitur*] Sic Ms. Dec. at V. C. *qm̃ mentitur* ∫.
℣ 107 *effl ctim*] V. C *efflictim* p.
℣ 112 *accepi*] Mss. *accept*
℣ 116 *Ego scio*] Hic ve s.. in Mss. Pall. reperitur: qui ab aliis Editionibus deerat.
℣ 120 *nec ne*] V. C. *nec me* Ms. Dec. *ab abena*: cum lacunâ.
℣ 121 *quòm ille*] V. C. *tum ill.* Dec. *cum i.*
℣ 123 *quin ad*] Sic Mss. nisi quòd V. C. *navem.* no... *navim.* Al. *jam nunc eo.*
℣ 125 *tres*] V.C. *tres.*
℣ 126 *excusatio*] V. C. *excusatio.*
℣ 127 *Vites*] Sic V C. antiquè. Ms. Dec. *ne bites.*
℣ 130 *sed me*] τὸ *sed* abest à Mss.

ACTVS SECVNDI
SCENA IV.

℣ 3 *quid mihi'st*] V. C. *q. m. sustinuit boni.* at Ms. Dec. ita habet ut expressi.
℣ 4 *me ibi*] Sic V. C. at Dec. *ibi me.*
℣ 8 *Non tu*] Sic Mss. ambo. Al. *Num.* malè.
℣ 12 *qui seu*] Sic uterq; MSS. alii absq; *seu.*
℣ 13 *satin*] Ita Mss. Similis locus Trin. 4. 3. ℣. 6.
℣ 16 *cave istuc*] Sic MS. Dec. at V. C. *cave tu.*
℣ 18 *Qui potius*] Sic Mss.
℣ 19 *at erit id*] Sic ex Mss. leg. ubi, *at eritis.* Al. *unde at id.*
℣ 21 *Medicum*] Ms. Dec *medicinum.*
℣ 22 *illam*] Sic MSS. non; *illanc.*
℣ 23 *Adicito*] Sic Mss. Pall. unico *i.*
℣ 30 *Domi maneto*] Sic est in utroq; MSS. Pall. *Domi me ergò man.*
Ibid. *cum Pradâ recip.*] Ita ambo Mss. Al. *cum Pradâ ut recip.* Al. *face pradam ut recip.*

ACTVS TERTII
SCENA I.

℣ 4 *Quid tibi*] Sic Mss. at Dec. *Qui tibi.* Al. *Quid est tibi? Quid quod.*
Ibid. *ut lament*] Sic ambo Mss. non; *quod lam.*
℣ 6 *Cur emeru*] Mss. *cur empris me.*
Ibid. *facias*] V. C. *factas.* fortè; *factes.* nam & alibi hoc verbo utitur noster.
℣ 9 *laboriose*] Mss. *Laboriesè.*
℣ 10 *bajulare*] MSS *bajolare.*
℣ 11 *pecua*] V. C. *peculia.* at Dec. *pecula.*
℣ 13 *illic vnde*] Mss. *illim u.*
℣ 18 *quod nomen*] Mss. *quid n.*
℣ 20 *subtemen*] Ita Mss non. *subtegmen.*
℣ 23 *inde*] Sic Mss. Al. *inda.* antiquè: pro; *in.* Vide Lex Plaut.
℣ 24 *Quòm sois*] Ita sanè scriptum est in V. C. *qm̃.* quod ubivis pro, *quòm* sumit liber ille vetus. non; *quoniam.* ut falsò persuasus est nonnemo. ideò Ms. Dec. habet *cum*
Ibid. *pol docta*] Sic Mss Al. *pol à muliere doctâ. id.*
℣ 26 *Quim*] Ita hic locus est emendatus. V. C. *Quem t. ate. d.* at Ms. Decurt. *Quam tibi eccillam ?* Al. *Quin etiam tibi ... illam d.* τὸ *etiam* in nullo est Mss. ... induceendum.

℣ 27 *Grati'st*] Sic Mss. ambo. nisi quòd Decurt. mendosè: *granst.* V. C. autem *gen. gratist.* non satis igitur bonâ fide aliorum Excerpta alij exscripserunt. Al. *generis gratia'st.*

℣ 31 *quoia sum*] V. C. *cuius s.*

℣ 32 *mihi*] τὸ *mihi* non est in Mss. Pall.

℣ 35 *habere*] τὸ *habere* non est in Mss. Atq; aliqui hos versus sic trajiciunt, uti notavi per numeros. Nos sequimur Mss. Codd. tenorem.

℣ 41 *an Mar. ille est*] Ita rectè legitur ex vestigijs Mss. Codd. ubi uterque: *amaturus'st.* τὸ *ille* aliunde adsutum est.

℣ 45 *Nihil est*] Sic locus hic interpungitur, & distinguitur in Mss. Pall.

℣ 46 *prohiberem*] Sic ambo Mss. non; *perhiberem.* V. C. absque *me.*

ACTUS TERTII
SCENA II.

℣ 2 *& clam*] Sic sane legendus hic locus ex Mss. Pall. ubi; *clam uxorem etiam f.* Al. *clam uxore meâ & filio.*

℣ 4 *Decurso*] Sic Mss. Al. *Dec. jam st.*

Ibid. *reliquom'st*] V. C. & ferè Dec. *reliquum st.* V. C. *relicuum st.*

℣ 7 *quom sis*] Sic ex Mss. leg. ubi V. C. *Adul. cum sis tecum cum. c. s. i.*

℣ 10 *potestur*] Ita hic locus à me restitutus est ex Mss. Pall. qui totidem pænè litteris sic habent: absque temen *vales*: quod nescio undè irrepserit è scrinijs novitiorum Correctorum. Nolim verò tã temerè ac protervè alios pronunciasse, τὸ *potestur* in nullo Mss. reperiri. Ecce enim sic in antiquissimõ V. C. Pal. *Te conl. dum potestur sed jam lucrosi* In Ms. Dec. *Te collocet dum potest aut sedium.* Quis non videt? expressè *potestur* ibi legisse imperitum Exscriptorem. Alii licenter: *Te dum potestur, collocet: si vales id i. l. est*, intereà numeri sic rectiùs haberent.

℣ 12 *huc invisam*] Sic est in Mss. Al. *huc ad me intervisam d.* Vid. Lex. *Intervisere.*

ACTUS TERTII
SCENA III.

℣ 5 *existumo*] V. C. *existimo.*

℣ 7 *adis*] Sic ferè leg. ex MSS. ubi; *ades.*

℣ 8 *ego aquom*] V. C. *q͠m.* Ms. Decurt. *quo te.* uterque autem *ego.* quòd alii expunxerunt.

℣ 9 *illò*] Sic Ms. Dec. at V. C. *illuc.*

℣ 10 *ausculari*] Sic Mss. antiquè, pro *osculari.* sicut *aula*: pro, *olla.* in Aulolaria suprà.

℣ 11 *siem*] Mss. *sim.*

℣ 13 *anatis plenus*] Sic V. C. & non aliter Decurt. nisi vitiose, *janutatis.* Igitur jejunum illud Nonianum *jejunitatis pl.* non admittendum, neque ullo modo è Mss. defendi potest.

Ibid. *animáq;*] τὸ *que* in nullo est Mss. Pall.

℣ 14 *irquo osus*] Sic ex Mss. leg. antiquè. V. C. *Senex uir quosustu.* Decurt. *Senex ircosus tu.* Et uterque iterum, *ausculere.* uti paulò ante.

℣ 16 *Quid si ig.*] Sic ista leguntur in utroq; Mss. & Dem. tribuuntur non Lys. Alii sic: *Quid igitur si hoc bonum? censes?*

℣ 20 *amatoriè*] Ita Mss. Alii absque *tu.* Mss. ambo: *amatorio.*

℣ 22 *Curamus*] MSS. *curemus.*

℣ 23 *illi*] Sic Ms. Dec. at V. C. *illic.*

ACTUS TERTII
SCENA IV.

℣ 6 *dixit*] Ita ambo Mss. Al. *quod ei sit.* h. e. quod ipsi eveniat, ut moriatur. Al. *si epp pater noster vixit.* h. e. periit. ita ut τὸ *d* hiatum impediat. At contrà Mss. nihil mutandum.

Ibid. *exsolatum*] Sic V. C. at Ms. Decurt. *exsulatum.*

℣ 8 *jam*] Sic ferè Mss. absque *jam.* V. C. *sed tamen dem. s p.* Dec. *sed tamen dem. s sip.*

Ibid. *esset*] Sic Mss. Al. *isset.* malè quia *esse pedibus, gradibus*: idem apud nostrum valet.

℣ 10 *mei an.*] τὸ *mei* abest à V. C. non item Ms. Decurt.

℣ 11 *in'est*] Ita ambo Mss. pro; *is ne est.*

℣ 13 *quàm*] Sic V. C. & *hunc*: non; *hanc.*

℣ 14 *Numquid*] Ms. Decurt. *Nunc quid?* V. C. *Nunc quod?*

Ibid. *eheu*] Ms. Decurt. *& hei.* V. C. *& ei.*

℣ 15 *ardet*] Sic Mss. ambo. Al. *pectus sarret* pro; *sarrit* malè.

℣ 19 *pulchr'es*] Sic V. C. Dec. *pulchra es.*

℣ 20 *Impetrabilior*] Sic V. C. at Decurt. *impenetrabilior.*

Ibid *vivat*] Sic Mss non; *vivit*.

℣ 23 *Odiosa'st*] V. C. *Hodie sat or.* Decurt. *odiosanè or.*

Ibid *agas*] Sic Mss. Al. *e. r. aveas*.

℣ 26 *Eutyche*] V. C. *Eut. hoc cap. facis*.

℣ 28 *Desierint*] V. C. *Ne desierint*.

℣ 30 *porro aliam*] Sic est in utroque Mss. Pall Al. *Loq alia CH i m.m. rem.* Al. *Loq. p. aliam r. malum: c. e emta.* Al. *L. p. a. quoit malum e.c.* Al *L. p. a. (in mal im rem) cui est emta.*

℣ 33 *Carnufex*] Mss. ambo: *Carnifexa.* ut fortè Interjectio fuerit *ah!* vel; *ha!*

℣ 37 *percontatus*] Sic ambo Mss. V. C *percunctatus* Dec. *percuntatus*.

Ibid *faceis*] Ambo Mss. *quæ pacies*.

℣ 39 *Floré om.*] Mss. *flore*. nempe τὸ *i* positum pro *l* & vicissim. idque ideò quia libri Longobardici scripti ex Romanis majusculis litteris. sicuti jam sæpè monuimus.

℣ 41 *istanc*] Sic Mss. Al. *istic* h e. in istâ re.

Ibid. *Eugepæ*] Sic Ms. Dec. nisi quòd: *Eugipe*. at V. C. *Euge! Pape!*

℣ 43 *Quia*] Ita locus hic legitur ex Mss. Pall. Al. *Quin t.*

℣ 46 *sublinire*] Ms. Dec. *sublimere*.

℣ 48 *requeveras*] Sic V. C.

℣ 53 *ergò*] τὸ *ergò* non est in V. C. unde fortè excidit ob seq. dictionem: ut sæpè alias observavimus in hisce Membranis. Sed nec Dec. habet.

℣ 55 *parsum*] V. C. *pansam aliq* Ms Decurt. *pansualiq*

℣ 56 *thensaurum*] Sic V. C.

℣ 63 *ceptas*] Mss. ambo: *cæptas*.

℣ 64 *paritas*] Sic V. C. nec non Dec.

℣ 65 *forte*] V. C *forti*

℣ 70 *si id fortè*] Ita ex Ms. Dec. hunc locum exhibemus. V. C. ita; *si id forè ita fit animo acceptum est certum id pro c s b.* Al. *si id fore ita sas animo acceptum est certo: id p. c. s. b.*

ACTVS QVARTI
SCENA I.

℣ 5 *otium*] Mss. *otius*.

℣ 7 *quatuor*] Sic Ms. Dec.

℣ 10 *augeam*] V. C. *Angeram*.

℣ 11 *Abs jam*] Sic V. C. absque *jam*.

℣ 15 *Dispersi*] V. C *dispersi*.

℣ 17 *clamas*] Sic Ms. Dec. at V. C *q. volebas*.

℣ 18 *Mulier quæ est*] Sic Ms. Dec. at V. C. N. *quæ est mul.*

℣ 19 *verón*] Sic V. C. at Dec. *veron serio*. Al. *Do. veron ? SY. serio nim.*

℣ 23 *Es*] Sic V C. antiquè pro, *is*.

Ibid *simul*] Sic V. C. antiquè.

℣ 24 *pelliciem*] Sic V. C. unica *L*.

ACTVS QVARTI
SCENA II.

℣ 1 *hoc mala*] τὸ *hoc* non exstat in Mss. Pall. eòque induci debet.

℣ 3 *si ad c.*] Ita verba concipiuntur in utroq; Mss. Al *Decem voc s. a. c.*

℣ 5 *Solet olim*] τὸ *olim* non est in Mss. Pall. Vide Mil. 1. 1. ℣ 2.

Ibid. *Hortator*] Sic Mss nisi quod videatur esse in Dec. *Hostator*. Al. ex Diomede: *Horitator*.

℣ 6 *coqunum*] Mss. ambo. *coquam*.

ACTVS QVARTI
SCENA III.

℣ 3 *tua quæ tu*] Sic ambo Mss. Al. *tuque hab.*

℣ 7 *eam*] τὸ *eam* abest à Mss

℣ 8 *quo*] Sic ambo Mss. antiquè. pro, *quos*.

℣ 10 *Equidem*] Sic uterque Mss. non; *Ego quidem*.

℣ 11 *ut omnes*] Sic Ms. Dec. at V. C. *ut omn. te perdunc.*

℣ 15 *pudicius*] V. C. *per t.*

℣ 18 *mali*] Sic Mss. non: *malum*.

℣ 20 *Quia*] Sic ambo Mss. Al. *Cuia* (vel: *Quoia*) *illa mulier intus est* ὑφ ἕν. Interrogatio autē est tollenda.

℣ 22 *scire. sed*] Ita ambo Mss. Pall.

℣ 23 *cuia'st illa*] Sic MS. Dec. at V. C. *cui est*.

℣ 27 *quamvis*] Sic ambo Codd. Mss. *quodvis*.

℣ 29 *num*] In Mss. est: *Illa sunt etiam v.* absque *num*.

℣ 30 *in noxias*] Sic ambo Mss. Al. *in noxiâ*. scil. te.

℣ 31 *Io! illa*] Sic ex Mss. emend. ubi: *Iobia*. Al. *Io bia illa*

℣ 34 *Iudex*] Ita Mss Pall. Al. *captust jam scio*.

℣ 36 *sic Sequestro*] Ita Mss. A. ii absque *sic*.

℣ 37 *purgitas*] Mss. *purgas*.

Digitized by Google

ACTVS QVARTI
SCENA IV.

✠ 2 *Cena*] Sic Mss. absque diph.
Ibid. *equidem*] & *equidem* abest ab utroque Mss. & Ms. Dec. *eum regito*.
✠ 3 *quoi conducti*] Mss. uterque *non ducti sumus*. Al, *non ei cui ducti s.*
✠ 4 HABET] Sic Mss. Aliqui distinguunt: *id habet pro cibo videre, ampl.*
✠ 5 *oscularier*] V.C. *auscultare*. at Dec. *ausculari*. antiquè. Et sanè noster Typographus sic debuit ex mente nostrâ hoc verbum excudere; *auscularier*.
✠ 7 *Eite*] Sic ambo Mss. antiquè. pro: *Ite*.
✠ 9 *Abei*] Sic uterque Codd. Vetus. In V.C. quis erasit litteram: quamquam ibi videtur fuisse *Abij*. sed & hîc Typographum volui facere: *Abei*.
✠ 11 *Sed*] Ita ambo Mss. Al. *Et int.*
✠ 12 *inter*] V. C. *interij Iudex*.
✠ 14 *dixti*] Mss. *dixisti*.
✠ 15 *filum*] Mss. *filum*.
Ibid *an net hoc*] Sic legend. ex Ms. Dec. ubi *an et*. ut exciderit *n* propter præcedens vicinum. sed uterque absque *hoc*. In V.C. est, *amet*. Al. *veirum hercle habet* Al. *virum h. avet*. Al. *Nereum h. amat*. Al *manet* ut Rud. 2. 4. ✠ 5. Al. *mulier is v. h a. n. h* ut *is* ponatur pro *id*. quæ lubrica est emendatio Ego tueor vestigia Mss. libb.
✠ 19 *istuc*] Sic Mss. Pall.
✠ 20 *rur' est*] Si. V.C. & Ms Dec. *rus est*.
✠ 21 *anguis*] Ms. Dec. *Angis*. V.C. absque, *atque*.
✠ 24 *Non te odiss.*] V.C. *non non te od:*
✠ 28 *Ni metuas*] Sic ambo Mss. Pall.
✠ 29 *experiri*] Cùm in utroque Mss. sit *volo*. non; *nolo*; parùm abfuit, quin probarem & *expediri*: tametsi ambo Codd. habeant *experiri*. modò unicum suffragantem habuissem Codicem antiquum. Nam certè quidem omnes etiam Edd. habent *volo*. & non alterum illud *nolo*. quod tamen retinui, quia uterque Vetus noster Codex habebant, *experiri*.
✠ 30 *heu misera*] Sic Mss. Al LYS. *h. miserom*.
✠ 34 *id*] & *id* est in utroque Mss. Alij expungunt.
✠ 35 *me eradicas*] Mss. *Quin m' eradicas*.
✠ 36 *abibitur*] Sic Dec. at V. C. *adibitur*.
✠ 39 *opponite*] Mss. *apponite*.
✠ 42 *illum*] Sic Mss. non, *istum*.
✠ 47 *ei*] Sic V.C. pro *i*.
✠ 48 *semul*] Sic Mss. ambo. antiquè.
Ibid. *huc*] τὸ *huc* abest à Mss. Pall.
Ibid. *eo*] Sic Ms. Dec. at V.C. post *meis*, ponit. *ST. eo Vt veniat*.
✠ 55 *Suspicione*] Sic Ms. Dec. at V.C. *Suspicionibus*. Al. *Suspicionum* vide Lex. *Implere*.
Ibid. *inplevit*] Sic Mss. ambo.
✠ 56 *acerrumast*] Sic Mss. ambo.
✠ 58 *protracturum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *istac cap. protacturum*.
✠ 59 *abducit*] Sic ambo Mss. non; *adduxit*.
✠ 60 *vxor*] Ita ambo Mss. Al. *Hem! uxor uxor!*
✠ 61 *sapias*] V.C. *sapeas*.

ACTVS QVARTI
SCENA V.

✠ 1 *quò*] Sic Ms. Pal. Dec. at V. C. *quam* Al. *qua*. vel; *quem*.
✠ 2 *abisse*] Sic Mss Pall.
✠ 3 *defessus*] Sic Ms. Dec. at V.C. *defessum*.
Ibid. *pervenarier*] Sic est in utroque Mss. Pall. Alii malint *pervenatier*. ut & Trucul. 2. 4. ✠. 49. sed utrobique contra libb. Mss.
✠ 4 *Nihil*] Ita Ms Dec. at V. C. *Nihill invenisti ergo quicq.*
✠ 7 *mi*] & *mi* exulat ab Mss. Pall.
✠ 9 *Cum quidem*] Cùm uno consensu, & Mss & omnes Edd. legant sic, uti exhibui: consideret mihi Lector, quàm perperam alii, repudiatâ Antiquitate, novitias sordes in textum admiserint. *Suâ quidem salute ex familiâ maximâ*. Al. *famil. omnis max.* Sic autem uterque Mss. *Cum q salute à familiâ maximâ*. Dec *maxuma*.

* * * *

QUID *Peristratam*] Hæc ista, quæ sequuntur, non apparent in Antiquissimis & optimis nostris Membranis, eaque propter diverso charactere exprimenda curavimus.

ACTVS

Digitized by Google

ACTUS QUARTI
SCENA VI.

✠ 7 *qua*] Sic Ms. Dec at V. C. *q. uxori est uno viro.* & sic cætera omittit. *N. u c. c. r. b. c.*
✠ 12 *illa exiguntur*] Mss. *illa exiguntur.*
Ibid. *qua in se*] Ita Ms. Dec. at V. C. *qua insculpam convenirent.*

ACTUS QUINTI
SCENA I.

✠ 1 *superum*] V. C *superam.*
✠ 3 *haruce*] Ita ambo MSS. non; *haruncce.*
✠ 5 *fam liaq.*] & q. abest à Mss. Pall.
✠ 10 *qui amici*] Sic Mss. puto habuisse: quando scribunt *ubique.* sic sanè leg. non: *ubique.* Et ambo Mss. *inf. fient.*
✠ 11 *Ubique id eripiatur*] MSS. *Ubiqui derip.* Ms. Dec. *Ubiquid erip.*
✠ 12 *cupita Civitas*] Sic Ms. Dec. V. C. *cupida civ.* neque Versus prius illud respuere potest, cùm alternos tales numeros in hâc Scenâ cuivis facilè sit animadvertere. Certè Ms. Dec. multis nominibus passim censeo præferendum V. C. quod me res ipsa docuit.

ACTUS QUINTI
SCENA II.

✠ 1 *quæ spectatrix*] Manuscripti ambo: *quæ speratrix*
✠ 2 *quoniam obtulisti*] Mss. ambo expressè. *quam obtul.* ex errore scripturæ: qm̃.
✠ 3 *lætitiâ*] Mss absque diph.
Ibid. *fuat*] V. C *fiet.* Ms. Dec. *fiat.*
✠ 4 *quod f. ru*] *τὸ foris* non est in Mss. Pall. uti nec & *tibi.*
✠ 6 *inventu*] Sic legitur in Ms. Dec. *inventurus dec.* V. C. *inventu'st d.*
✠ 7 *pertinaciam*] V. C per t.
✠ 10 *abicio superbiam*] Sic Mss.
✠ 11 *calator*] V. C *caltor.*
✠ 16 *re.*] Sic V. C.

✠ 18 *ulla obs. Amnis nec mons*] Sic Mss. non; *ullus.* vel; *neque.*
✠ 19 *Nec calor*] Hæc distinctio expressè est in V. C. Philargyrus interpres Virgil. hunc locum ita profert:

Neque frigus, neque calor metuo, neque ventum, neque grandinem.

Sed ab Antiquissimis Membranis nihil recedendum.
✠ 21 *concedam*] Sic Mss. Al. *confidam.*
Ibid. *interdius*] V. C. *neque vis.* Ms. Decurt. *neque dnis.*
✠ 23 *auris*] Sic Ms. Dec. Al. *aurem.*
✠ 24 *tutetis*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *uinetis.* Alij *junetis.* Quam lectionem alij contra Mss. admiserunt.
✠ 30 *hoc*] Sic Mss. pro *huc.*
Ibid *&*] Sic Mss. non; *ac revort.*
✠ 35 *imbricus*] Ms. Dec. initio: *imbrius.*
✠ 37 *Recipe te*] Sic ambo Mss. Pall. Al. *Respice huc a. t.* Mss. tamen: *Recipite ad terram.* non: *ad dextram.*
✠ 38 *Nubis atra*] Mss *Nubis ater.*
Ibid. *in Verg.*] Sic V C antiquè V. pro B.
Ibid. *aspice*] Sic ex Ms. Dec. leg. V. C. *aspiciae non ad sinistram atque detis.* Ms. Dec. *aspico non at sinistera atque ut detis.* Alij de suo hos versus, in quibus otiosa inculcatio & spuria prorsus apparet, sic conjurarunt. *Recipe te retrò, Charine, hac non ex adverso vides? Nubis atra, imberque instat. Cælum hic plenum splendoris est Rellig.* V. C. *Celum* Dec. *Caelum.*
✠ 39 *est splend.*] Mss. ambo: *splend. est.*
✠ 42 *prende*] Sic Mss. non: *prehende.*
✠ 43 *ibi*] Sic Mss. non; *tibi fac. v.* Ms. Dec. *quod miser st.* V C. *quot miser.*
✠ 45 *id*] τὸ *id* non est in V. C. Ms. Dec. *it.* Vterque: *audis.*
✠ 46 *Amicus*] Sic V. C. at Ms. Dec. *studio amicus at v.* Al. *nuncius ad v.* Mss. *am. at venio, multum benevoles.* Et V. C. pro *ita ilico:* habet: *Studio Amicus.*
✠ 47 *Tun' autem*] Sic leg ex Ms. Dec. & *autem* non est in V. C.
✠ 48 *mavelim*] Sic MS Dec. V. C. *malim.*
✠ 49 *animus st.*] Mss *antimus fluctuant.*
✠ 50 *in tranquillo*] V. C. *in tranquietu o.* Dec. *in tranquieto tuto.*

✠ 51

✝ 51 *nunc*] τὸ *nunc* non est in Mss.Pall.
✝ 52 *reticentiâ*] Mss.*recentia*.
✝ 53 *à nobis*] Ita est in utroque Mss.Pall.Alij delent has duas dictiones.
Ibid. *ergò commonstras*] Sic ex Mss. corrupti tamen. V. C. *cum ergo commonstrasset, ut vides*. Dec.*quin ergo commostr*.
✝ 54 *sed vidi modo*] V.C.*si vidit modo*.Ms.Dec.*sit vidim modo*.
Ibid.*Quin ego vid*]Mss *quem ego video*.(Ms.Dec. *videa*)*facis*.
✝ 55 *LonguiCum*] Sic ambo.
✝ 56 *Commonstrabo*]Ms.Dec *commonstrabor*.V.C. *cum monstrabor*.Sic autem distinguendum. Al. *omnia Commonstr. amic*.
✝ 57 *quoi magis*] V.C *n.e.cum magis me velle me melius a fient*. Ms. Dec. *n.e qui mag*. Al. *neque quin magis me* pro: *neque quem magis me v*.
✝ 58 *Non curo*]Mss.depravati sunt. V.C.*Nunc curam de istu. ulla q*. Ms.Dec.*non curam de istue ullam q*.
✝ 58 *Sanè hoc nondum*] Hic versus alienus hoc loco videtur nonnullis,& referendus infra, ut sit 82.pòst illem.*Mane parumper*.&c.sed Mss.huc collocant.
✝ 61 *pulcreq*.]τὸ *que* non est in Mss.Pall.
Ibid.*arbitro*]Sic ambo Mss.Codd.antiquè.
✝ 62 *sed quid*]Ita Mss.τὸ *d* hiatum impedit.
Ibid.*vidistin*]Mss.*vidistu ante audito in ocias*.
✝ 63 *quis*]τὸ *quis* non est in Mss. hoc loco.
✝ 65 *tua*]V,C. *quid amare fert*. Ms.Dec. *quid ima refert*.
Ibid.*fiet*] Mss. *fit*.
✝ 66 *istuc*] Sic sanè ambo Mss. Pall. unde confirmari potest quorundam Grammaticorum sententia, qui statuunt τὸ *nuntium* neutro genere quoque efferendum. V. C. *nuntium*.Dec. *nuncium*.
✝ 67 *orato*]Sic Mss.Al *orabo*.
✝ 69 *retcio*]Sic Mss.Pall.
✝ 70 *ecferte*]Ita ex Mss.legimus.ubi: *hec ferte*. Al. *huc ferte*.
✝ 72 *hoc itiner*] V.C *hoc itinere*.Decurt. *hoc itimere*.
✝ 73 *dicis*]V.C *quia edicis tibi*. Ms.Dec. *quia edicis mihi*.
✝ 74 *Sed quin*]Sic Ms.Dec V.C.*sed cum introd*.
✝ 76 *te*] τὸ *te* non est in V. C. Habet tamen Decurt.
✝ 77 *commodum*]Mss.*commodi*.

✝ 78 *contra*]V.C.*contralam*. Ms.Dec.*contraham*.
✝ 79 *stultior*]V.C *stultitier*.
✝ 80 *quid*]V.C, *qui istic*. ut τὸ *d* hiatûs causâ adjectum.Ms.Dec.*quid istic reddam*.
Ibid.*commoratur*]Sic ambo Mss Al.*qui isti credam commorator* Al *quid i.e.cùm morat* pro:*cùm moratur*.sed ineptè.
✝ 81 *Pallium*] Huc nonnemo trajicit versum 59 *Sanè hoc non* &c. tamquam alieno loco suprà collocatum.sed ego à cynosurâ meorũ Codd. non recedo.
✝ 82 *Mater*] V. C. *mane irata*. sed vitio primæ dictionis.Ms.Dec.τὸ *Mater* planè non habet.
✝ 84 *Zonam*]Mss *sonam*.
✝ 86 *Nam si eò te nunc*] V.C. *Nam scio te intr*. In Ms.Dec.est:uti posui.
✝ 87 *Heus*]τὸ *heus* in nullo est Mss.Pall.
Ibid.*potes*]V.C.*potest*.
✝ 88 *itiner*]Sic Ms.Dec.at V.C *iter*.
✝ 89 *ego*]Sic Mss.ambo.Vide Pseud.1.3.✝.12.
Ibid.*puero*]Mss.*puer*.
Ibid.*ocius*]Sic Mss ambo.non:*ocyus*.
✝ 90 *escendi*]Sic Mss.V.C.*i.in cursum nescendi*.
Ibid.*hora*]V.C.*jam hora*.
✝ 91 *Sanus non es*]Sic Mss.Al.*Sanus ne*.
Ibid.*conicitis*]Sic Mss. Pall.
✝ 92 *paras*] Ita Mss Al. *imperat*.
✝ 93 *exequi*] Mss.*e.exequi st*. quomodo excudere debuit meus Typographus.
✝ 94 *pervestigandum*] Ita Ms. Decurt. at V.C *ad vestig*.
✝ 95 *mentitu'st*]Sic Ms.Dec at V.C.*mentitum'st*.
✝ 97 *percontatus*] Mss *parcunctatus*.
✝ 98 *proficiscar*]Mss.*proficiscer*.
✝ 100 *rogito*]Mss.*cogito*.
Ibid.*si inde audiverit*]Mss *si ibi inde audiverit*.
✝ 101 *nugas*]V.C.*Cum tu*.Ms.Dec.*naugas*.
✝ 103 *sese*]τὸ *se* non est in Mss.Pall.
Ibid.*autumat*]Mss. *autumant*.
✝ 104 *Zacynthu'st*]Sic Ms.Dec V.C *Zaryntust*.
✝ 105 *Navem*]Sic ambo Mss. non;*navim*.
Ibid.*jam sum*]Mss. *eo sum domi*.
✝ 106 *redij*] Mss. *redi*. benè.
✝ 107 *Parentes*]Mss.*parentis metuat mater dati*.
Ibid. *cena dabitur*] Hæc non leguntur in Mss. Quæ proinde noster Typographus alieno charactere excudere debuit.
✝ 109 *Eho*]Mss. *Eloqueni somnias*.
✝ 110 *insanu'st*]Sic V.C.at Ms.Dec *non sanus*.

ACTVS

Digitized by Google

ACTVS QVINTI
SCENA III.

DEMIPHO.] Hæc, quæ diversis litteris expressimus, Pseudo-Plauti sunt. Neque enim Mss. Antiquissimi illa adgnoscunt.

* * * *

QVASI] Ita hanc Scenulam restituerunt Viri docti.

ỷ 13 *Edepol*] Hic versus in Mss. postponitur sequenti. *Nam mea &c.*

Ibid. *quid facerem*] V. C. *facere multum miser*. Ms. Dec. *mixuinum ser.* τὸ *quid* est in utroque Mss. Pall.

ỷ 15 *propter ellam*] Sic Ms. Dec. *propte ellã*. V. C. *prope illam.*

ỷ 16 *ego*] Mss. *ergò*. absque *eam*. quæ dictio aliis typis distingui debet.

Ibid. *suscenseat*] Sic Mss.

ACTVS QVINTI
SCENA IV.

ỷ 1 *Iam redeo*] Retinui ordinem versuum, qualem reperi in Antiquissimis Membranis: nec non primarijs Editionibus Venetâ & Argentinensi. Alij hunc versum primum postponunt sequenti: sed levi sanè ducti ratione, immò nullâ. Mihi quidem certè hoc principium non minus placet, quàm Demiphoni. Displicet verò illa libido innovandi, & bonos Auctores in ordinem redigendi. Editiones primæ habent: *Iam credo.*

Ibid. *Sedatam*] Culpat hoc loco novissimus Editor Saxonicus imprudentiam aliquam nostram, nescio-quam. at ego perfidiam illius hoc loco accuso, qui ausus fuit nimis temerariè asserere, in Mss Camerario Pall. antiquissimis hîc extare *securam*, quod ipse in Textum recepit: cùm diertissimis litteris scribatur in utroque Mss. Codd. *sedatam*. Hem sic datur. Neque aliter in Ms. Sambuci.

ỷ 3 *advenistis*] V. C. *ut ven.* Ms. Dec. *aut ven.*

ỷ 4 *placata*] Sic ambo Mss. Pall. non; *pacata.*

Ibid. *certe*] Sic leg. ex Mss. ubi; *certe.*

ỷ 6 *Di te perdant!*] Sic Mss. Al. *Di me perdunt.*

ỷ 8 *si*] *&* *si* abest à Mss. Pall.

℣ 16 *ajebat*] V.C. *aibat*. τὸ *l* ἀντὶ τῦ *i*.
Ibid. *arcessere*] V.C. *arcersere*.
℣ 18 *quid rei siet*] V.C. *quod r*.
℣ 20 *hinc intus*] Sic Mss. Al. *huc*. vel, *hic*.
℣ 21 *nunc*] τὸ *nunc* abest à Mss. Pall. Et *amittat* est in utroque Mss. Al. *omittat*.
℣ 23 *hac mea est*] τὸ *hac* abest à Ms. Dec.
℣ 24 *Iam admordere*] Mss. *Tam admord*.
Ibid. *lubet*] V.C *jubet*. quia *i* & *l* permutantur sæpè in hoc libro. Ms.
℣ 25 *commesurus*] V.C. *comesurus*. Ms. Dec. *commessurus*.
℣ 27 *alunt*] Mss. *alent*.
℣ 29 *Damno mihi*] Mss. non habent has duas dictiones, & sic legunt: *strenui improbius visi sunt*. ut est in Ms Dec. V C. *inprobius visunt*.
℣ 30 *Quod tibi Di*] Ms. Dec. *quod tibi dat*. absque, *Di*. Al. *Dei*.
℣ 33 *dat at*] Sic Mss. Pall. Al *Bona dat*.
℣ 38 *Adulescens*] V.C *adhul*.
℣ 43 *is ipsus*] τὸ *is* abest à Mss Pall.
℣ 44 *Curio*] Sic uterque Mss Pall. Al *à diro infort*. quomodo est Rud. 3 5. ℣. 53. Al. *à crasso infort*. Al *Thurio infortunio*. h. e. Sybaritico *Thurij* enim lenociniis, & Deorum contemtu perierant. Al. *à crucio infort*. quod cruciat. Al. *à Curtio infort*. h. e cave ne Curtij exemplo in foveam præcipiteris. vide Lex. *Curtius*. Al. *à corio infort*. ut sit quasi Rete-jaculum & Manubiamachæra. Truc. 5. 1 ℣. 35. Quid verò opus tricari in tantâ luce lectionis, quam repræsentãt libb. Mss?
℣ 46 *bone Vir*] V.C. *mono vir*. at Ms. Dec. *sed tu non es vir st. s. in el. in foro*.
℣ 47 *nusquam'st*] V. C. *nusqua est*.
Ibid *quid Leno*] Mss. *quod*.
℣ 48 *fabulare*] Hæc dictio abest à V.C. sed videtur erasa.
℣ 50 *numerata*] V.C *numurrate*.
℣ 56 *adduceres*] Sic est in Mss. Pall. Al. *mul. abduc*.
℣ 57 *Phœnicium'ne esse dixit*] τὸ *ne* abest à Ms. Dec. at V.C *Phonicium me esse*.
℣ 58 *maturatè*] Mss. ambo. *At maturitate prop*.
Ibid. *propera*] Mss. *nam propero vides jam d. m*.
℣ 59 *Iam diu*] V.C. at Ms Dec *jam diu*.
℣ 61 *manifesto*] Sic Mss. Pall.
℣ 62 *quom*] Ms. Dec. *cum*. at V.C. *quoniam ignar*. errore Scribæ.
℣ 63 *dolum*] V.C. *donum commentumst*.
℣ 64 *quantum Miles*] Mss *quantim miles*.
℣ 65 *arcesseres*] Sic ambo Mss. non, *accers*.
℣ 70 *Quàm mox mihi operam das*] Sic iste locus in Mss. legitur: nisi quod V. C. Simoni ista det: Ms Dec. Ballioni
Ibid. *auctor*] Sic Mss. non *author*.
℣ 71 *ludos*] Mss. *ludo suppositio*. τὸ *s* excidit ob sequentem dictionem. ut sæpè. Malè igitur alij Editores *ludo* in textum receperunt. quod seq. versus arguit. & ℣ seq. V.C. *senserim*.
℣ 75 *ego dederam*] V.C. *Num ego enim domi imp*. Ms. Dec. *num ego dederam d. imp*. Unde scripsi *ego dederam*.
℣ 77 *quotumo d*.] Sic Mss. Al. *quoteno d*.
℣ 79 *Strenuè*] Ambo Codd. Mss *Strenui*. Al. *Strenuò*.
℣ 82 *solitu's*] Mss. ambo: *Etiamne facere solitum es. scin q loqu*. Alij hunc versum prorsus omittunt. Typographus quoque noster ingratiis meis illud *facere* omisit: quod exstat in utroque Mss. quamquam decreto Criticorum abesse queat. Vide Lex. Pl. *Solere*.
℣ 85 *conveniebat*] Mss. *Conveniebantne*.
℣ 86 *I in malam*] Sic V. C. at Dec. *In malam cruc*. absque *i*.
Ibid. *tamen*] V. C. *tamen en h. t*.
Ibid. *temperi*] Sic ambo Mss. Pall.
℣ 89 *helleborum*] V.C. *Elebor*. Al. *est opus*.
℣ 90 *Eho*] Sic Mss. Al. *Eo*.
℣ 91 *Quoi Domino?*] Mss *quid domino*.
Ibid. *quid socci*] Mss. *quid socij*. quas duas dictiones alij prorsùs oblitterarunt.
℣ 92 *sustinet*] Sic ambo Mss Al. *sustinent*.
℣ 94 *obsecro*] V.C. *opsecro*.
Ibid. *verò*] Sic Mss. Al. *verum s*. ut suprà 1 3. ℣. 105.
℣ 95 *quantillo*] V.C. *quantello argentio te cond*. Ms. Dec. *quo nullo argenti te cond*.
℣ 96 *Qui istic*] V. C. *qui isti Ps*. Ms. Dec. *quid istic Psend*.

℣ 99

✝ 99 *nullius coloris*] Sic Mss. Al. *nulli col.* vide Curc. 2.1. ✝. 17. M. 1.2.5. ✝. 42.

✝ 100 *Pseudolo*] V. C. *Pseudole.* Ms. Dec. *Pseudolole.*

✝ 101 *abduxisse*] Mss. ambo *addux.*

✝ 108 *meo tu*] Mss. *meo tua epist.*

Ibid. *dedisti*] Mss. *dedistu f.*

✝ 8 *Edepol hominem verberonem*] Hi versus tres seqq. frustrà videntur inculcari: cùm sint supra ✝. 63. 64. 65. Leguntur tamen in utroque Mss. Pall. eòque furcillare non potui.

✝ 113 *sycophantiosè*] V. C. *sycophanthiosè.*

✝ 114 *qui sit*] Sic Mss. All. *quis sit.*

✝ 116 *Ne*] Mss. *ne.* ut semper.

✝ 117 *jamdudum*] V. C *jandud.*

✝ 119 *facie*] V. C. *facile fuit.* Al. *fuvit.* propter metrum.

✝ 123 *actum'st*] V. C. *actuim st dem & jam Simo.* Ms Dec. *actum st idem morior Simo.*

✝ 124 *haut*] Mss. *aut te siu*

Ibid *sinam*] Sic Ms. Dec. at V. C. *sina moriri.*

✝ 129 *deliquit*] Mss. *deliquid.*

Ibid. *abeo*] V. C. *ab eo tibi nil habere sentiens.* Ms. Dec. *ab eo tibi ut habere sentiens*

✝ 130 *commodis*] Ambo Mss. *modicis m n.*

✝ 133 *Hodie ego*] Mss. *Sequor quid ego peregr.* ita ut *Hodie* in nullo Mss. visatur. quod proinde diversis litteris distingui debuit ab Typographo nostro.

✝ 136 *Sequere*] Mss. *Seq. te nunc expect.*

✝ 138 *quantum*] τὸ *quantum* non est in Mss. Pall.

Ibid. *esses*] Sic ambo Mss. non *isses.*

ACTVS QVARTI
SCENA VIII.

✝ 3 *Comœdis*] Sic V. C

✝ 7 *Dolum*] Mss. Pall. *Super. Dolum Troj.*

Ibid. *Vlyxem*] V. C *uixem.* ubi prius *i* est *l.* Et hinc rursùm patet Veterem Codicem Ms. Dec. esse longè antiquiorem: & hunc illius esse traducem. nam in eo legitur, *vixissem.* quod factum ex illo *vixem.* Vterque etiam *Pseudolum.*

ACTVS QVINTI
SCENA I.

✝ 1 *hoc*] V. C. *Quod hoc.*

✝ 2 *hic jacentem*] Mss. *hinc tacentem.*

✝ 4 *Pergitin pergere?*] Sic ambo Mss. Pall.

Ibid. *ah!*] Ita omnes Mss. Al. *vah.*

Ibid. *saviendum*] Ita ambo Mss. Pall. *saviend.* Editor Saxonicus spretâ Codd. Pall. lectione, expressit; *sedendum.* eò quòd ipse sic sedendo sæpè ebriolum Pseudolum saltarit. Ridiculè!

✝ 5 *vitium*] V. C *vicium.*

✝ 7 *abeo*] Mss. *habeo madulsam.*

✝ 8 *ita magnu*] *ô magnis* habet Ms. Dec. non item V. C.

Ibid. *digni*] Sic ambo Mss. Alij: *dignè ab.* Al. *dignati:* passivè. vide Calligr. Tit. *Convivandi.*

✝ 14 *labra*] Sic Mss. Al. *lab. ad lab.*

✝ 15 *alter alterum*] V. C. *altera alterum.*

Ibid. *bilingui*] Sic Mss. Pall. Al *bilingues.*

✝ 17 *aut*] V. C. *allant si lub.* Ms. Dec. *alant si lub.*

✝ 18 *cantharum*] Mss *canpharum.*

✝ 19 *amicissumam*] Sic Mss ambo. nisi quòd, *amiciss. amic.* Al. *suavissimâ amicitiâ.*

Ibid. *alij*] Mss. *alio* quod fortè at jiciendum.

✝ 20 *nec*] Sic leg. ex Mss. Al. *molestiu s n.*

✝ 21 *lemniscos*] Ms. Dec *lent scos.* Al. *corollis.*

✝ 22 *parcipromi*] Mss. *parcepromi.*

✝ 23 *prothyme*] Mss. *pothyme.*

✝ 27 *Obsequentis*] V. C. *ops.*

Ibid. *med uti*] Mss. *me id ut salt.*

✝ 28 *intuli*] Mss. *intulit.*

✝ 29 *palliolatim*] Mss *pallistatim.* Al. *palliolatus.*

✝ 30 *partim*] Sic Ms. Dec. at V. C. *parum clam.* Et *Sic hac inc.* Dec. *Sic necessi.* Al *Sic huc inc.*

✝ 31 *volui*] Mss. *noius.*

✝ 32 *ubi*] Mss *tibi circumv.*

Ibid *nania*] Mss. *nenia.*

✝ 33 *enitor*] V. C. *emitor.*

Ibid. *pax*] V C. *prox.* Ms Dec *prax.*

Ibid *nimia tum*] Sic Mss. Pall. Al. *pallium temeto.* sed nullum vestigium in Mss. libb. exstat.

✝ 35 *posivi*] Sic V. C. at Ms. Dec. *posui.*

Ibid *Ext*] Sic Mss.

Ibid *crapulam*] Mss *grapul.* G pro C.

✝ 36 *ab Ero*] Sic Mss Alij *ab herâ.* In V. C. postea quis fecit. *Nunc ab eo.* quod non displicet.

ACTVS QVINTI
SCENA II.

✝ 1 *me*] Mss. *ne.*

Ibidem, *quid tu*] Ita ambo Mss. Pall. Alij absque *tu.*

✝ 3

Digitized by Google

℣ 3 *gratia*] Vetus Codex: *gracia.* & uterque *pertimescet.*

Ibid. *m blanditèrne*] Manuscriptis *blanditerne.* τὸ i αὐτῷ τῷ *l.*

℣ 4 *votat*] Ita expresse uterque Mss. Pall.

℣ 5 *Psui*] Sic ambo Mss. exprimunt. nisi quòd, *Psui.* Al. *Phu!* Al. *Fu.* Al. *Phui.*

Ibid *crucem*] V.C. *crecem.*

℣ 6 *ego met*] Sic ex Ms. Dec. leg. qui; *egomet.* V.C. *cur ergo me adsl* Al. *egomet.*

℣ 7 *nunc me*] Mss. *ne me cave.*

℣ 9 *sine modò*] Sic Mss. Al ij: *sic sine: i modo.*

℣ 11 *hyberna*] Mss *hib* Et ℣. 10. *potasse.*

Ibid. *Haut malè mones*] Hæc verba in Ms. Decurt. erasa sunt scalpello, & sic scripta: *sed dic tamen.* Ps. *hau malè mones.*

℣ 12 *onustam*] Mss. *honestam cel*

℣ 13 *ut probè*] Sic Manuscripti ambo. Al absque, *ut.*

℣ 14 *pessumus*] Sic uterque Mss. Pall. Al. *pessum is homo ijt.* Al. *pess. h es.*

℣ 15 *Fecit*] Manuscripti *mul. h facit e. t. l, accubat.*

Ibid. *ut quidque*] Mss. *ut quique.*

℣ 17 *atque me*] Sic Mss. Alii absquè *me.*

℣ 18 *oneremn*] V C. *honerem*

℣ 19 *Satin*] Sic E . . vetustæ. at Mss. ambo: *statim.*

℣ 22 *auferSne*] Manuscripti: *auferre non Pseudole aps tuo.*

℣ 23 *gratiam*] V C *graciam.*

Ibid. *hinc*] Mss. *hic.*

℣ 24 *deices*] Sic V. C. *Nom me deices avidum nam hinc n.* Ms. Dec. *Non me dicis avidum esse hominem nam hinc n.*

Ibid. *divitior*] V. C. *divicior.*

℣ 25 *ecfecissem*] Sic ferè Manuscriptus uterque *& feciss.*

℣ 26 *sei*] Sic iterùm V.C. pro *si.*

℣ 27 *redi*] Ms. Dec. *reddi.*

Ibid. *redeam*] Mss. ambo: *reddam.*

℣ 28 *l*] τὸ *i* abest ab utroque Mss. Pall. Videtur tamen requiri.

Ibid. *iubeo*] V.C. *lubeo* & *l* αὐτῷ τῷ *i.*

℣ 29 *aut plus*] V. C. *aut pim.* eodem ritu scribendi in hoc V. C. usitato.

NOTÆ CRITICÆ, In POENVLVM.

ARGUMENTUM.

℣ 2 *adoptat*] Mss. *empt. adopt. h.*

℣ 3 *pueri*] τὸ *pueri* non est in Mss. Pall.

℣ 4 *mercatur*] Mss. *mercatus.*

℣ 5 *Villicum*] Mss. unico *L.*

℣ 7 *repperit*] V. C. *repperis.*

PROLOGVS.

Quidam hunc Prologum Pseudo Plauti alicujus esse existimant: Plautinum tamen. Exstat autem in utroque Mss.. Pall.

℣ 1 *Achillem*] Ambo Mss. unico *L.*

Ibid. *mihi*] Sic est in Mss. Pall. Al *mihi imitari l.*

℣ 2 *ea*] *ea* est in utroque Mss. Pall. Alij ejiciunt versus causâ.

℣ 5 *sedeant*] Mss *sedeate in subs.*

℣ 6 *esurientes*] Mss. *esuplentes.*

℣ 7 *edistis*] V C. *edisti.*

℣ 9 *gratia*] V.C. *gracia.*

℣ 10 *stultitia*] Ms. Dec. *stultia*

℣ 13 *per vivis*] Mss *perviviq; & colis.*

℣ 14 *Nam*] V.C *num.*

℣ 16 *bonum factum'st*] Mss. *Bonum Factum esse edicta.*

℣ 18 *neu*] Mss *nive lict.*

Ibid. *muttiant*] Sic Mss. non; *mutiant.*

℣ 19 *Dissignator*] Sic V. C. at Ms. Dec. *design.*

Ibid. *præter*] Sic Mss. Al. *præteriens ob.*

℣ 20 *Neu*] Sic Mss. Al. *Ne fess.* Al. *lessum.*

℣ 22 *vel dormire*] Sic Mss. non; *& dorm.*

℣ 27 *curassint*] Mss. *curasint.* unico *s.*

Ibid. *Eri veniant*] Sic Mss. non; *veniant heri.*

℣ 28 *minutulos*] Sic Mss. Al. *anniculos*

℣ 29 *Domi ut*] Sic Mss. Alii absque, *ut.*

Ibid. *neve*] Mss. *neuq; sp.*

℣ 30 *pereant*] Sic Ms. Dec. at V.C. *pertant.* Al. *peritent.*

℣ 31 *hadi*] Mss. *aedi.*

℣ 32 *rideant*] V.C *rediant.* Ms. Dec *redeant.*

℣ 33 *Canora*] Ms Dec. *Lenora.* V. C *onara.*

℣ 36 *ad Lud.*] & *ad* non est in V C.

℣ 43 *scribilita*] Sic V. C. at Ms. Dec *scriplita.* Al. *strebilita.* Al. *striblita.*

 Ibid.

Digitized by Google

Ibid. *occurrite*] Sic Mss. Al. *accurr.*
℣ 44 *quæ imperata*] Sic Mss. Al *imp. q.*
℣ 47 *Remigrare*] Sic Ms. Dec at V. C. *Remigare*. A *Remigrare aqueut.*
Ibid. *ignarures*] Ita ambo Mss. Pall. Al. *gnarures*. vel *gnari rei.*
℣ 49 *sum*] & *sum* abest à V.C. at Dec. habet.
Ibid *finitor*] Sic Mss. penultimâ correptâ ob libertatem. Al. *finitor ego factus sum* Al. *finitor.*
℣ 51 *Comœdiai*] Ita ambo Codd. Mss. Al. *Comœdiai*
Ib. d. *odio'st*] Sic MSS. non: *odio sit.*
℣ 54 *Plautus*] Mss. *Platus.*
Ibid. *Patruus*] Sic ambo Mss totidem litteris. Al. *Latinè Plauti Pœnulus pult.* Al *Latinè Plauti Patruus pultifagonida.* Al. *Latinè Plautus parvus pultiphagonides.*
℣ 55 *rationes*] Sic V. C. at Dec. *orationes.*
℣ 57 *sibi*] V. C *sibi* Ms. Dec. *scibiu.*
℣ 61 *est*] τὸ *est* non habet V. C.
℣ 63 *pollinctor*] Mss. *pollector.*
℣ 64 *ei Filius*] τὸ *ei* abest à Mss. Pall.
℣ 65 *fuerat*] V. C *fuerit.* (versu.
Ibid. *olim*] & *olim* abest à Mss. uti nec *ei* præcedēti
Ibid. *abditivus*] Mss. *ab divitiis à p.*
℣ 68 *periisse*] Sic Ms. Dec ut V. C *perijsse.* Et ambo: (Quoniam.
℣ 69 *in morbum*] V. C. *imprebum.*
℣ 74 *mulierum*] Mss *mulierem.*
℣ 80 *si quid*] Mss. *si quit.*
Ibid. *amandare*] Sic Mss. Al. *mand.*
℣ 82 *majores eg.*] Mss. ambo: *majores nugas eg.*
℣ 85 *autem*] τὸ *autem* in neutro est Mss. Pall.
℣ 88 *has omnis*] V. C *as omnis.*
℣ 89 *præsenti*] Mss *præsens argento.*
℣ 91 *ceterùm*] Sic MSS Al. *ceterùm* pro: *ceterorum.*
℣ 94 *commigravit in Calydonē*] Sic Mss. nisi quòd *Calydone* Al. *Huc in Calydonem comm.*
Ibid *haud diu*] Mss. ambo *hau diu.*
℣ 95 *causâ*] Sic ambo Mss A. *questi gratiâ.*
℣ 97 *neq; scit*] V. C *neque sit q; nesit* Ms. Dec. *neque quæ sit, neque tam vmq.*
℣ 99 *etiamnum*] V. C *etiamnum.*
℣ 101 *volt*] Mss. *volibolo.*
℣ 103 *deperit*] Mss. *peperit.*
℣ 104 *illarum*] V. C. *illi. ..imponens per quam m perdedit* Ms Dec. eodem modo habet. sed sine la (nulâ.
℣ 105 *Marique*] Mss. *mariteusq.*
℣ 106 *Ubi*] Sic Mss. Al. *Vti q e. in V. ing.*
℣ 108 *aurum*] Sic ambo Mss.
℣ 109 *quoiatis*] Mss. *quolatis* & *laōn* τῶ *i.* Et ambo: *captaneant surr.*
℣ 110 *fuverint*] Mss. *fuerint.*

℣ 118 *Ehem*] Sic Mss. non: *Hem.* (Patrue.
℣ 120 *olim*] τὸ *olim abest* à Mss. qui etiam *Patrui* nō:
℣ 122 *Et hunc*] Ita hunc locum quidam ordinandum judicarunt, uti per numeros indigetavi. nos sequuti sumus Mss. nostros.
℣ 123 *vos aquo*] MS. Dec. *vos aque s animes n Et ibi* est in Mss. non: *ibo.*
℣ 127 *all, qui*] Sic feci ex Mss. ubi: *aliquis.*

ACTUS PRIMI
SCENA I.

℣ 1 *res*] V. C. non habet τὸ *res.*
℣ 4 *opiparas*] Sic ambo Mss. Dec *oppiparas* Al. *certa opipara.* pro: *certas opip.*
℣ 6 *gratas*] Mss. ambo: *grates gracias.* quæ lectio manifestò vitium Scribæ præ se fert: eòque nolui in textum immittere: tametsi Edit. duæ antiquissimæ illum errorem quoque retinuerint. nam certè quidem nullum exemplum occurrit, quo possit defendi,
℣ 7 *obviam ut*] Mss. *obviam si.*
℣ 8 *blanditia*] V. C. *blandi ie.* Ms. Dec. *blandita.*
℣ 9 *atq;*] τὸ *atque* non est in Mss. Pall.
Ibid. *edepol*] Mss. *haede col lyraslire.*
℣ 12 *At amans*] Mss. *Adamans p.*
℣ 13 *haut*] Sic uterque Mss. Al. *audi tu magis.*
℣ 18 *Berbera*] Sic V. C. antiquè. Et ambo Mss. *Et nunc ego.*
℣ 19 *posterà*] Sic ambo Mss non: *posteà.*
℣ 26 *At ego*] V. C. *ad ego.*
℣ 27 *meretricem*] V. C *meritr.*
Ibid. *mainsculam*] V. C *malusc.* & *lao* τῶ *i.*
℣ 31 *hem*] Mss. *enmendate.*
℣ 33 *hem eundem*] V. C. *e eundem.*
℣ 35 *locare*] Mss. *Locare.* L pro I.
Ibid *sine dampno tuo*] In utroque Mss. Pall. sic legitur: *Sine damno & dispendio tuo.* At quivis sanus videt de glossâ esse duas dictiones: *& dispendio.* Igitur è textu ejeci.
℣ 38 *Philippy*] Sic Mss. non: *Philippi.*
Ibid. *sescenti*] Ita quoque Mss. non: *sexcenti.*
℣ 42 *Collybiscus*] Mss. *Collub.*
Ibid. *villicus*] Mss Pall. unico *l.*
℣ 43 *intellegis*] Sic MSS. ubique.
℣ 46 *Ei dabitur*] Mss *& dab.*
Ibid. *ut ad lenonem*] V. C. *ut à len.*
℣ 48 *si amare velle*] Sic Mss Al *Am. v. si.*
℣ 55 *extempulò*] Sic V. C. Dec. *extemplo.*
℣ 56 *Dupli*] Ms. Dec. *Duplici ubi* & posteà sic quoque V. C. *Duplici tibi.*
℣ 60 *expolivero*] Sic distingu. nō: *expolivero mag is*

℣ 62

Digitized by Google

✝ 62 *quid vis*] Mss. *quit vis*.
✝ 63 *suo hoc*] τὸ *hoc* abest à Mss. Pall.
✝ 67 *ferat*] Sic ambo Mss. Al *ferat*. ut sit jocus ambiguus in *ferat*. de Villico enim sermo.
✝ 73 *balista'st*] Sic Ms. Dec. V. C. *ballista'st*.
✝ 74 *balistario*] Sic Ms. Dec. V. C. *ballistario*.
✝ 75 *ecam*] Sic V. C. unico C Al. *exit eccam*.
✝ 76 *Hac est prior*] Ita MSS. Al *Hac prior est*.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

✝ 2 *Navem*] Sic Mss non: *Navim*.
✝ 4 *eas*] τὸ *eas* abest ab utroque Mss. Pall.
✝ 6 *ornandi*] V. C. *ordinandi*.
Ibid. *satietas*] Ms. Dec. *saciet* per c.
✝ 7 *modò*] Sic est in utroque MSS. Pall. Al. *uti loq. enim domi docta d.* Hoc est: A me ipsâ scio: non aliundè didici. Vide Lex. Pl *Domi scire*.
✝ 8 *quod dici 'st*] Sic est in utroque Mss. Al. *quod est dic*. pro: *dici*. &c, *abusq; Aur*. Cæterùm pòst hunc versum in Mss. continuò sequitur hic: *Postquam aurora illuxit, nunquàm cõcessavimus*. qui tamen apertè est glossema prioris, eòque foras ejiciendus. Dehinc in V C magnum hîc saltum observavimus. Nam pòst hunc versum: *Nam nos usq;* &c. sequitur statim ✝ 73 *Nam pro herili & nostro*. & seqq. usque ad ✝ 140. *Quid me vis*. &c. quem versum hæc demùm excipiunt: *Postquàm Aurora*. &c. Σφάλμα videtur indè natum, quòd Scriba totam paginam in suo Apographo malè vertit, ut fieri amat. At Ms. Dec. omnia rectè habet: nempe uti nos edidimus.
✝ 9 *concessamus*] Sic MSS. ambo nisi quòd in versu spurio, quem modò numeravimus, sit: *concessavimus*.
✝ 10 *fricari*] V C *africari*.
✝ 13 *Ea nos*] Mss. *Eanes*.
✝ 14 *Ab gerundâq;*] Mss. ambo sic: *Aggerunda qua aqua*. At Editiones duæ primariæ: *Adgerundâq; aquam* Lectio Mss. libb. tolerari poterit: quãquam ea à vero nõ multùm abludit, quam posui ex Editionibus antiquis. Et ut verum fatear Typogr. meus lectionẽ Mss. ex meâ mente exprimere debuit. sed nescio quo vitio neglectũ
✝ 16 *sed verò dua*] Sic uterque Mss. Al. *si verò*
17 *potissunt*] Ita ambo Mss. *potis sunt*. Al. *etiam potessunt*. Vide Lex. *Potessum*.
✝ 21 *scimus*] Sic ferè V. C. exprimit: *scimus facere niam*. At Ms. Dec. *scimus facere* ..... *Nam qua*. Al. *simus satura*.
✝ 22 *qua lavata'st*] Mss. uterque: *qua clavata est*. Vnde hanc lectionem concinnavi.
✝ 23 *quasi illud*] V. C. *quasi inlusta*. Ms Dec. *quasi injusta est*. Vnde sic legend. uti expressi. Nam Mss solemne est, *s* præfigere litteræ *t*. itemque τὸ *i* positum αἰτὶ τοῦ *l*. Al. *illauta*, vel: *illuta*.
✝ 24 *sic fabul.*] Ms. Dec. delet τὸ *sic*.
✝ 29 *omnib. in reb*] τὸ *in* abest à Mss. & Ms. Dec. *modis* non: *rebus*. Et ambo: *habitu* non; *habitum*.
✝ 32 *quasi*] Mss. *quamsi*.
Ibid. *mariatica*] V. C. *mariatica*.
✝ 34 *usq; & diu*] τὸ *usq;* retinent ambo Mss. Alij delent præter rem. *(mul.*
✝ 36 *Eius seminis*] Sic Mss. ambo. Al. *Eiuscemodi*
✝ 37 *Atq; invenustè*] V. C *adque invenustate* Ms. Dec. *atque invenustate*.
✝ 39 *maceret*] Sic Mss. Pall. Al *macerent*. Al. *opinor*. Ag. *quid id? scit*. &c.
✝ 40 *amabo*] Mss. *amalo*.
✝ 41 *nostra etiam vitia*] V. C. *in nostra etiam vitiam loqui* Ms. Dec. *in nostram etiam utiã loquamur*.
✝ 46 *jam nunc*] Mss. *jam numme*.
✝ 47 *dari*] Sic Mss. Al. *dare* h. e. *daturum*.
✝ 48 *lingua*] V. C. *uncua huic*. at V. C. nec *lingua*. nec *uncua* habet.
Ibid *quid: malum*] Sic V. C. at Dec. *quid hic malũ*.
✝ 49 *obstipuisti*] Sic ex Mss. emend ubi *obstituisti*. pro: *obstupuisti* Al. *obtices*.
Ib. *ne me*] τὸ *me* abest à Mss. Pall. Et V. C. *opturba*.
Ibid *ac tace*] V. C. *ac tate*. Ms Dec. *atatem*.
✝ 50 *si tacuisses*] V. C. *si taccuisses*.
✝ 51 *mea soror*] Sic Mss. non: *soror mea*.
Ibid. *Ebo*] Ita sane disertè ambo Mss. Pall. non: *ohe*: uti falsò nec sine injuriâ antiquissimorũ Codd producunt alij Editores.
✝ 52 *mantat*] Sic V C. at Ms Dec. *mandat*.
✝ 53 *apud*] V. C. *aput* Et, *ante tibi vis*. neque aliter
✝ 54 *alicarias*] Ms Dec. *velliqui sallicarias*. (Dec.
✝ 55 *cano delibutas*] V C. *schoeno delib*. Ms. Dec. *Schono del*. Al. *schœnicolas*.
✝ 56 *Et sellam*] τὸ *&* abest à Mss.
✝ 57 *adeò haut*] V. C. *hau quisq*.
✝ 58 *duobolaria*] Sic Mss non; *diob*.
✝ 59 *l*] Sic est in V C at Dec. *L in m. ar*.
✝ 60 *eampse*] Mss. *eamipse*. V. C. *dustitenent*. Et Dec. *Propidium*.
✝ 61 *En monstrum*] Ms. Dec. *Et monstrum*. V. C. neque *En*, neque *Et*, habet. nisi fortè ex præcedenti particulâ reprehendenda *&*, pro; *en*.
Ibid. *tantilla*] Sic Mss Al. *tantula*.
✝ 62 *vel*] τὸ *vel* abest à Mss. quorum V. C. *erat hc*.

Digitized by Google

M. Dec. *ciatho*. Alij: *cujus ego obulo erato septē n*. sed præter libb V.C. etiam *nebula* habet.

℣ 63 *Dij immortales*] V.C. *Dij mortales*.

℣ 64 *qui mage*] Sic Mss. non; *mage qui*.

℣ 65 *amet posthac*] Sic Mss. qui: *ut ame tas poshac* Al. *amet ac sibi prop*.

℣ 66 *me ut*] Sic V. C. at Dec. *ut amet at poshac propitia*.

℣ 67 *Assum*] Mss *essum*.

Ibid. *elixum sis*] Sic Mss Al *elixum volo*.

℣ 68 *Enimvero*] Sic V. C. at Dec. *Enim ere s d*.

℣ 69 *Etiamne ut ames*] Hic versus abest à V. C. sic: *h. didici quidem 'st Deos*.

℣ 71 *Heuecastor*] Ambo Mss. *eu ecast*.

℣ 72 *ut simus*] Sic Mss. non; *sumus*.

℣ 73 *Erili*] Ita Mss. Pall. ubi: *pro erilicet n* Al. *pro herili & nostro*.

Ibid. *exornatæ sumus*] Mss. *ornatæ s*. Cæterùm ab hoc versu quæ sequuntur V. C. transtulit post versum octavum hujus Scenæ. Sed Dec. benè habet.

℣ 74 *consistere*] Mss. *non consistet*.

℣ 75 *Eo illud*] Sic Mss. Pall V. C. *illut*.

Ibid. *habitu*] Mss *habitus*.

℣ 76 *Dij ament*] V.C. *Di amet ut*.

℣ 78 *polid*] Mss. *polit q*.

℣ 79 *limavi*] Sic Mss Pall. nisi quòd Ms. Dec *lamavi* Et *illac* ambo. non, *illâ*.

℣ 80 *aut ad lacum*] V C. *aud ad*. Ms Dec. *aut lacū*. absque, *ad*.

℣ 81 *limem caput*] Sic Mss. Al *tibi & illi liment cap*. Mss tamen, *limenc*.

℣ 82 *ibi sum*] Sic ambo Mss Al. *inibi*

Ibid. *Pergis*] Mss. *perdu d* sæpè pro *g* positum in nostris Mss.

℣ 83 *Ere*] Mss. *aere*.

℣ 85 *Meretricium*] Sic ambo Mss. non; *Meretricū* Et, *conferuntur* ambo Mss non; *conferentur*

℣ 86 *cordolium*] In Mss. discretè scribitur: sed junctim legendum est. Et ambo, *adspex* nō, *cōspex*.

℣ 87 *mea Soror*] Ita Mss. Pall Al *mala soror*.

℣ 90 *dici*] V. C. *deci*. (*debis*.

℣ 97 *Quia jam*] Mss. *Qui jam n*. Al *Quia num q au*.

℣ 99 *uvâ passâ*] Sic V. C. at Ms. Dec. nō habet *passa*. & V. C. etiam, *pensibis*.

℣ 100 *Ebatu*] Sic Mss Pall.

℣ 101 *sorditum*] Mss. *sorderunt qui erant*.

℣ 102 *paraum sordis*] Mss. *paulùm sordet*.

℣ 103 *inlutis*] Sic Mss non: *illotis*.

℣ 106 *Primâ cum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *Prima cum ut infer*. Cùm itaque hunc locum antiquissimi nostri Mss. non aliter legant, nolim alios Editores heic mutasse in: *Prima ut inferr*. utrobique autem in Mss. *inferremus signem*.

℣ 107 *occupant*] Mss *occupans*.

℣ 108 *expergiscatur*] V.C *experiscatur*.

℣ 109 *ea*] Mss *asae*.

℣ 112 *obsecro*] V. C. *opsec*. &; *ut nulsa' loq*.

℣ 113 *Sesamam*] Mss. *Sesumam*.

Ibid. *papaverem*] V.C. *papauperem*.

Ibid *nu es*] V. C. *nunces*.

℣ 117 *adeas*] Sic Mss. hæc & seqq. legunt. Al *quid si adeamus? Ml. adeas*.

℣ 118 *in secundo*] Sic Mss Alij absque *in*.

℣ 120 *Aedem*] Sic Mss. Pall. Al. absque, *edem*.

Ibid. *tu*] *tu* abest a Mss. Pall.

℣ 121 *Ehoan irat*] Sic V. C. at Dec. *Ehen' irat*.

℣ 122 *ais*] Ita Mss. non; *agis*.

℣ 124 *illi*] Sic Mss. non; *illic*.

℣ 125 *qui lubet*] Ita Mss. Al. *Quid lub*.

℣ 128 *invendibili*] V C. *invendibile merx op*. fortè, *merces*: pro, *merx*. Dec. *Invendibili merce*. Et; *preba mers*.

℣ 131 *amiserit*] Mss. *amiserit*. Et, V. C. *Orchus ab Acharunte* Dec. *ab aheronte*.

℣ 132 *quot*] Mss *quod*.

℣ 134 *Hercle est*] *est* abest à Mss. Pall.

Ibid. *in maxum*.] V.C *immax*.

℣ 135 *nimbata*] V. C. *ninbata*.

℣ 136 *tades*] V. C. *tacdaet*. Ms Dec. *tedet*.

℣ 138 *potes*] Mss *potest*.

℣ 139 *quid agas?*] Sic vers. hic legitur in Mss. Pall Al. *e n curem? quid ais? mi Milph*. Al. *quid agis Milphio* Cæterùm huc usq; saltū fecerat V. C. ut sup. à monui. Alium saltum hìc quoq; facit Ms. Dec. sic: *Quid ego nunc te curem namq; istec magis mea est curatio. Nam hercle. &c*. usq; ad ℣ 160. *Attica & libera* Inde sequūtur duo versus ante-omissi *quid me vis &c cur ego id a. n. i. m. t. e. curatio jam h. t. p*. Illa verò: *Milphio ecce odium meum*: planè non habet. In enim notam erroris Scriba indicavit hoc signo dd. ad illa verba: *Quid ego nunc te curem*. & postea inferius ad illa: *Quid me vis*. d. Quod libuit sic adnotare, ne quis fortè trajectionibus istis improvidis Scribarum abutatur in exemplum. Quod multi nimis temerè factitare solent.

℣ 140 *Qur*] Sic V C. ut & ℣ 141.

℣ 141 *tua 'st cur*.] Mss. ambo: *mea 'st curatio*.

℣ 143 *Alcedo*] V.C *alcyo* Et sic Mss. Al. *mare est alcyo*

Ibid. *educit*] Mss. *seducit*. (*lim*.

℣ 144 *exora*] V.C. *xora*. ℣ 146

℣ 146 *eamus nunc*] Mss. perturbatè sic habent: *non ae cujus in me esset morare & malef.* Vbi ingenium quis exerceat. nam sanè altera lectio, quam secutus sum, mihi suspecta est.

℣ 148 *deciens*] V. C. *sed entleus.* τὸ *in* l. Et τὸ *Nam* in nullo est Mss. Et ambo: *Liberare jura vis.*

℣ 150 *eho*] τὸ *eho* non est in V. C.

℣ 152 *Mea Delicia*] Sic MSS. Pall. Et fortè Agellius hunc versum in animo habuit, quando scripsit lib. 19. cap. 8. *Delicia* inusitatè à Plauto efferri. Sic autem hoc loco legendum foret: *Mea delicia.*

℣ 153 *savium*] Sic MSS. non *suavium.*

℣ 154 *meum mel*] V. C *meum mei.* τὸ I *in* L.

Ibid. *collostra*] V. C. *colustra.* Ms. Decurt. *collustra.*

Ibid. *molliculus*] Sic V. C at Ms. Dec. *dulciculus caseus.*

℣ 155 *patiar*] V. C. *paciar.*

℣ 157 *suscensere*] Sic Mss. Pall.

Ibid. *ero meo*] Ms. Dec. *ere.*

℣ 158 *faxo*] V. C. *faxo si non irata es ninnium pro te d.* Ms. Dec. *faxo si non irata es pro te ta.* τὸ *argentum* neuter adgnoscit. Al. *si non irata es nummulum pro te d.* h. e. pecunia sua te liberabit.

℣ 160 *quin abire*] Mss. *Q. adire s.* at Ms. Decurt. *sinus.*

Ibid. *quid vis*] V. C. *qui tu tibi.* Ms. Dec. *qui ... tibi ... qui bene.*

Ibid. *bene vis*] Sic uterque Mss. Al. *benefici sient.* A. *bene visi sient.* Al. *bene visitent.* h. e. ita visitent, quos amant, ut eis boni aliquid faciant, non ut eos verbis inanibus pascant. quod tu facis. Alii totum hunc locum aliter reformant. Vide Exercitationes Parte 1. pag. 202. At contrà condensam Antiquitatis nihil mutandum.

℣ 161 *mentitus sit*] Sic MSS. non; *est* V. C. *quidem mentitus sit.*

℣ 162 *Pareo*] V. C. *pareto.* Vterq; *at sin.*

℣ 163 *prehendam*] Sic Mss. Al. *te prendam.*

℣ 164 *hercule*] Sic Mss. non; *ego hercle.*

℣ 165 *illud faciet*] Mss. *illum faciat n.*

℣ 166 *mores moros*] V. C. *mores moros i malos.* at Ms. Dec. *mores mores malos.*

℣ 169 *voluptatem*] V. C. *me volupt.*

℣ 170 *savium*] V. C. *sualum.*

℣ 171 *impias ere*] Ms. Decurt. *impia secrete.* Al. *Impie, siccine orat. verberat?*

℣ 173 *orare*] Ambo MSS. καθ' ἔλλειψιν τοῦ *ut*; *orares.* non malè. immò quod Typographus ex mente meâ exprimere debuit.

℣ 175 *savium* V. C. *salum.*

℣ 176 *Huius Salus*] Hic versus in Ms. Dec. non legitur. in V. C. verò sic: *Huius colustra huius saius amœna huius festivitas. &c.*

℣ 180 *atq;*] V. C. *adq; odium.*

℣ 181 *mammeata*] Mss *mammiata.*

℣ 182 *Oculus h. lippitudo*] Mss. *oculos h. lippitudo in.*

℣ 183 *Vt tu huic*] Sic Mss. Al. absq; *tu.*

℣ 184 *suspendas*] V. C. *suspensas.*

℣ 185 *Num mihi*] Sic Mss. Al. *Hem mihi.*

Ibid. *tete*] τὸ *te* non geminatur in Mss.

Ibid. *sorbilo*] Sic ambo Mss. Al. *sorbitio.* hoc sensu: Video omnem mihi vitam in suspiriis ac gemitibus transigendam. Sumtâ Metaphorâ à sorbentibus, quorum spiritû imitari videntur sorbentes. Vide Lex. Plaut. *Sorbitium.*

℣ 187 *prohibere*] V. C *brohibere. p.*

℣ 191 *Verùm etiam*] Ita hic locus legitur in utroque Mss. Pall.

℣ 192 *savium*] V. C. *suavium.*

℣ 194 *Sequere*] V. C. *seque me.*

Ibid. *atq; aud*] V. C. *adq; aud.*

℣ 195 *Multam*] Mss. *multa.*

Ibid. *etiam audi*] τὸ *etiam* non est in Mss. Pall.

℣ 197 *Respexit*] Ita Mss. Pall. Alii dist. *Respice.* Ad. *Respexi.* Ag *idem pol.*

ACTVS PRIMI

SCENA III.

℣ 1 *auctor*] Sic perpetuò in Mss. scribitur hæc dictio. in *m. author.*

℣ 4 *Maiorem partem*] Ita est in utroque Mss. litteris tamen malè congeminatis *Maiorem parte minore habitas mea.*

℣ 15 *I; adduce testis*] Sic est in V. C. Alii absque *I* quod nec habet Ms. Dec.

℣ 16 *meis*] V. C *mijs & sicoph.*

℣ 17 *atq; abi*] V. C. *adque abi.*

℣ 19 *faxis*] Sic Mss. Al. *effexis.*

℣ 21 *oboh*] τὸ *oh* non geminatur in MSS. Pall.

℣ 23 *Aqua'st*] Sic est in V. C. pro: *Aqua est.*

℣ 24 *Nubes*] Juratò adfirmo, sic esse totidem litteris in V. C. Pal. In Mss. Decurt. *Neque nubes*

Digitized by Google

bes quantum est. absque *omnes.* In neutro verò *nubis q. e.* utiq; summâ cum injuriâ Optimarum Membranarum prodiderunt nonnulli Editores.

Ibid. *pergin' verò*] τὸ *verò* abest ab utroq, Mss Pall.

ẏ 25 *caelo*] Sic Ms. Dec. V. C. *celo.*

ẏ 26 *Enim vero*] Sic habet uterque Mss.

ẏ 33 *abiero*] V. C. *abireo.*

ẏ 34 *Oedipo*] Mss. *Oedippo*

ẏ 37 *meamet culpâ*] Sic V. C. at Decurt. *Ne meam culpam eo* Al. *meâpse culpâ.*

ẏ 38 *jubet*] V. C. *lubent.* τὸ l *à* ... τῦ *i.*

ẏ 39 *me*] τὸ *me* abest à Mss. Pall.

ACTUS SECUNDI
SCENA I.

ẏ 1 *infelicent*] Sic ambo MSS nec non Excerpta Mss. non, *infelicitent.*

ẏ 3 *thuru*] Mss. *turis.*

ẏ 5 *Sex immol. agonas*] Ita optimi Mss. Pall nec non Excerpta Mss. Al. *Sexagenos.* Alii, *agenas.* Vide Lex. Plaut.

ẏ 7 *illinc*] Mss. *illinc* non; *illim.*

ẏ 8 *votui*] Sic Mss. pro, *vetui.* Ms. Decurt. *iratum otui.*

ẏ 9 *adspicere*] V. C. *ea picere vol.*

Ibid. *illa*] τὸ *illa* abest à Mss. Pall.

ẏ 10 *indignam*] Ita ambo Mss Pall. Al. *Deum esse indignam.* scil. Venerem, more antiquo: ut docet Festus. Alii: *Deâ esse indignâ.* Al. *Deam esse indignatam.*

ẏ 15 *Atque avidi*] Mss. *adq; avidi.*

ẏ 20 *aut Humani*] Mss. *haut hum.* Ms. Dec. *humana* & uterque, *crederet.*

ẏ 21 *dono*] V. C. *dona.*

ẏ 25 *Lenulle*] Mss. *Lenutte.*

Ibid. *pentethronicâ*] Ita uterque Mss. voce fictâ. Al. *pelethronicâ.* à *Lapithis Pelethroniis.* Al. *ptevonitica* ob ea quæ sequuntur: *Volaticorum.*

ẏ 26 *Quâ sexag.*] Mss. ambo: *Quo sexag.*

ẏ 28 *Volaticorum*] Mss. *Evolaticorum homin.* τὸ *Ehem* abest ab utroque.

ẏ 29 *Volatici*] Mss. *viatici.*

ẏ 32 *praesternebam*] Sic V. C. *prestern.* Ms. Decurt. *prestern.* Falsum igitur, quod Saxonicus Editor ait utrumq; Mss. legere, *praesterneb.*

Ibid. *farferi*] Ita ambo Mss. Pall. ut & Vaticani. Al. *farfari.*

ẏ 34 *optumè*] Ms. Dec. *obtumè h.* Cæterùm hæc omnia sic concipiuntur in Ms. Dec. At primus immanem facit saltum. Nam pòst hæc verba: *Adhaeresceres.* sequitur continuò versus 41. Actus 3. Scen. 1 *Scitis.* usque ad vers. 32. Act 3. Scen. 2. *St tace.* Inde redit huc; *Perge.* & continuat ista usque ad versum 29. Act. 3. Scen. 1. *Podragosi.* Inde redit ad ẏ. 32. Act. 3. Scen. 1. *Ducere st tace.* atq; ita in ordinem redit cum sequentibus. Confusio ista adscribenda securo Scribæ: qui chartas Apographi malè vertit. In Ms. namq; Decurtato omnia rectè habeat.

Ibid. *quid postea*] V. C. *quip posteà.* Ms. Dec. *qui postea.*

ẏ 35 *gloVes*] Sic V. C. antiquè. V. pro B.

ẏ 36 *Eò illos*] Mss. *ego.* & MS Dec. *jussit.*

ẏ 37 *quemquam*] Sic Mss. ambo. Al. *ut quemq.*

ẏ 38 *crebri*] Mss. *crebi.*

ẏ 39 *necabam*] V. C. *negabam.* C pro G.

ẏ 40 *cerebrum*] V. C *gerebrum.* G pro C.

ẏ 43 *aquom*] V. C. *aquum.* Ms. Dec. *equum.*

ẏ 45 *inibi*] Ita disertè V. C. at Ms. Dec. *tibi.* Et ambo: *Nihil moror.* Al. *non m.*

ẏ 46 *tuum*] Sic Mss. ambo. non; *immò.* sicut expressit Taubmannus.

ẏ 47 *hinc*] τὸ *hinc* abest à Mss. Pall.

ẏ 50 *tuam*] V. C. *tuum.*

ẏ 51 *fuerit*] Mss. ambo: *fuit.*

ẏ 53 *profectò*] Mss. *profectos.* Al. *profestos.* vel, *pro festo.*

ẏ 55 *Mercennarius*] Sic Mss Pall. duplici nn.

ACTUS TERTII
SCENA I.

ẏ 1 *nihil*] Mss. *nihili.*

Ibid. *inequius*] Ambo Mss. *inequius.* V. C. absque diph.

ẏ 2 *Amanti*] Sic V. C. at Ms. Dec. *amantiq.*

ẏ 3 *spissigradissimos*] Ms. Dec. *spissigradissimus.*

ẏ 4 *Corbita*] Mss. *cordita.*

ẏ 5 *atque*] Mss. *adque equid.*

Ibid. *hercle deditâ*] V. C. *hac edita opera.*

ẏ 6 *Sciebam*] Sic Mss non; *scibam.*

Ibid. *atate*] Mss. *atati* V. C. non habet τὸ *tardiores*

Ibid. *metui*] Sic ambo Mss. Pall. non; *metuo.*

ẏ 7 *Nequiquam*] Ita Mss. non; *Nequicq.*

Ibid. *elegi*] MS Dec. *eligi.*

ẏ 8 *aut ite*] Sic est in utroq; Mss. Pall. Ms. Dec. *audite hinc.*

ẏ 10 *condidicistis*] Mss. sic. *condidicisti is occrassat* Alii: *sic hoc grassari.* In Mss. C pro G positum

Ibid.

Ibid. *isthoc*] Sic ambo Mss. Pall.

℣ 13 *nec recte*] Sic Mss. Pall.

℣ 15 *obnoxij*] Mss. *obnixij* Ms. Dec. posteà; *obnoxij*.

℣ 19 *per Vrbem*] V. C. *perturbem*.

℣ 20 *servuli*] Sic Ms. Dec. at V. C. *servire*.

℣ 21 *atq;*] V. C. *adq;*

℣ 22 *sed*] V. C. *set*.

℣ 26 *Adsi*] Mss. *adsiet*.

℣ 27 *elaBatorem*] V. C. *& clabatorem* Dec. *t. glabatorem*. Vera omninò lectio ea est. B pro V. & G pro C. Alii *grallatorem*.

℣ 29 *Cochleam*] Mss. *cocleam*.

℣ 30 *celeriter*] V. C. *celiriter*. Et Mss. *At verò*: non; *An verò*. V. C. *Ad v*.

℣ 31 *edas*] V. C. *et das*.

℣ 32 *tu invitus*] Sic Mss. Al. absq; *tu*.

Ibid. *de qui*] Sic V. C. *de qui ederis*. Dec. *de quo ederis*. Al. *quo ius ederis*. sc. cibo vel prandio: ut sit ἴσαι ψέσ

℣ 38 *quomodocunq;*] V. C. *quo meo quam qui qui quã quam sumus p.* Dec. *quo meo cum cui quã quã s. p.*

℣ 35 *nostrum*] V. C. *nostram*.

Ibid. *id omne*] Sic ambo Mss. non; *illud*.

℣ 37 *nostrorum*] Sic Mss. Alii *nostrûm*.

Ibid. *ramices*] Mss. uterque *ramites*.

℣ 39 *itidem*] Sic Mss. Al. i, *item*.

Ibid. *quod nos*] Ms. Dec. *quos nos*. V. C. *qua nos*.

℣ 40 *celocem*] Mss. *velocem*.

℣ 44 *operâ mihi*] Mss. ambo: *operamini*. Al. *quoi*. scil. rei. Al. *quò*.

℣ 47 *omnia isthac*] Sic V. C. pro, *istac*.

Ibid. *Spectatores*] V. C. *his peccatores*.

℣ 49 *Hesce*] Sic MSS. *hoste satus est*. Al. *Hesce satus*.

Ibid. *agas*] Mss. *agant*.

℣ 53 *vobis dudum*] Sic Mss. non; *dud. v*.

℣ 54 *temptas*] Sic Mss. Pall.

℣ 59 *pecunia*] V. C. *penicunia*.

℣ 61 *duplicavit*] V. C. *dublicavit*.

℣ 62 *esse testis*] V. C. *esse estis*.

℣ 63 *primoribus*] V. C. *primordius*.

℣ 66 *pessume itis*] In Mss. est; *optumè itis pessumè hercle dicitis*.

℣ 67 *femina*] Sic Mss. Al. *flemina*.

℣ 72 *Lenonem*] V. C. *Leonem*. Al. *perjur. ut*.

℣ 73 *opportunè*] Mss. *oportunè*. & ℣. 74 *Vilicus*.

ACTVS TERTII SCENA II.

℣ 1 *præcepta*] Mss. absq; diph.

℣ 2 *aprugnum*] Mss. *apugnum*.

℣ 3 *condocta*] Sic V. C. at Ms. Dec. *conducta*.

℣ 4 *Tragœdi*] Ita expressè V. C. at Dec. *ut Tragœdia Comici*. Et *condoctior* est in V. C. at Dec. *conductior*.

℣ 5 *Probus*] V. C. *Brobus*. & ambo Codd. *est*. pro, *es*.

Ibid *proprius*] Mss. *proprius*.

℣ 8 *sæpius*] Mss *sepius*.

℣ 9 *juris coctiores*] Sic Mss. ambo. Et Ms. Dec. non habet *juris*. Al. *doctiores*. Al. *cotiores*. h. e. *cautiores*. ut alibi apud Plautum *cotio*: pro; *cautio*.

℣ 10 *lites emunt*] Mss. *lites serinnt*. Al. *lites serunt*. quod Taubmanus expressit contrà consensum MSS. libb. Et ambo: *hi sunt*. Al. *sunt hi*.

℣ 11 *commendo*] V. C. *quo meo quin n. qui qui tamen*. Dec. *quo meo quom qui qui tamen*.

℣ 13 *Ordine*] Mss. *in ordine*.

℣ 21 *BoVes*] Sic Ms. Dec. antiquè. pro; *boves*. ut est in V. C.

℣ 22 *Philippum*] Sic Mss. Al. *Philippeum*.

℣ 29 *obliciatur*] Sic Mss. unico I.

℣ 30 *jubet*] V. C. *lubet*. τὸ l ἀντὶ τοῦ i. Et pro; *sed vos*: Alii; *& nos*. V. C. *set n*

℣ 31 *St! tace*] Sic ambo Mss. Alij *Atate*. Vide Lex. Plaut.

℣ 33 *id*] τὸ *id* abest à Mss. Pall.

Ibid. *perduint*] Sic Mss. non; *perdunt*.

℣ 35 *consuevêrunt*] Sic MSS. non; *consuêrunt*.

Ibid. *pone*] V. C. *pones esse*.

℣ 36 *bonu'st*] Sic ambo MSS. Alii absq; *est*.

Ibid. *malo'st*] Ms. Decurt. *malus*. V. C. *nam similis est*: absque, *malus*.

℣ 37 *ego*] Sic Mss. Alii absque *ego*.

ACTVS TERTII SCENA III.

℣ 1 *revortar*] V. C. *revotar*. Ms Dec. *revortar*.

℣ 3 *atque*] V. C. *adq;*.

Ibid. *eâdem*] Sic ambo MSS. non; *eadem*.

℣ 4 *re divinâ*] Mss. *redi viva*.

℣ 5 *ec quid*] Sic Ms. Dec. at V. C. *& quid*.

℣ 6 *sequitur*] Mss. *sequatur*.

℣ 7 *Aetoli*] Sic leg ex MSS. Pall.

℣ 9 *deniter*] Sic Mss. Al. *leviter*.

℣ 12 *Thensaurus*] Sic Mss. ambo.

℣ 21 *qui verò*] V. C. *quid vero*. Ms. Decurt. *quid*. absque, *verò*.

℣ 23 *expetit*] Sic ambo Mss. Al. *expedit*.

℣ 24 *Facetè*] V. C. *facite*.

℣ 25

Digitized by Google

ỷ 25 *Quamquam benè*] Hic versus in utroq; Mss. legitur. sed otiosè videtur repetitus: cùm supra suo loco fuerit, vers. 8.

Ibid. *leniter*] Sic Mss. non; *leviter*. ut suprà quoque ỷ. 9.

ỷ 26 *boni*] Sic Mss. V.C. initio, *bono*.

Ibid. *damus tibi*] Sic Mss. Al absque *tibi*.

ỷ 28 *damus tibi*] Sic MSS. Alii absq; *tibi*.

ỷ 32 *Capiti*] Sic Mss. non: *Capite*.

ỷ 35 *qui siet*] V. C. *quæ siet*.

ỷ 37 *à mane*] Sic Mss. non, *à mani*.

ỷ 38 *istum*] Mss. *istunc*.

ỷ 42 *copulat*] Mss. *copulant*.

ỷ 43 *Ait*] V. C. *aget*.

ỷ 45 *faciat*] Mss. *faciet*.

ỷ 48 *volt*] Sic habent MSS Pall.

Ibid. *lepidum*] Ms. Dec *leppidum*.

ỷ 49 *Atenim*] V. C *adenim*.

Ibid. *furtim*] Sic V. C. at Ms. Decurt. *hic clam. furtim*.

Ibid. *qui sciant*] Mss. *ne quis sciant*.

ỷ 50 *Spartá*] Mss. *in sparta*.

ỷ 52 *nunc aufugit*] Sic amb. Mss Al *huc aufug*.

Ibid. *quoniam*] Sic Mss. Al *quòm jam*.

ỷ 54 *vobis*] V. C. *votis vobis in. b. d.*

ỷ 57 *præsibi*] Sic ex Mss. correctum. ubi, *presibi*. Alii *portat præs sibi*. h. e. Est sibi præs, nec opus habet alio, qui benè num natus sit.

ỷ 58 *Hom all.*] Sic Mss. V.C. *hominem mallex*. Al. *Hom. ad me allex*.

ỷ 59 *hortamini*] MSS. *hortamibi*.

ỷ 60 *devortatur*] Sic MSS. non, *divert*.

ỷ 62 *ages*] Sic MSS. non; *agis*.

ỷ 64 *captum*] Mss. ambo: *si castum esse vis*.

ỷ 69 *inspecta Vimus*] Sic V.C. antiquè. V pro B.

ỷ 71 *illud*] Sic Mss. non; *illuc*.

ỷ 72 *Blandè huc*] *τὸ huc* non est in Mss. Pall

ỷ 74 *quòm me*] V. C. *quo me*.

ỷ 78 *quia à Musc.*] V. C. *quia musc*.

Ibid. *hospitium*] MSS ambo; *hostium*.

ỷ 81 *Oculi*] Ita MSS Pall. alii: *hospites*.

ỷ 83 *patito*] *τὸ te* abest à MSS. Pall.

ỷ 85 *Complexum contractare*] Sic Mss. absque *te*. &c. rectam.

ỷ 86 *Lesbio*] Sic est in Mss. Al. *Coo, Thasio, Lesbio*.

ỷ 88 *echeumatis*] MSS *Egeumatis*.

ỷ 89 *multa verba*] Sic MSS Pall.

ỷ 91 *Sed hac*] Ita Mss Pall. Alii delent *τὸ hac*.

ỷ 93 *quin hercle*] MSS. *qui hercle*.

Ibid. *dare*] Mss. darem

ỷ 94 *Quin sequere me initio*] Hunc versum habet uterque MSS sed videtur otiosè repetitus ex Scenâ subsequâ. vers. 10.

Ibid. *me intrò*] Sic MSS. Alii absque *me*.

Ibid. *me ergò*] Sic Mss. Al *ergò me*.

ỷ 95 *huc foràs*] Sic Mss. Al. *for. h.*

ỷ 97 *qui fuerem*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *quis furem cap.*

Ibid. *ocius*] MSS *otius*.

ỷ 98 *dare*] Sic MSS. Al. *dari*

ACTUS TERTII
SCENA IV.

ỷ 1 *voltis*] Sic Mss.

ỷ 2 *Aurum datat*] Ita Mss. uterq; absque *eum*. Iidem tamen Codd. *dabat*. non, *datat* habent; quòd ex indè factum.

ỷ 3 *sis heic*] Mss. *sis seic*.

ỷ 4 *Philippi*] Sic Mss. non; *Philippei*.

ỷ 5 *properè*] Sic Mss. Al *propriè*. Et V. C. *apsumi*.

ỷ 8 *unà fab.*] *τὸ unà* abest à Mss. Pall. Al. *ibique reliq.*

ỷ 9 *Spartiaticos*] Ita Mss. ambo. in Ms. Dec. est, *Spartiacas* Et, *Eàdem* est in Mss. non; *Equidem*.

ỷ 11 *frugi fies*] Mss. *frugi sies*.

ỷ 14 *meum esse*] Sic Mss. non; *esse m.*

ỷ 15 *sæpè leges*] Sic Mss. Al *pop. leges*. Ad *sæpè sciv.*

ỷ 17 *meminerimus*] V. C *memineimus* Ms. Dec. *meminimus*.

ỷ 19 *pariem*] Sic ambo Mss. Pall. Al *pe le frang.* quæ lectio locum haberet, nisi contenderent Mss. repugnaret.

ỷ 20 *censetis*] V. C. *censeris*. Ms. Dec. *censeo* pòst; *censeat*.

ỷ 23 *errabit*] V. C *eerrabit*.

ỷ 24 *dicetur*] Mss. *diceretur*.

ỷ 27 *adstringit*] Mss *furti sese adstr.*

Ibid. *id quidem est*] Mss. non habent *τὸ est*.

ỷ 29 *jam hanc*] *τὸ hanc* abest à Mss. Pall.

ỷ 30 *Diespiter*] Versus hic in Mss. præponitur præcedenti. *Ibo*. Et fortè non incommodè.

ỷ 32 *egrediter*] Sic V. C. at Ms. Dec. *egreditur*.

ỷ 33 *quin sis tu*] *τὸ quin* abest à MSS. Pall. ut & *tu*.

ỷ 34 *viderit*] Ms. Decurt. *Ne nos Leno ... rit*. Al. V. C. *Ne nos Leno noverit*.

ỷ 35 *Qui illi*] Mss *qui illi mala eire it ante*. Ms. Decurt. *illi marq. ire it fuimus inlices*.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS TERTII
SCENA V.

℣ 4 *portendier*] Sic Mss. non; *protendier*.
℣ 5 *postillà*] V. C. *post illam*.
℣ 9 *quomq*;] Sic V. C. Dec. *Vtcumque*.
Ibid. *exin*] Mss. *exim*.
℣ 10 *quas*] Mss. *quos*.
℣ 11 *sodes*] Mss. *si audes*.
℣ 13 *Aphrodysiis*] V. C. *Afrodis*.
℣ 15 *os*] Ita ambo Mss. nisi quòd *hos*. Alii etiam *frigidefactus*. sed contrà libb. Similis locus est Rud. 5. 2. ℣. 39. Al. *frigefactus*.
℣ 17 *aput me*] τὸ *me* abest à V. C.
℣ 18 *Aurumq*;] Mss *maurumq*; *att*.
℣ 19 *quibus*] Sic Mss. Al. *ibus*.
℣ 23 *quid sit*] V. C *quit*.
℣ 25 *his cerebrum uritur*] Hæ dictiones exulant à V. C. in Ms. Decurt. sic: *id nunc his ca crebro auritur*.
℣ 30 *atque*] V. C. *adq*;.
℣ 33 *si quid*] V. C *quit*.
Ibid. *refert*] In V. C. initio fuit; *referta via*. postea factum est, *refertra via*. Ms. Dec. *refertra viao*. Al. *annuo*, Al. *ravio*.
℣ 35 *Spartiatem*] Mss. *sparvatem*.
℣ 36 *Quia dte*] V. C. *quia tte*. Ms. Decurt. *quia te*. Noster Typographus malè omisit τὸ *te*.
℣ 37 *istoc*] Sic V. C. at Ms. Dec. *in isto cado*. Al. *id quidem nunc est tuo*.
℣ 38 *id nunc in*] τὸ *in* à Mss. abest. ut &, *nunc*. Et V. C. *Va vostra atati*. Dec. *Ve v. at*.
℣ 45 *obtorto*] Mss *opt*. per p. Et τὸ *hinc* abest à Ms. Decurt.
℣ 46 *quàm*] V. C. *quom* Ms Dec. *cum*.
℣ 47 *si quid*] V. C. *si quit*. Et *benè* est in utroque Mss. non; *boni*. quod alii in textū immiserunt.
Ibid. *benè*] Ita ambo Codd Mss. Alii *boni*.
Ibid. *prospisso*] Hæc eabsūt ab utroq; Mss. nescio quo fato num fortè adsuta sint à nothâ manu.
℣ 48 *præsentarium*] Mss. *presentiarium est. Nunc iba*.

ACTUS TERTII
SCENA VI.

℣ 1 *Age tu; progredere*] Mss. *agetur procred*. C pro G.
Ibid. *te ire isthinc*] V. C. *te re ist. f.* Ms. Decurt. *te isthinc for*. Alii: *videant tete*.
℣ 2 *mehercle*] Ita ambo Mss. Al *Hercle*.
℣ 4 *abscessis*] V. C. *apscessit*. ut & ℣. 6.
Ibid. *abieris*] Mss. *aberit*. absq; *in*.
℣ 5 *susscribam*] Ita ambo Mss. pro; *subscrib*.
℣ 6 *Numquis me*] Mss. *Num qui me*. Al. *Numquid me*.
Ibid. *ornatum*] V. C. *ornamentum tuum*. Et ambo ℣. 10. *Apsced*.
℣. 15 *Nostro*] Mss. *Nostros*. Al. *Nostro sibi serv. nos c. c.*
℣ 16 *Verùm ita sunt isti*] Sic Mss. Al. *omnes isti n. d.*
℣ 17 *gratia*] Mss. *graccia*.
℣ 19 *sultis*] Mss. *stultis*.
Ibid. *nunc jam*] V. C *nuntiam*.
℣ 20 *quoi rei*] Sic V. C. at Ms. Dec. *quoire*.

ACTUS QUARTI
SCENA I.

℣ 1 *Exspecto*] Ms. Dec. *Expecto*.
Ibid. *te hinc*] V. C. *te hine* Ms. Dec. *te hinc*.
℣ 2 *Velut*] V. C. *uit* Dec. *ut*.
℣ 5 *Attat! è Fano*] Sic scribendum è Ms. Dec. nam V. C. *Attate fano*. Al: *At at è f.*
Ibid. *Veneris*] Hæc dictio ab utroque Mss. Pall. abest.
℣ 6 *sermonis*] Mss. *sermones*.

ACTUS QUARTI
SCENA II.

℣ 1 *neglegere*] V. C. *nec legere*.
℣ 2 *est consim.*] Mss. *& consim*.
℣ 4 *cœno*] Mss. *ceno*.
Ibid. *cónlitus*] Sic est in utroque Mss. Cæterùm in Ms. Decurt. aliquis hic saltus factus est culpâ Exscriptoris. Hic namque versus: *Ita me DI*. trajectus est infrà post. vers. 10. *Equitem*. sed notâ tamen [illegible] additâ ƌ & ƀ.
℣ 6 *præpeditus latero*] Ita Ms. Dec. at V. C. *praditus latere*. Ms. Dec. etiam: *latere*.
Ibid. *mea meam*] Hæ duæ dictiones absunt à Mss. Pall.
℣ 7 *illuc*] V. C. initio, *illic*.
℣ 8 *corruptela*] Ms Dec. *corruptella*.
℣. 10 *Equitem, Peditem*] V. C. *equitaem peditaem*.

Ibid. *an Fugitivom*] MSS. *adfugit. v.* Al. *aefugit. v.* Initio tamen in V. C. videtur fuisse: *an. fugit. v.*

℣ 11 *ut homo*] τὸ *ut* non geminatur in MSS Pall.

℣ 13 *estur*] Ms. Dec. *estu.*

Ibid. *haut secus*] V. C. *hau secus.*

℣ 14 *Epistulas*] Sic ambo Mss. per *u.*

℣ 15 *litteris*] Sic Mss. per *tt.*

℣ 16 *dilectum*] Sic Mss. non; *delectum.*

Ibi. *Vinariorum*] Ita ambo Mss Al. *vivariorum.*

℣ 17 *heredem*] Mss. *herad.* absq; diph.

℣ 18 *Nam is*] Mss. *id.*

℣ 19 *ausculto lubens*] Mss. *aut culto lubens.* non; *libens.* Et ambo: pro, *equidem*; habent; *&* *autem.*

℣ 21 *fieri*] Mss. *fieri fuisceris.*

℣ 22 *Male-partum*] Mss. *male parum.*

Ibid. *ad postremum*] V. C. *ad posterum.*

℣ 23 *hic erat*] τὸ *hic* non est in Mss. Pall.

℣ 24 *potis est*] Mss. *poti est.*

℣ 25 *ab Aede*] Mss. *ab adi Ven.*

℣ 26 *nequivit*] V. C. *nequuit.* Ms. Dec. *necuti.*

℣ 27 *primis hostijs*] Ms. Dec *primus hostis.* V. C. non habet τὸ *primis.*

℣ 28 *exemplo*] Mss *exemplo.*

℣ 29 *Heus! Sync.*] Mss. *Heu Sync.*

℣ 30 *quicum*] Mss *qui quam.* Ms. Decurt. *cuiquam.*

℣ 33 *tute*] Mss *tu.* absq; *te.*

℣ 34 *quid*] V. C *quit.*

℣. 35 *appone*] Sic ambo Mss. Al. *apone.* h. e. *de one.*

℣ 36 *sis*] V. C. *si sincere.*

℣ 37 *quemnam*] C. V. *quen nam.*

℣ 38 *al quem*] Sic Mss. ambo: non; *quem libet.*

℣ 39 *Lepidum eloquere*] Sic Mss. non: *lepide loqu.*

℣ 40 *deprensi*] Mss. non habent hanc dictionem sed sic: V. C. *facio quid manifesto imo echi* Ms. Dec. *man. hi mechi b. f. s.* Quæ lectio videtur genuina.

Ibid. *ferme*] Sic ambo Mss. Al *ferte.* malè.

℣ 41 *perduint*] Ms Dec. *perdunt.*

℣ 42 *me non perdant*] V C. *me non perde nullum ut p.* MS. Dec. *me non per hercle ut perdant nei mihi metuam, Milph.* Aliis omissis. Sunt etiam qui sub finem hujus versûs addant: *si velim. Mi. quem?* sed præter libb. MSS.

℣ 43 *ni mihi*] V. C. *ne mihi mei tuam M.*

℣ 44 *memorandum*] Mss. *memorandum.*

℣ 45 *quoi domi*] Sic V. C. *quoi domi sit.* Ms. Dec. *qui omisit.* Al. *cui id omne est quod.*

℣ 46 *eam ductas*] τὸ *eam* abest à Mss. Pall.

℣ 49 *pinnas*] Sic MSS. non; *pennas.* nec; *pennas.*

℣ 50 *Nolito edep. devellisse*] Ita disertè ambo MSS. Pall.

℣ 51 *tua hirquina*] Sic Mss. Pall. altero tamen versu Ms. Dec. non habet *tua.* qui & *hircina.* Al. *te vell.* Retineo ego consensum MSS. Codd. optimo sensu.

Ibid. *i*] τὸ *i* non est in MSS. Pall.

℣ 52 *qui benè eum norit*] Sic MSS. Al *qui hominem norit.*

℣ 53 *rectius tacitus*] Sic ambo MSS. Pall. Alii: *rectius tacitum tibi rem s. h. e.* magis tectam tacitam rem tibi præstabo, quàm quod malæ mulieri dicitur. Alii: *rectius tacitus tibi res sistam, quanto dictum est mala mulieri,* h. e. magis tacitus ero, quàm verbum, TACE; est quod dici solet malæ Mulieri. Alii: *rectius facilius tibi rem.*

Ibid. *malè*] V. C. *muta mul.*

℣ 55 *credam ni*] Mss. *credamini te nov.*

℣ 61 *poterit*] Mss. *poteris.*

℣ 62 *paritem*] Sic restitui hunc locum ductu Mss. Pall. ubi: *vs. parilem ne à te perdiam.* Alii *ins. parem, ne ineptè perduim.*

℣ 63 *quoiquam*] V. C. *quiquam.*

℣ 64 *synceraſto crurifragum*] Ita restituendus hic locus ex V C. ubi: *exsincerasi ocrurit fragium fec.* Ms. Decurt. *ex sincera . . . fecerit.* Al. *exsinceraſtum fec.* q. d. ego qui nunc lyncerosus h. e. medullà plenus, & pinguis vocor, flagris heri emaciatus, rectiùs vocabor Exsynceratus. ut sit versus senatius. Alii, *Crurifragum.*

℣ 68 *Fide*] Sic Mss. non: *fidei.*

℣ 69 *locus occasioque est) liberè*] Sic scripsi & distinxi ex Mss. Pall.

℣ 70 *frugem*] Sic Mss. ambo. Quod aliqui negant latinum esse: eòque malint: *frugi.*

Ibid. *qui*] C. V. *quid potest.*

℣ 73 *Sed qui*] MSS. *sequid credam.*

℣ 74 *quanti*] Hic lacunæ sunt in Mss. Pall.

℣ 76 *tanti quaso*] Et hic vacant Mss. neque habent has tres dictiones. Saxonicus Editor iterùm megnum crimen falsi heic committit dum asserit in Mss. legi: *Duas illas tanti quaso emit:* Atqui nec vola, nec vestigium harum dictionum inibi comparet.

℣. 78 *Karthagine*]. Hæc dictio in V. C. nulla est.

sic

Digitized by Google

Sic enim, *Ingenuas ..... alebat esse*. Ms. Dec. sic: *Ingenuas sariagine Alebat esse*. utrobique nota κορωνὶς γὰρ τῆς ἀντιστοιχίας litteræ *l.* & *i.*

ỳ 80 *surruptus*] Mss. ambo: *surruptum*. Al. *surpitus*.

ỳ 85 AD INCITA *Lenonem*] Ambo quidem MSS. *ad incitas*. quod & probum est. Malui verò τοῖς adsorbere κατ' ἀντίφρασιν: quia sunt, qui malint: *ad Incita*. sic utroque modo legi poterit.

ỳ 86 *unam calcem*] Sic MSS Pall. non; *unum*.

ỳ 88 *servuam*] V. C. *servam*.

ỳ 89 *numquid vis*] Mss. *nunc quid*. absq; *vis*.

ỳ 91 *ut sint dicta*] Mss. *ut sint dicta*. V. C. *scint*.

ỳ 95 *illic*] Mss. *illinc*.

ỳ 96 *exul*] Sic Mss. Pall.

ỳ 97 *Satin's*] Ita MSS. Pall.

Ibid. *injectum*] Mss. *in lectum*. τὸ l ἀντὶ τοῦ i.

Ibid. *tam*] Sic Mss. Al. *jam instat alterum*.

ỳ 98 *evocem*] Mss. *ante adesse vocem*. Al. *evocem*.

ỳ 99 *Quæ audivistis*] Ms. *quæ audivisti*. Al. *Et quæ audiv*

Ibid. *iterem, inscitia est*] V. C. lacunam hic præfert, & leg. *hic iterum*. Ms. Dec. *hic si terum* ..... sed absq; lacunâ.

ỳ 101 *quid malorum*] Vtrobique in Mss. lacuna apparet. nam hæ duæ dictiones fictitiæ sunt, absq; ullâ auctoritate additæ. Ms. Dec. *atvenit*.

ỳ. 102. *sed ego*] Mss. *sed ego nunc est cum memoret*.

ỳ 104 *nocte consulend.*] Sic Mss. ambo: Al. *docte consulend.*

ỳ 105 *inserendum'st*] Mss. *inserviendum est*.

ỳ 106 *remora*] Mss. *Remor si sit*.

ACTVS QVINTI
SCENA I.

Hanno] In V. C. est: *Hanno pœnice*. Ceterùm libet hic utriusq; Veteris Codicis Palatini contextum hunc latinis litteris conceptum exscribere, eâ fin, ut conjectandi locus tantò possit esse promtior. Ego, quæ tum ipse, tum per alios ex analogiâ linguæ Hebraicæ de isto abdito Pœnismo cognoscere potui, cum lectoribus communicari. Sic igitur Chirographi antiquissimi:

VETVS CODEX.

Ythalonim ualon uth sicorathisyma comsyth
Chym lachunyth mumysthral mycthi barui myschi
Liphocanethythby nuthi ad edyn bynui
Bynarob syllo homaloni mur bymysyrthoho
Bythlym mothyn noctothu ulechanti clamaschon
Yssidobrim thyfel. ythi chili ys! chon! chem liful!
Yth! binim! ysdibur! thinnochot nu agorastocles
Ythe maneth! ibychir saelichot sith naso
Bynny id chil. lu bily gubulim lasibitthim
Bodialy therayn nynnursly mmon chot lusim; Hiaunio punicae.

PHONVS DV

Exanolim uolanus succurratimistim altim acum esse
Concubitum abello cutim beat lulacanti chona
Enuses huiec silic panasse atidmascon
Atem uiduberte felono butune celtumco mucroluenii
At enim auo so uber hent ea charistoclem
Eita seanec nasoctelia helicos
Alemus dubertermi compsuestipti
Aodeanec lictor bodes iussum limmincolus.

MS. DECVRTATVS.

Ythalonim ualon utsicorat sima .... comsyth
Chym lah chunyth mumysthyal mycthibarui imischi
Liphocane thyth binuthu ad a din bin uthu
Birnarob syllo homalonim uyby mysyrthoho.
Bythlim mothyn mocto: huu lechanti dasmachon
Yssidobrim thyfel yth. chyl! yschon. them liphul
Vthbinim ysdibur thinnoch atnu agorastocles
Ythemanethi ihy chirsae lychot sith naso
Bynny idchil lubily gubulim lasi bithym
Bothyalit heraym nynuys lymmonchot lusim

* * *

xanolim uolanus succurrati misti maltim acũ esse
Concubitum abello cutim beat lulacant chona enuses
Huiec silihc pan esse atid mascon alem ui duberte felone buthune
Celtum comucro lueni atenim auo souberhent hyacharistoclem
Etteseanehe nasoctelia helicos alemus duberter micompsuespti
✝ 17 *ducenti*] Sic rectè emendatum, cùm in MSS. *ducendi* sit, ubi intelligunt quidam; scil. cupido, sive voluntas. Al. *hinc ducenda. i. a. illa interea in domum mariti abibit.* Al. *ducendi mate teria absc.* absurdè.

✝ 19 *utibile*] V. C. *utibilem agis.*

✝ 20 *adeas*] MSS *adeam.* Et ambo *se.* non; *sese.*

✝ 21 *Thensaurum*] Sic Mss Pall.

✝ 23 *certò*] Ms. Dec. *certe se.*

✝ 26 *indaget*] Mss. *indacet.* C pro G.

✝ 27 *ergò*] Sic Mss. ambo. Al. *ergò agetur.*

✝ 28 *ei rei*] *ei* abest à b utroque Mss. Pall.

✝ 29 *aliquo*] Dictiones istæ: *aliquo*: &, *in Dotem*: in Mss non visuntur.

Ibid. *rogem*] Mss. *roges.* Al. *roget.* scil. Lesbonicus: cujus est dotare uxorem.

✝ 30 *exorari*] Sic Mss. Al. *exorare.*

✝ 31 *me*] Mss. *me tu.*

✝ 33 *ut*] Mss. *vides mutuum.*

✝ 34 *consilli'st*] Sic Mss. Pall.

✝ 39 *visitata*] Mss. *visita sit.* Al. *usitata sit.* vel; *visa sit.*

✝ 40 *confidentem*] Mss. *cum fid.* Al. *Falsidicus confidensque.*

✝ 41 *Seleucia*] MSS. *leutia.*

✝ 43 *benè*] Mss. *b. gererem &c.*

✝ 44 *actutum*] MSS. *auctutum.*

✝ 46 *alterum d.*] Sic MSS. non; *dicat alt.*

✝ 47 *Dare*] Sic MSS. ambo. Al. *Dari.*

✝ 50 *prope modò*] Sic MSS. ambo. non; *propemodùm.*

✝ 53 *Thensaurum*] Sic uterque MSS. Pall.

✝ 55 *adlatum*] V. C. *aliatum. i* pro *l.* Decurt. *alienatum.*

✝ 57 *Sycophantari*] MSS. *sicoph.*

✝ 59 *obsignatas*] V. C *opsign.*

Ibid. *Epistulas*] Sic V. C. Dec. *epistol.*

✝ 60 *Anuli*] Sic Mss. unico *n.*

✝ 62 *sescenta*] Ita ambo MSS. V. C. absque diph.

✝ 63 *Eum quem*] MSS. ambo: *Illum quem.*

✝ 66 *hujusmodi*] V. C. *hujus modo.*

✝ 67 *sermone*] MSS *sermonem terrere.*

✝ 69 *thensaurum*] Mss. *thenasaur.*

✝ 71 *Vxorem*] V. C. *voxorem.*

✝ 72 *pol*] V. C. *pod tacere.*

✝ 73 *tehinc*] V. C *tu hinc.* Dec. *tu hunc.*

✝ 74 *ad*] MSS. *at h.*

✝ 76 *praeceps*] Mss. *precepit.*

✝ 79 *quod*] Mss. *quo v.*

✝ 80 *illa*] Sic V. C. *Ille c.*

✝ 84 *maxumi'st*] Sic MSS. Al. *maxumum'st.*

✝ 85 *afferre*] V. C. *at f.*

✝ 87 *epistulas*] Sic V. C.

✝ 88 *Adulescentem*] Sic MSS. Al. *Adulescenti.*

✝ 90 *Nugas*] Supplementum hoc est à nostris Mss. Pall. V. C. *nugace sunt nisi.* Dec. *nugaces sunt nisi.* Al. *Nuga hæ sunt.* Al. *jam nugas hic fuit.*

ACTUS QVARTI
SCENA I.

✝ 1 *Salsipotenti*] Et hæc Scena superiori adnectitur in V. C. non item in MS. Dec.

Ibid. *Nerei*] Ita ambo MSS. Al. *&c Nereo Neptuno.*

Digitized by Google

℣ 2 *et*] Mss. *e stuct f.*

℣ 3 *Bonis q; meis*] Hanc lectionem exsculpsi ex Membranis nostris. V.C. *Quo* (quod est *quom*) ut & ℣. 5. seq. *p. me post bonis mis quid f. & mea iuite.* Dec. *Quō.* ut & ℣. seq. *p. me pot. bonis mis quid foret & mea vita.* Alii malâ fide exscripserunt Pluteariorum Codd. Excerpta. Aliiiterùm ex ingenio crudam hanc lectionem formarunt: *Quos penes mei potestas bon', naviuque foret & m v.*

℣ 4 *urbisq;*] Mss. *urbis cumam.* (V. C.) *reducem faciunt.* Dec. *redeunt, faciunt.*

℣ 5 *Atq; ego*] Ms. Dec. *Adq;*

℣ 6 *savumq;*] V. C. *sev.* ut & ℣. 2 *letue.*

℣ 7 *intolerandum*] V. C. *Intolerandam vesanum.*

℣ 8 *in Alto*] Sic V. C. at Dec. *in alio.* Al. *haud alio.*

℣ 9 *apud*] V. C. *apra homines.*

℣ 10 *damnare*] MS. Dec. *dampnare.*

℣ 11 *Domare*] In V. C. *Domare* incipit hunc versum. Ms. Dec. versus confundit.

Ibid. *equum st*] V. C. *equnct.* Et ibidem: *ordinem.*

℣ 13 *absq;*] V. C. *apsq; foret & stat sc.*

Ibid. *Alto*] Sic Mss. nisi quod Dec. *alta.* & hinc patet lectio versûs 8.

℣ 15 *item*] Sic Mss. Al. *ita una.*

Ibid. *turbines*] Mss. *turb. venit.*

℣ 16 *imbres*] Sic ambo Mss. non; *Imber.*

℣ 17 *infensa*] V. C. *infense.*

℣ 18 *Ruere*] Ms. Dec. *Revere antemnas.* V. C. *antēnas*

℣ 19 *te*] V. C. *apage me sis.* Decurt. *ap. messis.* absque *à.*

℣ 21 *plateam*] V. C. *planteam.*

Ibid. *speciemq;*] Ita ambo Mss. V. C. *speciaq;* Al. *sp. simulâ personat. i.* Vide Lex. *Simulus.*

℣ 22 *Simul*] V. C. hanc dictionem *simul* jungit præcedenti versui.

Ibid. *pol.*] V. C. *sol. quamq.* quod sæst à primâ litt. præced. ℣ *Sed.*

Ibid. *domum*] Sic ambo Mss. Al. *domi.* h. e. cupidus sum domûs ... ex Donatus. Wie wohl ich gern heim were. Vide Lex. *Domi.* Et Calligr. *Desiderij.*

ACTUS QUARTI
SCENA II.

℣ 1 *Huic*] Et hæc Scena in V. C. adnectitur priori sine interstitio.

Ibid. *ego*] Ms. Dec. *ergo.*

℣ 4 *nec*] Sic Ms. non; *neq;*

℣ 5 *negoti*] Sic Mss V. C. *perc.*

℣ 6 *subigor*] V. C. *subicor.* C pro G.

Ibid. *Epistulas*] Sic Mss. Pall.

℣ 7 *abeo*] V. C. *habeo.*

℣ 9 *Pol*] V. C. *sol.* ut supr. 4. 1. ℣. 22.

Ibid. *capite*] V. C. *capit e ē t. t.* Dec. *capite tot t.* & ambo, *Hillurica.*

℣ 12 *qua*] MSS. *que.* Dec. *prem.*

℣ 14 *nugas*] V. C. *nogas.*

℣ 15 *exornavit*] Mss. *exornaviita.* & V. C. *ornatus.* Et, *arg. hac f.*

℣ 18 *ipsum*] Sic MSS. Al. *ipsus.* malè.

℣ 19 *hac hom.*] Ita Ms. Dec. at V. C. τὸ *hac* non habet

℣ 20 *Ni*] Ms. Dec. hinc novam Scenam orditur, sed præter rem, cùm omnia cohæreant. V. C. *Ni illinc.* Et, *dormimitator.*

℣ 22 *mox*] Sic V. C. ambo. non; *nox.* Vide Rud. 1. 2 ℣. 23. & 2. 4 ℣. 4 Vide Lex. *Nox.*

℣ 23 *operam*] V. C. *opera d.* & ℣. seq. *de manstr.*

℣ 26 *Ad*] Mss. *at n.* &, *habeat.* & V. C. *ediachic q.*

℣ 27 *agitandum st*] Sic Mss. non; *agitanda sunt vigiliæ.*

℣ 28 *et quis*] Ita ambo Mss. V. C. *hecquis.*

℣ 29 *heus senex*] Mss. *heu senex.*

℣ 30 *sum*] τὸ *sum* abest à Mss. Al. *census conjuratori.* sed contrà libb. Et V. C. *quero,* &, *querit:* & sic porrò.

℣ 33 *Epistulas*] Sic V. C. at Dec. *Epistol.*

℣ 36 *Si seu*] MSS. *si sis.* Et ambo *ubi.* non; *ut hab.*

Ibid. *hosce*] Sic leg. antiquè. pro *hi* Mss. *hosce.* Al. *hi* & Mss. *habitem.*

℣ 39 *quidquid*] Sic ambo Mss. non, *quidq;*

℣ 42 *incipissis*] Ita V. C. At Dec. *incipis sic p.* V. C. *q; patrem* Dec *quia patrem.*

℣ 45 *factâ*] Ita legendum Mss. *facto est* Al. *opus face est.* quod longiusculè recedit à Mss. Al. *opus facto est.* Al. *opus facto est.* quomodo restat in Mss.

℣ 46 *quasi*] Mss. ambo *quasi vix illum vin.*

℣ 47 *quid*] Mss. *quid es.* &, *quer.*

℣ 49 *Epistulas*] Sic Mss. & Dec. absq; *mihi.*

℣ 50 *Lesbonici*] V. C. *Lesbonicis.*

℣ 53 *Epistulam*] Hic ambo Mss. *epistol.*

℣ 55 *nugatur*] Mss. *nuguratur.* V. C. *nugaratur.* Et ambo Mss. *quom.* non; *quoniam.*

℣ 57 *accepisti*] V. C. *accep.*

℣ 58 *quidem*] Mss. *quiddam st.*

℣ 59 *Haret*] Hic versus in Ms. Decurt. & vulgatis omis.

Digitized by Google

omissus erat ob distinctionem ultimam, quæ Scribam in errorem induxit. In V. C. autem exstat. ubi; *apsens f. &, Novisti in.* Ambo autem: *quo cum*: non; *quicum.* Et V. C. *quia præsens.*

ỷ 61 *Quid est*] Ita ambo Mss. non; *Quod.*

ỷ 62 *IL IL*] Mss. Pall. sic: *ille ed. illi illi, ve miso-rom.* quod alii oscitanter nimis expresserunt, non satis bonâ fide.

ỷ 64 *qui*] V.C. *quia Am.* & ambo *concluso habet.*

ỷ 65 *Atq; etiam*] Sic Mss. nisi quod Dec. *Adq;*

ỷ 66 *Temperi*] Ita ambo MSS. Pall.

ỷ 62 *Jam*] V. C. *Jam re commentatus.* Dec. *Jam rem commentatus.* Neuter verò *commentus*: sicuti perperam meus Typographus expressit contrà mentem meam, & Mss. libb.

Ibid. *hercle*] V. C. *ercle.*

ỷ 68 *Fieri istuc*] Sic Mss. non; *istuc f. f.*

ỷ 71 *Callicias*] Sic ambo MSS. ut & *Callippus.* Al. *Callicles.*

ỷ 72 *nihil*] Sic Mss. non; *nil agis.*

ỷ 73 *memini mihi*] Sic ambo Mss. non; *mei.*

ỷ 75 *monstrate*] MS. Dec. *mostrare.* & Dec. *quer.*

ỷ 76 *possumus*] V. C. *possumus est.*

ỷ 77 *Char*] τὸ *Char* non est in Ms. Dec. A V. C. verò totus hic versus exulat.

ỷ 81 *absenti*] Mss. *aps.* Al. *loq. ei præsenti.*

ỷ 82 *respondisset*] Ita MSS. Pall.

ỷ 83 *ad*] V. C. *adi bada mante in Cecropio.* Dec. *in Cecropia.*

ỷ 87 *audire*] V. C. *audires.*

ỷ 88 *advecti*] V. C. *advectia arabiã.* Dec. *in potentum advectia arabiã.* τὸ *ad* non expressum est.

ỷ 89 *illæc*] Mss. *illæc ubi tus gign.*

ỷ 90 *Aisynthium*] V. C. *apsentium.* Dec. *absentiũ.*

ỷ 96 *Pax*] Ita iterùm Mss. Al. *Tax.*

ỷ 97 *Istis*] Mss. *isti porrò.*

ỷ 98 *Celo*] Sic MS. Dec. V. C. *celo.*

ỷ 100 *Eho*] V. C. *Eo*: ut etiam versu 89. & 101.

Ibid. *ascendistis*] MSS. *ascendisti.*

Ibid. *Immò*] Ita ambo Mss. Et; *oricola.* Ineptissimè verò scribunt alii in Mss. Pall. esse, *do riola.* nam τὸ *d* hiatûs causâ interseritur, ut sæpè in nostro Comico.

ỷ 101 *an*] Sic leg. ex MSS. ubi: *eo ante etiam.* Al. *anne etiam.*

ỷ 102 *Alii*] V. C. *Calliclis e ad.* Decurt. *Calliclis ad.* Al. *Charmidi.*

ỷ 103 *Deinde*] Mss. *Mande porrò.* & V. C. *pred.*

ỷ 104 *Ego hercle verò si eris*] Mss. sic: *O hercle si eu.*

ỷ 105 *Manere*] In Ms. Decurt. lacuna est. non item V.C. qui sic: *Pre oport.* Decurt .... *ere oport.* V. C. *aps terra.* In neutro est τὸ *verò.* Al. *Neminem esse oportet.*

ỷ 106 *Di mittam*] MSS. *Mit aut.* Et V. C. *mostra h. h.* Al. *Mittam, ut.*

ỷ 107 *Hos ego*] Sic MSS. Al. *Quos ego.*

ỷ 110 *ne*] MSS. *ne* absque diph. ut semper.

ỷ 112 *Nummûm*] MS. Dec. *nummos.*

ỷ 113 *gnatum*] V. C. *gnitum.*

ỷ 115 *nisi*] MSS. ambo: *ni me.*

Ibid. *adprobe*] Mss. *aprote.*

ỷ 117 *hunc*] Ita Mss. Pall. nisi quòd, *civem ducere.* Et Dec. *numos.* Al. *Nummis Philippeis circum d.*

ỷ 118 *Quod sibi*] Sic MSS. Al. *Quos sibi.*

ỷ 119 *nimirum*] Ita scripsi ex Mss. ubi: *ne mirum.* Al. *ei ne aurum cred.*

ỷ 121 *Pax*] Sic MSS. Pall. Et Decurt. *hic homo masticheus.* V. C. *mi astu heus.*

ỷ 124 *Mille Nummûm*] Sic V. C. at Decurt. *Nummos.*

ỷ 125 *Mirum*] Mss. *Mirum quid.*

ỷ 127 *abs*] V. C. *aps re.*

ỷ 129 *Auro*] Sic Mss. Al. *Aurum hoc cui dem.* sed contrà fidem Mss.

ỷ 130 *Abi*] V. C. *a si sis.* Dec. *at si sis.*

ỷ 132 *obrepsisti*] Mss. *obresisti in eapse.* Al. *me apse.*

ỷ 136 *Quis*] V.C. *quid?*

ỷ 137 *qui lubet*] Sic V. C. at Decurt. *quilibet.* Al. *quod lub.*

ỷ 141 *abire*] V. C. *abere.* & Dec. *actuum.*

ỷ 142 *multari*] Ita ambo Mss. Al. *multari*, aut; *mulctari.*

ỷ 144 *aiebas*] V. C. *aiebat.* Dec. *epistol.*

Ibid. *Eho*] Sic V. C. nisi quòd, *que se an.* Ms. Decurt. τὸ *an* non habet. sed sic: *ehoque* .... *es* ... *is enim.*

ỷ 147 *Abi*] MSS. *abhinc ab oc.*

Ibid. *serò*] Mss. *seriò.*

ỷ 148 *arbitr. meo*] Mss *meo arbitr.*

ỷ 149 *At*] Ita Mss. Al. *An etiam.*

ỷ 150 *etsi*] Mss. *si te si & periisse.*

ỷ 151 *accepi*] Mss. *accepẽ macto inportunio.*

ỷ 152 *Ceterùm*] Sic & Mss. legi potest, ubi: *sederum q.* Al. *sed enim tu q. s.* Mss. etiam habent; *interdum.*

ỷ 153 *Ibo*] Mss. *Ibi id illum.*

ỷ 154 *Ut*] V. C. *ut fiat.*

ỷ 156

℣ 156 *Postquam*] In Mss. nova hîc Sceaula formatur. sed non est necesse.
℣ 158 *Negoti*] Sic V. C. at Dec. *negocij*.
℣ 160 *concenturiat*] V. C. *concenturiat metuum*.
℣ 162 *Numquam*] Mss. *Num quem*.
Ibid. *temere*] V. C. *Temere tinnitinnabubulum*. Decurt. non habet, *tinnijt*: sed; *temerè tincinnabulum*.
℣ 163 *Qui*] Sic Mss. Al. *Quis*.
Ibid. *mutu'st*] Mss. *mutus tacet*. Al. *mutum*. scil. tintinnabulum.

ACTUS QUARTI
SCENA III.

℣ 1 *face*] Mss. *fac*. Al. *face te p. celeres recipere*.
℣ 2 *tuâ*] τὸ *tuâ* non est in Mss. Et ambo: *stultitiam*.
℣ 3 *Iamdudum*] V. C *Iand*.
℣ 6 *nihili*] V. C. *nihil* Et, *Termipolio*.
℣ 8 *petere*] Mss. *petere recenis*. undè syllabam reputo excidisse. Al. *pede recenti*.
℣ 9 *curculio*] V. C. *gurgulio'st*. Dec. *gurgilio st*.
℣ 10 *poterijs*] Mss. Pall. *poteris*.
℣ 12 *Memoria*] Sic Mss. Al. *Memoria esse*.
℣ 13 *Theruchus*] V. C. *Truthus* Decurt. *Trachus*.
Ibid. *Cottabus*] Mss ambo: *Collabus*.
℣ 14 *Oculicrepidæ*] Sic Mss. sed absque diph. Al. *occulterepidæ*, qui occultè crepiunt, vel; *occulterepidæ*. Deinde Mss. *cruruer*.
℣ 16 *surrup.*] Ms. Dec. *surrip*.
℣ 17 *ament*] Mss. *amant*.
℣ 18 *epithecam*] Mss. *apothec*.
℣ 21 *Atque utinam*] τὸ *Atq;* abest à Mss. Pall. Et ambo *Homines*. non; *Mores*. Itemq; *veteres pars*. absque *q;*.
℣ 24 *Morem*] Ita ambo Mss. non *more*.
℣ 26 *libera'st*] Sic Mss. Al. *liberata*.
℣ 27 *habet*] Mss. *habent*.
℣ 29 *præterire*] V. C. absq; diph.
℣ 31 *obnoxiosæ*] Emendatio hujus loci debetur Viro Clarissimo JOH. BRANTIO. Neq; ab Mss. nostris multùm recedit. Sic enim illi: *Magis qui sunt obnoxiosi, quàm parentes liberi*. Alii: *Parentes liberis*. At perversus hic est sensus, inquit Brantius. nisi *obnoxij* interpretemur *Imperiosi*; vel, *imperitantes*. quod tamen nusquam in eâ significatione reperitur. Al. *obnoxij*. sed contrà MSS.
℣ 33 *æquius*] V. C. *eq*.
℣ 36 *istis*] Mss. *isti*. & V. C. *sanctu st*.
℣ 37 *quà*] Sic ambo MSS. Pall.
℣ 39 *publicè*] V. C. *pullice*.
Ibid. *omnibus*] Sic uterque Mss. non; *hominibus univers*.
℣ 45 *invenias*] Sic Mss. nisi quòd V. C. *invenieas*. Al. *invenis*.
℣ 47 *amiseris*] Mss. *miseris*.
℣ 49 *vendidi*] V. C. *vendedi*.
℣ 50 *publicis*] V. C. *pullicis*.
℣ 52 *asta*] Sic Mss.
Ibid. *At ego te stare volo*] Ista absunt à Mss. Pall. nescio undè suffarcinata. Et tamen alii Editores ut Plautina tacitè in textum inferserunt. Si sic pergitur: Plaute, periisti!
℣ 53 *ha!*] Ita ambo Mss. & ; *seviter*.
℣ 55 *est*] Mss. *es*.
Ibid. *dampnum*] Ita Mss. uterq; Al. *Da magnum malum*.
℣ 56 *certum*] Mss. *certum st*.
℣ 57 *est*] Mss. *es*. ut & paulò post.
℣ 59 *Quia*] V. C. *Qui beni*.
℣ 63 *Cœlum*] Sic Ms. Dec. at V. C. *celum*.
℣ 67 *omitto*] Sic Mss. Al. *omitte*.
℣ 70 *cætera*] V. C. *ceter*. &, *ocios*.
℣ 72 *Hicine*] Sic V. C.
Ibid. *ubinam ergo*] Sic leg. Brantius. optimè at MSS. ambo: *ego*.
℣ 75 *quot*] Mss *quod*.
℣ 79 *ægre*] V. C. *egrè*.
℣ 80 *miser*] Mss. *meserum*.
℣ 83 *hác*] Sic Mss. Al. *hoc ætatis*.
℣ 84 *ægritudo*] V. C. absque diph.
℣ 85 *quòm animum*] Ms. Dec. *quoniam*. Et ambo MSS. *offusa*.

ACTUS QUARTI
SCENA IV.

℣ 1 *Quid hoc*] In V. C. non est nova Scena, uti in Ms. Decurt.
℣ 3 *Qua'in'*] Mss. *Qualine*.
℣ 5 *Et salve*] V. C. *& salvet & s*.
℣ 6 *prædicas*] V. C. absque diphth. τὸ *tibi* abest à Mss. Alii Editores τὸ *credo* sub finem versûs collocarunt contra libb. Mss. qui etiam ℣. 8. *Thensaur*.

℣ 9

✝ 9 *qua daretur*] Mss. *quæ dar.*
✝ 13 *videto*] Sic uterque Mss. Pall. quod cùm ti tillarit aures aliorum, miror, consensum Mss. insuperhabitum hoc loco. Al. *Jubeto.*
✝ 15 *solutum'st*] Mss. *solutu'st.*
✝ 16 *Nihil*] Mss. ambo. *Nihilest moraciÿ amb.* absque altero. *nihil.*
✝ 18 *Amicus*] Mss. *amico solus.*
✝ 20 *Ipse pertuli*] Hic in V. C. lacuna est. In Ms. Decurt. non item. Doctis causâ sic suppleverunt alii.
✝ 22 *Obrem*] Sic ambo MSS. Al. *Abre* h. e. etiamsi labores multos cepit Callicles, & iniquis hominum maledicorum sermonibus impetitus fuit: tamen ego seruasse fidem eum credo, & firmum in amicitiâ perstitisse. *Abre:* est, frustrà, & non ex merito ipsius. Nonnulli è tribus postremis versibus unum concinnarunt, sic: *Quamquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo.* sed contrà fidem Mss. libb.

ACTVS QVINTI SCENA I.

✝ 1 *antepotens*] Ita Mss. Pall. nisi quòd Ms Dec. *anteponens.* Al. *anteponendus.* quòd Saxonicus Editor in textum recepit. Alii etiam *præcipuis.* contrà libb. Mss.
✝ 2 *commoda*] Sic Mss. Al. *commodè.* Vide Lex.
Ibid. *subest*] Sic Mss. Al. *jubit.*
✝ 8 *obi sunt*] Sic MSS. unico *l.*

ACTVS QVINTI SCENA II.

✝ 1 *interrâ-dum*] Mss. *interdum.*
✝ 3 *absq;*] V. C. *apsq;.*
✝ 6 *proprium sums.*] MSS. ambo: *prosumpserit.* Malè igitur aliqui suo more prodiderunt in Mss. esse; *proprium sumserit.*
✝ 7 *utendum'st*] Sic Mss. non; *est utend.*
✝ 8 *metuo*] Sic Mss. ambo. Al. *nequeo.*
✝ 12 *hoc*] Sic Mss. non; *hic.*
✝ 13 *vah!*] MSS *vha.*
Ibid. *quid est?*] V.C. *Vid est.*
✝ 14 *accessit*] Sic MSS non; *occessit.*
✝ 15 *auream*] MSS *aurum.*
✝ 16 *aiebat*] MSS. *alebat.* τὸ l pro i.
✝ 17 *usquàm*] V. C. *usque.*
✝ 19 *abs te*] V. C. *aps te.* &; *tue.*
✝ 21 *Neuqui*] Mss. *Neuquis.*
Ibid. *thesaurum*] Sic Mss. Pall.
✝ 24 *commentu'st*] V. C *coment.*
✝ 25 *ineptus*] Sic Mss. Al. *in eptus dum.*
✝ 29 *salutu*] Ita quidem Nonius, sed Mss. Pall. *saluted.*
✝ 31 *vortere*] In V. C. lacuna apparet, pòst; *vortere.* non item in Ms. Dec.
✝ 32 *tu nevis*] Et hæc absunt à Mss. ubi vacuum est.
✝ 34 *moror*] V C. *morer.*
✝ 37 *advocato*] V. C. *atvoc.*
✝ 40 *suscensui*] ita Mss. Pall.
✝ 42 *factum'st*] τὸ est non bis legitur in Mss.
✝ 43 *abste*] V. C *apste.*
✝ 48 *probus es*] V. C *probus sese.*
✝ 49 *si mihi vlc.*] Mss. *si uis ulc.*
✝ 51 *subitu'st*] Mss *subitost propere.*
✝ 53 *satin'st*] Sic Mss Pall.
✝ 60 *Etiam etsi*] Sic Mss Al. *Etiamsi q.*
Ibid. *suscensui*] Sic Mss. Pall.
✝ 61 *una*] τὸ *una* non est in Mss.
Ibid. *affatim*] Mss. *atfatim.*
✝ 64 *quid causæ est?*] Mss. *quid causa est.*

NOTÆ CRITICÆ In TRVCVLENTVM.

ARGUMENTUM.

✝ 4 *supposuit*] Sic Mss. Al. *supposiuit sibi.*
✝ 5 *vi magnâ*] V C *vl* m l pro i.
✝ 9 *Lupanæ*] V. C. *Lutpæni.* Ms Decurt. *l. . . . pæni.* Ambo autem *parsimonia.* & Decurt. *domi p.*
✝ 9 *compressa*] V. C. absque diph.
✝ 10 *vitiarat*] Mss per *e.*

Digitized by Google

PROLOGUS.

✝ 1 *Partem*] MSS. *P. artem p. Plaudi locu.*

✝ 2 *mœris*] Ita antiquè leg. ex Mss. ubi V. C. *Deũ eris.* quod alii Editores malè expresserunt. *deveris.* Ms. Dec. *Deum eris.* Nempe, *mœris.* pro, *muris.* Al. *de vestris magnis.* sed præter libb. quod tamen alii Editores arripuerunt.

✝ 3 *Arcusspletis*] Ita ambo Mss. antiquissimi: nec non tres Vaticanæ Bibliothecæ V. C. *arcusple- tis.* voce divisâ. at Decurt. junctim scribit. Igitur non sine magnâ Antiquitatis injuriâ alij Editores hanc vocem hinc dejecerunt. In Editione primariâ est: *sine arcus peltis.* Al. *sine Architectis.* Al. *Ath. quo erat Actas solidas confertum.* Al. *Ath. quò sine Arcupoli confe- rat.* Sed ægri somnia hæc sunt: non Plautina Oracula.

✝ 4 *adnuunt*] Mss. *adnunt.*

✝ 5 *Meditor*] Mss. ambo: *Melior me quidem v. m. abiaturum f. m.* uno versu. & *i* positum pro *l.*

✝ 6 *ábnuunt*] Mss. *abduunt.* & Ms. Decurt. *ore abd.*

✝ 7 *En me hercle*] Mss. *eum h.* V. C. *in vodijs.* Dec. *modijs.* Et V. C. *more pr.*

✝ 8 *utamini*] V. C. *utanimi.*

✝ 9 *huc qua*] Mss. *qua huc.*

✝ 10 *Athenas*] Secutus sum Mss. nostros. ubi: *Athenu tracto.* V. C. *proscinium* Decurt. *pro schenium.* Alii finxerunt: *Athena ista sunto.* Al. *Athena in Actâ sito ut.* h. e. Athenæ Atticæ. Et, *ut* pro, *ubi.*

✝ 11 *transigimus*] V. C. *transicimus.* C pro G. Et Mss. ambo: *Comed.*

✝ 12 *nomen*] Mss *nomine C.*

✝ 13 *facli*] Mss. *fecli.* &; *hec.*

✝ 15 *relliquom*] Mss. *reliquam.*

✝ 19 *citius*] V. C. *cicius.*

✝ 20 *multa*] In Mss. hic locus mutilus est V. C. *Q. multa . . . . Stuicsuperet muliere.* Ms. Decurt. *Q. multa superet mulierem.* adeo ut duæ dictiones, *atas* & *si* absint à Mss.

✝ 21 *Animâ*] Servavi probabilem lectionem. Mss. lectio talis est. V. C. *Hiseum cum animâ ad eum habenti erecteritur.* & sic Ms. Decurt. nisi quòd; *ertateritur.* Al. *Ad se cum animâ eius habentiam averterit.* Al. *is cum animâ ad eam habentiam omnem everrerit.* Al. *cistam* (vel *fiscum.* vide infrà 2. 6. vers. 54) *cum animâ adeò amenti averterit.* Al. *habentiam ἴξω everrerit.* sed τῦ ἴξω nulla vestigia visuntur in Mss. & videtur tum excurrere versus. Nostram lectionem puto maximè consentaneam Chirographis libb.

ACTUS PRIMI

SCENA I.

DINARCHUS] In Mss. PINARCHUS. V. C. DIMARCUS . . . . DV.

✝ 2 *Amanti*] Mss *Nam antidum id.*

Ibid *quot*] Mss. *ad quod p. motus.*

✝ 3 *eapse*] Sic Mss. nisi quòd *eâ ratione meapse.* Et, *educet* V C. Al. *eumpse*: sc. Amatorem.

✝ 4 *penes Amantum*] Sic Mss. nisi quòd V. C. *penis.* & , *suũma.* Al *amantem.* h. e. Neque ipsa Venus eam rationem docet priùs, quàm tota summa summarum in sinum Amantis redit. h. e. priùsquàm planissimè modis omnibus perierit : id adeò re ipsâ experiatur.

✝ 5 *Quot*] V. C. *quod.* bis.

✝ 6 *quotq;*] V. C. *quoq; exoritur.* Ms. Dec. *quotque exoritur.*

✝ 7 *Quot illic*] V. C. *quod illic* Ms. Dec. *quot illic.* Ambo *blanditer.* Dein V. C. *qđ illic iracundia.*

✝ 8 *quot sunt*] Hanc genuinam lectionem eruo ex Mss. ubi : *quot sui perclamanda.* V. C. *qđ.* Alii fingunt : *quotque pericla vianda.* vel; *quot pericla manda.* pro; *meanda.* sed ęgri somnia hæc sunt : quibus indormiuit quoque Saxonicus Editor novissimus.

✝ 9 *perjerandum*] Sic Mss. Pall. & Vatt. & V. C. *preter.*

✝ 10 *Primum*] Quam proximè accessi ad Mss. nostros. ubi V. C. *Primum dum miros annua is primos e boluft.* Ms. Decurt. *Primum dum miror annuus primus eboluft.* Alii remotissimè abeunt : quorum somnia alibi legas licet.

✝ 11 *ducor*] V. C. *dutor.* Decurt. *Tutor.* Al. *utor.*

✝ 12 *Æra*] Mss. *ara.*

✝ 13 *bona*] V. C. *ambone fr.*

℣ 14. *rete*] Ita Mss. Pall. Al. *rete qui jacit, vim parat.*
℣ 15 *pessum*] Ms. Dec. *persum.*
Ibid. *Sinum*] Sic aiunt esse in Ms. Anglicano. Nostri: V. C. adducit *finfa* Decurt. *adducit Infra.*
℣ 16 *Piscis*] Ita ambo Mss. Al. *pisces.* Et; *effugiat* ambo habent Codd. non; *effugiant.*
℣ 17 *Ret'eos*] Ita leg. ex Mss. nisi quòd *reteor.* Al. *tum hic tum illic irretitos impedit.*
℣ 18 *domum*] Mss. *dolium foràs ad.*
℣ 19 *Itidem*] Mss. *ibidem.*
Ibid. *fided*] Mss. *sed id.* τὸ *d* hiatûs causâ additur.
℣ 20 *bona*] V. C. *bone.*
℣ 24 *Extemplò*] Ms. Dec. *Exemplo.*
℣ 27 *alteri*] Sic scripsi ex V. C. ubi expressè: *Sin alter alteri* Decurt *sin aliter alteri.* Ambo; *potius est.* &, *idem p.* Alii eodem sensu: *sin alter autem potior est, itidem p.* Al. *sin alter altero.*
℣ 29 *crebravit*] Ita scripsi volentibus Mss. Vatic. & Pall. V. C. nec non Excerptis Mss. At Ms. Dec. *si increpavit.* Al. *sin increbravit.*
Ibid. *gaudet*] V. C. & Excerpta Mss. *gaudent.*
℣ 30 *Disciplina*] V. C. *Iteca in ad lenosis.* MS. Dec. *Ita & i. ad. lenosis.* Neuter habet τὸ *disciplina.*
℣ 31 *quap.*] V. C *que pose.*
℣ 32 *aut*] Mss. *Aut perit Aurum consciss.* absque altero *aut.*
℣ 33 *Aut empta*] V. C. *aut tempta.*
℣ 34 *aheneum*] V. C. *ahenum.* Ms. Dec. *aenum.*
Ibid. *lapilis*] Cùm non aliter sit in Mss. tribus Vaticanis: geminis item Membranis Pall. quis tam protervus sit, qui Antiquitatis hujus consensui contradicat? V. C. *electus Laptiles.* Ms. Dec. *lectus laptiles.*
℣ 35 *est*] τὸ *est* non habent Mss. Pall.
℣ 36 *pereat*] MSS *p tra.*
℣ 37 *celamus*] V. C. *celamus.* Ambo, *dammina:* absque *unâ.*
℣ 39 *Ne quid*] MSS *Neque Parentis.*
Ibid. *neque Cogn.*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *neu cognatu.*
℣ 40 *facimus*] Sic Mss. non; *faximus.* Ambo; *conscias.*
℣ 41 *nostra*] Ita uterque Mss. V. C. *nostra.* Et ambo Mss. *temperint.* ut; *edint.*
℣ 42 *ante-parata*] Sic ambo Mss. Pall. non; *anteparta.*
℣ 43 *ut plus est*] Sequor vestigia Mss. subductis ijs, quæ indè absunt. Al. *Scortorum multò minus Et minus.* Malè etiam *paxim* legunt aliqui. Ac deindè, *quam nunc sit, fiet.*
℣ 44 *minus*] V. C. *minos dampnos horum.*
℣ 45 *ferè*] Ms. Dec. *ferre.*
℣ 46 *Quam olim*] Hic versus in MSS. postponitur sequenti: vitio Scribæ.
℣ 48 *Scorti Lenones*] Ita Mss. Al. *argentarias cortes Len.* ut sic appellentur Argentariæ circà Forum: ubi Lenones & Scorta versabantur. Vide Electa Plaut. *Meretricum. Scortorum.*
Ibid. *cottidiè*] Sic Mss. Pall.
℣ 50 *Æris*] Mss. *Eri.* &; *esse eam.* Al. *triplo plus.*
℣ 53 *Æra*] Mss *ubi ha.* V. C. *ae.*
℣ 54 *Accipiat*] Sic ambo Mss. nisi quòd, *dico.* Al. *accepta dico, expensa ne qui cens.* q. d. Nescio quid in Argentariis scorta haberi referat, & in quem usum esse possint, nisi si fortè pro Tabulis usurpentur, in quibus rationes & usuraria æra perscribantur: de Acceptis autem loquor, non de Expensis: quia scilicet Meretrices accipiunt semper, numquam capiunt satis: semel autem acceptum numquam demittunt posteà Vide infrà. 4. 2. ℣. 26.
℣ 55 *in magno*] Mss. *id m. p.* & V. C. *in mulier hom.* Dec. *mulier h.* absque *in.*
℣ 56 *Re placidâ*] Mss. *replagida a. oc. v. h.* Ms Dec. *otios.* G pro C.
℣ 59 *omnis*] Sic V. C. Ms. Decurt *omnes.* Al. *omne.* Cæterùm in utroque Mss. Pall. post hunc versum sic scribi ut: *Phronesium nam Phronesis est sapientia.* Quis verò adeò insubidè stupidus sit, qui non videat, de glossâ esse verba illa? eòque miror ab aliis Editoribus in textum adsumtum id glossema.
℣ 61 *Amantis*] Ita uterque Mss. Al. *Quoad Amantis inulta pessum-ijt Pecunia.*
℣ 62 *qui*] Ms. *q. pius d. i* pro *l.* Ms. Decurt. *qui prius d.*
℣ 63 *Danosiorem*] Sic ex V. C. omninò legendum: ubi expressè sic scriptum: *Dânosiorem mihi exine immovit loco.* nisi quod suprà *a* parvulus asteriscus pictus, quasi adnotaret *n* vel *m* Decurt. *Dampnos. mihi.* Eadem lectio placuit Excellentissimo BRANTIO, Nec aliter sanè legendum.
℣ 64 *Qem inf.*] Sic ferè MSS. nisi quòd: *quem manifesta ac od.* Al. *Quem senium ac odium f* h.e.

molestum sibi esse. Vide Lex. *Senium*. Al. *infensum*.

ỷ 66 *nunc*] Sic MSS. Al. *hunc*.

ỷ 67 *Peperisse*] MSS. *Reperisse*.

ỷ 68 *pergraGetur*] Sic MSS. *peregregetur militi*. τὸ G ἀντὶ τοῦ C. Decurt. *Adque*.

ỷ 69 *Puero*] Mss. *puerum p*. Al *si mulat* & Mss. ambo *Cum esse*. ac propterea duo hi versus in Membranis transpositi, atque inversi leguntur, vitio Scribæ. ut cuivis apparet.

ỷ 70 *Eum isti*] Sic vestigia Mss. secutus sum. V. C. *Eum isti suppositum puerum opus pessume*. Decurt. eodem modo: nisi quòd: *pessumm. v. retur d*. Al. *Quid isti s. p. opus autem? p.* scilicet esse mihi. Al. *suppositum puerum optant p*.

ỷ 71 *Barba*] Sic V. C antiquè. Et hunc versum scripsi, ut est in Mss. nisi quòd illi *sàme c*. Alii etiam, *sese*.

ỷ 72 *se potesse*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *potesse se*.

ỷ 74 *quòc*.] Mss. *quod cum*.

ỷ 75 *hac, quis*] Mss. *hec quibus melius est*.

ỷ 76 *Cum eá q*.] Mss. *cum ergo q* Et V. C. *commert*. per t.

ACTUS PRIMI
SCENA II.

ỷ 1 *auscultato*] Ita sunt vestigia Ms. Decurt. *A. f. auscultato atque servas a*. V. C. *Aut foras auscultato adq; adservas adis*.

ỷ 2 *gravior*] Sic Ms. Dec. at V. C. *graviar abaetat qua adven*.

ỷ 4 *exportet*] Mss. *exortet*.

ỷ 6 *Vt simitu*] Mss. *aut senecadven*.

Ibid. *Congerones*] Sic ambo Mss. non; *congerrones*.

ỷ 7 *consilia*] Mss. *consilio*.

ỷ 8 *Ocius*] Sic V. C. Ambo: *oculum*: Et, *ami censque*.

Ibid. *oggerit*] Sic ambo Mss. Pall. non, *aggerit*. Quæ sequuntur pòst, *amant*. omnia absunt à Ms. Dec. ubi tota linea vacat post: *dum illi agant* * * * In V. C. itidem post; *dum illi agant*, totius lineæ spatium visitur. in quo majusculis litteris miniatis scriptum est sic: SS. CETERI CLEPTAE.

Sin vident. &c. Scripsi verò *amant*: quòd & ratio & fides sic requirit. Ambo enim Mss. *d. i. agant*. Quâ fide verò, quâve ratione alii Editores nobis obtruserint *t* *usum illi agunt, quod agunt*. Cùm nec vola, nec vestigium eorum in Membranis antiquis appareat. Al. *furantur*. Al. *furcantur*. Cur autem τὸ *lurcātur*, ipsa sententia respuat, nondum video, cùm de pergræcationibus congeronum sermo intelligendus. At absque Mss. adsensu de veritate lectionis velle statuere, nihil aliud est, quàm tricari.

ỷ 10 *obludunt*] Mss. *oblundeant qui*. Al. *obludunt dum cust*. Et ambo: *sin vident*.

ỷ 11 *edunt*] Mss. *adunt*.

ỷ 12 *Fartores*] Sic Ms. Decurt. at V. C. *qd fectōx*. non; *factores*: ut prodidit Saxonicus Editor.

Ibid. *scistu*] Sic Mss. non; *scitis*.

ỷ 13 *Pol hac*] V. C *pohec v. m. aut mentiri*.

Ibid. *mentirier*] τὸ *er* parag. neuter Mss. habet. Et versus in V. C. aliter ordinantur initio hujus Scenæ.

ỷ 14 *Ibi'st ibus pugna*] V. C. *Ibi sib; pugne*. Dec. *Ibi usibus p*

ỷ 15 *rusùm*] Sic V. C. antiquè. Ms. Dec. *rursum*.

ỷ 16 *bona*] Mss. uterque: *bona loqui etiam*. absque *quin*.

ỷ 17 *hac*] V. C. *hec verb*.

Ibid. *huic*] V. C. *huc done adeccissi*. Ms. Dec. *huc dona concessi*.

ỷ 18 *'um 'psum*] Sic est in utroque Mss. *umsum*. de more Mss Cocd. absorbent un. Vocalium concursum pro; *cum ipsum*.

Ibid. *erit*] Mss *erat*.

ỷ 19 *aVu*] Sic uterque Mss. pro; *abit*. antiquè. V pro B.

Ibid. *revocat*] V C. *q revoca se*. Ms. Decurt. *revocat se*. absq; *qui*.

ỷ 21 *erunt*] Sic ambo Mss Pall.

Ibid. *t' enicas*] Ita uterque Mss. pro; *tu enic*. Al. *6 enic*, sed τὸ *lo!* expresse habent Mss.

ỷ 22 *Pessuma*] Mss. *pessimam*. .. *anel*. fortè; *maned*: *opt*.

Ibid. *optumè*] Sic uterq; Mss. V. C. *optime*. Al. *odio es*. contra Mss.

ỷ 23 *is est*] V. C. *is ertis aduas lissi ituli fert contrà manum*. & sic Ms. Dec. nisi quòd, *is estis*. quid illud? *lissi ituli*? an non id, quod posui? *ips' ipsu'st*. Odoretur, cui nasus est: num aliud quid indè commodius exsculpi queat.

Ibid.

Ibid. *Tiu! i; refer*] Sic iterū m è ruderibus Membranarum divinavi, ut puto, verissimè. Al. *is ad nos.* DI *& tu fer contrà m.*

℣ 24 *sum imperij*] Mss. *audies sum inperiis.*

℣ 25 *Valeo &*] Mss. *vade & v.*

Ibid. *quòm*] Ms. Dec. *quoniam.* V. C. *qm̃.*

Ibid. *cenadetur*] Mss. *centur.*

℣ 26 *at at enim*] V. C *astat cum ambo.*

℣ 27 *Archivam*] Sic Mss. Al. *Archivam.*

℣ 28 *solens sum*] Mss. *soles unies disciplinam.*

℣ 29 *manifestam*] Ms. Dec. *manifesta mendacia.* V C. *manifesta mendacij.*

℣ 30 *Quia te*] Mss. *qua te.*

Ibid *adducituram*] Sic Mss. Pall. & Vatt. non; *adducturam.*

Ibid *non eampse*] Mss. *i non ea asa.*

℣ 31 *Prest gitator*] V. C. *mala est prest.*

℣ 32 *qui is*] MSS. *quis ish.*

Ibid *unus*] V. C. *unoms.* non: *unusne.* Al. *novusne.*

℣ 33 *quianam*] Mss. *quinam* absque *te.* pòst, *esse.*

℣ 35 *ego expediVo*] Sic V. C antiquè. non; *expedibo.* uti falsò prodidit Saxonicus Editor. Ms Dec. non habet *&* *ego.* quod tamen est in V. C.

℣ 36 *apud vos cum re*] Ita Marcellus citat at ista absunt à Mss. nostris.

℣ 38 *Rem publicam*] V. C. *res publicum.* Ms. Dec. expressè. *Rempublicam.* non; *rem pbcām.* uti falsò prodidit Saxonicus Editor. Alij: *rempublicani.*

℣ 39 *otiosus*] V. C. *osius.* Dec. *otiosius.*

℣ 40 *publicum*] V. C *pullicum.*

℣ 41 *à me*] Ita Mss. ambo. nisi quod: *amem ob & accip.* Al. *aliam ob m sc.*

℣ 42 *Æraque*] Ita est in Mss. Rouerij. At Pall. nostri. *Fierique.*

℣ 43 *Publicanos*] V. C *pullicanos.*

℣ 44 *Vos*] Sic Mss. Al *hos.*

Ibid *vicissim*] V. C. *viscissim.*

℣ 46 *pascuus*] Mss. ambo: *spascuus est agere, sirat.*

℣ 47 *Habituris*] Sic Mss. ambo. Al. *Ambituris.*

Ibid. *ad Putros*] Sic uterque Mss. Pall Al. *ad eos verbo ire me.* Quod Saxonicus Editor admisit in Textum, contrà consensum Mss.

℣ 48 *alsi*] Sic Mss. h. e. aliâ parte. Al *alibi.*

℣ 49 *percognovi*] Mss. *percognovis trobeidem.*

℣ 50 *perversus*] Mss. *p. esse.*

℣ 51 *Procaciores*] Mss. *procatiores.*

℣ 53 *quaritis*] Mss. *quer. & bib. & commestis.* Al. *abibitis.*

℣ 54 *Gloriosa*] Mss. *gloriosi maleq; in nos illis ea omn.*

℣ 55 *qua*] & *que* abest à Mss. Pall.

℣ 56 *qui istùc*] Mss. *quia istuc.*

℣ 57 *Quia QVI*] Mss. *quia quia.*

℣ 58 *abs te*] V. C. *absce habeamus.* Dec. *abs te habeamus.*

℣ 59 *haut*] Mss. *aut i. m. solita est me ante appellari.*

℣ 60 *blandè*] Mss. *blande.* τò i pro *l.*

℣ 61 *noveris*] Mss. *noveras fiat me.*

℣ 63 *Qui potis est*] Sic ambo Mss. Pall. non; *es.*

℣ 64 *meras*] Mss. *uerius veri monia ref.*

℣ 65 *qua pr.*] Mss. *qua properavis is ol.*

℣ 66 *incolumis*] Mss. *incolom.*

℣ 67 *similè st*] Sic V. C. at Dec. *similis est.*

℣ 69 *aliter*] Sic ambo Mss. Al. *alter.* ut Capt. Prol. ℣. 8. Mil. 2. 3. ℣. 17.

℣ 70 *optumus est*] Mss. *ueterrimus amomini optimus amicus:* absque, *est.*

℣ 71 *occiderunt*] Mss. *occidesunt m. s* pro *r.* Et ; *odiu.*

℣ 72 *ergo*] Mss. *ego.*

℣ 73 *I intrò*] τò *I.* abest à Mss. Pall.

Ibid. *quidem es*] Mss. *q. esse.*

℣ 74 *adis*] V. C. *edes.*

℣ 75 *melle*] V. C. *in melie i* pro *l.* Ms. Dec. *in medio.* quomodo Vatt. pr. & sec. *medio.* *Et lingue s.* absq; diph. Al qui: *medde.* pro: *melle.*

℣ 76 *lacteque*] V C. *Fac atq; c.* Dec. *Gacatq; c.* & V. C. *belle s.* Ms Dec. *bella s.*

Ibid. *corda in*] Mss. sic: *corda belle sita.* Al. *lita.*

Ibid. *acer*[illegible]] Sic Mss antiquè. *V* pro *B.*

℣ 77 *amarè*] Mss. *amare factis.*

℣ 78 *si qui*] V C. *siquit* (Ms. Dec. *si quid*) *non danunt.* Al. *si qui dent, non habent.*

℣ 79 *istac*] Mss. *istec.*

℣ 80 *Parci-promi*] Sic Mss. *& parce promi.*

℣ 81 *inlecebra*] Sic Mss. Al. *elecebra.* ab eliciendo. Vide Lex.

℣ 82 *quid nam*] Sic iste locus est in Mss. sed absq; *quid.* Al. *advenisti. nam cup. t hero. v. DI. obsecro.* Al. *quia nam.*

℣ 83 *Quid tandem?*] Ita quoque hic locus est in Mss. Al AS *qua tand. te u. e. o. amet.*

℣ 84 *quid ais*] V. C. *quit ait.* Dec. *quid ais Ast.* Et V. C. *subbenistis.* B pro V.

℣ 85 *mihi*] Frustrà autumat Saxonicus Editor & *mihi* esse in Mss. Pall. quod ne Argus quidem ibi cernere queat.

℣ 89 *mutuamur irâ*] Sic ambo Mss. *neut in estu mutuamur ira.* Al. *velut in astu mutitamus irâ.*

Digitized by Google

h.c. vices variamus. Al. *motitamur i.* Profectò amantes itâ mutuâ velut æstu quodam intolerabili & fervido nimis hinc indè movemur. Hinc Tereat. *Amantium ira.* Vide Elect. *Amoris.*

ỷ 90 *Ain' tute*] V.C *anin tu me amaret.* Dec. *anin tute amaret.* Et: *aut i.e.r.* Al. *ain tu me amari?*

ỷ 91 *audivi*] V.C. *audive.*

Ibid. *quid jam*] Mss. *quid eam.*

ỷ 92 *horresco*] Mss. *horrisco m sentio, quod ijt fit parationis.*

ỷ 93 *penè*] Mss *pene* Et V.C *intro mamabom.*

ỷ 94 *Vise illam*] Mss. *visse.* Et V.C. *ibuã ex.*

Ibid. *lavaBit*] Sic ambo Mss. antiquè. pro: *lauauit.* B pro V.

ỷ 95 *qua numq.*] Mss. *quid a.lique numq f pregnas.* non: *pregnans.*

ỷ 96 *quod sciam*] Ita ambo Mss. nisi quòd uterque *scias.* Alij geminas has dictiones omittunt: ego non ausus fui in consensu isto Codd. Mss.

ỷ 97 *te illa*] Mss. *m. tenaut f. pers.*

ỷ 98 *puerumq;*] Mss. *p litenec.*

ỷ 99 *quis est*] Mss. *quid est p.*

ỷ 100 *expetit*] Ita est in Ms. Dec. at V.C *expetiti.* Al *expectat* contrà Mss.

Ibid. *abeo*] Sic ambo Mss. Al. *adeo.* Al *ab eo.*

ỷ 101 *miror*] Mss. *moror.*

ỷ 102 *tam aud.*] Mss. *quam aud. q.d* (V.C.) *at te.*

ỷ 103 *noster*] Mss. *n. set jam nunc Din.*

ỷ 104 *recipis Tu*] Sic Mss. nisi quòd *recepisti.* Al. *recipissis.* Et ambo Mss. *ero.* non: *eras.*

ỷ 105 *Redi verò*] V.C. *Rede.* Ms. Dec. *Redde.* &: *apperibor,* uterque Mss.

ACTVS SECVNDI
SCENA I.

ASTAPHIVM] V.C. ZASTRAPHIVMC Et ante *HA.* ponit VI.

ỷ 1 *Hercle*] Mss. *ercle.* Et ambo Mss. *Ha ha ha!*

Ibid. *introivit*] Mss. *intro avit* V.C. *hodium.*

ỷ 2 *quæ lubebit*] Mss. *que iubeb.* & *l* pro *i.*

ỷ 3 *mea Era*] Mss. *mie erapud.* Sic scilicet V.C. absorbet vocales.

Ibid. *dixit Neniam*] Sic Dec. at V.C *neniam dix.*

ỷ 4 *Nam Fundi*] Mss. *N. fundit ad. obligate f. ob moru pr.*

ỷ 5 *Apud hunc*] V.C. *aput.*

Ibid. *eloquitur*] Sic ambo Mss. Pall. non: *loquitur.*

ỷ 8 *Iste nunc*] Mss. *istine id hab.*

Ibid. *factum'st*] Sic Mss. non; *factu.*

ỷ 9 FORTVNÆ] Mss *fortune f. mutavit.*

ỷ 10 *atque iste*] Mss. *at istip.*

ỷ 11 *Verterunt*] Sic est in utroque Mss. Et ambo: *stuitus,* & *i* pro *l* Al. *Vertit sese rota vicissim.* Vide Elect. Tit. *Fortuna.* Al. *Verterunt sese memoria vicissim.*

Ibid *qui id*] Mss. *ita miretur.*

ỷ 12 *patier*] Hanc puto esse lectionem verissimam & Mss. maximè consentaneam, ubi: *patiar auita equo me factum est.* In *aVi* τὸ *V* pro *B* positum, antiquè. Al. *nos patiatur ali. ita æquum factu est.* Longiùs ab libb. Mss. quod tamen probavit Saxonica Editio novissima.

ỷ 13 *Piaculum*] V.C. *Pilacul.*

Ibid. *rei*] Sic MSS. ambo. Al. *rem malè.*

ỷ 14 *Lenam*] Mss. *lenam probram.*

ỷ 15 *consultare*] MSS. *consultari.*

ỷ 17 *attigerit*] Mss. *attingerit.* Et ambo: *Quemquã.* non: *Quemquam.*

ỷ 18 *Amatoris*] In V.C. bis scribitur, *Amatoris.* Ibidem duæ istæ dictiones *causam noscere* adnectuntur versui præcedenti incuriâ Scribæ.

ỷ 19 *eum mittat*] Mss. *eum mittat m.*

ỷ 20 *sue*] V.C. *sue.* & *Nuge.*

ỷ 21 *quod modò*] Sic Mss. nisi quòd, *jubeat.* τὸ *i* pro *l.* Al. *quoi m.*

ỷ 22 *hic*] & *hic* est in utroque Mss. qui porrò sic: *quid quod edit iobiatus datum.*

ỷ 23 *tum amet*] Sic ambo Mss Pall. Al. *dum amet.* quod quidem probum: sed alterum quoque nititur & consensu Codd. & Exemplis linguæ latinæ. Et ambo *capiat.*

ỷ 24 *si nil h.*] Ita ambo Mss. Pall.

Ibid *det*] Mss. *dent l.*

ỷ 27 *quæso*] V.C *qui si numquam alenos.* Ms Dec. *quisim umq.*

ỷ 28 *sue*] Mss. *sue q. amice.*

ỷ 30 *A datis*] In V.C pòst *datis* lacuna est: nõ item in Ms Dec. ut & ỷ. seq. pòst *soli* vacat V.C. at Dec. omnia continuat. Ambo *quo det.* Illa quæ diverso charactere expressi, novitium sunt cõmentum.

ỷ 34 *Thensauris*] Sic Mss. Pall.

Ibid. *demùm*] Mss. *demus d* Al. *demunt, d.*

ỷ 35 *Velut*] Mss. *uiut hic agr* Et V.C. *habit.* Ms. Dec *hic abit.*

ỷ 36 *Dator*] Mss. *datur.*

ỷ 37 *Patre*] Miror equidem alios Editores tam audacter

audacter affirmare in Mss. esse, *clampatre*. cùm uterque disertè scribat, *clam pater*. Alij: *patrem*.

Ibid. *noctem illàc*] Mss *hac noctem illàc*. Et pòst *illac* vacat: præsertim in Ms. Dec. ubi grandiuscula lacuna visitur: quam aliqui sic supplent: *illanc materiemp*. h. e parietem ex lapidibus sine calce constructum. sed nihil videtur deesse.

✠ 40 *adgrediar*] Sic ambo Mss Pall.

✠ 41 *ut de frum*.] Mss. *vide frum*.

✠ 43 *janua*] V. C. initio: *tutulam janue*.

ACTVS SECVNDI
SCENA II.

✠ 2 *video*] Sic Mss. nisi quòd *videor te tibi*. Alij aliter dist. AS *non nego*. ST. *video v. t*.

✠ 3 *ad hasce*] V. C. *ab asce*.

✠ 5 *Ægrotare*] Mss. *egrotarem aliquam*.

✠ 6 *Id volo*] V C. *Advolo* Dec. *aut volo*.

Ibid. *nostra*] Ita ambo Mss. V. C. *nostre*.

✠ 7 *solitas*] Mss. *tuque solitas*. non autem: *tu quem solitas* uti prodidit Saxonicus Editor. Al. *te qui solitus comprimat*. Ego quidem meam Amicam comprimam, te alius, qui solet. Al *tu quem solitas compr.* à *solitare*. sed Mss. liquidam lectionem præ se ferunt.

✠ 8 *deridiculum*] Mss. *per ridiculum*.

✠ 9 *Sic est*] Nulla fides me umquam respiciat! nisi germana hæc est lectio, ex vestigijs Mss. à me deprompta. Sic enim V. C. *cep fidem fistun alteram*. Ms Dec *fidē si est una altera*. Al. *fidem, dem si est una altera*. Al. *cep. cedam, si est una altera*. Alij: *indè ni festinad alterò*. Al. *cep. sic es tu ἄλς mera*: vilissima femina. ἄλς contumeliæ vox. vide Calligr. *Nominum contumeliosorum*.

✠ 10 *mihi*] Mss. *mihi es* τὸ *es* Personam notat, AS. Alij sic distinguunt. *Pergin' malè loqui? Mulier mihi es*.

✠ 11 *dico*] In Mss. est: *aut medico*. non: *autem dico*: uti prodidit non nemo. Al. *autem maled.* non omnia malè, ut fuerit sic: *aūt mē dico*. Al. *Ecquid tibi*.

Ibid. *enim Truculentum*] Ambo Mss. Pall. *Quia enim me Trucul. nom.* Quod Provocabulum cuperem ab meo Typographo expressum.

✠ 12 *cito*] Mss. *scito*.

✠ 13 *Catulos*] V. C. *capulos*.

✠ 14 *clurinum pecus*] Sic est in utroque Mss. Pall. nisi quòd Ms. Dec. *pucus*. eòque consensum hunc amplector. Atque ita citat hunc locum Servius: Interpres Virgilij in Membranis Fuldensibus. pag. 35. & Glossæ: *clura*, πίθηκος. *Simia*. pro, *cluna*. κερκολιψ. *Carens caudâ*. τὸ r pro n. usitatissimè apud Vett. etiam in nostris MSS. Al. *urbicum pecus*. de quo vide Lexicon Plautinum nostrum: ubi istam lectionem adseruimus. Sed nunc contrà Mss. nihil tentamus. Al. *Rus merum hic q*.

✠ 15 *sistentatum*] Ita ambo Mss. ut & Vett. antiquè. pro; *ostentatum*. vide Lex. *Extentare*. Al. *subtentatum*. vel; *os dentatum*. vel; *te ostentatum* & *cùm* abest à Mss.

Ibid. *cùm*] τὸ *cum* abest à Mss. Pall.

✠ 16 *tibin*] Mss. *tibi re suasu*. Al. *insuasu*.

Ibid. *Pallulam*] Mss. *Palitiam*, Ms. Dec. *Palliviam*. τὸ i pro l.

✠ 17 *arma adv*] Sic Mss. nisi quòd: V. C. *An eo bella est qui accep ar me adv*. Dec. *an eo bella est q. ac. arma adv*.

✠ 18 *Quàm me*] Sic Mss ut sit elliptica oratio. Al. *cùm te illius limen tueri dicis*. vel: *cùm melius limen te tueri dicis*. Nos sequimur Mss. nostros, commodo sensu.

Ibid. *Mentiris*] Mss *mentiri*. Et V. C. *d. quidquid te rogo* Ms. Dec. *d quid quod te r*.

✠ 19 *gesta tecum*] Exprimo Mss. Pall. lectionem. ubi *g. t. benos annos*. Al. *g. t. penos annuos*. vel: *g. t. me, nos anulos*. vel: *cape eccos ahenos annulos*.

✠ 20 *dignis*] Mss. *dignus*. Al. *dantur* Al. *dane*.

Ibid. *Lamia*] V C *Lavinia*. Ms Dec. *lavime*. Ambo: *hic s*. Omnium simplicissima & MSS. proxima lectio videtur, quam apprehendi. Alij: *Lavinia h.* de Laviniâ, quam Turnus accepit. Al. *Lunuvijne hic sunt*. de Lanuvio, pudendo muliebri. Græcè κοχώνη. Al. *dignis dane. abin' ?* ST. Io! *heic sunt q. h. u*. Al. *Pigris dane tuis Lautumia*. ST. *citi sunt quàm aues viatores*. Sic nimirum Critici somniant, quod volunt.

✠ 21 *ne ego te*] Istæ particulæ absunt à Mss. Pall. Et ambo: *atticas* C pro G.

✠ 27 *hamaxari*] Mss. *amexarma ueum patulum uoueri*. Ms. Decurtat. *exama ueum p. uoueri*. *VoVem*, scriptum fuit antiquè. V pro B. *bovem*.

✠ 29.

Digitized by Google

℣ 23 eo] ē eo abest à Mss. Pall.
℣ 24 dono dari] MSS. dono patri.
℣ 25 opprobras] Mss. Rustum iodpras. corruptè. Al. mihi opprobr.
Ibid. nactae es] Mss. nacta esse hom.
℣ 27 hoc occurs.] S c Mss. hoc occurras Al huc occurs.
℣ 30 istic] Mss. istinc.
Ibid. abi] Mss pabi. Et sic quoque Excerpta Pall.
℣ 31 properas] M s n. propera grandigras.
℣ 32 istos] MSS istos f. Et Ms. Dec. cinnes.
℣ 33 Vnguentatos] Mss. univentates.
Ibid. expellam] Sic Mss Al exucllam.
℣ 34 Foris nostras] Mss. foras nostras.
℣ 35 purpur ssatos] Mss purperissatis habeo st.
℣ 36 Erubui] V. C. Eruibui Et: erubuisti. Et: capien dim mala.
℣ 39 Rubrica] V. C rubricerata Ms. Dec. rubricata. & intinxit.
℣ 40 Pessuma] V. C pessume hec mascio. Ms. Dec. pessume hac scio: cum vacuo. Al. accujā viā. h. e. quâ ratione. Al. essima sc ubia.
℣ 41 arbitrare] M s arbitrarier.
℣ 42 Erilis] V. C. herijs noster f. a. vostram pax. Et sic Ms Dec.
℣ 43 ut pereat] Mss. V. C. ut per extue eum inciatiu i m f & prem. Dec. ut per ex tuce eum inciatiu.
℣ 44 si videare] Sic ambo Mss. & Vatt. Al Sanus si sis vide, ne dixis contumel A. dicam dicis con tumelia. Sed his somniis non: pus.
℣ 45 hominum] Mss. heminem h. p.
℣ 46 nudu] Mss ut uu. Al et ju. A nbo autem Mss. perdiderunt.
℣ 47 hunc] τὸ hunc abest à Mss. & sic quoque di-sting. Mss. Al. AS Serio.
℣ 48 Quin maceria] M s. Qui in maceria illa aut in h. que est que in n f.
℣ 49 Lateri] Sic ambo Mss. & V. C. fortasse: sit. nam obscura est scriptura.
Ibid. iste ad vos] Mss. isti vos. Priscian pag 673. citat: is ad vos. sed τὸ ad non habent Mss.
℣ 50 mirum st] τὸ est abest à MSS. neque habet Priscianus dicto loco.
℣ 51 ruere] Mss vere.
℣ 52 homo] MSS. tomo mortal.
℣ 53 Nisi sta] Mss. Ni esse e. Et, ero am ari.
℣ 54 Suam] Mss. suum. Al Sum. non enim.
℣ 55 Maeniendu] Sic rectè leg pro: munijs, seu mune rib. afficiendis. Et sic prae se ferunt Mss Pall Vatt. ubi: moniendis. Al. moliendis. molendu τὸ molliendis.

Ibid. rem cog.] V. C. re cogi. Ms. Dec. rem cogi. Et parsimonia. non: parsimoniâ.
℣ 56 Duritiieq.] Mss. durieque que duo sciam exp. pessumum.
℣ 57 HEM: tu] Ita ex Mss. Pall. leg. ubi: Em (Mr. Dec. Hem) tuo sexungula. Neque enim Decurt. habet, sexugula. uti falsò nonnemo prodidit. Al Emtu, nexu, gulá. Al. Exugula. Al. Emta se scuncia malè vivitis. h. e. Quae etiam si sescunce à minimo precio emi, & parari potestis, malè tamen h. e. preciosè & carè emimini: & voluptuosè delicateque vivitis.
Ibid. mussitem] Mss. hic musitem.
℣ 58 eccere] Mss. exercere ibi forum.
℣ 59 Neque iste] Haec lectio, utpote quae proximè accedit ad Mss. Codd. prae caeteris omnibus videtur verisima. In Membranis sic leg. Neque istuc in segestit ergo coget exanimem mali. Alij: Neque iste huic, ut segestit, tergo coget ex. m. Alij: Neque is istuc in segestro cogat ex m. h. e. in stramento. Al. stucipse gestit. ergò coget ex m. Al j: Neque is istic in sequestri tergo coget ex. m Sequestrum tergum, est, succedaneum. Al. Neque ego istuc mae gestio tergo cogere examen mali. Suavissima somnia!
℣ 61 Sinapi] Mss sinapi.
℣ 63 Ornamentis] Sic MSS. Al. oramentis. h. e. blanditijs. Vide Lex. Pl.
℣ 64 Vidi equid.] Ita Mss. Pall. hic locus restitutus ubi: V. equ exinem intu domitof a. al bel.
Ibid VelBae] Sic V. C uelbas ἀλλαχοῦ & V pro B & B pro V pro: beluas. ut est in Ms D c. Al V. equ. jumentum ex indomito domitum fieri.
℣ 65 revidebo] Sic Ms. Dec. at V. C. ejubebo.
Ibid eccom] Mss. & cum od. procred C pro G.
℣ 66 At convenire] Sic leg. ex Mss. ubi: ad conv. etiam hic bum Phronesi Al. Avet. conv. Al. Haud convenit etiam hic dum Phr.

ACTVS SECVNDI
SCENA III.

℣ 1 qui, usque] V. C. quit usque. Ms. D curtat quid usque.
℣ 2 lavere] Sic V. C Lavere. at Dec lavare.
℣ 3 Ivant] V. C. juvant. Ms. Dec vivant.
℣ 5 durare] Mss. durari & V. C. oppperimer. -
℣ 8 hercle] V. C. ercle. & pre lass. Et ambo: opus est lavere. absque ut.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google